
ΤΑ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ ἜΡΓΑ.

BEATI IOANNIS DAMASCENI OPERA.

ITEM

Ioannis Caſsiani Eremitæ non prorſus DISSIMILIS ARGVMENTI LIBRI ALIQVOT quorum omnium tàm huius quàm illius elenchum uerſa pagina, ſingulorum autem argumenta in præfatione reperies.



BASILEÆ.

Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſtatis.

DAMASCENI.

I. Ἔκδοσις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. i. Orthodoxæ fidei editio Græcè & Latinè IACOBO FABRO STAPVLENSI interprete, pia ac erudita IODOCI Clichtouei Neoportuensis enarratione illustrata.
II. Περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων. i. de ijs qui in fide obdormierunt.
III. De decretis & placitis primæ institutiones.
IIII. De duabus CHRISTI uoluntatibus & actionibus reliquisq; proprietatibus, adiecto B. MAXIM. de duabus Christi naturis libello.
V. Hæresum quæ ad illius tempora extiterunt, catalogus, IOACHIMO PERIONIO interprete.
VI. De eo quod Ecclesia canit, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.
VII. Disceptatio Christiani & Sarraceni.
VIII. De Dialectica siue logica liber. Incerto interprete.
IX. Sententiarum aliquot fragmentum, [redacted] interprete.
X. Carminum farrago, ALDO MANVTIO RO. interprete.
XI. Historia duorum Christi martyrum, GEORGIO TRAPEZVNTIO interprete.

CASSIANI.

I. De Institutis Cœnobiorum primitiuæ ecclesiæ libri IIII.
II. De octo uitijs capitalibus libri VIII.
III. Collationes patrum. XXIIII.
IIII. De incarnatione CHRISTI contra Nestorium libri VII.

REVERENDO PATRI AC DOMINO, DOMINO THOMÆ À PLANTA Episcopo Curiensi seu Rhœtiæ altæ, Marcus Hopperus Basiliensis. S. P. D.

Auctor damnatus, sed permissus.

SI EORVM minimè negligenda authorum lectio est, Amplissime Præsul, qui & benè uiuēdi præcepta tradunt, & abstrusiora ueræ religionis dogmata explicant, explicandiq; ea uiam monstrant: Cur uiri huius sancti, DAMASCENI inq;, nostri pia simul & docta uolumina è manibus abijciamus? in quibus, quæ dixi iã, propè omnia haud mediocri fide præstita sunt: Qua de causa repetere eorum editionē recudereq; pij sit officij oportet. Quia autem superiorem eiusdem authoris editionem tuo in Episcopatus dignitate antecessori, domino (fœlicis recordationis) Lucio Ytero iam aliquãdo dedicaui, haud παρὰ τὸ πρέπον facturum me existimaui si tuæ Amplitudini tanq; eiusdem Ecclesiæ Antistiti eũdem authorem iterum cõsecrarem. Quod quidem institutum meum, pios prædecessoris tui manes adeò non ęgrè laturos confido, ut etiam quàm maximè approbaturos eos non dubitem: Quomodo enim, quem in dignitatis fastigio successorem habere uoluerunt, non etiam eidem patrocinia à defuncto relicta committant? Verum ne aliqui inuidiosè mihi obtrectent, quasi de una fidelia (quod in prouerbio est) duos dealbare parietes uelim, sciant illi eundem quidem me offerre authorem, at non solum eum, ut antea, sed CASSIANO symmista suo comitatum ante ora uenire tua, ut iam noua hæc editio noui operis esse uideri queat. Ad cuius lectionē, quo instructior maioreq; uoluptate tua Amplitudo accedat, singulorum argumenta librorum, qua potero breuitate, hîc perstringam. DAMASCENI itaque primum & maximum quidem opus est ἔκδοσις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως inscriptum, quod Latinus interpres in quatuor libros distinxit, qui tamen in Græco contextu unicus & continuatus est: unde etiam fit ut latinus capitum numerus in tribus posterioribus libris minimè græco respondeat. In hoc uerò, pius Antistes, uolumine, & nominatim quidem libro primo disserit de Creatore ipso, Deo unitrino, Patre, Filio & Spiritu sancto, uaria de supersancta Trinitate mysteria explicãs quę fide quęlibet hominem Christianum apprehendere menteq; tenere oportet: ueluti de Dei incomprehensibili essentia, de tribus hypostasibus in una natura & earundem à sese discretione, nec non eiusdem generis alia. In secundo autem post creatorem de creaturis, seculo, angelis, dæmonibus, cœlo, terra & reliquis mundi elementis, paradiso, homine, & quæ in ipsum cadunt, cùm perturbationibus tùm uirtutibus. In tertio redit ad uerbum Dei incarnatum, differens de eius conceptione, utriusq; naturæ in una hypostasi coniunctione, de actionibus in Saluatore nostro, de passione eiusdem, manente inseparabi

li ac impassibili eius diuinitate, & alijs huius generis pluribus. In quarto denique pergit de duabus in CHRISTO domino naturis post resurrectionem ad dextram patris sedente uarias refellere obiectiones: Item de fide in Iesum Christum, de baptismate, de adoratione, de cruce, de scriptura, de lege Dei & peccati, de Antichristo, de resurrectione, & alijs huius argumēti rebus. Hactenus de orthodoxæ fidei opere: cui subijcit περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, hoc est, de his qui in fide obdormierūt, oratio. qua disputandū sibi sumit, An piæ uiuentiū preces iuuēt aliquid eos qui ex uita hac fideles migrarunt. Tertium in ordine opusculū est ad Laodicensium Episcopum ἀξιωμάτων εἰσαγωγὴ inscriptum, quod metaphrastes, de decretis & placitis primas institutiones uertit: quòd in eo primæ Theologiæ institutiones, qua ex parte diuinam naturā & hypostasin consideramus, contineantur. Quartū de duabus Christi uoluntatibus, reliquisq; eius actionibus & proprietatibus inscribitur, quo, quid inter naturam & personam intersit, quæ uel naturam uel personā proprietates efficiant, sint ne ea quæ in domino nostro IESV CHRISTO insunt, duplicia an simplicia: sint ne, ut duæ naturæ, ita duæ quoq; uolūtates in Christo & quid humana à diuina uoluntate differat, & alia huius materiæ plurima edocemur. Cui annexa est quoq; eiusdem argumenti oratio B. MAXIMI, nempe de duabus in Christo domino naturis è Græco in Latinum conuersa. Quintum occupat locum de hæresibus liber, quo sectas & hæreses omnes quæ post homines natos ad suam usq; ætatem extiterūt, breuiter quidem, at perspicuè describit. In sextū est reiectus locum περὶ τοῦ τρισαγίου, hoc est, de terna Sancti repetitione composito hymno libellus, quo τρισάγιον illud certissimum sacrosanctæ Trinitatis, id est, trium hypostaseωn in una natura symbolum esse aduersus Petrū Gnaphæum, & hæretici eius asseclas ostendit, qui quartam diuinitati personam insano errore affingere nō uerebātur, de quo etiam habet caput X. libri III. ὀρθοδόξου πίστεως. Septimum tenet locū Christiani & Sarraceni de uerbi Dei incarnatione, passione, morte, de libero hominis arbitrio, de causa boni & mali, de hominis in utero formatione, & alijs huius generis rebus colloquium: quo etiam monstrosi aliquot Agarenorum errores confutantur. Octauum est sententiarū quoddam fragmentum. quo aduersus octo principalium uitiorum genera, quæ etiam sanctos ut plurimùm infestare solent, armamur. Nonum sibi locum uendicat de arte differendi liber quo quantum Theologiæ candidato satis fore existimauit, eius artis præcepta tradit. Penultimū sunt sortita locum Ϭυκατάνυκτὰ inscripta carmina, quibus Christi domini nostri natiuitas, trāsfiguratio, resurrectio, Spiritus Sancti missio, & alia huius generis diuina mysteria celebrantur. Postremum sibi locum elegit historia duorū Christi martyrum. quanquā de authore nonnulli dubitent, quia tamen digna est uisa Trapezuntio quam à se conuersam Latinis legendam exhiberet, reliquis huius authoris operibus subijciendam duximus. Hactenus de Damasceno. CASSIANI uerò eiusdem, aut saltem à superiore non prorsus alieni argumenti opera sunt, ueluti duodecim illi libri quos in prima acie hic collocatos

T. A. uidet

T. A. uidet, quorũ quatuor priores de Cœnobiorũ institutis cõscripti sunt, reliqui aũt octo absolutã nobis perfectamq́ de octo principalib. uitijs disputationẽ reddũt, quã uix inchoatã in prædicto sententiarũ fragmento Damasceni legimus. Sequuntur eos uiginti quatuor patrum collationes siue disputationes in hunc quoq́ finem omnes institutæ, ut à uitijs ad uirtutes, à uitæ huius illecebris ad sanctitatem, à seculi huius uanitatib. ad diuinarum & cœlestium rerum contemplationem & studium nos pertrahãt: & ut nos metipsos abnegantes, Christum dominum ducem sequamur, ex eius præceptis uitam nostram componamus. Post illas legendũ sese offert pietate & cœlestis sapiẽtiæ profunditate insigne de domini nostri IESV CHRISTI incarnatione opus septem homelijs, siue libris distinctum: quo pius ille Antistes fortissimis rationibus, apertissimis Prophetarum, Apostolorum & Euangelistarum testimonijs comprobatis, impiam illam Nestorij hæretici opinionem magno zelo impugnat, uolentis unà cum Pelagianis, Mariam Virginem non θεοτόκον sed tantum χριστοτόκον appellãdam esse, hoc est, Christum dominum non Deum, sed hominem tantummodo solitariũ ex Virgine natum esse. qui (ut uerbis utar authoris) postea demum uirtutis uia piè religioseq́ uiuendo obtinuerit, ut dignus per hanc uitæ sanctimoniam fieret, cui se Maiestas diuina sociaret. ut sic exclusa ab eo penitus sacrę originis dignitate, sola ei tantummodo meritorum relinqueretur electio. qua uix maior in Saluatorem nostrum dici plasphemia potuit. Habet nunc T. A. omnium uoluminis huius operum periochas, quibus ad lectionem eorum aditum & uiam faciliorẽ parare uolui: quæ, non fastidienti synceroq́ animo legenti & fidem, & eruditionem uitæq́ probitatẽ augere possunt. Tua R. P. læto hæc animo suscipere, boniq́ consulere uelit. Omnipotens & misericors Deus largiatur tibi, ut ad sui nominis gloriam & Ecclesiæ salutem pater & pastor bonus diu præesse ualeas.

Basileæ kalend. Augusti, anno restitutæ Salutis 1559.

TRITHEMIVS DE DAMASCENO.

IOannes Monachus & presbyter Damascenus uir doctus & sanctus, de quo miranda narrantur propter excellentiam doctrinæ, & uitæ synceritatem, in magno pretio habitus apud Constantinopolim, prælatus Monachorum constitutus, multos ab iniquitate auertit. Scripsit Græco sermone nonnulla profundi sensus opuscula, sed pauca eorũ ad manus nostras peruenerunt. Claruit sub Theodosio deuotissimo principe. Anno Domini. CCCXC.

IDEM DE CASSIANO.

IOannes Cassianus natione Scyta, beati Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani Episcopi quondam auditor atq; discipulus, & ab eo diaconus ordinatus, post aliquot annos ab eodem nescio propter quam causam expulsus, apud Massyliam presbiter consecratus, duo monasteria, uirorum scilicet & mulierum condidit, in quibus regularis disciplinæ feruor magnus pluribus annis permansit. Scripsit plura opuscula, in quibus etiã apud interpretem uenustas eloquij conspicitur. Moritur tandem post multorum editionem librorum apud Massyliam non sine opinione Sanctitatis, Theodosio & Valentiniano regnantibus. Anno Domini CCCCXXXV.

IOANNIS DAMASCENI VITA, PER IOANNEM PATRIARCHAM HIEROSOLYMITANVM conſcripta.

COnſueuerunt homines ſtatuas erigere,& ſimulachra ſtatuere,in honorem eorum qui animum diuina præditum imagine,uel in primæ conditionis puritate ac innocentia conſeruarunt: uel dilapſum & inquinatum,in ſtatum priſtinum reuocarunt. Quicunque autem huic cultus generi deditiores ſunt,precioſioribus materijs,coloribusq́; præcipuis, quatenus opibus ac artificio præſtant, ad formas eorum expoliendas, & lineamenta ſignantius exprimenda coutuntur, exiſtimantes hac ratione maieſtatem illorum honeſtius conſecratū iri. Igitur ſi circa imaginū effigiaturas tantopere probatur id genus ſtudij, dignum'ne fuerit, quod ipſorum benè preclareq́; geſta negligantur,& incultæ iaceant hiſtoriæ? Non profectò. Nam ut interim concedatur ſimplicioribus uenia,qui qua poſſunt opera, tumultuaria diuorum acta conſcribunt: diſerti tamē, ingenioq́; pollentes,nequaquam dignandi ſunt uenia,ſi, quod faciunt,contemptui habent uitas ſanctorum, præſertim ſi illorum ſpiritus ac uita inuigilauit libris,ſi curæ illis fuit,mentem ab ignorantia & obliuione,animam uerò à perturbationibus motibusq́; omnibus uindicare, ſi mundum lucubrationibus ſuis adornarunt, ſi mentes omnium illuſtrarunt: denique ſi non ſolum externarum diſciplinarum gratia commendati,ſed & paracleti iubar ubertim adhuc effundant. Illorum unus,uel præſtantiſsimis annumerandus eſt percelebris ille Ioannes, cui cognomen à Damaſco ciuitate patria inditum. Erat ille firmamenti eccleſiaſtici luminare haud paruum,immo planè ingens atque perquàm fulgidum. Neque in nocte hæreſeos (quæ ſe ubique locorum diffuderat) tantū lucebat,ſed & prorſus omnes malè ſentientium caligines diſpellebat,libris uidelicet ac epiſtolis. Ingruerant autem uniuerſo orbi nox horrida atque profundæ tenebræ, ita ut obſcurarentur uenerabilium imaginum præclaræ figuræ. Illarū autor fuit,non à triuio aliquis ac plebeius,qui in exigua tantum parte orbis malitiam ſuam diſſeminaret:ſed uir ille (ut ſic dicam)manu fines orbis cōplectens,Romanorum uidelicet princeps.Is potentia inflatus,ui ſumma nitebatur,ut ad unā uenerandas imagines omnes,& locis in omnibus demoliri poſſet.Et ea propter,imaginum cultores partim dilaniari faciebat,ſicut leo rapiens & rugiens (uerè tam animo,quàm corpore leo (partim in diuerſa rugitu ſuo fugabat: atque adeò ſæuiebat, ut fidelium plerique in ſubterraneis ſpeluncis ſeſe occulerent: exiſtimarentq́; tutius,leonibus ac draconibus conuiuere,quàm cum illo illiusq́; familiaribus habitare. Nōnulli etiā metu perterriti,uſque in extremos orbis terminos procurrerunt.Leo enim rugiet,& quis non formidabit?Ab ipſo inquam,quaſi à conſpectu colubri fugiebant. At Ioannes ille,non à leonina feritate, ſed gratia nomen ſortitus, ſpiritalique gratia plenus,aduerſus ſingularem hunc ſerpētem, ut ſtomachari & exardeſcere cœpit(ita autem ſtomachabatur,ut rectè uirtutem & zelum dixeris ſtomachationem) non ad Sauromatas cum Thracibus,neque ad columnas Herculis cum Conſtātinopolitanis profugit, neque ad deſertiora loca ex palatijs tranſijt, propter rugitum leonis: ſed & cum uerſaretur Damaſci, & cum monaſticam in ſolitario Paleſtinæ loco exerceret, ſtrenuus & impauidus aduerſus leonem depugnabat.Quamuis autem ille ſtrenuiſſimus meus athleta,tanto locorū interuallo abeſſet à tyranno,libris tamen & ſermonibus cor illius diſſecabat, uelut triſcupidib. haſtis,quas igne ſpiritus ſancti fabricabat,uitali aqua ſolidans. Cæterū hæc congruētiore loco dilucidius explanabit ſermo. Tanti'ne ergo uiri memoriam atq; uitam,quæ ruſticè ac tumultuariò,& quod amplius, Arabicis & uerbis & literis cōprehenſa,ſic deſpectui habendam permittemus? Nullo pacto.Recenſeamus itaq; è qua radice (fœcunda nimirum eſt, quæcunq; illa eſt) exortum ſit germen hoc florentiſſimū,& quæ patria nobis ſe protuliſſe illud glorietur. Damaſcus ciuitas illa eſt,quę ſicut primū uidit Paulum magnanimum cœlouagumq́;,impietatem deſerere,& ex oſore amatorem fieri Chriſti:ita & in uenerabili hoc uiro,nonnihil decoris atq; honeſtatis conſpicata eſt,idq́; aliquanto fœlicius.neque enim ex aliena,in orthodoxā noſtram religionem translatus eſt.Vnde ciuitas hæc,quia huius etiā radicem protulit,& à cunabulis deditiore opere in his quæ ad pietatem, quàm quæ ad corporalem uitam ſpectant, enutricata eſt,pijs alēdo ſermonibus,rectè de hoc ſuo germine gloriatur,extollitur & gaudet, longeq́; iuſtius quàm de omnibus alijs,quæ illi magnum nominis ſplendorē afferre uidētur. Nam licet commemores mihi perpetuum clementiſſimi cœli temperamētum,amœna dulcium aquarum fluenta,& generoſorum fructuū copiā,quibus illa dotibus gaudet:nihil tamen attuleris quod eā ita exaltet,glorioſamq́; reddat,ut generoſa uiſuq́; pulchra arbos illa quam produxit,quæ propter aquarū exitus creuit,& ſancti ſpiritus fructus in tēpore dedit. Quorū adhuc aliq reſtant recentes,immarceſſibilesq́; ſemper,uiſu pulchri,guſtatu dulces:quiq́; non ſolū lætificāt eos à quib. tangūtur & guſtātur,ſed & ueſcētes impinguāt,ac creſcere faciunt,uirumq́; ſpirituale & cōſummatū perficiūt. Adeò fœtu hoc ſuo glorioſa effecta eſt Damaſcus ciuitas,ut in ullis alijs delicijs,quib. luxuriat.Ipſa enim tantū hunc uirū nobis dedit. Fuerunt autem illi & progenitores admodum pij,quiq́; in medio ſpinarum,pietatis florem,Chriſtia-

næq; ſcientiæ fragrantiam cuſtodiebant unicè. Ab eo enim tempore, quo in Agarenorũ manus ciuitas uenit, ſoli ipſi Chriſtianũ nomẽ, ut præclarã inuiolabilẽq; hæreditatẽ aſſeruabãt, rectitudinẽ fidei nulla ex parte corrũpentes. Itaq; in medijs hoſtibus, conſpicuos atq; uenerabiles effecit uirtus. uel quod amplius, ſicut apud Aſſyrios Deus ueram pietatem cõmendaturus, Danielem ad ſummos honores euexit: & ſicut Ioſephum in Aegypto cũ captiuus eſſet, præfectũ & dominũ inter alienos inimicosq; cõſtituit: itaq; & pios Ioannis progenitores (quia perſeuerabant in his quæ Dei erant, nec cũ alijs ſicut arcus prauus ſubuertebantur) glorificator Dominus egregia gloria remunerauit, inter Sarracenos, ipſos in uulgarium operũ iudices ac præfectos ſublimans. Ita & hoc loco captiui pietatem colentes, imperiũ in eos qui ſe ceperũt, obtinuere. O ſtupẽda prodigioſaq; Dei miracula. Nihil uirtute ſublimius. nihil pietate excelſius. Enimuero ſicut ſigna in colle, immo ſicut lumẽ in nocte, & ſicut ſemẽ Iſrael, & ſicut ſcintilla in cinere: ita genus progenitorũ Ioannis in Damaſco relictum eſt, quod præclaram hanc facẽ, totũ orbem olim illuſtraturã, proferret. Et tale quidem inclyto illi, progenitorum ſtemma fuit. Pater uerò mirum quàm bona radix, pietati uirtutibusq; alijs deditus, maiorem in Deum charitatem declarando, parentes antecellere ſtudebat. Et congruebat, ut eum qui in tantũ uirtutis faſtigium peruẽturus erat, illuſtris quidam natiuitatis ſuę autor uicinior eſſet. Nam ſicut in progreſſiuis ſtructuris ſeruata proportionis ratione ad apicem adſcenſus eſt, ita & quæ circa magnũ, & magni nominis illum contigerunt, ſuperna diſpenſatione & diuina prouidentia euenisse uidẽtur: id quod in Ioanne Baptiſta uſu uenit. Quia enim præ alijs prophetis refulſurus erat, ut operaretur ſacramentũ quod omne ſacerdotiũ excelleret, nempe baptiſma Domini mei, præordinatũ eſt à diuina prouidentia, ne ex uulgaribus parẽtibus naſceretur, ſed ex ſacerdotali tribu, & ut propheta eſſet qui eũ gigneret. Pari modo & Ioãni noſtro diuina prouidentia patrem conſtituit, uirũ maximè & religioſum & humanum. Equidẽ & ipſe per uniuerſam circumcirca regionem generalis uulgariũ negociorũ diſpenſator & præfectus conſtitutus eſt, tum quòd uirtute, totiusq; uitæ honeſtate conſpicuus, tum quòd diuitijs plurimum abundabat. Quas nõ expẽdebat in delicias, ebrietates, intẽpeſtiuosq; alios ſumptus ſed quantũ ſibi auri erat, & quicquid ex rebus alijs facilè diſtrahere poterat, id totum in redemptionẽ captiuorũ Chriſtianorũ impendebat. Erant autem ſibi poſſeſſiones aliæ immobiles plurimæ, tam in Iudæa, quàm in Palæſtina. Ex quibus quantũ ſatis erat, in uitæ ſuæ uſum reſeruabat. Porrò Chriſtianis quos emerat, liberũ ſinebat uel apud ſe in locis quæ deligebãt habitare: uel libero lumine & pede, quoquò collibitũ eſſet, proficiſci. Talisq; erat humaniſſimi uiri uirtus, ut multa poſſidẽs, ipſa haberet perinde ac poſſideret nihil, magis die noctuq; ſolicitus de his quæ Deo cõueniebãt. In hunc modũ ſe gerens, mercedem à Deo accepit, non hoſpitalitatis ut Abraham, ſed humanitatis, partum ſcilicet admirabilem. Licet autẽ non ex promiſſione, ex diuina tamen præſciẽtia & prædeſtinatione. Prænouerat enim Deus, qualis futurus erat Ioannes, atq; prędefinierat ex hoc uiro naſcendum, ut ſic mercedem daret ei pro miſericordia, qua graui captiuitate tentos, numerato ære libertati reſtituebat. Naſcitur igitur ei puellus ille præclarus, quem adhuc tenero corpuſculo, regeneratione per ſpiritualem matrem, filium lucis fecit, rem agens tã difficilem, & quam pauci inter gẽtes illas attẽtare ſunt auſi. Proxima dein cura erat, ne puer litorali piratarum ſtudia addiſceret, ne haſtã dextera uibraret, ne ſagittam ex arcu iacularetur, ne cũ beſtijs pugnaret aut luctaretur, ſicq; natiuã manſuetudinem in ferinã commutaret ſæuitiam, ut ſolent qui turbatioris ſunt animi, & furibundis aguntur motibus.) Ad hæc nõ quærebatur à patre Ioanne alius quidam Chiron in mõtibus educatus, medullisq; ceruorum paſci aſſuetus: ſed uir inquirebatur, omnigenis diſciplinis exercitatus, eloquentiaq; animæ utili præditus, ut qui taliũ inſtitutionũ alimentis puerum enutriet. Cui ſancto uiri uoto Deus clementer adſpirans, effecit ut inueniret quod deſiderãter quærebat. Modus autẽ inuentionis eius quod quærebatur, is erat. Barbari Damaſcenorũ, iuxta morem ſuum in maritima uicina incurſionem fecerant, Chriſtianis cõpluſculis in prædam abactis. Ingreſſiq; nauibus mare, ſimiliter plurimos ceperant. Eos ergo ſecum in ciuitatem adducentes, partim emptoribus uenales proponebant, partim ad exitium gladio petebant. In horum ſorte connumeratus eſt uir quidam, habitu monachali ueſtitus, abactus ab Italia, adſpectu quidem decẽti, animo autem decentiori, id quod & nomẽ atteſtabatur. Coſmas enim uocabatur licebatq; ab honeſtate uultus, internã mentis conditionem æſtimare. Iam qui ad mortem rapiebantur, ad huius etiam pedes procidebãt, obſecrantes ut ſua interceſſione Deũ ſibi conciliaret, & à clementiſſimo remiſſionem peccatorum conſequerentur. Id ubi animaduerterunt Barbari, deſtinatos morti ſupplicare uiro, tam benè honeſteq; morato, acceſſerunt & rogauerunt an quæ illi mundana dignitas, & cuius apud Chriſtianos autoritatis fuerit. At ille reſpondit: Nõ ſum ſacerdotio initiatus, neque dignitate aliqua functus, ſed inutilis monachus ſum, ac philoſophiæ profeſſor, non noſtræ tãtum quæ Deum amare docet, & qua Deum amamus, ſed & eius quæ ab exteris ſapientibus tradita eſt. Hæc ut locutus eſt, lachrymis ſupplebantur oculi. Non autem longè ſtabat pater Ioannis, qui uiſo uiro ſic lachrymante, acceſſit, calamitoſumque conſolaturus, ait: Homo, qua de cauſa defles amiſſionem mundi, cui iam pridem renunciaſti, & quantum ex

habitu

habitu conlectare licet, mortuus es? At monachus: Nō huius, inquit, uitæ amissionē deploro: sum enim, ut dixisti, mundo mortuus. Hoc autē me contristat, quòd omnifarijs scientijs imbutus sum, præmisso externarum disciplinarum fundamento. Linguam oratoria exercui sermonibus dialecticis cōpendijs ac demonstrationibus doctus sum, moralia & q̃ Stagyrites, & q̃ Aristonis filius tradidit, tractaui. Naturaliū cōsiderationes, quantum homini satis, contemplatus sum. Arithmetices quoq; rationes didici. Ad Geometriæ fastigiū studio perueni. Musicæ proportiones, conuenientesq; rationes probè & cum laude percepi: sed nec omisi intacta quæ de motu cœli, circunferentiaq; stellarū produntur: ut cognita magnitudine pulchritudineq; stellarum, inde ad conditoris contemplationē illis respondentem adsurgerem. Nam qui lympidiorem creaturarum notitiam tenet, is & earum opificem clarius intelligit, & ob miraculū maioris facit. Hinc & ad sacramenta transij Theologiæ, tam eius quā Græci tradiderunt, quàm eius quæ absque errore ullo à nostris theologis manifestata est. Hanc cum mihi suppellectilē abundè pararim, hactenus tamen mihi denegatū est, ut alteri eam communicarem, & per philosophiam filium mihi similem generarem. Nā quemadmodū cæteri ad propagandam generis successionem amant naturalium filiorum partus: sic & philosophia dignè instructi, filiorum desiderio tenentur, quos eruditione disciplinarum suarū regenerent, ut & aurea illa philosophorum progenies, in seculū usq; salua constet. Cæterum autores admirabilis eiuscemodi partus, immortalem inde gloriam assequuntur. Alioquin etiā bonitatis propriū est, ut bona quibus quis abundat, prōptè & liberaliter in alios trāsfundat. Verùm qui secus agit, & renuit cōmunicare alijs quo abundat, nequaquam bonitatem amplexatur, sed malitiæ adhæret, utpote superbia inuidiaq; turgidus. Et idcirco etiā quod uidetur habere, tolletur ab eo, sicut à seruo illo nummularijs talentum non credenti. Atqui ego bonā partem non delegeram, uehementer optās, si qua possem & alijs tradere quantulū mihi datum est sapientiæ: sed uotis frustror, & nec seruis illis fidelibus connumeror, talenti sui usuram facientibus, nec filium philosophum genui. Vnde hinc abeo, quasi quis dicat, miser & orbus: & ut uides, hac de causa lachrymis faciem fœdo, lugensq; ac tristis incedo. His auditis pater Ioannis, quia diu talem thesaurū desiderabat, respondit: Beate, fer æquo animo, & ipse consolare animā tuam, fortè dabit tibi Dominus petitiones cordis tui. Quę simul atq; dixit pater Ioannis, quàm uelocibus potuit pedibus ad principem Sarracenorū cucurrit, & ad pedes eius prouolutus, Cosmam illū κόσμον & ornatum expetijt. Et statim factus cōpos uoti, & ingentis precij donū accepit: ductumq; in domū suam uirum, ob itineris difficultates, aliasq; uarias molestias male habitum, benignè cōsolabatur & refocillabat, adijcens inter cætera & hæc uerba: Ecce posthac non solū liber eris, sed constituo etiam te socium domus meæ, & secundū te dominū parem, gaudij, mœroris, fortunæq; meæ omnis participem: modò hoc unū à dignitate tua mihi exorare liceat, ut Ioannem illum meum naturalem filium, & illum quoq; cognominem tuū, quem ab Hierosolymis pulsum, & tenello adhuc corpore pupillum in filiū adoptaui, omnē quam tenes disciplinam ac Philosophiā, siue peregrina sit, siue ea quā spiritus sācti gratia dignos edocet, instruas & doceas quàm diligentissimè. Ad quæ uerba sapiens ille exultabat, ceu equus ruptis uinculis per cāpos discurrens, uel sitibundus ceruus ad fontes aquarum contendens. Diceres illum alterum Midam quendam, ingentibus auri thesauris potitū: tanta alacritate ad opus ferebatur. Suscepit adolescentum curam, & illorum egit præceptorem.

At Ioannes hic noster uelut aquila, beneficio egregiæ indolis, studioq; promptæ uoluntatis, quasi pennis quibus in altum subuolaret, utebatur. Cosmas uerò condiscipulus, & secundum spiritum frater, similis erat naui, quæ alata uelis, pondere per aquas fertur aura secunda, zephyrisque à puppi flantibus. Ita ingenij uelocitate, studijq; pertinacia breui ab eis collectum est, quicquid difficile uel in grammaticis, uel dialecticis, demonstratiuisque scientijs habetur. Moralem autem philosophiam ita didicerunt, ut non solum mentem diligenter exornarent, sed & animæ perturbationes comprimerent. Quin & in naturæ candorē, aliorum oculis uix tolerabilem, sicut perspicaces aquilæ citra conniuentiam intenderunt. Arithmeticas autē proportiones nō minus fœliciter assecuti sunt, quàm uel Pythagoras, uel Diophantes ipse. Geometricen ita edocti sunt, ut Euclides quidam putarentur, & si qui alij his similes. Musici item tales euaserunt, quales eos docti ex carminibus & hymnis quos composuerunt, fuisse liquidò agnoscūt. Deniq; in siderali scientia quàm ualuerit Ioannes, ex his quæ scripsit, manifestū est: tametsi obiter egerit de partitionibus & figurationibus, & aspectibus & interuallis subsistentiarum cœlestiū, tamen etiā breui illa cognitio prius eruditis ac rudibus satisfaciet. Talis item erat & Cosmas, sed de his agant alij. Nobis Ioannes ipse sermonis huius thema est & argumentū. Et quis nō agnoscat, admireturq; studium illius in diuinis literis, dogmatumq; diligentiam, præsertim se ad Stœchioticon illius librum diuertat, quem elementarium interpretari licet, sed qui omnifaria doctrina refertus sit? Nec aberrabit quis à uero, si dicat admonitionem omnis recti sermonis, tabulasque Mosaicas. Sed erant (scio) huius libri præconia non hoc, sed alio loco dicenda: dicta tamen sint, ut cognoscatur, quàm fœliciter institutus sit, nullamque reliquerit disciplinam, quam non diligentissimè tractarit.

Interim admirable est & hoc, quod tanta scientiæ magnitudine inflatus non sit, sed ut fœcunda

cunda

cunda arbor tanto magis deorsum tendit, quanto fructibus magis oneratur: ita & humiliabatur, non quidem ad terram, sed ad profundiora philosophici pelagi spectabat. Et adhuc mũda affectione, quasi nauigio ferebatur. optabat tamẽ, ne semper hoc mũdano uase dimittẽdo aliquãdo opus esset, & ut exutis semel humanarũ affectionũ uestibus omnibus, nuda mẽte pelagus intrare, & ad fundũ ingredi posset, inuenturus repositum illic preciosum margaritũ. Huius scopi desiderio, ad fundũ profunditatis sese dimittebat. Et habita scientia tã nõ inflãmabatur, ut amore arcanioris philosophiæ obtinẽdæ etiam magis atq; magis humiliaretur. Eratq; lãpas animæ eius sic plena mundanæ scientiæ oleo, ut & superne accenderetur immaterialis scientiæ lumine, sicq; totus luculentus appareret Ioannes. Posthæc magister eius ad amanda meliora (per discipulum, ut apparet) inductus, accessit patrẽ pueri, & dixit: Ecce desiderijs tuis satisfactũ est, & nunc pueri sapientia me antecellunt, nec satis illis est esse, ut magister eorum est, sed ingenij magnitudine & laboribus impensis, ad apicem philosophiæ me ipso sublimiores euaserunt: spero autem adhuc Deũ illis sapientiæ donũ adaucturũ. Proinde cum posthac illis usui esse non possum, peto ut à te uestitus, in monasterium monachorum concedã, illic sũmam sapientiã indagaturus, ad quam me transmittit philosophia quã hactenus colui. Enim uero cum duo proponuntur, consultum est, si liceat, utroq; frui. Vnde & mihi summum lucrum erit, si ad priorem philosophiã adijciã illam, quæ totius expers materiæ & cogitationis metã transcendit, quam mens nuda, & à corpore penitus alienata, doceri potest. Valde doluit super sermone illo pater Ioannis, quamuis uirũ retinere non posset, ut ne uideretur friuolam illi pro eruditis pueris mercedem reddere. Instructum itaq; largissimè omnibus quæ ad iter pertinebant, & quibus opus habebat, in pace dimisit. Qui in deserto sancti Sabbę † labran abiens, illic perseuerando usq; ad uitæ finem, ad ipsammet Dei sapientiam transmigrauit. Non multo autem postea, fato cõcessit etiam pater Ioannis. Tum Sarracenorum dux Ioannem accersitũ, inter primos consiliarios constituit. Qui licet renueret, desiderio eius aliorsum tendente, attamen ui multa adactus, repugnare tandẽ destitit, & maiore præfectura quàm pater suus, honestatus est. Moderabatur ea tempestate Leo Isaurius, qui aduersus uenerandas imagines, & orthodoxæ ecclesiæ multitudinem, leonem agebat rapientem & rugientẽ: & imagines quidem efferus & furibundus exurebat, ipsarũ uero cultores rapiens & perdens, tyrãnicæ impietatis dentibus miserabiliter dilacerabat. Peruenerũt hæc ad aures Ioãnis, & mox imitatus est zelum Eliæ, & reprehẽdendi libertatẽ baptistæ cognominis sui, prout inuisibiliter ipsum spiritus docebat. Et antequã iniret certamen, præmisit sermonẽ oppugnatorem impietatis, ceu gladium quendam & spiritualem armaturã, qua dogmatis efferum caput desecaret. Dein epistolares libellos, pro uenerandarũ imaginũ honore ad notos familiaresq; dedit: clarè sapienterq; indicans, necessariã esse diuinarum effigierum adorationem: illisq; demandauit, ut similia docerent & alios, cõmonstratis omnibus epistolis suis. Ita per omnium ora uolitabat nouus ueritatis athleta, epistolæq; eius in omniũ manus quasi per circulũ ueniebant, & inualescebat pietas. Anhelabat enim exẽplo Pauli, etsi non pedibus, per epistolas tamẽ ueritatẽ prædicando, totum orbis circulũ capere. Id ubi cõperit imperator Leo, quia ægrè ferebat impietatem suã traduci per scripta Ioannis, accersitis quibusdam sententiæ suæ participibus, prę cepit eis, ut assumpta pietatis persona, magno studio uarijsq; commentis curarent, ut epistola Ioannis quã manu sua scripserat, inuenta sibi redderetur. Ministri ergo & propugnatores impietatis, parentes dicto regis, nullũ nõ dolum sub pietatis specie excogitabant, donec inuentã offerrent. Porro ignominiosus rex cõuocat notarios, et epistolarum Ioãnis exemplaria proponens, quærit si qui scripturæ characterem, tã in uerbis quàm sentẽtijs imitari possint. Qua in re & inuenit sibi morem gerentes, & qui scriberent epistolium, in hunc modum se habens: Salue ò rex, gratulor & ego imperio tuo, maximè quòd eiusdem es fidei. Verùm quia & imperatoriam tuam excellentiam singulari prudentia & honestate præcellere intelligo, ideo hæc illi significanda duxi: nempe ciuitatem hanc nostram negligentius costodiri, & Agarenorum præsidium (quantum hic est) imbelle & exigui numeri. Itaq; propter Deum miserere ciuitatis huius, mitteq; omnium nobilium tuorũ manum, inexpectatò aduenientem, ac simulantem se aliò proficisci. Es enim ciuitate citra omnem laborem potiturus. Ad quod negociũ, & ego tibi non mediocri adiumentò sum affuturus: nam in manu mea tota fermè & ciuitas & regio est. Hoc itaq; primo actu absoluto, rex impius pari malignitate aliam ad Sarracenum Damasci principem, epistolã scribi fecit, quæ huius forma: Quum nihil sciàm pace beatius, amicitia quę fœlicius, & alioqui pacis fœdera seruare laudatissimũ, gratissimumq; sit Deo, nihil & ego tanti facio, quàm ut pacis fœdera, quæ cũ generositate tua iniuimus, indissoluta custodiatur: quamuis à Christiano quodã familiari tuo crebris euocer epistolis, ut ipsis dissolutis, dolosè induciarum iura uiolem: polliceturq; mihi multa, & cum primis, si copiosum aduersus ciuitatem tuã exercitũ mittã, sese mihi affuturum, ut securè illam occupem. Vnde unas suarũ quas ad me dedit, literarũ tibi mitto, ut cognoscas quàm cõperta sint quæ ad te scribam, & quàm uerax & constans in amicitijs fœderibusq; seruandis perseuerem. Tu obserua dolosum malignũq; illũ, qui ad me talia scribere reueritus non est. Ambas has epistolas rex nomine Leo animo serpens, per quendã dolosè ad Barbarũ misit. Quas ubi ille accepit, mox ad se uocato

Ioanni

Ioanni eas commonstrat. Tum Ioannes haud ignarus doli, lectis quæ ad regem datæ erãt literis, statim animaduertit literarũ characteres imitatione suarum effictos. Verũ his, quæ pro sui excusatione apud principem Christi hostem dicebat, tã proficiebat, quàm solet lyra apud asinum. Obmutuit eñi à bonis: quamuis nõ ita siluerit, quo minus iniustã proferret sententiam. Etenim quamprimũ dexterã Ioanni iussit abscari: & ne paruum quidẽ tempus ad reddendã rationem, & insanias regis declarandas, Barbarus totus furore stupefactus, cõcedebat. Itaq; abscatur dextera, quæ inter orthodoxos scriptione sua tãtas uirtutes operata est: & pro atramẽto, cui prius intingebat, scribendo libros de Adorãdis imaginibus diuinis, nunc proprio sanguine tingitur. Abscissam dein à Domino (ut sic uocẽ) manum, in foro suspenderunt. Et cũ uesper factũ, coniectabat Ioãnes furorẽ tyranni resedisse, & misit ad eum legationẽ, quæ huiuſce modi uerbis placaret: Incrudescũt dolores mei, intolerabilesq; fiunt, neq; mitigatur uehementia doloris, quàm diu amputata manus in aere suspẽsa manet. Iube obsecro, ut mihi reddatur, & recondã eã in humo, quo sæuire desinat doloris uehemẽtia. Annuit protinus precatui tyrãnus, & reddita est iusto manus. Qui mox ut eã recepit, larariũ suum ingreditur, & pronus ante diuinã quandam imaginẽ, gerentem figurã genitricis Dei, procidit: & congruè abscta manu adaptata, orabat è profundo pectore, lachrymis & gemitibus misericordissimam inuocãdo, dicens: Domina & sanctissima mater, quæ Deũ meũ peperisti, amputata est dextera mea ob sanctas & diuinas imagines. tu qua de causa Leo sæuiat, nõ ignoras: proinde quãtocyus succurre. Dextera eñi altissimi, q̃ de te incarnata est, per tuas intercessiones multas facit uirtutes. Sanet oro & hanc meam dexteram tuis precibus, ut tuas, & eius qui ex te incarnatus est, laudes, sicut dederis, numeris rhythmicis & melodijs perscribat, et orthodoxi cultus sit cooperatrix, ò Deipara. Hæc orãs Ioães, & lachrymans, in somnũ uertitur, uidetq; sanctã Dei genetricis imaginem, misericordibus ac lætis oculis ad se respicientẽ, & dicentẽ: Ecce sana facta est manus tua, caue posthac ne segnis fueris, sed calamũ eã fac scribæ uelociter scribentis, quemadmodũ nunc pollicitus es. Vt autem restitutus euigilauit, & manum curiosè contemplans, curatam uidit, tũ exultare cœpit spiritu in Deo salutari suo & matre eius, quia fecit secum magnalia qui potens est. Stansq; manibus in cœlũ sublatis, diuinumq; carmẽ accommodatissimum tempori cecinit: Dextera manus tua Domine, glorificata est in fortitudine: Dextera manus tua Domine, hanc meam sauciam sanauit: propterea uulnerabit inimicos, qui sanctam imaginem tuam, genitricisq; tuæ non uenerantur, & per manum meã aduersarios, illos imaginũ incendiarios, in multitudine gloriæ tuæ conteres. Erat ei illa nox, nõ nox, sed dies: non tenebræ, sed lux. ut commutem illud prophetæ dictũ: Erat ibi uox pura festos dies agentium, & uox exultationis in tabernaculis uiri iusti. Neq; in occulto, neq; clam sunt hæc acta, sed in circuitu usq; in uicinas domos admirabilis ille clamor & harmoniaca iubilatio peruasit. Vnde & Sarraceni quidã Christianis infensiores, continuò ad principem suum abierunt, dicentes: Non esse abscctam manũ Ioannis, sed alterius cuiusdã, serui fortasse, uel aliter cuiq; subornati, qui se pro Domino per beneuolentiã obtulerit: spiculatores item muneribus corruptos, in alium pœnã transtulisse. Interim Ioães domi sedens, adeò iucundè canebat, ut diceres nuptiales ferias agi, & epithalamiorum hymenæos resonare: imò longè amplior huius uidebatur exultatio. Ad horum autem denunciationem accersitur Ioannes, iubeturq; abscctam ostendere dexteram. Sed cũ ostendisset, uisa est lineola quædam defectionis, quam ita ordinarat Dei genitrix, ut amputationis certitudo efficacius cõprobaretur. Barbarus ergo ait: Quis ille qui te curauit, Ioannes, & q̃ tibi adhibita sunt medicamẽta? Cui ille diuini miraculi præco, clara uoce respondit: Dominus meus ille potentissimus omniũ medicus, cuius uirtus uolũtate nec posterior, nec inferior est. Et Barbarus respondebat: Quantũ coniecto, iniustè passus es homo, quicquid es passus. Veniam ergo nobis da, quod accusationibus iniustis nondum examinatis, supplicio te affecimus. Reliquum, esto posthac primus à consilijs nostri principatus, & absque cõsilio, requisitioneq; tua præuia nihil agetur. At Ioães procidens adorabat humi, & pronus iacens obsecrabat illum, ut secedendi copiã ad aliquantum tempus faceret, quo uiam illam multo amabiliorẽ incederet, & imitaretur dicentem: Ego sum uia. Diu Barbarus obluctabatur, & secessum abnuebat. Eratq; uidere, quasi singulari certamine contendentes, Barbarum & iustum. Barbarus omni studio uinculis mundi retinere Ioannem nitebatur: Ioannes autem ea magno impetu & uiolentia disrumpens, angelicis uolabat alis. Apertum itaq; stadium magnũ erat, præsidente spectaculi institutore Christo, & spectantibus angelis. Dicet autem fortè quis ex altera, hoc est ex sinistra parte, Barbarum & ab impijs incitatum, & ad persuadendũ armatũ. Deniq; singularis meus pugil, multa renunciatione uicit, omniaq; aduersarij argumenta ceu tela puerorũ refutauit: uictorq; caput in signi uitta redimitus, redit domũ uultu hilari, q antea tristi exierat. Verũ cũ duo in manibus haberet: unũ, ut iuxta mandatũ Domini uenderet omnẽ substantiam suã, & distribueret pauperibus: alterũ, ut dimitteret agros, domos, & alia omnia, pr̃ter nomẽ Domini: in utroq; diligẽs fuit. & circa primũ quidẽ, ne mora in periculo esset: circa secundũ uerò, ne (ut fieri assolet) prætextu aliquo iuris orirentur lites, ac pugnæ consanguineorum, dũ uarias quisq; causas afferunt, quasi iusti hæredes sint ipsi. Facultates enim, ut potuit, diuisit pauperibus, captiuis, seruis suis, quos cognatis, templisq; sanctis obtulit, libertateue donauit.

Ipse

Ipse uero sicut exiuit nudus de uentre matris suæ, ita nudus exiuit mundum: exceptis his, quæ maximè necessaria erant. Et primùm profectus Hierosolymas, factaq; in uenerabilibus locis adoratione decenti, mox uelut ceruus sitiens Deum, in deserta abijt, & ad beati Sabbæ monasterium perrexit, comite eiusdemq; instituti socio beatissimo Cosma, qui ei antea & conuictu & disciplinatu coniunctus fuit. Rectè diceres ipsos sacrum par, currere ad iugum Dei, ceruicibus suis ferendum. Itaque Ioannes ipse (qui sermonis nostri argumentum est) ingressus est sanctum illud monasterium: & procidens ad pedes pastoris, suppliciter obsecrabat, ut se inter oues suas adlegeret. Vocabat autem se erraticam & perditam illam ouem, & ex desertis montibus nuper reuersam ad Dominum Christum. Quæ res præfectum gregis magno gaudio afficiebat, beatũ hunc uocantẽ, ob institutum suum. Operæprecium uisum est illi, ut ob uitæ claritudinem, scientiæq; præcellentiam, tantũ nouitiũ præstantissimo seni cõmendaret: sub quo ut uice præfecto cõstitutus, certius in uia Domini instrueretur. Eam ob rem primò accersit senem, quẽ bonis omnibus inter monastas præcellere arbitrabatur, conabaturq; illius manibus formandum assignare Ioannem. Verùm is renuebat, imparem sese asserens regimini talis uiri, qui tanta sapientiæ gloria præditus esset. Post hunc uocat alterum, qui & ipse eadem quæ primus respondit. Accessit post hos tertius, & deinde alij nõ pauci, cœperũtq; simili uoce omnes ab instruendo Ioãne abhorrere. Deniq; post multos ingressus quidã senex, moribus simplex, scientiam expertus: hic alacris alacrem Ioannem amplexatus, secum in priuatam cellam abduxit: Et principio bonum fundamentũ substruens, præcepit, Ne quid propria uoluntate faceret: Vt sudores laborũ, perseuerantiam precum, & oculorum lachrymas Deo offerat: Vt uitæ superioris maculas lachrymis abluere & purgare studeat: Lachrymæ eñ si puræ sacrificentur, super omne aliud thymiama à Deo acceptantur. Et ad hæc quidem, quasi ad corporalia primùm hortatus, subiunxit & de his quæ ad animã pertinent: Ne imaginetur mundana phantasmata: Ne sibi rerum indecentium figuras præpingat: Vt mentem ab animi uana inflammatione præseruet: Ne scientiarum magnitudine extollatur, ut persuadeat sibi ea quæ didicit, ex toto apprehendisse: Ne admittat desiderium uisionum aliquarum, absconditarum'ue reuelationem: Caueat, ne unquam sibi persuadeat, menti suæ posse cõfidere: Nullam securam putet scientiam, usq; dum separetur mens à corpore: Liquidò & diligenter agnoscat cogitationes suas: In periculis captet consilia: Ne permittat cogitationes suas diuagari: Incumbat autem in hoc, ut quàm diligentissimè coaduniat, quo mens à Deo illustretur, purificetur anima, sanctificetur corpus. In summa, corpus cum anima coadaptetur menti: ut cum duo moderabilia, corpus uidelicet & anima, transferantur & transelemententur in tertium & primum, nempe mentem, fiat triplum illud simplex per unionem ad trinitatem simplicissimam, & fiat homo non carnalis, neq; animalis, sed spiritualis totus. Ita pater filio, & magister discipulo præscribebat, adijciens simul & hæc monita: Ne ad aliquẽ miseris epistolã: Ne omnino loquaris aliquid externæ disciplinæ: Silentium cum intelligentia exerce nam hoc scio, non nostrorum duntaxat philosophorum esse præceptum: nam & Pythagoras ille Samius, discipulis nuper ad discenda philosophiæ suæ mysteria admissis, multorum annorum silentium imperauit. Ne putes bonum esse, bona intempestiuè loqui. Et ad hoc te inducat Dauid, dicens: Quia silui à bonis. Et addens post hoc, quid inde emolumenti consecutus sit, audi: Concaluit, ait, cor meũ intra me igni omnis amoris ad Deum. In meditatione autem mentis, ignis ille propheticus accẽsus est. Hæc Ioanni senior mandabat, nequaquã uel in aquam scribens, uel super petrã seminans, sed planè in terram bonam. Cæterum præterijt tempus aliquantum, & Ioãnes uarijs à sene tẽtationibus eruditus, in omnibus obedientiã (quæ sola citra periculũ est) declarauit. Non contradicebat si quid iniungeretur: nõ obmurmurabat lingua, sed neq; cogitatu interno aliquo, his quæ præpositus decreuisset, obluctabatur. Vnũ hoc quod Paulus præcepit, ut absq; murmure & disceptatione perficiantur imperata, in omni opere, in medio pectore, uelut profũdè in tabula scriptum, occultè gerebat, ac meditabatur. Quod enim lucrum facienti bonũ qualecunq;, si resederit in labijs obmurmuratio, insidieturq; in pectore sicut serpens, disceptatio maligna? Quando melius habebit anima, sic ministrans? Et hæc causa est, quòd multi laborant, & frustra, ad eaq; q̃ ante sunt, gressum malè promouent. Laborant enim ideo, ut ipsi inter uirtute claros habeãtur. Deinde senex, ut athletam maioribus obedientiæ certaminibus exerceret, tale quiddam commentus est. Multos corbes comportauit, quos labore manuum suarũ monachi parauerant, & sumpta inde probandi occasione, sic ait ad Ioannem: Fili, ut scis, pluribus nobis opus est: & quia accepimus Damasci corbes pluris uenundari, quàm in Palæstinæ regionibus, itaq; tolle illos omnes, & uade illuc quàm uelociter potes. Verùm nõ aliter, neq; minoris illos uenundes, quàm tibi præcipio. Definiebat autem preciũ ultra duplum, quàm par erat. Non contradicebat Ioannes, neq; sermonẽ imperantis iudicabat, obedire usq; ad mortẽ paratus: sed sublato in humeros onere, quasi alatus obedientia, Damascũ proficiscitur. In qua pridem spectabilis, nũc uiliter uestitus, pallidus & obsoletus, obãbulabat foro sportulas uendituriens. Verũ cũ nimio precio sua æstimaret, ab omnibus ridiculus est habitus, & nihil præter iniurias & cõuicia accipit: donec tandem unus ex his qui ei olim ministrarant, faciem eius diligẽtius intuens, agnosceret quis esset, & qualis olim fuisset ille, qui iam tã malè uestitus, tã

demissus,

demissus,tã cõtrito corde. Is quasi nihil cõscius rei,rogabat preciũ sportularũ: statimq́; quãtũ indicabatur,dinumerauit. Ioannes autẽ accepta pecunia, ad suos regressus:& aduersario, qui uanæ gloriæ parens est,ac autor,in puluerem proiecto,strenuus,& quasi uictoria potitus,domum peruenit. Vicinus quidam monachus,terreno incolatu pro cœlesti mãsione commutato,ad Deum migrauerat. Huic erat frater secundũ carnẽ,qui mœrore grauatus, parum æquiter mortẽ fraternã ferebat. & cum à Ioanne consolatorijs sermonibus affectiones eius sisterẽtur,orabat eum lugens,ut uersiculũ aliquem sibi excuderet,quo animum refocillaret,& dolorem excluderet. Verebatur autem Ioannes mandatum senis, & petitionem refellebat. Sed enim ille instãtius efflagitabat,& dicebat: Vt quid nõ misereris animæ afflictæ? Cur nõ uel paruum aliquod ad mitigandũ dolorem ordinas remediũ? Si corporum medicus esses, & corporali ualetudine laborarem,tuq́; renueres pro facultate tua mihi pharmacũ administrare,dolẽti grauiter,& fortè lethaliter,nõne me despiciẽs,pœnas à Deo suscepturus esses? Nũc uerò cũ maiori dolore laboro,& me despicis,nonne pœnas à Deo longè maiores expectabis? Scias repositum fore,siue feceris,siue nõ,exaudieris. Flexerunt preces illæ Ioannẽ,qui & uersiculũ super mortuo composuit,qui in hanc usque diem omnium ore canitur. Est autẽ talis, πάντα ματαιότης τὰ ἀνθρώπινα: Omnia uanitas quæ humana. Digressus fortè à cella sua, præceptor Ioannis aberat. Ioannes uerò intra cellam modulatius uersiculum de sancto Ioanne cantabat. Quod senior adhuc foris existens audiens, uehementer succensus est, & ait: Oblitus ne es primarũ promissionum tuarum,& pro lugente ac tetrico,dissolutus sedes & deliciaris: Enarrat Ioannes seni causam,præmittẽsq́; luctum quasi magnam uim passurus,prono casu ueniã flagitat. Verũ senex stans ut lapis, uel circus, nihil mouebatur precibus, ipsum protinus foràs cellã eijciens. Tum uir ille admirabilis in memoriã referens primorum parentum inobedientiã, quã propter è paradyso fuere expulsi,ignorabat uel quid ageret,uel quò se uerteret. Amplius autẽ lugebat & fratrẽ qui se eiecerat,talia dicens: Ille quidem fratrem se abiecit, ego autem per inobedientiã perdidi animã meam. Tandem accessit ad senes quosdam uirtute præstantes,quos ad magistrum suũ nuncios mittit,ut illum orent,placent, demulceant, & ut Ioanni hanc noxã condonet. Quibus adeuntibus & rogantibus, senex quasi statua nihil flectebatur, negabatq́; omnino discipulo reditum in cellã. Et dicebat monachorũ quidam, Posses saltem ei qui peccauerat,aliud mandatũ iniungere,& nõ mox à contubernio tuo expellere. Tunc placatus, inquit: Si uolet hanc inobedientiã sibi dimitti,id mãdati faciat oportet,ut trãsiens per circuitũ nostræ labræ,id est monasterij,per seipsũ in singulis monachorũ cellis sordiũ domũculas & latrinas expurget. Perfudit hic sermo patres rubore,unde et ob rigorẽ senis stupe facti,& subtristes abierũt. Quibus Ioãnes occurrens,seruataq́; solita pœnitẽtiæ humilitate,interrogabat de patris sententia. Illi autẽ respõderunt,adeò se stupefactos austeritate senis,ut uereantur sententiã eius eloqui. Nõ cessabat tamẽ rogare Ioannes,quamuis multum erubesceret. unde patres persuasi,deformẽ illã expurgationem narrant. Ipse uerò sententiã (præter spẽ omniũ) ualde lætatus,inquit: Id mihi facile erit,atque adeò uoluptati summæ. Igitur è uestigio abit:& cõquisitis acceptisq́; scopis. nec nõ alijs purgatorijs instrumentis,cellã eius qui ꝓpius senẽ habitabat accedit: eamq́; ingressus,manus illas inquinare cœpit,quæ multis antea aromaticis odoribus fragabãt: dextrãq́; illam à Christo medicatam,luto ac stercore cõspersit. O mirã uiri demissionem. Vt ergo senex probauit multifariã Ioannis obedientiã & profunditatem,immo altitudinem magnæ ueræq́; humilitatis,occurrit,in brachia suscepit, ceruicẽ eius amplexatus est,oculos & faciẽ demulsit,humeros deosculatus est,& ait: Quã beatæ obedientiæ athletã ego genui in Christo. Ioãnes autẽ senilibus sermonibus adhuc magis erubescebat: iterũq́; pronus cadens,quasi corã Deo prostratus,lachrymis terrã rigauit. Nõ enim sermonibus paternis inflabatur,neq́; senilibus præconijs intumescebat. Ita eñ se rẽ habere scio, intelligentes laudibus humiliari,præconijs cõtristari,& ad Deũ magis extolli. Post hæc pater filiũ subleuat:& arrepta manu,in cellã cũ gaudio inducit. Diceres rectè,Ioannem in Eden restituit,in quo prius primũ Adam per inobedientiam figurabat,iam nouum effigiabat Christum,per summã illam quam in se ipso declarabat obedientiam. Non multo pòst uidit senex insomnium purissimũ,& audiuit uocẽ: Vt quid fontem obturasti,qui profundere posset tã dulce flumen,tanq́; nectaream aquam: aquam ad refocillandas animas,aquam quæ gratior ea,quæ raro miraculo è petra scaturijt,aquam quã bibere Dauid desideraret,aquã quæ Samaritanæ Dominus dedit: permitte fonti cursum. Fluet largiter, & in omnẽ orbem terrarũ ueniet,aquam copiosam,quæ hæresium maria obteget. Sitientes ad aquã hanc festinãter uenient. & quibus non est argentũ uitæ puræ,distractis affectionibus suis,à Ioanne mercẽtur omnem in doctrinis & operibus synceram puritatẽ. Hic accipiet propheticam citharã,& Dauidicum illud psalteriũ,& cantabit cantica noua,cantica Domino Deo, transcẽdet carmẽ Mosi,& modulationib. choraulian Mariæ: fabulæ erũt Orphei stultæ melodię. Hic cãtabit hymnos cherubico,hic imitabitur ecclesias & filias Hierusalẽ. Hic adolescentulas faciet tympanistrias,cantantes canticũ nouum Domino,annunciantes mortẽ Christi, & resurrectionem. Hic rectè docebit fidei dogmata,& hæresium distortas obliq̃tates infamabit,eructabitq́; cor eius sermones bonos,& dicet mirabilia opera regis. Sub diluculũ autẽ ipsum,pater qui no-

ctu arcanis initiatus, Ioannē ad ſe uocauit, & inquit: O' fili obedientię Chriſti, aperi os tuū, ut attrahas ſpiritum: immo quem prius corde tuo cōcepiſti, per os tuū eructa. Os enim tuum loquetur ſapientiam & intelligentiam, quā nunc multo tempore in corde tuo meditatus es. Aperi os tuum non in parabolis, ſed ueriloquijs: nō in ænigmatis, ſed dogmatis. Loquere ad cor Hieruſalem, qui uidet Deum, pacificæ ſcilicet illius eccleſiæ nō ſermones temerè & in aerem fluentes, ſed quos in pectore tuo ſpiritus ſanctus ſcripſit. Aſcēde in montē Sina, uiſionū & reuelationū Chriſti: & ſicut te humiliaſti in abyſſos uariæ humilitatis, ita nūc aſcēde in mōtem ſanctæ eccleſiæ, & prædica euangelizās Hieruſalem, in fortitudine exalta uocē. Glorioſa enim dicta ſunt de te. Ignoſce autē mihi, ſi qua in re obſtaculo tibi fui. Ex ea hora cœpit Ioannes hymnorū cantilenas, & melliflua cantica concinnare, quibus adhuc lætificat eccleſiā, & locū tabernaculi admirabilis, ubi auditur ſonitus feſta celebrantium. Præterea autē & panegyricos ſermones tradidit, ſacramq́; paginā à Deo conſcriptam exarauit. Inſuper in myſteria theologiæ, & aliorū ueræ fidei dogmatum, ſuccinctiorisq́; tam intelligibilium, quàm ſenſibilium cōſiderationis, ianuā introductionis, & egregiam inuitationem ſcripſit, quam ego Cœlum uoco: quia tanquā ſtellæ fulgebat, rectis demonſtrationibus, collectis à ſcientia tā naturæ, quàm ſcripturæ. In eum librū qui non reſpicit, & eius pulchritudine non oblectatur, is nimirum uel cæcus uel excæcatus eſt. Miſerum autē dico, qui tā diuinitus inſpirata indignè tractat. Præterea longos aliquot ſermones cōſcripſit. Itē libros de præclara adoratione uenerabilium imaginum. Habebat huius laboris adiutorem Coſmam, fraterna fide adiuuantē, quē & aliàs fratrem in diuino ſpiritu ſortitus eſt, qui & ſtudiorum & educationis & monaſticæ exercitationis ſocius fuit. Qui & ipſe Ioannē in ſpiritualibus canticis fœliciter imitatus, & canora eccleſiæ cantica ſuccinuit in cithara & uoce Pſalmi, corpus ſuum (affectus mortificādo) Deo in tympanū exhibens: ſeipſum autem in Pſalterium decachordum, in chordis quinque ſenſuū, & paris numeri animi uirtutū. Coſmas ille epiſcopus Maiumanus à patriarcha Hieroſolymitano ordinatur, licet ui adactus. Qui ubi commiſſum gregē rexit bene, & omnino ſicut Deo gratū, deinde in ſenectute bona, ad patres ſuos abijt, immo ad Deū migrauit. Idem Hieroſolymorū gubernator, diuina inſpiratione etiam Ioannem uocat, & ut ex cathedra ſeniorum Deū laudet, presbyterū ordinat: qui tamen mox ad diui Sabbæ ſpeluncam rediens & in ſuum nidum (ut dicitur) ceu ſublime uolans aquila ingreſſus, nō hoc ſapiens dictum ſecum uerſabat, Presbyteros gemino dignādos honore: ſed dictum ipſum aliquatenus immutabat, cōtraq́; ſe uertēs dicebat: Presbyteris curæ eſſe debere geminā humilitatem, presbyteris in duplū eſſe laborandum, nempe & in his quæ animæ, & in his quæ corporis. Sunt autē in nobis perquam multa, quæ etiā ab his qui ſe multum exercent, incognita ſunt, niſi ualde ſobrij ſint, maximè ſi internum hominem cōtemnāt. Occulta igitur illa (qualia ſunt fraudes, inuidia, ſuſpicio, latens arrogantia, uana mentis occupatio, mores intrinſecus tabidi & corrupti, inflatio ex humilitate corporis, cōtinentia cū uoluptate, propriæ uoluntatis uendicatio) Ioannes ut è mēte ſua radicitus euelleret, labores laboribus adijciebat, & in primis ſpirituales. Quippe ea q̃ prius lucubrauerat, denuò ſub incudem reuocans, diligēter cōſiderabat, & recognoſcebat, corrigēs & uerba, & ſententias, caſtigans diſpoſitionem, honeſtans ſi quid luxuriās, & immodicè florulentū occurreret: cauens magnopere, ne ſermones ſui uel oſtentatione, uel leuitate uolutarentur. Etenim ſapienti cuique uidere licet (modò lucubrationes eius adſpiciat (quo modo ſermonis grauitati decorē, ſententiarūq́; ſublimitatē coniunxerit. Iā quis zelum eius ꝓ pietate ex ſermonibus eius ſatis laudauerit, quòd omnibus ſapiētiæ diuitias tam liberaliter diſtribuerit: Adeptus enim ſciētiæ talentum, ipſum non in duplū modò, ſed & in duplum multiplicauit. Parcior ſum augendo numerū, ne terminos euangelicos trāſgredi uidear. Nam quod ex Damaſco, & poſtera ex Palæſtina in eos, qui uenerabiliū imaginum in Cōſtantinopoli direptores erant, & cōtemptores, inuectus eſt, nihil eum aliud impulit, quàm zelus diuinus. Vnde Megalopolitanū illud egregiū decus, cui cum protomartyre Stephano nomen cōmune, qui & ſicut ille lapis pro Chriſto, & pro imagine eius ad cœlū recurrit. Is meminit ſermonum, & contractionū eius aduerſus impios abſentes, uocans eum uenerabilem atq; deiferum. Et licet ſummo ſacerdotio initiatus non ſit, ſi tamen ueritatem ſcrutaberis, uidebis & martirij redimiculis uiri caput cinctum. Propter quā enim cauſam manus ſibi deſecta, quàm quòd ob pietatis zelū oborta ſibi fuit calumnia: Poſtremū, poſtquā ſic uiuens cōſummauit monaſticæ exercitationis curſum, tenuit fidē, imo dilatauit lucubrationibus, confirmauit doctrinis, & apud poſteritatē cui profuit, ſolidauit, continuauit & cōſeruauit: tandem ad Chriſtū quem dilexit aſcēdit. & nunc illum non imagine uidet, nec in effigie adorat, ſed detecto uultu gloriam beatæ trinitatis facie ad faciē ſpectat. Quapropter oportebat hunc athletam, hunc aſcetam, hunc eccleſiæ adornatorem, ueritatis aſſertatorē, exercitationeq́; ac dogmatum ſcientia cōſpicuū, dantem intelligentiam non intelligentibus, præſcribentē decreta rudibus: hunc inquā oportebat pro uirili noſtra laudatorijs ſermonibus afferre, non quaſi ei aliquid gloriæ dicēdo addamus, ſed ut ipſe noſtri uiciſſim memor ſit in cœlis: utq́; nos adhuc in terris peregrini, cœleſti gloria precibus ſuis adimpleamur: illa inquam gloria, quam Dauidis teſtimoniū filiæ regis tribuit, & intra regiā animam habitare perhibet, di-

cens

cens: Omnis gloria filiæ regis intrinsecus. Et ò beatissime, ignosce mihi, proq; me apud Deum feruens & irrepudiabilis intercessor esto, eo quòd bonum hoc conuiuium ab alio instructum licet tumultuariò, & ut potuit homo ille, ego ingenti desiderio, & summa diligentia in hunc sermonem transtuli, dolens hunc in Arabũ sermone iacere neglectũ. Incitatus aũt sum, quòd & ego tuo nomine gaudeo. Diligentiã autem tua benigna uisitatio adiuuit plurimũ. Fac obsecro & me (tametsi corpore adhuc peregrinũ) trinitatis adoratorẽ, non crassum & carnalem, sed spiritualem Fac totũ hinc corpore abscedentem, totum contemplationis amore peregrinum, totum holocausto amoris diuini cõsecratum: & cũ è carne migrauero, nullis adhærentibus affectionibus, fiducia bona tecũ coram Deo statuar: quem decet omnis gloria, honor, & adoratio, nunc & in secula: Amen

FINIS.

Eiusdem Ioan. Damasceni Vita, EX SVIDA.

Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, ὁ ἐπικληθεὶς Μανσοὺρ, ἀνὴρ ἦν ἐλλογιμώτατος, οὐδενὸς δεύτερος τῶν κατ' αὐτὸν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων. συγγράμματα αὐτοῦ πάνυ πολλὰ, καὶ μάλιστα φιλόσοφα. εἴς τε τὴν θείαν γραφὴν παράλληλοι κατ' ἐκλογὴν, καὶ οἱ ἀσματικοὶ κανόνες ἰαμβικοί τε καὶ καταλογάδην. συνήκμαζε δ' αὐτῷ καὶ Κοσμᾶς, ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων, ἀνὴρ εὐφυέστατος, καὶ πνέων μουσικὴν ὅλως τὴν ἐναρμόνιον. οἱ γοῦν ἀσματικοὶ κανόνες Ἰωάννου τε καὶ Κοσμᾶ, σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο. οὐδὲ δέξαιντο, μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται.

EADEM LATINE.

IOannes Damascenus, cognomento Mansur, uir fuit eruditione et eloquẽtia præstantissimus maximiq; nominis, nec ulli eorum qui sua ætate doctrina claruerunt, secũdus. Scripta eius extant ualde multa, maximeq; philosophica: Canones cum in sacrã scripturam, selecti, & in consentientem ordinem redacti: tum cantionum, partim iambici, partim solutæ orationis. Eodem etiam tempore floruit Cosmas Hierosolymitanus, uir ingeniosissimus; & omnino Musicam illam elegantem & eruditam spirans. Ioanni certe & Cosmæ canones illi cantionum, fuerunt hactenus supra omnem comparationem: neque quicquam illis comparari poterit, quoad nostrum æuum consummabitur.

EX VOLATERRANO.

IOannes Damascenus Damasci natus, Hebræus puer, Constãtinopolim uenit: ubi liberalibus artibus legitimè imbutus, & ad Christũ conuersus, monachi habitũ sumpsit, simul & docebat. Captus deinde in littore maris, à piratis Saracenis: postea à Theodosio redẽptus, magister eius epistolarum fuit. In suspicionem proditionis ueniens, dextera ei ablata est. Verùm postquã depræhẽsus, qui literas proditorias stilo Damasceni probe assimilauerat, in honore apud Imperatorẽ fuit. At ille in cœnobium regressus, ibi decessit. Scripta eius utilia, ab utraq; recipiuntur ecclesia.

Rerum Et Verborum In Damasceni Operibus Memorabilium, Index.

A

Brasax quis fol 550
abyssus quid fol. 105
accidens quid sit 581
accidētis diuisio quæ 581
accidia an per i latinè rectius proferatur 129
accidens quotuplex 525
acidia quid sit 128
acephalorum qualis heresis 178
acidia an rectè per u scribatur 129
actiones prosequēdę quę fol. 141
actio & actiuum an idem fol. 239
actio an simplex 240
actio quid 327
actionum nostrarum an simus domini. 92
actionis quot partes 527
actiuum quid 239
actus quid 148
adam quare Christus uocetur 211
adam quid significet 211
adelphius quis 516
aequiuoca quæ 583
aerianorum ieiuniū 554
aer an terra subtilior 103
aetiani qui 554
affectio quid 595
affectionem quid subsequatur 131
affirmatio quid 597
agathoclis modestia 123
agens quid sit 239
agere quid dicatur 596
agnoitæ qui 558
agonia quid sit 130
agonyclitæ qui 558
ἔχειν quid significet 593
ad aliquid quæ. 593
in aliquo quot modis dicatur 588
alogi qui 552
alter quæ dicantur 587
ambros. de cœli agnominatione 176
anomij qui 554
amphicyrtus luna quando fiat 94
amphilochius qui 555
angelus quare post lapsū in gratiā redire nequeat fol. 72
angeli unde futura prænuncient. 69
angeli quando creati 71
angelis quid 68
angelici qui 553
animatum quomodo diuidatur. 526
animarum nostrarum an aliqua dignitas 75
animatum species corporis 581
anima à corpore quomodo in Christo separata fol. 274
anima quomodo immortalis 604
annus lunaris quot sit dierum 93
anypostaton quid 584
apelliani qui 551
aphartodocitę unde dicti fol. 558
apollinarij qui 554
apostolici qui 553
appelles pictor 43
aqua supra cœlos qualis fol. 84
aqua an terra leuior 82
arbor scientiæ boni et mali an fuerit per se mala 116
archontici qui 551
archangeli qui 70
architæ Tarentini contra uoluptatē sentētia 123
areopagus quid 55
argestes uentus 104
arrij prima secta quo concilio damnata 513
arrij impietas 44
arrij de Trinitate diuisio fol. 42
arriani qui 554
ascodrugitæ qui 552
astrologorū uaticinia an uera 97
athanasius 80.538
auditus quæ sint organa fol. 133
audianorum quod schisma 553
augustinus 76
autumnus cuius sit qualitatis 96
autumnalis uersio atram bilem cur augeat 90

B

baptismus quid insinuet fol. 295
bardisianistæ qui 552
barsaniani qui 558
basilidiani qui 550
beda 280
behemoth quis 78
bilis quid sit 131
bonum an rectè deus dicatur 47
borbonitæ qui 550

C

calachanchius 550
caiani qui 551
calidæ aquæ quomodo reddantur 106
carpathium mare quale fol. 108
carpocratiani qui 550
cassiodorus 277
casus an rerum causa 143
cataphryges quales hæretici 552
cathari qui 553
causæ rerum an tres 142
causa mali & boni quis fol. 573
causa an perfectior eo cuius causa 35
cerdoniani unde dicti fol. 551
cerinchrani, aliàs Merinthiani 550
cerinthiani qui 550
chalcedonensi cōcilio qt patres interfuerint 517
chaldæi qui olim dicti 97
characterica ꝓprietas an naturæ sit 192
charitas unde 160
cherubim multioculorū fol. 70

cherub quid 78
choldiani qui 550
christus ex quibus sit naturis & an fiat alius 173
christus patres ubi soluerit 274
christus an debitor mortis 274
christus quomodo post resurrectionem cibum gustarit 280
christus quare deterius in nobis assumpserit fol. 284
christus quomodo ad pœnitentiam nos duxerit fol. 285
christus 230
christus humana sapientia an fuerit præditus fol. 543
christus à deo quomodo genitus 528
christus animi actionum an fuerit particeps 542
ad dei cognitionem Christus nos quomodo uocarit 289
christi & medici quanta differentia 279
christi corporis dissolutioni quomodo obnoxiũ fol. 277
christum ligni ad naturã comparatio 283
christi diuina natura an sit passa.ibi.
christi iudicium de irato in fratrem. 132
christi ascensio cuius sit corporis 280
an cœli septem zonæ 82
colobarsi cuius discipuli fol. 551
colobarsiani qui 551
colyrriani qui 555
cometæ an stellę cœlestes fol. 98
contraria quę 585
consultare quid 132
corthenij quales hæretici fol. 548

D

Dusanus de Deo 62
dæmones mali unde 77
definitio quid sit 587
definitio quãdo bona 586
deliquium solis unde 93
demonstratio quid 601
deus præeligibilis puritas fol, 57 an iustu uideri possit 92
dei qrale nomen 47
deus an omnium effector fol. 54
manus Dei quid 6
dei nomen quid 47
pedes Dei quid 6
tactus in deo quid sibi uelit 51
nefas Deo accidens ascribere 60
tria Deum significationũ nomina 47
dies naturalis quid 95
dies quomodo fiat 82
dioscorus quis 178
diuina discretio 49
diuina quomodo cõprehendamus 49
an sola diuinitas intermina 7
donũ s.sancti an pro spiritu accipiatur 62
donatistæ qui 559
dosithæi qui 548

E

E græcorũ an semper in i transeat 39
Ebionitæ hæretici 178
ecclesia locus Dei 167
εἶναι quid sit 584
Eico noclastæ qui 560
ab ἐλαία Greci an dicti 547
ἐλαία quid 547
elces qualis 552
elementum quid 96
ebionitæ qui & Nazaræi fol. 550
elementa asymbola q̃ 98
enypostaton quid 590
epicuræi qui 547
epihania quid 593
erubescentia quid 130
esseni qui 548
ethicoproscopytæ 559
ethnophrones qui 558
eucharistia quomodo instituta 315
εὐχῆται qui 555
eucratitæ qui 142
eunominiani qui. 554
euphemitæ quales hæretici 555
eurus unde nominatus fol. 104
eutychiani qui 205

F

Fata quod sit opus 142
per nos quæ fiant 144
an fictum omne mendacium 76
fides quotuplex 303
figura & forma quomodo differant 595
filius imago patris 150
flauianus quis 556
forma quid 588
fortuna quid 142

G

Generatio quid 155
genus summũ quod 151
genus quomodo diuidatur 525
gnosimachi qui 558
gregorius Nazianzenus fol. 78
gula an plures quàm gladius interficiat 128

H

Heraclionitæ qui 551
heicetæ qui 558
helcesæorum qualis hæresis 550
helias quid monstrarit fol. 297
heliotropitæ qui 518
hemerobaptistæ qui 548
hermas quis 556
herodiani qui 549
heterogenea quæ 587
heteronyma quæ 587
homo Dei simulachrum fol. 532
homines an dij dicantur fol. 122
homoidea quæ 582
hosini qui 549

humana motio cur differentia 246 (tus 246
humana motio cur uirhus à quo dictus 181
D. Hieronymus 33
I
I græcum an quandoq; in e latinum transeat 39
iapix quare sic dictus 104
iebusæi qui 548
ignis quæ proprietas 541
ignis quale elemẽtum 88
imaginatio quid 133
indiuiduũ quid 521
inuidia quid 128
ira quid sit 131
irę quod sint species 131
K
κλύτος quid significet 39
L
Leõtinus Byzãtius quis fol. 207
liberum arbitrium quare Deus dederit 142
lex sanctæ uitæ 562
liberæ quæ dicantur 527
liboauster 104
lignum scientiæ quare dictum 113
linea quot habet scientias fol 593
litoius quis 556
loci quot 103
λόγια quid 57
lucianistæ qui 551
lucianus hæreticus 551
luna 89
M
Malum quid 77
mala omnia unde 78
mamedius quis 140
manichæi qui 553
marcelliani qui 554
marcellini qui 550
marcionistæ qui & unde dicti 55
marcosæi quales hæretici fol. 550
Maria an duas uaturas cõceqerit 241
in mariam semen cecidisse quorum hæresis 555
mariam quare celebramus 220
marina aqua quomodo dulcorascat 106
mare tyrrhenũ quale 108
mare Cuspinũ quale 106
mare Aegæũ quale 108
melchisedeciani quales heretici 552
mente concipere quid 41
menandriani qui 549
meropes unde dicti 547
messaliani qui 555
michael angelus 79
misericordia quid 128
molestia quid 128
monophysitæ qui 531
monotheletæ qui ibid.
moses unde dictus 84
mors per inuidiam quomodo intrarit 129
N
Nassaræi qui 540
natura quid 596
naturam quid ueteres uocarint 584
nazaræi qui 550
negatio quid 597
nestorij qui 173
nicolaitæ qui 550
nicolaitæ unde dicti 550
noetiani qui 95
nomen quid 585
O
Obliuio quid 137
occasus triplex 104
adoratus in Deo quid 51
ophitæ qui 551
oratio quid 267
origeniani qui 553
οὐρανός unde dictus 86
οὐσία ab εἶναι quid differat fol. 584
P
παρὰ in cõpositione quid notet 39
paraclytus quid significet 39
paracletus aut paraclytus rectius dicat̃ ibid.
paracletus unde deriuetur ibid.
passio quid 128
passiuitas quid 596
paulini qui. 553
pelignus 130
pepuzæ quot fuerint 552
Pepuziani qui 552
persona quid 584
petriani qui 554
pharisæi qui 548
phantasma quid 133
phibionitæ qui 550
φρόνησις quid 130
photiniani qui 546
φύσις quid 584
Platonici 547
πνευματόμαχοι qui 554
positio quid 602
προσευχὴ quid 26
Ptolemæi qui 550
pythagoræi qui 547
Q
Quando quid sit 597
quantitas 562
quãtitas quotuplex ibid.
qualitas quid 594
R
Raphaelis angeli de angelorum cibo testimonium 75
interna ratio quid 128
ratio quid 41.42
res quid 41.42
ῥήματα quid 573
S
Sabas quis 556
sabelliani qui 553
samaritani qui 548
sampsæi qui 552
sapientia quæ 703
sarraceni qui 559
sataneani qui 555
saturniani qui 549
scribæ qui 548
scylla & Charybdis 44
scythismus quando ortus fol. 547
seculum quid 65
sensus quid 133
sensitiuum quid ibid.
sermo quid 583
seraphim sextipennatorũ fol. 70
sethiani qui 551
seueriani qui 552
simoniani qui 549
sitorum quot formæ 592

somnia

somnia quid sint 136
species quid 579
spiritus sanctus an paraclytus nominandus 39
spiritus sanctus à quo procedat 42
stupor quid 130
substantia quid 578
T
Tactus unde fiat 134
tatiani qui 551
terminus quid sit 601
terror quid sit 30
θεᾶσθαι quid significet 47
θεῖν quid significet 47
theocatagonistæ 558
theodoriani qui 554
theodetiani qui 552
θεὸς unde dictus 47
θεὸς an ab αἴθειν ibid.
θεοτόκος quid sit 213
inter θεοτόκον & θεότοκον quid intersit ibid.
thnetophysitæ qui 558
τριπόθητος quid 563
trisagium quid 102
tris quid significet 563
tristitia an passio 538
tropologia quid 572
θύμωσις quid 140
thymoleontes qui 560
V
Valentiniani qui 556
ualesij qui 553
uentus quid 103
uenti quot 103
uenus φωσφόρος 85
uelle, Dei lex docet 540
uitium quid 535
Y
ὑποπάτως χιτὸς 553
Z
Zephyrus unde dict' 104
zoophyton quid 581

FINIS.

Rerum & uerborum in Historia BARLAAM MEMORABIlium Index.

A
Aaron' 14
Abrahã an solus dei intelligens 14
Adæ & Christi comparatio 19
adam protoplastus 91
adonis ad inferos descensio 67
adonis qualis deus 67
ægyptij quos deos coluerint 67
ægyptiorum qualis error fol. ibid.
Amor mulieris res tyrannica 74
Apostoli qui 15
apostolorum uirtus 28
arachis & Nachor falsa contentio 51
arachis à rege quare uocatus 52
arachis quis 52
archisatrapæ factum impium 2
ἀρσενοκοῖται qui 68
auennir quando mortuus 87 ostendit filio mũdum 1
auennir quomodo pauper 1 eius cura in Zardan 52
auennir scribit filio. 85
B
Bacchus à quibus occisus 67
baptismus martyrij quis fol. 27
post baptismum quid oporteat facere 24
baptismus nobis ad quid fol. 24
baptismi quis affectus 16
eius dilatio an periculosa 17
post baptisma mundus quomodo quis esse possit. ibid.
præcepta post baptismũ obseruanda quæ 46
baptizemur q̃modo 16
qui prius baptizent 84
Christus ubi baptizatus fol. 15
barachias quis 89
barachias regno substituitur 90
barathrum quid 31
barlaam quis 44
barlaam recitat psalmum nonum quomodo 52
barlaam ubi habitarit 10
barlaam an rex prius cognouerit 52
barlaã sepultura & mors fol. 99
C
Cadere certanti an expediat 27
cenodoxia quale uitium fol. 29
chaldæorum quis error fol. 65
Christus notatur à rege 5
parabolas quib. Christus dederit. 20
Christus à quo baptizatus 15
consilium quid 36
corpus an anima magis curanda 31
regnum cœlorum quid fol. 17
regni cœlorum spes an effabilis 17
D
Dãnatio æterna qualis 18
dæmones quid dicti 16
deliberatio quid 36
deus quorum sit deus 19

Index.

deus ignotus quid ibid.
deo patri quid propriũ 23
supremus dies qualis futurus 62
differentiæ prælectionũ quid 37
dij gentium qui 12
disputationis institutũ 63
disputatio quandiu peracta 69

E

Elementa quatuor aspides 31
elementa an dij 65
eremitæ quomodo interfecti misericorditer cæduntur 54
eremitarũ uictus qualis 4
euãgelium unde sanctus liber 17
euangelia quid in se habeant doctrinæ 17

F

Famuli quare omnes eijciantur 54
fides sine operibus an uiua 24
fides Christiana an error 2
fidei quæ radix 16
fluida an omnia 33
fortuna an rerũ domina 14
fortunæ quanta sit instabilitas 29
futurorum certitudo an ex præteritis. 19

G

Græci quomodo stulti 65
græci de Deo an Chaldæis melius sentiant. 66
in gloriosis quid quærendum 12

H

Hercules quomodo occisus 67
hinnuli capreæ historia 43
hominum finis quis 9
hominum quot genera fol. 66

I

Idololatræ quare stulti 22
ignis an Deus 65
indi quomodo ad religionem adacti 1
gratulatio Iosaphat ob cõuersum Nachor 70
Iosaphat quis 5
iosophat patitur sitim 90.
quò sepeliatur 99
iosophat quomodo liberalis 84
iosophat lachrymæ 22
iosaphat an diues 44

L

Lachrymę unde fluant 26
læta an quandoq; contristent 6
lapis Barlaam quis 10

M

M. Antonius 92
maria an semper uirgo 15
mars an deus 67
martyres quare se crucifixerint 29
martyrium quid 28
monachi responsio ad intẽtionem mortis 54
monachi taxãt regem 1,2
monachi pera 53
monachi examen 53
monachorum mors 1
mors quid 17

N

Nachor quis 53
nachor quare turbatus 64
nachor tradit custodię 56
nachor conuersio 64
nuptiæ an pollutio 75
oratio Nachor ad deum fol. 71

O

Iustorum operũ chorus quis 32
iustorum operũ chorus qualis amicus ibid.
oratoris regij proclamatio de disputatione 63
ossa mortuorũ quare circumlata 54

P

Philomenæ fabula 21
piscina qualis præparetur fol. 34
pœnitudo regis Auennir fol. 85
prælectio quid 36
pœdagogus Iosaphat quis 6.5
prefectio ubi discatur 17
puella ad supplantationẽ missa qualis 74

R

(53
Regij inueniũt eremitas
regij circũdant mõtes 53
regenerari nos quomodo Christus uelit 16
reliquiarum mortuorum quanta utilitas 54
resurrectio quid 18
resurrectio an sit 19
resurrectionem nostram Christus quomodo probarit. 19

S

Saluus quis fiat 23
sathanas tẽtat Iosaphat 93
signa Christi quæ 15
spiritus sanctus quomodo descenderit 15
spiritus sancti fructus 24
sancta an sponte fiant 14
statuæ an surda idola 14
strutionis ouum cuius sit magnitudinis 2
stipendiũ peccati quod 3

T

Terra an dea. 65
terra quomodo facta 18
theodas quis 72
theodas cõfusus quomodo 77.81
theodæ sacrificium 72

V

Venter ignito draconi an similis 31
uentorum flatus an deus fol. 65
uenus quomodo perierit 67
uitæ nostræ mensura cui similis 31
ueteres quomodo ieiunarint 28

Z

Zardan quis 49
zardan substituit alius 52
zardan procumbit ante regem 52
zardan simulat morbũ 52

INDEX EO-

Index eorum omnium quæ libro Ioannis Cassiani insunt.

ABrahamus Abbas mulierem sanat 893
abbas Ioannes uas olei ex imperio senioris proijcit 679
abbas Ioannes saxum uoluere conatur ex imperio senioris 679
abbas Ioãnes discessurus sui exemplum discipulis reliquit 695
abbas Machetus in collationibus spiritalib. nunquã, & in fabulis terrenis semper dormiebat 695
abbas Ioannes ad senioris arbitrium lignum aridum rigare non destitit 679
abbas Mutius ex obediẽtia paruulum filiũ in flumen proijcere nõ hesitauit 680
abbas Paulus singulis annis opus manuũ cremabat 728
abbas Pynusius cognitus & ad monasteriũ suum ductus 682
abbas Paymõ ab Dyolio uenientes respicit. 91
abbas Ryam on suam continentiam studuit. 914
abbas Serapiõ simplicitatis errore deceptus antropomorphitarum heresi & de eius errore 844 & 845
abbas Serapion falsam cuiusdam humilitatem prodidit 924
abbatis Abraham miraculũ fol. 893
abbatis Antonij sententia fol. 982
abbatis Antonij super statu orationis sentẽtia 840
abbatis cheremonis dicta nonnulla 853 & 854
abbatis Ioãnis exhortatio ad Hieonam & socios. 942
abbatis Ioannis illusio 754
abbatis Ioãnis obediẽtia 678
abbatis Ioãnis respõsio cum eremum reliquisset 930
abbatis Macheti ad discipulos increpatio 696
abbatis Mosi de fine Monachi 745
abbatis Mosi uerba de remedio acediæ 728
abbatis Mosi tentatio 680
abbatis Cheremonis de protectione dei sententia 869
abbatis Mutij mira obediẽtia & humilitas 680
abbatis Pinufij ad partes Siriæ fuga 682
abbatis pynufij precepta 682
abbatis pynufij mira humilitas 681
abbatis pynufij ob humilitatem fuga 681
abbatis Pesii & Ioannis studij profectus 695
abbatis theonæ sententia de remissione quinquagesime 942
abbatis Pynufij humilitas & latebra 936
abrenuntiatio monachi crucifixi imaginẽ ostendit 683
abrenũtiantib. malè tractatio 758
absolutio ieiunij cur præsumatur in sabbato 671
abstinentiam maiorẽ, interdum maiorem carnis impugnationem subsequi fol. 957
abstinentia relaxata an castitati corporis noceat 550
acedię spiritus 721
acedia mentem excęcat ab omni contemplatione uirtutum 722
acedię expositio 721
acedię remedia uerba Abbatis Mosi 728
acedia duplex in pugna 722
acedia uicti quomodo collabantur. 722
acidię spiritum Apostoli improbantia testimonia 723
acedia quib. generibus monachũ superet 722
acediam improbantia Salamonis diuersa testimonia fol. 727
actualis scientiæ ad spiritualem profectus 885
actualis perfectio duplici ratione subsistit 882
actualis uita erga multas profectiones ac studia deriuatur 883
accurrendũ statim ad sonitũ pulsantis ostium 675
admitti in monasterio quis non facile debeat 6?2
aduersantes sibi cõcupiscentias carnis & spiritus cur tertia adijciatur uoluntas fol 780
adueniat regnũ tuũ quomodo intelligendũ 837 & 838
adiutorium dei laborãtibus tribuitur 732
aduersus nosmetipsos ira suscipienda. 715
ægyptij maximam silentij habere obseruationem 676
ægyptiorum cucullæ 660
ægyptij cur totis dieb. quinquagesimas non ieiunent, nec in oratione genua curuent 946
ægyptiorũ in oratione assiduitas 667
ægyptiorum orandi modus fol. 664
ægyptiorũ colloquia 660
affectus timoris & spei cur imperfectus 857
affectus & membra quomodo Deo ascribantur 714
agentis intentio nõ negotij effectus considerandus fol 907
agonis sublimissimi corona potiri qui sint gradus 692

y ambu-

ambulere inquiete locus i-
ste Apostoli quomodo in
telligendus 725
amicitiæ locus 895
amicitiæ ueræ præconia 895
amicitiarum infidum genus
fol. 895
amicitiæ disputatio senis
fol. 895
amicitię indissolubilitas un-
de. 896
amicitia uera indissolubilis
fol. 896
amicitia uera nisi inter per-
fectos esse nō potest 896
amicitia perpetua nisi inter
perfectos stare non potest
fol. 896
amor Domini nostra crux
fol. 683
angeli apostatæ dicuntur in
Genesi cum filiabus homi-
num concubuisse 826
& 827
angeli duo hominibus sin-
gulis adhęrent 825
animæ fœditas uel pulchri-
tudo quibus diuitijs con-
stet 772
animæ facultas super cogita
tionum statum 752
animæ infirmior pars prima
temptationibus succum-
bit 984
animæ nostræ rationabilem
partem fuisse corruptam
fol. 984
animæ pulchritudo uel fœ-
ditas quibus constet 772
animarum status triplex
folio 784
animæ mobilitas & impug-
natio nequitiarum cœle-
stium 810
anima quæ tristitiæ morsib.
deuoratur cui compare-
tur 719
animæ status & eius uirtus
fol. 808
animæ perfectio assumpta
ad similitudinē euangeli-
ci centurionis 808
animæ motus tripartitus 984
anima immūda scientiam spi
ritualem percipere nō po
test 888
animæ status & eius uirtus
fol. 808
anima nondū purgata quo
indicio cognoscitur 856
anima superba nequitijs spi
ritualibus illudēda subdi-
tur. 740
animæ perpetuitas 750
animalis & carnalis discrimē
fol. 784
antonij abbatis dictū de uir-
tute expetenda 686
antonij abbatis sententia
fol. 982
antonij abbatis disputatio,
quod sola discretio mona-
cho conferat 757
anteriorū actuū recordatio
quousq; sit habenda 938
antropomorphitarū hæresis
& eius origo 845
anxietas abbatis Germani
folio 905
apostolus & qui cum eo e-
rant, manibus suis operati
sunt 724
apostolus ut nobis præberet
exemplum manibus suis
operatus est 725
apostolorum & ecclesiæ pri
mitiuæ renunciatio 707
apostolus quibus gradibus
ad sublimissimi agonis coro
nam peruenerit 692
apostolus tantum operatus
est quantum sibi & suis
sufficeret 726
apostolum operatum fuisse
manifeste scriptura docet
fol. 726
apostolus quid carnis nomi
ne intelligat 781
apostolos imitari qui uolūt
non suis diffinitionibus ui
uere, sed eorum exempla
sectari debent 710
apostoli dictum quibus con
ueniat, non enim quod uo
lo bonum 373
apostolum multa bona con
sumere, quomodo intelli-
gatur 966
apostolū operari iubere te-
stimonia diuersa 726
apostoli testimonia contra
spiritum acediæ 723
apostolus uerbis & exem-
plis nos operari monuit
fol. 725
aquariæ molę & animę com
paratio 752
arbitrij libertas an sit 777
assiduitas in oratione Aegy
ptiorum 667
ascensus à timore dei ad cha
ritatem 684

B

BAculi gestatio 661
Basilij sentētia aduersus
Syncleti. 710
beatitudo nostra seu perfe-
ctio in quo constet 846
basilij sententia de suæ uirgi
nitatis qualitate 704
beatius est dare quam acci-
pere quomodo intelliga-
tur 727
beatitudini repromissæ nul-
lus labor comparari po-
test 736
bellum spiritale confici non
potest nisi carnali deuicto
fol. 693
beniamin edacitas 766
beneficio solitudinis cœno-
doxia non extinguitur 730
bonæuoluntatis nostræ uir-
tus & gratiæ Dei 87
bonæ uoluntatis initium &
eius cōsummatio à domi
no conceditur 776
bonę uolūtatis effectus à do
mino donatur. 775
bonitatem humanam non
esse bonam si diuinæ boni
tati comparetur 967
boni prouētus malis autho-
ribus non prodest 908
bonis mala gesta minime no
cent 908
bonitas humana bona nō est
bonitati diuinę comparata
fol. 967

bona

bono summo neminem posse iugiter intentum esse fol. 968
bonum principale à cæteris bonis discernitur 949
bonum non inhabitare carnem quomodo intelligatur 973
bonum non quod uolo facio quomodo intelligatur fol. 964 & 965.
bonum principale dimitti non debet propter minus bonum 948
bonū uerū esse id quod Apostolus semetipsum perficere nō posse testatur 966
bonum non quod uolo facio, quomodo intelligatur fol. 945

C

CAlciamentorum usus fol. 661
calciamenta Eremitarū 661
carnalis & spiritualis agonis similitudo 689
carnalis superbia quæ mala in monachi mente parturiat 740
carnem non inhabitare bonum quomodo intelligendum 972
carnis concupiscentia quid sit 781
carnis infirmitas: puritatem cordis nequit impedire 688
carnis uocabulū, plures habet significationes 781
carnis & spiritus colluctationis utilitas 780
castigationum mensura fol. 688
castitas sine humilitate obtineri non potest 704
castitas quemadmodum sine humilitate, ita sine castitate scientia obtineri non potest 704
castitas & continentia an simul possint haberi 700
castitati corporis an relaxata abstinentia noceat 950
castitatis differentiæ & gradus 863
castitatis custodia spe sublimioris premij augetur fol. 703
castitatis non laus, sed effectus est querēdus 703
castitatis documenta quæ, quibus agnoscitur 938
castitis perfectæ experimētum 894
castitatis consummatio 859 fol. & 860
castitatis munus ex peculiari gratia possidetur 701
castitatis exemplū quo docetē non omnia ab omnib. æmulanda 883
castitatis naturam & effectū inexperti tractare non possunt 864
castitatis gradus & differentia 863
castitatis & continentiæ discrimen 700
castitas an ita exploranda sicut cæteræ passiones 935
castitatis perfectiōe nec omnino aliqd boni perfici potest sine auxilio Dei 870
castitatis effectus non laus est quærēdus 703
castitas imaginaria philosophorum 841
castitatis dulcedinē soli qui experiunt̄ agnoscunt 868
castitatis finis & remedium fol. 869
castitatis possibilitas & cōtinentiæ qualitas quomodo perfici possit 868
castitatis uirtus, sanctimonia ab Apostolo uocat̄ 703
castitatis et cōtinentiæ differentia 866
cautio qua morbus tristitiæ curatur 719
causa cur potestatum seu principatuū nomina spiritaliū nequitiæ sortitæ sint fol. 823
causæ uitiorum sicuti omnibus insunt, ita ignorant̄ ab omnibus 686
casu repentino nullus corruit 720
cellæ traditæ ab Abbate Archebio 697
celanda quemadmodum remitti debeant 918
cœlestium nequitiarum diuersitas 819
coenobij tædium non habere quomodo quis possit fol. 715
coenobij utilitas 931 & fol. 932
cœnobij & Monasterij discrimen 923
cœnobiorum institutio 667
cœnobium inhabitās quarū debilitatum similitudinē debeat suscipere 685
cœnobium cur non usque ad senectam relinquamus fol 672
cœnobium egredi fratres, quidā sollicitabat 727
cœnodoxia uirtutibus mixta periculosior 730
cœnodoxia clericatus gradum ambiendum suggerit 732
cœnodoxia mentem inebriat fol. 732
cœnodoxia nec eremo nec ætate deferuet 730
cœnodoxiæ & superbiæ cōsummatio absque corporali ministerio 788
cœnodoxia non solum carnem, uerum & spiritum pulsat 729
cœnodoxia beneficio solitudinis non extinguitur 730
cœnodoxia quib. modis monachum pulset 731
cœnodoxia deiecta acrius ad luctamen resurgit 730
cœnodoxiæ natura comparatione mōstratur 730
cœnodoxiam improbantia diuersa testimonia 728
cœnodoxia multiplex & multiformis 729
certamen instituendū iuxta infestationē uitiorum 792

cæteri sedent uno psallente fol. 661
chananæorum populus sua terra expulsus semini Sem postea deputata 796
charitas nō tam de seruis filios facit, sed etiā imaginē Dei & similitudinem confert 855
charitas non solum res Dei, sed Deus est 899
charismata diuina 891
charitas perpetua 749
charitati nihil præponendū fol. 897
charitatis gradus, quibus ad sublimitatem possit ascendi 854
charitatis perfectio est pro inimicis orare 856
charitatis magnitudo timorem generat 858
charismatum uirtus non in signis sed in humilitate cōsistit 853
charitatis gradus 879
cheremonis abbatis de protectione Dei sententia 899
christi mandatis obtemperātes Euangelica perfectione cur fraudentur 902
Christus solus sine peccato tametsi multi 962
Christus Iesus cur nobis uel humilis uel glorificatus appareat 845
Christus solus absque peccati uulnere tentatorem uicit 962
Christus solus absq; peccato temptatus 787
cibi quotidiani modus 765
christus nō solum facti uerū & uoluntatis inspector fol. 902
cibi uel potus quicquam extra mensam gustare est illicitum 677
cibi & potus abstinentia nō sufficit ad mentis & corporis puritatem seruandam fol. 689
cibus monachi qualis esse debeat 694
cibus delicatus quis habeatur 675
cinguli sacramentum 661
cingulus monachi 659
claudij ab abbate Abraham curatio 893
cogitationes bonas an difficilius sit parare quā custodire 833
cogitationes spiritales quomodo immobiliter teneant & de earum mutabilitate 851
cogitationum nostrarū tria principia 753
cogitationum custodia 809
cogitationes iuniorum senibus manifestandę 674
collobia Aegyptiorum 660
colluctationis carnis & spiritus utilitas 780
colluctatio prima aduersus Gastrimargiæ spiritū id est aduersus gulæ concupiscentiam 686
cōmotiones in nobis excitantur, non aliorū sed nostro uitio 720
commotiones non alterius sed nostri causa excitantur in nobis 720
cōmorans in coenobio quarum debilitatum similitudinem debeat suscipere fol. 685
commorantes in corpore sine pugna non sunt 692
commorantes in corpore liberi a pugna non sunt 692
commotio iracundiæ iusta uel iniusta 714
comparatio eius qui destinata ferire concedat 746
compunctionum diuersitas quæ per lachrymas digeruntur 840
compunctionum causæ diuersæ uariæ qualitates fol. 837
concio dęmonum super uicissitudinis impugnatione subsistit 812
concupiscentia carnis & spiritus quid nobis prosit 783
concupiscentia carnis & spiritus 778
concupiscentia cordis, nisi extirpatione omnium uitiorum non extinguitur 689
confusionis calcandæ & periculi non cōdolentis responsio 762
cōfessio uerecundię ob quā cogitationes nostras senioribus reuelare confundimur 762
comparatio terreni et spiritalis agonis 701
consuetudo duodecim orationum 663
continentiam occultam interrogantibus, an sine mēdatio propalandā 913
contemplatio uirtutum ab acedia impedit 722
contemptio in magnis, occupatio in paruis 785
continentiæ tēperamentum seruādum 950
continentiæ facilitas duob. paximarijs continet 765
continentiæ uel refectionis mensura 765
continentia cuiusdam senis fol. 694
continentiæ modus generalis ex mēsura q sit 766
continentiæ uirtus & mensura 766
continentiam abscondi debere 914
continentiæ solitudo plurimum confert ad uitiū fornicationis superādū 700
cordis concupiscentia: omnib. uitijs extirpatis extinguitur 689
cordis puritas à carnis infirmitate non impedit 688
cordis tranquillitas non in alio sed in nostra ditiōe cōsistere debet 717
cordis directio in Deum & de Dei regno et diaboli fol. 749

cordis anxietas corporis euagatione grauatur potius quam releuetur 979
correctio principalis aduersus fornicationis spiritum fol. 699
corporis motum an dormientes possimus euadere 865 fol. & 866
corporis integritas usq; ad quem gradum perduci possit 703
corpore quãdiu pressi, sine pugna esse non possumus fol. 692
corpus peccati quid sit 974
correptionum diuersarum regulę 676
creare deum malũ quomodo intelligendum 800
criminosum esse si quis aliquid suũ esse dixerit 675
criminum præteritorũ obliuio 941
crux nostra timor domini est 683
cuculla Aegyptiorum 660
cunctationis utilitas quæ oritur ex colluctatione carnis & spiritus 783

D

DAuidis exemplis, ira salubriter assumitur 715
debilitatum quarum similitudinem quis suscipere debeat 685
dęmones suis principibus subijciuntur 825
dæmones ab alio eijcere mirabilius non est quam de se ipso uitia 894
dęmones cũ hominibus non sine suo labore pugnant fol. 813
dęmones qua ratione sibi parant corpora eorum quos arrepturi sunt 815
dæmones impugnationẽ quã erga homines impendunt etiam aduersum se cõmouent 823
dęmones arbitrium tentandi non habent 813
dęmones nihil aduersus homines præualent nisi prius mentes eorum obsederint fol. 826
dæmones in cogitationibus hominum quid possint & non possint 811
dęmones quomodo hominum cogitationes cognoscunt 812
dæmonis ludibrio habetur qui proprio iuditio fidit fol. 898
dæmonis astutiam iugiter obseruare debemus 684
dęmonib. imminuta est potestas nocendi 814
dæmonum subiectio quam suis principibus prebent fratris uisione perspecta fol. 825
dæmonum constipatio & inquietudo quam semper in aere exercent 823
dęmonum concio super uicissitudinis impugnatione subsistit 812
definitio quibus modis retinenda, & in quibus si oporteuerit refundenda 917
definitionum commutatarum testimonia scripturæ quæ. 914
deffiniendi modus 904
dei gratia semper indigere se sentiunt qui uerè se humiliant 971
dei gratia & libertas arbitrij fol. 873
dei dispensatio inscrutabilis fol. 880
dei adiutorium laborantibus datur 737
deiecta cœnodoxia ad lactamen acrius resurgit 730
delicatissimus cibus quis habeatur 675
delinquẽtes non odio sed beneuolẽtia sunt monẽdi 726
desidioso prima uocatio nõ prodest, strenuo ultima nõ obest 769
desidiosus quidam frater alios de cœnobio exire sollicitabat 727
descriptio Eremi quæ est in diosco in qua Anachoritę commorantur 697
detrimentum ex cella discedere 805
deum uias nostras dirigere fol. 774
deum creare malum quomodo intelligatur 800
deum complectentia, secũdũ nostræ naturæ consuetudinem nominamus 713
deum habere membra quomodo intelligatur 714
deus suis temptationib. humani arbitrij uirtutem experitur. 877
deus cur prædixit Abrahæ decem gentes à populo Israel expugnandas 796
deus semper contemplãdus fol. 752
deus malũ nõ creat 828
deus non secũdum immensitatem pręscientiæ sed secundum præsentes actus unumquemq; uel puniat uel remuneret 616
deus superbiã diaboli humilitatis uirtute extinguit 735
diabolus nostro fini semper insidiatur 684
diabolica illusio quod repromittat requiem in uastiori solitudine 985
diabolum esse mendacẽ & patrem eius quomodo intelligendum 829
die sabbati cur ieiunetur in urbe 671
diei dominicę ab aliorum cõsuetudine diuersitas 671
diluuij pœna puniti iuste fol. 829
dimittenda superflua 676
dissectio cur inter spirituales nascatur 898
discessurus Abbas Iohãnes discipulis sui exemplũ reliquit 695
disciplina orandi 663

discipline dicēdi psalmos apud Aegyptios. 665
discretionis bonum in scripturis tractatum, quod sit fol. 758
discretionis quadripartita ratio 755
discretio appetenda 765
discretionis tractatio 756
dispendia quæ acedia menti suggerit 721
dispēsationis reprobationis dei duplex causa 779
dispensatio Dei inscrutabilis 880
disputatio abbatis Antonij quod sola discretio monacho conferat 757
diuersarum correptionum regula 676
diuina charismata quæ 891
diuinarum scripturarū multiplex intellectus 887
diuitiarum genus tripartitū fol. 772
diurnarum orationū & psalmorum modus 667
doctoris sermo secundum audientium meritum 755
documenta quibus castitas agnoscitur 935
dominica cœna omnes priuādos si nullus absque peccato inueniāt obiectio 962
dominica comunione nullus se dignū iudicare debet fol. 961
dormire non licet post matutinas orationes 669
duodenarij numeri obseruatio 663
duodenarij numeri obseruatio ab Angelo tradita 663

E

ELogium abbatis Macharij ad monachos uel tanquam diutissime uicturos uel quotidie morituros fol. 697
effectus castitatis quærēdus & non laus 703
egestio genialis fluxus triplici ratione prouenit 958
energuminis quomodo immundi spiritus dominentur 811
epilogus expositionis perquam monachus possit ad perfectionē ascēdere 685
eremi descriptio quæ est in diolco in qua Anachoritę commorantur 697
eremitarū calciamenta 661
eremum petentes qui imperfecti 933
eremitarum cōmoda 931
eremus quo studio expeti debeat 717
eruditio perfectionis qua ad perpetuam dei memoriā peruenire possimus 846 fol. & 847
euangelij præcepta leniora quam præcepta legis fol. 955
euangelij gratia sicut perfectis regna cœlorum tribuit ita ueniabiliter infirmos sustinet 944
eunuchorum tepor 784
examen in cœnobiū recipiēdorum 672
exauditionis inditiū 841
excellentia eorum qui per charitatis effectum declinant à uitijs 855
exēpla ananię saphirę & Iudæ de philargyria 711
exemplum Iudę de philargyria 711
exemplum perfectionis nō à multis sed à paucis expetenda 684
exemplum cuiusdam Monachi philargyrię laqueis detenti 708
exercitia iuniorum 674
experimētum castitatis perfectæ 894
expugnatio septem gentiū quid significet 793
ezechias rex coenodoxię telo deiectus 730

F

FAbula tonsoris mercede composita ad cognoscendas diaboli illusiones 983
facultatibus exui nolentes quo colore tueantur 709
feminę cuiusdam patientiæ exemplum 925
fides ipsa à deo conceditur fol. 775
finis puritatis & integritatis qui 704
flagitiorum recordatio uitāda 940
fornicationis impugnatio humano studio solū euinci non potest 701
fornicationis ardorē patientia extinguit 862
fornicationis & immūditiæ mortificatio 861
fortis quis esse potest etsi semper infirmum non sustineat 903
fraterna reconciliatio 717
fratres de cœnobio exire, quidam sollicitabat 727
fratribus obsequia quomodo exibeantur 677
fratres in Aegyptū sibi et his qui in carceribus erant ex labore manuum subministrabant 728
fratris silentio nōnulli ad iracundiam accedunt 900
fratrum duorū minę ob imperitiam discretionis 759
fratri qui irascitur, quomodo intelligendum 718
fratrum consortia deserēda non sunt ut perfectio acquiratur 720
fratrum spontanea ministeria 678

G

GAstrimargiæ natura ad similitudinē Aglæ 795
gastrimargiæ perseuerantia aduersus philosophos 795
gastrimargiæ & fornicationis curatio 786
genera quatuor supplicationum ad non initiata 836
germani abbatis respōsio 905
gēs una deseri, septem uerò extingui, cur iubētur 795

gentes

gẽtes septẽ ab Israel expugnatæ quid significent 793
gẽtiles absq; gratia dei castimoniam habuisse quomodo dicitur 871
genus diuitiarum tripartitũ fol. 772
genua non flectuntur à uespera sabbati usque ad uesperam diei dominicæ 667
gradus perueniendi ad sublimissimi agonis coronam fol. 692
gradus quibus ad sublimitatem charitatis possit ascendi 854
gratia operatur manente arbitrij libertate 774
gratiæ participẽ uel sub gratia esse quomodo probetur 956
gratia uocationum multiplex 879
gratia dei non solum in naturali conditione, sed in quotidiana dispensatione munimur 738
gratiam dei non habẽtes, ad laborem obtinendæ perfectionis accedere non possumus 787
gratia Dei an præcedat uel sequatur bonam nostram uoluntatem 874
gratiam dei humani conatus compensare nõ possunt fol. 877
gratia Euangelij sicut perfectis regnum cœlorum tribuit, ita infirmos sustinet fol. 944
gratia dei semper indigere se sentiũt ij qui uerè se humiliant 971
gratia dei & libertas arbitrij 873
gratia dei se indigere sentiũt qui ad perfectionem tendunt & uerè se humiliant fol. 971
gratiam salutiferi sermonis plerunq; indigni recipiũt fol. 891
gratia dei angustias humanæ fidei transcẽdit 879
gratia dei remota nullos industrios conatus exequi possumus 871
gratiæ dei fides à patrib. tradita 739
gratiæ & legalium præceptorum differentia 955
gulæ cõcupiscentia quomodo superatur 690
gulæ passione deuicta ad cæteras uirtutes obtinendas labor impendendus est fol. 797
gustare aliquid extra mensem est illicitum 677

H

Habitus monachorũ 661
heronis senis mors 758
hæresis Antropomorphitarum 844 & 845
homines antè diluuiũ peccãtes iustè puniti sunt 829
homines ab initio naturali lege obnoxij fuerunt iudicio pænæ 828
homines sub gratia Euangelij degẽtes mandata legalia superare debent 943
hominem esse sine peccato, qui asserũt dupliciter errãt fol. 968 & 969
hominum cogitationes quomodo dæmones cognoscunt 812
hominibus passiones nõ singuli spiritus ingerunt 812
hominibus singulis semper duo angeli adhærent 825
hora seruanda in oratione fol. 667
humani laboris intentio non sufficit ad obtinendã puritatem 861
humani arbitrij uirtutẽ Deus suis temptationibus experitur 877
humanis mentibus quomodo immundi spiritus copulentur 808
humanitate uti debemus in ociosos & negligentes 726
humilitatis interrogatio 937
humilitas uera quæ. 934
humilitas Abbatis Iohannis fol. 930
humorum genitalium abũdantiæ quomodo castigentur 766

I

Ieiunandum ex indignatione non esse 901
ieiunare die sabbati in urbe cur oporteat 671
ieiunij ratio & utilitas 949
ieiunium non semper cõgruum esse 949
ieiunium cur totis quinquaginta diebus relaxetur 950
ieiunij abstinentia relaxata an corporis castitati obsit fol. 950
ieiunij absolutio die sabbati cur præsumatur 671
ieiunij remedia 688
ieiunij immoderati, & uigiliarum tractatio 765
ieiunij spiritalis uia quæ sit fol. 693
ieiunij spiritalis uia est corporalis continentia 693
ieiuniorum regula eadẽ ab omnibus custodiri non potest 687
ieiunium quale bonum sit fol. 947
ieiunium non esse principale bonum 947
Iesus Christus nobis cur uel humilis uel glorificatus appareat 845
ignominiosum à philargyria superari 710
illicitum est aliquidẽ extra mensem gustare 677
illusio nocturna quo uitio procedat 702
illusio quam quidam per discretionis imperitiã incurrit 739
imitanda pauca sunt 684
Impugnationis utilitas quæ nobis de incendio & æstibus generatur 861
immundis spiritibus detenti, sperni

ti sperni non debent 816
increpatio cuiusdam senis fol. 697
indigni nonnunquam gratiam salutiferi sermonis recipiunt 891
industria cuiusdã senis cuidam ocioso de labore prouisum 697
industria nostra & studium nihil sine adiutorio dei ualet 779
inferiores in collatione contemni non debent 898
infirmi iniuriosi sunt, & si iniurias ferre non possint fol. 903
infirmorum mobilitas quæ. fol. 883
infirmus se sustentari non sinit 903
infructuosa nonnunquam spiritalis doctrina 891
immundi spiritus quemadmodum humanis mentibus copulentur 810
immundi spiritus an possint uniri animabus eorum quos suppleuerint 810
immũdi spiritus quomodo energuminis dominentur fol. 811
inquiete ambulare, locus iste apostoli quomodo intelligatur 725
instituta renunciantium fol. 672
institutio numeri psalmorũ fol. 662
institutionũ differentia 906
instructio de orationis statu fol. 664
integritas corporis usque ad quem gradum possit perduci 704
integritatis ac puritatis finis fol. 704
intellectum quo mãdata dei cognoscimus Dominus confert 775
intenti esse debemus ad cordis puritatem seruandam fol. 691
interior monachij pax, & spiritalis abstinentia 693
interrogatio de metu sponsionis præditæ 907
inuentores sacræ lectionis fol. 676
inuidiæ malum 928
inuiolabilis societas quibus modis seruetur 856
ioas regis exemplum superbiæ 739
iosephi abbatis interrogatio fol. 905
ira aduersus nosmetipsos suscipienda 715
ira & tristitia plerunque inter accidentia uitia inueniuntur 789
ira amputanda secundũ Euangelium 718
ira in quo nobis sit necessaria 715
iræ spiritus 713
iracundia quomodo comprimenda 503
iracundiæ commotio iusta uel iniusta 714
iram nostram non ideo tueri debemus eo quod Deus irasci dicatur 713
iram lex uetus de effectu atque cogitatione tollit 717
iram momentaneam quidẽ retentari non licet 716
iram nostram in fratres tueri non debemus eo quod deus in peccatores irasci dicatur 713
irrationabilis est definitionis pertinacia 914
iugiter obseruare debemus astutiam dæmonis 6 4
iunioribus in naturali necessitate obeditur 674
iuniorum instituta 674
iuraui & statui, hoc quomodo intelligatur 917
iugum domini amarum & onus graue cur sentiatur fol. 987
iugum meum leue & onus suaue quomodo intelligẽdum 986
iustitia humana iniustitia est comparata iustitię Dei fol. 967
iusti & sancti sine peccato non sunt 975
iusto inferens mortem an reus iudicandus, cum iustus habeat de morte mercedem 800
iusto tam prospera quam aduersa ad salutem proficiũt fol. 801

L

Labore æqualis refectionis 766
laborantibus Dei adiutoriũ tribuitur 737
lachrymarum profusio non est in nostra potestate 839
lachrymæ si spontaneæ non sunt elici non debent 840
lapsus diaboli & angelorum fol. 822
lapsus diaboli initium 822
lapsus diaboli à deceptione Eue principiũ sumpsit 822
lapsus & deceptio monachi Mesopotameni 760
lectio sacra in coenobijs habetur reficientibus fratribus 676
legalia superare debent qui sub Euangelij gratia degunt 943
legem spiritalem esse quomodo intelligatur 971
legis sciẽtia domini magisterio confertur 775
legis mandata superare debent qui sub Euãgelij gratia degunt 943
legi Dei condelectari quomodo secundum interiorem hominem intelligatur 971
legis mandata nonnulli sunt supergressi 943
legi au tãtum subiectis, uel qui sub lege erant mendacio uti licuerit 910
lenticulæ tria grana ab æconomo reperta 677
lex etiam uetus iram omnino tollit 717

libe-

liberum arbitriũ non est ido neum ad saluãdum ex definitione patrum 881
liberum arbitrium semper gratia dei indiget 777
liberi arbitrij & Dei adiutorij tractatio seu locus 810
liberati à uitio gulæ, facilius ad interioris hominis pugnas perueniunt 690
liberi arbitrij infirmitas 874
licentia uti mendacio a multis usurpata 911
lignum aridum ab Abbate Ioanne irrigatum 679
lippis similes sunt qui se credunt esse sine peccato 968
locorum qualitas ab anachoretis expetenda 979
lucifer ob superbiam de archangelo diabolus effectus 754

M

Macharius abbas mortuum suscitat. 892
mafortium usus 660
male renũtiãs à nõ renũtiãte quomodo differat 708
male fundatus quotidie ad deteriorem statum pro labitur 741
mali uerã scientiam habere non possunt 889
malũ nulli inuito ab alio potest inferri 799
manuum suarũ opere qui contentus nõ est, inquietum esse necesse est 724
Mariæ & Martę similitudo ad rerum diuinarum contemplationem 748
matutina solennitas non cõtigua 669
mendacio uti an tantum licuit ueteribus 910
mendacium ueniabile plerunq; & noxiam ueritatẽ esse 912
mendacio uti nulli permissum 911
mendacio uti à multis usurpata licentia 911
mendacio uti in ueteri testamento non est indulta licentia-ueniabiliter tamen à multis fuit usurpata 911
mendacem diabolum esse & patrem eius quomodo intelligatur 829
mendaciũ ueniabile, & ueritatem noxiam etiã Apostoli censuerunt 912
media in proposita quæstione accipi debent 811
mens non tantum uino inebriatur 687
mens à principibus inebriatur 687
mens nostra quibus causis aggrauatur 832
mens an possit in una eadẽq; qualitate iugiter durare fol. 805
mensura una eadẽq; seruanda 767
mensura parcitatis non excedenda 675
mentis & corporis puritas quibus remedijs cõserue-tur 704
ministeria spontanea quorũdam fratrum 678
mirabilia quæ Deus in sanctis suis operatur 867
missam post nocturnam cur dormire non liceat 665
misericordia Dei priuati ad laborem obtinendę perfectionis accedere non possumus 737
miserabiliores sunt qui uitijs, quam qui à dæmonib. detinentur. 815
mobilitas animæ & spiritales nequitiæ 806
mobilitas cogitationum unde 702
moderatio & tollerantia tẽtationum à domino tribuitur 706
modus quotidiani cibi 765
modus psalmorũ & orationum diurnarum 667
modus perueniendi ad perfectionem 685
modus orãdi Aegyptiorum fol. 664
monachus non de aliorũ uirtute, sed de sua longanimitate sperare debet 685
modus dicẽdi psalmos apud Aegyptios 665
modus psalmorũ & orationum 662
monachus mulieres & episcopos uitare debet. 732
monachus a cœnodoxia à dextris & à sinistris pulsatur 729
monachus qua contentione Dei memoriam custodire debeat 970
monachi interior pax ex spiritali abstinentia 653
monachi scopus quis sit 745
monachus quo studio scripturarum scientiam aliqui possit 656
monachus quidam uel eremita nũquam solus sua in cella cibũ sumpsit 655
monachi rudes exemplis seniorum erudiri debẽt 920
monacho si à parẽtibus necessaria suggerãtur an obsit 921
monacho non laboranti magna pœna 692
monachorum quartum genus 923
monachus cogitationes sitas ad quam similitudinẽ custodire debet 980
monachorum professio quibus authoribus instituta sit 921
monachorum habitus 661
monachorũ tria genera 920
monacho laboranti magna retributio 682
monachus pecuniã retinens in monasterio manere nõ potest 707
monachum cuius placiditatis esse conueniat 714
monachi cingulus 659
monachi uestis 659
monachi habitus 659
monachi cuiusdam exemplum philargyriæ laqueis obligati

obligati 708
monachum quibus generibus acedia superet 722
monachum cuius placiditatis conueniat esse 714
monacho sola discretio confert 757
monachus qui ad pugnas interiorum certaminũ peruenire cupit, cibi sumendi tempus excedere non debet 693
monachus statis temporib. cibum sumere debet fol. 693
monachi qualis debeat esse cibus 694
monasterio suscepti nouiter fratrib. nõ commisceri debere 672
monasteriũ ingredi uolens illicq; uicturus nõ facile admittatur 682
morb. philargyriç semel receptus difficile pellitũ 706
morbus philargyriæ receptus semel, difficile pellitur 706
morbus tristitiæ quomodo curatur 719
mores prauos nõ relinquentes, superflua eorum successio 717
meritum uniuscuiusq; à signis æstimari non debet 893
moribus emendati cum omnibus conueniunt 720
mortifera atq; diabolica tristitia 721
mortuus ab abbate machario suscitatur 892
mundo renunciantes ad perfectionem sine charitate contendentium tractatio fol. 747
mũdo in hoc nihil sine Deo geritur 777
mundo tria insunt, scilicet bonum, malum, medium fol. 799
munus castitatis ex gratia peculiari possidetur 701

N

NAtura eorum quæ bona uel mala uel media sunt 946
nequitiæ differentia quæ aduersis spiritibus inest per duos philosophos approbata 825
nequitiarum cœlestium diuersitas 819
nestoretis abbatis sententia de spiritali scientia 882
nihil in hoc mundo sine deo geritur 777
nocturna illusio quandoq; inimici factione cõtingere fol. 960
nocturnæ illusiones quæ. fol. 957
nocturna illusio quo uitio procedat 702
nocturna illusione pollutũ an accedere ad sacrosanctam communionem liceat 959
nominamus ea quæ in deo sunt, secundum nostræ naturæ consuetudinem 713
non omnia omnibus conueniunt 980
nostrarum cogitationũ status qualis 807
noua uestimenta in monasterijs recepti cur dentur fol. 673
Nouiter monasterio suscepti fratribus non comisceri fol. 672
nuditas quomodo à Monacho sustinetur 712
numeri duodenarij obseruatio 663
numeri psalmorum institutio 662

O

OBedientiæ uia abbatẽ Ioannem ad prophetiam usq; perduxit 678
obedientia mira cuiusdam fratris 681
obliuio peccati utilis est 940
obsequia quomodo fratrib. exhibeant. 677
obseruantia secũdum aeris qualitatem 661
obseruatio duodenarij numeri 663
obseruãtia breuitatis in oratione apud Aegyptios fol. 664
obseruantia post orationes & missam 666
occasione custodiendæ pecuniæ, færarum contubernia requiruntur 707
ocij causa monachorum cœnobia non sunt 728
otiosi & negligẽtes nõ sunt ab humanitate excludendi 726
octo principalium uitiorũ colluctatio 686
octo uitiorum & septẽ gentium comparatio 794
octo uitiorum diuersa testimonia 796
octo principalium uitiorũ tractatio. 786
octo gentium numerus, secundum octo uitia impletur 794
ordo impugnationis dęmonum an seruetur 812
ordo perueniendi ad perfectionem 684
ordo celebrandi uigilias fol. 670
ordo præliorũ qui ponitur in cathalogo uitiorum nõ est idem 797
ordo actionis sine culpa mutatur: dum modo boni studij capiatur effectus 908
origo tristitiæ 720
omittenda omnia ut celeriter curratur ad sonitũ ostium pulsantis 675
omnium uitiorum fomites à superbia pullulant 734
operationum genera quæ debeant à solitarijs eligi fol. 979
operatio multa uitia amputat 725

operari

operari Apostolum iubere testimonia diuersa 726
operationis utilitas 982
ocij detrimentum 982
opus manuum & orationes in cellulis 666
orando abbas Theodorus quæstionis locutionẽ obtinuit. 696
orandi disciplina 663
orantibus seruãda hora 667
oratorium nulli introire licet, qui non adfuerit antequam primus psalmus finiatur 670
orare non licet cum suspensa oratione 666
orationum species an omnibus sigillatim & uicissim sint necessariæ 835
orationum species quas asse qui possumus 835
orationis perpetuæ institutio 848 & 849
orationis status instructio fol. 664
orare cum suspenso ab oratione non licet 666
oratio dominica 836
oratio sequẽs post psalmum fol. 664
oratio pura & sincera quomodo paretur 831
orationis tractatio 830
orationũ duodecim consuetudo 663
orationibus matutinis absolutis dormire non licet 669
orationum et psalmorum diurnarum modus 667
orationis breuis & tacitę utilitas 843
orationum qualitates diuersæ 833
orationis perfectionẽ quomodo acquirimus 850
orationis sublimioris qualitas 839
orationũ & psalmorum modus 662
orationis qualitas 830
oratio intra cubiculũ ostio clauso deferenda 843
orationum quatuor species fol. 834
Ozias rex cœnodoxię morbo superatus 731

P

PArcitatis mẽsura nõ excedenda 675
parentum uicinia nonnullis nocet 980
passiones hominibus nõ singuli spiritus ingerũt 812
paschæ significatio apud Aegyptios 844
patientes tantum qui à nullo prouocantur qua cõparatione æstimandi 718
patientiæ perfectio 926
patientiæ suę bono unusqsque, non de aliorũ uirtute sperare debet 685
patiẽtia fratris cuiusdã 929
patientia iugiter excolenda fol. 720
patientiam putantes sęcularibus magis quã fratribus impẽdendam errant 900
patientes cum omnibus esse debere 900
patientiæ exemplum fœminæ cuiusdam 925
patientia uera q̃modo possit acquiri 924. & 925
patientiam mentientes, ad iracundiam fratris silentio accedunt 900
patientia simulata nonnullorum, qua maxillã uerberatam, alterã ingerũt 902
patientia non magis fratribus quã alijs impẽdẽda 900
pauca sunt imitanda 684
pauli abbatis cœnobium 929
Pauli Apostoli uocatio fol 764
pax monachi interior, & spiritualis abstinentia 6 3
peccati corpus & membra fol. 860
peccata intelligere paucorũ est 970
peccatũ uix in ipsa hora orationis uitari potest 976
peccata intelligere paucis datum est 970
peccatum an habeat, qui infirmis nostra conscientia occasionem mentiendi ingerit 909
peccati obliuio utilis 940
peccati euacuatio a quibus sit ac uirtutũ discenda perfectio 976
peccato quamuis nos obnoxios agnoscamus, tamen à Dominica communione nos detrahere non debemus 977
peccatum in nobis non dominabitur quomodo intelligatur 955
peccata an reminiscẽda sint pro cordis compunctione fol. 938
pænæ seu iudicio homines ab initio naturali lege obnoxij fuerunt 828
pellis caprinæ usus 660
pœnitudinis finis 941
pœnitentiæ modus & indulgentiæ documenta 938
pœnitentiæ diuersi fructus fol. 939
pœnitudo quo tempore finienda 941
pœnitentiæ finis & satisfactionis inditium 937
perfectæ puritatis statũ quo modo retinere possimus fol. 704
perfectionis ratio quibus aperitur 890
perfecti uiri nihil absolutè definire debent 906
perfectæ & integræ puritatis inditium 702
perfectionis uia à quibus discere debeamus 737
perfectionem uirtutum uel beatitudine suis uiribus nullus obtinere potest 736
perfectio singularum abrenuntiationum quomodo sumenda 771
perfectionem desiderans resumere non debet quæ renunciauit 712

perfe-

perfectionum diuersitas 837
perfectè renuntiantib. centuplum in hoc mundo repromittitur 989
perfectionis exempla, à paucis & non à multis expetenda 684
perfectio cõsummata & uera qualis 933
perfectus nullus est primo gradu renunciationis 773
perfectionis modus 852
perfectio sine humilitatis uirtute teneri non potest fol. 740
perseuerantia arrepta professionis 883
pertinaces ac duri sancti uiri esse non possunt 917
pertinacia definitionis uitanda 914
pertinacia definitionis irrationabilis est. 914
philargyrię morbus semel receptus difficile pellitur fol. 706
philargyriæ origo 706
philargyria quib. causis oriatur 706
philosophorum duorũ approbatio differẽtiæ nequitiarum quæ aduersis spiritibus insunt. 825
philargyrię & naturaliũ uitiorũ discrimen 789
philargyria nisi nuditate uinci non potest 711
philargyria spiritalis lepra est animæ 712
philargyriam quis uincere nõ potest nisi in cœnobio perseuerat 713
philargyriæ spiritus pugna fol. 705
philargyrus etiam pecunia carens dici potest 711
philargyria superari ignominiosum 710
philargyria quarũ rerum origo. 706
philargyria quomodo superanda 710
philargyria extra naturã est fol. 789
philargyriæ morbus perniciosus 705
philargyriã triplicẽ esse exẽplis docetur 708
postulatio & gratiarũ actio fol. 835
postulatio earum tantum sit rerum quæ in oratione dominica continentur, præterq; ea nihil postulãdum fol. 838
potestates unius fortitudinis contrariæ non sunt fol. 813
potestatis nostræ sit sub gratia Euangelij, an sub terrore legis uelle esse 944
potestas liberi arbitrij an sit fol. 777
potestas nocendi in arbitrio dæmonum non est collocata 814
potestatum & principatuũ initium 821
pręceptum iunioribus nequid cogitationum subtrahant 674
præteritorum abbatis Pinufij 682
pręcepta seniorũ iuniores discutere non debẽt fol. 920
primitias nostras Deo offerre quomodo debeamus fol. 952
primitiarum & decimarum collatio 942
principatuum seu potestatuum tractatio 819
probitas uitæ signorum opera pręcellit 894
profectus studij abbatis Pesij & Ioannis 695
profectus an in Syria maior fol. 906
prophana commixtio generis Seth cum filiabus Cain quomodo imputari potuerit ante introductum legis 828
proprium nil habendum fol. 675
prouidentia quotidiana & principale Dei propositum 872
propheta pro emendatione occisus 815
psalmorum ordo antiquus non mutatus 670
psalmus cur non in cœna sicut in prandio dicatur fol. 672
psalmorum numeri institutio 662
psalmorũ et orationum modus 662
psallente uno cæteri sedeãt fol. 665
pueri quidã ficus portãtes, ipsis intactis in eremo famæ perierunt. 697
pugna minime expertes quam diu sumus in corpore 692
pugna aduersus philargyriæ spiritum 705
purgationis carnalis quæ custodia 702
puritas carnis quomodo seruatur 691
purificatio eorum qui in terreno agone certant fol. 704
puri coram Deo semper esse debemus 702
puritatis ac integritatis finis fol. 704
puritas mentis & corporis quibus remedijs conseruatur 704
puritas carnis, sine cordis munditio obtineri non potest. 702
puritatem cordis seruare intenti esse debemus fol. 693
puritas cordis à carnis infirmitate non impeditur fol. 683
puritas mentis & corporis abstinentia tantum cibi & potus non seruatur fol. 689

Q

QVadragesima cur dicitꝰ cũ tãtum triginta & sex diebus ieiunetur 953
quadragesima cur à plerisq; diuerso numero obseruetur 953
quadragesimæ obseruantia cur 952
quadragesimæ legem perfecti supergrediuntur. 954
quadragesimæ causa & initium 954
quadripartita uitiorum efficientia 786
qui irascitur fratri suo an adponendum est sine causa fol. 718
quotidiana obsequia quomodo fratribus exhibeantur 677
quotidiana ieiunia nunquã soluere bonum 694
quotidiani obsequij fratrũ apud Aegyptios Typus fol. 678

R

RAtio tentationis qua dominus à diabolo tẽtatus est 787
ratio perfectionis quibus aperitur. 890
rebrachiatorum usus 660
recæptis in monasterijs cur noua uestimenta dentur fol. 673
recipiendorum in cœnobio examen 672
recipiuntur in monasterio qui 673
reconciliatio fraterna 717
recordatio anteriorũ actuũ fol. 938
recusata semel an suscipienda sint 913
refectionis tempus atq; mẽsura 951
refectionis modus nõ excedendus 767
reficientibus fratribus sacra lectio habetur 676
regis Ioas exemplum quid propter superbiã meruerit 739
regnum tuum adueniat & deinceps usq; ad finẽ quomodo intelligatur 837 fol. & 838
regulæ diuersarum correptionum 676
remedia quibus mentis & corporis puritas perseuerat 704
remedia quibus tristitia nostris ex cordibus propulsatꝰ fol. 761
remedia quibus irã de cordibus nostris eradicare possimus 718
remedia quibus cœnodoxiam uitare possumus 733
remedia aduersus morbum superbiæ 743
remedia eorum qui cito de cœnobijs discedunt 933
remissionem ostendisse dicitur Ioannes Euangelista fol. 986
reminiscenda an sint peccata pro cordis compunctione 938
remissio in aduentu fratrum utilis 986
renunciantiũ instituta 672
renũciatio nostra nihil prodest, si renunciata iterum repetimus 683
renunciatio monachi mortificationem significat 683
renunciationum trium tractatio 767
renuntiãs debet se ad tẽptationem præparare 684
renunciata reassumens, nihil ei renunciatio prodest fol. 683
renũciãs male à nõ renũciante quando differat 708
repentino casu nullus corruit, sed paulatim per longam consuetudinem perit fol. 720
rerum spiritalium cognitio apprehendenda 882
retributio magna laboranti monacho 682
rex ezechias cænodoxię telo deiectus 730
rudes monachi seniorũ exẽplis erudiri debẽt 620
ruina duorũ fratrũ ob discretionis imperitiam 759
ruina subitanea nemo collabitur 806

S

SAbati die illucescẽte cur uigiliæ statutæ sint 671
sanctis cœlestibusq; uirtutibus non sine causa angelorum siue archangelorum nomina esse indita 824
sancti uenialiter mẽdacio usi sunt, tanquam eleboro fol. 909
sancti omnes non in similitudine, sed in ueritate peccato fuerunt obnoxij 963
sanctarum scripturarum intellectus duplex 820
sancti uiri pertinaces ac duri esse non possunt 917
sancti omnes peccatores & immmundos esse confessi sunt 975
sancti usi sunt leui mẽdacio tanq; eleboro 909
sanctarum scripturarũ esca multiplex 820
sanctorum uirorum admiratio unde 892
sanctos esse posse multos, absq; peccato uerò nemo nisi Christus, responsio 962
sancti Basilij sentẽtia de suæ uirginitatis qualitate 704
sanctis tantum exauditionis fiducia cõuenit 841 & 842
sanctorũ peccata meritum sanctitatis non auferũt 964
sãctos uiros unde quis admirari debeat 892
sanctorũ internitio ex collatione Theodori Abbatis fol. 708
sacra lectio habetur reficientibus fratribus 676

salamo-

salamonis cōtra acediam diuersa testimonia 727
sol non occidat super iracundiam uestram quomodo intelligatur 715
salutaris tristitia tribus modis generatur. 721
samuel à Deo uocatus 764
sanus is est & fortis, qui alterius uoluntati succumbit 902
sarabaitarum principium & conuersatio 922
satisfactio ne uideatur coniugibus dissidia suadere fol. 946
satisfactionis indicium 941
Saulus et Achab per imperitiam discretionis sunt decepti 758
scientiæ actualis ad spiritualem profectus 885
scientia spiritualis ab immūda anima percipi non potest 888
scientia spiritualis tradi non potest ab anima immunda 888
scientiam ueram mali habere non possunt 889
scientiam scripturarū quo studio quis assequi possit fol. 696
scientia sine castitate obtineri non potest. 704
scopus Monachi quis sit fol. 745
scripturæ testimonia, non re sumenda quæ renuntiata sunt 712
scripturæ ueritas nō est mutāda propter infirmos 909
secularium carminum obliuio quomodo acquiratur fol. 887. & 888
sedent cæteri uno psallente fol. 665
semel recusata suscipi nō debent 914
semper diabolus nostro fini insidiatur 684
senex quidam sexies ita cibum sumpsit ut esuriē seruaret 694
senis cuiusdam uisio 832
senibus errores manifestari fol. 978
seniores antiquum psalmorum ordinem non mutarunt 670
senioribus manifestandæ cogitationes iuniorum 674
seniorum pręcepta iuniores discutere non debent 920
seniores plurimum iunioribus conferunt in emēdatione uitiorum 708
senis cuiusdam increpatio fol. 697
seniorum traditio de consequenda puritate 716
senis cuiusdam sententia, de nemine iudicando 695
senis cuiusdā industria cuidam otioso de labore prouisum 697
senis cuiusdam continentia fol 694
sequens oratio post Psalmū fol. 664
serapionis abbatis uerba de periculo proprię confidentiæ 761
sexies ita cibū sumpsit quidam senex ut esuriem seruaret 694
silentij maxime apud Aegyptios obseruantia. 676
simulatione corroborantes uel suam, uel fratrum cōmotionem 899
simultatem habentium munera orationum a Deo respuuntur 900
socieatas inuiolabilis quib. modis teneatur. 896
societas uera quibus modis retentari possit 896
solēnitas matutina ex causa nouiter inuenta 669
solēnitatis diei dominicæ ab aliorum consuetudine diuersitas 671
solennitatis obseruantia, tertiæ, sextæ uel nonæ 667
solis occasus non expectandus ad deponendam iram fol. 716
solitarius quomodo possit uitam suam agnoscere 935
solitudinē inexpurgatis uitijs ingredientes quomodo sanandi 934
solitudo continentiæ plurimum confert ad uitiū fornicationis superandū 700
solutionem quæstionis Abbas Theodorus oratione promeruit 696
soluere quotidiana ieiunia quandoq; bonum 694
spe sublimioris præmij castitatis custodia augetur 703
spiritale ieiuniū est corporalis continentia 695
spiritus acedię 721
spiritalium nequitiarum inemendabilis malitia 783
spiritus cœnodoxiæ 729
spiritui immundissimo ob plasphemiā quis traditus fol. 739
spiritualis theoria an semper duratura 749
spiritalis doctrina cur infructuosa sit 891
spiritus spiritui penetrabilis nō est, sed incorporeo soli deo 811
Spiritalis scientia ex sententia abbatis Nestoretis 882 & 884
spiritus superbiæ 733
spiritalis agonis à carnali imitatio sumenda 689
spiritus immūdi quomodo energuminis dominentur fol. 811
spiritibus immundis detenti, sperni non debent 816
spiritus iræ 712
spiritus tristitiæ 719
spiritalis agonis fundamentum, in gastrimargię certamine situm 691
spiritus & carnis aduersantium sibi concupiscentiarū cur tertia adijciatur uoluntas 780

ſpiritibus immundis uexati an à dominica communione pellendi ſint 817
ſponſionis cauſa ſacramentum 908
ſpiritalium rerum cognitio apprehendenda 882
da 882
ſtatuta rumpere quandoq; utilius quam ſeruare 907
ſtatum perfectæ puritatis quomodo retinere poſſimus 704
ſtatuta rumpere nõnunquã utilius quam implere 907
ſtatus animæ & eius uirtus fol. 808
ſtatus noſtrarum cogitationum qualis 869
ſubiectio dæmonum quã ſuis principibus præbent fratris uiſione perſpecta 825
ſucceſſio eorum ſuperflua, qui ab inemendatis moribus non recedunt 717
ſummo bono neminẽ poſſe iugiter intentum eſſe 968
ſuperbiã carnalem ineſſe animæ quædam inditia 742
ſupplicationũ quatuor genera à duobus initiata 836
ſuperbiæ uitium in ordine colluctationis extremum origine tamẽ primum 734
ſuperbia ſpiritalis aliquos, alios carnalis pulſat 740
ſuperbiæ ſpiritus 733
ſuperbię morbo quale remedium adhibendum 743
ſuperbiam uincere & ad perfectionem peruenire quo modo poſſumus 743
ſuperbiam quomodo ſuperare poſsimus 735
ſuperbia cuiuſdam fratris fol. 742
ſuperbia carnalis animæ ineſſe quibus inditijs cognoſcatur 742
ſuperbia omniũ uirtutum depopulatrix, per ueram humilitatem extinguitur 743
ſuperbiæ malum tantum ut Deũ aduerſariũ habeat 735
ſuperbia pariter omnes uirtutes aufert 733
ſuperbię duo genera 733
ſuperflua non appetenda fol. 676
ſuſcipiẽda ira aduerſus noſmetipſos 715
ſtudiorum ac uolũtatum diuerſitas quę in aereis poteſtatibus exercetur 818

T

TElo cœnodoxiæ rex Ezechias deiectus 730
tentationis ratio qua Dominus à diabolo tentatus eſt fol. 787
temptationum in curtio utilitatem cõfert 588
tẽptationibus ſuis Deus uirtutem humani arbitrij experitur 877
temptationum duo genera, quæ triplici modo inferuntur 803
temptationibus temporalibus ſubdi non meriti cur miſeri ſint 817
tentationem ſuſtinere renũcians debet 684
tepefactus quis per ſuperbiam, alijs præeſſe deſiderat fol. 742
terræ de quibus expulſi populi chananæorũ fuerunt ſemini Sem deputatę 796
tertiæ, ſextæ, uel nonæ, ſolennitatis obſeruantia 667
teſtimonia diuerſa quibus Apoſtol. operari iubet 726
teſtimonia diuerſa quibus oſtenditur, nos nõ poſſe ad ſalutem operari ſine adiutorio Dei 738
teſtimonia ſcripturarum de pmutatis definitionib. 914
teſtimonia diuerſa ſuper ſignificatione octo uitiorum fol. 796
theonas coniugẽ ſuam hortatus ut renuntiaret & ipſa fol. 944
theonas recuſante uxore ad monaſterium peruolarit fol. 945
timoris domini perpetuitas à domino conceditur 776
tradi non poteſt ſpiritalis ſcientia ab anima immunda fol. 888
tradita ab angelo duodenarij numeri obſeruatio 663
tranquillitas cordis appetenda 747
tranquillitas cordis nõ in alio, ſed in nobis conſiſtere debet 717
tria grana lenticulę ab æconomo reperta 677
tria principia cogitationum noſtrarum 753
tria uocationum genera 768
triſtia diabolica atq; mortifera quæ 721
triſtitia quibus modis gignatur. 720
triſtitiæ morbus qua cautione ſit curandus 719
triſtitiæ genus quod ad deſperationem inducit 720
triſtitiæ origo 720
triſtitiæ morſibus anima extabeſcens cui comparetur fol. 719
triſtitia in quo nobis utilis ſit 720
triſtitia omnis tanquam noxia, præter ſalutarem abijcienda 720
triſtitiæ uel iræ finis 716
trium in mundo contentorum ſcil. bonis, malis, medijs 799
trium abrenuntiationũ expoſitio 770
trium uocationum compoſitio 761
typus Aegyptiorum ſuper quotidianis obſequijs fratrum 678

V

VAs olei ab abbate Ioanne ex ſenioris imperio proijcitur 679

uenialites

uenialiter mēdacio sancti usi sunt tanquā eleboro 909
uera discretio quomodo possideatur 760
uera discretio quomodo acquiratur 760
ueræ amicitiæ præconia 895
ueræ scientiæ disciplina apprehendenda 886
ueritatis optimū examē 898
ueritas scripturæ ob infirmorum scandalum nō est immutanda. 909
uestimenta noua cur receptis in Monasterijs dentur fol. 673
uestis monachi 659
ueterum uestimentorū depositio & nouorum receptio 673
ueterum uestimentorū custoditio 673
uia perueniendi ad spiritua le ieiunium 693
uia ad perfectionem perueniendi 684
uictoria aduersus philargyriā nuditate acquiritᵉ 711
uiæ nostræ directio ex Deo est 774
uigiliæ cur statutæ sint illucescente die sabbati 671
uigilias celebrandi ordo folio 670
uir iustus non ceræ sed diamantino signatorio similis fol. 805
uiri pfecti uirtus ambidexter dicitur. 801
uirtutes omnes superbia aufert 733
uirtus unaquæque ab eo quod possidetur expetenda fol. 686
uirtus & mensura continentiẹ 766
uirtus senis quam exercuit in disciplinam anachoreticam 930
uirtutū efficientia cur cum homine non perseueret fol. 748
uirtutum actio non merces cessatura 748
uirtutum contemplatio ab acedia impeditur 722
uirtus castitatis ab Apostolo sanctimonia uocatᵉ 703
uirtutum supernarum cœlestiumꝗ mutabilitas 806
uirtutes omnes philargyria impedit 707
uisio cuiusdam senis 832
uitæ communis usum decernentia nihil super his definiendum 918
uitia quæ à philargyria oriuntur 706
uitia naturalia nobis inesse dicitur sine creatoris iniuria 705
uitia nonnulla extra naturalem motum nostro uitio contrahuntur 706
uitia de se ipso eijcere mirabilius est quam ab alio dæmonia 804
uitia aliter curari non possunt, nisi eorum radices & causẹ extirpentur 732
uitijs omnibus extirpatis, extinguitur cordis concupiscentia 689
uitium gulẹ uitans, ad hominis interioris pugnas peruenire potest, alias nullus fol. 690
uitij uniuscuiusꝗ origo & qualitas 790
uitijs resistere sine dei auxilio non possumus 793
uitijs adhærētes miserabiliores sunt his, qui à dæmonibus detinentur 815
uitiorum octo principaliū tractatio 786
uitiorum causæ sicuti omnibus insunt ita ab omnibus ignorātur 686
uitiorum principaliū octo, colluctatio 686
uitiorum uictoria potiti extolli non debemus 793
uitiorum duo genera 786
uitiorum detentio grauior dæmonum. 815
uitiorū quadripartita efficientia. 786
uitiorum expositio quẹ per superbiæ morbum generatur 741
uitiorum naturaliū quæ utilitas 703
uitiorū sex cōcordia & duorū ab eis dissidentium cognatio 789
uitiorum omnium fomites à superbia pullulant 734
uitium fornicationis superare uolēs plurimū solititudo confert 700
uitiorum iuxta infestationē instituendū certamē 792
uocatio nostra ad Dei gratiā referendam 736
uocationū tria genera. 768
uolūtas nostra quæ inter cōcupiscentiam carnis & spiritus ponitur quæ sit 781
uotum fratris an liceat irritū facere 896
uotum amici an liceat irritū facere 856
una gens deseri, septem uero extigui cur iubetur 295
uniformis ieiuniorum regula ab omnibus seruari non potest 687
unusquisꝗ de patientiæ suæ bono, non de aliorum uirtute sperare debet 685
usus pellis caprinæ 660
usus mafortis 660
usus rebrachiatorum 660
utile terras uitiorum possidere 796
utilitas colluctationis carnis & spiritus 780
utile interdum nobis à domino derelinqui 779
utilitas cunctationis quẹ oritur ex colluctatione carnis & spiritus 783

X

Xenodochio traduntur qui nouiter in monasterio recipiuntur. 673

FINIS.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

ΟΤΙ ΑΚΑΤΑΛΗΠΤΟΝ ΤΟ θεῖον, καὶ ὅτι οὐ δεῖ ζητεῖν καὶ περιεργάζεσθαι τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν. Κεφάλ. α.

ΘΕΟΝ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός, αὐτὸς ἐξηγήσατο. ἄρρητον οὖν τὸ θεῖον, καὶ ἀκατάληπτον. οὐδεὶς γὰρ ἐπιγινώσκει τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱόν, εἰ μὴ ὁ πατήρ. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον οὕτως οἶδε τὰ τοῦ θεοῦ, ὡς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου οἶδε τὰ ἐν αὐτῷ. μετὰ δὲ τὴν πρώτην καὶ μακαρίαν φύσιν, οὐδεὶς ἔγνω ποτὲ θεόν, εἰ μὴ ᾧ αὐτὸς ἀπεκάλυψεν, οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων, καὶ αὐτῶν φημὶ τῶν χερουβὶμ καὶ σεραφίμ. οὐκ ἀφῆκε μέντοι ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐν παντελεῖ ἀγνωσίᾳ. πᾶσι γὰρ ἡ γνῶσις τοῦ εἶναι θεόν, ὑπ᾽ αὐτοῦ φυσικῶς ἐγκατέσπαρται. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κτίσις, καὶ ἡ ταύτης συνοχή τε, καὶ κυβέρνησις, τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας ἀνακηρύττει φύσεως, καὶ διὰ νόμου δὲ καὶ προφητῶν πρότερον, ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ ἐφανέρωσε γνῶσιν. πάντα τοίνυν τὰ παραδεδομένα ἡμῖν διά τε νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν δεχόμεθα, καὶ γινώσκομεν, καὶ σέβομεν, οὐδὲν περαιτέρω τούτων ἐπιζητοῦντες. ἀγαθὸς γὰρ ὢν ὁ θεός, παντὸς ἀγαθοῦ παρεκτικός ἐστιν, οὐ φθόνῳ, οὐδὲ πάθει τινὶ ὑποκείμενος. μακρὰν γὰρ τῆς θείας φύσεως φθόνος, τῆς γε ἀπαθοῦς, καὶ μόνης ἀγαθῆς. ὡς οὖν πάντα εἰδώς, καὶ τὸ συμφέρον ἑκάστῳ προμηθούμενος, ὅπερ συνέφερεν ἡμῖν γνῶναι, ἀπεκάλυψεν. ὅπερ δὲ οὐκ ἐδυνάμεθα φέρειν, ἀπεσιώπησε. ταῦτα ἡμεῖς στέργωμεν, καὶ ἐν αὐτοῖς μένωμεν, μὴ μεταίροντες ὅρια αἰώνια, μηδὲ ὑπερβαίνοντες τὴν θείαν παράδοσιν

BEATI IOANNIS DAMASCENI ORTHODOXæ fidei accurata editio, Iacobo Fabro Stapulensi interprete.

QVOD INCOMPREHENSIBILIS DIuinitas, quodq; nihil inquirendum præter ea quæ nobis à sanctis prophetis, apostolis, & euangelistis sunt tradita. Cap. I.

DEVM nemo uidit unquã: Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ineffabilis igitur diuinitas, atq; incomprehensibilis: neq; enim ullus nouit patrem nisi filius, neq; filium nisi pater. Cęterũ spiritus sanctus ita nouit ea quę Dei sunt, ut spiritus hominis ea nouit quę in illo sunt. Post diuinã itaq; beatissimamq; naturã, nullus unq; Deum nouit, nisi cui ipse reuelauerit, non hominũ modo, sed ne supramũdanarũ quidẽ uirtutũ. supramũdanarũ aio, ut ipsorũ Cherubim atq; Seraphim. Attamẽ haudquaq̃ nos deseruit Deus, omnimoda sui circunfusos ignorãtia: quinimmò cunctis cognitio q̃d Deus sit, ab ipso naturaliter insita est, atq; ingenita. Sed & ipsa mũdi creatura, & eius coaptatio, pariter & gubernatio magnitudinẽ diuinæ insinuat naturæ. Et ipse primitus per legẽ, & prophetas, deinde & per unigenitũ filiũ suũ, Dominũ & saluatorẽ nostrũ Iesum Christum (quantũ nostra capit infirmitas) nobis sui ipsius cognitionis indulsit cõsortiũ. Cuncta igiř quæ tradita sunt & per legẽ & prophetas, & apostolos, & euangelistas, suscipimus, cognoscimus, ueneramur nihil ultra illa perquirentes. Nã bonus cũ sit Deus, omnis boni largitor est, nõ inuidiæ aut perturbationi cuipiam obnoxius. procul eñ à diuina natura (quæ & impassibilis & sola bona est) facessit inuidia. Vt igiř nihil nesciẽs & quodcunq; cõducibile est prouidẽs, quodcunq; cõducit nobis agnoscere, ipse reuelauit: quorum autem pondus ferre non ualemus, illa silentio occuluit. Hæc igitur nos ipsi amemus, in hisq; immoremur: neq; limites ab ęterna uoluntate definitos trãscendentes, neq; diuinã ulla ex parte traditionem transgredientes.

COMMENTARIVS.

IN ipso operis exordio, proponit sacer Damascenus, diuinitatẽ esse cuiq̃ creaturæ rationali cum humanæ, tum angelicæ incomprehensibilem. ut quã solã norint absolutè & plenè, tres diuinæ hypostases, pater & filius & spiritus sanctus. Quod & beatissimi Pauli sententiæ est consentaneũ, dicentis de Deo: Qui solus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inac-

cessibilem,quem nullus hominũ uidit,sed nec uidere potest.Ex quibus quidẽ uerbis cõuincitur & ipse Paulus nõ uidisse Deum,cum raptus fuit usq; in tertium cœlum, & audiuit arcana uerba quæ nõ licet homini loqui. Quandoquidem ille sermone generali seipsum includit numero eorum qui Deum non uiderint,nec uidere possint. Consimiliter nec Moses credendus est uidisse Deũ,cum legem accepit,& frequens habuit cũ Deo colloquiũ:tametsi duodecimo Numeri capite,tale perhibeat Deus de illo testimoniũ:Siquis fuerit inter uos propheta Domini,in uisione apparebo ei,uel per somnũ loquar ad illũ. At nõ talis seruus meus Moses,qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei:palàm,& nõ per ænigmata & figuras Deum uidet.Insuper Exod 33.ca.dicatur:Loquebatur aũt Dominus ad Mosen facie ad faciem,sicut solet homo loqui ad amicũ suũ.Nempæ Moses magni muneris loco, & in pignus atq; indiciũ gratuiti amoris diuini,petiuit à Domino,Si inueni(inquit) gratiã in cõspectu tuo,ostende mihi faciẽ tuã,ut sciã te,& inueniã gratiam ante oculos tuos. Quod si Deum lympidè uidisset,ut pleriq; cõtendũt,nõ petiuisset diuinæ faciei ostensionẽ sibi indulgeri, ut qui eã iam pro uoto obtinuisset. Sed quid responsi à Deo ibidem acceperit,attendamus. Nõ poteris(inquit Dominus)uidere faciem meã. Nõ enim uidebit me homo & uiuet:rursum eodem loco subiungit Dominus. Tollã manum meã, & uidebis posteriora mea:faciem autem meã uidere nõ poteris.Cùm itaq; petenti Mosi diuinã sibi gloriam ostendi dictum sit, Faciẽ meã uidere non poteris:qui fiet ut diuinæ uisionis particeps effectus fuerit,& cœlestis gloriæ consors?Quòd si quis uehementius insistẽs,adducat beatũ Stephanum, qui uidit cœlos apertos,& filium hominis stantem à dextris uirtutis Dei:nõ conficiet ex illo, uisionem Dei cuiq; hanc mortalem degenti uitam fuisse indultã. Quoniam sanctus Stephan. uidit Christũ iam ad cœlos triumphali ascensione regressum,in humana forma(quæ tum super cœlos magnificè fuit eleuata)astantem dextris uirtutis Dei. quãdoquidem diuinæ naturæ neq; sedere, neq; stare,neq; alio quouis situ se habere,quoquo pacto cõuenit. Neq; locum habet cauillatio,obijciens Esaiam & plerosq; alios prophetas,uidisse Dominum sedentem super solium,etiã antè tempus assumptæ pro nobis humanæ naturæ. Nempe huiusmodi effigiatio per subiectã creaturã facta est,omnisq́; apparitio sanctis exhibita patribus, per efformationem in rebus creatis,& speciem similitudinemq́; congruã eorum mentibus obiectã est cõpleta. Quòd beatissimus quoq; Dionys.4.ca.lib.De cœlesti hierarchia ita cõprobat:Enimuero si quis fortasse dixerit,ex Deo ipso absq; ullo medio,quibusdã sanctorum diuinas apparitiones cõtigisse: is illud quoq; de sacratissimis libris sapienter intelligat,ut secretũ ipsum Dei(quodcunq; tandẽ illud est)nemo unquã uidit,neq; uidebit. Cæterũ diuinæ illæ apparitiones,sanctis uiris per signa Deo cõuenientissima,sacris quibusdã atq; intuentium modo ac uiribus accõmodatis, uisionibus cõtigere. At uerò sapiẽtissima theologia uisionem illã quæ in semetipsam descriptã ostenderet diuinam,ueluti effictam ex rebus formas nõ capientibus,similitudinem(quod ad Deum cernentes adducat)diuinã apparitionem rectissimè appellat,per quam intuẽtibus diuinus ille fulgor irradiet,eosq́; sacratius aliquid atq; augustius docet. Huiusmodi uerò diuinas uisiones celeberrimi illi patres nostri,ministerio cœlestium uirtutũ ediscebant. Hæc Dionysius. At quia Deo Dilectus Moses & sacratissimus Paulus,per angustiora perfectioraq; signa ad huiusmodi uisiones Dei sublimius cæteris & altius euecti sunt,atq; per diuinã similitudinem in ipsorum mentibus angelico ministerio clarius efformatã,propinquius ad diuinitatis aditũ ualuasq; accesserunt:hinc palàm uidisse Deum,& circa ænigmata ad illius obtutũ admissi fuisse dicũtur. Quod si quis rursum insurgat: Esto,nullus in hac peregrinatione mortalis uitæ degens,pro eius statu & conditione Deum uideat,ut supradicta scripturarũ comprobant testimonia,tamen animæ beatæ nexu corporis absolutæ,Deum uidere scriptura testante conuincuntur. Beati(inquit)mundo corde,quoniã ipsi Deum uidebunt. Et beatus Ioãnes in prima epistola catholica: Scimus quoniã cum apparuerit,similes ei erimus,quoniã uidebimus eum sicuti est. Quid autem aliud est in cœlis uidere Deũ,quàm ipsum clarè facieq; ad faciem noscere? Quin imò huiusmodi Dei uisio atq; cognitio,repromissa est merces æternæ uitæ ijs qui illius participes futuri sunt. Hæc est(inquit sũma ueritas)uita æterna, ut cognoscãt te solũ Deum uerũ,& quem misisti Iesum Christum. Quin imò & angelici spiritus perpetua Dei uisione perfrui dicuntur,testimonio Domini,dicentis: Angeli eorũ semper uident faciẽ patris mei qui in cœlis est. Quomodo igitur hic negat Dama. supramũdanas uirtutes Deum noscere? Fatemur quidem animas æternæ beatitudinis cõsortes,itidem & angelicas substantias,Demum pro suo captu graduq́; uidere & agnoscere,at nõ omnino cõprehendere,neq; plenè contueri:quandoquidem immensa est eius maiestas,& naturæ creatæ incomprehẽsibilis. Quomodo enim finitum & capacitatis determinatæ,comprehendet infinitum,& quod omnem refugit mensuram? Sic oculus finitus,lucis infinitæ aliquantulũ cõspicere posset fulgorem & subrutilationem exiguã,totam uerò immensæ illius lucis claritatem cõprehendere nequiret. Etsi intelligas infinitã ante oculos tuos utrinq; porrectã & expansam lineam, aliquãtam illius particulam obiectam cõspectui tuo facilè cernes,totam tamen illius longitudinem in immensum protensam,complecti oculis & obire nequaquam poteris. Hoc autẽ loco Damasceni sententia est,neminem posse Deum plenè & ad integrum noscere, neque angelicas

itidem ſubſtantias ipſum omnino cōprehendere poſſe. Veruntamen cū dicit euāgelicus ſer-
mo, Quod nullus nouit patrē, niſi filius, neq; filium, niſi pater: oſtendit Damaſcenus, à cogni-
tione patris & filij nō ſecludi ſpiritum ſanctū, quin potius includi, ut q eiuſdem cum patre et
filio ſit ſubſtātiæ, ſapientiæ & ſcientiæ. Nempe cū proprietates cōmunes & ad diuinā ſpectan
tes naturā, unicuiuis attribuūtur pſonæ: propter ſubſtantiæ inſeparabilitatē, naturæq; & na-
turalium omniū cōmunionem, alijs non expreſſis perſonis itidē cōpetere intelligendæ ſunt,
quod in huiuſmodi una (q̄libet illa fuerit) nominata, cæteræ cointelligātur. Si enim ſpiritus
hominis ea nouit q̄ ſunt in homine: longè ualentiore iure ſpiritus ſanctus ea nouit quæ Dei
ſunt. quare nō minus cæteris pſonis, patrē & filium noſcere exiſtimandus eſt, ſiquidē ſpiritus
omnia ſcrutatur, etiā pfunda Dei. Sanè beatus Paulus cōſimili penè ratiōe deſtructoriè ſum
pta, cōprobat ſolū Deum perfectam, abſolutamq; ſuijpſius notionē habere, ne angelicis qui
dem ſpiritibus conceſſam, & mortalibus itidem omnibus negatā, cum 1. Corintheorum 2. ca.
inquit: Quis em̄ ſcit hominū quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ita & quę
ſunt Dei, nemo cognouit niſi ſpiritus Dei. Manet itaq; Dei ſecretū (q poſuit tenebras latibu-
lū ſuū, & inacceſſa obtectus eſt caligine) ſpiritibus omnibus cū humanis, tū angelicis abſtru
ſum. Deinceps oſtendit autor, Deū nobis ſuijpſius cognitionem duplici adminiculo potiſſi-
mū impartiſſe, libro ſcilicet naturæ, & libro ſcripturæ, quo ad ipſum agnoſcendū p modo &
ratione noſtræ ſortis induceremur. Liber naturæ eſt ipſa mundi diſpoſitio, ſingulas creatura-
rū ſpecies pulcherrimo ordine cōplectens, & ſummū omniū authorē ex ipſis quoquo pacto
dinoſcendū inſinuans. Quemadmodū ſacratiſſimus Paulus ad Romanos 1. cap. conteſtatur,
Deum omnibus gentilitio etiā errore detentis ſuijpſius cognitionem per creaturarū ordina
tionem, gubernationēq; manifeſtaſſe, cum inquit: Quod notum eſt Dei, manifeſtū eſt in illis,
Deus em̄ illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, in-
tellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoq; eius uirtus ac diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Li-
ber uerò ſcripturę eſt ſacra pagina, legē, pphetas & euangelium cōtinens. In quibus diuina re
uelatione nobis indultis manifeſta traditur Dei cognitio, quid de eo tenere, quid ſentire de-
beamus, ut q̄ ibidē aſſeruntur de Deo, inconcuſſa fide teneamus, & ultra illa temerariè quip-
piā aſtruere de ipſo nō tētemus. Siquidē diuina natura, & impaſſibilis & ſola bona eſt, ut hic
affert autor. Impaſſibilis quidē, quia immortalis & incorruptibilis, dicēte Paulo: Regi autem
ſeculorū immortali, inuiſibili, ſoli Deo, honor & gloria, in ſecula ſeculorū. Amen. Inſuper im
paſsibilis, quia à paſſionibus & affectibus animi quibus cōcitatur humana infirmitas, ira in-
quā, inuidia, liuore, zelo, & cæteris id genus perturbationibus, prorſus aliena. Sola uerò bona
dicitur atteſtāte Domino apud Marcum: Quid me dicis bonū? nemo bonus niſi unus Deus.
ut qui ſolus bonus ex ſe ſit, & non aliunde bonitatē ſortitus: alia autem omnia, per ipſum bo-
na, ex ſuæ bonitatis participatione. A' quo em̄ habēt quod ſunt, ab eodem qđ & bona ſunt,
ſingula pro captu & modo rationis ſuæ. Perinde atq; ſol primò lucidus, ſubiectis corporibus
ſuæ lucis cōmunicat ſplendorē. Poteſt quoq; diuina natura, ſola dici bona, qđ ſine ulla mali-
ciæ admixtione bona ſit, ſicut imēnſa lux nihil immixtū habet tenebrarū. Deus em̄ lux eſt, &
tenebræ in eo nō ſunt ullæ. Cætera uerò omnia ad maliciā decumbere poſſunt, niſi diuinæ bo
nitatis præſidio ſeruentur à lapſu. Sunt itaq; alia, bona quidē p gratiā, Deus autē ſuapte natu
ra & p ſe talis. Quia igitur ſumma diuinitas impaſsibilis eſt, nulliq; ſubiecta paſsioni: nō inui-
det nobis eorū cognitionē, q̄ cōducentia noſtræ ſunt menti, & apprimè utilia. Quia uero ſo-
la bona eſt, & bonitatis propriū eſt ſeipſam cōmunicare, & in alia ſe transfundere, quæcunq;
nobis ut cognoſcamus accōmoda nouit, ea libens impartiuit, & p ſcripturas aperuit. Hinc
Paulus Timotheū admonens, inquit: Tu uerò pmane in ijs quæ didiciſti, & credita ſunt tibi,
ſciens à quo didiceris. Et quia ab infantia ſacras literas noſti, q̄ te poſſunt inſtruere ad ſalutem
per fidem q̄ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docen-
dum, ad arguendum, ad corripiendū, ad erudiendū in iuſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad
omne opus bonū inſtructus. Idē quoq; ad Romanos: Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrā doct-
rinā ſcripta ſunt, ut per patientiā & conſolationē ſcripturarū ſpem habeamus. Ardua uerò di
uinitatis myſteria, q̄ noſtræ mentis captū trāſcendunt, occultari nobis uoluit Deus, cōſulens
imbecillitati noſtræ, proſpiciensq; humanę fragilitati: ne nimio diuinorū fulgore hebeſceret
animi noſtri obtutus, & reuerberata acie obtūderetur. Proinde ſalubriter nos monet beatus
Paulus non altū ſapere, nec plus ſapere q̄ oportet, ſed ſapere ad ſobrietatē. Et idem hoc loco
monet Damaſcenus, nos limites diuina cognoſcendi à ſumma deitate definitos, trāſcendere
non debere. Porrò legē in monte Sina daturus Moſi Dominus, in Exodo inquit: Conſtitues
terminos populo per circuitū, & dices ad eos: Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis
fines illius: omnis q tetigerit montem, morte morietur: ſiue iumentum fuerit, ſiue homo, non
uiuet. Sanè p mōtem, diuinę maieſtatis ſublimitatē accipere haud abſurdè poſſumus, quam
ne temeraria indagatione tangamus, hoc quaſi ſymbolo prohibemur, pœnaq; illis definitur
mors & interitus æternus, q conſtitutos à Deo limites deitatis arcana perſcrutandi, tranſilire
tentauerint. Si em̄ in cōminatione fuit illis mors, qui terreſtrem & corpulenta craſsitie ſenſi-
bilem Sinæ montē cōſcendiſſet: illos reuera grauius manet ſuppliciū, qui myſticum Dei mō-

tem, diuinæ ſcilicet naturæ celſitudinē, ultra præſcriptas homini metas aſcendere laborarint: Neq; aliud ſignant in Geneſi homines illi, turrim confuſionis ædificare uolentes, cuius culmen pertingeret uſq; ad cœlum: ſed inducta linguarum uarietate & diuiſione, incepto deſiſtere coacti: quam eos qui inacceſſa diuinitatis arcana rimari audent, & arduū cōſcendunt æthera, plerunq; in confuſionem errorum & barathrum impietatis decidere ſolitos. Quocirca animo noſtro tenacius hæreat id monitum ſapientis: Sicut qui mel multum comedit, nō eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Rurſum alio loco: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcōdita ſunt uidere oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in plurib. eius operibus non eris curioſus. Plura enim ſuper ſenſum hominum, oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in uanitate detinuit ſenſus illorum.

ΠΕΡΙ ΡΗΤΩΝ ΚΑΙ ΑΡΡΗΤΩΝ, καὶ γνωςῶν, καὶ ἀγνώςων. β.

Χρὴ οὖν τὸν περὶ θεοῦ λέγειν ἢ ἀκούειν βουλόμενον, σαφῶς εἰδέναι, ὡς οὐδὲ πάντα ἄῤῥητα, οὐδὲ πάντα ῥητὰ, τά τε τῆς θεολογίας, τά τε τῆς οἰκονομίας. οὔτε μὴν πάντα ἄγνωςα, οὔτε πάντα γνωςά. ἕτερον δέ ἐςι τὸ γνωςὸν, καὶ ἕτερον τὸ ῥητόν. ὥσπερ ἄλλο τὸ λαλεῖν, καὶ ἄλλο τὸ γινώσκειν. πολλὰ τοίνυν τῶν περὶ θεοῦ ἀμυδρῶς νοουμένων, οὐ καιρίως ἐκφρασθῆναι δύναται, ἀλλὰ τὰ καθ' ἡμᾶς ἀναγκαζόμεθα, ἐπὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς λέγειν. ὥσπερ ἐπὶ θεοῦ λέγομεν, ὕπνον, καὶ ὀργὴν, καὶ ἀμέλειαν, χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ τὰ τοιαῦτα. ὅτι μὲν οὖν ἐςὶ θεὸς ἄναρχος, ἀτελεύτητος, αἰώνιός τε καὶ ἀΐδιος, ἄκτιςος, ἄτρεπτος, ἀναλλοίωτος, ἁπλοῦς, ἀσύνθετος, ἀσώματος, ἀόρατος, ἀναφὴς, ἀπερίγραπτος. ἀπεριόριςος, ἀκατάληπτος, ἀγαθὸς, δίκαιος, πάντων κτισμάτων δημιουργὸς, παντοδύναμος, παντοκράτωρ, πανεπίσκοπος, πάντων προνοητὴς, ἐξουσιαςὴς, κριτὴς, καὶ γινώσκομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν. καὶ ὅτι εἷς ἐςι θεὸς, ἤγουν μία οὐσία. καὶ ὅτι ἐν τρισὶν ὑποςάσεσιν γνωρίζεταί τε, καὶ ἔςι, πατρί φημι, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι. καὶ ὅτι ὁ πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ πάντα ἕν εἰσι, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. καὶ ὅτι μονογενὴς υἱὸς, καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸς, διὰ σπλάγχνα ἐλέους αὐτοῦ, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς, καὶ συνεργίᾳ τοῦ παναγίου πνεύματος, ἀσπόρως συλληφθεὶς, ἀφθόρως ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου μαρίας, γεγέννηται διὰ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ἐξ αὐτῆς γέγονε. καὶ ὅτι ὁ αὐτὸς θεὸς τέλειός ἐςιν ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος τέλειος,

DE EFFABILIBVS, INEFFABILIBVS, cognoſcibilibus, & incognoſcibilibus. Cap. II.

Oportet igit' de Deo aut dicere, aut audire uolētē, apertè cognoſcere neq; omnia ineffabilia neq; omnia effabilia ea eſſe, quæ theologicæ curæ incumbūt, neq; etiam omnia cognitionis examen refugientia, neq; omnia cognoſcibilia: & aliud eſſe cognoſcibile, aliud effabile: perinde atq; aliud loqui, aliud agnoſcere. Multorū ſiquidē de Deo ægre difficulterq; intellectorū, haudquaq; ſatis eloquendi cōceſſa eſt facultas. Verū ea quæ ſecūdū nos ſunt, cogimur in ijs quæ ſupra nos ſunt eloqui: ceu in Deo ſomnū, iram, negligentiam, manus & pedes, & id genus aſſerimus. Verū enimuero Deum eſſe ſine principio, ſine fine, perpetē ac ſempiternum, increatum, immutabilē, nulli alterationi peruium, ſimplicem, incōpoſitum, incorporeum, inuiſibilem, intāgibilem, incircumſcriptum, infinitum, omnem amplexum, cōprehenſionem omnem, omnemq; intelligentiam effugientem, bonum, iuſtum, omnipotentē, omnium creaturarum opificē, omnia continentem, uidentem omnia, omnibus prouidentē, poteſtatē omniū habentē, iudicē, & cognoſcimus & confitemur: & Deū unum eſſe, unitate ſcilicet ſubſtātiæ, qui in tribus perſonis cognoſcitur, & eſt, in patre (dico) & filio & ſpiritu ſancto: & in patrē & filiū & ſpiritū ſanctū, unū idemq; eſſe, præter ignaſcentiam, naſcentiā, atq; proceſſionem: & unigēitum filiū & uerbū Dei, & Deum per uiſcera miſericordiæ ſuæ propter noſtram ſalutē, beneplacito & bona uolūtate patris & cooperatione ſpiritus ſancti, ſine ſemine conceptū, & ſine corruptione ex ſancta & deipara uirgine Maria genitū per ſpiritū ſanctum, & hominē perfectum ex ea factum: & eūdem Deum perfectū eſſe, & hominem perfectum,

ἐκ δύο φύσεων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. καὶ ἐν δύο φύσεσι νοεραῖς, θελητικαῖς τε, καὶ ἐνεργητικαῖς, καὶ αὐτεξουσίοις, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τελείως ἐχούσαις κατὰ τὸν ἑκάστῃ πρέποντα ὅρον τε καὶ λόγον, θεότητί τε καὶ ἀνθρωπότητι φημί, μιᾷ δὲ συνθέτῳ ὑποστάσει. ὅτι τε ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἐκοπίασε, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ θανάτου καὶ ταφῆς πεῖραν ἐδέξατο, καὶ ἀνέστη τριήμερος, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνεφοίτησεν, ὅθεν πρὸς ἡμᾶς παραγέγονε, καὶ παραγενήσεται πάλιν εἰς ὕστερον, καὶ ἡ θεία γραφὴ μάρτυς, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἁγίων χορός. τί δὲ ἐστι θεοῦ οὐσία, ἢ πῶς ἐστιν ἐν πᾶσιν, ἢ πῶς ἐκ θεοῦ θεὸς γεγέννηται, ἢ ἐκπεπόρευται, ἢ πῶς ἑαυτὸν κενώσας ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ θεὸς, ἄνθρωπος γέγονεν ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων, ἑτέρῳ παρὰ τὸν φύσιν θεσμῷ πλαστουργηθεὶς, ἢ πῶς ἀβρόχοις ποσὶ τοῖς ὕδασιν ἐπεπόρευτο, καὶ ἀγνοοῦμεν, καὶ λέγειν οὐ δυνάμεθα. οὐ δυνατὸν οὖν τι παρὰ τὰ θειωδῶς ὑπὸ τῶν θείων λογίων τῆς τε παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης, ἡμῖν ἐκπεφασμένα, ἤτοι εἰρημένα, καὶ πεφανερωμένα, εἰπεῖν τι περὶ θεοῦ, ἢ ὅλως ἐννοῆσαι.

ex duabus quidē naturis, deitate uidelicet atq; humanitate: & duabus in naturis agnosci, intellectu & uolūtate præditis, ad operandū efficacib. & potestatis liberæ, atq; (ut simpliciter dicā) perfecte se habentib. secundū utriusq; (diuinitatē dico & humanitatē, in una counitas persona) diffinitionis rationisq; decētiam: quia & esuriit & sitiuit, labores tolerauit, & crucifixus est, mortēq; & sepulturam expertus, & tertia die resurrexit, & ascendit ad cœlos, unde ad nos uenit, & iterum uēturus est: quę et sacræ scripturæ authoritas, & uniuersus testatᷓ sanctorū chorus. Quid aūt sit diuina substantia, uel quo pacto ubiq; sit, & in omnibus, quomodo Deus ex Deo genitus est, aut processit, aut quēadmodum semetipsum exinaniuit unigenitus filius & Deus, homo factus, ex uirgineis sanguinibus alia quàm naturæ lege plasmatus, aut quomodo siccis pedibus super aquas incessit, & ignoramus, & eloqui non ualemus. Non igitᷓ fieri potest ut præter illa quæ diuinitus sacra nobis & ueteris & noui testamenti enunciarunt eloquia, quæ'ue dixerunt & manifestarunt, quippiam eloquamur de Deo, aut penitus intelligamus.

COMMENTARIVS

Eorum quæ ad discussionē theologiæ, supramundanæq; de Deo disciplinæ cōsiderationem attinent, differentia est & discrimen, qd' quædā effabilia sunt, & uerbis quoquo pacto explicari possunt, ut Deū esse, unū esse Deū, totius mundi authorē, rectorē, & gubernatorē: quædā uero ineffabilia, quæ nullo sermone satis plenè depromi ualent, qd' sint supra sermonem omnem & eloquium humanum, ut in summa diuinæ substantiæ unitate, hypostatica personarum trinitas, æterna filij à patre generatio, de qua Esaias, Generationem eius qs enarrabit? Aeterna quoq; spiritus sancti à patre & filio emanatio, & similia mysteria, quæ nullis unq; uerbis homines consequi, aut oratione cōplecti possent. Rursùm quædā ad theologiæ pertractationē spectantia, cognoscibilia sunt, quæ humanæ intelligentiæ captum non transcendunt, quinimmò rationali uia & modo patefieri possunt, ut Deum esse incorporeū, æternum, immensum, omnipotentem, summè bonum: alia uerò sunt incognoscibilia, ut quæ propter sublimitatem suam & supereminentiam, ab humanæ mentis angustia & paruitate comprehendi nequeunt, ut superdiuinæ trinitatis arcana, præscientiæ Dei, iudiciorumq; eius profundissima abyssus. Quorū consideratione attonitus sacratissimus Paulus exclamat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius: quis eñ nouit sensum Domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? Neque idem putandum est quippiā eloqui, & id ipsum cognoscere: quandoquidē quæcunq; eloquimur, cognoscimus, cum uox ipsa expromat latentem animo rei notionē. non aūt è diuerso, quæcunq; cognoscimus, facilè eloquimur: quia nonnunquā aliqua mens intelligit, quæ tamen satis nescit exprimere, ob uerborum inopiā, aut rei eminentiam. Ad hæc, locutio exteriorem respicit prolationē, & expressionem uocalem eorum quæ animo concepimus. Cognitio uerò, intimā animæ & suis clausam penetralib. noticiam, quāuis nullo uocis aut scripturæ indicio forâs prodeat. Itaq; cognoscere prius est, & menti intimū: loqui uerò posterius, & sermonis beneficio iam extrà progressum. Deinceps eorum quæ ad theologicam spectant determinationem, & Deo in sacris eloquijs attribuuntur, hæc secundum nos sunt, illa uerò supra nos. Secundum nos ea sunt, quæ nobis hanc mortalem agentibus uitam conueniunt: qualia sunt somnus, ira, negligentia, manus, pedes. Supra nos uerò, quæ supramūdanis & omnia affectu formaq; uocantib. substantijs, & Deo potissimum cōpetunt: qualia sunt: esse æternum, immensum incōprehensibile, infinitū, & similia. Itaq; ea quæ secundū nos sunt, in ijs quæ supra nos eloquimur, cū sensibiles & humanas affectiones aut corporis partes, cœlesti-

bus substantijs Deoq́ attribuimus, nō quo talia illis inesse designemus: sed ut per corporalia & uisibilia signa, spiritualem supernarū substantiarū atq; intellectualem cōditionem, pꝛter aliquā similitudinis rationem proportionemq́ denotemus. Vt somnū in Deo uocamus dilationem subuentionis nostræ, diuina dispensatione factam, quasi dormiens quæ expetimus nō aduertat. Psalm. 43 Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repellas in finem. Sic ira in Deo (qui prorsus immutabilis est, & affectib. animi minimè obnoxius) dicitur iusta in peccatores animaduersio, & diuina punitio, quod more irati hominis, suæ legis cōtemptori bus inferat ultionem. Psalmus secūdus: Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo cōturbabit eos. Negligentia in Deo siue obliuio, est ꝓrogatio postulati ab eo auxilij, quod usu humano uideatur cōfugiētium ad eū, subsidiumq́ suū exposcentiū immemor. Psalm. 12. Vsque quo Domine obliuisceris mei in finem, usq; quo auertis faciem tuā à me. Manus Dei dicitur diuina Dei & omnipotens uirtus, omnium rerū productrix & effectrix, quod manibus homines omne fermè opus moliātur. Psalm. 118. Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me. Pedes Dei (authore sacro Hieronymo) dicuntur stabilimentū & omnibus supereminens uirtutis eius maiestas, quod uniuersa ei subiecta sunt, tanq; ea quæ pedibus substrata iacent. Esaias cap. 66. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedū meorum. Verum hæc amplius ex 14. capite huius elucescent. Neq; perfunctoriè transeundum est, quod author in litera dicit, loquens de duabus in Christo naturis, atq; (ut simpliciter dicam) perfectè se habentibus: secundum utriusq; (diuinitatem dico & humanitatem in una counitas persona) diffinitionis, rationisq́ decentiā. Nam diuina in Christo natura (cum nobiscum pro sua benignitate in terris diuersaretur) integrè diuinas peregit operationes, & quemadmodū eā decuit, nihilq; obstaculi habuit ab humana forma ei coniuncta, quo minus eas perficeret. Sic & humana in Domino nostro natura suis perfectè usa functionibus, non impediebatur à diuina, quin opera nostræ mortalitatis ꝓ sua cōditione exerceret. Itaq; diuina natura perfectè se habuit, secundum decentiā rationis ipsius diuinitatis: & humana secundum dignitatem cōgruentiam & sortem humanitatis, qđ hæc perfectè & uerè humana, illa uerò diuina opera cōpletissimè & sine unius ab altero impedimēto aut cōfusione exequebatur. Perinde atq; in cygno albo, perfectam cygni operationem perspicimus pariter & cādoris: mouet enim cādor oculos, seq; spectabilem præbet, & suæ naturæ accōmodas olor exercet actiones, seruata naturæ utriusq; in eodem indiuiduo ac singulari diuersitate. Verùm id ex 3. lib. euadet manifestius. Postremū post explicatos confessionis catholicæ & orthodoxæ fidei articulos, tum ad diuinā attinentes naturā, tum ad humanam, à filio Dei in unitatem personæ assumptā, insuper post dinumerationem eorum quæ fide orthodoxa indubitatò creduntur, & tamen nostrā transcendunt scientiā, eloquendiq́ facultatem, colligit author nos de Deo quicquam astruere non debere aut proloqui, præter id quod sacra nobis utriusq; testamenti eloquia aperuerūt & enarrarūt, ne si imbecilles nostræ mētis oculos inaccessæ diuinitatis luci pertinacius infigere conemur, nimio diuinorum splēdore hebetati, exiguum illum (qui cœlesti munere nobis indultus est) uisum animi deperdamus, & cæcutientes in densis obuersemur errorum tenebris. Cui planè sententiæ accedit beatissimus Dionys. in primo diuinorum nominum capite dicēs: Nulla ergo ratione præsumendum est, aliquid de supersubstātiali secretissimaq́; deitate aut dicere, aut cogitare, præter illa quæ nobis sacra eloquia tradiderunt. Tantumq́; fas est ad celsiora cōtendere, quantum seipsum diuinorū eloquiorum radius insinuare dignatur, cōparamusq; uires nobis ad supremos illos fulgores hauriendos innocuè, si diuina sobriè & piè casteq; reuereamur. Demum eodem loco paucis interiectis subnectit: De hac igitur (ut dictum est) supersubstantiali, secretissimaq́; deitate neq; dicere quicq;, neq; cogitare præsumendū est aliter, quā sacra nobis eloquia piè admodum casteq́; tradiderūt. Idem quoq; graue periculū eorū qui proprio sensu præter sacrarū literarū sententiā quicq; de Deo temerè audent asserere, & inualidā oculorū aciē clariori quā ferre possint ingerere luci, exprimit parte tertia secundi capitis De ecclesiastica hierarchia, cū ait: Si spiritalis natura libertate arbitrij donata, indulti sibi modicè luminis terminos trāsilire nitatur, atq; ad excelsioris (quā imbecillitas oculorū suorum ferre possit) lucis radios, intendere aduersus conetur obtutus, lux quidē illa nihil præter lucis operabitur munus. Cæterū ipsa (dum perfectiorib. imperfectè intendit) nō modò quæ nihil ad se pertinent nequaquā attinget, uerùm ea quoq; lucis mediocritate (qua capere potuisset) proteruè superbiens, ac de se magnū sapiens excidet. Neq; ab re id factum putetur: quod beatissimi Dionysij uerba interdū & sentētias ad corroborāda authoris dicta in his explanationibus adduxerimus, quandoquidem sacratissimæ & in primis diuinæ theologiæ sanctissimi patris Dionysij sacer Damascen. (cuius præsens opus adiutore Deo elucidandū suscepimus) admodum fuit studiosus & affectator. quod uel eo indicio facilè est deprehendere, quòd plerisq; in locis huius operis complures afferat sententias, ex Dionysij sacris libris depromptas, & illis propemodum consentaneas. Vt exēpli gratia, quod hic in litera Damascenus dicit, Aut quēadmodum semetipsum exinaniuit unigenitus filius & Deus, homo factus, ex uirgineis sanguinibus alia quàm naturæ lege plasmatus, aut quomodo siccis pedibus super aquas incessit, & ignoramus, & eloqui non ualemus: beatus pater Dionysius in prima parte

secundi cap. libri De diuinis nominibus, cõformiter explicat hoc pacto: Immo & q̃d theologiæ totius uel euidentissimũ est, ipsa Iesu in carne apparitio, & ineffabilis est sermone omni, & omni ignota intelligentię, ipsi quoq; antiquissimo iũ angelorũ primati nõ cognita. Et quidem quòd uirilem substantiã assumpserit in sacramentis accepimus. Ignoramus aũt quomodo ex uirgineis sanguinib. altero quàm naturali iure formatus est: quo'ue pacto siccis pedibus corporale pondus habentib. materiæq; grauitatem, liquidã perambulauit instabilemq; substantiã, & alia quæq; excellentem Iesu naturam signant. Vnde perspicuũ sumitur argumẽtum, authorem ipsum in diuini Dionysij operib. sedulò uersatũ esse, illaq; studiosè lectitasse, quinimo & ex illis multa quæ hic pertractat desumpsisse, quod quẽq; ad legendũ hoc authoris opus, libentiusq; amplectendum acrius incitare debet. Nõ eñ potest amarus esse aut turbidus riuus ex dulcissimo purissimoq; fonte deductus, neq; insuauis esse ualet fructus ex optima salutariq; radice aut arbore suam sortitus originem.

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΟΤΙ ΕΣΤΙ θεός. γ.

Ὅτι μὲν οὖν ἔστι θεός, τοῖς μὲν τὰς ἁγίας γραφὰς δεχομένοις, τήν τε παλαιὰν καὶ καινὴν διαθήκην φημί, οὐκ ἀμφιβάλλεται, οὔτε δὲ τοῖς τῶν ἑλλήνων πλείστοις. ὡς γὰρ ἔφημεν, ἡ γνῶσις τοῦ εἶναι θεὸν, φυσικῶς ἡμῖν ἐγκατέσπαρται. ἐπειδὴ δὲ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τοῦ πονηροῦ κακία κατὰ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ὥστε καί τινας εἰς τὸ ἀλογώτατον καὶ πάντων τῶν κακῶν κάκιστον καταγαγεῖν τῆς ἀπωλείας βάραθρον, τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεόν. ὧν τὴν ἀφροσύνην ἐμφαίνων ὁ ἱεροφάντης ἔφη δαβίδ. εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι θεός. οἱ μὲν τοῦ κυρίου μαθηταὶ, καὶ ἀπόστολοι, ὑπὸ τοῦ παναγίου σοφισθέντες πνεύματι, καὶ τῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ χάριτι τὰς θεοσημείας ἐργασάμενοι, τῇ τῶν θαυμάτων σαγήνῃ, πρὸς τὸ φῶς τῆς θεογνωσίας, ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς ἀγνοίας ζωγροῦντες αὐτοὺς ἀνήγαγον. ὁμοίως καὶ οἱ τούτων τῆς τε χάριτος καὶ τῆς ἀξίας διάδοχοι, ποιμένες τε καὶ διδάσκαλοι τὴν φωτιστικὴν τοῦ πνεύματος χάριν δεξάμενοι, τῇ τε τῶν θαυμάτων δυνάμει, ὑπό τε λόγῳ τῆς χάριτος, τοὺς ἐσκοτισμένους ἐφώτιζον, καὶ τοὺς πεπλανημένους ἐπέστρεφον. ἡμεῖς δὲ οἱ μὴ δὲ τὸ τῶν θαυμάτων, μὴ δὲ τὸ τῆς διδασκαλίας δεξάμενοι χάρισμα (ἀναξίους γὰρ ἑαυτοὺς τῇ πρὸς τὰς ἡδονὰς προσπαθείᾳ πεποιήκαμεν) φέρε ὀλίγα τῶν παραδεδομένων ἡμῖν ὑπὸ τῶν ὑποφητῶν τῆς χάριτος, περὶ τούτου διαλεξώμεθα, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπικαλεσάμενοι. Πάντα τὰ ὄντα, ἢ κτιστά ἐστιν, ἢ ἄκτιστα. εἰ μὲν οὖν κτιστά, πάντως καὶ τρεπτά. ὧν γὰρ τὸ εἶναι ἀπὸ τροπῆς ἤρξατο, ταῦτα τῇ τροπῇ ὑποκείσεται πάντως, ἢ φθειρόμενα, ἢ κατὰ προαίρεσιν ἀλλοιούμενα. εἰ δὲ ἄκτιστα, κατὰ τὸν τῆς ἀκολουθίας λόγον πάντως καὶ ἄτρεπτα. ὧν γὰρ τὸ εἶναι ἐναν-

DEMONSTRATIO QVOD Deus est. Cap. III.

Quod profectò sit Deus, ijs qui sacras admittũt scripturas, uetus inquã & nouum organum, haudquaq̃ in controuersiam uenit, neq; plurimis quidem Græcorum. nã (ceu diximus) cognitio q̃d Deus sit, nobis natura insita est atq; ingenita. Verum posteaquã naturæ hominum prauitas tantum inualuit, ut quosdã in irrationabilissimũ, & omnium malorum pessimũ, perditionis barathrũ detruderet, ut dicerent nõ esse Deum (quorum insipientiam detegens sacriloquus Dauid inquit, Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus) discipuli Domini & Apostoli plenitudine sancti spiritus docentes, & uirtute eius & gratia, diuina signa operãtes, miraculorũ sagena & diuinæ agnitionis lumẽ ipsos expiscantes, ex ignorãtiæ profundo respirare fecerunt. simili quoq; pacto & horũ gratiæ & dignitatis successores, pastoresq; & doctores, illuminatricẽ spiritus gratiam adepti, tũ miraculorũ uirtute, tũ sermonis gratia, obscuratos illuminarunt & errore deuios cõuerterunt. Atqui nos qui neq; miraculorũ, neq; doctrinę adepti sumus gratiam, quãdoquidem nos ipsos indignos ipsa uoluptatũ perturbatione fecimus, pauca saltem eorum quæ nobis è prophetarũ munere & gratia tradita sunt, patrem & filium & spiritum sanctum primitus inuocantes, de hoc ipso disseramus. Omnia entia aut creata sunt, aut increata. siquidem creata, omnino mutari queunt: quorũ enim esse à mutatiõe incepit, ea & mutationi prorsus subiacere necesse est, aut in interitũ euntia, aut uoluntate alterabilia: si uerò increata, iuxta sermonis sequentiam omnino & immutabilia: quorum enim esse con-

τίου, τούτων καὶ ὁ περὶ πάντων ἐστὶ λόγος ἐναντίος, ἤγουν αἱ ἰδιότητες. τίς οὖν οὐ συνθήσεται πάντα τὰ ὄντα, ὅσα ὑπὸ τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγγέλους, τρέπεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ πολυτρόπως κινεῖσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι; τὰ μὲν νοητὰ, ἀγγέλους φημὶ καὶ ψυχὰς, καὶ δαίμονας, κατὰ προαίρεσιν, τήν τε ἐν τῷ καλῷ προκοπὴν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ καλοῦ ἀποφοίτησιν, ἐπιτεινομένην τε καὶ ὑφιεμένην. τὰ δὲ λοιπὰ, κατά τε γένεσιν καὶ φθορὰν, αὔξησίν τε καὶ μείωσιν, καὶ τὴν κατὰ ποιότητα μεταβολὴν, καὶ τὴν τοπικὴν κίνησιν. τρεπτὰ τοίνυν ὄντα πάντως, καὶ κτιστά. κτιστὰ δὲ ὄντα, πάντως ὑπό τινος ἐδημιουργήθησαν. δεῖ δὲ τὸν δημιουργὸν ἄκτιστον εἶναι. εἰ γὰρ κἀκεῖνος ἐκτίσθη, πάντως ὑπό τινος ἐκτίσθη, ἕως ἂν ἔλθωμεν εἴς τι ἄκτιστον. ἄκτιστος οὖν ὁ δημιουργὸς πάντως, καὶ ἄτρεπτός ἐστι. τοῦτο δὲ τί ἂν ἄλλο εἴη ἢ θεός; καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τῆς κτίσεως συνοχὴ καὶ συντήρησις, καὶ κυβέρνησις, διδάσκει ἡμᾶς ὅτι ἐστὶ θεὸς, ὁ τόδε τὸ πᾶν συστησάμενος, καὶ συνέχων, καὶ συντηρῶν, καὶ ἀεὶ προνοούμενος. πῶς γὰρ ἂν αἱ ἐναντίαι φύσεις, πυρὸς λέγω, καὶ ὕδατος, ἀέρος καὶ γῆς, εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν ἀλλήλοις συνεληλύθασι, καὶ ἀδιάλυτοι μένουσιν; εἰ μή τις παντοδύναμος δύναμις ταῦτα καὶ συνεβίβασε, καὶ ἀεὶ συντηρεῖ ἀδιάλυτα; τί τὸ τάξαν τὰ οὐράνια, καὶ ἐπίγεια, ὅσα τε δι' ἀέρος, καὶ ὅσα καθ' ὕδατος. μᾶλλον δὲ τὰ πρὸ τούτων, οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ ἀέρα. καὶ φύσιν πυρός τε, καὶ ὕδατος; τίς ταῦτα ἔμιξε καὶ ἐμέρισε; τί τὸ ταῦτα κινῆσαν, καὶ ἄγον τὴν ἄληκτον φορὰν, καὶ ἀκώλυτον; ἆρ' οὐχ ὁ τεχνίτης τούτων; καὶ λόγον ἐνθεὶς πᾶσι, καθ' ὃν τὸ πᾶν φέρεταί τε καὶ διεξάγεται; τίς δὲ ὁ τεχνίτης τούτων; ἆρ' οὐχ ὁ πεποιηκὼς αὐτὰ, καὶ εἰς τὸ εἶναι παραγαγών; οὐ γὰρ τῷ αὐτομάτῳ δώσομεν τὴν τοιαύτην δύναμιν. ἔσω γὰρ τὸ γενέσθαι τοῦ αὐτομάτου, τίνος τὸ τάξαι; καὶ τοῦτο εἰ δοκεῖ δῶμεν, τίνος τὸ τηρῆσαι καὶ φυλάξαι, καθ' οὓς πρῶτον ὑπέστη λόγους. ἑτέρου δηλαδὴ παρὰ τὸ αὐτόματον. τοῦτο δὲ τί ἄλλο ἐστὶν, εἰ μὴ θεός;

trarium, horum quoq; & simili pacto sermo contrarius: id est, proprietates. Quis igitur non consentiat, omnia entia quę nostro sensui subiacent, immo & angelos, & mutari & alterari, multipliciterq; moueri atq; transmutari? intellectualia quidem (dico autem angelos, animas, dęmones) secundum uolũtatis delectũ, & eam promotionẽ quæ in bono sita est, aut discessionẽ à bono, & intensam quidẽ & remissam: reliqua uerò secundũ ortũ & interitũ, augmentum & decrementũ, secundũ qualitatũ mutationẽ, localeq; motũ. Mutabilia igitur entia sunt omnino quæ creata sunt: creata uerò penitus, quæ ab aliquo opifice sunt cõdita. Oportet aũt opificẽ ipsum increatũ esse, nã si ipse creatus est, ut omnino ab aliquo creatus sit oportet. & eo usq; procedemus, dũ quippiã occurrat increatũ. Increatus igitur cũ sit ipse rerũ opifex ac cõditor, prorsus immutabilis erit. Hoc aũt quid aliud fuerit q̃ Deus? Sed & ipsa cõditionis mũdi coaptatio, conseruatio, & gubernatio, nos apertè edocẽt Deũ esse, qui hoc totũ consistentia firmat, & cõtinet, & conseruat, semperq; prouidet. Quomodo em̃ aduersantes naturæ (ignis dico & aquæ, aeris atq; terræ) in unius mũdi cõplementum cõcurrissent adinuicẽ, & sine dissolutione perdurarent, nisi quæpiã omnipotẽs uirtus & ea cõiunxisset & semper conseruet indissoluta? Quid est hoc q̃d ordinat cœlestia & terrena, & quæque aeria, & quęq; aquatilia? lõgè ante hæc cœlũ, terrã, aera, ignis & aquæ naturã, quis hæc miscuit & discreuit? q̃d est q̃ hæc mouet & agit irrequeta, & sine prohibitione, uertigine? Putas'ne artifex horum, & qui rationẽ posuit omnib. secundum quã uniuersum fertur & deducitur? Quis autem artifex horum? putas'ne qui fecit hæc, & ad esse perduxit? non enim temeritati talem tribuemus potentiam. Esto enim casus, temeritatisq; generatio: cuius erit ordinatio? Et hoc si uidetur, demus: cuius erit conseruare, & custodire? secundum eos quos primum statuimus sermones, alterius uidelicet quam casus id fuerit: sed quid nam aliud idipsum est, nisi deus?

COMMENTARIVS.

DEum esse(quod hoc capite demonstrandum proponit author)admittentib. utrũq; di-
uinæ scripturæ organũ,instrumentum,ac testamẽtũ,statim cognitum est,&persuasum.
Nam uetus testamentũ in ipsa Geneseos fronte exordioq́;,Deum esse ponit.In princi-
pio (inquit)creauit Deus cœlum& terrã.deinde sex dierum opera dirigit,à Deo cõsequenter
peracta.Nouum itidem instrumentum & organum(quo diuina bonitas usa est, ut nobis lo-
queretur & seipsam insinuaret)eidem innititur fundamento.quod in spirituali ædificio sub-
sternendũ esse,testatur beatissimus Paulus ad Hebræos cap.11.cum ait: Credere enim oportet
accedentem ad Deum,quia est,& quòd inquirentibus se remunerator est.Qui enim sacra reci
pit euangelia & epistolas Aposto.quomodo inficiari poterit Deum esse?Neq; plurimis Græ
corum,quod Deus sit,in controuersiã uenit,quia philosophorum quam plurimi(qui potissi
mum in Græcia,& præsertim Athenis floruerunt)Deum esse indubitatò confessi sunt?ad au-
thorem omnium cognoscẽdum ex pulcherrimo mundi opificio,rationis ductu subuecti. ut
Pythagoras, Anaxagoras,Socrates,Plato, Aristot.&pleriq; alij,qui in piorũ philosophorum
pieq; de Deo philosophantium secta numerantur.Contra uerò qui Deum esse negarũt, & di
uinã prouidentiã curare mortalia,ut Epicurus,Chrysippus,Bion Boristhenites,Protagoras:
impij sunt habiti,& ex schola rectè philosophantiũ explosi. Neq; id mirũ cuiq; uideri debet,
philosophos naturali rationis lumine perductos esse ad Dei cognitionem, quandoquidẽ ea
nobis natura est indita:quemadmodũ 1 cap.superius author dixerat.nempe ut quartus habet
psalmus:Signatum est super nos lumen diuini uultus,& animis nostris insita naturalis ratio,
cuius lumine , Deum esse facile cognoscimus,modò tetra uiciorum caligine illud in nobis
obtenebratum non fuerit & obscuratum.Hæc enim(inquit Augustin.) est uis ueræ diuinita
tis,ut creaturæ rationali iã ratione utenti,nõ omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis e-
nim paucis(in quibus natura nimium deprauata est)uniuersum genus humanũ,Deũ mundi
huius fatetur authorem.Porrò id attentius aduertendum,quòd cum in litera author de se di
cit:Quandoquidẽ nosipsos indignos ipsa(gratia inquã miraculorũ &doctrinæ)uoluptatum
perturbatione fecimus:ibidem cum modestia,& uiro Christiano digna humilitate, de seipso
loquitur beatus pater Damascenus,memor illius sententiæ sapientis:Iustus in principio ser-
monis accusator est sui.item & illius:Quanto magnus es,humilia te in omnib.& corã Deo in
uenies gratiã.Fuit siquidem ipse magnus doctrinæ splendore, ut præsens satis superq́; testa-
tur opus,ac pleraq; alia ab ipso edita nõ minoris momẽti.Fuit & magnus uitæ sanctimonia,
ut referunt ecclesiasticorũ scriptorum narratores.è quorũ numero,unus ꝓbatæ authoritatis
tale de illo perhibet testimoniũ:Ioannem Damas monachũ optimum atq;doctissimũ,ac præ
cipuè insignem theologũ,ætati Theodosij iunioris nõnulli assignant,quòd illi familiaris ad-
modum fuisse tradatur.Hic itaq; cũ theologus præcipuus haberetur,etiã quatuor sententia-
rũ libros edidit,in quibus sanè de fide,de Christi humanitate,atq; baptismo , luculentissimè
pertractat. Vbi Gregoriũ Naziazenum,Gregoriumq́; Nicenũ, ac Didymum Alexandrinũ
plurimũ imitatus est.In huius aũt uiri præconium multa admiratione digna Prudentius scri
bit.Hæc ille.Alius uero illustriũ uirorũ catalogũ recensens,& grauis etiã authoritatis, refert
de eodem,quòd ab infantili ætate græcis literis eruditus,intra duodecim annos omnium li-
beralium artium scientiã comprehẽderit.atq; Dei & sacrosanctæ uirginis Mariæ obsequio se
exercens,monasticam professus est uitã.In qua perpetuum uirginitatis decorem seruans,ipsi
uirginũ reginæ sedulum quotidie præstabat famulatũ,in assiduis orationib.altaris sacrificio,
& canticorũ ad eius præconium meditatione.Cõmissos etiã suæ curæ nobiliũ uiuorum fili-
os,nõ modò scientijs,sed & bonis moribus diligenter instituit:atq; ad amorem Dei pariter&
timorem,teneros eorum animos formauit.Rursum alius ecclesiasticos scriptores ordine refe
rens,hoc de authore nostro refert elogiũ:Ioannes Damas.monachus & presbyter,uir doctus
& sanctus(de quo miranda narrantur, propter excellentiam doctrinæ eius & uitæ sincerita-
tem)in magno precio habitus est apud Constantinopolim,& prælatus monachorũ cõstitu-
tus,multos ab iniquitate auertit.Scripsit græco sermone nonnulla profundi sensus opuscu-
la.Claruit sub Theodosio,deuotissimo principe,anno Domini 390. Neq; id mirũ,quod talis
ac tantus uir hic humiliter de seipso senserit,quandoquide sanctissimus Paulus (qui plus cæ-
teris & abundãtius in Apostolatu laborauit)se minimũ Apost.neq; dignũ Apostoli.nomine
protestatur:se itidem sanctorũ omniũ minimũ,& peccatorum primũ,sui ipsius exinanitione
fatetur:quem tamen in regno cœlorũ magnum esse,dubitauerit nemo. Causam uerò huiusce
suæ indignitatis ad gratiã doctrinæ assignat Damascen.uoluptatum perturbationem . Nam
immoderatus uoluptatũ corporearum usus,plurimũ officit diuinæ gratiæ suscipiẽdæ: haud
aliter atq; aer picea obductus caligine & nubibus atris, lucidos solis radios admittere, & in
nostros oculos trãsfundere nõ est idoneus.Nihil enim adeò obruit animũ,teste Hieronymo,
quàm uenter cibo meroq́; exæstuãs:qui nihil tenue,nihil cœleste meditari sinit,sed semper ad
ingluuiẽ, & carnis illecebras mentis aciẽ cõuertit.Demum antequã propositam aggrediatur
discussionem,super diuinas hypostases,patrem,filiũ & spiritum sanctum,inuocandas monet
quo nos doceat, in cuiusuis operis exordio,pia inuocatione, mentisq́; ad Deũ per orationẽ

eleuatione,

eleuatione, diuinū auxiliū implorare: ut nostra opera recte dirigat, & ad optatum finem perducat. nā sine ipso nihil possumus facere: & nō sumus sufficiētes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quod si nō sumus sufficiētes cogitare, quāto minus aut loqui, aut agere ex nobis: quandoquidem hoc q̄ illud longè sit difficilius. Idem quoque diuinus admonet Dionysius, capite tertio libri de diuinis nominib. inquiens. Ac primū quidem perfectißimā, omniumq́ Dei processuum interpretem, boni appellationem intueamur, si placet: ubi primū anthorem boni & supremè bonā trinitatem inuocauerimus, omnes suas benignißimè exponentem prouidentias. Oportet eñ nos uotis imprimis ad ipsam ueluti bonitatis principē prouehi, atq; uicino discere benignissima illi insita munera, Nā ipsa q-dē adest omnibus, nō autē illi assunt omnia: ubi uero ipsam castißimis precibus, animoq́ purgato & peruio, atq; ad diuinā idoneo coniunctionē inuocamus, tunc nos quoq; illi assumus. Itaq; nos ipsos ad celsiorē diuinorū clarissimorumq́ radiorum contuitum, orationibus imprimis cōparamus. Quocirca ante omnem actū, & in theologia maximè, ab oratione inchoandum nobis est: non ut ubiq; & nusquā præsentē uirtutē attrahamus, sed ut memoria diuinarū rerum atq; inuocationibus pijs nos ipsos illi dedamus atq; iungamus. Hæc Dionysius.

Cæterū ut animus noster iā fidem amplexus, rationalis quoq; demonstrationis adminiculo ad Dei agnitionē iuuetur: duplici ratiocinio hoc loco cōprobat Damascenus, uia doctrinali & disciplinæ modo, Deū esse. In quorū priore, ex proloquijs, manifestisq́ principijs tanquā natura prioribus notioribusq́, colligit demū quod intēditur: in posteriore uerò, ex causalibus, effectisq́ natura posterioribus, ipsam indagat causam: & ex ordinatissima illorū dispositione, hanc statuendā esse conuincit. Itaq; prior eius doctrinalis ratiocinatio est huiusmodi: Omnia entia, aut creata sunt, aut increata: quādoquidē inter hæc contradictionis extrema, nihil est medium. Creata quidē ea sunt, quæ ex nihilo ad esse prodierunt: aut proximè, & in ipsa prima rerū conditione, aut mediatè & cōsequenter. Vt quæ ortum duxerunt ex ijs quæ primū ex nihilo ad esse profecta sunt, aut ex illis coalescunt quæ huiusmodi ortū ex nihilo habuerunt: ut angelici spiritus, materia, cœlū, elementa, terræ nascentia, animalia, homines, istorū omniū accidentia & ꝓprietates. Increatū uero, quod ex nihilo ad esse nō prodijt, sed sempiternū est, neq; principiū neq; finē suæ durationis habens: ut Deus solus. Atqui creata omnia mutationi sunt obnoxia: ut paulo pòst ex singulorū inductione deducitur. ergo quod increatū est, prorsus est immutabile. Quorū eñ substantiæ sunt contrarietate quadā inter se discrepantes, & proprietates quoque consimiliter se habebunt, quandoquidē oppositorū etiā oppositæ sunt naturales cōditiones. Vt incorporea à corporeis magnum sustinent naturæ dissidiū ac discrimē: suntq́ illa imortalia & incorruptibilia, hæc uero morti & interitui subiecta. Similiter ex opposito se habet corpus humanū ad animā, si utriusq; substantiam respicias: & ꝓprietates itidē sortiūtur aduersas, cū hęc immortalis sit, incorruptibilis, & inextēsa: illud uerò morte dissolubile, interitū sustinens, ac mole concretum. At uerò quod prius assumptum fuerat, scilicet ea omnia q̄ à non esse ad esse prodierunt, mutationi esse subiecta, cōtinuò in litera exactius declaratur: & quonā modo rebus omnibus creatis competit mutabilitas, deinceps aperitur, ostenditurq́ illa bifariā fieri posse: aut secundum substantiā, aut qualitatē solū. Siquidē corporea omnia & cœlestia & terrestria, obitū interitumq́ sustinent. nam ut diuinus inquit sermo, Cœlū & terra transibunt. Et de cœlis diuino afflatus spiritu propheta pronunciauit: Ipsi peribunt, tu autē permanes, & omnes sicut uestimentū ueterascent: & sicut opertoriū mutabis eos, & mutabuntur. Præter huiusmodi autē interitum, cœlestibus orbibus circūgyrationē lationēq; circularem irrequietè adesse, perspicuum est. Rebus uerò sensibilibus ambitu & amplo cœli sinu contentis præter ortū & interitū, incrementū et diminutionē, altē rationē motūq́ ad locū cōuenire, dilucidum est ex philosophiæ naturalis elemētis. quare planū est, corporea omnia mutationi multifariā subiacère. Quæ uero ratione intellectuq́ prædita sunt, & corporea mole uacant, ut angelici spiritus, & animæ humanæ, alterationē sentiūt secundū uoluntatis electionem: qua suapte natura aut ad bonum promoueri possunt, ut cœlestes substantiæ ad suū conuersæ principiū & authorem, eiq́ perpetuo adhærentes: aut queūt à bono decidere, & in malū prolabi, ut apostatæ spiritus, & sui authoris desertores. tametsi hi per propriā culpā à malo, quod semel sponte sunt amplexi, amplius reuocare mentem non possunt: illi uerò per beneficā authoris gratiā à bono quod delegerunt, decidere unquam nequeunt. Animas autē rationales huiusmodi aut in bonum ꝓuectionis, aut discesßionis à bono alternationē uicißitudinemq́ sustinere, exploratißimum est. Rursum: Quæ ad bonū promouentur spirituales substantiæ, nunc quidē remisßius, nunc uero uehementius ad illud aspirant. Itidē quæ ad malū procumbunt, modò ardentiorem, modò languidiorem habent mali prosecutionē, ut animæ nostræ liquidò produnt. Constat igitur, incorporea & spiritualia, molis ac figuræ expertia, mutationi itidē esse subdita secundū qualitatis rationem. Non ab re igitur prius assumptū fuerat, quæcunq; creata sunt, esse & mutabilia. Atqui necessariū est, quęcunque creata sunt, ab aliquo authore producta esse. nā cum ex nihilo ad esse prodierint, à seipsis exordiū habere nequiuerunt: nihil eñ suijpsius causa. Ab alio igitur suum sortita sunt exortum. Is autem rerū omnium opifex, ut seipso sit & increatus, oportet. Nā si ipsum sicut & alia

creatum

creatum ponis,cõsequens est,eũ itidem ab alio creatũ esse.nihil enim suipsius esse potest principiũ,sed quicquid producitur,ut ab altero prodeat,opus est. Et illud alterũ si dicatur creatũ, ut rursum ab alio creatũ sit,necesse est. Et hoc pacto ad ulteriora semper fiet ꝑgressio, quousque perueniatur ad quippiã increatum. Siquidẽ impossibile est in ipsorum creatorũ serie in infinitũ progredi:sed quemadmodũ in cæteris rebus,ita quoq; & in ijs ad primũ in quo fiat status.peruenire operæpreciũ erit. Sicut enĩ in numerorum multitudine deuenitur ad monadem,supra numerum omnem & ante numerũ constitutã, omnium tamen numerorum productricẽ, & claudentem ea ex parte numerorum ordinem:ita id primum increatum(ut diximus)extra creatorũ numerorum & supra omnia creata eminẽter exceptũ,claudit ipsorũ creatorum ordinem:ut conus & uertex finit pyramidẽ in illius fastigio eminens, partibilitatẽ tamen & partium dissectionẽ nõ habens. Porrò is rerum author cum sit increatus,ut ostensum est,erit & immutabilis:nã prius monstratũ est,quòd increatum fuerit,esse & immutabile. Ex quo protinus cõsequitur,ipsum esse Deum:nulli enĩ alteri quàm Deo hæc attribui,& uerè accõmodari possunt:esse inquam rerum omnium opificem,esse increatum,esse immutabilem: cum citra Deũ omnia ab alio subsistant,creata sint,& mutabilia. Constat igitur propositũ scilicet Deum esse. Altera authoris demõstratio,ex pulcherrima mundi ordinatione, conseruatione,& gubernatione,tanquã diuino quodã opificio colligit & conuincit Deum esse. Neq; id absurdè quidem.nã secũdum sententiam beati Pauli ad Romanos, inuisibilia ipsius Dei à creatura mundi per ea q̃ facta sunt,intellecta cõspiciuntur:sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Insuꝑ Iob capite duodecimo cõtestatur,ex quibuscũq; rebus creatis manifestari Deũ omnium artificem & cõditorem. Vt cum eas tanq̃ imagines & notas quaidã diuinitatis in speculo efformatas considerare uelimus,haud magno impendio cognoscamus eas à Deo factas esse,ordinatas & administratas. Nimirum interroga(inq̃t)iumẽta,& docebũt te:& uolatilia cœli,& indicabũt tibi:loquere terræ,& respõdebit tibi,& narrabunt pisces maris. Quis ignorat,qđ omnia hæc manus Domini fecerit? Certe ꝓclamãt omnia de Deo:Ipse fecit nos & nõ ipsi nos. Ad hæc, Sapientiæ 13. cap. reprehenduntur idolorũ cultores,quod de his quæ uidentur bona,non potuerunt intelligere eum qui est,neq; operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex:sed aut ignem,aut spiritum,aut citatũ aerem,aut gyrũ stellarum,aut nimiam aquam,aut solem & lunam,rectores orbis terrarum deos putauerũt. Quorum & si specie delectati,deos ipsos putauerunt:sciant quanto his dominator, eorum speciosior est:speciei enĩ generator hæc omnia cõstituit. Aut si uirtutẽ & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis,quoniã qui hæc fecit,fortior est illis. A magnitudine enĩ speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horũ uideri. Cæterum in hac secunda demõstratione (quæ satis est intelligentiæ cuiusq; peruia(cũ sciscitatur author in litera,lõgè ante hæc cœlũ,terrã, aera, ignis atq; aquæ naturã:doctrinali modo inquirit,quid nã ante hæc scilicet cœlum,terrã,aera & reliqua,ordinata & aptissimo quo cernuntur ordine disposita, eadem suis temperauit qualitatibus,& ab inuicem diremit,ut unũ extra aliud quodq; suo loco cõsisteret. Nẽpe cuiusq; corporum mixtio,& in suarum qualitatũ ꝓportione contẽperatio,unà cum discretione unius corporis ab altero,naturà præcedunt ordinationẽ ipsorum:cum non possit esse corporũ ordinatio,nisi illorum quodq; suam habeat mixturã,& discretionem ab alio. Tolle discretionem rerum,quis in illo confusionis horrore erit ordo? Et in numeris quid potissimũ ordinem cõstituit,nisi ipsorum discretio? Reuera nõ poterit assignari quispiã rerũ ordinator, neq; earum cõtemperamenta determinans,aut distinctionẽ,nisi ipsarum artifex & cõditor. Et cum paulo pòst cõfutat eos qui temeritati & fortuito casui attribuerunt uim ac uirtutẽ producẽdi mũdum,hac ipsos ibidẽ ratione ualidè elidit: Si ipsis(inquit)admittatur, ꝓductio rerũ à casu temeritateq; esse facta, non poterunt illi pulcherrimã rerũ ordinationem quæ in toto cõspicitur mundo , casui ascribere. Nã quod inordinatum indeterminatumq; est, ut casus, qui poterit stabilẽ & certis cõstantẽ legibus ordinationẽ efficere? Qđ si adhuc cõcedatur ordinatio rerum in hoc mundo à casu profecta(quemadmodũ dixit Empedocles,ignẽ casu,supremo in loco,terrã aũt in imo collocatã asserens)à quo tandem erit sapientissima mundi gubernatio, & assidua cõseruatio. Nõ enim hæc erit à casu.quia quæ temerè fiunt,nõ semper,aut frequenter eodem cõtingunt modo,sed plerunq; dissimiliter, & raro admodũ eueniunt. Mundi aũt gubernatio,uniformiter,& suis uicibus statisq; temporibus consimiliter fit. Non est igitur ipsius mundi administratio & moderatio à casu.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙ ΕΣΤΙ
θεὸς, ὅτι ἀκατάληπτον. δ.

Ὅτι μὲν οὖν ἔστι θεός, δῆλον. τί δέ ἐστι κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν, ἀκατάληπτον τοῦτο παντελῶς, καὶ ἄγνωστον. ὅτι μὲν γὰρ ἀσώματον, δῆλον. πῶς γὰρ σῶμα τὸ ἀπει-

QVID DEVS SIT, INCOMPREhensibile esse. Cap. IIII.

Deũ itaq; esse, dilucidũ est: qd autẽ est secundũ substãtiã ac naturã,incõprehẽsibile id omnimodo est, atq; ignotum:qd aũt incorporeũ, est perspicuum.quo pacto enĩ corpus fuerit infinitum,

ρον, καὶ ἀόριστον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀναφὲς, καὶ ἀόρατον, καὶ ἁπλοῦν, καὶ ἀσύνθετον; πῶς γὰρ ἄτρεπτον, εἰ περιγραπτὸν, καὶ παθητόν; καὶ πῶς ἀπαθὲς τὸ ἐκ στοιχείων συγκείμενον, καὶ εἰς αὐτὰ πάλιν ἀναλυόμενον; σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ μάχης. μάχη δὲ, διαστάσεως. διάστασις δὲ, λύσεως. λύσις δὲ, ἀλλότριον θεοῦ παντελῶς. πῶς δὲ καὶ σωθήσεται τὸ διὰ πάντων ἥκειν, καὶ πληροῦν τὰ πάντα θεόν, ὥς φησιν ἡ γραφή. οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος. ἀδύνατον γὰρ, σῶμα διὰ σωμάτων διήκειν, μὴ τέμνον καὶ τεμνόμενον, καὶ πλεκόμενον, καὶ ἀντιπαρατιθέμενον. ὥσπερ ὅσα τῶν ὑγρῶν μίγνυται, καὶ συγκιρνᾶται. εἰ δὲ καί τινες φασὶν ἄϋλον σῶμα, ὡς τὸ παρὰ τοῖς τῶν ἑλλήνων σοφοῖς πέμπτον σῶμα λεγόμενον (ὅπερ ἀδύνατον) κινούμενον ἔσται πάντως, ὥσπερ ὁ οὐρανός· τοῦτο γὰρ πέμπτον σῶμα φασί. τίς οὖν ὁ τοῦτο κινῶν; πᾶν γὰρ κινούμενον ὑφ' ἑτέρου κινεῖται. κἀκεῖνο τίς; καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον, ἕως ἂν καταντήσωμεν εἴς τινα ἀκίνητον. τὸ γὰρ πρῶτον κινοῦν, ἀκίνητον. ὅπερ ἐστὶ τὸ θεῖον. πῶς δὲ οὐκ ἐν τόπῳ περίγραπτον τὸ κινούμενον; μόνον οὖν τὸ θεῖον ἀκίνητον, τῇ ἀκινησίᾳ τὰ πάντα κινοῦν. ἀσώματον τοίνυν ὑποληπτέον τὸ θεῖον. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο τῆς οὐσίας αὐτοῦ παραστατικόν ἐστιν. ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ ὅσα περὶ θεοῦ, ἢ περὶ θεὸν εἶναι λέγεται. ταῦτα γὰρ οὐ τὸ τί ἐστι σημαίνει, ἀλλὰ τὸ τί οὐκ ἐστί. χρὴ δὲ τὸν βουλόμενον τὴν τινὸς οὐσίαν εἰπεῖν, τί ἐστι φράσαι, οὐ τί οὐκ ἐστιν. ὅμως ἐπὶ θεοῦ τί ἐστιν εἰπεῖν ἀδύνατον, κατ' οὐσίαν. οἰκειότερον δὲ μᾶλλον ἐκ τῆς πάντων ἀφαιρέσεως ποιεῖσθαι τὸν λόγον. οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστίν. οὐχ ὡς μὴ ὤν, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ὑπὲρ αὐτὸ δὲ τὸ εἶναι, ὤν. εἰ γὰρ τῶν ὄντων αἱ γνώσεις, τὸ ὑπὲρ γνῶσιν, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν πάντως ἔσται. καὶ τὸ ἀνάπαλιν, τὸ ὑπὲρ οὐσίαν, καὶ ὑπὲρ γνῶσιν ἔσται. ἄπειρον οὖν τὸ θεῖον, καὶ ἀκατάληπτον. καὶ τοῦτο μόνον αὐτοῦ καταληπτὸν, ἡ ἀπειρία καὶ ἡ ἀκαταληψία. ὅσα δὲ λέγομεν ἐπὶ θεοῦ καταφατικῶς, οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὰ περὶ τὴν φύ-

tum, interminatum, infiguratum, intangibile, inuisibile, simplex, incōpositū? quomodo immutabile, si circūscriptū, si passionis iniuriæ obnoxiū? Et qui fit, ut impassibile, quod ex elemētis est coalitum, & in illa rursus dissolutione soluendum? cōpositio enim, pugnæ principium: pugna uerò, separationis: separatio aūt, solutionis. Atqui solutio, alienum quid penitus à Deo est. quomodo uero componitur, cum per omnia meet, & impleat omnia Deus? sicut inquit scriptura: Nonne cœlum & terrā ego impleo, dicit Dominus? impossibile siquidem est, corpus corpora permeare, nisi hoc quidē diuidat, illud uero diuidaꝛ, cedat, recurrat, ut quęcūq; liquorum miscentur, atq; confunduntur. Si aūt ipse (ut nonnulli aiunt) immateriale corpus est, ueluti & id quod apud Græcorum sapientes quintum corpus nominatur: hoc quidem impossibile. nā mobile erit omnino perinde ac cœlum: hoc em̄, quintū corpus appellāt. quis igitur ipsum mouet? omne enim quod mouetur, ut ab alio moueaꝛ necesse est: & hoc si mouetur, aliquis mouet: & id sine termino, donec in quippiam decumbamus immobile: hoc em̄ primùm mouens, immobile est, quod reuera Deus est. Cæterum quomodo nō est loco circumscriptum, quod mouetur? sola igitur immobilis diuinitas, sua stabilitate cuncta mouens: incorporeus igitur autumandus Deus. Sed nō hoc substantiæ eius diffinitiuum: ut neque ingenerabile, sine principio, inalterabile, & incorruptibile, & quæcunq; de Deo uel circa Deum esse prædicantur. hæc enim non eius quid est significant, sed quid non est. atqui oportet eū qui uult alicuius substantiam assignare quid est dicere, non quid non est. de Deo tamen quid est secundum substātiam, dicere impossibile, conuenientiusq; de Deo longè est per omnium ablationem facere sermonem. Nam nihil eorum quæ sunt, est: non ut non ens, sed ut omnia entia supereminēs, & super ipsum esse, ens. Si enim eorū, quæ sunt, cognitio est: quod omnem superat cognitionem, & ipsum quoq; super substantiam erit. & id recurrit: quod super substantiam est, & id quoq; super cognitionē erit. Infinita igiꝛ diuinitas, & incōprehēsibilis: & hoc solū eius cōprehensibile, infinitas & incomprehensibilitas. Quæcunq; aūt per theologiam affirmatiuam de Deo dicimus, non naturam eius, sed ea quæ sunt circa na-

turam

σιν δηλοῖ. κἂν ἀγαθὸν, κἂν δίκαιον, κἂν σοφὸν, κἂν ὁτιοῦν ἄλλο εἴπῃς, οὐ φύσιν λέγεις θεοῦ, ἀλλὰ τὰ περὶ τὴν φύσιν. εἰσὶ δὲ καί τινα καταφατικῶς λεγόμενα ἐπὶ θεοῦ, δύναμιν ὑπεροχικῆς ἀποφάσεως ἔχοντα. οἷον σκότος λέγοντες ἐπὶ θεοῦ, οὐ σκότος νοοῦμεν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐστὶ φῶς, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ φῶς. καὶ φῶς, ὅτι οὐ σκότος ἐστίν.

turam insinuant. nam etsi bonum, si iustum, si sapiẽs, si quiduis aliud dixeris: non naturam dicis Dei, sed ea quæ circa naturam. Sunt etiam & nõnulla affirmatiuè de Deo dicta, uim superexcellentiæ negationis prę se ferẽtia. ut cum tenebras de Deo dicimus, nõ tenebras intelligimus, sed quod non lux: quippe qui superexcellit lucem. & lucem dicimus, quia non est tenebræ.

COMMENTARIVS.

DEum esse incorporeum, multiplici ratione hoc loco cõprobat Damascenus. Quarum prima est: Nullum corpus est infinitum, interminatũ, infiguratum, intãgibile, inuisibile, simplex, incõpositum. Clauditur enim corpus omne extima sua superficie, figuraq; determinatur. sensu perceptibile est & cõpositum. Deus autem est infinitus, interminatus, infiguratus, intãgibilis, inuisibilis, simplex & incõpositus: ut ex sacræ scripturæ testimonio nõ operosum esset deducere. igitur Deus nõ est corpus. Secunda ratio: Quicquid circumscriptũ est & passionis iniuriæ obnoxiũ, nõ est immutabile. Atqui omne corpus est circunscriptũ, & suæ definitũ quantitatis terminis, itidẽ & patibile: suscipit enim in se affectiones accidẽtarias, quib. demutatur. Nullũ igitur corpus est immutabile. At uero Deus est immutabilis, ut præcedens caput ostendit. Non est igitur Deus, corpus. Tertia: Quod ex elementis est coalitũ, & in elementa dissoluendũ, non est impassibile. Omne aũt corpus, aut elementũ est, aut ex elemẽtis conflatũ, Nam hæc ratio & superiores potissimũ intelliguntur de corpore naturali, sublunari, atq; sensibili: quod aut elementũ est, aut ex elementis cõpactum, & proinde passioni subditum. Nullũ igitur tale corpus, est impassibile. Deus autẽ est impassibilis, ut superius ostẽsum est: igitur non est corpus. Cæterum huius postremæ rationis propositionem, & primo assumptam loco, cõprobat author: quia cõpositio pugnæ est principium. Nempe ex elementis cõpositum corpus naturale, ut lapis, arbor, equus, qualitates elementares inter se quidem & pugnantes atq; contrarias in suo habet cõtemperamento, ut caliditatem igneã, frigiditatẽ aqueã, & cæteras. quæ etsi in huiusmodi mixtis ad mediocritatem quandã & temperiem sint reductæ, ob natiuã tamen contrarietatem pugnant adinuicẽ: & quæ ualentior est, debiliorem expellit atq; deperdit. Ex huiusmodi itaq; pugna, intẽperamentũ nascitur, atq; incõcinna corpori naturali disproportio: quare qualitatũ naturalium abinuicẽ separatio atq; dissociatio, quã statim consequitur ipsius corporis mixti dissolutio. Quo enim pacto constabit equus, soluta humorũ eius debita proportione? nihilo magis quàm domus resolutis parietum cõpagibus. Corruptio aũt longè à Deo aliena est, ut qui prorsus sit immutabilis & æternus. Quarta ratio: Quod omnia permeat & implet, cõpositum esse nõ potest: quare nec corpus. est enim corpus omne circumscriptũ & locum occupans, ut simul cũ altero esse non possit. Siquidem impossibile est duo corpora se inuicem penetrare, ut utrunq; alterius non cedentis dimensiones subeat: quẽadmodũ supponit physicus, dimensionũ permeationẽ ponens natura impossibilem. Hinc cum lapis aerem aut aquã pertrãsit, cedit id corpus per quod fit trãsitus, & molliusculum duriori locum adaptat, sinumq; capacem aperit. Atqui Deus omnia implet, & cœlũ sursum, & terrã deorsum, ut Psalm. 138. attestatur: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Itaq; si admittitur Deus esse corpus, cum omnibus etiã non cedentibus suo loco assit corporibus, duo corpora simul erunt, & se inuicem subibunt: quod prius suppositum est impossibile. Quemadmodũ si lumẽ ponatur esse corpus, secundũ Empedoclis sententiã, cum per totũ diffundatur aerem: colligit contra eũ Aristot. duo corpora se mutuò subire, lumẽ & aerem. Quinta ratio: Si quispiã dixerit Deum non esse quidem corpus elementare aut mixtũ, sed immateriale, siue nõ compositũ ex materia rerum generabiliũ & corruptibilium tanquã parte sua substantiali, etsi aliam habeat ex substantificis partibus cõpositionem, quemadmodũ cœlum, quod philosophi quintum corpus appellant, & præsertim Aristot. in Physicis ostendit ipsum, præter quatuor corpora simplicia recto motu agitata, esse itidem corpus simplex, & circulari uertigine circumlatũ. Itaq; collatione facta ad quatuor elementa, cœlũ ipsum, quintũ corpus nõ absurdè uocatur. Siquis inq; posuerit Deum esse huiusmodi quintũ corpus, consequens est ipsum moueri debere. Est enim quintũ corpus, mobile & circulo agitatũ: quare ab aliquo alio ipsum moueri oportet. Nihil enim seipsum mouet. Et illud aliud mouens, si etiã sit mobile, rursum ab alio mouente mouebitur. Et hoc pacto semper fiet ad ulteriora mouentia ꝓgressio, donec ad unũ perueniatur mouens immobile: cũ impossibile sit, mouentiũ & mobiliũ seriẽ in infinitũ ꝓtendi. Atqui illud ens immobile (quodcunq; tandem dabitur) longè excellẽtius est & dignius, quã quæuis mobilia. perfectior enim est mouentis, quàm mobilis cõditio: cum illud agat,

hoc patiatur. Quicquid autem perfectius & dignius, Deo attribuendum est, qui rerum omnium perfectiones supereminenter in se complectitur, & ab omnibus unicè exceptus est. Potiori itaq; iure, tale mouens immobile ponendum est Deus. Non igitur erat Deus quintum corpus, quod est hypotheseos oppositum. Et consimili fermè ratione Aristot. in physicis disserit ponendum esse primum mouens immobile: eisdem fermè innixus principijs. Quod autem omnibus mobilibus mobilior dicatur in scripturis sapiẽtia, quæ Deus est, id nõ de motu corporeo accipiendum, sed diffusione sui in creaturas rationales. Sexta ratio: Quicquid mouetur, loco circumscriptum est & conclusum, ut singulorum inductione cõstat. Deus autem loco circunscriptus non est, ut qui sit ubiq;: non igitur mouetur, sed stabilis manens, dat cuncta moueri, & solus quidem est immobilis ac immutabilis. Non est igitur corpus, sed reuera incorporeus. Verùm cum Deum dicimus incorporeum, nõ eius substantiã diffinimus: ut neq; cum dicimus ipsum immutabilem, interminum, incomprehensibilem. Nempe diffinitio debet indicare quid est substantiæ eius quod diffinitur. Hæc autẽ supradicta non indicant quidnam sit Deus, sed potius quid non sit: non igitur Deum omnino & plenè diffiniunt. Porrò trifariam de Deo sermonem facere possumus. Primò per positionem, affirmationemq; eorũ de ipso, quæ perfectionis rationem continent. Vt cum Deum dicimus substantiã, lucem, solem, sapientiam, uitam, uirtutem: quemadmodum in sacris eloquijs frequentissima occurrunt exempla. Et hanc loquendi de Deo rationem edocet beatus Dionysius in libro De diuinis nominibus. Secundò per negationem eorum de Deo, quæ inferioribus quidem rebus, non aũt illi conueniunt. Vt cum ipsum incorporeum, inuisibilem, immensum, incomprehensibilem, immutabilemq; nominamus. Et hoc secundum enunciandi genus, uerius de Deo fit quàm quid nam sit. Remissior siquidem & inferior est assertio quod Deus sit lux, quàm quod inuisibilis, cum omnem & corporalem & spiritualem trãscendat lucem. Comprobat idipsum beatus pater Dionysius capite secundo de Cœlesti hierarchia, dicens: Aliquando item ab eisdem laudatur scripturis supersubstantialis Deitas honestissimè, ac penè diuinè, dum in eius laude dissimilibus utuntur signis: eamq; inuisibilem, infinitam, & incomprehensibilem prædicant, ijs eam appellantes nominibus, quibus nòn quid sit, sed quid non sit dicitur. Hoc enim uerius (ut arbitror) in ipsa est, & de illa propriè magis asseritur. Nam sicuti secretior illa, sacerdotalisq; traditio docuit, dum illam esse negamus aliquid ex ijs quæ sunt, uerum profectò loquimur: etsi modum quo illa indiffinita est (quippe quæ supersubstantialis & incomprehensibilis, atque ineffabilis est) prorsus ignoramus. Si ergo in diuinis rebus negatiões quidem uerè, affirmationes uero nequaquam tantis arcanorum latebris congruunt: illa sanè cõuenientior in rebus inuisibilibus erit expressio, quæ per dissimilia signa monstratur. Tertiò, quicquã de Deo enunciare possumus per omnium ablationem, negationemq; tam eorum quæ primo quàm quæ secundo modo ei attribuimus, propter eminentissimam ipsius super omnia quæ sunt & summam excellentiam. Quo pacto rectè dixerimus eum neq; uitam esse, neq; substantiam, quod uita omni & substantia superior sit. Excedit enim (inquit sacratissimus pater Dionysius cap. 2. de Cœlesti hierarchia) illa diuina maiestas substantiam omnem, uitamq; transcẽdit: nulla hanc exprimit lux, omnisq; sermo, omnis mens atq; ratio, absque ulla comparatione, illius similitudine inferior est. Aptè itidem enunciauerimus de Deo quòd inuisibilis non est, neq; incorporeus, quòd ab omnibus inuisibilibus & incorporeis eminentissimè sit exceptus. Et hoc tertium enunciandi genus dicit hoc loco Damascenus cæteris duobus esse conuenientius, atq; congruentius, quod à beato patre Dionysio in libro de mystica theologia exactius explicatur: ubi omnia cùm sensibilia, tum intelligibilia de Deo negari dicit. Cæterum assertionem primi generis & elocutionem de Deo, uocat hic beatus pater Damascenus (ut & alij pleriq;) theologiam affirmatiuam: cum prædicatiuam scilicet & assertoriam de eo faciamus enunciationem, quæ de primo fit genere quippiam de Deo dicendi. Vt si bonum, iustum aut sapientem dicimus, aliamue appellationem quæ priuationem non includit, eidem tribuimus. Et eorum quæ hoc pacto Deo ascribimus, nõnulla id quod circa Dei naturam est designant, communeq; Deitatis proprietatem. ut bonum ipsum, iustum ac sapientem nominantes: significamus ipsi bonitatem, iustitiam aut sapientiam non quidem accidentariã, sed substantialem adesse. Alia uerò affirmatiuè ascribuntur Deo, ad signandam negationem oppositi eorum, propter perfectionis eius superexcellentiam: ut nuncupantes Deum tenebras (quemadmodum Psalmus 17. Qui posuit tenebras latibulum suum) significare uolumus, ipsum lucem non esse, non quidem per defectum & priuationem, sed supereminentiam & perfectionem. Ita Deum lucem uocantes (ut Ioannes cap. 1. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et idem primæ epistolæ catholicæ primo capite: Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ) insinuare ea appellatione uolumus, eum nequaquam tenebras esse. At uero per secundum & tertium loquendi de Deo, philosophandi que modum, utpote excellentes negationes, & superexcellentes negationes, habetur theologia de Deo negatiua, quæ diuina dicitur ignorantia, longè quidem sublimior & altior quàm theologia affirmatiua.

Quod

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΟΤΙ ΕΙΣ ΕΣΤΙ θεὸς, καὶ οὐ πολλοί. ε.

Ὅτι μὲν ἔστι θεὸς, ἱκανῶς ἀποδέδεικται. καὶ ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ αὐτοῦ οὐσία, ὅτι δὲ εἷς ἐστι καὶ οὐ πολλοὶ, τοῖς μὲν τῇ θείᾳ πειθομένοις γραφῇ, οὐκ ἀμφιβάλλεται. φησὶ γὰρ ὁ κύριος ἐν τῇ τῆς νομοθεσίας ἀρχῇ· ἐγὼ κύριος ὁ θεός σου, ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ γῆς αἰγύπτου, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. καὶ πάλιν, Ἄκουε ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστι. καὶ διὰ ἡσαΐου τοῦ προφήτου· ἐγὼ γὰρ φησὶ θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεός. ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεὸς, καὶ μετ᾽ ἐμὲ οὐκ ἔσται, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν. καὶ ὁ κύριος δὲ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, οὕτω φησὶ πρὸς τὸν πατέρα. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν. Τοῖς δὲ τῇ θείᾳ μὴ πειθομένοις γραφῇ, οὕτω διαλεξόμεθα. Τὸ θεῖον τέλειόν ἐστι καὶ ἀνελλιπὲς, κατάγε ἀγαθότητα, κατά τε σοφίαν, κατά τε δύναμιν, ἄναρχον, ἀτελεύτητον, ἀΐδιον, ἀπερίγραπτον. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, κατὰ πάντα τέλειον. εἰ οὖν πολλοὺς ἐροῦμεν θεοὺς, ἀνάγκη διαφορὰν ἐν τοῖς πολλοῖς θεωρεῖσθαι. εἰ γὰρ οὐδὲ μία διαφορὰ ἐν αὐτοῖς, εἷς μᾶλλόν ἐστι, καὶ οὐ πολλοί. εἰ δὲ διαφορὰ ἐν αὐτοῖς, ποῦ ἡ τελειότης; εἴτε γὰρ κατὰ ἀγαθότητα, εἴτε κατὰ δύναμιν, εἴτε κατὰ σοφίαν, εἴτε κατὰ χρόνον, εἴτε κατὰ τόπον, ὑστερήσει τοῦ τελείου, οὐκ ἂν εἴη θεός. ἡ δὲ διὰ πάντων ταυτότης, ἕνα μᾶλλον δείκνυσι, καὶ οὐ πολλούς. πῶς δὲ καὶ πολλοῖς οὖσι τὸ ἀπερίγραπτον φυλαχθήσεται; ἔνθα γὰρ ἂν εἴη ὁ εἷς, οὐκ ἂν εἴη ὁ ἕτερος. πῶς δὲ ὑπὸ πολλῶν κυβερνηθήσεται ὁ κόσμος, καὶ οὐ διαλυθήσεται, καὶ διαφθαρήσεται, μάχης ἐν τοῖς κυβερνῶσι θεωρουμένης; ἡ γὰρ διαφορὰ, ἐναντίωσιν εἰσάγει. εἰ δὲ εἴποι τις, ὅτι ἕκαστος μέρους ἄρχει. τί τὸ τάξαν, καὶ τὴν διανομὴν αὐτοῖς ποιησάμενον; ἐκεῖνο γὰρ μᾶλλον ἂν εἴη θεός. εἷς τοίνυν ἐστὶ θεὸς, τέλειος, ἀπερίγραπτος, τοῦ παντὸς ποιητὴς, συνοχεύς τε, καὶ κυβερνήτης, ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος. πρὸς δὲ, καὶ φυσικὴ ἀνάγκη, μονάδα εἶναι, δυάδος ἀρχήν.

QVOD VNVS SIT DEVS, & non plures. Cap. V.

Qvod igitur Deus ſit, ſufficiēter mōſtratū eſt: quodq́ eius ſit incōprehenſibilis ſubſtātia. atqui unū eſſe Deū, & nō multos, ab ijs quib. diuina perſuaſerunt eloquia, nequaq́ ambigi poteſt. inquit em̄ Dominus in principio legiſpoſitionis: Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: nō erūt tibi dij alij præter me. Et rurſus: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Et per Eſaiā prophetā: Ego em̄ (inquit) Deus primus, & ego poſt hæc, & præter me nō ē Deus, ante me nō eſt factus alius Deus, & poſt me nō erit, & præter me nullus eſt. Et Dominus in ſanctis euāgelijs, ſic ad patrē inquit: Hęc eſt uita ęterna, ut cognoſcāt te ſolum uerū Deum. Verū aduerſus eos qui diuinæ ſcripturæ nō crèdūt, ſic diſſeremus: Deus perfectus eſt & indeficiens, & ſecundū bonitatē, ſapientiā, & uirtutē: ſine principio, ſine fine, ſempiternus, incircūſcriptus, & (ut ſimpliciter dicā) ſecūdum omnia perfectus. Si igit̄ multos aſſeremus deos, & in multis differētiam contēplari oportet. Nā ſi nulla in ipſis differentia, unus potius erit, & nō multi. Si aūt differentia in ipſis, ubi perfectio? Nā ſiue ſecūdum bonitatem, ſiue ſecundū uirtutē, ſiue ſapientiā, ſiue tempus, ſiue locum unus ſubeat diſcrimē, à perfecto decidit: nō itaq́ fuerit Deus. ſin uerò p̄ omnia fuerit idētitas, unū potius oſtēdet, & nō multos. Quomodo etiam ſi multi, diuerſiq́ ſint, incircunſcripti erunt? quandoquidē ubicūq́ fuerit unus, nequaquā erit alter. quo pacto etiā & ab huiuſmodi multis gubernabitur mundus, & non diſſoluetur ac corrūpetur, attenta in his ipſis gubernātibus pugna? differentia enim contrarietatem inducit. Si aūt dixerit quiſpiā: quia quiſque parti principatur, quid ipſum eſt quod ordinat, & hanc illis diſtributionē effecit? illud ſanè fuerit ualentiore iure Deus. Vnus ergo perfectus Deus eſt, incircūſcriptus, uniuerſi factor, contentorq́ & gubernator, ſuperperfectus & anteperfectus. Neceſſitas inſuper etiam naturæ eſt, monadem duitatis eſſe principium.

COMMENTARIVS.

VNitatem Dei, teſtimonia cū ueteris tū noui teſtamenti, ijs qui ſacrā recipiūt ſcripturā, apertiſsimè cōprobant. ut præter adducta in litera, illud beati Pauli ad Epheſ cap. 4. Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omniū, qui eſt ſuper omnes, per

nes,per omnia & in omnibus nobis.Idē quoq; primæ ad Corinthios ca.8.Scimus ꝙa nihil est idolum in mundo:& quod nullus Deus nisi unus.Nā etsi sunt ꝗ uocātur dij,siue in cœlo,siue in terra(siquidem sunt dij multi & Domini multi)nobis tamē unus Deus pater, ex ꝗ omnia, & nos in illo:& unus Dominus Iesus Christus,ꝑ quē omnia,& nos per ipsum. At uerò contra incredulos & sacrā scripturā refutantes,Damascenus hoc loco tribus potissimum ratiocinationibus insistit.quarū prima est: Deus est omnino & in uniuersum ꝑfectus,utpote secundū potentiā,sapientiā,bonitatem,& cæteras proprietates,ad essentiā naturamq; spectātes.Quo modo em̄ esset,quo nihil maius,nihil melius dari posit,summū ens,& omnia antecellens, si quicquā ei perfectionis abesse admittatur?Si igitur multi ponātur dij natura(nam participatione & nūcupatione plures esse deos,inficiabitur nemo,ut angelos & homines ad diuinorū assimilationem propemodū accedentes,quemadmodū ait Psalmus 81.Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes)inter eos aliquā esse differentiā necesse est. Vbi em̄ nulla est differentia,neq; ulla est pluralitas,sed identitas potius & unitas:quādoquidē pluralitas omnis,ex differētia et discrepātia enascitur.Quod si inter ipsos plures deos ponatur esse differentia,nō igitur erit in eis omnimoda perfectio:qđ est factæ suppositionis oppositū.Nēpe si ꝑ hypothesim positis pluribus dijs,cōcedantur(ut consequens est)in aliquo discrimen habere,exēpli gratia in potestate:erit unus eorū potentior,alius uero minus potens.nā si prorsus eandem æqualēq; habēt potentiā,non habent in uirtute quicquā discriminis:qđ est positi oppositū. At Deus ille ꝗ positus est altero minus potens,non omnino perfectus est:quandoquidem longè ꝑfectior esset,si immensam,infinitā,atq; plenissimā haberet potētiam.& is itidem Deus ꝑfectior illo est, qui potentior est positus.Cum enim potentia perfectionem dicat, maior potētia maiorē arguit perfectionē.Non est igitur ille minus potens,Deus habendus:aut datur Deus nō omniquaq; & plenè perfectus:quorū hoc,ꝓloquio in exordio huius rationis ex litera supposito repugnat:illud uero,posito aduersatur. Et idē subit iudiciū,si dij ipsi in bonitate,sapiētia aut alio quouis ponātur discrimen habere.semper enim ꝗ minus horū habuerit, à perfectione decidet.Secunda ratio: Deū incircūscriptū esse, paulo antè positū est, ut qui absolutā, omnēq; perfectionem habeat.Incircunscriptū autem, circunscripto præstantius, ut id quod ubiq; est & omnibus adest,eo quod certū sibi locū & assistentiæ præsentiā determinat. At si plures fuerint dij,reuera circunscripti erunt.Nā unus habebit suum numē ab alterius numine seiunctū: & ubi unus suā exercebit potestatem,ibidem non exercebit alter, ne sibi inuicem mutuò sint impedimento.Quod si quisq; totius mundi moderamen habebit, ob uoluntatem diuersitatem(cū si prorsus eadem sit eorū uoluntas,non erit inter eos diuinitatis uarietas)in ea gubernatione facilè dissidebunt,& per discordiā dilabetur hæc mundi machina,tendetq; ad interitum.Quemadmodum ubi plures æqua authoritate principantur, eorū dissidijs plerunq; perit respublica.Vt em̄ cōcordia paruæ res crescunt,ita discordia magnæ dilabūtur.Hinc pluralitatem principū in eadem republica plerunq; noxiā esse,& unum potius principem cōstituendū,docet in Politicis Aristoteles.Nulla em̄ sancta societas,nec fides regni est:sicut ait Ennius.Et ut eleganter id expressit poeta:

Nulla fides regni socijs,omnisq; potestas
Impatiens consortis erit.

Quod si tergiuersando responderit quispiā:unū eorū deorū uni parti mūdi principari,& alterū alteri,quēadmodū reges terreni. Aliquis igitur unus,illis dispartitus est mundi partes gubernandas,& cuiq; eā designauit quā moderetur. At ille(quisquis tandem is fuerit)authoritatē & potestatē in eos habet,ꝗbus mūdi regionē est partitus,ut suæ ditioni subiectos. Est igitur ille potius ponendus Deus,ut ꝗ lōge sit alijs perfectior & potestate superior:quare ad unicū tandē Deū decūbetur.Et reuera unus est qui toti mūdo sapiētissimè præsidet Deus,cœlestiū & terrestriū omniū moderationē habens,omniumq; nationū,latinarū,græcarū, & barbararū Dominus,rex regū,& dominus dominantiū,& rex omnis terræ Deus. De quo Apostolus ad Romanos tertio cap. An Iudæorū Deus tantū?nōnne & gentiū?immo & gentiū. Et beatissimus pater Dionysius capite 9.de Cœlesti hierarchia eandē habet sentētiā,cū ait: Vnū quippe omniū principiū est,unica prouidētia:neq; ullo modo putandū est, Iudæis quidem præfuisse Deū,quasi id sortè consecutū:cæteris autem gentibus angelos,propriè ac seorsum, siue æqualiter,siue aduersanter,siue deos alios quosdā præsules esse. Sed & illud quoq; diuinę scripturæ iuxta hunc sensum sacratius accipiendū est,non quasi Deus cū dijs alijs aut angelis humani generis gubernaculū regimenq; diuiserit,& Israeliticæ gētis princeps & dux ipse cōstitutus sit:sed quod una illa quidē altissimi in cunctis prouidētia, mortales omnes in salutē, angelorū suorū ductibus ad se peruehendos distribuerit. Solus autem fermè Israel præ cunctis,ad uerissimi Domini intellligētiā cognitionemq; cōuersus sit.hæc Dionysius. Quid aūt & hoc,qđ in uniuerso unicū uidemus solē sensibilē,radijs suis undiquaq; diffusis,omniū oculos ad se cōuertentē?Neq; singulis regionibus suus cuiq; est sol,distribuens solū suæ regioni claritatis suæ fulgores.Id profectò apertè cōprobat,si ex uestigio ad ueritatē libeat animū erigere,unū esse omniū Deū,rebus omnibus uisibilibus & inuisibilibus summa maiestate præsidentem,& angelorū suorū singulis præfectorū nationibus ductu ad se omniū rerum princi

pium,

pium, eos qui cœleſtem ſequuntur uocationē, benigniſſimè perducentē. Idcirco ut de ſole noſtro oculis cōſpicuo mortalibus ducere ſolent argumentum: ſi plures ponātur dij, aut quiſq; illorum ſingulatim eſſet inſufficiens ad mundi gubernationem, niſi alieno ſubleuetur auxilio, & tunc nullus eorum Deus eſſet, cum ipſorum cuiq; ſumma potentia & perfectio deſit: aut illorū quiſq; ex ſe ſufficiens eſſet ad moderationē rerum. & ſic reliqui omnes eſſent ſuper uacui & ocioſi, ut ſine quibus hic pulcherrimus rerum ordo æquè conſtaret, ſuumq; ſeruaret tenorem: nullus igitur reliquorū Deus eſſet, cū ſummopere natura refugiat pluralitatē otioſam. quare iterū unicū eſſe Deū rectè colligimus. Tertia authoris ratio: Omnē multitudinem ex monade proficiſci, natura compertū eſt. Ex uno ſiquidē omne hominū genus factum eſt: ut inquit beatus Paulus in cœtu Athenienſiū. Ex uno centro multæ lineæ ꝓgrediūtur ad circunferentiæ partes. Et pyramidis uertex unicus, diuerſas ad baſim demittit lineas, lateraleſq; ſuperficies. Ex unitate omnis numerorū ꝓfunditur aceruus. Ex trigono figuræ omnes polygoniæ tanq; è ſuo principio oriuntur. Quinimmo & in unū quiddā, ſui generis ſummū & excellentiſſimū, reuocātur omnia. ut elemēta in ignē, mineralia in aurū foſſiliū digniſſimū, grana ſegetū in triticū, liquores omnes in uinū. Sic animalia omnia in hominē reducūtur, cæteris dignitate ſuperiorē: & lucida cœli ſidera in ſolē, omnium clariſſimū. Tota igitur entium multitudo, in unū entium perfectiſſimū refertur & deſinit. Alioqui maior erit partiū ipſius mundi q; totius perfectio, atq; ordinatio: quod eſt abſurdum, Nempe in unitatē tendere, perfectionis eſt: ad multitudinē uero labi, imperfectionis. Poſſent inſuper præter literæ ſententiā plures adduci rationes demōſtratiuæ, ad comprobandam Dei unitatem. Verùm illæ ſufficienter & abundè habentur ex primò & ſecundo libro de trinitate Richardi de ſancto Victore: & potiſſimū ex commentario doctrinali atq; demonſtratorio, ſuperiorib. annis illi operi adiecto. In quo præter cæteras uiceſima prima, uiceſima tertia, & uiceſima quarta propoſitio primi libri, inſuper decimaquarta ſecundi, Deū eſſe unicū: luculēter & rationaliter oſtendūt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, ΚΑΙ ΥΙΟΥ ΤΟΥ θεοῦ συλλογιστικὴ ἀπόδειξις. ϛ.

Οὗτος τοίνυν ὁ εἷς καὶ μόνος θεός, οὐκ ἄλογός ἐστι. λόγον δὲ ἔχων, οὐκ ἀνυπόστατον ἕξει, οὐκ ἀρξάμενον τοῦ εἶν, οὐδὲ παυσόμενον. οὐ γὰρ ἦν ὅτε ἦν ὁ θεὸς ἄλογος, ἀεὶ δὲ ἔχει τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον, οὐ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον ἀνυπόστατον, καὶ εἰς ἀέρα χεόμενον, ἀλλ᾽ ἐνυπόστατον, ζῶντα, τέλειον, οὐκ ἔξω αὐτοῦ χωροῦντα, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ ἀεὶ ὄντα. ποῦ γὰρ ἔσαι, ἔξω αὐτοῦ γινόμενος; ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἡμετέρα φύσις, ἐπίκηρός ἐστι καὶ εὐδιάλυτος, διὰ τοῦτο καὶ ὁ λόγος ἡμῶν ἐστὶν ἀνυπόστατος. ὁ δὲ θεὸς ἀεὶ ὤν, καὶ τέλειος ὤν, τέλειον καὶ ἐνυπόστατον ἕξει τὸν ἑαυτοῦ λόγον, καὶ ἀεὶ ὄντα, καὶ ζῶντα, καὶ πάντα ἔχοντα, ὅσα ὁ γεννήτωρ ἔχει. ὥσπερ γὰρ ὁ ἡμέτερος λόγος, ἐκ τοῦ νοῦ προερχόμενος, οὔτε ὅλως ὁ αὐτός ἐστι τῷ νῷ, οὔτε παντάπασιν ἕτερος. ἐκ τοῦ νοῦ μὲν γὰρ ὤν, ἄλλος ἐστὶ παρ᾽ αὐτόν. αὐτὸν δὲ τὸν νοῦν εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγων, οὐκ ἔτι παντάπασιν ἕτερός ἐστιν παρὰ τὸν νοῦν. ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν ἓν ὤν, ἕτερόν ἐστι τῷ ὑποκειμένῳ. οὕτω καὶ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὅς ἐστι ὁ υἱός, τῷ μὲν ὑφεστάναι καθ᾽ ἑαυτόν, διῄρηται πρὸς ἐκεῖνον, παρ᾽ οὗ τὴν γένεσιν ὑπόστασιν ἔχει. τῷ δὲ τὰ αὐτὰ δεικνύειν ἐν ἑαυτῷ, ἃ περὶ τὸν θεὸν καθορᾶται, ὁ αὐτός ἐστι κατὰ τὴν φύσιν ἐκείνῳ. ὥσπερ γὰρ τὸ ἐν ἅπασι τέλειον

DE VERBO DEI ET FILIO DEI, rationalis demonſtratio. Cap. VI.

Ipſe ergo unus & ſolus Deus, nō ſine uerbo eſt. Verbum enim habens, nō inſubſiſtens habebit, ſed neq; eſſe incipiens neq; eſſe deſinens: nō enim fuit unquam, ut fuerit Deus abſq; uerbo, ſemper aūt habet ſuiipſius uerbum ex ſe genitū: non inſtar noſtri, ſubſiſtentiā non ſeruans, & in aera fluens, ſed intimè ſubſiſtens, uiuens, abſolutum, non extra ipſum ut ſeparabile euagans, ſed in ipſo ſemper immanēs. ubi enim erit, ſi extra ipſum gignitur? Atqui quoniā naturæ noſtræ temporalis eſt conditio & facilè diſſolubilis, hanc ob cauſam & uerbum noſtrum ſubſiſtentiam non retinet: at uero Deus ſemper exiſtens & perfectus cum ſit, perfectum & intimè ſubſiſtens habet ſuum ipſius uerbum, & ſemper exiſtens & uiuens, & omnia habens quæcunq; genitor habet. Quēadmodum enim ex mente uerbum noſtrum prodiens, neq; per totum menti idem eſt, neq; prorſus omnino diuerſum: nam ex ipſa exiſtens, aliud eſt præter ipſam mentem, ſe in apertum agēs: neq; adhuc uſquequaque aliud à mente eſt, ſed cum ſecundum naturam unum ſint, aliud eſt ſubiecto. Sic & Dei uerbum quod eſt filius, qua ſubſiſtit ſecundum ſeipſum, diſcernitur ab eo à quo ſubſiſtentiam habet: qua uero eadem in ſeipſo oſtendit quæ circa Deum conſpiciūtur, illi ſecundum ſubſtātiam idem eſt. Sicut enim quod in omnibus perfectū eſt,

ἐν τῷ τοῦ πατρὸς θεωρεῖται, οὕτως καὶ ἐν τῷ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένου λόγου θεωρεῖται.

in patre conſideratur: æquè & in eo quod ex ipſo aggenitum eſt uerbo, cõtemplari neceſſe eſt.

COMMENTARIVS.

PEr conditiones uerbi humano ore prolati, parat hoc loco Damaſ. manuductionẽ, ad intelligendum quoquo pacto uerbum diuinum, quanq̃ ineffabile & incomprehenſibile. quod quidẽ eſt ſecũda in diuinitate hypoſtaſis, & filius Dei patris, de quo Ioan. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud Deum. Et Pſalmus 44. Eructauit cor meum uerbum bonum. Deniq; Eſaias capite 40. Et uidebit omnis caro pariter, quod os Domini locutum eſt. Veruntamen præter uerbum hominis ore depromptum, aliud eſt uerbum ipſius intimum, quod mente reconditum, ſeruat tanquã prolem in parente: utpote notio animi, ab eo quidem progenita, ſed intimè ei ſemper immanens, & nuſquam extrà euagans, ſine temporaria ſucceſſione, molis expers & ſpiritualis. quæ per uocem prolatam & ſermonem (cum uult ipſa mens) explicatur, & alteri innoteſcit. Et tale intimum mentis uerbum, propinquius quàm ore prolatum, inſinuat Dei filium: qui intimũ eſt uerbum patris, quo pater ſe intra ſe explicat, ſuamq; manifeſtat ſapientiam, illi coæternũ, conſubſtantiale, & per omnia ſimile. Cæterũ res cõditæ & creaturæ, ſola Dei uolũtate ad eſſe deductæ, ſunt ut uoces & ſermones, intimũ patris uerbũ, & patrem ipſum extrinſecus exprimentes. Itaq; quid diſcriminis & affinitatis inter ſe habeãt uerbum Dei, & uerbũ oris humani, author, multifariam aperit. Primò ſiquidem inter ſe differunt: Quia uerbum Dei eſt ſubſiſtens in propria hypoſtaſi, & ſingulari diſcretũ proprietate à patre, neq; principiũ ſui eſſe nec finem habens, ſed patri coæternũ. Noſtrum uerò ore prolatum uerbũ, non eſt per ſe ſubſiſtẽs, neq; perſonali ſingularitate diſcretum: ſed cum profertur, ineſt aeri, ut accidens ſuo ſubiecto, incipiens eſſe per prolationem, & ea completa deſinens. Secundò: Verbum Dei, ex patris ſubſtantia eſt genitum, & illi conſubſtantiale. ut habet Pſal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et Pſalm. 109. Ex utero ante luciferũ genui te. Humani uero oris uerbum, neq; ex hominis eſt genitũ ſubſtantia, neq; homini cõſubſtantiale: ſed accidentarium, & oris ꝓlatione formatũ. Tertiò: Verbum diuinũ eſt patri ſemper intimũ & immanẽs. Non enim extra patrem gigni poſſet, aut ſubſiſtere, cum pater ipſe immenſus ſit, & uerbũ ipſi omnino æquale, etiã immenſum: extra Deũ uero finita omnia, & certa menſura determinata. Nõ poteſt aũt quod finitũ eſt, & ſuo limite clauſum, infiniti immẽſitatẽ capere. Oris aũt humani uerbum, ad exteriora prodit, foraſq; profertur. Quartò: Verbũ Dei eſt permanens, & minimè ſucceſſione fluidũ, uiuens. immò uita æterna (Ego, inquit, ſum uia, ueritas, & uita) & abſolutũ omniſq; perfectionis plenitudinẽ cõtinens. Verbũ uerò oris noſtri, eſt euanidum & fluxum. Nam cũ primũ profertur in aures, ꝓtinus euaneſcit: & ſolũ ea perdurat mora, qua ore depromitur. Idẽ, uiuens non rectè dicatur, ſed à uiuente ꝓdiens elocutio, & cõtractum atq; particulare. Quintò: Diuinũ uerbum omnia habet quæcunq; ſunt patris: utpote potẽtiam, ſapientiã, bonitatem, perfectionem, æternitatẽ. Omnia (inquit) quæcũq; habet pater, mea ſunt, &: Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et rurſum: Omnia mea, tua ſunt: & tua, mea ſunt. At uerbũ oris noſtri non eas omnes ſortitur proprietates, quas habet mẽs ipſius extimi uerbi efformatrix. Eſt enim uerbũ à noſtro proficiſcens eloquio, auditu perceptibile, & quaſi corporeo circundatũ amictu, diffundens ſe per aera, & eidem coextenſum: mens aũt noſtra, inſenſibilis eſt extenſionis expers, & naturæ corporalis immunis. Verũ, ut paulo latius intelligatur uerbum Dei eſſe æternè uiuens, & patri intimũ, id noſcere operæprecium eſt, quòd omnis uita cũ corporalis tum ſpiritualis, prolem ſuã intra ſe prius generat, quàm ſeorſum & extra ſe profuſam. & quo præſtantior uita fuerit, eo interiorem ſibimet gignit prolem. Siquidem uita uegetatiua tã in plantis q̃ animalibus, ſemen quaſi plantulæ originẽ & animalis in corpore ſuo antè progignit, quã aut emittat ipſum, aut arborẽ inde, animalue formatũ producat in auras. Sic ſenſitiua uita, quę uegetatiuã perfectione antecedit, per phantaſiã, in ſe ſimulachrũ effigiationemq; rerũ parit ac ſpeciem, priuſquã mẽbra moueat, & in externa formet materia effigiem. Et hic phantaſiæ fœtus, quia citra magnitudinem eſt rei cuius eſt effigies, propinquior eſt naturæ ipſius animæ noſtræ, q̃ fœtus uegetatiuæ uitæ: qui ſanè corpulentior eſt, & craſſioris materiæ particeps. Ita rationalis uita quæ ſenſitiua perfectior eſt, parturit in ſeipſa rationẽ tũ rerũ, tũ ſuĳpſius quaſi ꝓpriã prolem, priuſquã eloquendo uel agendo eã edat in lucẽ. Et huiuſmodi proles penitior eſt animæ, & interior, q̃ phantaſiæ ſpectrũ: nullũ enim habet cũ corpore cõmercium. & per eã animus ratiocinando, cognoſcendo, diſquirendo, ſupra ſe, ſuamq; notionem & actũ reflectitur, quod imaginationi phantaſticæq; uirtuti negatũ eſt. Deinceps, angelica uita ſupra rationalem longè eminens, notiones ſuĳpſius & rerum diuino quodam indultu prius in ſe efformat, quã alĳs inſinuet ac depromat. Et hæc occulta proles longè angelicis ſpiritibus eſt interior q̃ ratio animæ humanæ, quandoquidem neq; ab extrarĳs obiectis ſigillatim impreſſa eſt, neq; ſuſcepta: quemadmodum animæ notiones ab extrinſecis efformantur rebus. Quamobrem diuina uita quæ eminentiſſima eſt, & fœcundiſſima omnium: multo

multo magis ac perfectius prolem sui simillimam quàm reliqua gignit, priusq; in seipsa quã extra parit. Gignit, inquam, intelligendo seipsam, perfectam'q; sui notionem in seipsa cõprehendendo. quæ quidem absolutissima, plena'q; Dei imago est, & exemplar mundi: qui tanq; exterior proles intraneam & latentem expromit. Quocirca necesse est, hanc diuinam prolem multo magis esse intimam Deo, quàm angeli notionem angelicæ menti. Nam cum in cœlesti spiritu aliud sit esse quàm intelligere: notio intellectualis ipsius aliud est, quàm eiusdẽ substantia. In Deo uerò quia esse & intelligere idem sunt, notio diuina (quam seipsum intelligendo, tanquam exactissimam suipsius imaginem gignit) idem reipsa atq; ipse gignens, & easdẽ habet proprietates. Ea aũt intimum est patris uerbum: quod & uiuens esse, & intimè in patre subsistens (unigenitus enim qui est in sinu patris, ipse enarrauit) ex prædictis apertius agnoscitur. Demùm diuini uerbi cum humano hæc ponitur à Damasceno comparatio atq; similitudo: quod sicut uerbum nostrum ex mente ortum ducẽs, neq; omnino idem est menti, neq; omnino diuersum, siquidem aliud est natura uerbum oris quàm mens nostra, & tamẽ uerbũ foris illud indicat quod mens intus concipit: & hac ratione identitatẽ quandam & conueniẽtiam habent adinuicem. Sanè mens nostra & uerbum per elocutionẽ prolatum (si naturam utriusq; respicimus) prorsus diuersa sunt. Nam hoc, qualitas est sensui peruia, auditu'q; perceptibilis: illa uerò, uis est animæ rationalis qua intelligit. Si uerò quod per utrũq; designatur attendimus, unũ sunt, quia unã eandem'q; representãt rem. Cuius enim similitudine mens induitur, & idcirco q̃dãmodo illud est: idipsum uox suo significatu explicat, eiusdẽq; signũ est. Itaq; mẽs notiõe lapidis imbuta, suo modo lapis est: & uox itidẽ lapis, ingerẽs animo nostro lapidem, idem quod mens denotat. Hinc mens nostra & uerbũ nostrum sensibile, natura unum sunt, ratione representationis eiusdem rei: diuersa tamen inter se, subiecto atq; reipsa: alia enim mentis humanæ, & alia uerbi substantia ac essentia. Sic planè Dei uerbũ propriã habet subsistentiam, ab eo cuius est uerbum singulari proprietate discretã, & ea ratione differentiam sustinet ab ipso. At quia eandẽ habet essentiã cum patre, potentiã, sapientiã, bonitatẽ, & cæteras diuinas proprietates ad naturã spectantes, & ut uiua, uera, perfecta & naturalis imago, ea in se omnia ostendit, quæ in suo sunt primitiuo, à quo accepit omnia (est ẽm filius, imago Dei inuisibilis, & figura paternæ substantiæ) idcirco identitatẽ, cõuenientiamq; habet cũ patre cuius est uerbũ. Verũ ex annotatis circa duodecimã ꝓpositionem 6. lib. Ricardi De trinitate, multo plura de uerbo Dei, & scitu quidem dignissima, deprehendi dinosciq; ualebũt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΤΟΥ

ἁγίου, συλλογιστικὴ ἀπόδειξις. ζ.

Δεῖ δὲ τὸν λόγον καὶ πνεῦμα ἔχειν. καὶ γὰρ
καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος οὐκ ἄμοιρος ἐστὶ
πνεύματος. ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν μὲν τὸ πνεῦμα
ἀλλότριον ἐστὶ τῆς ἡμετέρας οὐσίας. τοῦ ἀέρος γάρ
ἐστιν ὁλκὴ, καὶ φορὰ, εἰσελκομένου, καὶ προχεομένου
πρὸς τὴν τοῦ σώματος σύστασιν. ὅπερ ἐν τῷ
καιρῷ τῆς ἐκφωνήσεως φωνὴ τοῦ λόγου γίνεται, τὴν
τοῦ λόγου δύναμιν ἐν ἑαυτῇ φέρουσα. ἐπὶ δὲ τῆς
θείας φύσεως, τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσυνθέτου, τὸ μὲν εἶναι
πνεῦμα θεοῦ εὐσεβῶς ὁμολογητέον, διὰ τὸ μὴ εἶναι
τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἐλλιπέστερον τοῦ ἡμετέρου λόγου. οὐκ
ἔστι δὲ εὐσεβὲς, ἀλλότριόν τι ἔξωθεν ἐπεισερχό-
μενον τῷ θεῷ, λογίζεσθαι τὸ πνεῦμα. ὡς καὶ
ἐφ' ἡμῶν τῶν συνθέτων. ἀλλ' ὥσπερ θεοῦ λό-
γον ἀκούσαντες, οὐκ ἀνυπόστατον, οὐδ' ἐκ μα-
θήσεως προσγινόμενον, οὐδὲ διὰ φωνῆς προ-
σφερόμενον, οὐδὲ εἰς ἀέρα χεόμενον, καὶ λυόμε-
νον, ᾠήθημεν, ἀλλ' οὐσιωδῶς ὑφεστῶτα, προαι-
ρετικόν τε καὶ ἐνεργὸν, καὶ παντοδύναμον.
οὕτω καὶ πνεῦμα μεμαθηκότες θεοῦ, τὸ συμ-
παρομαρτοῦν τῷ λόγῳ, καὶ φανεροῦν αὐ-
τοῦ τὴν ἐνέργειαν, οὐ πνοὴν ἀνυπόστατον.

DE SPIRITV SANCTO RATIO-

nalis demonstratio. Cap. VII.

Oportet autem & uerbum ipsum, spiritum habere: nam & uerbum nostrum, nequaquam spiritus est expers. Verùm in nobis spiritus à nostra substantia comperitur alienus: aeris enim est attractio, & emissio inspirati & aspirati, ut corpus cõsistere queat. per quem quidem in tempore prolationis, uox uerbi efficitur, uerbi potentiam in seipsa promẽs. In diuina aũt natura, simplici & incomposita, spiritum Dei esse piè confitendum, ob idipsum, quòd nõ sit uerbum Dei deficientius nostro uerbo. Non est pium, quippiam alienum, spiritum existimare extra Deum profusum: ceu in nobis sit, qui compositæ sumus naturæ. Sed quemadmodum cũ audimus Dei uerbum, non quippiã non subsistens, neq; ex disciplinæ habitu progenitum, neq; uocis beneficio prolatum, neq; in aerem diffluens & dissolutum, sed substantialiter subsistens, uoluntate præditum, & efficax, & omnipotens: simili quoq; pacto & nos edocti, spiritum coasseclam uerbi, & manifestantem eius operationem, non expirationem subsistentia destitutam intel-

γινώσκομεν. οὔτε γὰρ ἂν καθαιρεῖται πρὸς ταπεινότητα τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας φύσεως, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἡμετέρου πνεύματος, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ πνεῦμα ὑπονοοῖτο. ἀλλὰ δύναμιν οὐσιώδη, αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς, ἐν ἰδιαζούσῃ ὑποστάσει θεωρουμένην, ἐκ τοῦ πατρὸς προερχομένην, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἀναπαυομένην, καὶ αὐτοῦ οὖσαν ἐκφαντικήν, οὔτε χωρισθῆναι τοῦ θεοῦ ἐν ᾧ ἐστί, καὶ τοῦ λόγου ᾧ συμπαρομαρτεῖ, δυναμένην, οὔτε πρὸς τὸ ἀνύπαρκτον ἀναχεομένην. ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα τοῦ λόγου καθ' ὑπόστασιν οὖσαν, ζῶσαν, προαιρετικήν, αὐτοκίνητον, ἐνεργόν, πάντοτε τὸ ἀγαθὸν θέλουσαν, καὶ πρὸς πᾶσαν πρόθεσιν σύνδρομον ἔχουσαν τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν, μήτε ἀρχὴν ἔχουσαν, μήτε τέλος. οὔτε γὰρ ἐνέλιπέ ποτε τῷ πατρὶ λόγος οὔτε τῷ λόγῳ πνεῦμα. οὕτως διὰ μὲν τῆς κατὰ φύσιν ἑνότητος, ἡ πολύθεος τῶν ἑλλήνων ἐξαφανίζεται πλάνη, διὰ δὲ τῆς τοῦ λόγου παραδοχῆς καὶ τοῦ πνεύματος τῶν ἰουδαίων καθαιρεῖται τὸ δόγμα. ἑκατέρας τε αἱρέσεως παραμένει τὸ χρήσιμον. ἐκ μὲν τῆς ἰουδαϊκῆς ὑπολήψεως, ἡ τῆς φύσεως ἑνότης. ἐκ δὲ τοῦ ἑλληνισμοῦ, ἡ κατὰ τὰς ὑποστάσεις διάκρισις μόνη. εἰ δὲ ἀντιλέγοι ὁ ἰουδαῖος πρὸς τὴν τοῦ λόγου παραδοχήν, καὶ τοῦ πνεύματος, ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς ἐλεγχέσθω τε, καὶ ἐπιστομιζέσθω. περὶ μὲν γὰρ τοῦ λόγου φησὶν ὁ Δαβίδ, εἰς τὸν αἰῶνα κύριε ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ πάλιν, ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς. λόγος δὲ προφορικὸς οὐκ ἀποστέλλεται, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μένει. περὶ δὲ τοῦ πνεύματος ὁ αὐτὸς Δαβίδ, ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται. καὶ πάλιν, τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. καὶ ὁ Ἰώβ, πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με, πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ συνέχουσά με. πνεῦμα δὲ ἀποστελλόμενον, καὶ ποιοῦν, καὶ στερεοῦν, καὶ συνέχον, οὐκ ἄσθμα ἐστὶ λυόμενον, ὥσπερ οὐδὲ σωματικὸν μέλος τὸ τοῦ θεοῦ στόμα. ἀμφότερα γὰρ θεοπρεπῶς νοητέον.

ligimus. Sic enim ad humilia diuinę naturæ maiestas deijceretur, si secũdũ nostri spiritus similitudinem, is qui in ipso est spiritus intelligeretur sed uirtutẽ ipsam substantialẽ secundũ seipsam in propria persona consideratã, ex patre procedentẽ, & in uerbo requiescentẽ, ipsumq́ manifestantẽ, neq; separari à Deo in quo est, neq; à uerbo q́ coassequitur, possibile est, neq; in quippiã q́ minime subsistat refundi. Sed secundũ uerbi similitudinẽ, secundũ hypostasin est, uiuit, eligit, per se mouet, agit, semper bonum uult, ad omne propositum concurrit, uolũtatis habẽs efficaciam, neq; principium habens, neq; finem. Non enim aliquãdo patri uerbum deest, neq; unquã uerbo spiritus. Sic certè per unitatẽ naturæ, multos deos asserens gentilium aboletur error: at uerò per uerbi & spiritus receptionem, Iudæorum tollitur dogma. Et ex utraq; secta nobis accedit utilitas: ex Iudaica quidem opinione, naturæ unitas: ex gẽtilicia uerò, sola personarum discretio. Verùm enimuero si aduersetur Iudæus & uerbi & spiritus admissioni, illum ex diuina redarguamus scriptura, & obmutescere cogamus. Nã de uerbo inquit Dauid: In ęternum Domine uerbum tuũ permanet in cœlo. & rursus: Misit uerbum suum, & sanauit eos. At qui prolatum uerbum neq; mittitur, neq; manet in æternum. De spiritu uerò idem Dauid: Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Et rursus: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et Iob: Spiritus diuinus qui fecit me, & spiratio omnipotentis quæ docuit me. Spiritus autem qui mittitur, & facit, & firmat, & continet, nõ halitus dissolutioni obnoxius: quemadmodũ neq; corporeum melos, quod ab ore Dei. sunt enim utraq; Deo dignè intelligenda.


COMMENTARIVS.

EX spiritus humani manuductione, ostẽdit hic Damas. spiritum Dei, tertiam scilicet in sua persancta trinitate personam, etiã piè cõsitendum esse, tanquã ex remoto uestigio ad ueritatem speculandã nos erigens, propter mutuã utriusq; ad suum uerbum proportionẽ & similitudinem. Nempe sicut oris humani uerbum, spiritũ habet, assiduũ & inseparabilem comitem, utpote halitum illum corporeũ qui inter loquendũ à nobis emittitur (si quis enim spiritum illum oris nõ emiserit, nequaquã uerba depromet) Ita uerbum diuinum, spiritum habet congeneæ secum consimilisq; naturæ, scilicet diuinum, qui ipsum manifestat, explicat, & interna reuelatione alijs insinuat. Nobis enim (inquit beatus Paulus) Deus reuelauit per spiritum

ſpiritum ſuũ. Et ueritas ipſa de eodẽ ſpiritu loquens, ait: Ille me clarificabit. Inſuper ſpiritus
corporeus indiuiduã habet cum uita ſocietatem & connexionem: quæcunque em̃ reſpirant,
uiuunt, tametſi multa ſint uita participantia q̃ ſpiritum nõ ducunt. Et cum primùm anima-
lia ſpiritus beneficio uiuentia, deſtituuntur facultate trahendi alternatim ſpiritũ, illico præfo
cata extinguũtur. Cõſimili modo ſpiritus ſanctus, diuinus & æternus, indiuiduus eſt comes
diuinæ æternæq́ uitæ, ſcilicet filij Dei. q de ſeipſo teſtatur, dicens: Ego ſum uia, ueritas & uita
neque unquã ſpiritus hic ſuã deſerit uitam, aut uita ſpiritum ſolitarium derelinquit: ſed inſe-
parabili uinculo & nexu inuicẽ conſpirant, ac coniunguntur. At quia ueſtigium omne à ſua
ueritate plurifariã deficit, et multiplici diſproportione diſcordat, deinceps ſpiritus humani à
diuino uarium ponitur diſcrimen, ut ex huiuſmodi diſsidio ac diſcrepãtia, dinoſcãtur diuini
ſpiritus ꝓprietates. Itaque prima ſpiritus humani à diuino differẽtia eſt, quòd ſpiritus huma
nus ab hominis ſubſtantia ꝓrſus eſt alienus: cũ ſit reipſa aer ille, quem alternatim attrahimus
& emittimus, ad duplicem uſum. primũ, ad uehementiorem præcordiorũ calorem temperã-
dum: q alterno uicarij ſpiritus attractu & emiſsione, in refrigerium & temperiem ducitur. Et
huiuſmodi officiũ, ad uitã degendã eſt neceſſarium. Nã cũ eo deſtitutus eſt homo, aut quod-
uis animal reſpirationis indigum, ꝓtinus interit. Secundò miniſteriũ cõceſſum eſt, ad notio-
nem mentis, beneficio uocis expromendã: quo alteri id indicetur, quod pectore clauſum late
at. Et id quidem indultũ eſt homini non ad uitæ neceſsitatem, ſed cõmoditatem, ex mẽtis in
terpretatione multimodè cõſequentem. quẽadmodũ in ſecundo De anima, cũ de ſono & uo-
ce diſſerit Ariſtoteles, philoſophica ratione pertractat. Nẽpe per ſpiritũ emiſſum, tempore ꝓ
lationis uox uerbi efficitur, uerbi potentiã in ſeipſa ꝓmens, ut dicit hic Damaſcenus: q uocẽ
hic nuncupat, exteriorem illã (q̃ auditum ferit) prolationem: uerbum uerò, eandem quidem
elocutionem, quatenus mentis intentionem exprimit. Itaq; uox, uerbi potentiã promit: quia
cum hæc ꝓfertur, efficaciã ſignificationis uerbi, auditorum auribus ingerit. Spiritus autẽ di-
uinus, à patris & filij ſubſtantia nõ eſt diuerſus, ſed utriq; cõſubſtantialis, coeſſentialis & con-
naturalis. Secunda: Spiritus humanus non eſt homini immanens & intimus, ſed extrà pro-
fuſus, & uiciſsitudine quadã nunc ſubiens hominis præcordia, nunc exiens: quapropter ſepa
ratur ſubinde ab ipſo expirante. Spiritus autem ſanctus eſt patri & filio intimè immanẽs, &
inſeparabiliter. Nã ſicut filius in patre, & pater in filio eſt: ita ſpiritus ſanctus in utroque æter
na immanſione indimobiliter ſubſiſtit, propter inſeparabilitatem diuinarũ perſonarum ab
inuicem, ob mutuã omnium immeationem. Tertia: Sicut Dei uerbum dicimus, non intelli-
gere debemus humano more, uerbũ hominis ore prolatum, aut ex diſciplinæ habitu proge-
nitum. Progignitur quidem uerbũ humanũ ex diſciplinæ habitu, quia cõſuetudinarium aſſe
cuti cuiuſpiã ſcientiæ habitũ, facilè de ea prõpteq; diſſerimus, ſuggerente nobis interno habi
tu q̃ loq cõgruat. At ante cõparatum huiuſmodi diſciplinæ habitum, ne hiſcere quidem au-
demus, ut de ſciẽtia quã ignoramus, uerba faciamus. Nempe grãmaticæ peritus, appoſitè de
grãmaticis & copioſè loquetur, & geometra de geometricis, qui antè ueluti elinguis obmu-
tuit. Neq; itidem uerbũ Dei nominantes, animum cõuertere debemus ad quippiã ex intimo
pectore noſtro in aerem deriuatum, & ſtatim euaneſcens: ſed ad ſubſtantiale quiddã, in ꝓpria
ſubſiſtens hypoſtaſi, ſempiternũ, omnipotens, uiuens. Ita cum ſpiritum Dei nominamus, nõ
mẽtis aciem inflectere debemus ad halitum corporeum, à nobis cum loquimur expiratum,
& protinus in auras diſperſum ac euaneſcentem: ſed ad tertiã in trinitate perſonã, ſubſtãtia-
lemq́; uirtutem, quinimmo ſuperſubſtãtialem, ꝑ ſe ſubſiſtẽtem, & à patre ac filio (à quibus ſi-
mul procedit) ſingulari proprietate diſcretã. Quare autem dicat author hoc loco ſpiritũ ſan-
ctum à patre procedentem, nõ expreſſo filio: ex undecimo cap. huius dilucebit. Quarta diffe-
rentia: Spiritus humanus ore efflatus & diffluens, perſona non eſt, cum non ſit rationalis na-
turæ indiuidua ſubſtantia, nec ſubſtantiale indiuiduum, ratione, intelligentia, mentéue præ-
ditum. Itidem neq; participationem habet uitæ, ſed inanimus eſt, & uitalis naturæ exors, ta-
metſi ſemper uitã comitetur. Dei uerò ſpiritus, eſt perſona diuina, propriam habens ſubſiſtẽ-
tiam, ſingularem proprietatem. Itidem eſt uita uiuens ſempiterna, quinimò omnia uiuificãs:
corporalia corporaliter, et ſpiritualia ſpiritualiter. q in exordio creationis rerum ferebatur ſu
per aquas, uiuificam ſuam uim rebus omnibus (cuique pro ſuo captu & modo) indulgens.
Quinta: Spiritus humanus temporalis eſt, ſuæ principium habens durationis & finem: neq;
delectum boni habet aut propoſitum, neque uoluntatem qua in bonum feratur: eſt enim ra-
tionis expers. Diuinus autem ſpiritus æternus eſt, & patri, filioq́; (à quibus unà ſumit origi
nem) coæternus. Nec ſolum rationalis, ſed ſuperintellectualis eſt: ſummè bonus, & ſuæ boni-
tatis munera omnibus affluenter impartiens: eligens, ſolo ſuæ bonitatis motu ſua dona in-
dulgens, efficax, ſemper ad bonum aſpirans: ad omne quod ſit bonum, itidem & ad boni agẽ-
di propoſitum concurrens: uoluntatem habens optimã & rectiſsimam. De quo Pſalmus cen
teſimus quadrageſimus ſecundus: Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã. Et Paulus
primæ ad Corinthios ca. duodecimo: Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſan
cto. Diuiſiones uerò gratiarum ſunt, idem autẽ ſpiritus: Et diuiſiones miniſtrationum ſunt,
idem autem Dominus: Et diuiſiones operationũ ſunt, idẽ uerò Deus, qui operatur omnia in

omnibus.

omnibus. Deinde post enumerata donorum charismata, subiungit eodem loco: Hæc aũt omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Rursum Ioan. cap. 6. Spiritus est qui uiuificat. Demùm in Actis Apost. 13. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunãtibus, dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos. Ecce quomodo spiritus sanctus hic eligere dicitur. Possent & multæ aliæ disproportiones atq; dissimilitudines assignari, inter spiritum oris humani & spiritum sanctum. Sed hæ fermè sunt quas author in litera annotat, ex quib. haud difficile fuerit cæteras colligere. Porrò ex supradictis constat, catholicã ueritatem firmiter cõfiteri diuinæ naturæ unitatem & supersanctarum personarum in substantiæ unitate trinitatem: & per huiusmodi uerã & piam confessionem, ipsam procul discedere ab errore gentilium, deorum pluralitatem & secũdum naturam & singulares personas astruentium: eandem insuper Christianam professionem dimoueri ab insano dogmate Iudæorum, unicam Dei personam sicut & naturam asserentium. Enimuero gentiles & Iudæi sunt inter se in hac positione extremè oppositi, & utriq; à ueritatis uia aberrantes ad diuerticula falsitatis & deuia digressi sunt. Christiani uerò medium tenẽtes callem, per ueritatis semitam sine errore incedunt, utriusq; extremorum aliquid reijcientes, aliquid admittentes: nempe diuinitatis unitatem ponentes, pluritatem deorũ secundum substantiam (q̃ tamen gentiles ponunt) repudiant, & personarũ discretionem (cui uidentur accedere gentes) amplectuntur. Rursum Christiani personarũ profitentes trinitatem, Iudæorum damnant sententiam, unicam Dei personam ponentium, eorũdemq; de unitate diuinæ naturæ approbant assertionem, Quippe admittunt Iudæi unum esse Deum, ita à lege sua edocti: diuinarum tamen personarum pluralitatem & discretionem negant, arbitrãtes, Deum duntaxat patrem in diuinis appellari scripturis, nõ collatione facta ad aliã in diuinitate personã, sed sola habitudine ad creaturas: qđ omnia ad ortũ duxerit atq; gubernet, hominesque paterna benignitate prosequatur. quemadmodum Ioan. ca. 8. dixit eis Christus: Est pater qui glorificat me, quem uos dicitis, quia Deus uester est. Porrò hæc Christianorũ, gentiliũ & Iudæorum habitudo, sequẽti figuratione dilucebit: quæ his sex propositionib. explicatur. Prima: Non sunt ponendæ plures substantiæ diuinæ pariter, & plures personæ, ut posuerunt gẽtiles. Secunda: Non sunt ponendæ plures substantiæ diuinæ, & una sola substantia, quoniam illa repugnant. Tertia: Nõ sunt ponendæ plures substantiæ diuinæ, & una sola persona: nã repugnant. Quarta: Ponẽdæ sunt in diuinitate plures personæ, & una substãtia: ut rectè astruũt Christiani. Quinta: Non sunt in deitate ponendæ plures personæ, & una sola persona: nam repugnant. Sexta: Nõn est in Deo ponenda una sola substantia & unica persona, ut sentiunt Iudæi: qui (ut dictum est) cum Christianis in uno extremo, cũ gentilibus uerò in utroq; discrepant. cum Christianis item in altero, cũ gentilib. autẽ in neutro conueniunt. Consimili quoq; modò se habent gentiles ad Christianos & Iudæos: sed in quo cum Christianis cõspirant, Iudæi à nobis discrepant. & in quo dissident à nobis gentiles, Iudæi nobiscum coincidunt. Ex prædictis liquidò constat, sex conbinationum ex quatuor extremorum comparatione sumptarum, solam quartam astruendam esse. & reliquas quoq; à catholica ueritate reijciendas.



Constat etiam ex supradictis, grauiorem esse errorem gentiliũ, quàm Iudæorum: & à Christianorum recta fide magis alienum. Nempe gentiles non tres tantummodo posuere diuinitatis personas, sed totidem numero quot cõfinxerũt deos: Iudæi uerò unicam uerè recteq́ astruerunt diuinam substantiam, licet perperam personarum pluritatem in Deo negarint. Verùm saerarum literarum ab ipsis receptarum testimonio cõuincuntur (nisi obstet pertinacia) Iudæi, ut filium Dei & spiritum sanctum itidem admittãt. Siquidem Psalmo secundo pater æternus ad filium inquit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. & Psalmo 109. Ex utero ante luciferũ genui te. Præterea Esaiæ 48. ca. filius Dei de seipso: Et nũc Dominus misit me, & spiritus eius. Vbi per Dominũ, pater: per me, filius: per spiritũ eius, spiritus sanctus notatur. non est enim spiritus creatus, spiritus Domini. Rursum Psalm. 44: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. Vbi sermo habetur ad filiũ, quem Deus pater unxit oleo exultationis mystico & spirituali, utpote spiritu sancto. Demùm Esaiæ 61. capite. filius de seipso: Spiritus Domini super me, eo quòd unxerit me, ad annunciandum mãsuetis misit me. Quàm sanè scripturam Lucæ 4. cap. Christus de seipso dictam, & in se completam attestatur. Idem comprobant à Damasceno affatim in litera adducta ueteris instrumenti testimonia. Ex quibus deniq; colligit, quòd cum proprietates illæ à sacris eloquijs spiritui attributæ, scilicet mitti, facere, firmare, & continere, non possint cõuenire spiritui corporeo & halitui humano, sed soli diuino spiritui: reuera in illis scripturæ locis duntaxat de spiritu sancto habetur sermo. Quemadmodum dicta scripturæ de uerbo, solum de uerbo Dei, & nõ prolato uerbo humano debent intelligi: quoniam conditiones uerbi ibidem expressæ, scilicet mitti, & inæternum permanere, nequaquam prolato oris humani uerbo, sed solum diuino congruũt. Neq; corporeum (inquit) est melos, quod ab ore Dei: id est, uerbum illud quod ab ore Dei dicitur (quemadmodum ex superiore capite planum est) non est corporeum, neq; harmoniam habens prolationis, aut symphoniam auditu perceptibilem: sed admiranda consonantia & melodia, super omne corpus & spiritum supereminenter exceptum. Sunt enim utraq;, spiritus inquam Dei, & uerbum eius atq; melos, Deo dignè intelligenda: utpote nõ corporaliter, sed spiritualiter: quoniam Deus spiritus est. Verùm ex demõstratione nonæ & decimæ propositionis sexti libri Ricardi de Trinitate, plura de spiritu sancto & eius nũcupatione dinosci possunt: itidem & ex Annotatis circa prædictas propositiones.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ τριάδος. η.

Πιστεύομεν τοιγαροῦν εἰς ἕνα θεόν, μίαν ἀρχήν, ἄναρχον, ἄκτιστον, ἀγέννητον, ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀθάνατον, αἰώνιον, ἄπειρον, ἀπερίγραπτον, ἀπεριόριστον, ἀπειροδύναμον, ἁπλῆν, ἀσύνθετον, ἀσώματον, ἄῤῥευστον, ἀπαθῆ, ἄτρεπτον, ἀναλλοίωτον, ἀόρατον, πηγὴν ἀγαθότητος καὶ δικαιοσύνης, φῶς νοερόν, ἀπρόσιτον, δύναμιν οὐδενὶ μέτρῳ γνωριζομένην, μόνῳ δὲ τῷ οἰκείῳ βουλήματι μετρουμένην. πάντα γὰρ ὅσα θέλει δύναται, πάντων κτισμάτων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητικήν, πάντων συνεκτικὴν καὶ συντηρητικήν, πάντων προνοητικήν, πάντων κρατοῦσαν, καὶ ἄρχουσαν, καὶ βασιλεύουσαν, ἀτελευτήτῳ καὶ ἀθανάτῳ βασιλείᾳ, μηδὲν ἐναντίον ἔχουσαν, πάντα πληροῦσαν, ὑπ᾽ οὐδενὸς περιεχομένην, αὐτὴν δὲ μᾶλλον περιέχουσαν τὰ σύμπαντα καὶ συνέχουσαν, καὶ προέχουσαν, ἀχράντως ταῖς ὅλαις οὐσίαις ἐπιβατεύουσαν, καὶ πάντων ἐπέκεινα, καὶ πάσης οὐσίας ἐξῃρημένην, ὡς ὑπερούσιον καὶ ὑπὲρ τὰ ὄντα οὖσαν, ὑπέρθεον, ὑπεράγαθον, ὑπερπλήρη, τὰς ὅλας ἀρχὰς καὶ τάξεις ἀφορίζουσαν, καὶ πάσης ἀρχῆς καὶ τάξεως ὑπεριδρυμένην

DE SVPERSANCTA TRINItate. Cap. VIII.

CRedimus ergo in unũ Deum, unum principiũ sine principio, increatum, ingenitum: omni pernicie carentẽ. immortalem, ęternũ, infinitum, incircũscriptum, interminatum, infinitẽpotẽtem, simplicem, incompositum, incorporeum, indefluũ, impaßibilem, immutabilem, inalterabilem, inuisibilem, fontem bonitatis & iusticię, lucem intellectualem, inaccessibilẽ, uirtutem nulla mẽsura cognitã, sola quidem propria uolũtate mẽsuratam (omnia enim quęcunq; uult, potest) omniũ creaturarum uisibiliumq́ & inuisibilium factricem, omnium cõseruatricem atq; saluificam, omnibus prouidentẽ, dominantem omnium, atq; principantem, & regnantem infinito & immortali regno, nullum habentem contrarium, implentem omnia, à nullo contentam quippe quæ magis cõplectatur uniuersa, & cõtineat, incõtaminatè omnibus substantijs supereminẽtem ultra omnia, & ab omni substantia exceptam, ut supersubstantialem, & super entia existẽtem, superdiuinam, superbonam, superplenam, principia omnia & ordines definientem, omni principio & ordini superlocatam,

super-

ὑπερούσιαν, καὶ ζωὴν, καὶ λόγον, καὶ ἔννοιαν, αὐτοφῶς, αὐταγαθότητα, αὐτοζωὴν αὐτοουσίαν, ὡς μὴ παρ' ἑτέρου τὸ εἶναι ἔχουσαν, ἢ τι τῶν ὅσα ἐστίν· αὐτὴν δὲ πηγὴν οὖσαν τοῦ εἶναι τοῖς οὖσι. τοῖς ζῶσι, τοῦ ζῆν. τοῖς λόγου μετέχουσι, τοῦ λόγου· τοῖς πᾶσι, πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν, πάντα εἰδυῖαν πρὶν γενέσεως αὐτῶν, μίαν οὐσίαν, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, μίαν θέλησιν, μίαν ἐνέργειαν, μίαν ἀρχὴν, μίαν ἐξουσίαν, μίαν κυριότητα, μίαν βασιλείαν ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσι γνωριζομένην τε καὶ προσκυνουμένην, μιᾷ προσκυνήσει. πιστευομένην τε καὶ λατρευομένην ὑπὸ πάσης λογικῆς κτίσεως, ἀσυγχύτως ἡνωμένας, καὶ ἀδιαστάτως διαιρουμένας (ὃ καὶ παράδοξον) εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς ἃ καὶ βεβαπτίσμεθα. οὕτω γὰρ ὁ κύριος τοῖς ἀποστόλοις βαπτίζειν ἐνετείλατο, βαπτίζοντες αὐτοὺς, φάσκων, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς ἕνα πατέρα, τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ αἰτίαν. οὐκ ἔκ τινος γεννηθέντα. ἀναίτιον δὲ καὶ ἀγέννητον, μόνον ὑπάρχοντα πάντων μὲν ποιητὴν, ἑνὸς δὲ μόνου πατέρα φύσει, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ προβολέα τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ εἰς ἕνα υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. ὃν πρὸ πάντων αἰώνων λέγοντες δείκνυμεν ὅτι ἄχρονος, καὶ ἄναρχος αὐτοῦ ἡ γέννησις. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτὴρ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, ἡ ζῶσα σοφία, καὶ δύναμις. ὁ λόγος ὁ ἐνυπόστατος, ἡ οὐσιώδης καὶ τελεία καὶ ζῶσα εἰκὼν τοῦ ἀοράτου θεοῦ. ἀλλ' ἀεὶ ἦν σὺν τῷ πατρὶ, καὶ ἐν αὐτῷ, ἀϊδίως καὶ ἀνάρχως ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος. οὐ γὰρ ἦν ποτε ὁ πατὴρ, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός. ἀλλ' ἅμα πατὴρ, ἅμα υἱὸς, ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος. πατὴρ γὰρ ἐκτὸς υἱοῦ οὐκ ἂν κληθείη. εἰ δὲ ἦν μὴ ἔχων υἱὸν, οὐκ ἦν πατήρ. καὶ εἰ μετὰ ταῦτα ἔσχεν υἱὸν, μετὰ ταῦτα ἐγένετο πατὴρ, μὴ ὢν πρὸ τούτου πατήρ. καὶ ἐτράπη ἐκ τοῦ μὴ εἶναι πατὴρ, εἰς τὸ γενέσθαι πατήρ. ὅπερ πάσης βλασφημίας ἐστὶ χαλεπώτερον. ἀδύνατον γὰρ τὸν θεὸν

ſuperſubſtantiam, & uitam, & ratione̅ & intelligentiã, per ſe lucem: per ſe bonitatem, per ſe uitam, per ſe ſubſtantiã, & non ab alio eſſe habentem, aut quiduis eorum quæcunq; ſunt. ſed ipſa fons eſt eſſe ijs quæ ſunt, & ijs quæ uiuũt uitę: ijs quæ ratione participant, rationis: & omnibus omnium bonorum cauſa: omnia ſciens antequam ducãtur ad ortum, una ſubſtantia, una diuinitas, una uirtus, una uolũtas, unum principium, una operatio, una poteſtas, una dominatio, unũ regnũ in trib. perfectis perſonis agnitum & adoratum una adoratione, creditumq; & ueneratum ab omni rationali creatura, inconfuſe unitũ, & indiuiſe diſcretũ, quod opinionem ſuperat. Credimus in patrem & filium & ſpiritũ ſanctum, in quibus baptiſati ſumus. Sic em̃ Dominus Apoſtolis baptiſare præcepit: Baptiſantes eos (dice̅s) in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. In unum patrem, omniũ principium & cauſam, nõ ab aliquo genitũ, ſine cauſa, ſolum ingenitũ, omnium factorem, unius quide̅ ſolius natura patrem unigeniti filij eius, dominique & Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & prælargitorem ſpiritus omniſancti. Et in unum filiũ Dei unigenitum, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, ex patre natum ante omnia ſecula, lumen de lumine, Deum uerũ de Deo uero, genitum, non factum, cõſubſtantialem patri per quem omnia facta ſunt, ante omnia ſecula. Quæ dicentes, oſtendimus, quoniã ſine tempore & initio eſt eius generatio. Non enim ex non ente ad eſſe deductus filius Dei, qui eſt ſplendor gloriæ, character ſubſtantiæ patris, & uiuens ſapientia, & uirtus, & uerbum, intimè ſubſiſtens, ſubſtantialis & perfecta & uiua imago inuiſibilis patris: ſed ſemper cum patre fuit, & in ipſo ſempiternè & ſine principio ab ipſo genitus. non enim fuit aliquãdo pater quando non fuit filius: ſed ſimul pater, ſimul filius ab ipſo genitus: pater enim ſine filio nequaquã uocabitur. ſi uerò fuit non habens filiũ, minime fuit pater: & ſi poſtea adeptus eſt filiũ, poſtea effectus eſt pater, cum ante id pater non eſſet. atq; ita immutatus. de nõ eſſe patre, in fieri patre̅: quod omni blaſphemia eſt grauius. Nam impoſſibile eſt (ut ita dixerim) Deũ

eſſe

εἶπεν ἔρημον τῆς φυσικῆς γονιμότητος. ἡ δὲ γονιμότης, τὸ ἐξ αὐτοῦ, ἤγουν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὅμοιον κατὰ φύσιν γεννᾶν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ υἱοῦ γεννήσεως, ἀσεβὲς λέγειν χρόνον μεσιτεῦσαι. ἢ μετὰ τὸν πατέρα, τὴν τοῦ υἱοῦ γενέσθαι ὕπαρξιν. ἐξ αὐτοῦ γὰρ, ἤγουν τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως, φαμὲν τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν. καὶ εἰ μὴ ἐξ ἀρχῆς δῶμεν, τὸν υἱὸν συνυπάρχειν τῷ πατρὶ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον, τροπὴν τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως παρεισάγομεν, ὅτι μὴ ὢν πατὴρ, ὕστερον ἐγένετο πατήρ. ἡ γὰρ κτίσις, εἰ καὶ μετὰ ταῦτα γέγονεν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας. ἐκ δὲ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι βουλήσει, καὶ δυνάμει αὐτοῦ, παρήχθη. καὶ οὐχ ἅπτεται τροπὴ, τῆς τοῦ θεοῦ φύσεως. γέννησις μὲν γάρ ἐστι, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ γεννῶντος, προάγεσθαι τὸ γεννώμενον ὅμοιον κατ᾽ οὐσίαν. κτίσις δὲ καὶ ποίησις τὸ ἔξωθεν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ κτίζοντος καὶ ποιοῦντος γίνεσθαι τὸ κτιζόμενον, καὶ ποιούμενον ἀνόμοιον παντελῶς κατ᾽ οὐσίαν. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ μόνου ἀπαθοῦς, καὶ ἀναλλοιώτου, καὶ ἀτρέπτου, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος θεοῦ, καὶ τὸ γεννᾶν, καὶ τὸ κτίζειν, ἀπαθές. φύσει γὰρ ὢν ἀπαθὴς καὶ ἄῤῥευστος, ὡς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος, οὐ πέφυκεν ὑπομένειν πάθος ἢ ῥεῦσιν, οὔτε ἐν τῷ γεννᾶν, οὔτε ἐν τῷ κτίζειν. οὐδὲ τινὸς συνεργείας δεῖται. ἀλλ᾽ ἡ μὲν γέννησις ἄναρχος καὶ ἀΐδιος, φύσεως ἔργον οὖσα, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προάγουσα, ἵνα τροπὴν ὁ γεννῶν μὴ ὑπομείνῃ, καὶ ἵνα μὴ θεὸς πρῶτος καὶ θεὸς ὕστερος εἴη, καὶ προσθήκην δέξηται. ἡ δὲ κτίσις, ἐπὶ θεοῦ θελήσεως ἔργον οὖσα, οὐ συναΐδιος ἐστὶ τῷ θεῷ. ἐπειδὴ οὐ πέφυκε τὸ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγόμενον, συναΐδιον εἶναι τῷ ἀνάρχῳ, καὶ ἀεὶ ὄντι. ὥσπερ τοίνυν οὐχ ὁμοίως ποιεῖ ἄνθρωπος, καὶ θεός. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγει, ἀλλ᾽ ὅπερ ποιεῖ, ἐκ προϋποκειμένης ὕλης ποιεῖ, οὐ θελήσας μόνον, ἀλλὰ καὶ προεπινοήσας, καὶ ἐν τῷ νῷ ἀνατυπώσας τὸ γενησόμενον. εἶτα καὶ χερσὶν ἐργασάμενος, καὶ κόπον ὑπομείνας, καὶ κάματον. πολλάκις δὲ καὶ ἀστοχήσας, μὴ ἐκβαίνοντος καθὰ βούλεται τοῦ ἐπιτηδεύματος. ὁ δὲ θεὸς θελήσας μόνον, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παρήγαγεν. οὕτως οὐδὲ ὁμοίως γεννᾷ θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ὁ μὲν γὰρ

eſſe deſtitutũ natiuæ fœcunditatis partu. partus aũt, cũ ex ſeipſo, id eſt, ex propria ſubſtãtia, generat. Atqui in filij generatione, impium eſt dicere, intercipi mediareq; tempus, aut poſt patrem, filij ſubſtantiã generari: ex ipſo enim, id eſt ex patris natura, aſtruimus filij generationem. Cęterum ſi nõ à principio dederimus filiũ coexiſtere ei ex quo genitus eſt, mutationem ſubſtantię patris inducemus: nam cũ nõ eſſet pater, poſterius effectus eſt pater. Nam tametſi creatura poſtea facta eſt, non tamen ex Dei ſubſtãtia: quippe quæ ex nihilo ad eſſe uoluntate eius atq; uirtute perducta eſt: neq; ulla attingit mutatio Dei naturã. Et generatio eſt, ex ſubſtantia gignentis proferri ꝙ gignitur, ſimile ſecundum ſubſtantiam. Sed creatio & factio eſt extrinſecus, & non ex ſubſtãtia creantis & facientis, fieri quod creatur & efficit, & diſſimile prorſus ſecundũ ſubſtãtiam. In ſolo igitur impaſſibili, inalterabili, immutabili, & ſemper eodẽ modo ſe habente Deo, & generare & creare, impaſſibile eſt. Nam cũ ſuapte natura impaſſibilis ſit, & indefluxę ſubſtantiæ (ut qui ſimplex, & omnis exors cõpoſitiõis) nõ aptus eſt ſuſtinere aut paſſionem, aut defluxionem, neq; cum generat, neq; cum creat: neq; aliqua cooperatione indiget. Sed generatio quidem ſine principio, & æterna, naturæ opus eſt, & ex ſubſtantia eius profecta: ita ut is qui generat, mutationem non ſubeat ullam: & ut non Deus primus, & Deus poſterior ſit, atq; additionem ſignet. Creatio uerò à Deo cum uoluntatis opus ſit, nõ coæterna Deo eſt: quãdoquidem ſuapte natura capax nõ ſit, quod de non eſſe ad eſſe deducitur: coæternum illi eſſe qui ſine principio, atque aliquid ſempiternũ eſſe. Quo modo ergo non ſimiliter facit homo atq; Deus? Non ſimiliter ſanè. nam homo nihil ex non eſſe ad eſſe deducit: ſed quodcunque facit, ex materia (quam præiacere oportet) facit, non uolens ſolum, ſed præcogitans, & mente præeffigians, quod eſt faciendum: & deinde manibus opus moliens: labore deſudans & fatigatione: frequenter autem & alterans, cum exercitiũ minimè procedat ut optabat: uerum Deus uolens ſolùm, ex nihilo ad eſſe cuncta ꝑduxit. Simili quoq; pacto, neq; ſimiliter generat Deus & homo: nã

θεὸς, ἄχρονος ὢν, καὶ ἄναρχος, καὶ ἀπαθὴς, καὶ ἀῤῥευστος, καὶ ἀσώματος, καὶ μόνος ἀτελεύτητος, ἀχρόνως, καὶ ἀνάρχως, καὶ ἀπαθῶς, καὶ ἀῤῥεύστως γεννᾷ, καὶ ἐκτὸς συνδυασμοῦ. καὶ οὔτε ἀρχὴν ἔχει ἡ ἀκατάληπτος αὐτοῦ γέννησις, οὔτε τέλος. καὶ ἀνάρχως μὲν, διὰ τὸ ἄτρεπτον. ἀῤῥεύστως δὲ, διὰ τὸ ἀπαθὲς, καὶ ἀσώματον. ἐκτὸς δὲ συνδυασμοῦ, διά τε τὸ ἀσώματον πάλιν, καὶ ἕνα μόνον εἶναι θεὸν, ἀπροσδεῆ ἑτέρου. ἀτελευτήτως δὲ καὶ ἀκαταπαύστως, διά τε τὸ ἄναρχον, καὶ ἄχρονον, καὶ ἀτελεύτητον, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον. τὸ γὰρ ἄναρχον ἀτελεύτητον. τὸ δὲ χάριτι ἀτελεύτητον, οὐ πάντως ἄναρχον, ὥσπερ οἱ ἄγγελοι. γεννᾷ τοίνυν ὁ ἀεὶ ὢν θεὸς τὸν ἑαυτοῦ λόγον, τέλειον ὄντα, ἀνάρχως καὶ ἀτελευτήτως, ἵνα μὴ ἐν χρόνῳ τίκτῃ θεὸς, ὁ χρόνου ἀνωτέραν ἔχων τὴν φύσιν, καὶ τὴν ὕπαρξιν. ὁ δὲ ἄνθρωπος δῆλον ὡς ἐναντίως γεννᾷ, ὑπὸ γένεσιν τελῶν, καὶ φθορὰν, καὶ ῥεῦσιν, καὶ πληθυσμὸν, καὶ σῶμα περικείμενος, καὶ τὸ ἄῤῥεν, καὶ τὸ θῆλυ, ἐν τῇ φύσει κεκτημένος. ἐνδεὲς γὰρ τὸ ἄῤῥεν ἐστὶ τῆς θηλέως βοηθείας.

Deus cum intemporalis ſit & ſine principio, & impaſſibilis, indefluxaq́ ſubſtantiæ, & incorporeus, & ſolus infinitus: intēporaliter, ſine principio, impaſſibiliter, & abſq; ulla defluxione, deciſioneq́ ſubſtantiæ generat, & abſq; cōmixtione, & neq; initium habet eius incomprehenſibilis generatio, neq; finē. Sine quidem initio, propter immutabilitatē: indefluxibiliter, propter impaſſibilitatem, & incorporalitatem: ſine cōmixtione, etiam propter incorruptibilitatem, & propter unum ſolum Deū, nullo indigens altero: infinitè & inceſſanter, propter id quòd ſit ſine principio, & intemporalis, & infinitus, & ſemper eodem modo ſe habens. Quod enim ſine principio eſt, ſine fine eſt: quod autem gratia, ſine fine eſt, non omnino caret initio, ceu angeli. Generat ergo Deus qui ſemper eſt, ſuum uerbum perfectum, exiſtens ſine principio & ſine fine: ut non in tempore generet Deus, qui tempore ſuperiorem habet naturam & ſubſtantiam. Homo autem quod cōtrario generet modo, dilucidum eſt: quippe qui generationi ſubiacet, & corruptioni, defluxui, & repletioni, corpore circundatus, marem & fœminam ſua natura poſſidens. nam hic indiget maſculus fœminæ auxilio.

COMMENTARIVS

QVæ de ſumma trinitate pia & catholica religione ſentienda ſunt, breuibus hoc capite colligens Damaſ. primū ea digerit & numerat quæ ad diuinā attinent ſubſtantiā, & cōmunes Dei proprietates cuiq; perſonarū indiſcretè cōgruētes edisserit. Inter quas dicit Deum eſſe uirtutem nulla menſura cognitam: quia uirtus eſt immenſa & infinita, omnem refugiens menſuram, nō modò corporeā, ſed & ſpiritualem, ſcilicet captū mētis aut humanæ aut angelicæ. Eſt enim intellectus quodāmodo menſura eorū quæ cognoſcit, ut oculus eorum quæ uidet. quare ediuerſo uirtus diuina quæ cōprehenſionem omnem mentis trāſcendit & exuperat, rectè nulla menſura cognoſci poſſe dicitur. Eadem tamē uirtus, ſola Dei propria uoluntate menſurata perhibetur: quia nihil aliud immēſam Dei uirtutem metiri poteſt, quàm ſua uoluntas. Nā quæcunq; hæc uult, illa poteſt: & nō modò poteſt, ſed & facit. Omnia enim quæcunq; uoluit, Dominus fecit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Nō tamen retroagitur ſermo, ut quæcunq; poſſit Deus, illa & uelit. Quamuis enim unū & idem in Deo ſit potentia & uoluntas, tamen ad plura ſe extendit potentię ratio, quā uoluntatis efficacia. An non poſſum (inquit filius) rogare patrem, & exhibebit mihi pluſquàm duodecim legiones angelorū? & tamē neq; uoluit rogare patrē pro angelico ſubſidio, neq; pater illud exhibere uoluit, etſi potuiſſet. Et procul dubio multa poteſt Deus facere, quæ nec uult facere, nec facit. In nobis uerò nō ita uirtus uoluntate noſtra menſuratur: quādoquidē plura ambiat uolūtas noſtra, quàm potētia. multa ſiquidē uolumus, quæ nō poſſumus efficere, quia certo limite determinata eſt noſtra poteſtas. Et econtrario multa poſſumus exequi, ut exercere uirtutū officia, quæ tamē nolumus. Itaq; tātā Dei uirtutē cū humilitate potius & tremore uenerari debemus, quàm temerè de ipſa diſceptare, agitare controuerſiā, & in dubiū trahere an hoc uel illud poſſit, nec ne: & id unū ingenuè fateri cū omni religionis pietate, eā eſſe diuinā uirtutē, cui nihil difficile, nihil impoſſibile. Non enim erit impoſſibile (inquit angelus ad ſacroſanctā uirginem) apud Deum omne uerbū. Et ut ſacrum teſtatur euāgeliū, Apud Deum omnia poſſibilia ſunt. Idcirco conantes diuinā metiri uirtutem, & ad quantū ſe extendat, quæſtionibus non ad ſobrietatem ſapientibus determinare, an ad infinitum producendum, aut hominem natura impeccabilem, aut creaturam rerum per creationem productricē, & reliqua id genus quæ indignè de

gnè de Deo discutiuntur à plerisq;:nihil planè aliud eniti uidentur,quã quonam modo infi-
nitã dimetiantur lineam omni mensura superiorem.Insuper & diuinã grauiter offendere ma
iestatẽ suo temerario ausu uidentur,quę suã uirtutem reuerendam nobis & timendã non dis
cutiendã proposuit.Præterea cum dinumerans author ea quæ diuinam nobis insinuant sup
excellentiam,& ultra omnia supereminentiã(quia de numero omnium non est, nec intra illo
rum sortem aut ordinem collocatur:sed omnia præcedit,omnia præuenit, supra omnia emi-
nenter excipitur.quemadmodum unitas nõ est de numerorũ serie,sed omnem præuenit nu-
merũ,& indiuiduè super omnem collocatur, numerorum omniũ fons & origo. neq; centrũ
circuli de natura est aut conditione linearũ ab ipso ad circumferentiã protractarũ, sed antece
dit omnes illas lineas,& simplicissimũ est illorum principium)dicit summã diuinitatem non
ab alio esse habentem,aut quiduis eorum quæcunq; sunt:hanc innuit Deitatis conditionem,
quod ab alio neq; habet esse,neq; quodcunque aliud eorum quæ sunt.ut quod ab alio nõ ha-
bet substantiã,uitam,rationem,aut talia consimilia rebus congruentia. Nam per se & seipso:
hęc omnia supereminenter habet & absolutè. A' quo eñ alio hæc acciperet?an à superiori?sed
quomodo,si Deus summum bonũ sit & summè potens,superiorem & uirtute maiorẽ habe-
bit?Neq; ab æquali hæc omnia suscipere Deus posset.Nã ex prius ostensis,unus solus est De
us.Oporteret aũt æqualẽ illi,etiã Deum esse,cũ non posit id quod non est Deus,ipsi Deo æ-
quari.Neq; ab inferiori ente posset Deus hæc omnia habere.nã inferiora à superioribus susci
piunt,& posteriora à prioribus:non autem ediuerso.Nõ eñ unitas à numeris est, & centrum
à lineis.Ita & supereminentissima diuinitas cuique entium ꝑ suo gradu, suam sortem ratio-
nemq; cõmunicat:ut inanimis rebus distribuit esse,plantis uiuere,animãtibus sentire,homi-
nibus ratione uti ac intelligere,cœlestibus spiritibus supra hominem intellectu uigere.Perin
de atque sensibilis sol à nullo corporũ suã lucem primitiuam sortitus,sed omnibus luculen-
ter supereminens,cuique corporũ ꝑ suo captu atque modo,luminis sui splendorem dispar-
tit:cœlo & aeri sereno,amplius:densæ autẽ caligini,aquæ,& terræ minus. Hoc ipsum & bea
tissimus Dionysius in multis diuinorũ operum suorum locis affirmat(ex quibus hæ ꝓprie
tates diuinæ in præsenti capite expressæ,sparsim collectæ uidentur) præsertim in primo capi
te diuinorũ nominũ,cum dicit:Quoniã uerò ut bonitatis subsistentia, ipso esse suo est omni-
um subsistentium causa,boni authorem summæ diuinitatis prouidentiã ex omnibus creatis
laudare cõueniet.Circa ipsam enim,& ipsius causa,sunt omnia:ipsaq; est ante omnia,& in ip-
sa cuncta consistunt.atque eo ipso quod est,uniuersa ꝓducta sunt atque subsistunt, ipsamq;
desiderant omnia.Cõsimiliter in prima parte quarti capitis diuinorũ nominũ ait. Bonũq; il-
lud est(ut sacra testantur eloquia)ex quo subsistunt omnia,suntq; ueluti ex absolutissima cau
sa producta,& in quo omnia constãt,ac ueluti in omnipotente recessu præsidioq; seruãtur:&
ad quod omnia ueluti ad suũ finem conuertuntur,& quod appetunt omnia.Demum in qn-
to eiusdem operis capite,diffusè eandem explicat sententiã.Deinceps author trium diuinarũ
personarum singulares proprietates (quibus adinuicem discernuntur)exprimit. Inter quas
patrem,omnium principium & causam nuncupat:quod nõ modo creata omnia, sed & filius
& spiritus sanctus ineffabiliter suã ab eo ducũt originem. Vocat item ipsum, unius solius na-
tura patrẽ,quia quãuis multi per gratiã adoptionis & participationem diuinitatis, filij Dei
dicantur(nam dedit eis,ut ait Ioannes,potestatẽ filios Dei fieri, ijs q credunt in nomine eius.
Et,Beati pacifici,quoniã filij Dei uocabuntur)solus tamẽ Dominus & saluator noster, natu-
ra Dei filius est,et unigenitus,non gratia & adoptione:hinc unus dicitur, nõ ut unũ, numeri
nomen sit,cuius inueniatur secundũ & tertiũ:quemadmodũ unus est homo,cum & secundus
inueniatur homo & tertius,sed ut nomen sit uniuersitatis, & uniuersa eius generis designet,
tantundemq; ualeat atq; unicũ,sicut & unus est sol,cum neq; secundus sit,neque tertius.Nũ-
cupat itidem Damascenus patrem prælargitorẽ spiritus sancti:nõ quia prius mora aut dura-
tione ab eo quã filio procedat spiritus,aut quia eum antè largiatur pater hominibus quã fi-
lius,sed quia id pater à seipso habet,qđ spiritũ sanctum largiatur: filius uero idipsum à se nõ
habet,sed patre,quod eiusdẽ spiritus sit largitor. Huiusmodi autem causalitatis ratio & ordi
nis,nõ autẽ tẽporis aut dignitatis præcessio insinuatur,cum pater ipsius spiritus prælargitor
appellatur.Cæterũ ipsius filij Dei depromens: consequenter author proprietates, præcipuè
eã astruit,& ualidis fulcit rationib.qđ filius patri coæternus est,& ab æterno ex eius substan
tia genitus, q̊ Arrianã impietatẽ ꝓrsus elidat & destruat,oblatrantem:quod non semper De
us,pater fuit,neque semper fuit Dei uerbum:sed fuit, quando Deus pater non fuit. Dei autẽ
uerbum:ex nõ existentibus factum est.Existens eñ Deus(inquit impius Arrius)non existen
tem ex non existente fecit:quapropter & fuit aliquando,quando filius non fuit. Creatura est
enim (ait)& factura filius:neque similis patri secundũ substantiã,neq; uerus est filius,neq; ue
ra sapientia eius,neque uerum naturaliter patris uerbum est, sed unus quidem creaturarum
& facturarũ est. Abusiuè autem dicitur uerbum & sapientia factus,& ipse existens in proprio
Dei uerbo,& in Dei sapientia:in qua & omnia & ipsum fecit Deus. Vnde et cõuertibilis est et
mutabilis per naturam,sicut & uniuersa rationalia. Peregrinum enim & extraneum & remo-

 tum

tũ est uerbum à paterna substantia:& inuisibilis est filio pater. nõ enim perfectè & integrè nõuit filius patrem, neq; eum perfectè uidere potest: nã nec suã substantiã nouit filius, sicut est. Propter nos enim factus est, ut nos per eum tanquã per instrumentũ crearet Deus:& nequaquã substitisset, nisi nos Deus facere uoluisset. Verũ has insanias hæreticorũ & blasphæmias in supremã Christi diuinitatẽ(quas Historia tripartita libro primo latius explicat) sacrorum eloquiorum sententijs prorsus contrarias, dãnauit sacra synodus Nicena, in expositione fidei inibi facta. genitũ, natumq;, non factum Dei filium, & homousion patri atque cõsubstantialem, piè, religioseq; prædicandum statuit, id postremum in calce subiungens: Eos autẽ qui dicunt, erat aliquando quando non erat, & antequã nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia substantia dicunt esse, aut conuertibilem uel mutabilem filiũ Dei, anathematisat catholica & apostolica ecclesia. Eadẽ quoq; impietas ex disputatione beati patris Athanasij contra Arrium de filij Dei consubstantialitate cum patre, & cõmentarijs Cyrilli in euangeliũ Ioannis, præsertim in explanatione huius sententiæ, Et, Deus erat uerbũ, multifariã confutatur. Demum & hoc loco Damascenus eandem hæresim, pestiferãq; patris mendacij adinuentionẽ insectatur, cum ait: Non em̃ ex non ente ad esse deductus filius Dei. Siquidem consentiunt omnes, hanc esse relatiuorum naturã & conditionem, ut posita se ponant, & perempta se perimant. simul itaq; sunt pater & filius. Si igitur ab æterno fuit pater, ab æterno fuit & filius: cum tunc pater dici non posset, quando filiũ nõ habuisset. Et reuera huic coæternitati filij astipulatur scriptura, cũ sapiẽtia Dei(quæ secundũ Paulum Christus est) de seipsa Prouerbiorum octauo dicit: Dominus possedit me in initio uiarũ suarum. Antequã quicquã faceret à principio, ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondũ erant abyssi, & ego iã cõcepta eram: ante omnes colles ego parturiebar. Et Ecclesiastici 24. capite, diuina itidem sapientia de seipsa hoc perhibet testimoniũ: Ego ab ore altissimi ꝓdij, primogenita ante omnem creaturam. Rursum Psalmo 109. pater ad filiũ: Ex utero ante luciferũ genui te. Denique Ioãnis 17. capite filius ad patrẽ orãs, ait: Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quã habui priusquam mundus fieret apud te. Quod si subterfugium quærens aduersarius dixerit, ab æterno quidem Deũ fuisse, sed non semper fuisse patrẽ, quin immo cũ prius non fuerit pater, neque filiũ habuerit, postea & filium adeptus est, & effectus est pater. Id non rectè, nec uerè dictũ esse facilè conuincitur. quoniã tunc Deus demutatus esset secundum primariã substãtiam, de non patre factus pater:& qui prius ex sua substantia filium non genuisset, postea eundẽ gigneret. quod sine mutatione fieri nõ posse, hæc inferiora facile cõmonstrant. Quare cõsequens esset, Deum mutationi subiacere, & mutabilem esse, cõtra hanc scripturæ sententiã, Ego Dominus, & non mutor. Et iterum, Nõ est Deus ut homo, ut mutetur. Et rursum: Et sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabũtur: tu autẽ idẽ ipse es. Neque exemplũ ad diuinã(q̃ ineffabilis est) generationem intelligendã, sumi debet ex humana generatione in hoc, quod longo quidem tempore quispiã secundum substantiã homo est, antequã sit pater Nã ea ex parte ipsius uestigij à ueritate disproportio est, cũ non sit filius patri coæuus apud homines, in diuinis autẽ filius patri coæternus. Sed quemadmodũ mens fœcũda nunquã sine intimo est uerbo, & sol intimã habet immanentemq; semper lucem, & lux ipsa splendorem sibi coæuum & ex seipsa prodeuntem: ita pater filiũ ex seipso ab æterno genitum. & in se semper manentem. Nempe ad coæternitatem filij ex uestigijs dinoscendã, potius his rerũ inferiorum exemplis uti debemus, in quibus est coæuitas. Demum si confingat aduersarius, patrem ex sua substantia filiũ non genuisse, sed aut ex nihilo deduxisse ad ortũ, aut ex aliena substantia: id absurdũ penitus:& impium. Nã qui cæteris rebus naturalem largitus est fœcunditatem, ut illã eminentius in se habeat oportet. Quæ em̃ inferiorum sunt, supereminenter & superexcellenter in Deo cõperiuntur. Atqui in uegetibus et animantibus, fœcunditas, perfectionis & uirtutis est argumentũ & cõmendatur, sterilitas autem imperfectionem arguit & impotentiã, atque reprobatur. Enimuero fertilem arborem & opportunum ferentem fructũ cõmendat agricola, sterilem uero securi excidit igni consumendã. Pecorum etiam fœcunditas expetitur, infertilitas damnatur. Coniugia fœcunditate prolis conseruantur, sterilitate uerò nõnunquã diuortio separata leguntur. Cæterum maiorem fœcunditatem sortitur mẽs humana, sui, aliarumque rerum notionem(ubi exculta fuerit) efformans, suamq; assidua meditatione enutriens prolem. Rursum maiorem fœcunditatis efficaciã habet mens angelica, potiori uirtute ad spiritualis fœtus productionem prędita. Credenda est igitur mẽs diuina carere fœcunditatis perfectione? à qua rebus omnibus(cuique pro sua natura) ꝓpagationis est tradita uirtus? Minime. Alioq deesset Deo quicquã perfectionis, quod tamen in creatura conspiceretur. Hinc apud Esaiam cap. 66. hanc adimit animis nostris absurditatem Dominus, dicens: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariã? dicit Dominus exercituũ. Si ego qui cęteris generationem tribuo, sterilis ero? ait Dominus Deus tuus. Atq partus generatio est ex substantia parientis & gignẽtis, ipso quidem genito omnino secundum naturã existente persimili ei q genuit. Siquidem manca censetur illa genitura qua genitum gignenti secundum naturã non assimilatur, & imperfectionis quiddam præ se ferens, ut cum ex asino et

equa gignitur mula. Itaq; si pater nō ex sua substātia filiū genuisset, sed uel ex nihilo, aut aliena produxisset substātia: iā nō uerè pater diceretur, sed falso adornaretur nomine: & filius nō uerus & naturalis esset filius, sed adulterinus, & solo nomine honoratus, qđ est sacræ scripturæ omnino repugnans. Quod si quis cōtendat cum Arrio, intercipi mediareq; tempus in filij generatione, ut æternis sæculis antè fuerit pater quā filiū genuerit, & lōgo tempore post patris subsistentiā filius genitus: cogetur ascribere impotētiā patri, qua impeditus fuerit ne prius filiū genuerit, minoremq; omnipotenti Deo tribuet uirtutē quàm luci, splendorem sibi coæuum assidue gignenti. Quinimmo detrudet ipsum ad illā uirtutis angustiam & imbecillitatem, quā habent uitam sortita corpora naturalia, uegetabilia inquam & animalia. Hæc siquidem non ut primū edita sunt in lucem ex sua substantia similem producunt speciem, qđ imbecilla nimiū sint, & necdum satis uirium assecuta ad producendū suum simile. Hinc inter ipsorum ortum & sui similis ꝓductionem necesse est intercipi, mediareq; tēpus, quo paulatim ad robur & cōplementum perducātur, atq; ad sobolis gignendæ uirtutem. Cogetur etiā qui hanc interceptionem et mediationem durationis ponit inter Dei patris existentiā & filij eius generationem, ipsi patri impingere mutationem, ut paulò superius dictū est: quia secundum substantiā suā, naturalemq; operationem mutatus esset, cum de non gignente factus esset gignens. Sed instabit quispiam, totum hunc mundum factum à Deo, cum prius non extitisset: non tamen idcirco confici, mutabilitatem aliquā in Deo fuisse, quamuis prius fuisset nō producens mundum, & postea producēs. Neq; igitur rectè colligetur, Deū mutationi esse obnoxium, si prius nō fuerit pater, & deinde effectus sit pater. Huic obiectioni respōdet Damascenus, magnum esse discrimen inter hoc & illud, filij inquā generationem & mūdi creationem, neq; similitudinis rationem æquā esse, aut rectè inter hęc sumi. Nam mundus nequaquam ex Dei substātia factus est, sed ex nihilo ad esse ꝓdijt, nulla quidē in Deo facta mutatione, sed in ijs duntaxat rebus q̃ ad esse sunt deductæ. Complura siquidem uicissim contradictoriorum suscipiunt denominationem sine aliqua sui mutatione: permutato quopiā altero, ratione cuius fit hæc prædicationum alternatio. Vt idem nummus secūdum substantiā minimè demutatus, solo principis arbitrio & placito nunc maioris, nunc minoris, nunc uero nullius est pretij: & duorum similiū uno permutato in contrariū, alterū à similitudinis ratione decidit: Sic planè Deus prius non condens mundū, factus est cum uoluit mundi cōditor sine transmutatione aliqua, aut uicissitudinis obūbratione. Facit enim Deus & gubernat mutabilia immutabiliter, corporalia incorporaliter, & tēporalia intēporaliter, sicut & mēs humana intelligit stabilisq; manens (ut inquit Boetius) dat cuncta moueri. Generatio autē filij est ex ꝓpria patris substantia natiuitas eius, qui gignenti secundum naturā omnino similis est: quę quidem si prius non fuerit, non potest postea fieri, nisi circa gignentem accidat mutatio. Insuper filius in diuinis æterna natiuitate genitus, ut patri consubstantialis, ita eidem per omnia similis est & æqualis. Mundus uero factus à Deo, neque eidem coessentialis est neque cōnaturalis, neq; ad ipsius æqualitatē & similitudinē accedit, sed in proportionali dissimilitudine ac inæqualitate ab eo distat. Et multiplex nimirum differentia inter diuinā generationem et creationē ab authore assignatur. tū quod illa naturalis sit operatio, & à natura proficiscatur, hæc uero à uoluntate. quemadmodū in humanis rebus filij à patre productio, per modū naturę fit: ædificij uerò extructio, à uoluntate artificis, molientis opus cum placitū ei fuerit. Tum quod generatio æterna est, & ab æterno gignente, æternè genitus eius filius, illi prorsus coæternus. Vt nō Deus primus, & Deus posterior sit: sicut hic ait litera. Vnde ex eo dicto Esaiæ 42. capite superius ab authore adducto, Ante me nō est formatus Deus, & post me non erit: elidit ualidè Augustinus impietatē Arrij, cōtendentis Dei filiū post patrē esse genitum. Quem quidē filium si Deum esse fateatur, ut debet: non posset Deus pater illud Esaiæ uerbum uerè enunciare: quia post ipsum esset formatus alius Deus, utpote filius eius. Neq; quidē filius id uerè protulerit dictū propheticū quia ante eum alius esset Deus, scilicet pater. At uerò posita filij coæternitate cum patre, neque Deus primus neq; Deus posterior ponitur, neque substantiæ diuinæ signatur additio siue multiplicatio, cū filium patri annectimus: quemadmodū in rebus sensibilibus designatur, cū patri filius adijcitur. Nā in humana generatione filius nō eiusdem est cum patre substantiæ secundū numerum, sed à patris est substātia separatus. In diuina uero, filius patri prorsus est cōsubstantialis. Creatio uero æterna esse non potest, quia nulla creatura suo authori æquari ualet, aut naturæ perfectione, aut potestatis amplitudine, aut durationis extensione: cū habeat creatura suos limites in omnib. determinatos, & certis definitos terminis, quos excedere non licet. Quocirca manifestū est, mundū non potuisse æternè productum esse: aut creaturā Deo coæternā dari non posse, non quidem propter Dei impotentiā, sed creaturæ defectum, quæ non admittit æqualem cū suo authore durationis protensionē. Quis enim in nubibus æquabitur Domino (clamat scriptura) aut similis erit Deo inter filios Dei? Et si nulla possit inueniri creatura æquā cum Deo sortita plenitudinē, incircunscripta, omnia implens, & per omnia meās, & q̃ sit ubiq;, protinus ratio insinuat, nullā itidem assignari posse q̃ interminatā habeat, & principij finisq; expertē durationem, quod infinita expansio & diffusio creaturæ cōditioni repugnet, itidē & immensa duratio. Ita enim plenitudo infinita ad æ-

ternitatem habet in Deo connexionem, sicut magnitudo ad tempus in rebus creatis: & q̃cũq; que suæ plenitudinis & circumscriptionis habẽt terminum, itidẽ & durationis. Quocirca ex hac authoris sententia hic in litera expressa, quandoquidem suapte natura capax non sit qđ de nõ esse ad esse deducitur: coæternũ illi esse q sine principio, atq; aliquid sempiternũ esse, dissoluitur illorũ interrogatio q curiosè magis quàm utiliter percontari possent, cur Deus ab æterno mundum nõ produxerit, effeceritq; illum sibi coæternũ. Danda siquidem illis est responsio: id (ut iã dictum est) naturæ mundi minime cõpetisse, quòd suo esset factori coæternus. Sicut enim finitæ est molis, ita & suapte natura finitæ durationis. quare sicut mundus nõ æquatur Dei immẽsæ plenitudini, ita nec eius ęternitati. Non igitur ascribendũ est impotẽtię Dei, qđ æternũ nõ effecerit mundum, aut prius eum non condiderit: sed idipsum, rerum creatarũ conditioni attribuendũ est, q̃ hic factæ sunt, ut quamoptimè earũ naturis cõgruit, & fieri possunt. Demum ut apertior habeatur agnitio discriminis inter creationem & æternã generationem, autor ex artificiali cuiuspiã operis cõpositione subinde manifestat creationem mundi à Deo factã, ut ex remoto quodã uestigio ducamur in exemplaris cognitionem. Est eñ ædificatio tenue quoddã creationis rerum uestigium. Nã sicut non ex substantia sua, sed extrinsecus, homo pro uoluntate sua domũ construit, nõ sibi natura similẽ, ita Deus mundum extrinsecus (nã ex nihilo) per modum uoluntatis cõdidit, sibi natura dissimilem. Hinc nõ modo factor mundi dicitur, sed & creator. homo uero, factor operis tantum. Siquidẽ factor est, qui extrinsecus, uel ex nihilo scilicet, uel præiacente materia quicquã ꝓducit: creator uerò, qui ex nihilo duntaxat aliquid ad ortũ profert. Est itaq; factoris ratio diffusior. Porro ꝓpter hãc creationis ad artis opificium assimilationẽ, rectè Deus & artifex & opifex, architectus atq; factor mundi nuncupatur. hinc Psalmus 32. Ipse dixit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt. Verũ quanta sit creationis supra humanũ opus arte laboratũ præstabilitas atq; præcellentia, apertissimè docet litera, multiplicem illius discrepantiã expromens. Consimiliter etiã hoc loco ex naturali hominis generatione, ut remotissima quadã imagine, declaratur ab authore æterna filij in diuinis generati, exemplar & ueritas naturalis omnis productionis. Omnis siquidẽ res, siue substantia fuerit, siue accidens, auidissima conspicitur sui similis ꝓducendi: ut lux sui luminis, calor caloris: quicquã aq̃ aut speculo obiectũ, subitò suã efformat in illo effigiem: Sic ignis ignem gignit, & aer aerem, & res naturalis omnis suũ consimile secundũ species. In ijs autem q̃ uita participant, in primis naturale potentiæ uegetatricis opus ponit Aristoteles, gignere suũ simile, in omnibus quidem perfectis & integris uiuentibus cõpertum. Vt oliua ꝓducit oliuã, equus equum, & homo hominem. Sed quid sibi uult hic tãtus naturæ conatus rebus omnibus inditus? quid hæc auiditas cõsimilis secundũ speciẽ indiuidui progignendi cõtendit? nisi multiplici indicio designare & ostendere ineffabilem illã & æternã filij generationem, q̃ per omnia scripta legitur. & maximè occultata, patet in omnibus, & patensima latet. Verũ quanta Dei super hominem eminentia & perfectio, tãta generationis diuinæ super humanã, ut quæ ineloquibilis sit & incõpræhensibilis, dicente Esaia cap. 53. Generationem eius quis enarrabit? hinc facile est ex litera colligere multiplicem differentiã & disꝓportionẽ, quasi ex opposito, inter hanc & illã generationem. Porro ex hac inter conditiones diuinæ generationis enumerata proprietate, quod neq; initiũ habet eius incõpræhensibilis generatio, neque finem, & quod pater infinitè atq; incessanter generet filium, dilucidũ euadit, eisdẽ fermè rationibus asserendũ esse, intimã filij à patre generationem neq; unquam desinere, neq; desiturã in posterum: quibus cõprobatur, nõ habuisse unquã initiũ. Si enim Deus pater, prius ex sua substantia gignere concedatur filiũ, posterius autem nõ gignere, ex gignente, factus esset non gignens. & aliqua circa Dei substantiã admitteretur mutatio. perinde atq; si cõcederetur prius non habuisse filiũ, & postea adeptus fuisse. Maior itidẽ ꝓducendi uis adesse uideretur luci continuè splendorẽ ex se gignenti, & igni diffundenti sine intermissione calorem, mentiq; humanæ intimã semper notionem producenti, quã Deo, ab imaginis suæ uiuæ generatione cessanti. Demũ propriũ est actus, suã exercere operationẽ propriã atq; naturalem: & quãto pfectior est actus, tanto magis assiduus est ad obeunda naturæ suæ munia atq; officia: alioqui ociosus esset, & proprio uacans atq; destitutus usu. Atq ꝓpria & maximè naturalis operatio Dei, actus quidẽ absolutissimi & ab omni potẽtia semotissimi, est intima suæ ꝓlis generatio, sicut omnia cũ accidẽtia, tũ substãtiæ nõ obscurũ præstant argumentũ. Gignit igitur assiduè pater filiũ perfectissimũ, ut ab æterno genuit, neq; ab huiusmodi gignendi officio desiturus est unquã. Quocirca filius, & natus & semper nasci, genitus & semper gigni, dici potest. Illud quidẽ, quia nõ per partes, sed semp tota & omnino perfecta est eius generatio, ut q sit summè simplex & indiuiduus. Hoc uerò quia nunquã finẽ accipit æterna natiuitas. Et in hoc manifestum est discrimen generationis huius diuinæ ad humana q̃ finem habet, & tãdem ex impotẽtia cessat, cũ ingrauescente ætate sterilescunt prius fœcundi parentes: sicut in alijs plerisq; sigillatim & certa quadã serie in litera digestis, hæ duæ generationes abinuicẽ discrepare dinoscũtur. Præterea inter superdiuinæ generationis ꝓprietates affert & hanc author: quod Deus filium sine defluxione substãtiæ & absq; cõmixtione alteriusq; cõsortio generat. Nã in defluis substantijs, ut corporibus naturalibus, per defluxionem & decisionem substãtiæ gignẽtibus,

aliud

aliud est quod defluit, aliud à quo defluit. quare necesse est huiusmodi substantias compositas esse, & diuisioni obnoxias. Ex eo igitur quod Deus simplex est, incorporeus, impassibilis, & ab omni compositione maximè alienus: rectè comprobat author, patrem indefluxibiliter filium gignere, neq; unam substantiæ particulam per decisionem separatã, more propaginis humanæ filio tradere, sed totam eidem suam substantiam (qua tamen idcirco nõ destituitur) æternè gignendo filium, ipsi communicare. Identidem agẽtia naturalia, siue quicquã arte siue natura producentia, propter suam impotentiam & insufficientiam cooperatione alterius causæ indigent, & in propaganda sobole alterius adminiculo atq; adiutorio. Atqui Deus per se sufficientissimus est & potentissimus. non igitur ad filij generationem, alterius commixtione aut cooperatione indiget, cum immensa sua naturaliq; fœcunditate sufficiat solus æqualẽ sibi prolem edere. Verùm hanc diuinam generationem, & augustissimas eius proprietates luculentissimè disserit Cyrillus patriarchà Alexandrinus in commentarijs suis super Ioannem, hæreticorumq; uersutias sæpiuscule acriter insectatur.

Ἀλλ' ἵλεως εἴη ὁ πάντων ἐπέκεινα, καὶ πᾶσαν νόησιν καὶ κατάληψιν ὑπερκείμενος. διδάσκει οὖν ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, ἅμα πατέρα. καὶ ἅμα τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ἀχρόνως, καὶ ἀρρεύστως, καὶ ἀπαθῶς, καὶ ἀκαταλήπτως, ὡς μόνος ὁ τῶν ὅλων οἶδε θεός. ὥσπερ ἅμα τὸ πῦρ, καὶ ἅμα τὸ ἐξ αὐτοῦ φῶς, καὶ οὐ πρῶτον τὸ καὶ μετὰ ταῦτα τὸ φῶς, ἀλλ' ἅμα· καὶ ὥσπερ πῦρ, τὸ φῶς ἐκ τοῦ πυρὸς ἀεὶ γεννώμενον, ἀεὶ ἐν αὐτῷ ἐστι, μηδαμῶς ἐξ αὐτοῦ χωριζόμενον, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννᾶται, μηδ' ὅλως αὐτοῦ χωριζόμενος, ἀλλ' ἀεὶ ἐν αὐτῷ ὤν. ἀλλὰ τὸ μὲν φῶς ἐκ τοῦ πυρὸς γεννώμενον ἀχωρίστως, καὶ ἐν αὐτῷ ἀεὶ μένον, οὐκ ἔχει ἰδίαν ὑπόστασιν παρὰ τὸ πῦρ. ποιότης γὰρ ἐστι φυσικὴ τοῦ πυρός, ὁ δὲ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ μονογενής, ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς ἀχωρίστως, καὶ ἀδιαστάτως, καὶ ἐν αὐτῷ μένων ἀεί, ἔχει ἰδίαν ὑπόστασιν παρὰ τὴν τοῦ πατρός. λόγος μὲν οὖν καὶ ἀπαύγασμα λέγεται, διὰ τὸ ἄνευ συνδυασμοῦ, καὶ ἀπαθῶς, καὶ ἀχρόνως, καὶ ἀρρεύστως, καὶ ἀχωρίστως, γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ πατρός, υἱὸς δὲ καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, διὰ τὸ τέλειον καὶ ἐνυπόστατον. καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ πατρὶ εἶναι, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. μονογενὴς δέ, ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς μόνως ἐγεννήθη. οὐδὲ γὰρ ὁμοιοῦται ἑτέρα γέννησις, τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ γεννήσει. οὐδὲ γὰρ ἐστιν ἄλλος υἱὸς τοῦ θεοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς, ἄλλος τρόπος ὑπάρξεως οὗτος, ἄληπτός τε καὶ ἄγνωστος, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις. διὸ καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, αὐτοῦ εἰσι, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. ἥτις οὐ σημαίνει οὐσίας διαφοράν, οὐδὲ ἀξίωμα,

DE PATRE ET FILIO. Cap. IX.

At nostro aspiret sermoni qui ultra omnia est, omnẽ cõprehensionem & intelligentiã trãscendens. Docet igitur sancta catholica & apostolica ecclesia, simul patrẽ, & simul unigenitũ eius filiũ, ab eo genitum intemporaliter, indefluxibiliter, impassibiliter, & incomprehensibiliter, ut solus uniuersorum nouit Deus. quemadmodũ simul ignis, & simul ab ipso lux: neque prius ẽ ignis, & posterior lux, sed simul sunt. Et quẽadmodũ lux ab igne semper gignitur, semperq; in ipso est, & nequaquam separatur ab eo: hunc in modũ & filius à patre gignitur, & nequaquam ab eo separatur, sed semper in eo est. Sed lux quę ab igne inseparabiliter gignitur, in ipso semper manẽs, nõ habet propriam subsistentiam præter ignem (nam natiua qualitas ignis est) uerùm filius Dei unigenitus à patre inseparabiliter genitus & indiuisibiliter, & in eo semper manens, propriam habet subsistentiam præter eã quæ patris est. Verbum autem & splendor, effulgentiaq; dicitur, propterea quod incommixtibiliter, impassibiliter, intemporaliter, & indefluxibiliter, inseparabiliter ex patre genitus est: filius uerò, & character paternæ substantiæ, quia & perfectus est, & in propria subsistens persona, & per omnia patri similis, præter ignascẽtiam. Vnigenitus etiã, quod solus ex solo patre singulariter est genitus. neq; enim assimilatur alia generatio generationi filij Dei, quandoquidẽ neq; ullus est alius filius Dei. tametsi enim spiritus sanctus à patre procedit: non tamen per generationẽ, sed per processionem. Alius aũt hic subsistentiæ modus, incõprehẽsibilis, & incognoscibilis, quẽadmodum & filij generatio. Quapropter quæcunq; habet pater, filij sunt, præter ignascendi proprietatem: quæ nõ significat substantiæ differentiam, neq; dignitatis,

ἀλλὰ τρόπον ὑπάρξεως. ὥσπερ καὶ ὁ Ἀδὰμ ἀγέννητος ὢν (πλάσμα γάρ ἐστι τοῦ θεοῦ) καὶ ὁ σὴθ γεννητός, (υἱὸς γάρ ἐστι τοῦ Ἀδάμ) καὶ ἡ Εὔα ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλευρᾶς ἐκπορευθεῖσα, (οὐ γὰρ ἐγεννήθη αὕτη) οὐ φύσει διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἄνθρωποι γάρ εἰσιν, ἀλλὰ τῷ τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ. χρὴ γὰρ εἰδέναι, ὅτι τὸ ἀγένητον διὰ τοῦ ἑνὸς ν γραφόμενον, τὸ ἄκτιστον, ἤτοι τὸ μὴ γενόμενον σημαίνει. τὸ δὲ ἀγέννητον διὰ τῶν δύο ν γραφόμενον, δηλοῖ τὸ μὴ γεννηθέν. κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, διαφέρει οὐσία οὐσίας. ἄλλη γὰρ οὐσία ἡ ἄκτιστος, ἤτοι ἀγένητος διὰ τοῦ ἑνὸς ν. καὶ ἄλλη ἡ γενητή, ἤτοι κτιστή. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐ διαφέρει οὐσία οὐσίας. παντὸς γὰρ εἴδους ζώων ἡ πρώτη ὑπόστασις ἀγέννητός ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἀγένητος. ἐκτίσθησαν γὰρ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, τῷ λόγῳ αὐτοῦ παραχθέντα εἰς γένεσιν. οὐ μὴν ἐγεννήθησαν, μὴ προϋπάρχοντος ἑτέρου ὁμοειδοῦς, ἐξ οὗ γεννηθῶσι. κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, κοινωνοῦσιν αἱ τρεῖς τῆς ἁγίας θεότητος ὑπέρθεοι ὑποστάσεις. ὁμοούσιοι γὰρ καὶ ἄκτιστοι ὑπάρχουσι. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον οὐδαμῶς. μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶν αὐτῷ ὑποστάσεως τὸ εἶναι. καὶ μόνος ὁ υἱὸς γεννητός. ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς γὰρ οὐσίας, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεγέννηται. καὶ μόνον τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐκπορευτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, οὐ γεννώμενον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον, οὕτω τῆς θείας διδασκούσης γραφῆς, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως, ἀκαταλήπτου ὑπάρχοντος. καὶ τοῦτο δὲ ἰστέον, ὡς οὐκ ἐξ ἡμῶν μετηνέχθη ἐπὶ τὴν μακαρίαν θεότητα, τὸ τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος καὶ ἐκπορεύσεως ὄνομα. τοὐναντίον δ' ἐκεῖθεν ἡμῖν μεταδέδοται, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος. διὰ τοῦτο κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. εἰ δὲ λέγομεν τὸν πατέρα ἀρχὴν εἶναι τοῦ υἱοῦ, καὶ μείζονα, οὐ προτερεύειν αὐτὸν τοῦ υἱοῦ χρόνῳ ἢ φύσει ὑποφαίνομεν. δι' αὐτοῦ γὰρ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, οὐδὲ ἕτερόν τι, εἰ μὴ κατὰ τὸ αἴτιον. τουτέστιν, ὅτι ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐγεννήθη, καὶ οὐχ ὁ πατὴρ ἐκ τοῦ υἱοῦ. καὶ ὅτι ὁ πατὴρ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ φυσικῶς. ὥσπερ οὐκ ἐκ τοῦ φωτὸς τὸ πῦρ φαμὲν προέρχεσθαι, ἀλλ' ἐκ τοῦ πυρὸς τὸ φῶς. ὅτε οὖν ἀκούσωμεν ἀρχὴν καὶ μείζονα τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, διὰ τοῦ αἰ-

sed subsistentiæ modum. Sicut Adam ingenitus est: plasma enim Dei est. & Seth genitus: nam filius Adam, & Eua ex costa Adam procedens: non enim ipsa genita est. neque ipsi natura differunt inuicem (homines enim sunt) sed subsistentiæ modo. Nosse autem oportet, ingenitum homonymum esse, & nunc non factum significare, nunc uerò non genitũ. Primo quidem significatu, substantię à substantia discrimen internoscitur. Nam substãtiarum alia est ingenita, ut increata: & alia genita, quę scilicet creata factaq; est. Secũdo autẽ significatu, non substantiæ à substantia hoc pacto differentia sumitur. Nam cuiusq; speciei animalium, prima condita natura, ingenita est, sed non primo modo ingenita: creata enim sunt, & diuino uerbo ad ortum deducta: attamẽ genita, non ex præexistẽte altero eiusdẽ speciei, ex quo generarẽtur. Secũdum igitur primam significantiam, conspirant cõueniuntq; inuicem tres sanctæ deitatis superdiuinæ hypostases, id est, subsistentiæ ac personæ. cõsubstãtiales enim & increatæ sunt. Secũdum autem alterum significatũ, nullo modo. nã solus pater ingenitus: nõ enim ex alia hypostasi, suę hypostaseos habet substãtiam. & solus filius genitus: ex patris ẽm substãtia sine initio, & intemporaliter genitus est, & solus spiritus sanctus ex patris substantia procedens, non genitus enim: sed procedens (sic diuina edocente scriptura) modo quidem & generationis & processionis incõprehensibili existente. Et hoc scire oportet, nomen paternitatis, filialitatis & processionis, non esse ex nobis ad beatã illam diuinitatem trãslatũ, sed (cõtrà ut ait Apost.) inde nobis traductum. Propterea (inquit) flecto genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra. Si autem dicimus patrem principiũ esse filij, & maiorem: non priorem ipsum filio aut tempore, aut natura ostẽdimus (per ipsum enim fecit & secula) neque secundum aliud quodcunq;, nisi secundum causam. hoc est, quia filius ex patre genitus, non autem pater ex filio, & quia pater causa est naturaliter filij: quemadmodum non ex luce ignem proficisci dicere solemus, uerùm magis ex igne lucem. Quando igitur audimus principium, & maiorem filio patrem: causam

τέρω νοήσωμεν. καὶ ὥσπερ οὐ λέγομεν ἑτέρας οὐσίας τὸ πῦρ, καὶ ἑτέρας τὸ φῶς, οὕτως οὐκ ἐξόν ἐστι φάναι ἑτέρας οὐσίας τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν ἑτέρας, ἀλλὰ μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς. καὶ καθάπερ φαμὲν διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ προερχομένου φωτὸς, φαίνειν τὸ πῦρ, καὶ οὐ τιθέμεθα ὄργανον ὑπουργικὸν εἶναι τοῦ πυρὸς, τὸ ἐξ αὐτοῦ φῶς, δύναμιν δὲ μᾶλλον φυσικὴν, οὕτω λέγομεν τὸν πατέρα, πάντα ὅσα ποιεῖ, διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ ποιεῖν, οὐχ ὡς δι' ὀργάνου λειτουργικοῦ, ἀλλὰ φυσικῆς καὶ ἐνυποστάτου δυνάμεως. καὶ ὥσπερ λέγομεν τὸ πῦρ φωτίζειν, καὶ πάλιν φαμὲν τὸ φῶς τοῦ πυρὸς φωτίζειν, οὕτω πάντα ὅσα ποιεῖ ὁ πατὴρ, ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς ποιεῖ. ἀλλὰ τὸ μὲν φῶς οὐκ ἰδίαν ὑπόστασιν παρὰ τὸ πῦρ κέκτηται. ὁ δὲ υἱὸς τελεία ὑπόστασίς ἐστι τῆς πατρικῆς ἀχώριστος ὑποστάσεως, ὡς ἀνωτέρω παρεστήσαμεν. ἀδύνατον γὰρ εὑρεθῆναι ἐν τῇ κτίσει εἰκόνα ἀπαραλλάκτως ἐν ἑαυτῇ τὸν τρόπον τῆς ἁγίας τριάδος παραδεικνύουσαν. τὸ γὰρ κτιστὸν, καὶ σύνθετον, καὶ ῥευστὸν, καὶ τρεπτὸν, καὶ περίγραπτον, καὶ σχῆμα ἔχον, καὶ φθαρτὸν, πῶς σαφῶς δηλώσει τὴν πάντων τούτων ἀπηλλαγμένην ὑπερούσιον θείαν; πᾶσα δὲ ἡ κτίσις, δῆλον ὡς τοῖς πλείοσι τούτων ἐνέχεται, καὶ πᾶσα κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν, τῇ φθορᾷ ὑπόκειται.

ſam intelligamus. Et queadmodũ non dicimus alterius ſubſtantiæ ignẽ, & alterius lucem: hunc in modũ fieri nõ poteſt, ut recte dicamus patrem & filiũ alterius & alterius ſubſtãtiæ, ſed unius et eiuſdem. Et quo pacto dicimus per eã lucem quę ab ipſo eſt, ignẽ illucere, & non ponimus organũ adminiſtratoriũ ignis eſſe lucem quæ ex ipſo eſt, ſed potius uirtutem naturalẽ: ſic dicimus patrem quæcunq; facit per unigenitum filium eius, non ut per inſtrumentum ſeruile, ſed ut per uirtutem naturalem & ſubſtantialem facere. Et ut dicimus ignem illuminare & rurſus dicimus lucem illuminare: ſic omnia quæcunq; facit pater, ſimiliter & filius facit. Sed lux quidem propriam ſubſiſtentiã præter ignem non poſſidet: filius autem perfecta ſubſiſtentia eſt, à paterna ſubſiſtẽtia diſcreta, ut ſuprà iam diſcuſſimus. Impoſſibile enim eſt in creatura compertã imaginem, in ſeipſa immutabiliter diuinæ trinitatis modum repreſentare. q̃d enim creatum eſt, & compoſitum, & fluxibile, & mutabile, & circumſcriptum, & figuram habens, & corruptibile, quomodo liquidè monſtrabit, omnibus huiuſmodi supereminentem, superſubſtantialem, diuinã ſubſtantiam? Omnis autem creatura (ut manifeſtum eſt) compluribus illorum obnoxia eſt, & omnis ſecundum ſuĩpſius naturam, corruptioni interituiq; ſubiecta.

COMMENTARIVS

INeffabilem & incomprehẽſibilem filĳ Dei à patre generationem, Damaſcenus hoc loco declarat per aliam à ſupra dictis de uerbo humano, & humana generatione, manuductionẽ, uidelicet ipſius ignis, intrinſecam ſibi lucem, ut naturalem ſuã uirtutẽ gignentis in qua quidẽ pater æternus igni, filius uerò luci apta pportiõe reſpõdet. Neq; id iniuria. Nã ut ignis fons eſt & origo intimæ ſuæ lucis, naturali fœcunditate illã aggignẽs: ita pater fons eſt & primitiua radix, principiũq; diuinitatis, q̃ totã, integramq; filio cõmunicat, & ignis nuncupatione in ſcripturis plerunq; deſignatur. ut ad Hebræos cap. 12. Etenim Deus noſter, ignis conſumens eſt. Sacræ etiã literæ filium inſinuant, ut claritatem à patre emanantem, & lucẽ. ut Sapientiæ 7. cap. De æterna ſapientia (quæ Dei filius eſt) dicitur: Vapor eſt uirtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis. Et Ioannes cap. 1. de uerbo Dei: Erat lux uera, quæ illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum. Demũ Eſaias apparitionẽ filĳ Dei in carne prænunciãs, ait: Populus gentiũ qui ambulat in tenebris, uidit lucem magnã: ambulantib. in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis: At quia nullum poteſt uſq; adeò propinquũ dari diuinorum ueſtigium, quin diſpportionem & diſſimilitudinem, maiorẽ ſuſtineat cũ ſuo exemplari & ueritate q̃ conuenientiã, in dato paradigmate ignis & lucis id diſcriminis eſt à diuinorũ habitudine, q̃d lux ignis conſubſtantialis non eſt, ſed accidentaria eius & naturalis uirtus, neq; propriã habẽs ſubſiſtẽtiã neq; diſcretionẽ ab igne perſonalẽ: ſed igni inexiſtens, ut forma ſuo ſubiecto. Filius autẽ Dei patri & conſubſtantialis, non modo ſuper accidentia, ſed ſubſtantias omnes eminentiſſimè locatus: propriam ſortitus hypoſtaſin, & diſcretionẽ habens à patre ſingularemq; ſubſiſtendi modum. Veruntamen quia in hoc ueſtigio cernitur quoquo pacto coæternitas filĳ

cum patre,& inseparabilis immanentia atq; immansio:quãuis desit cõsubstantialitatis imitatio & coæqualitatis.In exemplo uerò generationis humanæ & propagatione filij à patre,cõspicitur tenui umbraculo cõsubstantialitas filij cũ patre,coæqualitas & naturæ similitudo:q̃uis desit coæuitatis atq; immanẽtiæ representatio.Ex utroq; autem exẽplo colligẽdo id quo utrumq; uestigium cũ diuinis gerit similitudinem,& id prætermittendo in quo sustinet dissimilitudinem:intelligitur Dei filius patri coæternus,& inseparabiliter immanẽs, cõsubstãtialis,natura æqualis,ac per omnia similis. Vt planè perspiciatur primũ uestigiũ id supplere,qđ deest secundo:& secundũ id exhibere,quod deest primo. At uerò utrunq; datorũ exemplorũ sigillatim ostendit ordinẽ,originẽ,& causalitatẽ duarum dictarum in diuinitate personarum. Vt em̃ pater inter homines ordine prior & origine,insup et causalitatis ratione quã filius et ignis,itẽ ordine superior,origine & causalitatis habitudine,quã sua lux:ita pater ordine prior filio:origine,& causalitatis eminentia. Deinde reliquarũ denominationũ à sacris literis filio Dei accõmodatarum rationem sigillatim adaperit autor:cur scilicet ipse dicatur uerbũ,splendor,effulgentia,filius,character paternæ substãtiæ,& unigenitus. Verbum. Ioannis ca.primo In principio erat uerbũ,& uerbum erat apud Deũ,& Deus erat uerbũ. hoc erat in principio apud Deũ,Splendor. Ad Hebræos cap.1.Qui cũ sit splendor gloriæ,& figura substantiæ eius. Effulgentia. Sapientiæ septimo cap. Candor est em̃ lucis æternæ, & emanatio quædã claritatis omnipotẽtis Dei. Filius. Psal.2. Dominus dixit ad me,filius meus es tu:ego hodie genui te. Character paternæ substantiæ. Ad Hebræos primo cap.ubi nostra translatio habet,& figura substãtiæ eius.alia è græco sumpta habet,& character hypostaseos eius.Et quoniã hypostasis, subsistentiã p̃sonã'q; designat,pro quo hypostaseos nomine latinus interpres substantiam posuit:manifestũ est ibi substantiã nõ pro natura,essentia'q; sumi, sed pro persona subsistentia'q; & indiuiduo.ut quarta propositio quarti libri & uicesima prima sexti Ricardi de Trinitate amplius declarãt. Vnigenitus. Ioannes ca.primo. Vnigenitus q̃ est in sinu patris:ipse enarrauit. Enimuero quãuis spiritus sanctus à patre habeat originẽ:non tamen filius eius, aut ab eo genitus dici debet. Tũ quod filius per generationẽ à patre prodire debet. spiritus sanctus autẽ nõ per generationem & natiuitatẽ à patre:sed alterius modi emanationem(quã processionem sacræ literæ nominant)sumit originẽ. Tum quod filius à patre immediatã ducere debet originem. spiritus sancti autẽ profectio à patre,mediata est:cum interstes sit inter utrũq; & intermedius filius Rursum filius à solo patre debet p̃dire. At spiritus sanctus à patre & filio habet ortũ.ut ex undecimo capite huius fiet dilucidũ. Insuper ut quis dicatur filius: debet modo prodeundi primario,præcipuo & principali ab alio habere exortũ. cũ filij ad patrẽ habitudo sit inter omnes affinitates prima. Spiritus autem sanctus à patre originẽ trahit modo quodã minus principali & secundario:q̃ præsupponit filij generationem tanquã ordine & origine priorem. Est em̃ spiritus processio quoquo pacto(ut causalitate & ordine)filij generatione posterior,ut & spiritus filio.non autẽ duratione aut natura,cum utraq; æterna sit & immẽsa. Demũ ut quis filij nomen habeat & geniti:debet à parente p̃dire ut naturalis eius imago, uiua,uera,& consubstantialis. Atq̃ spiritus sanctus non dicitur imago patris in sacris literis: potius similitudo,& signaculũ consubstantiale atq; perfectũ, patris & filij. Nõ igitur spiritus sanctus patris filius dici debet,aut ab eo genitus. Verũ hæc omnia ex sexto li. Ricardi de Trinitate:potissimũ sexta,octaua,& undecima p̃positione,& annotatis ibidẽ sunt clariora. Cæterũ quia obijcere quispiã fortè cõtenderet:si patrem ingenitum dicimus & filium genitum, eos abinuicẽ substãtia differre & natura.deinceps ostendit autor ingenitũ & genitum ut sunt singulares diuinarũ personarum proprietates,diuersum quidẽ designare arguereq; subsistendi modum:non autẽ substantiæ differentiã, sumpta ex rebus inferioribus similitudine. Nam Adã(inquit)ingenitus est,id est,non genitus ex substantia alterius speciei cõsimilis: Cũ Geneseos secũdo.de limo terræ formatus à Deo legatur. Seth autẽ genitus:nã ex substãtia Adæ natus,& ei natura similis. Eua uerò non genita ex hominis substãtia,sed ex costa Adæ formata. Immisit em̃ dominus Deus soporem in Adã,& tulit unã ex costis eius, & ædificauit eã in mulierem. Et tamen hi tres diuerso producti modo,nõ idcirco habent naturæ differentiã eiusdẽ enim naturæ sunt,scilicet humanæ. Ergo quamuis in supersubstantiali deitate pater sit ingenitus,& filius genitus,& spiritus sanctus procedens,diuersum'q; sortiantur subsistẽdi modũ: non proinde substãtiæ discrimen habent. Et ut idipsum fiat planius,duas subnectit author ingeniti significationes,magno distantes interuallo,& ab inuicem diuersas. Nam ingenitum in prima acceptione,soli conuenit Deo & singulæ cuiq; personarum diuinarum, cũ unaq̃q; earũ sit non facta & increata. Omnes autẽ creaturæ sunt hoc modo genitæ:quia factæ à Deo & creatæ. Ingenitũ uerò in secunda significatione alicui conuenit diuinarum personarum ut patri:alicui uerò non.nã filius hoc modo genitus est. Identidem ingenitum hac ratione sumptum aliquibus conuenit indiuiduis creaturarũ,ut ijs quæ in unoquoque animalium genere primò sunt à Deo cõdita. Aliquib.uerò nõ cõuenit,ut ijs quæ in eadẽ specie primis illis indiuiduis succedũt per naturæ propagationẽ,quãdoquidẽ illa sunt genita hoc secũdo modo. Alia insup est inter hos duos ingeniti modos discrepantia. Nã ingenitũ primo modo & genitum ei oppositũ substantiæ,arguunt differentiã. Qui enim fiet:ut eiusdẽ substãtiæ sint increa

tum

tum & creatum, Deus & creatura. Ingenitũ uerò secundo modo, & genitum ei oppositũ, non ostendunt neq; arguunt substantiæ naturæq; discrimen. Nã in unaquæq; animaliũ specie prima indiuidua à Deo creata, sunt hoc modo ingenita, & illis succedẽtia naturæ lege, eiusdẽ speciei indiuidua sunt genita: & tamen non sunt hæc ab illis naturæ discrimen habẽtia. Ita & in diuinitate pater hoc modo ingenitus, & filius genitus, connaturales sunt & cõsubstantiales. Et quoniã nomina rebus humanis accõmodari solita, scilicet paternitatis, filialitatis & processionis diuinis itidẽ personis attribuimus in cõsueto loquẽdi usu, probè nos admonet autor ea primariè & primo loco diuinis esse attributa, & inde ad nos secundario & per quandã similitudinẽ traducta: nempe denominationes perfectionẽ dignitatemq; designãtes, primum exemplari, ueritatiq; congruunt: deinde uerò ob similitudinis rationẽ attribuũtur & imagini atq; uestigio. Primũ enim & præcipuè Socrates dicitur homo, posterius uerò eius effigies in speculo aut pictura efformata, ob assimilationẽ quandã uocatur etiã homo. Atq paternitas qua pater ab æterno genuit filiũ, primaria est & omniũ aliarũ paternitatũ ueritas & exemplar. ut illius qua Deus omniũ rerum pater est ratione creationis, & hominũ secundum Deum regeneratorũ pater per gratiæ adoptionem. Eadẽ suprema paternitas etiã ueritas est ad paternitatẽ hominibus conuenientem ratione propagationis, dignitatis, ætatis, aut institutionis disciplinæ ac morũ. Igitur ratio paternitatis primũ Deo ob inenarrabilem filij generationẽ attributa est: deinde ex ea in cæteros paternitatis gradus rebus inferioribus cõgruẽtes deriuata. Quod enim primum est in aliquo genere, cæteris ut talia sint & dicantur, causa est. Eodẽ modo de filij, regis, domini, & similium nuncupatione est sentiendũ. Verùm id ex annotatis secũdi capitis sexti libri Ricardi de Trinitate euadit patentius. At uerò quoniã prædictũ est filiũ patri per omnia æqualẽ esse & similem: obijcere quispiã posset, patrem in sacris literis uocari principiũ filij. ut Psalm. 109. Tecũ principiũ in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorũ. Patrem itidem dici maiorẽ filio, Ioan. 14. cap. Pater maior me est. & proinde patrẽ uideri perfectiorẽ aut priorem filio. Respondet Damascenus, utrunq; secundũ diuinã naturã filij intellectum nihil aliud nobis designare debere, nisi patrem esse causam filij, & filio originẽ dare. & hinc ordine originis priorẽ esse, non autem ratione & natura: Neq; semper oportet causam esse potiorẽ uirtute perfectioneq;, eo cuius est causa, potissimũ in summa diuinitate, ubi causæ & causalis eadẽ prorsus est substãtia. Tametsi in rebus conditis id plerũq; usu ueniat, ubi causa & effectus diuersitatẽ habent substãtiæ, & ubi aliud est causa, aliud uerò quod à causa proficiscitur. Nihilominus patrẽ esse filio maiorẽ, plerique sacrarũ literarũ interpretes excellentissimi sentiunt potius accipiendũ esse (ne detur hæreticis ansa & materia calũniandi æqualitatem filij cũ patre, si id dictum ad filij diuinitatẽ referatur) secundum naturã humanã filij, secundũ quã ad patrem erat iturus, & ascensurus in cœlum. ut eo in loco discipulis dixit: Quia uado ad patrem quandoquidem secundum diuinã naturã nusquã à patre digressus est: semper illius intimus & immanens. Neq; id cuiquã absurdum uideatur, quod secundum nostræ mortalitatis naturã minor sit patre filius. nã hoc pacto & seipso minor est. exinaniuit enim seipsum, formã serui accipiens. quã forma Dei (in qua patri æqualis est) longè est inferior. Eadem quoq; ratione Christus ut homo, spiritu sancto minor est. quicquid enim est minus uno æqualiũ, minus est & alijs. Sed hæc ex annotatis decimiseptimi capitis sexti libri de Trinitate Ricardi de sancto Victore, amplius sunt manifesta. Demũ positã in principio capitis manuductionẽ de igne & luce prosequitur author, cõprobans ex ea filij cũ patre cõsubstantialitatem, quæ lõgè quidẽ uerior est in ipsa ueritate quã proposito uestigio. Nã aliud est esse ignis, aliud lucis, diuersamq; habent abinuicem naturã & essentiã. Ignis enim de genere substãtiæ est, lux autem (ut paulo superius hic dicit autor) natiua qualitas eius. Filius autẽ supersubstantialis ut pater, & ei cõsubstãtialis est: idemq; esse patris & filij. Sed quomodo (inquies) uerũ ergo erit quod hic habet litera, scilicet, quod non dicimus alterius substãtiæ ignem, & alterius lucem. Si enim non sunt alterius substãtiæ, eiusdẽ substantiæ erunt. qui igitur fiet, ut alia sit unius natura, & alia alterius? Verũ litera hoc loco intelligenda est, lucem non esse alterius substãtiæ, separatæ ab igne, quòd substantiã non habet seiũctã à substãtia ignis, sed ei tanquã suo subiecto inhæreat. Ex hoc autem non rectè conficias hanc assertoriã: idcirco lucem omnino eiusdẽ esse substantiæ, naturæq; cum luce, quãuis negatiua ad rectã intelligentiam data sit & admissa. Nam sola illa destructoria sufficit ad ostendendum conuenientiã propositam inter ignem & lucem, ac patrem & filium. Cæterum quoniã ad maiorem longè identitatẽ accedunt pater & filius, quã ignis & lux, nõ modo tribuendum est quòd filius non est alterius substantiæ quã pater: sed etiã illud adijciendum, quod filius est unius & eiusdem omnino substantiæ cũ patre. quod posterius de luce ad ignẽ non usquequaq; possis admittere. Rursum lux, etsi organũ non sit administratoriũ ignis separatum ab eo: aduentitium & acquisitiũ (sicut securis, ipsius sectoris) sed uirtus naturalis, & à natura igni insita: est tamen uirtus accidentaria, & in genere accidentiũ. Filius uerò non solum non est organum & instrumentum patris, per quod condidit secula, ut oblatrarunt hæretici: quinimmo supersubstantialis est uirtus patris. Vnde & beatus Paulus Christũ uocat Dei uirtutem & sapientiã, in qua condita sunt uniuersa, per quam fecit & secula. Postremò ignis illuminandi uim ab altero non accipit, sed primariũ est illuminãs. lux autem ab igne mutuatur

illuminandi uirtutem,& secundariũ est illustrans. Ab ipsis aũt duobus, igne inquam & luce, eadẽ prorsus illuminatio perficitur. Sic pater operãdi potentiã habet non ab alio, sed seipso. Filius aũt eandem sortitur efficaciam, non à se, sed à patre acceptam. & eadẽ omnino amborũ operatio: potissimũ quæ ad exteriora progreditur. hinc filius, nihil sibi tribuẽs, omnia ad patrem (à quo & esse & facere accepit) refert. ut Ioannis quinto capite ait: Non potest filius à se facere quicquã, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunq; enim ipse fecerit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæcunq; facit. Postremũ qđ omnis creatura secũdum suiipsius naturã corruptioni, interituiq; sit subiecta, dilucidũ est ex eo, quod quicquid non esse ad esse ꝓdijt, si suę relinquatur naturæ, rursum ad non esse decumbet, unde cœpit exordium. solo aũt indultu & gratia conditoris, angelicæ substantiæ & anima rationalis immortales sunt, & interitus immunes, secundum sancitas diuinitatis leges, & à sua sapientia cõstitutas. Nã si statam & definitã Dei ordinationem nõ respicis, sed absolutã eius potentiã, & angelus & anima hominis finẽ habere queunt. Quod eñ primũ durationis terminum & initiũ potest cuiq; rei dare, potest absolutè & secundũ terminũ atq; finẽ eidẽ ut libet dare, uel nõ dare. Deus igitur qui angelis & animæ humanæ dedit principiũ durationis, poterit ijsdẽ si uolet & finẽ statuere. Et hæc quidẽ ex annotatis decimi ca. libri Ricardi de Trinitate fiunt notiora. in quo sanè primo libro dignissima de æterno, æuiterno, & non æterno habetur theologia.

DE SPIRITU SANCTO. Cap. X.

Ὁμοίως πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα ἅγιον, τὸ κύριον, καὶ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐν υἱῷ ἀναπαυόμενον. τὸ τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, ὡς ὁμοούσιόν τε, καὶ συναΐδιον, τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα, τὸ εὐθές, ἡγεμονικόν, τὴν πηγὴν τῆς σοφίας, καὶ ζωῆς, καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ. θεὸν σὺν πατρί, καὶ υἱῷ ὑπάρχον, καὶ προσαγορευόμενον, ἄκτιστον, πλῆρες, δημιουργόν, παντοκρατορικόν, παντουργόν, παντοδύναμον, ἀπειροδύναμον, δεσπόζον πάσης τῆς κτίσεως, οὐ δεσποζόμενον. πληροῦν, οὐ πληρούμενον. θεοῦν, οὐ θεούμενον. μετεχόμενον, οὐ μετέχον. ἁγιάζον, οὐχ ἁγιαζόμενον. παράκλητον, ὡς τὰς τῶν ὅλων παρακλήσεις δεχόμενον. κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ δι' υἱοῦ μεταδιδόμενον, καὶ μεταλαμβανόμενον ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως. καὶ δι' ἑαυτοῦ κτίζον, καὶ οὐσιοῦν τὰ σύμπαντα, καὶ ἁγιάζον, καὶ συνέχον. ἐνυπόστατον, ἤτοι ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὑπάρχον, ἀχώριστον, καὶ ἀνεκφοίτητον πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ πάντα ἔχον, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱός, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ἀναίτιος καὶ ἀγέννητος. οὐ γὰρ ἔκ τινος. ἐξ ἑαυτοῦ γὰρ τὸ εἶναι ἔχει. οὐδέ τι τῶν ὅσαπερ ἔχει, ἐξ ἑτέρου ἔχει. αὐτὸς δὲ μᾶλλον ἐστὶν ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ πῶς εἶναι, φυσικῶς τοῖς πᾶσιν. ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννητῶς. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ αὐτὸ μὲν ἐκ τοῦ πατρός, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. καὶ ὅτι μὲν ἐστὶ διαφορὰ γεννήσεως, καὶ ἐκπορεύ-

IDentidem in unum spiritum sanctũ credimus, Dominum & uiuificantẽ, ex patre procedentem, & in filio requiescentem, cũ patre & filio simul adoratum, & conglorificatum, ut consubstantialẽ & coæternũ Dei spiritum, rectum, principalẽ, sapientiæ uitæ ac sanctificationis fontem, Deum cum patre & filio & appellatum & existentem: increatum, plenum, conditorem, omnitenentem, omnium effectorem, omnipotentem, infinitum, dominantem omni creaturæ, cum à nullo dominetur: deificantem, non deificatum: implentẽ, non impletum: participatum, nõ participãtem: sanctificantem, non sanctificatum: paracletum, id est, consolatorem & patrocinatorem, ut qui aliorũ patrocinia suscipiat: per omnia patri & filio similẽ, ex patre procedẽtem, & per filium distributum, & participatũ ab omni creatura, & per semetipsum creantẽ, & ad essentiam deducentem uniuersa, & sanctificantem, & continentem, subsistentem, id est in propria persona existentem, inseparabilem, indigressibilẽ patre & filio, & omnia habentẽ quæcunque pater habet & filius: præter ingenitiam, & generationem. Pater enim sine causa, & ingenitus: nam non ex aliquo est, ex seipso enim illud esse habet: neq; quippiam eorũ quęcunq; habet, ex altero habet. ipse aũt magis principium est, & causa esse, & quomodo libet naturaliter esse omnibus. Filius uerò à patre nascibiliter, spiritus aũt sanctus & ipse à patre quidem non nascibiliter, sed processibiliter est. Et generationis & pro-

cessionis

σεως μεμαθήκαμεν. τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς διαφορᾶς, οὐδαμῶς. ἅμα δὲ καὶ ἡ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς γέννησις, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπόρευσις. πάντα οὖν ὅσα ἔχει ὁ υἱός, καὶ τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ εἰ μὴ ὁ πατήρ ἐστιν, οὐδὲ ὁ υἱός ἐστιν, οὐδὲ τὸ πνεῦμα. καὶ εἰ μὴ ὁ πατήρ ἔχει τι, οὐδὲ ὁ υἱός ἔχει, οὐδὲ τὸ πνεῦμα. καὶ διὰ τὸν πατέρα, τουτέστι διὰ τὸ εἶναι τὸν πατέρα, ἔστιν ὁ υἱός καὶ τὸ πνεῦμα καὶ διὰ τὸν πατέρα, ἔχει ὁ υἱος καὶ τὸ πνεῦμα, πάντα, ἃ ἔχει. τουτέστι, διὰ τὸ τὸν πατέρα ἔχειν αὐτά. πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. ἐν ταύταις γὰρ μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι, διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἅγιαι τρεῖς ὑποστάσεις, οὐκ οὐσίᾳ. τῷ δὲ χαρακτηριστικῷ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως, ἀδιαιρέτως διαιρούμεναι. φαμὲν δὲ ἕκαστον τῶν τριῶν τελείαν ἔχειν ὑπόστασιν, ἵνα μὴ ἐκ τριῶν ἀτελῶν μίαν σύνθετον φύσιν τελείαν γνωρίζωμεν, ἀλλ' ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσι μίαν ἁπλῆν οὐσίαν ὑπερτελῆ καὶ παντέλειον. πᾶν γὰρ ἐξ ἀτελῶν συγκείμενον, σύνθετον πάντως ἐστίν. ἐκ δὲ τελείων ὑποστάσεων ἀδύνατον σύνθεσιν γενέσθαι. ὅθεν οὐδὲ λέγομεν τὸ εἶδος ἐξ ὑποστάσεων, ἀλλ' ἐν ὑποστάσεσιν. ἀτελῶν δὲ εἴπομεν, τῶν μὴ σωζόντων τὸ εἶδος τοῦ ἐξ αὐτῶν ἀποτελουμένου πράγματος. λίθος μὲν γάρ, καὶ ξύλον, καὶ σίδηρος, ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ τέλειόν ἐστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν. πρὸς δὲ τὸ ἐξ αὐτῶν ἀποτελούμενον οἴκημα, ἀτελὲς ἕκαστον αὐτῶν ὑπάρχει. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ οἶκος. τελείας μὲν οὖν τὰς ὑποστάσεις φαμέν, ἵνα μὴ σύνθεσιν ἐπὶ τῆς θείας νοήσωμεν φύσεως. σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ διαστάσεως. καὶ πάλιν ἐν ἀλλήλαις τὰς τρεῖς ὑποστάσεις λέγομεν, ἵνα μὴ πλῆθος καὶ δῆμον θεῶν εἰσαγάγωμεν, διὰ μὲν τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τὸ ἀσύνθετον, καὶ ἀσύγχυτον. διὰ δὲ τοῦ ὁμοουσίου, καὶ τοῦ ἐν ἀλλήλαις εἶναι τὰς ὑποστάσεις, καὶ τῆς ταυτότητός τε τοῦ θελήματος, καὶ τῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἐξουσίας, καὶ τῆς κινήσεως, ἵν' οὕτως εἴπω τὸ ἀδιαίρετον, καὶ τὸ εἶναι ἕνα θεόν γνωρίζωμεν. εἷς γὰρ ὄντως θεός, ὁ θεός, καὶ ὁ λόγος, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.

cessionis differētiam esse didicimus: at quis differentiæ modus, nequaquam. & simul esse filij à patre generationem, & spiritus sancti processionem. Omnia igitur quæcūq; habet filius & spiritus sanctus, à patre habet, & ipsum esse habet. etsi non est pater, neq; filius, neq; spiritus. etsi pater quippiam non habet neq; filius, neq; spiritus: & propter patrē, hoc est propter esse patrem, est & filius, & spiritus sanctus: & propter patrem, habet filius & spiritus quæcunq; habet. hoc est propter patrem illa habere, præter ignascentiam, generationem & processionem. In his enim solis personalibus proprietatibus, differunt ab inuicem tres sanctæ hypostases, hoc est subsistentiæ ac personæ, non substantia, sed characterismo propriæ hypostaseos indiuisibiliter discretæ. Dicimus autem, unam quamq; trium perfectā habere subsistentiam: ut non ex tribus imperfectis, unam compositam naturā perfectam intelligamus: sed in tribus perfectis personis, unam simplicē substantiam, superperfectam, & anteperfectam. Omne enim ex imperfectis coalitum, compositum prorsus est ex perfectis autem subsistentijs, impossibile est compositionem euadere. unde non dicimus speciem ex subsistentijs, sed in subsistentijs. Et imperfecta pronunciamus, quæ speciem non saluant eius rei quæ ex ipsis absoluitur. lapis enim, & lignum, & ferrum, unumquodq; per seipsum, perfectum secūdum propriā naturam: ad ędificium aūt quod ex illis absoluitur, imperfectum unumquodque illorū est. neq; ēm est unūquodq; eorū secundum seipsum domus: perfectas igitur ipsas hypostases, personasq; dicimus, ut nullam in diuina natura cōpositionem intelligamus nam compositio, principium diuisionis. Et rursus has tres hypostases in se inuicem astruimus, ut non multitudinem, & quandam deorum turbam inducamus. Per tres quidem hypostases, incompositum & inconfusum: per consubstantialem uerò & immanentiā in se inuicem hypostaseon & identitatis, & uoluntatis, & operationis, & uirtutis, & potestatis & motus (ut sic dicam) inseparabilitatem, & unum esse Deum deprehendimus unus enim uere Deus est, Deus & uerbum & spiritus.

COMMENTARIVS.

VArias ſpiritus ſancti denominationes ex ſacris literis & ſymbolo Niceno ſparſim cōl lectas, hoc loco digerit Damaſcenus: quarũ ſingulæ poſſent (ſi id nimis operoſum nō ui deretur) ſcripturarũ teſtimonio fulciri. Sed nō oportet recipientibus ultro & cōfitentibus ue ritatẽ, teſtium nubem adducere, ut neq; ſoli adĳcere faculã: præſertim cum cuiq; in ſacrorum uoluminũ lectionem uerſanti, ad manum illa protinus obuia & prompta occurrant. Idcirco nonnullas earũ nuncupationem peculiarem exigentes declarationem, in tranſcurſu explana bimus. In primis quod ſpiritũ Dei uocet ſanctum, rectum, & principalem: colligit ex Pſalmo 50. ubi orat propheta: Cor mundũ crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Ne proĳcias me à facie tua, & ſpiritũ ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiã ſalutaris tui, & ſpiritu principali cōfirma me. At uerò Deũ eſſe ſpiritum ſanctum, etſi indubi tata ſit fide tenendũ, nō admittentibus tamen fidei ſacramenta, ex ſacris literis ſanctiſsimi pa tres abunde id cōprobant. Primum ex eo beati Petri dicto ad Ananiã, Actuum quinto. Ana nia cur tentauit ſathanas cor tuũ, mentiri te ſpiritui ſancto? Nō es mentitus homini, ſed Deo. Vbi nec de patre, nec de filio habetur ſermo: & ideo Deus ibidẽ diſcretè ſumitur ꝑ ſpiritu ſan cto, de q̃ ſuperior eſt locutio. Idẽ quoq; ex Apoſtolo colligitur, primæ ad Corinthios duode cimo capite, de diſtributione gratiarũ ſpiritus dicente: Diuiſiones uerò gratiarũ ſunt, idem au tem ſpiritus. Et diuiſione miniſtrationũ ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operatio num ſunt, idẽ uerò Deus, q operatur omnia in omnibus. Ecce quem primo loco ſpiritum di cit, ſecundo Dominũ nominat, & tertio Deũ. quo prorſus eliminetur impietas Macedonĳ & ſuorũ aſſectatorũ, obgarrientium ſpiritum ſanctum creaturã eſſe, patre & filio minorem na tura, & utriuſq; ſeruũ. Rurſum ſpiritus ſanctus creare & facere dicitur, teſtimonio Pſalmi 103. Emitte ſpiritũ tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et Iob 33. ca. Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculũ omnipotentis uiuificauit me. Firmare itidẽ cœlorum uirtutem perhibetur, Pſal. 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Hæc autẽ, ſo lius Dei ꝓpria ſunt opera. Inſuper ſpiritus ſanctus ubiq; eſſe, & omnia replere aſſeritur Pſal mo 138. Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Sapientiæ primo capite: Spiritus Domi ni repleuit orbẽ terrarũ. Omnia itidẽ cognoſcere etiã occultiſsima Dei myſteria aſtruitur. Pau lus primæ ad Corinthios ſecũdo ca. Quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei. Et eodẽ loco: Spiritus omnia ſcrutatur, etiã ꝓfunda Dei. Ad hæc, diuinorum munerum chariſmata quibus uult diſpartitur. Ioãnes cap. tertio: Spiritus ubi uult ſpirat, & uocẽ eius audis. Paulus itẽ primæ ad Corinthios duodecimo, enumeratis gratiarũ donis quæ à Deo hominibus cō municantur, ſubiungit: Hæc autẽ omnia operatur unus atque idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult. Præterea ſacratiſsimã uirginẽ Mariã ſine uiri conſortio reddidit cœleſti prole fœ cundã. Lucas capite primo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſsimi obũbrabit ti bi. Et Matthæus capite primo: Quod in ea natũ eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Id autẽ, uirtutis crea tæ nequaquã eſt opus. Deinceps blaſphemia in ſpiritũ ſanctum grauior eſſe innuitur, quàm ea quæ fit in filiũ hominis. Hæc enim remittenda, illa uerò non remittenda prædicatur. Mat thæus cap. 12. Quicunq; dixerit uerbũ cōtra filium hominis, remittetur ei: qui autẽ dixerit con tra ſpiritũ ſanctum, non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. In creaturã autẽ Dei dictum uerbũ, haud difficile remittitur. Nō eſt igitur ulla creatura ſpiritus ſanctus, eſt itaque Deus. Denique quæ poterit uirtus creata omniũ linguarum peritiã, diuinorumq; intelligen tiã myſteriorum ſubitò in alios trãſfundere? quemadmodũ ſpiritus ſanctus die Pentecoſtes Apoſtolos linguarũ omniũ eloquio peritos reddidit, omnemq; ipſos docuit ueritatem. Eoſ dem prius literarũ expertes & ineruditos, repẽtino ſuo afflatu effecit totius mundi doctores, tubaſq; altiſonas, legem euangelicã per totũ orbem perſonantes. Nam hoc quod cōtinet om nia, ſcientiã habet uocis. Vt igitur in præcelſi mōtis cacumine lucentem conſpicimus ſolis ra dium, quẽ irreuerberata fixaq; acie in ſole ipſo recens exorto cōtueri non ualeremus: ita ſan cti ſpiritus diuinitatẽ in Apoſtolis (qui mōtes ſunt Dei) ex admirandis illius operibus cogno ſcimus: eã tamen ob noſtræ mentis imbecillitatẽ, in maieſtatis illius ſublimitate & celſitudi ne capere haudquaquã poſſemus. Eſt eñ ſpiritus ſanctus in ſeipſo, ut clariſsimũ ſolis iubar in cœlo: idẽ uerò in Apoſtolis, ut ſolaris ſplendor primũ exortus, in editis & arduis apparens mōtibus. Verũ hæc amplius & diffuſius ex libro Didymi Alexãdrini De ſpiritu ſancto dino ſci poſſunt. At uerò quoniã ſpiritus ſanctus Deus eſt, omniũ creaturarum habet dominium, & ipſe nullius dominio ſubeſt: deificãs eſt. & alĳs ſummæ diuinitatis participationem conſor tiumq; tradens. non autẽ eſt deificatus, id eſt, in deiformitatẽ, deiq; aſsimilationem, gratia & indultu diuino aſſumptus. nã tunc natura Deus nō eſſet, ſicut homines & angeli ſunt hoc pa cto deificati. Identidẽ ſpiritus ſanctus implet omnia ſuæ diuinitatis maieſtate, non autem im pletur: cũ ab extrinſeco, alienaq; ſubſtãtia nō ſuſcipiat ſuæ naturæ ꝓprietates. quin potius an geli & homines, beneficis eius largitionibus implentur. Eadẽ fermè ratione participatur ſpiri tus ſanctus: q̃a ſuſcipitur ſecundũ ſuorum munerum diſtributionem à creaturis, ut claritas ſo lis ab aere. Non autẽ participat, quia ab elargiente externo nō accipit ſuæ bonitatis munera, ſed angelicæ ſubſtantiæ & mẽtes humanæ, illius donis participãt; perinde atq; aer lumẽ à ſole mutuatur.

mutuatur. Quòd autē à patre & filio p ineffabilem processionem suscipiat spiritus sanctus &
suum esse, & naturales proprietates, & omnia q̃ habet, non arguit spiritum sanctum esse par-
ticipantē. tū quod pater & filius, eidem externi non sunt, nec dissubstantiales, sed omnino cō
substantiales & immanentes: tū quod spiritus sanctus partē ab eis non accipit naturæ, bonitā
tis, aut sapientiæ: sed totā & in uniuersum perfectā absolutamq́; deitatem, bonitatem, sapien
tiā, et hinc ab eis illa cōmunicat potius, quod eadem cum ipsis à quibus accipit, habet omni
no cōmunia. Participans autē dicitur, quod particulariter quippiā ab aliquo elargiente susci
pit, & non omnino. Demū & sanctificans est spiritus sanctus, quia sanctificationis donū alijs
impartit, ut angelis & hominibus: nō autē sanctificatus, quia à nullo extraneo sanctificatio-
nem mutuatus est, sed eā sibi naturalem habet, estq́; immensus eius fons. Dicitur & appellatio
ne græca paracletus; tū quod cōsolator est eorum qui in luctu & mœrore uersantur: & Deus
est totius cōsolationis. Hinc Christus ad Apostolos ait Ioānis decimoquarto ca. Ego rogabo
patrem, & alium paracletū dabit uobis. Et Psalmus 93. Secundum multitudinem dolorū in-
corde meo, cōsolationes tuæ lætificauerunt animā meam. tum qđ patrocinator est, & aduo-
catus, interpellās p nobis, ne digna nostris malis à Deo pœna irrogetur, sed salutaris pœnitē
tiæ gratia cōferatur. Hinc Apostolus ad Romanos octauo ca. scribit: Similiter autē & spiritus
adiuuat infirmitatē nostrā. Nā quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postu-
lat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Porrò hoc loco id grāmaticū obiter annotare non
fuerit incongruū, quod spiritus sanctus nō paraclytus nominandus est, ut ferè omnis profe-
runt: sed paracletus per e uocalem in penultima syllaba, & eā quidem productam. Nam hanc
prolationē exigit græcæ linguæ ratio, & significatio nominis iā explicata, ut Ambrosius Ca-
lepinus, & Frācīscus Philelphus in suis epistolis, & ambo quidē græcæ & latinæ literaturæ pe
ritissimi asseuerāt. Nēpe paraclytus (inquīt) per y tenue, infamem, aut præter famam signifi-
cat. nam παρὰ in huiusmodi compositione, præter uel diminutionem denotat. κλυτὸς uerò, fa-
ma declarat insignē, id quod inclytus probat. Itaq; paraclytus, à para & clytos nomine cōpo-
sitū est. Quod significatū ponere in spiritu sancto, absurdum & impium esset. At quoniam in
terdum e græcum apud nos in i transit, & ediuerso i græcū in e nostrū: tolerabilius id foret, &
minus à recto deuium, si quis p paracletus proferat paraclitus, penultima longa: & idipsum i
latino scribat. quomodo in hymni illius cantatissimi, Veni creator spiritus, mentes tuorū ui-
sita: secundo uersu poni cōspicitur, Qui paraclitus diceris, donū Dei altissimi: quandoquidē
lex & ratio carminis iābici tetrametri (q̃ in supradicta spiritus sancti laude & cātico, exactissi
mè obseruatur) exigit secundo loco dati carminis (utpote Qui paraclitus diceris, sicut & in
quouis alio simili carmine) iābū cōstitui: & idcirco penultimā prædictæ dictionis paraclitus:
syllabā esse longā. Sed de hoc amplius fortasse quā par sit, dictum censebitur. Denique parti-
cipatū ab omni creatura spiritū sanctū intelligere debemus, secundū cuiusque modum et sub
sistendi rationē. ab angelis quidem mentaliter & intellectualiter, ab hominibus rationaliter,
ab animalibus sensibiliter, à plantis uitaliter, ab inanimatis substātialiter & essentialiter, quē-
admodū lux solis in se uniformis, multiformiter à subiectis participatur corporibus. Enim-
uero spiritus sanctus lux est inuisibilis, cūcta plustrans, cōtinens & conseruans: sicut & in mū-
di exordio fuit, cuncta ad esse deducens. Nā (ut sacra testatur eloquia) cū in principio creauit
Deus cœlū & terrā, spiritus Domini ferebatur super aquas, ad omnia suæ uirtutis efficaciam
expandens. Veruntamen sicut filius, ita & spiritus sanctus suū esse, & quæuis alia, non à se, sed
patre, ut fonte supersubstantialis deitatis habet: quod hoc familiari exemplo utcunq; conci-
piamus. In igne splendor est & calor, diuersam habētes efficaciā: siquidem splendor illuminat
calor autem calefacit: Et habet utrunque, splēdor inquā & calor, esse ab igni, & operari. Nēpe
lux ignea ab igne consequitur illuminandi uim, & calor igneus calefaciēdi. Quod si nō sit ig-
nis, neque erit splendor igneus, neq; calor. Intelligamus itaque igni patrem, splendori filiū, &
calori spiritū sanctum quoquo pacto respondere: cognoscemus ex infimo quodam uestigio
filium & spiritū sanctum ut germina quædam & propagines deitatis, à patre originē & ope-
randi uim omnē habere. Quod & filius ipse de se attestatur Matthæi undecimo capite. Om-
nia (inqt) mihi tradita sunt à patre meo. Et Ioānis quinto: Nō possū ego à meipso facere quic-
quā: sed sicut audio, iudico. Rursum Ioānis octauo cap. A meipso facio nihil: sed sicut docuit
me pater, hæc loquor. Demū Ioānis decimosexto, filius de spiritu sancto loquens, ait: Non e-
nim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur. At quoniā sæpius dictū est, sum-
mā diuinitatē in tribus superdiuinis personis indiscretè, unialiter & indifferenter consistere,
ne quis arbitretur ipsam deitatē ex tribus illis personis ut suis partibus esse coalitā & compo
sitā, hanc compositionis suspicionem sustollit deinde Damascenus, & cōprobat diuinam sub
stantiā ex tribus prædictis subsistentijs minimè euadere cōstitutam. Quicquid enim (inquit)
ex imperfectis cōflatur, cōpositum esse necesse est, ut naturalia & arte cōstructa manifestè pan
dunt. Substātia autem diuina minimè est, cōposita, cùm sit indiuidua & simplicissima. Nō est
igitur diuina substātia, ex tribus constituta personis, ut per se imperfectis. Neq; quidē ut per
se integris & perfectis. Nam ex perfectis subsistētijs & indiuiduis, impossibile est quicquam
unū simpliciter componi, tametsi unum aggregato aut artis collinimento ex illis compingi

 possit,

possit, ut exercitus unus aut una domus. Ex Socrate enim Platone & Cicerone (quorũ quisque per se subsistit) nihil unũ cōponitur. Siquidē species rerũ ut humana, equina, aut lapidis, non ex subsistentijs est atq; per se subsistentib. indiuiduis, sed in subsistentijs cōsistit, saluatur & conseruatur. Cũ igitur supremæ deitatis personæ, perfectæ sint per se atq; integræ, nō potest ex eis intelligi cōposita diuina substantia. Præterea, quæcunq; non seruant naturã, perfectionem, nec denominationem eius quod ex illis constituitur: ad tale cōpositum collata, imperfecta sunt. ut lapis & lignum, tametsi ad propriã comparata naturam, perfecta sint & integræ res, naturales, ad ædificium tamen quod ex illis extruitur, sunt imperfecta: nam lapis neque naturã aut cōplementum habet domus, neq; nomen domus sibi uendicat. Atqui subsistentiæ, personæq; diuinæ, ipsius deitatis perfectionē, naturã & nomen integrè & cōpletè habent. Est enim pater Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus etiã Deus. Non igitur imperfectæ sunt diuinæ personæ, aut ipsius diuinitatis cōponunt naturã: sed unaquæq; per se perfectissima, & perfectionem omnem supereminens, & ipsarum in diuinitate est præter omnē cōpositionē trinitas. Nempe ut probè dicit author, compositio principiũ est diuisionis. Siquidē unumquodq; in ea diuiditur ex quibus cōponitur, aut partiũ distractione, aut mētis partes cōponentes distinguentis apprehensione: ut domus in ligna & lapides, & res naturalis in materiã & formã. Diuisio aũt à Deo prorsus est aliena: ut qui omnē refugiat multitudinem. igitur & cōpositio eidem est incongrua. Postremũ id animaduertendum, quòd per inseparabilem trium diuinarum hypostaseon immanentiã in se inuicem, excluditur multitudo & pluralitas deorum, ut scitè annotat author. Nã quia se immeant & inhabitant tres personæ, eiusdem prorsus sunt substantiæ & essentiæ. Identitas autē & unitas diuinæ naturæ, nullã admittit deorum turbã quare nec illa indigressibilis ipsarũ immãsio. Hinc cognitu nō est difficilè, cur non sint dicendi tres dij, aut plures dij tametsi tres sint personæ, & quæq; earũ sit Deus. Nam illa per multitudinis numerũ locutione designarētur plures extra se inuicem, & separati, substantiaq; differētes, diuinitatis naturã sortiti: quod utiq; impium est sentire. Quēadmodum Ioannes, Petrus & Paulus, tres dicuntur homines, quia adinuicem diuulsi, dirempti & segregati, & cuiusq; ipsorũ substantia ab aliorũ substantia numero discrepans. Itaq; per tres hypostases, incōpositionem & discretionem personarũ deprehendimus. Per consubstantialitatem uerò earũ & immanentiã, inseparabilitatem identitatis, uoluntatis, operationis, diuinorũ processuum in creaturas: per exuberantissimã bonitatis communicationē (qui hic nomine motus intelliguntur) itidem & unitatē Dei agnoscimus. Aduertere demùm est operæprecium, nomen Deus nunc substantialiter & essentialiter sumi, pro habente diuinã substãtiam, & tunc ad æquè patri & filio & spiritui sancto cōuenit: nã una ipsis est diuinitas. Vt ad Galatas ca. 3. Mediator aũt non unius est, Deus aũt unus est. Et ad Ephesios ca. 4. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, qui per omnia, & in omnib. nobis: & in alijs plerisq; scripturæ locis. Interdum uerò accipitur idē nomen hypostaticè, personaliter & discretè ꝓ una qualibet trium personarum. Nunc pro patre, ut Ioannis ca. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suũ unigenitũ daret. Et quarto ad Galatas cap. Cũ uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ, natum de muliere, factũ sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Interdũ ꝓ filio, ut Lucæ primo capite: Benedictus Dominus Deus Israel. quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et eodem loco: Per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Nonnunquã & pro spiritu sancto, ut Paulus primæ ad Corinthios duodecimo ca. Et diuisiones operationũ sunt, idem aũt Deus, qui operatur omnia in omnibus. Et in Actis Apostolorum cap. 5 beatus Petrus ad Ananiã: Anania cur tentauit sathanas cor tuũ, mentiri te spiritui sancto? Et paulo pòst: Non es mentitus hominib. sed Deo. Verũtamē qui pater principium est & fons diuinitatis filij & spiritus sancti, secundum originem sæpius in scripturis Deus discretò inuenietur sumi pro patre, quàm alijs personis. Itaq; cũ dicit littera in fine capitis, unus enim uerè Deus est, Deus & uerbũ & spiritus, primo loco Deus essentialiter sumitur & substantialiter, secundo uerò loco discretè & personaliter ꝓ Deo patre.

DE TRIVM PERSONARVM DISTINctione, & de re & ratione. Cap. XI.

Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἕτερόν ἐστι τὸ πράγματι θεωρεῖσθαι, καὶ ἄλλο, τὸ λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ. ἐπὶ μὲν οὖν πάντων τῶν κτισμάτων, ἡ μὲν τῶν ὑποστάσεων διαίρεσις, πράγματι θεωρεῖται. πράγματι γὰρ ὁ Πέτρος τοῦ Παύλου κεχωρισμένος θεωρεῖται. ἡ δὲ κοινότης, καὶ ἡ συνάφεια, καὶ τὸ ἕν, λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ

OPeræprecium aũt est nosse, aliud esse re cōsiderare, & aliud ratione atq; intelligentia. In omnibus sanè creaturis, distinctio suppositorũ reipsa consideratur: re enim Petrus à Paulo distinctus cōcipitur. Cōmunio aũt & naturę affinitas & unio ratione & intelligētia consi-

θεωρεῖται. νοοῦμεν γὰρ τῷ νῷ, ὅτι ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος τῆς αὐτῆς εἰσὶ φύσεως, καὶ κοινὴν μίαν ἔχουσι φύσιν. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ζῶον λογικὸν θνητόν, καὶ ἕκαστος σάρξ ἐστιν ἐμψυχωμένη, ψυχῇ λογικῇ τε, καὶ νοερᾷ. αὕτη οὖν ἡ κοινὴ φύσις, τῷ λόγῳ ἐστὶ θεωρητή. οὐδὲ γὰρ αἱ ὑποστάσεις ἐν ἀλλήλαις εἰσίν, ἰδίᾳ δὲ ἑκάστη, καὶ ἀνὰ μέρος, ἤγουν καθ᾽ ἑαυτὴν κεχώρισται, πλεῖστα τὰ διαιροῦντα αὐτὴν ἐκ τῆς ἑτέρας ἔχουσα. καὶ γὰρ καὶ τόπῳ διεστήκασι, καὶ χρόνῳ διαφέρουσι, καὶ γνώμῃ μερίζονται, καὶ ἰσχύϊ καὶ μορφῇ, εἴτουν σχήματι καὶ ἕξει, καὶ κράσει, καὶ ἀξίᾳ, καὶ ἐπιτηδεύματι, καὶ πᾶσι τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι. πλέον δὲ πάντων, τῷ μὴ ἐν ἀλλήλαις, ἀλλὰ κεχωρισμένας εἶναι. ὅθεν καὶ δύο, καὶ τρεῖς ἄνθρωποι λέγονται, καὶ πολλοί. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πάσης ἐστὶν ἰδεῖν τῆς κτίσεως. ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας καὶ ὑπερουσίου, καὶ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ἀλήπτου τριάδος, τὸ ἀνάπαλιν. ἐκεῖ γὰρ τὸ μὲν κοινὸν καὶ ἓν πράγματι θεωρεῖται, διά τε τὸ συναΐδιον, καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, καὶ τῆς ἐνεργείας, καὶ τοῦ θελήματος, καὶ τὴν τῆς γνώμης σύμπνοιαν, τήν τε τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἀγαθότητος ταυτότητα. οὐκ εἶπον ὁμοιότητα, ἀλλὰ ταυτότητα, καὶ τὸ ἓν ἔξαλμα τῆς κινήσεως. μία γὰρ οὐσία, μία ἀγαθότης, μία δύναμις, μία θέλησις, μία ἐνέργεια, μία ἐξουσία, μία καὶ ἡ αὐτή, οὐ τρεῖς ὅμοιαι ἀλλήλαις, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ κίνησις τῶν τριῶν ὑποστάσεων. ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτῶν ἔχει πρὸς τὸ ἕτερον, οὐχ ἧττον ἢ πρὸς ἑαυτό. τουτέστιν ὅτι κατὰ πάντα ἕν εἰσιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. ἐπινοίᾳ δὲ τὸ διῃρημένον. ἕνα γὰρ θεὸν γινώσκομεν, ἐν μόναις δὲ ταῖς ἰδιότησι τῆς τε πατρότητος, καὶ τῆς υἱότητος, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως, κατά τε τὸ αἴτιον, καὶ τὸ αἰτιατόν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ὑποστάσεως, ἤτοι τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον, τὴν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. οὔτε γὰρ τοπικὴν διάστασιν, ὡς ἐφ᾽ ἡμῶν δυνάμεθα, ἐπὶ τῆς ἀπεριγράπτου λέγειν θεότητος. ἐν ἀλλήλαις γὰρ αἱ ὑποστάσεις εἰσίν, οὐχ ὥστε συγχεῖσθαι, ἀλλ᾽ ὥστε ἔχεσθαι, κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον, ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πα-

consideratur. Mente enim cōcipimus Petrum & Paulum eiusdē naturę esse, & unius naturæ cōmunionem habere. Quisq; enim eorum est animal rationale mortale: & quisq; eorum caro est animata, anima quidem rationali & intellectuali. Hęc igitur communis natura ratione est consideranda. Nam supposita non in se inuicem sunt. proprium quidem est unumquodq;, & indiuiduū: igitur per seipsum separatum. Habet etiam plurima ipsum ab altero dirimentia. nam ea loco distinguuntur, & tempore discrepāt, & sentētia dirimunī, & robore & forma, uidelicet figura & habitu, & complexione, & dignitate, exercitio, & omnibus insitis proprietatibus. Maximè autem omnium differunt, quod non in se inuicem, sed seorsum existunt. unde & duo, & tres homines dicuntur, & multi. Hoc autem in omni conspici creatura promptum est. In sancta autem & supersubstantiali, & omnia transcendenti, & incōprehensibili trinitate, è diuerso cōperitur. Nam istic cōmune & unum re considératur, propter coæternitatem & identitatem substantiæ & operationis & uoluntatis, & consilij conspirationem, & propter potestatis & uirtutis & bonitatis identitatem (nō dixi similitudinem, sed identitatē) & propter unam motionis exuberātiam. una enim est substantia, una bonitas, una uirtus, una uoluntas, unus actus, una potestas, una & eadem, non tres ad inuicem similes: sed una, & eadem trium personarum motio. unaquæque enim ipsarum se habet ad aliam nihilo minus, quàm ad seipsum. Hoc autem est, quia secundum omnia unum sunt pater, filius, & spiritus sanctus, præter (si ita dicamus) ingignentiam, gignentiam, & processionem. Ratione autem & intelligentia hoc distinctum: nam unum agnoscimus Deum, in solis quidem proprietatibus paternitatis, filialitatis & processionis, secundum causam & causale, & personalem perfectionem, id est, existentiæ modum, differentiam intelligimus. Non enim localem distinctionem (ceu in nobis) possumus in incircunscripta assignare Deitate (nam immanentes, & in se inuicem, personæ existunt. non quod confundantur, sed quod se inhabitent quidem, secundum Domini sermonem inquientis: Ego in patre, & pa-

τῆς ἐν ἐμοί, φήσαντος. οὔτε θελήματος διαφοράν, ἢ γνώμης, ἢ ἐνεργείας, ἢ δυνάμεως, ἢ τινὸς ἑτέρου, ἅτινα τὴν πραγματικὴν καὶ δι' ὅλου ἐν ἡμῖν γεννῶσι διαίρεσιν. διὸ οὐδὲ τρεῖς θεοὺς λέγομεν, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ἕνα δὲ μᾶλλον θεόν, τὴν ἁγίαν τριάδα, εἰς ἓν αἴτιον υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων, οὐ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων, κατὰ τὴν Σαβελλίου συναίρεσιν. ἑνοῦνται γάρ, ὡς ἔφημεν, οὐχ' ὥστε συγχεῖσθαι, ἀλλ' ὥστε ἔχεσθαι ἀλλήλων, καὶ τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν ἔχουσι δίχα πάσης συναλοιφῆς καὶ συμφύρσεως. οὐδὲ ἐξισταμένων, ἢ κατ' οὐσίαν τεμνομένων, κατὰ τὴν Ἀρείου διαίρεσιν. ἀμέριστος γὰρ ἐν μεμερισμένοις (εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν) ἡ θεότης, καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων, καὶ ἀδιαστάτοις οὖσι, μία τοῦ φωτὸς σύγκρασίς τε καὶ συνάφεια. ὅταν μὲν οὖν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν, καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, καὶ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν τῆς θεότητος (ἵν' οὕτως εἴπω) κίνημά τε καὶ βούλημα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας καὶ κυριότητος ταυτότητα, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον. ὅταν δὲ πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ (τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν) ἃ ἡ θεότης, καὶ τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως ἐκεῖθεν ὄντα, καὶ ὁμοδόξως, καὶ ἀδιαστάτως, τουτέστι τὰς ὑποστάσεις τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος, τρία τὰ προσκυνούμενα, εἷς πατὴρ ὁ πατήρ, καὶ ἄναρχος, τουτέστιν ἀναίτιος. οὐ γὰρ ἔκ τινος. εἷς υἱός, καὶ ὁ υἱὸς οὐκ ἄναρχος, τουτέστιν οὐκ ἀναίτιος, ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ. εἰ δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου λάβοις ἀρχήν, καὶ ἄναρχος. ποιητὴς γὰρ χρόνων, οὐχ' ὑπὸ χρόνον. ἓν πνεῦμα, ἅγιον τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ πατρός, οὐχ' υἱικῶς δέ, ἀλλ' ἐκπορευτῶς, οὔτε τοῦ πατρὸς ἐκστάντος τῆς ἀγεννησίας, διότι γεγέννηκεν. οὔτε τοῦ υἱοῦ τῆς γεννήσεως, ὅτι ἐγεννήθη ἐξ ἀγεννήτου. πῶς γάρ; οὔτε τοῦ πνεύματος, ἢ εἰς πατέρα μεταπίπτοντος, ἢ εἰς υἱόν, ὅτι ἐκπεπόρευται, καὶ ὅτι θεός. ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος. ἢ πῶς ἂν ἰδιότης μένοι, κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα; εἰ γὰρ υἱὸς ὁ πατήρ,

ter in me: neꝙ uoluntatis differentiam, aut conſilij, aut operationis, aut uirtutis, aut cuiuſuis alterius: quæ re ipſa & per totum aggignunt in nobis diſtinctionem. Quapropter neque tres deos dicimus patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum: ſed unum potius, ſanctam trinitatem, Deum, filio & ſpiritu ſancto in unam cauſam, patrem uidelicet, relatis non compoſitis, neꝙ coniunctis ſecundum Sabellij contractionem. Vniũtur enim (ut diximus) non quod confundantur, ſed quod in ſe inuicem habeantur, & quod ab inuicem habeant diſcretionem, abſꝙ quacūꝙ concretione & commixtione. Neque ex extra ſe ſtantibus, ſecundum ſubſtantiam diuiſis, ſecundum Arrij diuiſionem. Impartibilis enim in partientibus (ut paucis abſoluam) diuinitas, & ſicut in tribus ad inuicem contiguis ſolibus & indiſtanter ſe habentibus, una eſt luminis commixtio & coniunctio. Igitur cū ad deitatem & primam cauſam reſpicimus, unicumꝙ principatum, & unam & eā dem (ut ita dixerim) diuinitatis motionem & uoluntatem, & ad ſubſtantiæ, uirtutis, actionis, & dominationis identitatem: unum eſt quod in nobis ipſis imaginamur. Cum uerò ad ea in quibus eſt diuinitas, ſiue (ut exactius loquar) quæ ſunt diuinitas, & ad ea quæ ex prima cauſa intemporaliter illic intelliguntur eiuſdē gloriæ & abſꝙ ſeparatione, hoc eſt, ad perſonas filij & ſpiritus: tres ſunt qui adorātur, unus pater, & qui pater eſt ſine principio, hoc eſt, ſine cauſa: non enim ex aliquo. unus filius, & qui filius eſt, & non ſine principio, hoc eſt, ſine cauſa: ex patre enim eſt. Si autem in tempore principium ſumas, & ipſe ſine principio: factor enim temporum eſt, non ſub tempore unus ſpiritus ſanctus, prodiens quidem ex patre non filialiter, ſed proceſſibiliter, patre non diſcedente ab ignaſcibilitate quia genuit, neque filio a generatione quia ſit ab ingenito, quo pacto enim recederet? neque ſpiritu cum patre aut filio concidente, ob idipſum quod procedit, aut quod Deus eſt: nam proprietas manet immobilis. quo modo autem maneat proprietas, mutata aut coincidens? ſi enim filius pater,

οὐ πατὴρ κυρίως· εἷς γὰρ κυρίως πατήρ. καὶ εἰ πατὴρ ὁ υἱός, οὐ κυρίως υἱός· εἷς γὰρ κυρίως υἱός, καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸν πατέρα οὐ λέγομεν ἔκ τινος. λέγομεν δὲ αὐτὸν τοῦ υἱοῦ πατέρα. τὸν δὲ υἱόν, οὐ λέγομεν αἴτιον, οὐδὲ πατέρα. λέγομεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐκ τοῦ πατρός, καὶ υἱὸν τοῦ πατρός. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν. ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν. πνεῦμα δὲ υἱοῦ ὀνομάζομεν. εἴ τις γὰρ πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος. καὶ δι' υἱοῦ πεφανερῶσθαι, καὶ μεταδίδοσθαι ἡμῖν, ὁμολογοῦμεν. ἐνεφύσησε γάρ φησι. καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ὥσπερ ἐκ τοῦ ἡλίου μὲν ἥ τε ἀκτίς, καὶ ἡ ἔλλαμψις. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ἀκτῖνος, καὶ τῆς ἐλλάμψεως. διὰ δὲ τῆς ἀκτῖνος ἡ ἔλλαμψις ἡμῖν μεταδίδοται. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ φωτίζουσα ἡμᾶς, καὶ μετεχομένη ὑφ' ἡμῶν. τὸν δὲ υἱόν, οὔτε τοῦ πνεύματος λέγομεν, οὔτε μὴν ἐκ τοῦ πνεύματος.

non pater propriè. nam unus propriè pater. & ſi pater filius, non propriè filius, unus enim propriè filius, & unus ſpiritus ſanctus. Noſſe autem oportet nos non dicere patrem ex aliquo, ſed ipſum filij patrem. filium autem non dicimus ſine cauſa, neq; patrem: dicimus autem ipſum eſſe à patre, & filium patris. Spiritum uerò ſanctũ & ex patre, & ſpiritum patris nominamus. Ex filio autem ſpiritum ſanctum non dicimus, ſed ſpiritum filij nominamus. Si quis enim ſpiritum Chriſti non habet, nõ eſt eius: diuinus inquit Apoſtolus: & per filium apparuiſſe, & nobis traditũ confitemur. Inſufflauit enim, & dixit diſcipulis ſuis, accipite ſpiritum ſanctum. Quemadmodum autem ex ſole radius & ſplendor (ipſe enim fons eſt & radij & ſplendoris) at per radium nobis ſplendor tribuitur, & ipſe eſt qui illuminat nos, & participatur à nobis. Porro filium neq; ſpiritus eſſe dicimus, neq; etiam ex ſpiritu.

COMMENTARIVS.

Quod aliud ſit, quippiã re conſiderare, & aliud ratione, diffinitiones ipſæ & explicationes quid nominis utriusq; ſatis prodũt. Siquidem re cõſideramus quicquã, cum idipſum quod res eſt, illiusq; eſſentiã attendimus. Ratione uerò cõſiderare rem dicimur, cum intellectu propriã rationem cuiuſpiã denominationis ei congruentẽ inſpicimus. Et planè hæ duæ cõſiderationes ſunt admodum diuerſæ. Nam interdum occurrit quicq; re ipſa unum, ſed ratione diuerſum, ut idem album & uiſibile, diuerſis tamen cõſiderationibus. Albũ enim dicitur, quia albedine affectum: uiſibile uerò, quia natum eſt ciere, mouereq; uiſum. Sic idem, homo & pater, Apelles & pictor, Phidias & ſtatuarius, re ipſa: aliud tamẽ & aliud ratione. Et figuræ mathematicæ, re ipſa ſenſibili materiæ ſunt addictæ, ratione tamen & intelligẽtia abſtractæ. E diuerſo nõnulla cõperiuntur re ipſa inter ſe diuerſa, eiuſdẽ tamen rationis participatione cõſpirantia, ut aliud Petrus & aliud Paulus, eadẽ tamen illis hominis eſt ratio. Et in quaq; ſpecie diuerſa indiuidua re inter ſe diſcrepant: attamẽ cõmunionem rationis ſpeciei habent eandem. Et huiuſmodi indiuidua in hominũ ſpecie, ſingularibus proprietatibus in litera numeratis diſcernuntur abinuicem, ut loco, tempore, ſententia, id eſt animi iudicio atq; exiſtimatione. Diuerſi enim diuerſa ſentiunt, & uelle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno. Diſtinguuntur & homines figura atq; habitu oris, ſiue faciei. nam in tanta hominum numeroſitate uix duos adinuicem facie aſſimiles inuenias, ut inter eos nullum ſit diſcrimen. Diſtant quoq; dignitate. nam unus ad regni faſtigium euectus dominatur, alter duram ſeruit ſeruitutem: unus magiſtratum gerit, alter uitam agit priuatam. Demum & exercitio ab inuicem diſſident. nam unus artium ſeruilium amplectitur exercitium, & architectus euadit, aut ſutor: alter uerò artium doctrinalium ſectatur ſtudium, euaditq; geometra aut medicus. Et ita de cæteris aduentitijs proprietatibus ſentiendum. Porrò in ſancta trinitate conſideratio rei & rationis prorſus oppoſito ſe habet modo, quàm dictum ſit in creaturis. In his enim, rerum & ab inuicem ſeparatorum indiuiduorum pluralitas eſt, & communis naturæ ſecundũ rationem unitas. In illa uerò, quod cõmune eſt, & tribus perſonis indifferens, re ipſa unum atq; idẽ eſt: utpote diuina natura, & conſequentes eam naturales proprietates. Vnica enim eſt & eadem prorſus Deitas: tota in patre, tota in filio, & tota in ſpiritu ſancto. Vna in tribus uirtus, una ſapientia, una bonitas: & ita de cæteris communibus proprietatibus. In quibus, perſonarũ diuinarum potius identitatem quàm ſimilitudinem (ut inquit hic author) deprehẽdimus. Nẽpe ſimilitudo eſt rerum differentiũ eadem proprietas. & conuenientiã quidem aliquorũ denotat cũ differenti, aut imaginis in ſpeculo ad faciem hominis uiuã eſt ſimilitudo, & luminis

profusi ad lucem primitiuã. Identitas uerò omnimodã designat conuenientiam, seclusa omni discrepantia. Quia igitur omnino eadem trium personarum est bonitas: sapientia, potestas, uoluntas, operatio, & quicqd multiforme, uariumq́ in creaturis, id in Deo unicè colligitur, sicut omnes numeri species in monadẽ, & omnes lineæ ad circunferentiã porrectæ, in centrũ circuli, omnesq́ laterales superficies & lineæ pyramidis ad uerticem eius atq́ conum, hinc trium diuinarum personarum in naturalibus proprietatibus identitatem potius quã similitudinem, dicere debemus. Nihilominus id unũ re ipsa quod in supersancta est trinitate, ratione & intelligentia est distinctũ. Nã ipsum cum singularibus cuiusq́ personæ sumptum proprietatibus peculiariter singulis accõmodatur. ut si intelligatur id unum, cum psonali proprietate patris, ad primã contrahitur personã: si cum singularitate filij, ad secundam: si cum spiritus sancti singulari modo subsistendi intelligitur, tertiæ attribuitur & applicatur personæ, ut in ipsis psonis secundũ causam & causale, personaleq́ perfectionem differentia intelligatur. Nẽpe pater causa est reliquarũ personarum, non causale, cum sit seipso. Filius causale est & causa: hoc ad spiritũ sanctum, illud ad patrem. Dicitur enim hic causale, quod causam habet. Spiritus sanctus autem causale est ad patrem & filium, non causa ad aliã personam diuinam, cum nulla sit reliqua. Et ob huiusmodi differentes proprietates, personalis inuenitur in diuinis pfectio: nõ quidẽ secundum naturam, sed rationem originis. Nã principalior est existendi modus patris, q à nullo est, quã cæterorum duorum qui ab eo sumũt originem. Principalior itẽ modus subsistendi filij, & ratione ordinis perfectior, quã spiritus sancti ab eo prodeũtis. Hæc tamen personalis perfectio, & eminentia originis, nullã arguit in ipsis naturæ differentiã aut distantiã, nullamq́ unius ultra alias in ijs quæ ad naturam attinent, perfectionem. Quocirca per hanc unitatis diuinæ substantiæ & discretionis personarum confessionem, tollitur impietas Sabellij, cõfundẽtis diuinas personas, ut diuinitatis unitatem facilius astrueret: negantisq́ pluralitatem personarũ, sed solã in ipsis nominũ & rationum differentiã ponẽtis. Tollitur & impietas Arrij, diuidentis diuinã substantiã, & tres secundum personarum numerum abinuicem separatas substantias asseuerantis, ut pro suo arbitrio trinitatem personarum cõmodius defensaret. Verũ ambo cum unã catholicæ ueritatis partem contendunt plus æquo tutari, ab alterius sinceritate decidunt in barathrum erroris, & inter se pugnantium hæresiũ facti sunt duces primarij. Inter has autẽ duas syrtes, Scyllã & Charybdim, ecclesia catholica rectum fidei tramitem tenet, diuinæ naturæ simplicem unitatem cũ personarum distinctione & discreta pluralitate cõfitens: quã professionem à filio quoq́ didicit, dicente Ioanne 10. capite, Ego & pater unũ sumus. Cæterum utraq́ supradictarũ insaniarum, falsarumq́ adinuentionum, ualidè confutatur à Cyrillo in commentarijs super Ioannem: præsertim explanatione primarum particularum ipsius Euãgelij, scilicet, Et uerbum erat apud Deũ, & Deus erat uerbum. Vt autem intelligatur inseparabilis trium diuinarũ personarum in se inuicem immanẽtia, & quomodo impartibilis est in partiẽtibus & tribus discretis diuinitas: subiungit author exemplum de tribus adinuicem cõtiguis solibus, in quibus tamen una est luminis commixtio sequens propemodum consimilem manuductionem beatissimi patris Dionysij, qua ad idem comprobandum utitur secundo capite libri De diuinis nominibus, dicens: Quemadmodũ cæreorum lumina in domo una cum sint, & tota in totis mutuò sunt, & integra tamen atq́ pfecta, & à se inuicẽ discretione separãtur, discretione coniuncta & coniunctione discreta. Denique cernimus in domo plurimis tędis illustri, ad unum quoddã lumen coniungi omnia lumina, fulgoreq́ unum indiscretum, inuiduumq́ præferre. Deinde ea lumina discreta esse & impermixta cõprobat, quia si una tædarũ auferatur à domo, totum simul illius exibit lumen neque quicquã luminis aliarũ tædarum subducet, aut aliquid sui luminis cæteris relinquet. Per illud unũ lumẽ ad quod omnia coniunguntur, utcunq́ ualet humana imbecilitas: indiuiduã Deitatis substantiã, per plura uerò (ut trium tædarum lumina, in illo uno coniũctè discreta) tres supersanctæ Deitatis personas seinuicem immeantes & inhabitantes concipiat. Intelligat tamen & hanc imaginem, ipsa incõpræhensibili trinitate longè esse inferiorẽ. Huiusmodi autẽ inhabitatio, siue immeatio (quantũ humana capere mens potest) est mutua diuinarum personarũ in seinuicẽ sine cõfusione immanentia. In qua, pfecta integraq́ personarũ seruatur cũ coniunctione discretio, & cũ discretione coniunctio, substantiæ unitatem & personalẽ distinctionem in diuinitate insinuans. Et ipsa quidem innuitur Ioannis 10. cap. Cum filius de seipso dicit: Vt cognoscatis & credatis, qa ego in patre, & pater in me est. Et Ioannis 14. Philippe q uidet me, uidet & patrẽ meum. Non credis quia ego in patre & pater in me est? Verba q̃ ego loquor, à meipso non loquor. Pater autẽ in me manens, ipse facit opera. Demũ Ioan. cap. 1. Vnigenitus in sinu patris esse perhibetur. Itaq́ si ad Deitatem, primariam rerum omniũ causam, mentis nostræ consideratio conuertatur: potius unum est quod nobis contẽplantibus occurrit. Si uerò ad tres personas, in qbus & coniũctim & separatim sumptis est diuinitas, siue q̃ quomodocunq́ sumptæ sunt ipsa diuinitas, attẽdimus (nempe pater est idipsum quod diuinitas, & filius itidẽ, & spiritus sanctus. Quinetiã pater, filius & spiritus sanctus simul, sunt idem quod diuinitas) si etiã ad ea diuina supposita quæ ex prima causa æternè pdeunt,

deunt,utpote ad filium & spiritum sanctumq́ ex patre,substãtiali deitatis fonte,suam ab æterno ducunt originem)mentis aciẽ flectimus,ilico tres occurrunt diuinæ hypostases,simul adorandæ & cõglorificandæ.Inter quas pater principiũ est,& sine principio tẽporis siue durationis,itẽ et originis.Filius principium spiritus sancti est,& causa,de principio originis,scilicet patre,sine tamen principio tẽporis.Spiritus sanctus autem amplius principium nõ est sequentis diuinæ psonæ,habens principiũ originis patrem & filium:& sine principio durationis,nã utriq; eorum coæternus est.Attamen pater filius & spiritus sanctus,unicũ sunt rerum conditarum principiũ,quemadmodũ de seipso filius perhibet sciscitantibus Iudæis,Tu quis es?Principiũ(inquit)qui & loquor uobis.Demum animaduersione dignũ id uidetur,quod cum author in litera præscribit,determinatq; rationẽ rectẽ loquẽdi de diuinis personis adinuicem cõparatis:dicit non esse admittendũ,spiritum sanctum esse ex filio,secundum Græcorum loquens sententiã,autumantium spiritum sanctum ex filio nequaquã pcedere. Quod tamen Christi repugnat uerbis,Ioan.15.cap.dicentis: Cũ uenerit spiritus paracletus,quẽ ego mittã uobis à patre,spiritũ ueritatis. At quomodo mittet filius eum qui ex se nequaquã est? Rursum Ioã.16.filius de spiritu sancto loquẽs,ait:Ille me clarificabit,quia de meo accipiet. De nullo autem accipit spiritus sanctus,nisi de quo habet & esse.Deniq; Ioan.20. insufflans in discipulos inquit,Accipite spiritũ sanctũ:quemadmodũ & hic litera adducit.Quid autẽ halitus ille discipulis insufflatus aliud indicat,nisi ita intellectualẽ spiritũ ab intellectuali esse filio,sicut corporeus prodịt de corporeo?Quod si pater spiritui sancto dat originẽ,nõ autem filius,quonã pacto omnia quæ habet pater erunt filịj,& omnia à patre tradita dicentur filio?cũ uis illa spiritui sancto dãdi originem,non sit cõmunicata filio:cui tamen nullo pacto repugnat. Ad hæc,splendor solis mortalium oculis infusus(ne à literę discedamus exẽplo)nõ ex sole dũtaxat est,uerum etiã & à radio,à sole ad nos usq; protenso atq; diffuso. Amor itidem nõ ex cognoscente solũ & amãte pficiscitur,sed & ex cognito ac amato ut obiecto enascitur. quis enim eum amauerit,q prorsus sibi sit incognitus?quis item uerum & sincerum censebit amorẽ,qui mutuus nõ sit ac reciprocus?Atq spiritus sanctus amor est patris ad filiũ:& ediuerso,utriusq; nexus amorosus & uinculũ dilectionis.Nõ igitur ex solo procedit patre,sed & filio.Quod et Athanasius inter Græcos clarissimus in suo attestatur symbolo:Spiritus(inqt)sanctus à patre filio, non factus,nec creatus,nec genitus,sed pcedens.Et in symbolo Niceno catholica cõfitetur ecclesia,quod spiritus sanctus ex patre filioq; procedit.Eiusdẽ est sententiæ Didymus,inter Græcos præcipuus,in libro de spiritu sancto. Et Ioannes Chrysostomus uitæ integritate & doctrinæ splendore celeberrimus,idẽ sentit.Quod & rationi magis consonũ uidetur,& in uestigịjs apertẽ cernitur.In quibus cũ tria dãtur unicũ cõstituentia & simplicem nexum,duo extrema & mediũ,& mediũ à primo oritur extremo,secundũ extremũ à primo oritur & medio:ut Adã,Eua,Seth.Quorũ Adã primum extremum,à nullo est homine. Eua medium horum,à solo primo est extremo.Seth.uerò secundũ extremum,à primo extremo ducit originẽ & medio.Itaq; intellige,ipsi Adæ in diuinis patrem respondere,Euæ filiũ,& ipsi Seth ordine tertio spiritũ sanctum. Videbis apertẽ in uestigio,spiritũ sanctum à patre & filio pcessionis ortum uẽdicare.Et reuera satius est ipsi Euę filiũ,& ipsi Seth spiritum sanctum adaptare,quã ediuerso,quemadmodũ prius author cõparauerat. Nã ex hac comparatione Euæ ad filium & ipsius Seth ad spiritum sanctũ,clare perspicies,filium Dei ex una solum psona,spiritũ sanctum uero ex duabus originẽ ducere,quãuis modus originis in diuinis & humanis non usquequaq; respõdeat:est em̃ filius Dei genitus ex patre,Eua autem non est genita:Spiritus sanctus etiã genitus dici non debet,Seth autem genitus est.Author uero cũ posuit humanæ propagationis exemplũ,quo ad diuina intelligenda cõscenderemus,modũ originis diuinarum personarum exprimere uolens,ipsum Seth filio Dei adaptauit,quod uterq; genitus est.Euã uerò spiritui sancto,quod non fuerit ipsa genita,sicut nec spiritus sanctus genitus:& quod ex uno solo,scilicet Adã,ipsa ortum habuerit,sicut & posuit spiritum sanctũ ex solo patre pcedere.Verùm cũ id modo reprobatũ sit,propinquior nobis ad ueritatẽ patebit uia,si priori manuductioni ad diuina(quæ præter authoris sententiã data est)animum intenderimus.Cæterum ut ad propositũ cõprobandum reuertamur,similiter ita uidemus ex monade binarium,& ex monade itidem & binario ternariũ surgere. Est autem pater ut unitas,filius ut binarius,spiritus sanctus ut ternarius:si ordinẽ & ortus rationem,emanationemq; attendimus. Neq; tamen idcirco erroris notam authori impingere fas est,quod more Græcorum senserit spiritum sanctũ per filium,non autem ex filio procedere:sed pro temporis cõditione humanã excusare ignorantiã,ut qui tempus,quo spiritus sancti processionem ex patre filioq; credendã ecclesia catholica expresse determinauit,antecesserit. In ịjs autẽ quæ necdũ publico decreto finita sunt,antequã apertẽ determinentur,diuerso interdũ modo sentire cõperiuntur probati authores.Quemadmodũ de immaculata cõceptione sacratissimæ uirginis Marię,quod fuerit immunis & expers originalis culpæ,antequã catholica id definiret ecclesia,graues & celebres antiq patres diuersa sentire deprehenduntur:qđ tamẽ post diffinitionẽ uniuersalis ecclesiæ,ipsam scilicet contagionis & maculæ primæuæ prorsus exortem esse,amplius in dubiũ reuocare fas nõ est,aut refutare.Adde quod antiquorum apud Grçcos authorum,ut Cyrilli,

Damasceni & similiũ, à Latinis in uoce potius & modo explicãdi emanationẽ spiritus sancti est discrepantia, ꝙ in ipsa re. Eandem enim penitus sententiam prætendunt, dicentes spiritũ sanctum per filium procedere, ꝙ latini dicentes spiritum sanctum procedere ex filio: licet alijs ad illã exprimendã utantur uerbis, ut ex annotatis circa nonam propositionẽ quinti libri Ricardi De trinitate, diffusius idẽ innotescit. Porrò quod filius spiritũ sanctum à patre procedere dicat, se non nominato, nihil oppositã partem corroborat, cum etiã filius non dicat spiritũ à patre solo procedere, neq; ex se prodire neget. Itaq; cũ patrẽ nominat, primarium processionis authorẽ: ipse quoq; in patre intelligendus est, ad quẽ etiã ea quæ à patre accepit et habet, referre solet. Quia igitur à patre accepit filius, quod à se etiã ꝓcedat spiritus, idipsum ad patrem referens, eũ solũ nominat: ut sentit Augustinus. Cæterum sicut filium non dicimus esse patrem, quia alius pater, alius filius, tametsi non aliud pater aliud filius: ita neq; filiũ, spiritus esse dicimus, quia ex spiritu non habet suã originẽ, sed ex solo patre. quemadmodũ ediuerso nominatur spiritus filij & spiritus Christi in scripturis, quia spiritus à filio suũ habet ortũ. Neque etiã filius dicitur esse ex spiritu, qa spiritus ipse non est filij principium, neq; causa. Vnde rationes loquendi exprimentes diuinarũ personarum adinuicem habitudinẽ, & unius ab alia originem, quæ in litera annotãtur, possunt certo quodã ordine per has propositiones digeri. Prima: Pater in diuinis nõ est ex filio, sed rectè dicitur pater filij, & neq; est ex spiritu sancto neq; dicitur catholicè pater spiritus sancti. Primũ & tertiũ patet: quia pater principiũ est sine principio: & seipso: Secundũ, quia filius ab ipso habet originẽ per generationem æternã. Quartũ, quia spiritus sanctus ab ipso patre non prodit per generationem, neq; eius filius dicitur, ut superius ostensũ est. Secunda propositio, Filius est ex patre, & rectè patris filius nuncupatur: sed neque est ex spiritu, neq; filius ipsius spiritus uerè uocatur. Primũ & secundũ cõstat ex plurimis scripturæ testimonijs, & nostræ fidei confessione, qua profitemur filiũ ex patre natũ ante omnia sæcula. Tertiũ uerò & quartũ, quia filius à spiritu sancto in diuinis nõ habet ortũ, neque spiritus sanctus eius pater dici rectè potest. Tertia propositio, Spiritus sanctus ex patre est, & spiritus patris dicitur. Itidẽ & est ex filio, & spiritus filij in scripturis etiam nominatur. Primũ patet, quia spiritus ex patre procedere omniũ confessione censetur. Secundũ constat ex uerbo Domini, Matthæi decimo, dicentis: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri ꝗ loquitur in uobis. Tertiũ itidem clarũ euadit ex ante dictis, quoniã spiritus sanctus etiã ex filio procedit, quãuis hanc tertiam enunciationem author in litera refutet, propter causam supradictã. Quartũ est notum ex uerbo Apostoli, ad Galatas quarto capite dicentis: Quoniã autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui, clamantẽ in corda uestra: abba, pater. Cæterum in hac cõparatione unius diuinarum personarum ad duas reliquas, posita est gemina loquendi ratio, una per ablatiuũ casum, altera uerò per genitiuũ: quoniã illarum una aliquando admittitur, & altera de eodem negatur. ut nullus rectè admiserit quod pater est ex filio: tamen tribuet istã, quod Deus pater est pater filij. Et hæ duodecim propositiones surgentes ex huiusmodi personarum collatione mutua, partim quidem hic in litera continentur & exprimuntur, partim uero ex superius dictis colligi possunt.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΘΕΟΥ λεγομένων. ι.

Τὸ θεῖον ἁπλοῦν ἐστὶ, καὶ ἀσύνθετον. τὸ δὲ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συγκείμενον, σύνθετόν ἐστιν. εἰ οὖν τὸ ἄκτιστον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀσώματον, καὶ ἀθάνατον, καὶ αἰώνιον, καὶ ἀγαθὸν, καὶ δημιουργικὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐσιώδεις διαφορὰς εἴποιμεν θεοῦ, ἐκ τοσούτων συγκείμενον, οὐχ ἁπλοῦν ἔσται, ἀλλὰ σύνθετον. ὅπερ ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστί. χρὴ τοίνυν ἕκαστον τῶν ἐπὶ θεοῦ λεγομένων, οὐ τί κατ' οὐσίαν ἐστὶ, σημαίνειν οἴεσθαι, ἀλλ' ἢ, τί οὐκ ἐστὶ δηλοῦν, ἢ σχέσιν τινὰ πρός τι τῶν ἀντιδιαστελλομένων, ἢ τι τῶν παρεπομένων τῇ φύσει, ἢ ἐνέργειαν. δοκεῖ μὲν οὖν κυριώτερον πάντων τῶν ἐπὶ θεοῦ λεγομένων ὀνομάτων εἶναι, ὁ ὤν. καθὼς αὐτὸς χρηματίζων, τῷ μωσεῖ

DE IIS QVAE DE DEO dicuntur. Cap. XII.

Deus simplex est, & incõpositus: quod aũt ex multis & differẽtib. coalescit, compositum est. Si igitur increatum, non initiatum, incorporeum, immortale, æternum, bonum, conditorem, & id genus, substantiales differentias differentesq; substãtias dixerimus in Deo, ex tot coalitum, minime simplex erit, sed compositum: quod quidẽ extremę impietatis est. Par est igitur, ut nũquodq; eorũ quę de Deo dicuntur, nõ quid est secundũ substãtiã arbitrari significare, sed qd nõ est ostendere: aut habitudinẽ quãdã ad aliquid eorũ quæ ab eo distinguuntur, aut eorũ quæ assequuntur naturã, aut operationem. Enimuero uidetur principalius omniũ de Deo, dictorum nominũ esse, Qui est: quemadmodũ ipse dans responsum Mosi in mon-

ἐπὶ τοῦ ὄρους φησίν, εἰπὸν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, οἱονεί τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον, καὶ ἀόριστον. ὡς δὲ ὁ ἅγιος Διονύσιος φησίν, ὁ ἀγαθός. οὐ γὰρ ἔστιν ἐπὶ θεοῦ εἰπεῖν, πρῶτον τὸ εἶναι, καὶ τότε τὸ ἀγαθόν. δεύτερον δὲ, ὁ θεὸς ὄνομα, ὃ λέγεται ἢ ἐκ τοῦ θέειν καὶ περιέπειν τὰ σύμπαντα ἢ ἐκ τοῦ αἴθειν, ὅ ἐστι καίειν. ὁ γὰρ θεὸς πῦρ καταναλίσκον πᾶσαν κακίαν ἐστίν. ἢ ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ πάντα. ἀλάθητος γὰρ ἐστι, καὶ πάντων ἐπόπτης. ἐθεάσατο γὰρ τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν ἀχρόνως ἐννοήσας καὶ ἕκαστον κατὰ τὴν θελητικὴν αὐτοῦ ἄχρονον ἔννοιαν· ἥτις ἐστὶ προορισμός, καὶ εἰκών, καὶ παράδειγμα ἐν τῷ προορισθέντι καιρῷ γίνεται. τὸ μὲν οὖν πρότερον αὐτοῦ τοῦ εἶναι παραστατικόν ἐστι, καὶ οὐ τοῦ τί εἶναι. τὸ δὲ δεύτερον, ἐνεργείας. τὸ δὲ ἄναρχον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀγέννητον, ἤτοι ἄκτιστον, καὶ ἀσώματον, καὶ ἀόρατον, καὶ τὰ τοιαῦτα, τί οὐκ ἔστι δηλοῖ. τουτέστιν, ὅτι οὐκ ἤρξατο τοῦ εἶναι, οὐδὲ φθείρεται, οὐδὲ ἔκτισται, οὐδέ ἐστι σῶμα, οὐδὲ ὁρᾶται. τὸ δὲ ἀγαθόν, καὶ δίκαιον, καὶ ὅσιον, καὶ τὰ τοιαῦτα, παρέπονται τῇ φύσει, οὐκ αὐτὴν δὲ τὴν οὐσίαν δηλοῖ. τὸ δὲ κύριος, βασιλεύς τε, καὶ τὰ τοιαῦτα, σχέσιν πρὸς τὰ ἀντιδιαστελλόμενα δηλοῖ. τῶν γὰρ κυριευομένων λέγεται κύριος, καὶ τῶν βασιλευομένων βασιλεύς, καὶ τῶν δημιουργουμένων δημιουργός, καὶ τῶν ποιμαινομένων ποιμήν.

in mõte, inquit: Dic filijs Israel, qui est, misit me. Totum enim in seipso comprehendens, habet ipsum esse, ueluti quoddam pelagus substantiæ infinitũ, & interminum. Quemadmodum autẽ sanctus ait Dionysius, primarium Dei nomen est bonum, non enim primum est dicẽdum de Deo esse, sed ipsum bonum. Sequens uerò nomen est Deus, qui Græcè θεός, uel à θέειν, id est, currere & disponere uniuersa: uel ab αἴθειν, id est, urere (Deus enim ignis est, omnẽ malitiam consumens) uel à θεᾶσθαι, id est intuendo omnia. Nam nihil eum latêre potest, immò omnium inspector est. Intuetur enim omnia priusquam deducantur ad ortum, intemporaliter intelligens unumquodq; secũdum uoluntariam ipsius intemporalem intelligẽtiã: quę quidem est prędiffinitio & imago, cuius exemplũ & expressio in prædiffinito tempore fit. Pręcedens autẽ nomẽ ipsius esse, quodq; sit Deus ostensiuũ est: non autem quid sit: præsens autem, operationẽ insinuat. Sed hæc sine principio esse, incorruptibile, ingenitum, id est, increatum, incorporeum, inuisibile, & eiusmodi, quid non est indicãt: hoc est, quod non incepit esse, neque corrumpitur, neque creatur, neque corpus est, neque uidetur. At uerò bonum, iustum, sanctum, & id genus talia, naturã consequuntur, non autem substantiam ostendunt. Hæc autem, Dominus, rex, & huiusmodi respectum ad ea quæ ex aduerso distinguntur, monstrant. Nam eorum quibus dominatur, dicitur Dominus: & eorum quos regit, rex: & conditorũ, conditor: & eorum qui ab eo pascuntur, pastor.

COMMENTARIVS

POstquam in huius ca. principio ꝓbauit author diuersa Deo accõmodata nomina, uarias rerũ in eo differentias nõ denotare (qđ id summæ eius simplicitati obstaret) sed solã rationũ diuersitatẽ, & consideratione: tria potissimũ assignat nominũ genera quæ Deo adscisci solent, & quodq; eorum suis manifestat exemplis in calce ipsius capitis. Primũ genus est nominum negatiuorum, quid Deus nõ est ostendentiũ: ut increatũ, ingenitũ, incorruptibile, incorporeũ. Secundum, eorum quæ indicant quandã habitudinem Dei ad creaturas: ut Dominus, rex, conditor, pastor. Tertium genus, & eorũ quæ designãt aliquid cõsequens naturã Dei, aut operationẽ: ut iustũ, bonũ, sanctum, sapiens. Inter hæc aũt omnia de tribus Dei nominib. author hic peculiariter disserit, utpote qui est, primo apud Hebræos Dei nomine: bonũ, & Deus. Quorũ præcipuũ & primariũ dicit esse (et rectè quidem) id nomẽ, qui est. nẽpe idipsum, substantiã, essentiãq; Dei indicat. Alia autẽ nomina, rationẽ quandã accidẽtariã, Dei naturã aut operationẽ cõsequentem: substãtia autẽ accidẽtaria affectione et operatione prior atq; principalior. Neq; huic obuiat, qđ sacratissimus pater Dionysius primũ Dei nomẽ dicit esse, bonũ, cũ secundo capite diuinorũ nominum inquit: Diuinã totã substantiã quicquid illa est) ipsa bonitas diffinire atq; aperire à sacris eloquijs dicitur. Idẽ capite tertio eiusdẽ operis. Ac primũ quidẽm perfectissimã, omniumq; Dei processuum interpretem, boni appellationẽ intueamur. Deniq; ibidẽ capite quarto eiusdẽ libri: Age ergo ad ipsam iã boni appellationẽ pergamus explicandum, quam theologi peculiariter summæ Deitati ex omnibus applicant: ipsam (ut reor) substantiam diuinam, bonitatem appellantes, & quia eo ipso quod

est bonũ,ut substantiale bonũ,in omnia quæ sunt pertendat bonitatẽ. Nempe boni appellatio prima est ad insinuandã nobis diuinã substãtiam,per beneficos suorum munerum in hæc inferiora processus,q̃ ratione boni potissimũ nobis innotescunt,ob idipsum quod boni proprium est in alia se diffundere:quẽadmodum ꝑ suorum ad nos radiorum deriuationem,solis substãtia nostris oculis inaccessa,mortaliũ ostenditur aspectui.Nomen uerò,qui est,diuinã designat substantiã,ut in seipsa est occultissimè latens,omnes entiũ gradus supereminẽter & superexcellenter in se unicè cõtinens,& tãto rerum inferiorũ essentias interstitio transcendens, ut hæ ad Deũ collocatæ,nõ entia potius q̃ entia dici mereãtur.Entia quidẽ,qđ à summo ente ꝑfecta sunt:nõ entia uero,quia à diuinæ essentiæ immẽsitate im ꝓportionaliter deficiũt atq; discedunt.Porrò tres subiũctæ huiusce nominis Deus interpretationes,locũ habẽt & frequẽtem usum in scripturis.Secundũ primã enim deriuationem qua dicitur à θέειν,id est disponere uniuersa,octauũ Sapientiæ caput ꝓhibet de eo,quod attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.Secunda autẽ efformatio qua deducitur ab αἴθειν,id est urere,eidem cõpetere dinoscitur per Apostolum ad Hebræos ca.12.dicẽtem: Etenim Deus noster ignis cõsumens est.Et per Lucã ca.12. Ignem ueni mittere in terram: & quid uolo,nisi ut succendatur? Demũ & tertia deriuatio qua dicitur à θεᾶσθαι,id est intuẽdo omnia:eidem etiam cõgruit.Nam Ecclesiastici 23.ca. Vir iniquus tenebris fidẽs ad perpetrandũ scelus.& ibidẽ dicens: Quis me uidet?tenebræ circundãt me,& parietes cooperiũt me,& nemo circumspicit me,quẽ uereor? delictorũ meorum non memorabitur altissimus:à sapiente meritò reprehenditur:quod non intellexit quoniã omnia uidet oculus Dei,neq; etiã cognouit quoniã oculi Domini multo plus lucidiores sunt sup solẽ,circumspicientes omnes uias hominum,& ꝓfundum abyssi & hominũ corda,intuentes in absconditas partes.Domino eñ Deo antequam crearentur omnia sunt agnita,sic & post ꝑfectũ respicit omnia.Et Paulus ad Hebræos ca.4.Neq; ulla creatura est inuisibilis in conspectu eius:omnia eñ nuda & aperta sunt oculis eius. Cæterum hanc tertiã deductionem supradicti nominis explanãs author, dicit intemporalem Dei intelligẽtiã esse prædiffinitionẽ & imaginem,cuius exemplum & expresio in prædiffinito tempore fit.Nemqe ut architectus domũ exemplarem,materia & mole uacãtem,mente cõtinet,ad cuius similitudinẽ efformat domum extrinsecã,ut exemplum & expresionem illius archetypę domus:sic rerũ omniũ author Deus,creandorum in sua æterna sapientia exemplares habuit & diuinas rationes,antequã fierent,quarum exemplũ & expressio facta est cum ad ortum deducta sunt uniuersa. Hinc Ioannes 1.ca.dicit:Quod factũ est,in ipso uita erat. quia quicquid à Deo conditũ est,in spirituali factoris ratione semp uiuit & uixit. Porrò perfectior est domus exemplaris & menti intima,quã externa ex lapidibus & lignis cõgesta. Nam domus facta in opere, mutatur & perit. In mente autẽ artificis reposita, permanet stabilis:ita ut ꝑ eã rursum alia fieri posit:illa prius facta,pereunte.Ita ratio,sapientia & prædiffinitio rerũ, multo perfectior est in Deo(nam ei coæterna,uiuens & iugiter una)quã res ipsæ factæ,temporales,inanimæ,fluxæ atq; defluæ.Idẽ exprimit & Paulus ad Hebræos capite undecimo dicẽs:Fide intelligimus aptata esse sæcula uerbo Dei,ut ex inuisibilibus uisibilia fierẽt:id est,ex mũdo intellectuali q̃ in Dei erat sapientia,fieret mũdus iste corporeus & uisibilis,cuius partes singulæ antequã cõderentur erãt in Dei sciẽtia,nõ erãt in sua natura.Deniq; Seuerinus Boetius idẽ attestatur,hoc(quod Deo concinit)carmine:Tu cuncta superno

Ducis ab exemplo,pulchrum,pulcherrimus ipse,
Mundum mente gerens,similiq; in imagine formans.

Sic & cuiusq; rei futuræ in mẽte diuina prædiffinitio est præcognitiõ eius et præordinatio, cuius exemplũ & exterior expresio fit,cũ res illa prędiffinita atq; præcognita,pręcõstituto tẽpore exoritur.Nõ enim quicquã deducitur ad ortum,quod à diuina intelligentia non fuerit prædiffinitũ,cum nihil fugiat eius dispositionẽ,nihil ordinationem suã prætereat, aut lateat eius prouidentiam. Nemo tamen putet his nominibus iã explicatis,aut alĳs,nos posse exactè & omnino Dei naturã & sublimitatẽ expromere:ut qui sit super omne nomen quod nominatur nõ solũ in hoc sæculo,sed etiã in futuro,& quo omnis nominatio & humana & angelica inferior est.Enimuero diuinus pater Dionysius in primo ca.libri De diuinis nominib. ingenuè profitetur,Deũ omnia esse quę sunt,rerumq; omnium nominibus posse nuncupari. quod nihil sit in rerũ natura subsistens, quod nõ habeat aliqđ summæ diuinitatis uestigiũ, unde illius nomen Deo posit ritè & piè accõmodari.Rursum idem contestatur Deũ nihil esse eorũ quę sunt,quod supra omnia est,& omnia exuperat:proinde nomen omne recusat,q̃ transcendit uniuersa q̃ nominari possunt.Idcirco sentit nullũ inueniri posse nomen,quod ꝓprie Deo assignetur.Et quemadmodũ de nomine Dei(quod est admirabile)dictum est:ita & de eius diffinitione sentiendũ,quod scilicet quid sit Deus secundum substantiam ac naturam, incõprehensibile omnino est atq; ignotum,ut superius quarto capite disseruit author.Quamuis enim nõnulli hanc Dei diffinitionem asignant,quod est præstans quædã natura,qua nihil est melius,cuius prouidentia mundũ quem cõdidit gubernat,& alĳ alias rectè afferãt eius descriptiones:non tamen omnimodè per eas explicãt idipsum quod Deus est,quãdoquidẽ illud suprà sermonẽ omnem & mentem eminet. Vnde non penitus improbandũ,qđ Simonides

nides poeta fecisse & dixisse dicitur, cum hac de re interrogaretur. Quærente eñ ab eo Hierone Syracusano quid na'm esset Deus, deliberandi sibi spacium, unū diem dari postulauit. Cū idem ex eo postridie rogaret, biduum petijt: tum sæpius eo idem petente, duplicauit semper numerum dierum. tandē uerò interroganti Hieroni, cur ita faceret: quia quanto (inquit) diutius considero, tāto mihi res uidetur obscurior. Significauit planè hisce uerbis, imperscrutabilē Dei esse rationem, & humano ingenio inaccessam, ignotam atq; incomprehensibilem.

ΠΕΡΙ ΘΕΙΑΣ ΕΝΩΣΕΩΣ καὶ διακρίσεως. ι.

Πάντα μὲν οὖν ταῦτα κοινῶς ἐπὶ πάσης τῆς θεότητος ἐκληπτέον, καὶ ταυτῶς, καὶ ἁπλῶς, καὶ ἀμερῶς, καὶ ἡνωμένως. διακεκριμένως δὲ τὸ πατὴρ, καὶ τὸ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ἀναίτιον, καὶ τὸ αἰτιατὸν, καὶ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ ἐκπορευτόν. ἅτινα οὐκ οὐσίας εἰσὶ δηλωτικὰ, ἀλλὰ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως, καὶ τοῦ τῆς ὑπάρξεως τρόπου. ταῦτα οὖν εἰδότες, καὶ ἐκ τούτων, ἐπὶ τὴν θείαν οὐσίαν χειραγωγούμενοι, οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν καταλαμβάνομεν, ἀλλὰ τὰ περὶ τὴν οὐσίαν. ὥσπερ οὐδὲ ἐὰν γνῶμεν, ὅτι ἡ ψυχὴ ἀσώματός ἐστι, καὶ ἄποσος, καὶ ἀσχημάτιστος, ἤδη καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς κατειλήφαμεν. οὐδὲ τοῦ σώματος εἴπερ γνῶμεν ὅτι λευκὸν, ἢ μέλαν ἐστὶν, ἀλλὰ τὰ περὶ τὴν οὐσίαν. ὁ δὲ ἀληθὴς λόγος διδάσκει ἁπλοῦν εἶναι τὸ θεῖον, καὶ μίαν ἁπλῆν ἔχειν ἐνέργειαν, ἀγαθὴν, καὶ πᾶσι τὰ πάντα ἐνεργοῦσαν, κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα. ἥτις πάντα θάλπει, καὶ ἐν ἑκάστῳ κατὰ τὴν φυσικὴν ἐπιτηδειότητα, καὶ δεκτικὴν δύναμιν ἐνεργεῖ, ἐκ τοῦ δημιουργήσαντος θεοῦ τὴν τοιαύτην εἰληφὼς ἐνέργειαν. διακέκριται δὲ, ὅσα τῆς θείας, καὶ φιλανθρώπου τοῦ θεοῦ λόγου σαρκώσεως. ἐν τούτοις γὰρ, οὔτε ὁ πατὴρ, οὔτε τὸ πνεῦμα, κατ' οὐδένα λόγον κεκοινώνηκεν, εἰ μὴ κατ' εὐδοκίαν, καὶ κατὰ τὴν ἄρρητον θαυματουργίαν, ἣν καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ὁ θεὸς λόγος γενόμενος εἰργάζετο, ὡς ἀναλλοίωτος θεὸς, καὶ θεοῦ υἱός.

DE DIVINA VNIONE ET *discretione. Cap.* XIII.

Illa igitur omnia cōmuniter in tota diuinitate sunt suscipienda, & (ut ita dicā) identiter & simpliciter, & indiuiduè & unialiter. Discretè aūt pater, & filius, & spiritus sanctus, causa, causale, ingenitū, genitū, & procedens, quæ non substantiæ sunt indicatiua, sed habitudinis adinuicē, & modi subsistēdi. Hæc igiř nos scientes, & ad diuinā substantiā manuducti, nequaquam ipsam substantiam comprehendimus, sed ea quæ sunt circa substantiam, perinde neque si cognouerimus animā esse incorpoream, sine quātitate & figura: iam eius substantiam comprehēdimus. neq; corporis substantiam, ubi cognouerimus q̄d albū aut nigrū est, sed ea quæ circa substantiam sunt. Verus autē sermo docet simplicem esse Deum, & unam simplicem habere operationē, bonam, omnib. omnia operantem, instar solis radij, qui omnia fouet, & in unoquoq; secūdum naturalem habilitatē, & quātū capere potest operatur, ab eo qui eum condidit Deo, talem adeptus operationis uirtutem. Discreta sunt autem & quæcunq; sunt diuinæ & miseratricis uerbi Dei incarnationis. In his enim neq; pater, neq; spiritus, ulla ratione communicant, nisi secundum bonā uoluntate acceptionem, & secundum ineffabilem miraculorum operationem, quam & secundum nos homo factus Deus uerbum operabatur: ut immutabilis Deus, & Dei filius.

COMMENTARIVS.

Quæ cōiunctè dicuntur de Deo, & quæ discretè, hic elucidat author, nō discedēs à sententia diuini Dionysij, q̄ habet de coniuncta & discreta theologia, partè prima capitis secundi De diuinis nominib. Illa quidē cōiunctè & unialiter de Deo dicūtur, quæ & toti diuinitati, & cuius itidē diuinarū personarū sigillatim aptè attribuuntur, neq; discretionem inter eas designāt, ut diuinitas ipsa potens est, sapiens, & bona, sic & pater potens, bonus & sapiens, & filius, & spiritus sanctus, cū eadē prorsus triū sit potestas, sapientia, & bonitas. huiusmodi aūt sunt denominationes triplices, in præcedente capite expressæ, quarū una quæq; cōmuniter Deo cōiunctèq; cōgruit. Discretè uerò de Deo dicuntur illa, quæ non totiintegræq; Deitati, sed uni peculiariter personarū accōmodantur, cæterisq; personis cōuenire nequeunt. nā earum discretionem ab inuicem designāt, ut hæc nomina pater, filius, spiritus sanctus, ingenitus, genitus, procedens, & similiū proprietatū nomina uni duntaxat personæ congruentium. At quoniam Deo cōiunctè conuenientia summā identitatē & simplicitatem substantiæ eius & operationis insinuant, ut unā simplicē Dei in omnib. operationem esse re-

ctius intelligamus, utitur author manuductione radij solaris unica illuminatiōe illustrãtis & fouentis omnia, quā tamē diuersis corporibus uario cōmunicat modo. Propinquioribus enim & minus crassæ materiæ cōsortio participātibus, lympidius suū infundit radium. Distātioribus autē, ut aeri caliginoso & aq̄, minus clarè suū splendorē propagat: opaca uero corpora, dūtaxat in extrema parte illustrat, penitiora eorū & interiora minime illuminās. Eodē q̄q; modo sol omnia fouet, quodq; ꝑ suæ naturæ cōditione, inanima quidē ut existāt, uegetantia ut uiuāt, animalia ut sentiāt, homines ut intelligāt. Sic Deus primariū solis huius sensibilis exēplar, unica operatione simplicissima, omnia in omnib. rebus opera naturæ peragit corporalia in corporalib. & spiritualia in spiritualibus, secundū diuersam ipsarū dispositionem: ut rectè de ipso dixerit beatus Paulus, quod operatur omnia in omnibus. Demū præter ea q̄ discretè dicūtur de Deo, superius expressa: adijcit author et alia q̄ attinent ad dispensationē carnis assumptæ, ad solū Dei filium accommodanda, ut quod natus sit de Virgine, homo factus, crucifixus, mortuus & sepultus. Qđ quidē ex diuino sumpsit Dionysio, supradicto capite eādem sententiam sic astruente. Discretū est autem à diuinis operibus in nos benignè mananti bus, quod secundū nos atq; ex nobis integrè & uerè substātiam sumpsit supersubstātiale uerbū, eaq; & gesit & ꝑtulit q̄ sunt humanæ ipsius assumptionis electa atq; præcipua. his enim neq; pater, neq; spiritus ulla ratione cōmunicat: nisi fortè quis asserat benignitate, clemētiaq; & cōmunione uoluntatis, atque in omni supereminentissima et ineffabili operatione diuina (quā homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis profectò Deus et Dei uerbū) illos quoque accessisse consortes. Enimuero pater & spiritus sanctus unà cum filio operati sunt altissimū dominicæ incarnationis mysterium, quādoquidem sacratissimæ uirgini à cœlesti nūcio responsum sit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Solus tñ filius nostræ mortalitatis naturā suscepit. Perinde atq; tres uiri, Ioannes, Petrus & Paulus adminiculū præstant, ut Petrus eorū medius tunica induatur, solus tñ ille suscipit amictū. Et ut Augustini utamur exēplo: ars pulsandi citharā & manus citharœdi, & chorda citharæ coefficiunt & concurrunt ad modulationem faciendā, sola tamen chorda icta sonū edit. Quocirca neq; pater incarnatus dicitur, neq; ex uirgine natus, neq; passus, similiter nec spiritus sanctus. Cōmunicāt tamen in his benignissimæ incarnationis mysterijs pater & spiritus, secundū bonæ uoluntatis acceptionē & beneplacitū. Nā & Deus pater filiū suum unigenitū dedit, & misit eum in mundū, ut saluetur mundus per ipsum. Et teste Esaia ca. 61. Spiritus Domini filium unxit, & misit euangelisare pauperib. Cōmunicant itidem pater & spiritus sanctus cū filio secundum miraculorū operationē, quæ quia diuina faciebāt uirtute & operatione, cōsequēs est ea & patris & spiritus uirtute, actioneq; esse facta. Alioqui alia esset & diuersa diuinarū ꝑsonarū uirtus atq; operatio, qđ est absurdum. Id quidem fatetur filius de patre, dicens apud Ioannem 14 cap. Pater aūt in me manens, ipse facit opera. Et de spiritu sancto Lucæ 11. Porro si in digito Dei (id est spiritu sancto) eijcio demonia, profectò peruenit in uos regnum Dei.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΩΜΑΤΙΚΩΣ ἐπὶ θεοῦ λεγομένων. ια.

Ἐπεὶ δὲ πλεῖστα περὶ θεοῦ σωματικώτερον ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ συμβολικῶς εἰρημένα εὑρίσκομεν, εἰδέναι χρὴ, ὡς ἀνθρώπους ὄντας ἡμᾶς, καὶ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον περικειμένους, τὰς θείας καὶ ὑψηλὰς, καὶ ἀΰλους τῆς θεότητος ἐνεργείας νοεῖν, ἢ λέγειν ἀδύνατον, εἰ μὴ εἰκόσι καὶ τύποις, καὶ συμβόλοις τοῖς καθ' ἡμᾶς χρησαίμεθα. ὅσα τοίνυν περὶ θεοῦ σωματικώτερον εἴρηται, συμβολικῶς ἐστὶ λελεγμένα. ἔχει δέ τινα ὑψηλοτέραν διάνοιαν. ἁπλοῦν γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀσχημάτιστον. ὀφθαλμοὺς μὲν οὖν θεοῦ, καὶ βλέφαρα, καὶ ὅρασιν, τὴν τῶν ἁπάντων ἐποπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ τὸ ἀλάθητον τῆς αὐτοῦ γνώσεως ἐννοήσωμεν, ἀπὸ τοῦ παρ' ἡμῖν διὰ ταύτης τῆς αἰσθήσεως ἐντελεστέραν γνῶσίν τε, καὶ πληροφορίαν ἐγγίνεσθαι, ὦτα δὲ καὶ ἀκοὴν, τὸ ἐξιλεωτικὸν αὐτοῦ, καὶ τῆς ἡμε-

DE IIS QVAE CORPORALITER *de Deo dicuntur.* *Cap. XIIII.*

At uerò quia plurima de Deo corporaliter in sacra scriptura symbolicè mysticeq; & significatiuè dicta cōperimus, scire nos decet, cū nos ipsissimus crasso carnis indumēto circundati, nos minime posse diuinas & subtiles & immateriales Dei operatiōes aut intelligere, aut eloqui, nisi imaginibus & formis, & significatiuis nostro more utamur signis. Quęcunq; igitur de Deo corporaliter dicuntur, symbolicè sunt dicta: habent autem altiorem intelligētiā, simplex em̄ diuinitas, & figurā nullam habens. Oculos ergo Dei, & palpebras, & uisum, uirtutē ipsius uniuersorū cōspectricem, & quod nihil eius cognitionē effugiat, intelligimus, eò q̄d in nobis per hūc sensū, perfectior cognitio, certiorq; ignascitur. Aures aūt & auditū, uirtutem eius propiciatricē, & nostræ

τέρας δεκτικὸν δεήσεως. καὶ γὰρ ἡμεῖς τοῖς τὰς ἱκεσίας ποιουμένοις, διὰ ταύτης τῆς αἰσθήσεως εὐμενεῖς γινόμεθα, γνησιώτερον αὐτοῖς, τὸ οὖς ἐπικλίνοντες. στόμα δὲ καὶ λαλιὰν, τὸ ἐνδεικτικὸν τῆς βουλήσεως αὐτοῦ, ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν διὰ στόματος καὶ λαλιᾶς σημαίνεσθαι τὰ ἐγκάρδια νοήματα. βρῶσιν δὲ καὶ πόσιν, τὴν ἡμετέραν πρὸς τὸ αὐτοῦ θέλημα συνδρομήν. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς διὰ τῆς γευστικῆς αἰσθήσεως, τῆς φύσεως ἀναπληροῦμεν ἀναγκαίαν ὄρεξιν. ὄσφρησιν δὲ, τὸ ἀποδεκτικὸν τῆς πρὸς αὐτὸν ἡμῶν ἐννοίας τε, καὶ εὐνοίας, ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν διὰ ταύτης τῆς αἰσθήσεως τὴν τῆς εὐωδίας ἀποδοχὴν ἐγγίνεσθαι. πρόσωπον δὲ, τὴν δι' ἔργων αὐτοῦ ἔνδειξίν τε, καὶ ἐμφάνειαν, ἐκ τοῦ τὴν ἡμετέραν ἐμφάνειαν διὰ προσώπου γίνεσθαι. χεῖρας δὲ, τὸ ἀνυστικὸν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἡμεῖς τὰ χρειώδη, καὶ μάλιστα τιμιώτερα, διὰ τῶν οἰκείων κατορθοῦμεν χειρῶν. δεξιὰν δὲ, τὴν ἐπὶ τοῖς αἰσίοις αὐτοῦ βοήθειαν, ἐκ τοῦ καὶ ἡμᾶς μᾶλλον ἐπὶ τῶν εὐσχημοτέρων, καὶ τιμιωτέρων, καὶ πλείστης ἰσχύος δεομένων, τῇ δεξιᾷ κεχρῆσθαι. ψηλάφησιν δὲ, τὴν ἀκριβεστέραν αὐτοῦ, καὶ τῶν λίαν λεπτῶν τε καὶ κρυπτῶν διάγνωσίν τε, καὶ εἴσπραξιν, ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν μὴ δύνασθαι τοὺς ψηλαφωμένους ἐν ἑαυτοῖς κρύπτειν τι. πόδας δὲ καὶ βάδισιν, τὴν πρὸς ἐπικουρίαν τῶν δεομένων, ἢ ἐχθρῶν ἄμυναν, ἢ ἄλλην τινὰ πρᾶξιν. ἔλευσίν τε καὶ παρουσίαν, ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν διὰ τῆς τῶν ποδῶν χρήσεως, ἀποτελεῖσθαι τὴν ἄφιξιν. ὅρκον δὲ, τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν δι' ὅρκου τὰς πρὸς ἀλλήλους βεβαιοῦσθαι συνθήκας. ὀργὴν δὲ καὶ θυμὸν, τὴν πρὸς τὴν κακίαν ἀπέχθειάν τε καὶ ἀποστροφὴν, καὶ γὰρ ἡμεῖς τὰ ἐναντία τῆς γνώμης μισοῦντες, ὀργιζόμεθα. λήθην δὲ καὶ ὕπνον καὶ νυσταγμὸν, τὴν ὑπέρθεσιν τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀμύνης, καὶ τὴν τῆς συνήθους πρὸς τοὺς οἰκείους βοηθείας ἀναβολήν. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα τὰ σωματικῶς εἰρημένα ἐπὶ θεοῦ, κεκρυμμένην ἔχει τινὰ ἔννοιαν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσαν, εἰ μή τι περὶ τῆς σωματικῆς τοῦ θεοῦ λόγου ἐπιδημίας εἴρηται. αὐτὸς γὰρ πάντα τὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἀνεδέξατο, ψυχὴν νοερὰν καὶ σῶμα, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἰδιώματα, τά τε φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη.

ſtrę deprecationis ſuſceptricem. & nos enim ijs qui ſupplicationes porrigunt, per hũc ſenſum mites ſumus, familiarius eis aurẽ inclinantes. Os aũt & loquelã, uim demonſtratricẽ uoluntatis eius eo ꝙ apud nos, per os & locutionẽ, in aperto faciamus cogitatiões cordis. Cibũ uerò & potũ noſtrũ, ad uoluntatem eius cõcurſum. nã & nos per guſtatorium ſenſum, neceſſarium naturæ implemus appetitũ. Odoratũ uerò, uim acceptatricẽ noſtrę erga eũ intelligentiæ, & beneuolẽtiæ, quia per hunc ſenſum in nobis aggignaṝ boni odoris ſuſceptio. Faciẽ per opera eius ſui manifeſtationẽ atq; apparitionẽ, eo ꝙd noſtra ipſorũ manifeſtatio per faciẽ fit. Manus uero, efficacem uirtutem operationis eius. Nam nos utilia & maximè precioſa adminiculo manuum dirigimus. Dexterã, auxiliũ eius in proſperis: eo quod et nos magis in optabilioribus & precioſioribus, & plurima indigentibus uirtute, dextera utimur. Tactum uero, certiorem eius minutiſſimorum & occultorum cognitionem, & diſquiſitionẽ: quia apud non nos poſſint ij qui palpatu contrectantur, in ſeipſis quippiam occultare. Pedes aũt & inceſſum, auxilium, indigentiam, aut inimicorum ultionem aut aliã quandã operationem, aduentumq; & præſentiam: quia in nobis beneficio pedũ perficitur acceſſus. Iuramẽtum uerò, immutabilitatẽ conſilij eius: eo quòd apud nos contractus qui inuicem fiunt, per iuramentũ rati ſunt, firmitatemq; habent. Iram autẽ & furorem, odium & animaduerſionem aduerſus malignitatem & inimicitiam, nam & nos ad aduerſantia uolũtati noſtræ odio habentes ſuccenſemus iraſcimurq;. Obliuionem uerò, ſomnum & dormitationẽ: dilationẽ ultionis ad inimicos, & conſueti ad familiares auxilij retardationẽ. Et abſolutè diſcẽdo, omnia de Deo corporaliter dicta, occultã quandam intelligentiam notant, & ex ijs quę ſunt ſecundum nos, ea quę ſunt ſupra nos edocent, niſi quippiã de corporali diuini uerbi uiſitatione dicatur. Nam ipſe totum hominem propter noſtram ſalutẽ aſſumpſit, animam ſcilicet intellectiuam & corpus, & humanæ naturæ proprietates, & naturales & innocuos affectus.

COMMENTARIVS.

NOnnulli craſſo nimium ingenio, arbitrati ſunt Deum eſſe corporeũ, & humanis prædi tum mẽbris, propterea quæ in ſacris literis de Deo corporaliter enunciãtur, nõ attendentes id Ioan. 4. ca. dictũ, Deus ſpiritus eſt: neq; animaduertentes, ea quæ in rebus optima & digniſsima ſunt, ei attribuẽda eſſe q rebus omnibus in immenſum ſupereminet. Incorporea autẽ natura corporeã dignitate præſtat, & naturæ perfectione. Quod ſi angelicas ſubſtãtias fatentur q hanc obſeruant poſitionẽ, eſſe incorporeas, ut ſunt, ipſas diuinæ præferunt naturæ, cui corporalem addicunt formã. Id autẽ ſummæ eſt impietatis. Huiuſce aũt ſectæ aſſertores anthropomorphitæ græca appellatione ab antiquis patribus nuncupati ſunt, quod humanã in Deo formã cõfinxerunt. Quorũ inſaniã dãnat Iob, ca 11. Dei immenſitatẽ ita teſtificãs. Excelſior cœlo eſt, & quid facies? ꝓfundior abyſſo, & unde cognoſces? lõgior terra menſura eius, & latior mari. Cui rurſum humana figura cõſtanti cõpetere poſsit illud Pſal. 138. Quò ibo à ſpiritu tuo, & q̊ à facie tua fugiã? ſi aſcẽdero in cœlum, tu illic es: ſi deſcẽdero in infernũ, ades. Sed nõ eſt huic errori improbãdo diutius immorandũ, cũ capite quarto ſatis ſuperq; ſit ꝓbatum, Deũ eſſe incorporeũ. Hæ igitur corporeæ nuncupationes ſymbolicè, id eſt ſignificatiuè Deo attribuuntur, ad ſignificãdas ſcilicet incorporeas atq; ſpirituales eius uirtutes & operationes, quoq̊ pacto ſimiles ijs q̃ à nobis ꝑ huiuſmodi mẽbra & affectus fiunt. Vt enim rectiſſimè diuinus ſentit Dionyſius ca. 1. de Cœleſti hierarchia, nõ eſt poſsibile homini ad diuina intelligenda peruenire, niſi familiaribus quibuſdã atq; domeſticis exẽplis ſenſim ad ea conſcendat, figuriſq; materialibus & formis ſenſibilibus ſubuehatur tanquã quibuſdã ſcalis & gradibus, ad eũ q formæ & figuræ ꝓrſus eſt expers, moleq; & extẽſione penitus uacãs. Proinde quæ in litera ſigillatim explicãtur humanæ formæ lineamẽta ac partes, in ſcripturis Deo allegoriã paſsim attributa cõperiuntur. Oculi, Pſal. 10. Oculi eius in pauperẽ reſpiciũt, & palpebra eius interrogãt filios hominũ. Aures, Pſal. 33. Oculi Domini ſup iuſtos, et aures eius in preces eorũ. Os et loquela liber Numeri ca. 12. Ore ad os loquor ei. & Eſa. ca. 40. Et uidebit omnis caro pariter qđ os Domini locutũ eſt. Cibus & potus, Sapiẽs prouerbiorum 9. ca. Sapientia ædificauit ſibi domũ, immolauit uictimas, miſcuit uinum & poſuit menſam. Odoratus, Geneſis. ca. 8. Aedificauit autẽ Noe altare Domino, & obtulit holocauſta ſup altare, odoratuſq; eſt Dominus odorẽ ſuauitatis. Facies, Pſal. 79. Domine Deus uirtutũ conuerte nos, & oſtẽde faciem tuã, & ſalui erimus, Manus. Pſal. 101. Initio tu Domine terrã fũdaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Dextera, Exod. cap. 15. Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine, dextera tua Domine ꝑcuſſit inimicũ. Tactus, Iob. 19. Miſeremini mei, Miſeremini mei, ſaltẽ uos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Pedes & inceſſus, Pſal. 17. Inclinauit cœlos & deſcẽdit, & caligo ſub pedib. eius. Iuramentũ, Gen. 22. Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hãc rem, & nõ pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicã tibi, & multiplicabo ſemen tuũ. Ira & furor. Pſal. 2. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo cõturbabit eos. Obliuio, Pſal. 12. Vſque quo Domine obliuiſceris mei in finẽ, uſquequo auertis faciẽ tuã à me. Somnus & dormitatio, Pſal. 77. Et excitatus eſt tanq; dormiens Dominus, tanq̃ potens crapulatus à uino. Cæterũ hæc omnia & cætera id genus, hominib. congruentia mẽbra ac opera corporea, quæ Deo in ſacris literis aſciſcuntur, explanãtur ſecundũ myſticũ & ſpiritualem ſenſum à beato Hieronymo in opuſculo De ſimplicitate Dei & incorporea eius natura, peculiariter edito. Et hæc omnia ita ſe habere intelligenda ſunt, cum de Deo ſecundum diuinã naturam dici cenſentur, & non de Chriſto Domino noſtro ſecundum humanã formã. Nam in ſacris euãgelijs humana mẽbra & naturæ noſtræ proprietates naturales atq; innocuæ paſſiones, ut fames, ſitis, fatigatio, timor, mors, ſomnus, & cæteræ id genus infirmitates citra peccatum aut imperfectionẽ homini cõpetentes, non per allegoriã, ſed rei ueritatem Chriſto attribuuntur. Extendens enim manus ſanauit leproſos, & pedibus ambulauit ſuper aquas, ut qui integrè & completè naturam noſtram ſuſceperit.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ. ιε.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῶν ἱερῶν μεμυήμεθα λογίων, ὡς ὁ θεῖος ἔφη Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης. ὅτι ὁ θεὸς πάντων ἐστὶν αἰτία καὶ ἀρχή, τῶν ὄντων οὐσία, τῶν ζώντων, ζωή. τῶν λογικῶς ὄντων, λόγος. τῶν νοερῶς ὄντων, νοῦς. καὶ τῶν μὲν ἀποπιπτόντων αὐτοῦ, ἀνάκλησίς τε καὶ ἀνάστασις. τῶν δὲ καταφθειρόντων τὸ κατὰ φύσιν, ἀνακαινισμὸς καὶ ἀναμόρφωσις. τῶν κινουμένων κατά τινα ἀνίερον σάλον,

DE EISDEM ADHVC, Cap. XV.

HAec igiť ex ſacris edocemur eloquijs (ut Diuinus Dionyſius Areopagita dicit) ꝙ Deus omnium eſt cauſa & principium, eorum quę ſunt ſubſtantia, uiuentiũ uita, eorũ quæ ratione utunť ratio: utentiũ intellectu, intellectus: decidentiũ ab eo, reuocatio & reſurrectio. intereuntiũ aũt, ſecundũ naturã renouatio atq; reformatio: eorũ quę mouenť ſecundũ quendã impetũ ualidũ,

magnum

ἵδρυσις ἱερά. καὶ τῶν ἑστηκότων ἀσφάλεια, καὶ τῶν ἐπ' αὐτὴν ἀναγομένων, ὁδός, καὶ ἀνατατικὴ χειραγωγία. προσθήσω δέ, ὅτι καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένων πατήρ. κυριώτερον γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστὶ πατήρ, ὁ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγών, ἢ οἱ γεννήσαντες, οἱ ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ γεννᾶν εἰληφότες. τῶν ἑπομένων καὶ ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένων, ποιμήν. τῶν φωτιζομένων ἔλλαμψις. τῶν τελουμένων τελεταρχία, τῶν θεουμένων θεαρχία, τῶν διεστώτων εἰρήνη, καὶ τῶν ἁπλουμένων ἁπλότης, καὶ τῶν ἑνιζομένων ἑνότης, ἀρχῆς ἁπάσης ὑπερούσιος καὶ ὑπεράρχιος ἀρχή. καὶ τοῦ κρυφίου, ἤγουν τῆς αὐτοῦ γνώσεως κατὰ τὸ θεμιτὸν καὶ ἐφικτὸν ἑκάστῳ, ἀγαθὴ μετάδοσις.

magnũ firmamentum, ſtantium ſtabilitas, eorum qui ad ipſum aſſurgunt uia, & reductiua manuductio. Adijciã autem, quoniam & eorum qui ab eo facti ſunt, pater eſt: principalius enim Deus noſter pater eſt, qui ex nihilo nos ad eſſe perduxit, quã illi qui nos genuerũt, ex ipſo & eſſe & generare poſſe ſuſcipientes. Eorũ qui eum ſequunt̃, & ab eo paſcuntur, paſtor: illuminatorũ ſplẽdor, perfectorũ perfectio, in Deum trãſeuntium deificatio, diſſidentium pax, ſimplicium ſimplicitas, & unitorum unio, omnis principij ſuperſubſtãtiale & ſuperprincipale principium, & ſui occulti (quantũ fas eſt, & ut uniuſcuiuſq; naturæ patitur conditio) cognitionis benigna traditio.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΘΕΙΩΝ ΟΝΟμάτων, ἀκριβέστερον. ιγ.

Τὸ θεῖον ἀκατάληπτον ὄν, πάντως καὶ ἀνώνυμον ἔσται. ἀγνοοῦντες οὖν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, τῆς οὐσίας αὐτοῦ μὴ ἐκζητήσωμεν ὄνομα. δηλωτικὰ γὰρ τῶν πραγμάτων ἐστὶ τὰ ὀνόματα. ἀλλ' ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ μεθέξει τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ παραγαγὼν ἡμᾶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι, καὶ γνωστικοὺς ποιήσας ἡμᾶς, ὥσπερ οὐ τῆς οὐσίας αὐτοῦ μετέδωκεν, οὕτως οὐδὲ τῆς γνώσεως τῆς οὐσίας αὐτοῦ. ἀδύνατον γὰρ φύσιν τελέως γνῶναι, τὴν ὑπερκειμένην φύσιν. εἰ δὲ καὶ τῶν ὄντων αἱ γνώσεις, τὸ ὑπερούσιον πῶς γνωσθήσεται; διὰ ἄφατον οὖν ἀγαθότητα, ηὐδόκησεν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀνομάζεσθαι. ἵνα μὴ ἀμέτοχοι παντελῶς ὦμεν τῆς αὐτοῦ γνώσεως, ἀλλ' ἔχωμεν κἂν ἀμυδρὰν αὐτοῦ ἔννοιαν. καθ' ὃ μὲν οὖν ἀκατάληπτός ἐστι καὶ ἀκατονόμαστος. ὡς δὲ πάντων αἴτιος, καὶ πάντων τοὺς λόγους τῶν ὄντων, καὶ τὰς αἰτίας ἐν ἑαυτῷ προέχων, ἐκ πάντων τῶν ὄντων κατονομάζεται, καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων, οἷον φωτὸς καὶ σκότους, ὕδατος καὶ πυρός, ἵνα γνῶμεν ὅτι οὐ ταῦτα καθ' οὐσίαν ἐστί, ἀλλ' ἔστι μὲν ὑπερούσιος. διὸ καὶ ἀκατονόμαστος. ὡς δὲ πάντων τῶν ὄντων αἴτιος, ἐκ πάντων τῶν αἰτιατῶν ὀνομάζεται. διὸ τῶν θείων ὀνομάτων τὰ μὲν ἀποφατικῶς λέγεται, δηλοῦντα τὸ ὑπερού-

ADHVC DE DIVINIS NOMInibus diligentius. Cap. XIII.

Hoc caput nunc primũ eſt latinè editum.

QVum Deus incõprehẽſibilis ſit, nomine quoq; prorſus caret. Ignorantes itaq; quę nam ſit eius ſubſtãtia, non eſt quod ſubſtantiæ eius nomẽ inueſtigemus: nomina ſiquidem rerũ ſignificatiua eſſe debẽt. Sed bonus exiſtens Deus, & per ſuę bonitatis participationẽ ad eſſe nos ex nihilo perducẽs, nec non intelligendi ac cognoſcendi facultatem nobis immittẽs, quemadmodum non ſubſtantiæ ſuæ participes nos fecit, ita nec ſubſtantiæ ſuæ cognitionẽ nobis reliquit. impoſſibile enim eſt, ut natura perfectè cognoſcat ſuperpoſitã naturam. Etſi uerò eorum quæ exiſtunt cognitiones ſint, ſuperſubſtantiale autem quomodo cognoſcetur? Per ineffabilem igitur bonitatem uoluit ſe ab ijs, circa quæ nos uerſamur, nominari, ne expertes omnino cognitionis ſui eſſemus, ſed intellectum eius aliquem etſi tenuem haberemus. Vt igitur ſit incomprehenſibilis, & nomine certo careat, tamen ueluti omnium author, & omnium quę exiſtunt rationes & cauſas in ſemetipſo antea tenens, ab omnibus quæ ſunt denominatur, etiam 'a contrarijs, ueluti luce & tenebris, aqua & igni, ut cognoſcamus quod non hæc ſecundum ſubſtantiam ſit, ſed quod ſuperſubſtantialis ſit: unde etiam certo nomine caret, ſed tanquam omnium eorum quæ ſunt cauſa, ex omnibus cauſatis nomen deſumit. Quapropter diuina nomina alia quidem ſecundum negationem dicuntur, ad ſignificandum ſuperſub-

σιον. οἷον, ἀνούσιος, ἄχρονος, ἄναρχος, ἀόρατος. οὐχ' ὅτι τινὸς ἧττόν ἐστιν, ἤ τινος ἐστέρηται. αὐτοῦ γάρ ἐστι πάντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ γέγονε, καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκεν, ἀλλ' ὅτι πάντων ὑπεροχικῶς τῶν ὄντων ἐξῄρηται. οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, ἀλλ' ὑπὲρ πάντα ἐστί. τὰ δὲ καταφατικῶς λεγόμενα, ὡς αἰτίου τῶν πάντων κατηγορεῖται; ὡς γὰρ αἴτιος πάντων τῶν ὄντων καὶ πάσης οὐσίας, καὶ ὢν λέγεται, καὶ οὐσία. καὶ ὡς αἴτιος λόγου παντὸς καὶ σοφίας, λογικοῦ τε καὶ σοφοῦ, λέγεται λόγος καὶ λογικός, σοφία καὶ σοφός. ὁμοίως καὶ νοῦς καὶ νοερός, ζωὴ καὶ ζῶν, δύναμις καὶ δυνατός. καὶ ἐπὶ πάντων τῶν λοιπῶν ὁμοίως. μᾶλλον δὲ ἐκ τῶν τιμιωτέρων καὶ πλησιαζόντων αὐτῷ οἰκειοτέρως ὀνομασθήσεται. τιμιώτερα δὲ τὰ ἄϋλα τῶν ὑλικῶν, καὶ τὰ καθαρὰ τῶν ῥυπαρῶν, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἐναγῶν, καὶ μᾶλλον αὐτῷ πλησιάζοντα. ἐπεὶ καὶ πλέον μετέχουσιν αὐτοῦ. οἰκειότερον οὖν μᾶλλον ὀνομασθήσεται ἥλιος, καὶ φῶς, ἤπερ σκότος. καὶ ἡμέρα, ἤπερ νύξ. καὶ ζωή, ἤπερ θάνατος. καὶ πῦρ, καὶ πνεῦμα, καὶ ὕδωρ, ὡς ζωτικά, ἤπερ γῆ. καὶ πρὸ πάντων καὶ πλέον, ἀγαθότης, ἤπερ κακία. ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ὄν, ἤπερ μὴ ὄν, τὸ γὰρ ἀγαθὸν ὕπαρξις καὶ ὑπάρξεως αἴτιον, τὸ δὲ κακόν, ἀγαθοῦ, ἤτοι ὑπάρξεως στέρησις. καὶ αὗται μὲν αἱ ἀποφάσεις καὶ καταφάσεις. γλυκυτάτη δὲ καὶ ἡ ἐξ ἀμφοῖν συνάφεια. οἷον, ἡ ὑπερούσιος οὐσία, ἡ ὑπέρθεος θεότης, ἡ ὑπεράρχιος ἀρχή, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰσὶ δὲ καὶ τινὰ καταφατικῶς ἐπὶ θεοῦ λεγόμενα, δύναμιν ὑπεροχικῆς ἀποφάσεως ἔχοντα. οἷον σκότος, οὐχ' ὅτι ὁ θεὸς σκότος ἐστίν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι φῶς, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ φῶς. λέγεται μὲν οὖν ὁ θεος, νοῦς καὶ λόγος, καὶ πνεῦμα. σοφία τε καὶ δύναμις, ὡς τούτων αἴτιος, καὶ ὡς ἄϋλος, καὶ ὡς παντουργὸς καὶ παντοδύναμος. καὶ ταῦτα κοινῶς ἐπὶ πάσης λέγεται τῆς θεότητος, τά τε ἀποφατικῶς, καὶ καταφατικῶς λεγόμενα. καὶ ἐφ' ἑκάστης τῶν τῆς ἁγίας τριάδος ὑποστάσεων, ὁμοίως καὶ ὡσαύτως καὶ ἀπαραλείπτως. ὅταν γὰρ ἐννοήσω μίαν τῶν ὑποστάσεων.

ſtantiale illud. ueluti, inſubſtantialis, ſine tempore, ſine principio, inuiſibilis. Nõ quaſi horum aliquo minor ipſe ſit, aut aliquo horum priuetur. Ipſius eñ omnia ſunt: ex ipſo enim & per ipſum omnia facta ſunt, & in ipſo conſiſtunt: ſed quòd pręcellere omnia ea quę ſunt dicar. Nihil enim eorum quæ ſunt ipſe eſt, ſed ſuper omnia eſt. Quæ uero ſecũ dum affirmationem dicuntur, ea ueluti de rerum omnia cauſa prædicantur. Tanquam enim cauſa omnium entiũ & omnis ſubſtantiæ, & ens & ſubſtantia dicitur: & tanquam cauſa omnis rationis & ſapientiæ, nec nõ rationalis & ſapientis, dicitur & ratio & rationalis, ſapientia & ſapiens: ſimiliter cùm intellectus, tum intelligens, uita & uiuens, potentia & potens, atq; de alijs omnib. ſimiliter. Magis autem proprie ex præſtantioribus, & ſibi rebus propinquioribus nominabitur. Præſtantiora autẽ ſunt à materia abſtracta materialibus, pura impuris, ſancta execrandis, quæ magis quoq; naturæ eius ſunt cognata, ut quæ plus etiam cum eo participant. Multo igitur rectius ſol nominabitur & lux quàm tenebræ, dies quàm nox, uita quàm mors, ignis & aer & aqua (tanquam uitalia) quàm terra. Et præ iſtis omnibus, ac multò etiam plus bonitas quàm malitia, eundem præterea dicere ens, quàm non ens. Bonum enim ſubſtantia, & ſubſtantiæ cauſa eſt. Malum uerò boni ſiue ſubſtantiæ priuatio eſt. Et hæ quidem ſunt negationes iſtę & affirmationes. Iucundiſſima uerò eſt & illa ex utriuſq; complexio, ueluti Superſubſtantialis ſubſtantia, ſuperdiuina diuinitas, ſuperprincipiatum principiũ, & ſi quæ ſunt ſimilia. Sunt præterea quæ de Deo dicuntur excellentis negationis uim habentia, ueluti tenebræ, non quaſi Deus tenebra ſit, ſed quod non lux ſit, ſed ſuper lucem. Dicitur itaque Deus intellectus, & ratio, & ſpiritus, & ſapientia, & potentia, tanquam horum omnium cauſa. Et tanquam incorporeus, & tanquam omnium effector, & omnipotens, Et hæc quidem communiter de omni Deitati dicuntur, tam quæ negatiuè, quàm quæ affirmatiuè dicuntur. Et de unaquaque ſanctæ trinitatis ſubſtantia ſimiliter, eodemq; modo ac indeſinenter. Quando enim unam ex his ſubſtãtijs intelligo, eam ut perfectum Deũ cognoſco, & per

τέλειον αὐτὴν θεὸν οἶδα, τελείαν οὐσίαν, ὅταν δὲ συνάψω καὶ συναριθμήσω τὰ τρία, ἕνα θεὸν οἶδα τέλειον. οὐ γὰρ σύνθετον ἐστὶν ἡ θεότης, ἀλλ' ἐν τρισὶ τελείοις, ἓν τέλειον ἀμερὲς, καὶ ἀσύνθετον. ὅταν δὲ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν τῶν ὑποστάσεων ἐννοήσω, οἶδα ὅτι ἐστὶν ὁ πατὴρ ὑπερούσιος ἥλιος, πηγὴ ἀγαθότητος, ἄβυσσος οὐσίας, λόγου, σοφίας, δυνάμεως, φωτὸς, θεότητος, πηγὴ γεννητικὴ καὶ προβλητικὴ τοῦ ἐν αὐτῇ κρυφίου ἀγαθοῦ. αὐτὸς μὲν οὖν ἐστὶ νοῦς, λόγου ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, οὐκ ἔστι τῷ πατρὶ λόγος, σοφία, δύναμις, θέλησις, εἰ μὴ ὁ υἱός, ὅς ἐστιν ἡ μόνη δύναμις τοῦ πατρός, ἡ προκαταρκτικὴ τῆς τῶν πάντων ποιήσεως. οὕτως ὡς τελεία ὑπόστασις ἐκ τελείας ὑποστάσεως γεννωμένη, ὡς οἶδεν αὐτός, ὃς υἱὸς ἐστί τε καὶ λέγεται. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρός, ἐκ πατρὸς μὲν δι' υἱοῦ ἐκπορευομένη, ὡς οἶδεν αὐτὸς, οὐ γεννητῶς. διὸ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τελεσιουργόν τῆς τῶν ἁπάντων ποιήσεως. ὅσα οὖν ἁρμόζει αἰτίῳ, πατρί, πηγῇ, γεννήτορι, τῷ πατρὶ μόνῳ προσαρμοστέον, ὅσα δὲ αἰτιατῷ γεννητῷ, υἱῷ, λόγῳ, δυνάμει προκαταρκτικῇ, θελήσει, σοφίᾳ, τῷ υἱῷ. ὅσα δὲ αἰτιατῷ, ἐκπορευτῷ, ἐκφαντορικῷ, τελεσιουργικῇ δυνάμει, τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ὁ πατὴρ πηγὴ, καὶ αἰτία υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. πατὴρ δὲ υἱοῦ μόνου, καὶ προβολεὺς τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ υἱὸς, υἱὸς, λόγος, σοφία καὶ δύναμις. εἰκὼν, ἀπαύγασμα, χαρακτὴρ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ πατρός. οὐχ υἱὸς δὲ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πνεῦμα τοῦ πατρός, ὡς ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον. οὐδὲ μία γὰρ ὁρμὴ ἄνευ πνεύματος. καὶ υἱοῦ δὲ πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατήρ.

& perfectam substantiam. Quum uerò coniunxero, & cõnumerauero tria ista, unum quoq; perfectum Deum cognosco. Non enim cõposita res est deitas, sed in tribus perfectis unum perfectum, & indiuisibile, & incompositum. Quãdo uerò habitudinem quam ad se inuicem habent hæ substãtiæ cõsidero, scio quod Pater sit substãtialis sol, fons bonitatis, abyssus substantiæ, sermonis, sapientiæ, potentiæ, lucis, diuinitatis: fons generatiuus & productiuus latẽtis in se boni. Ipse igitur est intellectus, uerbi abyssus, uerbi genitor: & per uerbum sancti spiritus productor. Et ut multa in pauca conferam. Non est patri sermo, sapientia, potentia, uoluntas, nisi filius, qui est unica patris potentia, efficax illa ad faciendum quicquid est. Sic ueluti perfecta substantia, ex perfecta substantia prognata, quemadmodũ nouit ipsemet qui filius & est & dicitur. Spiritus autem sanctus enarratiua occultæ diuinitatis patris potentia, ex patre quidem per filium procedẽs, quemadmodum ipsemet nouit, nõ generatiuè. Vnde & spiritus sanctus totius rerum creationis perfector dicitur. Quęcunq; igitur congruunt ut causę, patri, fonti, genitori, ea soli patri tribuẽda sunt. Quæ uerò ut causato, genito filio, uerbo, uirtuti effectiuæ, uolũtati, sapientiæ, ea filio. Quæ deniq; causato procedenti, enarranti, perfectrici potentiæ, ea spiritui sancto conueniũt. Pater fons & causa est filij, & spiritus sancti. Pater autẽ solius filij, productor uerò spiritus sancti. Filius, filius, uerbum, sapiẽtia & potentia, imago splendor, character patris, & ex patre. Non autem filius patris est spiritus sanctus, spiritus tamen patris tanquam ex patre procedẽs. Nullus enim sine spiritu motus. Sed & filij spiritus est, non uelut ex ipso, sed quasi per ipsum ex patre procedẽs. Solus enim pater causa est.

COMMENTARIVS.

SAcratissimus pater Dionys. Atheniens. episcopus, ac Galliarum Apostolus, à beatissimo Paulo Apost. per errorum tenebras, & gentilitatis nebulas, ad ueræ fidei lumen cõuersus est: ut 17. cap. in Actis Apost. meminit, ubi & Areopagita est cognominatus, ab Areopago iudiciali Atheniens. curia ac cõsistorio, à Solone Salaminio uno ex septem sapientib. primum cõstituto, in quo ob eruditionis excellentiã & philosophiæ sæcularis, inter cæteros iudex cõstitutus erat. Is diuinitus illustratus cõplura edidit opera, sinceræ & ueræ theologiæ refertissima: & præsertim librũ De diuinis nominib. sacratissimũ planè & ꝑclarissimũ. In cuius primo

capite nõnullas denominationes in sacris literis Deo attributas colligit, puta qđ sit totius illuminationis principiũ, omniũ causa, & initiũ, & substãtia, & uita, eos qui ab illa cadunt reuocãs atq; erigens, & q ad id prolapsi sunt, ut in se diuinã effigiẽ corruperint, renouãs ac reformãs: quiq; impura aliqua agitatione quatiũtur, eos sacratius firmãs, stãtes corroborãs, eosq; q ad se promouentur & assurgunt, porrecta ueluti subuehens manu: eis q illuminãtur, fulgor intimus: & q pficiuntur, cõsummationis princeps: quiq; in Deũ assumũtur, summa diuinitas & q simplices fiunt, uera simplicitas: quiq; in unũ transeunt, unitas, principij totius omnia superãs initia, p excellentẽ substantiã principiũ, occultiq; sacratissimi (quãtum fas est) benignè participationẽ tradẽs: atq; (ut paucis dixerim) uiuentiũ uita, subsistentiũq; substãtia, uitæ omnis ac substãtiæ initiũ & causa: qđ bonitate sua cũcta quæ sunt ut essent produxerit, atq; uniuersa cõtineat. Horũ nouẽdecim nomina, cõplura Damascenus hic affert, & eo fermè ordine quo apud diuinũ Dionysiũ sunt digesta. Cæterũ inter cætera dicitur hic Deus, decidentium ab eo reuocatio. Nã cũ quis à Deo per peccatum prolabitur, diuina bonitate resurgit à lapsu, & reuocatur ad bonũ. Hinc Psal. 145. Dominus erigit elisos, Dominus soluit cõpeditos. Dominus diligit iustos. Cũ itidẽ quis interierit, morte spirituali illata animæ per peccatũ (siquidem homo per malitiã occidit animã suã: ut inquit Sapiens 16. ca. Sapientiæ) superdiuina bonitate renouatur ad uitã, atq; reformatur p peccati expulsionẽ, cum ipse Dominus uitæ de se Ioan. 11. ca. dicat: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Rursum Ioãnis 5. Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando mortui audiẽt uocem filij Dei, & q audierint, uiuent. Proinde hic Deus dicitur, intereuntiũ secundum naturã renouatio atq; reformatio. Et rectè adiectũ, secundum naturã. Nam interitus & diuinæ effigiei corruptio, præter naturã est animæ. Quare ex opposito, uitæ spiritalis restitutio & labefactæ imaginis diuinæ in anima renouatio atq; reformatio, secundũ naturã est animæ, pristinæq; naturæ reintegratio. Demũ si qui ualido quodã impetu mouẽtur à dæmone, carne, aut mũdo ad lapsũ, impellũturq; uehemẽter ad peccatũ, eos (ut hic ait litera) Deus sua uirtute firmat, ne succũbãt uiolentæ suggestioni & graui tentationi. Hinc à psalmographo, ut petra, robur atq; firmamẽtũ sæpenumero celebratur, ut Psal. 17. Diligã te Domine, fortitudo me : Dominus firmamentũ meũ, & liberator meus. Hãc autẽ Damasceni sententiã beatus pater Dionysius apertius explicat, dicens: Quiq; impura aliqua agitatione quatiuntur, eos sacratius firmãs. Deniq; quod principalius Deus sit pater noster, quã parentes nostri secundum carnem, multifariã liquet. Enimuero principalior est anima corpore nostro, ut q forma sit & actus substantificus, immaterialis, immortalis, & indissolubilis. Atqui Deus, animæ nostræ autor est et pductor. Parentes uerò, duntaxat ipsius corporis, ut inquit Paulus ad Heb. 12. ca. Deinde patres quidẽ carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Nõ multo magis obtemperabimus patri spirituũ, & uiuemus? Et illi quidẽ in tẽpore paucorũ dierũ, secundũ uoluntatẽ suã erudiebãt nos. Hic autẽ ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationẽ eius. Proinde è mortuo et extincto corpore nostro, deperit ratio, denominatioq; carnalis paternitatis: ad animã autem (quia perpetua est, & immortalis) semper mãet Dei paternitas, etiã cum corpore exuta fuerit. Ad hæc, qui secundum carnem nos genuerunt parentes, fato sunt obnoxij, & à ratione paternitatis, cum morte sustollũtur, decidunt. Animæ uerò humanæ pater, immortalis est, neq; unquã deperdit ad ipsam, patris denominationẽ. Deniq; parentes secundum carnem, hoc ipsum quod nos genuerunt, à Deo acceperunt. non enim eorum est arbitrio cõstitutum, liberos cũ uelint procreare, quemadmodũ Genes. 30. ca. Rachel ægro ferens animo suam infœcunditatẽ, cũ dixisset Iacob marito suo, Da mihi liberos, alioquin moriar: succensens illi Iacob respondit: Nũ pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu uẽtris tui? Neq; etiã parẽtes sua suorũ uirtute natorũ corpora efformant: sed Dei potestate fit huiusmodi membrorũ distinctio, corporũq; in sua organa in utero materno digestio. Cõstat igitur omniquaq;, Deũ principalius nuncupandum esse patrem nostrũ quã parentes secundum carnem. Idcirco Matth. 23. cap. nos admonet benignus pater noster: Patrẽ nolite uocare uobis super terram. unus est enim pater uester qui in cœlis est, omnes autem uos fratres estis.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΟΥ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΟΤΙ μόνον τὸ θεῖον ἀπερίγραπτον ιδ.

Τόπος ἐστὶ σωματικός, πέρας τοῦ περιέχοντος, καθ' ὃ περιέχεται τὸ περιεχόμενον, οἷον ὁ ἀὴρ περιέχει, τὸ δὲ σῶμα περιέχεται. οὐχ ὅλος δὲ ὁ περιέχων ἀήρ, τόπος ἐστὶ τοῦ περιεχομένου σώματος, ἀλλὰ τὸ τέλος τοῦ περιέχοντος ἀέρος, τὸ ἐφαπτόμενον τοῦ περιεχομένου σώματος. πάντως δέ, ὅτι τὸ περιέχον, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ περιεχομένῳ

DE LOCO DEI, ET QVOD SOLVS Deus incircumscriptus. Cap. XVI.

Locus corporalis, est eius terminus quod continet, ei quod continetur attiguus: ut aer cõtinet corpus. sed non omnino continens aer, locus est contenti corporis, sed terminus aeris continentis, contiguus corpori contento: & omnino quodcunque est continens, non in eo est quod continetur. Est

ἔστι δὲ καὶ νοητὸς τόπος, ἔνθα νοεῖται καὶ ἔστιν ἡ νοητὴ καὶ ἀσώματος φύσις. ἔνθαπερ πάρεστι, καὶ ἐνεργεῖ, καὶ οὐ σωματικῶς περιέχεται, ἀλλὰ νοητῶς. οὐ γὰρ ἔχει σχῆμα, ἵνα σωματικῶς περιεχθῇ. ὁ μὲν οὖν θεός, ἄϋλος ὢν καὶ ἀπερίγραπτος, ἐν τόπῳ οὐκ ἔστιν. αὐτὸς γὰρ ἑαυτοῦ τόπος ἐστίν, τὰ πάντα πληρῶν, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ὤν, καὶ αὐτὸς συνέχων τὰ πάντα. λέγεται δὲ καὶ ἐν τόπῳ εἶναι, καὶ λέγεται τόπος θεοῦ, ἔνθα ἔκδηλος ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ γίνεται. αὐτὸς μὲν γὰρ διὰ πάντων ἀμιγῶς διήκει, καὶ πᾶσι μεταδίδωσι τῆς ἑαυτοῦ ἐνεργείας, κατὰ τὴν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα, καὶ δεκτικὴν δύναμιν. φημὶ δὴ τήν τε φυσικὴν καὶ προαιρετικὴν καθαρότητα. καθαρώτερα γὰρ τὰ ἄϋλα τῶν ὑλικῶν, καὶ τὰ ἐνάρετα τῶν κακίᾳ συνεζευγμένων. λέγεται τοιγαροῦν θεοῦ τόπος ὁ πλέον μετέχων τῆς ἐνεργείας καὶ τῆς χάριτος αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ θρόνος. ἐν αὐτῷ γάρ εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ δοξάζοντες αὐτόν. αὕτη γὰρ αὐτῶν ἀνάπαυσις. καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἐν αὐτῇ γὰρ διὰ σαρκὸς τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. πούς δὲ τοῦ θεοῦ ἡ ἁγία αὐτοῦ σὰρξ διαφόρως ὠνόμασται. λέγεται δὲ καὶ ἡ ἐκκλησία τόπος θεοῦ. ταύτην γὰρ εἰς δοξολογίαν αὐτοῦ, ὥσπερ τι τέμενος ἀφωρίσαμεν, ἐν ᾧ καὶ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐντεύξεις ποιούμεθα. ὁμοίως καὶ οἱ τόποι, ἐν οἷς ἔκδηλος ἡμῖν ἡ αὐτοῦ ἐνέργεια, εἴτε διὰ σαρκός, εἴτε ἄνευ σώματος γέγονε, τόποι θεοῦ λέγονται. ἰστέον δέ, ὅτι τὸ θεῖον ἀμερές ἐστιν, ὅλον ὁλικῶς πανταχοῦ ὄν, καὶ οὐ μέρος ἐν μέρει σωματικῶς διαιρούμενον, ἀλλ' ὅλον ἐν πᾶσι, καὶ ὅλον ὑπὲρ τὸ πᾶν.

Est autem intelligibilis locus, ubi intelligitur. & est intelligibilis & incorporea natura, ubi adest & operatur, & nõ corporaliter, sed intellectualiter. nõ enim figuram habet, ut corporaliter cõtineri queat. Igitur Deus & immaterialis, & incircũscriptus, in loco non est. ipse enim sui ipsius locus est, cũcta replẽs & super omnia eminens, & ipse continens omnia. Dicitur autẽ in loco esse, & dicitur locus Dei, ubi eius manifesta fit operatio. ipse enim per omnia purè & impermixtibiliter meat: & omnibus suæ operationis consortium tradit, secundum uniuscuiusq; aptitudinem, capacitatisq; uirtutẽ. Dico autem naturalem & præeligibilem puritatem. nam puriora sunt immaterialia materialib. & uirtute prædita, iis quæ priuati sunt ammixta. Dicitur igitur Dei locus, q plus participat operationis eius & gratię. Quapropter cœlũ, est thronus eius in ipso enim angeli sunt, facientes eius uolũtatẽ, & semper glorificãtes ipsum. hæc enim requies ipsorum. Et terra, scabellum pedum eius. nam in ea per carnem cum hominibus conuersatus est. Pes autem Dei, sancta caro eius, plerisque in locis nominata est. Dicitur & ecclesia locus Dei. Hanc enim ad glorificationem eius ueluti quoddã templũ diffiniuimus, in quo ad ipsum intercessiones fundimus. Similiter autẽ loci ij in quibus manifesta nobis est operatio eius, siue per carnẽ, siue sine corpore facta fuerit, loci Dei dicũtur. Sciendum etiam Deum impassibilem esse, totum totaliter ubiq; existẽtem, & nõ partẽ in parte corporis more distractum, sed totum in omnibus, & totum super omnia.

COMMENTARIVS

DVplicem esse locũ (sicut & substantiã) assignat author, corporalẽ inq;, & intelligibilem siue intellectualem. Corporalis locus hic diffinitur esse terminus corporis cõtinentis, ipsi cõtento immediatus, ut concauũ cœli ad ignem, concauũ ignis ad aerem. Terminũ uocat hic Damas. superficiem concauã atq; interiorem corporis continentis. quæ intrinseca quidem est ipsi cõtinenti, in eo ut subiecto subsistens: extrinseco uerò corpori cõtento, qđ ab ea clauditur & ambitur. Et quoniã secundũ Arist. determinationem physicã (ex qua præsens loci ratio est deprõpta) locus nõ est ipsum totũ corpus cõtinens, sed intima ipsius extremitas (est eñ cõtinens ipsum, per se mobile: locus uerò, immobilis) rectè hic nõ totus aer, sed cõcauũ eius, locus esse definitur. Locus intelligibilis est, ubi incorporea natura ut anima rationalis & angelus, adest & operatur, certo quodã limite intellectualiter determinatus. Habet eñ cœlestis spiritus definitũ quendã terminũ suæ plenitudinis & replentiæ, extra quem suã nõ exhibet præsentiã & operationẽ, & is spiritualis eius locus rectè appellatur. At quoniã Deus neq; corporeus est, neq; certo intellectuali spacio in qđ clauditur cõprehensus. neutro datorũ modorũ in loco est, sed omnem superambit locũ & corporalem & spiritualem. nã omni adest loco, sed incõprehensibiliter: & solus ipse sui ipsius est locus, cum ipse unus immensus suã cõprehendat immẽsitatem. cætera uerò extra ipsum finita sunt, & infinitatẽ eius cõplecti nequeũt: quãdoquidẽ mai⁹ à minore cõtineri nequeat, nedũ infinitũ à finito. perinde atq; linea infinita

suipsius est mensura, & sphæra infinita sola seipsam ambit & circũdat. Cæterũ cũ Deus purè & impermixtibiliter omnia permeet, & ut inqt litera, ijs q̃ puriora sunt, syncerius adest, et amplius q̃ minus puris. Siue illa puriora sint secundum naturalem conditionem, & ratione naturæ, ut immaterialia materialibus: siue secundũ uolũtatis electionẽ, ut purior est animus uirtute præditus q̃ uicijs horrẽs. Attamen quæ humana sunt et corporea, Deo per quandã proportionẽ accommodãdo, dicitur metaphoricè locus Dei: ubi fit eius insignis aliqua operatio & omnibus pspicua. Queãdmodũ in Iudæa manifestè facta est operatio Dei p legislationẽ, propHetarũ inspirationẽ, & ipsam deniq; humanã conuersationẽ: idcirco ibidẽ ipsius locus & habitatio fuisse dicitur. Psalm. 75. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Siõ. In iustis itidẽ & puris hominũ mẽtibus fit Dei operatio, eas p gratiã inhabitãtis: utpote agilis erectio animi ad Deũ, rerũ cœlestiũ desideriũ, iugisq; memoria. idcirco munda iustorũ corda, tẽplum & locus Dei dicuntur, queãdmodũ inquit scriptura: Anima iusti, sedes sapientię. Et Psalm. 25. Domine dilexi decorẽ domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ: id est, ornatũ & pulchritudinẽ & munditiã animarũ in qbus habitas. Et Apocal. 3. ca. Deus petẽs introitũ ad cor nostrũ, & placidã in eo requiem, dicit: Ecce sto ad ostiũ & pulso, si quis audierit uocem meam, et aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illũ, & cænabo cũ illo, & ipse mecũ. Eadẽ quoq; ratione cœlũ dicitur in scripturis locus & domus Dei, ut Esaiæ 66. Cœlũ mihi sedes est, terra autẽ scabellum pedũ meorum. Et Psalm. 83. Beati q habitant in domo tua Domine, in secula seculorũ laudabunt te. Et Ioan. 14. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Neq; id ab re quidẽ. Nã in cœlo Deus modo quodã peculiari est, & operatione singulari: utpote per apertã sui mansionẽ, & gloriæ suæ reuelationẽ, quã cœlestes spiritus & beati ibidem sunt consecuti. Quod autem pes Dei in scripturis plerunq; sancta caro eius nominetur, ut hic affert litera, absurdũ nequaq̃ est: Nã ea diuinitate lõgè inferior est natura, & demissior: pinde atq; pes subsidet capiti. Hinc Psalm 8. dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, insup & pecora cãpi: ubi uniuersa Christo homini subiecta esse declarãtur. Rursum Plasm. 98. Exultate Dominũ Deũ nostrũ, & adorate scabellũ pedum eius, quoniã sanctum est. Deniq; Psalm. 109. Donec ponã inimicos tuos, scabellum pedum tuorũ. Postremum ecclesia locus Dei dicitur: quia in ea diuina peraguntur ministeria, laudes eius & præconia decãtantur, sacratissima celebrãtur mysteria, Dei operationes & beneficia expressius referentia, q̃ ob diuinitatis sublimitatem et uenerationẽ, reuerentius in loco ad ea officia duntaxat accõmodato fiunt, cœlestis habitationis suæ solium typo quodã representãte. Vt Dominus noster secundo ca. Ioannis: Nolite facere domum patris mei, domum negociationis. Et Matthæi cap. 21. Domus mea, domus orationis uocabitur. Rursum Psalm. 68. Zelus domus tuæ comedit me.

ὁ δὲ ἄγγελος, σωματικῶς μὲν ἐν τόπῳ οὐ περιέχεται, ὥστε τυποῦσθαι καὶ σχηματίζεσθαι. ὅμως λέγεται εἶναι ἐν τόπῳ, διὰ τὸ παρεῖναι νοητῶς, καὶ ἐνεργεῖν κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ μὴ εἶναι ἀλλαχοῦ, ἀλλ' ἐκεῖσε νοητῶς περιγράφεσθαι, ἔνθα καὶ ἐνεργεῖ. οὐ γὰρ δύναται κατὰ ταυτὸν ἐν διαφόροις τόποις ἐνεργεῖν. μόνου γὰρ Θεοῦ ἐστι τὸ πανταχοῦ, κατὰ ταυτὸν ἐνεργεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἄγγελος τάχει φύσεως, καὶ τῷ ἑτοίμως ἤγουν ταχέως μεταβαίνειν, ἐνεργεῖ ἐν διαφόροις τόποις. τὸ δὲ θεῖον πανταχοῦ ὄν, καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν, πανταχοῦ κατὰ ταυτὸν διαφόρως ἐνεργεῖ μιᾷ καὶ ἁπλῇ ἐνεργείᾳ, ἡ δὲ ψυχὴ συνδέδεται τῷ σώματι ὅλη ὅλῳ, καὶ οὐ μέρος μέρει. καὶ οὐ περιέχει τὰ ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ περιέχει αὐτὸ ὥσπερ πῦρ σίδηρον. καὶ ἐν αὐτῷ οὖσα, τὰς οἰκείας ἐνεργεῖ ἐνεργείας. περιγραπτὸν μέν ἐστι, τὸ τόπῳ, ἢ χρόνῳ, ἢ καταλήψει

DE LOCO ANGELI ET ANIMAE *& circumscriptione intellectuali,* Cap. XVII.

Angelus autem corporaliter non cõtinetur quasi formã figuramq; recipiat: in loco tamen dicitur esse, propterea quod adest intelligibiliter, & operatur secundũ suam naturam: & nõ dicitur esse nusquã, sed alicubi intelligibiliter circũscribi, ubi & operatur. non enim potest secundum idem, diuersis in locis operari. Nam solius Dei est, secundum eandem operationem ubiq; esse. Angelus enim uelocitate naturæ, & quia uidelicet promptè & cito pertrãsit, uarijs in locis operari dicitur. Deus autem ubique existens, & super omne, ubique & secundum idem differenter operatur, una ac simplici operatione. Anima autem copulata corpori, tota toti, & non pars parti: neque continetur ab ipso, sed continet ipsum, haud secus atq; ignis ferrum. & in ipso existens, peculiares suas operationes efficit. Circumscriptum autem est, quod loco, tempore, aut comprehensione com-

περιλαμβανόμενον. ἀπερίγραπτον δὲ, τὸ μηδενὶ τούτων περιεχόμενον. ἀπερίγραπτον μὲν οὖν μόνον ἐστὶ τὸ θεῖον, ἄναρχον ὂν καὶ ἀτελεύτητον, καὶ πάντα περιέχον, καὶ μηδὲ μιᾷ καταλήψει περιεχόμενον. μόνον γάρ ἐστιν ἀκατάληπτον, καὶ ἀόριστον, ὑπ' οὐδενὸς γινωσκόμενον, αὐτὸ δὲ μόνον ἑαυτοῦ θεωρητικόν. ὁ δὲ ἄγγελος, καὶ χρόνῳ περιγράφεται (ἤρξατο γὰρ τοῦ εἶναι) καὶ τόπῳ, εἰ καὶ νοητῶς, ὡς προείπομεν, καὶ καταλήψει. καὶ ἀλλήλων γὰρ τὴν φύσιν ἴσασι πως, καὶ ὑπὸ τοῦ κτίστου ὁρίζονται τέλεον. τὰ δὲ σώματα, καὶ ἀρχῇ, καὶ τέλει, καὶ τόπῳ σωματικῷ, καὶ καταλήψει.

comprehēditur. Incircumſcriptum uerò, quod nullo horum cōtinetur. Incircūſcripta igitur ſola diuinitas, ſine principio exiſtens, & ſine fine, & omnia cōtinens, & nulla comprehenſione contenta. Sola enim eſt incōprehenſibilis, infinita, à nullo cognita, ipſa ſola ſuipſius contemplatrix. Angelus enim, & ſeculo circūſcribitur (incepit enim eſſe) & intelligibili loco, ut diximus, & comprehēſione. Nam adinuicem natura ſciunt, quo modo, & à quo conditore perfecte definiti ſunt: corpora uerò & principio, & fine, & corporali loco, & comprehenſione terminata ſunt.

COMMENTARIVS.

QVo pacto angelus intelligibiliter circunſcribatur, & ſit in loco: hoc familiari exēplo cōcipere facilius poterimus. Cum teda ſuccenſa, continetur una domo, per eā ſuum diffundit lumē, illi adeſt, & ipſam illuminat. Tranſlata uerò in alterā domū, eā identidem illuminat: ſed amplius in priore domo nec eſt, nec operatur. Et ita in aliū tranſlata locū, ubi adeſt operatur, & nō alibi, quod certo determinetur & ſubſiſtēdi & operādi limite. Haud aliter angelus cū in cœlo eſt & operatur: circunſcriptionē ibidē & locū intellectualem habet, quod ſimul alibi nec ſit, nec operetur. Et cum ad miniſteriū aliquod peragendū miſſus in terrā eſt, & iuſſam exequitur operationem, nō ſimul eſt nec operatur in cœlo, quod limitatū habeat ſuæ præſentiæ & operationis modū atq; finem, in eoq; loco intellectuali eſſe dicatur, ubi præſentia ſua adeſt, ſuasq; exercet functiones. Et hæc eſt intellectualis eius circunſcriptio, certa ſcilicet naturæ eius determinatio atq; diffinitio. qua cū uni adeſt loco, ſimul alijs corporibus & locis adeſſe nequit. Hinc de cœlo deſcendiſſe legūtur angeli, & aſcendiſſe in cœlū, cū ſine motu quidē locali, nunc ſe à cœlo in terrā, nunc uerò à terra in cœlū trāſtuliſſe deſignātur. Quod aūt diuerſis in locis uideatur angelus ſimul aut operari, aut eſſe: id euenit ꝓpter ſubitum ab uno corpore in aliud, eius tranſitū atq; motū, multo quidem celeriorem q̄ momentanea luminis per totū mundum fiat diffuſio, aut fulguris apparitio. Ob quā planè celeritatē iudicamus ſimul in diuerſis locis ea fieri, quæ fiūt ſubinde & moræ ſucceſſione in diuerſis: ſed propter moræ imperceptibilitatem, aut tranſitus celeritatē, diſcerni à nobis nequeunt. Deus aūt ubiq; & exiſtens & operās, eſt ut ſol, unica radiatione omnes mūdi partes ſimul illuſtrās. Anima uerò rationalis humano corpori addicta, in eo circunſcriptionē habet & locū intellectualem, qđ corporis mole per accidens coerceatur & cōtineatur: ipſum tamen corpus continens, ſaluās atq; cōſeruās, & in eo ſua exercens officia: ut ignis ferro cādenti immanens ac interfuſus, ipſum ferrū reddit ignitū, proprias'q; in eo operationes cōbuſtionē ac illuminationē facit. Cæterū ut ex loco corporali ad intellectualē, & deniq; ad Dei à loco incōprehenſibilitatē in præcedenti capite manuductio poſita eſt: ita ex circū'criptione corporali & intellectuali hic ad Dei incircūſcriptionē agnoſcendā autor aſſurgit. Maximè quidē circūſcripta ſunt corpora naturalia ac ſenſibilia, quæ & tēpore & loco & cōprehēſione perſpicuè determinata dinoſcuntur. Enimuero incipiūt eſſe, & deſinūt, loci anguſtia cōſtringuntur, & facile intellectu quæ nā ſint & qualia cōprehenduntur, cū illorū naturas & proprietates philoſophia naturalis exactiſſimè de, ꝓmat. Minus aūt illius circūſcribitur anima rationalis nā principiū ſuæ durationis habens, fine caret. Loco itidē ſuo neq; cōmenſuratur, neq; coextēditur, ut tota toti aſſit corpori, & pars parti: ſed tota toti, & tota cuiuis adeſt parti. Cōprehenſione itē minus circūſcribitur: qđ lōgè minus & incōpletiꝰ eius natura atq; cōditio, q̄ rerū naturaliū noſcatur. Cæterū cœleſtes & angelicæ ſubſtātiæ, etſi circunſcriptionē trifariā ſuſtineāt, minus tamen q̄ anima rationalis. nēpe maioris ſunt æui q̄ anima, tēporalē in corpore ſucceſſionē ad tēpus ſortita, immortalitatis tū ſorte donata. Minus itē loco claudūtur: nā ei cui aſſunt corpori, nequaq; alligātur: ſicut anima noſtræ carni, cū ea ſubſtātialiter hominē cōſtituens. Demū minus comprehenditur angelicarū uirtutū quā animæ noſtræ natura, qđ à rebus ſenſibilib. diſtātiores ſint, & à materia magis ſeiuges. Super hæc omnia uerò excellēter eminet ſumā diuinitas, omnifariā incircunſcripta. Tēpore quidē, qđ æterna ſit: loco, quod ubiq; præſens ſit, & nulli incluſa loco, neq; excluſa. Cōprehēſione uerò, quia nequaq; humano intellectu aut angelico cōprehendi poteſt. Eadē fermè uia, ex inferiorū magnitudine Dei plenitudinē, alteritate identitatem, multitudine unitatem, diuiſione ſimplicitatem, motu ſtabilitatē, tempore æternitatē, imperfectione perfectionem, compoſitione ſimplicitatem, cōtingentia neceſſitatem, rimari

prom-

prōptum erit ijs qui per ordinatissimos rerū gradus ex nimis paulatim ad summa subuehi, hac philosophia duce laborarint. Sic sane quicquid in creaturis imperfectū, deciduū & indignū cōperitur: in ipsa diuinitate excēplariter, superexcellenter & supra omnē perfectionem elucere atq; eminere conspicietur. Quinimo & totus mundus, imago quædā diuinarū proprietatum esse cognoscetur: referens quidem umbraliter & obscurè suū exemplar super omnē excellentiā perfectū: sed ab eo longè deficiens, ob distantiā & magnū discriminis interuallū à suo principio, unicè & absolutè omnia complectenti.

COLLECTANEA DE DEO, PAtre, filio, spiritu sancto, uerbo, spiritu. Cap. XVIII.

ἄτρεπτον οὖν παντελῶς τὸ θεῖον, καὶ ἀναλλοίωτον. πάντα γὰρ τῇ προγνώσει τὰ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν προώρισεν, ἕκαστον κατὰ τὸν ἴδιον καὶ πρέποντα καιρὸν, καὶ τόπον. καὶ κατὰ τοῦτο ὁ πατὴρ οὐδένα κρινεῖ. τὴν δὲ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. κρινεῖ γὰρ ὁ πατὴρ δηλονότι, καὶ ὁ υἱὸς, ὡς θεὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς, ὡς ἄνθρωπος σωματικῶς καταβήσεται, καὶ καθιεῖται ἐπὶ θρόνου δόξης. σώματος γὰρ περιγραπτοῦ ἡ κατάβασις, καὶ ἡ καθέδρα. καὶ κρινεῖ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. πάντα ἀπέχει θεοῦ, οὐ τόπῳ, ἀλλὰ φύσει. ἐπὶ ἡμῶν φρόνησις, καὶ σοφία, καὶ βουλὴ, ὡς ἕξις συμβαίνει, καὶ ἀποχωρεῖ, οὐ μὴν ἐπὶ θεοῦ. ἐπὶ αὐτοῦ γὰρ οὐδὲν γίνεται, καὶ ἀπογίνεται. ἀναλλοίωτος γάρ ἐστι, καὶ ἄτρεπτος, καὶ οὐ χρὴ συμβεβηκὸς ἐπὶ αὐτοῦ λέγειν. τὸ δὲ ἀγαθὸν ὁ θεὸς, σύνδρομον ἔχει τῇ οὐσίᾳ. ὁ ἐπιθυμῶν ἀεὶ τοῦ θεοῦ, οὗτος ὁρᾷ αὐτόν. ἐν πᾶσι γάρ ἐστιν ὁ θεός. τοῦ γὰρ ὄντος, ἐξῆπται τὰ ὄντα. καὶ οὐκ ἔστιν εἶναί τι, εἰ μὴ ἐν τῷ ὄντι τὸ εἶναι ἔχει, ὅτι πᾶσι μὲν ἐγκέκραται ὁ θεὸς, ὡς συνέχων τὴν φύσιν. τῇ δὲ ἁγίᾳ αὐτοῦ σαρκὶ ὁ θεὸς λόγος καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνώθη, καὶ κατεμίχθη ἀσυγχύτως πρὸς τὸ ἡμέτερον. οὐδεὶς ὁρᾷ τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα. βούλησις, καὶ σοφία, καὶ δύναμις ὁ υἱὸς ἐστὶ τοῦ πατρός. οὐ χρὴ γὰρ λέγειν ἐπὶ θεοῦ ποιότητα, ἵνα μὴ σύνθετον εἴπωμεν αὐτὸν, ἐξ οὐσίας καὶ ποιότητος. ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρός ἐστι, καὶ πάντα ὅσα ἔχει ἐξ αὐτοῦ ἔχει, διὸ οὐδὲ δύναται ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδέν. οὐ γὰρ ἔχει ἰδιάζουσαν ἐνέργειαν παρὰ τὸν πατέρα. ὅτι δὲ φύσει ἀόρατος ὢν ὁ θεὸς, ὁρατὸς ταῖς ἐνεργείαις γίνεται, ἐκ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, καὶ κυβερνήσεως γινώσκομεν. εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, δι᾽ οὗ χριστὸς ἐνοικῶν ἀνθρώπῳ, δίδωσιν αὐτῷ τὸ κατ᾽ εἰκόνα. θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μέσον τοῦ ἀγεννήτου, καὶ δι᾽ υἱοῦ τῷ πατρὶ συνα-

INuertibilis igitur omnino Deus, & inalterabilis. nam ipse omnia quæ nō in nostra potestate sunt, præscientia prædeterminauit, unūquodq; secundū proprium & cōueniens tempus & locum. Quapropter pater nullum iudicat: iudicium autem dedit filio. Iudicat enim pater uidelicet & filius, & spiritus sanctus, ut Deus. Ipse uerò filius ut homo corporaliter descendet, & sedebit in throno maiestatis (corporis enim circunscripti est & descensio, & sedes) & iudicabit orbem terrarū in iustitia. Omnia distant à Deo, non loco, sed natura. In nobis prudentia, sapientia, & cōsilium, ut habitus accedunt & abscedunt: at non in Deo. nā in ipso nihil accedit, aut abscedit. inalterabilis ēm est, & immutabilis. Neq; fas est illi accidēs ascribere nam bonum Deus cōcurrens, coincidensq; habet ipsi substātię. Qui desiderat semper Deum, ipse Deū uidet, nam in omnibus est Deus. Ab ipso ente enim dependent entia: & non est possibile quodcunq; esse, nisi ab ipso ente esse habeat, quoniam in omnibus contentus est Deus, naturam cōtinens. Sanctæ uerò carni suæ, Deus uerbum personaliter unitus est, & ad id quod naturæ nostræ est permixtus incōfusè. Nullus uidet patrem, nisi filius & spiritus sanctus. Voluntas & sapientia, & uirtus patris, filius est. Neque enim oportet dicere in Deo esse qualitatem, ne ipsum esse dicamus ex substantia & qualitate. Filius ex patre est: & omnia quæcunque habet, ex ipso habet. quare non potest à seipso quicquam facere: non enim habet appropriatam operationem, præter patrem. Quòd autem Deus natura inuisibilis existens, uisibilis operationibus fiat: ex mundi constitutione & gubernatione cognoscimus. Imago patris est filius, & filij spiritus sanctus: per quem Christus homini inhabitans, dat ei quod est secundum imaginem. Deus spiritus sanctus, medius ingeniti & geniti, & per filium patri coniunctus.

πτόμενον, πνεῦμα θεοῦ λέγεται, πνεῦμα χριστοῦ, νοῦς χριστοῦ, πνεῦμα κυρίου, αὐτοκύριος, πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀληθείας, ἐλευθερίας, σοφίας. καὶ γὰρ ποιητικὸν τούτων ἁπάντων, πάντα τῇ οὐσίᾳ πληροῦν, πάντα συνέχον, πληρωτικὸν κόσμου κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀχώρητον κόσμῳ κατὰ τὴν δύναμιν. θεός ἐστιν ἀΐδιος οὐσία, καὶ ἀπαράλλακτος, δημιουργικὴ τῶν ὄντων, εὐσεβεῖ συνειδήσει προσκυνουμένη. θεὸς καὶ πατὴρ, ὁ ὢν ἀεὶ, ἀγέννητος, ὡς μὴ ἔκ τινος γεννηθεὶς, γεννήσας δὲ υἱὸν συναΐδιον. θεός ἐστι καὶ ὁ υἱὸς, ὁ ὢν ἀεὶ σὺν τῷ πατρὶ, ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως, καὶ ἀρρεύστως, καὶ ἀπαθῶς, καὶ ἀδιαστάτως ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος. θεὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐστὶ, δύναμις ἁγιαστικὴ ἐνυπόστατος, ἐκ τοῦ πατρὸς ἀδιαστάτως ἐκπορευομένη, καὶ ἐν υἱῷ ἀναπαυομένη, ὁμοούσιος πατρὶ καὶ υἱῷ. λόγος ἐστὶ, καὶ ἡ φυσικὴ τοῦ νοῦ κίνησις. καθ' ἣν κινεῖται, καὶ νοεῖται, καὶ λογίζεται, οἱονεὶ φῶς αὐτοῦ ὢν, καὶ ἀπαύγασμα. καὶ πάλιν λόγος ἐστὶν ὁ οὐσιωδῶς τῷ πατρὶ ἀεὶ συμπαρών. λόγος πάλιν ἐστὶν ὁ ἐνδιάθετος, ὁ ἐν καρδίᾳ λαλούμενος. καὶ πάλιν λόγος ἐστὶν ἄγγελος νοήματος. ὁ μὲν οὖν θεὸς λόγος οὐσιώδης τέ ἐστι, καὶ ἐνυπόστατος. οἱ δὲ λοιποὶ τρεῖς λόγοι, δυνάμεις εἰσὶ τῆς ψυχῆς, οὐκ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει θεωρούμενοι. ὧν ὁ μὲν πρῶτος, τοῦ νοῦ φυσικόν ἐστι γέννημα, ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ φυσικῶς πηγαζόμενον. ὁ δεύτερος δὲ, λέγεται ἐνδιάθετος. ὁ δὲ τρίτος, προφορικός. τὸ πνεῦμα νοεῖται πολλαχῶς. τὸ ἅγιον πνεῦμα· λέγονται δὲ καὶ αἱ δυνάμεις τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, πνεύματα. πνεῦμα καὶ ὁ ἄγγελος ὁ ἀγαθός. πνεῦμα καὶ ὁ δαίμων. πνεῦμα καὶ ψυχή. ἔστι δ' ὅτε καὶ ὁ νοῦς πνεῦμα λέγεται. πνεῦμα καὶ ὁ ἄνεμος, καὶ ὁ ἀήρ.

ctus, ſpiritus Dei dicitur, ſpiritus Chriſti, intellectus Chriſti, ſpiritus Domini, ipſe Dominus, ſpiritus adoptionis, ueritatis, libertatis, ſapientiæ (etenim horum omniũ artifex eſt) cuncta ſubſtantia implens, omnia cõtinens, mundũq́ ſubſtantialiter replens, à mundo ſecundum uirtutem incomprehenſibilis manens. Deus eſt æterna ſubſtantia & immutabilis, cõditrix entium, pia cõſcientia adorabilis. Deus & pater eſt ſemper exiſtens, ingenitus, ut nõ ex aliquo genitus. generans aũt filium coæternum. Deus & filius eſt, qui eſt ſemper cum patre intẽporaliter, æternè, influxibiliter, impaſſibiliter: & ex ipſo genit9. Deus & ſpiritus ſanctus eſt: uirtus ſanctificatrix, in propria perſona ſubſiſtens, inſeiunctè à patre procedẽs, & in filio requieſcens, cõſubſtantialis patri & filio. Verbũ eſt ſemper patri ſubſtantialiter coaſſiſtens. Verbũ rurſus eſt naturalis mẽtis motio, ſecundũ quam mouetur, intelligit, & cogitat, ueluti lux ipſius exiſtẽs, atq́ ſplendor. Verbũ rurſus eſt q internũ, & in corde promitur. Etiterũ, uerbũ eſt nuncius intelligentiæ. Igitur Deus eſt ſubſtãtiale uerbum, & in propria ſubſiſtẽs hypoſtaſi. Sunt autẽ tria alia uerba, in potẽtia animæ nõ in propria ſubſiſtẽtia cõſiderata. quorum primũ quidẽ naturale mẽtis eſt germẽ, ex ipſa ſemper naturaliter ſcaturiẽs. ſecundũ eſt internũ, tertiũ uerò prolatũ. Spiritus intelligitur multipliciter, ſpiritus ſanctus, uirtutes etiã ſpiritus ſancti dicuntur ſpiritus, & angelus bonus ſpiritus, & dæmonum ſpiritus, & anima, quandoq́ etiam mens ſpiritus dicitur, & uẽtus ſpiritus, & ſpiritus aer.

COMMENTARIVS.

PErmultæ hoc loco colliguntur proprietates diuinæ, latius in ſuperioribus explicatæ. Inter quas ea in frõte proponitur, quod omnia quæ in noſtra poteſtate nõ ſunt, Deus præſcientia prædeterminauit. Siquidẽ quæ in noſtra poteſtate collocata ſunt, & quæ ſi uolumus facimus, ſi uerò nolumus nõ facimus, præſcire quidẽ dicitur Deus: ut mala quæ ſuo permiſſu perpetramus: nõ tñ prædiffinire, neq; prædeterminare, qđ illorũ nõ eſt autor. Quæ uerò in nobis ſita nõ ſunt, ut rerũ exortus & obitus, tẽporũ alternationes, atq; uiciſſitudines nũc pluuiæ, nunc ſerenitates: & præſcit Deus anteq̃ eueniãt, & prædiffiniuit. Verũ id ex ſecundi libri ultimo capite magis erit perſpicuũ. Quod aũt cõtinuo ſubnectit autor, patrẽ nullũ iudicare, ex Ioanne deſumit, quinto Euãgelij ca. dicẽte: Neq; em̃ pater iudicat quenq̃, ſed omne iudiciũ dedit filio, & poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis eſt. Iudicat quidẽ pater, autoritate & maieſtate diuina (queãdmodũ filius de patre dicit Ioan. 8. ca. Eſt qui quærat & iudicet) nõ tñ executionis iudicariæ cenſuræ. quia in extremo iudicio pſona patris nõ apparebit iudicãdis. Qui em̃ malis appareret, diuina uiſione indignis: cũ uideri nõ poſſit, niſi beatitudine participantib. Siquidẽ mũdis corde repromiſſa eſt beatitudo, Dei uiſio: in qua re, pbi cũ electis cõmunicare nõ poſſunt, cũ dictũ ſit, Tollatur impius ne uideat gloriã Dei. Hoc igitur pacto iudicabit Chriſtus, in forma ſcilicet humana, quæ à iudicãdis omnib. liquidò cõſpi-

cietur. Et tunc mali ſecundũ ſcripturę teſtimoniũ,uidebunt in quē transfixerunt. Et id nō ab
re.nā in ea forma iudicatus eſt ab iniquo iudice,cœloſq; cōſcendit, ſic uenturus quēadmodũ
uiſus eſt aſcendiſſe. Cũ deinde ſubiungit autor,prudentiā,ſapientiā,& conſilium,in Deo non
dicere habitus accidentarios,ſicut in nobis.id eò euenit,qđ propter ſummā eius identitatem
et ſimplicitatē,nihil illi nouũ accedere poteſt,nihil itidem qđ aderat ab eo abſcedere,quinim
mo nullũ illi accidens à ſua ſubſtātia alienũ cōuenire. Quocirca quæcunq; de Deo accidenta-
riā rationē præferentia dicuntur,ꝓpter ſummā eius unitatē & ſimplicitatē nihil ab eo re ipſa
diſcrepans deſignare putanda ſunt: ut potens, ſapiens, bonũ, unũ,pfectũ,& cætera id genus.
Alioqui in Deo nō eſſet maxima unitas,cum magis unũ ſit qđ ab omni accidente ſubſtantiā
habet ſeiugatam q̃ quod accidens habet cohærens. Sed hæc omnia, rationũ duntaxat diuerſi
tatem inſinuant:q̃ in Deo ponere nihil uetat,ut in quo rationes omnes unicè cōplicantur. Et
quemadmodũ huiuſmodi denominationes accidentariæ,de Deo aſſertoriè dicũtur:ita & de
ſe inuicem. Idē eñ eſt bonitas Dei,& ſapientia eius,atq; uirtutes:cũ quęcũq; uni & eidē tertio
ſunt,eadē illa & inter ſe eadem eſſe neceſſariũ ſit. Hinc tota eorũ quę Deo aſcribuntur theolo
gia,in circulo(ut inquit Cuſanus)eſt cōſtituta, propter mutuā eorũ de ſe inuicem prædicatio
nem. Sed hæc ex uiceſima ꝓpoſitione primi ipſius Ricardi de Trinitate,clarius eluceſcũt. Ad
uerte præterea, autorē hic ſpiritũ ſanctũ appellare imaginē filij,per quem ſpiritum Chriſtus
habitans in homine per gratiā,renouat & reformat animũ,in quo labefacta fuit imago Dei p
peccatũ,& integritatē diuinæ imaginis illi reſtituit. Quemadmodũ inqt Apoſtolus: Chriſtũ
habitare in cordibus hominũ p fidem, ſecundũ interiorem hominem. Verũ ſi ſpiritus conce
datur eſſe imago filij,cũ eadem ſit ratio ꝓdeundi eius à patre & filio,à quibus tanquam uno
principio emanat:ipſe ſpiritus etiā dicendus eſſet imago patris,ſicut & filius:qđ undecima ſe
xti ipſius Ricardi de Trinitate negat,oſtēditq; potius ſpiritũ ſanctũ eſſe appellandũ utriuſq;,
patris inq̃ & filij,naturalem ſimilitudinem. Cum etiā dicit ſpiritum ſanctum eſſe medium in
geniti, & geniti,eā reſpicit rationē qua ſpiritus ſanctus dicitur cōmunio,nexus,& uinculũ a-
moris utriuſq;. Nā ꝓpriũ eſt medij connectere extrema,& ad inuicē colligare. Qđ ſi originis
ratio diuinæq; motionis habeatur,q̃ initiũ ſumit à patre, mediũ habet in filio, & cōpletur in
ſpiritu ſancto,q finis eſt & cōſummatio intimi motus diuini:ſpiritus ſanctus,poſtremus po-
tius & extremus ordine dicēdus eſſet:ut ex undecima tertij & nona quinti Ricardi de Trinita
te,amplius dilucidũ eſt. Et hāc ſecũdā rationē potius attēdere uidetur eccleſia catholica in no
minatione diuinarũ perſonarũ,ſpiritũ ſanctũ poſtremo loco(ſicut à Chriſto edocta eſt)cōſti-
tuens. At uerò ſequētes ſpiritus ſancti nũcupationes in litera poſitæ,ut qđ ſpiritus Dei dica-
tur et ſpiritus Chriſti,et ita de cæteris,ex ſacra ſcriptura(in qua frequētes ſunt)colligũtur. Spi
ritus Dei. Paulus Rom.8.ca. Quicũq; ſpiritu Dei agũtur,hi ſunt filij Dei. Spiritus Chriſti, idē
eodē loco: Si quis ſpiritũ Chriſti non habet,hic non eſt eius. Et ad Gal.4. Miſit Deus ſpiritum
filij ſui in corda noſtra,clamantē abba pater. Spiritus Domini. Eſaiæ ca.11. Egredietur uirga de
radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet,& requieſcet ſup eũ ſpiritus Domini:ubi etiam nũ-
cupatur ſpiritus intellectus,qa inter diuina chariſmata intellectũ dat paruulis, & inſtruit in
uia in qua ambulent:hinc rectè intellectus Chriſti inter cæteras denominationes dicitur. Do
minus & Deus nominatur idē ſpiritus à Paulo,1.ad Corinth.ca.12.ubi diſtributiones gratiarũ
eſſe declarat,eundē autē ſpiritũ,Dominũ & Deũ,pro ſuæ uolũtatis beneplacito omnia diſtri-
buentē. Spiritus adoptionis. Paulus ad Rom.8. Non eñ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in
timore,ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorũ Dei,in q̊ clamamus abba pater. Spiritus item
ueritatis. Ioan.15.ca. Cũ uenerit paracletus,quē ego mittā uobis à patre,ſpiritum ueritatis. Spi
ritus libertatis. Paulus 2.ad Corinth.ca.3. Vbi ſpiritus Dei,ibi libertas. Spiritus ſapiētiæ. Sapi
ent.1.ca. Benignus eſt eñ ſpiritus ſapientiæ.& Eſaiæ 11.ab uno ſuorũ donorũ,eodē nomine ap
pellatur. Cuncta ſubſtātia replens. Sapient.1.ca. Spiritus Domini repleuit orbē terrarũ,& hoc
quod continet omnia,ſcientiā habet uocis. Et eodē pacto conſimiles eius nuncupationes hic
expreſſæ,ſuis reſtituantur locis,& ſacræ ſcripturæ teſtimonio cōprobentur. Demũ præter eā
ſignificantiā qua uerbũ dicitur filius Dei,author tres alias ſubiungit uerbi acceptiones: quæ
tria Verba in litera uocat. Siquidē primò(inquit)uerbũ eſt noſtræ mentis intellectio: ab ipſo
intellectu naturaliter ꝓdiens, ut uiſio ab oculo. Et quoniā hæc ꝓpria eſt & naturalis eius fũ
ctio,operatioq; ab eo ꝓdiens,dicitur naturale mētis germen,ab ipſa ſemper ſcaturiens. Secũ
dò uerbũ eſt interna mentis locutio per notiones rerũ, quas cũ ſedulò cogitatu mens uerſat,
ipſa ſecũ loqui dicitur. Tertiò uerbũ eſt exterior uocis prolatio,ſiue elocutio,enuncians ea q̃
mente ſunt recōdita.& hic intelligentiæ nuncius aptè dicitur. Verũ tria huiuſmodi uerba nō
per ſe ut uerbũ Dei,ſed in alio ut ſubiecto ſubſiſtunt:duo quidem prima,in animæ potētia &
ui intellectiua:tertiũ uerò ex ea prodit in aerē,& diffluit. Poſtremũ octo enumerat autor ſpi-
ritus acceptiones,quarũ apud ſacras literas non infrequens eſt uſus. Siqdem ſpiritus ꝓ ſpiri-
tu ſancto ſumitur,Pſalm.142. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā. Pro uirtute ſpiri
tus ſancti,Iud.14. Irruit autē ſpiritus Domini in Samſon,& dilacerauit leonē:ubi donũ ſpiri-
tus ſancti,ſcilicet fortitudo atq; robur,ſpiritus nominatur. pro angelo bono,Pſal.103. Qui fa-
cit angelos ſuos ſpiritus,et miniſtros ſuos ignē urentē. Pro dęmone,Primo Reg.ca.15. Poſt dić
autem

autem alterā, inuasit spiritus Dei malus, Saul. Pro anima, Genes. 7. ca. Vniuersæ aues omnesq; uolucres ingressæ sunt ad Noe in arcā, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus uitæ. Pro mēte, Paulus 1 Corinth. ca. 2. Quis enim scit hominū quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Pro uento. Ecclesiast. cap. 43. Vox tonitrui eius uerberauit terrā, tēpestas aquilonis & congregatio spiritus. Demū pro aëre, Psal. 118. Os meū aperui, & attraxi spiritū.

ΤΑ ΙΔΙΩΜΑΤΑ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ φύσεως. ιδ.

Τὸ ἄκτιστον, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀθάνατον, καὶ ἀπέραντον, καὶ αἰώνιον, τὸ ἄϋλον, τὸ ἀγαθόν, τὸ δημιουργικόν, τὸ δίκαιον, τὸ φωτιστικόν, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἀπαθές, τὸ ἀπερίγραπτον, τὸ ἀχώρητον, τὸ ἀπεριόριστον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἀόριστον, τὸ ἀόρατον, τὸ ἀπερινόητον, τὸ ἀνενδεές, τὸ αὐτοκρατὲς καὶ αὐτεξούσιον, τὸ παντοκρατορικόν, τὸ παντοδύναμον, τὸ ἀπειροδύναμον, τὸ ἁγιαστικὸν καὶ μεταδοτικόν, τὸ περιέχειν καὶ συνέχειν τὰ σύμπαντα, καὶ πάντων προνοεῖσθαι, πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φύσει ἔχει, οὐκ ἄλλοθεν εἰληφυῖα, ἀλλ᾽ αὐτὴ μεταδιδοῦσα παντὸς ἀγαθοῦ τοῖς οἰκείοις ποιήμασι, κατὰ τὴν ἑκάστου δεκτικὴν δύναμιν, ἡ ἐν ἀλλήλαις τῶν ὑποστάσεων μονή τε καὶ ἵδρυσις. ἀδιάστατοι γὰρ αὗται, καὶ ἀνεκφοίτητοι ἀλλήλων εἰσίν, ἀσύγχυτον ἔχουσαι τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν. οὐχ ὥστε συναλείφεσθαι, ἢ συγχεῖσθαι, ἀλλ᾽ ὥστε ἔχεσθαι ἀλλήλων. υἱὸς γὰρ ἐν πατρί, καὶ πνεύματι. καὶ πνεῦμα ἐν πατρί, καὶ υἱῷ. καὶ πατὴρ ἐν υἱῷ καὶ πνεύματι, μηδεμιᾶς γινομένης συναλοιφῆς, ἢ συμφύρσεως, ἢ συγχύσεως. καὶ τὸ ἓν, καὶ ταυτὸν τῆς κινήσεως. ἓν γὰρ ἔξαλμα, καὶ μία κίνησις τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ὅπερ ἐπὶ τῆς κτιστῆς φύσεως θεωρηθῆναι ἀδύνατον, καὶ ὅτι ἡ θεία ἔλλαμψις, καὶ ἐνέργεια μία οὖσα, καὶ ἁπλῆ. καὶ ἀμερής, καὶ ἀγαθοειδῶς ἐν τοῖς μεριστοῖς ποικιλλομένη, καὶ τοῖς πᾶσι τὰ τῆς οἰκείας φύσεως συστατικὰ νέμουσα, μένει ἁπλῆ, πληθυνομένη μὲν ἐν τοῖς μεριστοῖς ἀμερίστως, καὶ τὰ μεριστὰ πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἁπλότητα συνάγουσα, καὶ ἐπιστρέφουσα. πάντα γὰρ αὐτῆς ἐφίεται, καὶ ἐν αὐτῇ ἔχει τὴν ὕπαρξιν. καὶ αὐτὴ τοῖς πᾶσι τοῦ εἶναι καθὼς ἔχει φύσεως μεταδίδωσι. καὶ αὐτὴ ἐστὶ τῶν ὄντων τὸ εἶναι, καὶ τῶν ζώντων ἡ ζωή, καὶ τῶν λογικῶς ὄντων ὁ λόγος, καὶ τῶν νοερῶς ὄντων ἡ νόησις, αὐτὴ ὑπὲρ νοῦν οὖσα, καὶ ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑπὲρ ζωήν, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν. ἔτι δὲ καὶ τὸ διὰ πάντων διήκειν ἀμιγῶς, δι᾽ αὐτῆς δὲ οὐδέν. ἔτι καὶ τὸ ἁπλῇ γνώσει γινώσκειν τὰ πάντα, καὶ πάντα ὁρᾶν θείῳ καὶ παντε-

PROPRIETATES DIVINAE NAturæ. Cap. XIX.

Increatum, ininitiatum, immortale, infinitum, æternum, immateriale, bonū, opifex, iustum, illuminatiuū, inuertibile, impassibile, incircumscriptū, incapax, interminū, indiffinibile, incorporeum, inuisibile, inintelligibile, nullius indigum, per se dominans, per se potens, omnitenens, uiuificans, omnipotens, infinitipotens, sanctificans, se propagans, continens & constringens omnia, & omnibus prouidens. Omnia hęc & similia natura habet: non aliunde suscipiens. Sed ipsa diuina natura indultrix est omnis boni proprijs facturis suis: secundū uniuscuiusq; uirtutis capacitatē. Immanentia & stabilitas hypostaseon inuicem est. nam ipsæ, inseparatæ & in abscedentes sunt abinuicē, inconfusam habentes inuicē circuitionē: nō quod cōmisceantur aut confundātur, sed quod inuicem inhabitentur. Nā filius in patre & spiritu, & spiritus in patre & filio, & pater in filio & spiritu, nulla quidem facta cōtractione, cōmixtione, aut confusione: & est unitas & identitas motionis. nam una est prosilitio, et motus unus, trium personarum: quod quidem increata natura conspicere impossibile est. quoniam diuina effulgentia, & operatio: una substātia est: & simplex, & impartibilis, & boniformiter in rebus partibilibus uariata, atq; omnib. quæ propriam constituunt naturā largiēs, simplex manet. Multiplicata quidem in partibilibus impartibiliter: & partibilia ad suam ipsius simplicitatem ducens atq; conuertens: omnia enim ipsam desiderant & in ipsa habent substantiam. Et ipsa omnibus esse (ut eorum fert natura) condonat: & ipsa est entium esse, & uiuentium uita, & rationabilium entium ratio, & intellectualium intelligentia, ipsa super intelligentiam existens, & rationem & super uitam, & super substantiam. Amplius enim ipsius est, per omnia meare impermixte, per ipsam autem nihil præterea, simplici & inscrutabili cognitione cognoscere omnia, & omnia diuino & omni con-

ποπτικῷ καὶ ἀΰλῳ αὐτοῦ ὄμματι, ἁπλῶς καθορᾷν τά τε ἐνεστῶτα, τά τε παρεληλυθότα, καὶ τὰ μέλλοντα, πρὶν γενέσεως αὐτῶν. τὸ ἀναμάρτητον, καὶ τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας, καὶ σώζειν. καὶ ὅτι πάντα μὲν, ὅσα θέλει δύναται, οὐχ ὅσα δὲ δύναται, θέλει. δύναται γὰρ ἀπολέσαι τὸν κόσμον, οὐ θέλει δέ.

ſpicaci & immateriali oculo penitus intueri, præſentia quidem, pręterita, & futura, priuſquam oriantur: & ſine peccato eſſe, & dimittere peccata, & ſaluare, & omnia quæcunq; uult poſſe, nō aūt quæcunq; poteſt uelle. nam poteſt quidem perdere mūdum: nō uult autem.

COMMENTARIVS.

PRoprietates diuinæ naturæ compendio & quaſi epilogo quodā hoc capite cōſtringit autor: diffuſius in ſuperioribus explanatas, nec ampliori fermè indigētes elucidatione, præter nōnulla manuductionib. & exemplis clarius (ut occurrūt) aperiēda. Quorū id unū ſe offert, qđ diuina effulgentia & operatio dicitur in litera boniformiter in rebus partibilib uariata. Nā ut ſol ſenſibilis unicus eſt, multipliciter tamen uariatur in reb. inferiorib. quas luciformes reddit, ſuæq; claritatis particeps, has quidē magis, illas uerò minus, pro diſtantia, propinquitate, maiore aut minore recipiendæ lucis diſpoſitione. Sic unus eſt rerū omniū autor ſummè bonus, omnib. à ſe conditis rebus boni participationē & cōſortiū (cuiq; pro ſuo captu) indulgens. Vidit em̄ (ut diuina inquit ſcriptura) Deus cuncta quæ fecerat, & erāt ualde bona. At quia diuerſi ſunt entiū gradus, & omnes quidē boniformes: multifariā diuinæ bonitatis forma, ſpecieq; participāt. Hæc ſiquidē amplius, ut quæ propinquiora ſunt immēſo bonitatis fonti, quemadmodū cœleſtes ſpiritus & animæ rationales. Illa uerò minus, ut quæ diſtātiora ſunt ab ipſo ſummè bono, ſolā umbrā & tenuē eius imaginē ſortita: qualia ſunt bruta, plantæ & inanima. Deus igitur, ſi ſubſtantiā reſpicias, maximè unus, ſimplex & idē eſt. Si uerò participationē bonitatis eius ſubiectis creaturis ſupereffuſam attēdas, uariatus eſt, multiplicatus, creſcens & multimodus dicitur, ob diuerſas participandi rationes. Tamē ob huiuſmodi multiplicationē nequaq; ab uno diſcedit: neq; à ſimplicitate, neq; idētitate. Vt neq; ſol noſter mūdanus, unus eſſe deſinit: quis in omnia ſuum diffundat lumen. Neq; facies uiua hominis, unitatem perdit: tametſi in decem ſpeculis uario interſtitio ab ea diſſeparatis effigiem ſuam efformet. Neq; primitiuum ſigillum ab unitate decidit: eo ipſo quod in diuerſis cæris multiplicatur, ſpeciei ſuæ effigiatione pro recipientium qualitate uariata. Hanc ob cauſam Sapientiæ 7. cap. ſpiritus intelligentiæ (qui Deus eſt) ſanctus dicitur, unicus & multiplex, unicus quidem ſubſtantia, multiplex uerò ſuorum munerum diffuſione, ac propagatione: mobilis itidē, quia in omnia ſe ineffabiliter transfundit, & citra motum omnia permeat. Omnibus enim mobilibus (inquit) mobilior eſt ſapientia: & cum ſit una, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat. & per notiones in animas ſanctas ſe transfert. Eadem quoq; ratione, diuina bonitas & operatio dicitur in litera, multiplicata in partibilibus impartibiliter. Nēpe ut unitas numeralis & abſoluta, in partibilibus numerum ſpeciebus eſt impartibilis, & cuiq; numero totiidē & parti eius dat ſui denominationem: Enimuero in centenario, unitas eſt centies multiplicata: & tamen impartibilitatē ſuam non amittit, & ab unitate, centenarius unus: & quæuis centenarij pars, una. Sic diuina ſubſtantia maximè una, omnibus (ut diuinus Dionyſius 12 ca. De diuinis nominibus inquit) ſuæ unitatis cōmunionem tradit, & unumquodq; ab ea ſiue totū fuerit, ſiue pars, unum dicitur. In tota tamen rerum multitudine, unum illud diuinæ ſubſtantiæ ſuper omnia excellenter eminēs, indiuiduum manet & impartibile. Sicut & anima hominis in diuerſis partibus corporis differenter operatur: unica tamen manens & impartibilis, partibilibus adeſt impartibiliter. Et planè quemadmodum anima rationalis extenſo corpori humano adeſt inextenſè, & corporalia incorporaliter intelligit, ac temporalia intemporaliter, multo magis diuina ſubſtātia adeſt partibilib. impartibiliter, localibus illocaliter, corporalibus incorporaliter, temporalibus intemporaliter, extenſis inextenſè, mutabilibus immutabiliter, & demùm corruptibilibus incorruptibiliter, mixtis quoq; impermixtibiliter. Neq; ſolum diuina ſubſtantia cum ſummè una ſit, multiplicatur in rebus cōditis & partibilib. ſed & rurſum partibilia ad ſuam ſimplicitatem reuocat & adducit, ut duplicem eius motionem animo effingamus, unam directam & primitiuam, ab ipſius ſimplicitate procedentē per effuſionem in res ſubiectas, tanquam ab unitate ad multitudinem. Secundum uerò reflexam & reciprocam, à rebus multipliciter euariatis colligentem omnia rurſum in ſuam ſimplicitatem. Et hæc è diuerſo egreditur à multitudine ad unitatem, in quam reuocantur omnia & reducuntur, perinde atq; ſol radios ſuos directo iactu diffundit in terram, & rurſum reflexo motu eos multiplicatos conuertit in ſe, & coadunat diſperſos. Sic intellige unitatem ſe multiplicantem in numeris, & iterum omnes numerorum ſpecies in ſe colligentem. Et hæc eſt etiam ſententia diui patris Dionyſij in principio libri De cœleſti hierarchia. Quinimmo quæ iam adducta ſunt in huius capitis explanatione, ex prima parte quarti cap. & quinto capite eiuſdem De diuinis nominibus, euadunt apertiora.

IOANNIS DAMASCENI DE ORTHODOXA FIDE LIBER SECUNDUS.

ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ. ΙΣ.

Αὐτὸς τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. πρὸς ὃν φησὶν ὁ θεῖος Δαβίδ, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, σὺ εἶ. καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. χρὴ τοίνυν γινώσκειν, ὅτι τὸ τοῦ αἰῶνος ὄνομα, πολύσημόν ἐστι. πλεῖστα γὰρ σημαίνει. αἰὼν γὰρ λέγεται, καὶ ἡ ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ζωή. λέγεται πάλιν αἰὼν, καὶ ὁ τῶν χιλίων ἐτῶν χρόνος. πάλιν λέγεται αἰὼν, ὅλος ὁ παρὼν βίος. καὶ αἰὼν ὁ μέλλων, ὁ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀτελεύτητος. λέγεται πάλιν αἰὼν, οὐ χρόνος, οὐδὲ χρόνου τι μέρος, ἡλίου φορᾷ καὶ δρόμῳ μετρούμενον, ἤγουν δι' ἡμερῶν καὶ νυκτῶν συνιστάμενον, ἀλλὰ τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς ἀϊδίοις, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα, καὶ διάστημα. ὅπερ γὰρ τοῖς ὑπὸ χρόνον ὁ χρόνος, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις ἐστὶν αἰών. λέγονται μὲν οὖν ἑπτὰ αἰῶνες τοῦ κόσμου τούτου, ἤγουν ἀπὸ τῆς οὐρανοῦ καὶ γῆς κτίσεως, μέχρι τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων συντελείας τε καὶ ἀναστάσεως. ἔστι μὲν γὰρ συντέλεια μερικὴ, ὁ ἑκάστου θάνατος. ἔστι δὲ καὶ κοινὴ καὶ παντελὴς συντέλεια, ὅτε μέλλει ἡ κοινὴ γίνεσθαι τῶν ἀνθρώπων ἀνάστασις. ὄγδοος δὲ αἰὼν, ὁ μέλλων. πρὸ δὲ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, ὅτε οὐδὲ ὁ ἥλιος ἦν διαιρῶν ἡμέραν ἀπὸ νυκτὸς, οὐκ ἦν αἰὼν μετρητὸς, ἀλλὰ τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς ἀϊδίοις, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα καὶ διάστημα. καὶ κατὰ μὲν τοῦτο, εἷς αἰών ἐστι, καθὸ καὶ λέγεται ὁ θεὸς αἰώνιος. ἀλλὰ καὶ προαιώνιος. καὶ αὐτὸν γὰρ τὸν αἰῶνα αὐτὸς ἐποίησε. μόνος γὰρ ἄναρχος ὢν ὁ θεὸς πάντων αὐτός ἐστι ποιητὴς, τῶν τε αἰώνων, καὶ πάντων τῶν ὄντων. θεὸν δὲ εἰπὼν, δῆλον ὅτι τὸν πατέρα λέγω, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ πανάγιον, τὸν ἕνα θεὸν ἡμῶν. λέγονται δὲ αἰῶνες αἰώνων, καθότι καὶ οἱ τοῦ παρόντος κόσμου ἑπτὰ αἰῶνες, πολλοὺς αἰῶνας, ἤγουν ζωὰς ἀνθρώπων περιέχουσι. καὶ ὁ αἰὼν ὁ εἷς, πάντων τῶν αἰώνων ἐστὶ περιεκτικὸς, καὶ αἰὼν αἰῶνος λέγεται, ὁ νῦν καὶ ὁ μέλλων. αἰώνιος δὲ ζωὴ, καὶ αἰώνιος κόλασις, τὸ ἀτελεύτητον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δηλοῖ. οὐδὲ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἡμέραις καὶ νυξὶν ὁ χρό-

DE SECULO. Cap. I.

Ipse secula fecit, qui est ante secula: ad quē diuinus Dauid: A seculo, & usq; in seculum tu es. & diuinus Apostolus: Per quem fecit & secula. Operæpreciū sane est, ut intelligamus seculi nomen multa designare: cōpluscula enim significat. Nā seculū dicitur uniuscuiusq; hominū uita. Dicitur rursus seculū, tempus mille annorū. Dicit̄ rursus seculū, uniuersa præsens uita: & seculū, futura uita post resurrectionē, nullo fine claudenda. Dicitur rursus seculū, nō tempus, neq; tēporis pars latione solis & cursu mensurata, per dies uidelicet & noctes constituta: sed quod coextendit̄ sempiternis, instar cuiusdā temporalis motus & spacij: quod enim ijs quæ in tēpore sunt, tempus, illis sempiternis est seculū. Dicuntur etiā septē secula mūdi huius, à cœli & terræ uidelicet creatione usq; ad cōmunem hominū cōsummationem, & resuscitationē. Est enim particularis cōsummatio, ea quæ est uniuscuiusq; mors. est aūt communis & omnimoda cōsummatio, quādo futura est cōmunis hominū resurrectio. Octauū aūt seculū est, q futurum est. Ante uerò mundi cōstitutionē cū sol nondū erat, diē à nocte dirimēs, non erat mensurabile seculū, sed q cōprotēdit̄ sempiternis, ueluti quidā tēporalis motus & spaciū. Vnū etiā seculū est, secundū id q dicitur Deus æternus, quinimmò & prææternus: ipse eñ & seculū fecit. Nam solus sine principio Deus existens omnium ipse est factor seculorum, & omniū quæ sunt. At cum Deū dico, manifestum est quoniā patrē, & unigenitum filiū eius Dominū nostrū Iesum Christū, & spiritū eius omnisanctum, unum Deum nostrū dico. Dicūtur aūt secula seculorum, secundum id q̄d huius mūdi septē secula sunt, multa secula uidelicet hominū uitā cōtinētia: & seculū unū, omnium seculorū cōtentiuū est, & seculum seculi dicitur, pręsens & futurum, ęterna aūt uita, & ęternū supplicium q̄d sine fine, futurū seculum ostendunt. Neq; enim post resurrectionē

νος ἀριθμηθήσεται. ἔστι δὲ μᾶλλον μία ἡμέρα ἀνέσπερος, τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, τοῖς δικαίοις φαιδρῶς ἐπιλάμποντος, τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς νὺξ βαθεῖα ἀπέραντος. πῶς τοίνυν ὁ τῶν χιλίων ἐτῶν τῆς ὠριγενιαστικῆς ἀποκαταστάσεως, ἀριθμηθήσεται χρόνος; πάντων οὖν τῶν αἰώνων εἷς ποιητής ἐστιν ὁ θεός. ὁ καὶ τὰ σύμπαντα δημιουργήσας, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων.

tempus diebus & noctibus numerabitur, erit magis una dies sine uespere: sole iustitiæ persplendidè iustis illucescente, peccatoribus autē nox profunda intransibilis. Quo pacto ergo tunc mille annorum restitutionis Origenistarum numerabitur tempus? Omniū igitur seculorum factor est Deus: qui & omnia fecit, & qui existit ante secula.

COMMENTARIVS.

DE creatione mundi determinaturus in hoc secundo lib. Damascen. (qui plerūq; seculorum nomine in scripturis designatur: ut ad hebræos ca. 1. Per quem fecit & secula) in primis uarias enumerat seculi acceptiones. Porrò hoc nomine, quæuis duratio siue principium habens & finem, siue sortita principiū sine fine, siue carens utroq;, exprimi & significari cōperitur. Enimuero seculū pro uita præsenti, quæ principio & fine clauditur, frequenter in sacris literis accipitur, ut apd' Lucā ca. 20. Filij huius seculi nubunt & traduntur ad nuptias. Et Matthæus ca. 28. Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus, usq; ad cōsummationē seculi. Inde tempora secularia dicta sunt, quæ alterna dierū noctiumq; reuolutione hac in uita succedūt. Paulus ad Titū cap. 1. Quam promisit qui non mentitur Deus, ante tempora secularia. Et negocia secularia dicuntur curæ, solicitudinesq; huius uitæ, plerunq; animū auertentes à Deo. Paulus secundæ epist. ad Timoth. 2. cap. Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularib. Sicut & seculum sæpenumero pro huius uitæ desiderijs, cupiditatibusq; ponitur, quemadmodum etiā mundus. Paulus ad Rom cap 12. Nolite cōformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri. Eodem quoq; modo Deus ante secula esse dicitur, quod ante mūdi cōstitutionem ab æterno extiterit. Psalm. 73. Deus aūt rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ. Et creasse secula prædicatur, qd' hāc uisibilem mundi machinā cōdiderit. Paulus ad Hebræos cap. 11. Fide credimus aptata esse secula uerbo Dei. At uerò seculū pro futura uita quæ intermina est, & principiū habens fine caret: inuenitur frequenter in scriptura, siue ea beatitudinis sortem consecutorū fuerit, ut Marcus cap. 10. Et in futuro seculo uitā æternā: siue æterna fœlicitate perpetuò priuādorū, ut Psalm. 80. Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorū in secula, quia perpetuus eorū futurus est cruciatus & damnatio. Demùm pro æternitate quoq; principij & finis immuni sæpenumero sumitur seculū ut Psalm. 89. Priusq; montes fierent aut formaretur terra & orbis, à seculo & in seculū tu es Deus. Et in hoc significatu sumptum seculum, seculorum omnium cōtentiuum est, quod æternitas omnia præambiat & superambiat secula. Hinc Deus ipse rex seculorum dicitur apud beatū Paulum ubi ait, Regi seculorū soli inuisibili Deo honor & gloria. Et regnum eius regnū omniū seculorū nuncupatur. Psalm. 144. Regnum tuū regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Porrò geminata eadem dictio siue in singulari siue multitudinis numero, perpetuitatem designat fine carentem. Psalmus 144. Et laudabo nomen tuū in seculum, & in seculum seculi. Apocalypsis cap. 4. Adorabant uiuētem in secula seculorum. Cæterum præter supradictas seculi acceptiones aliā insuper adijcit autor, qua seculum sumitur pro ætate mūdi, id est, temporali duratione inter duas insignes atq; notabiles hominū mutationes intercepta. Et hoc pacto septem assignari solent ab authoribus secula, quorū primum fuit à mundi exordio usq; ad diluuium Noe. Secundum, à Noe usq; Abrahā, cui primū mandata est circumcisio. Tertium, ab Abrahā usq; Mosen, per quem legislatio. Quartum, à Mose usq; Dauid regem, qui primus fuit regū, à quibus secundū carnem descendit Christus. Quintum, à Dauid usq; ad Babylonicam transmigrationem. Sextum ab ea porrectū est usq; ad salutiferum Christi aduentum. Septimum uerò, ab aduentu Christi in carnē, ad finem usq; mūdi extenditur. Octauū uerò, à consummatione seculi sempiternū durabit. Et idipsum est qd' uenturum futurumq; seculum dicitur, prorsus interminum. At quoniā cōplures, sex tantum ponunt ætates, cōplectentes totā huius mundi durationem qua mortalem uitā degūt homines, & sexta mundi ætate dicunt hominem per Christi incarnationem reparatum atq; redemptum, sicut & sexta die fuerat homo conditus, illi sex etiā huiusmodi secula ponerent, quorū quatuor prima eadem sunt cum superius numeratis. Quintum protenderetur à Dauid usq; ad Christi in mundum aduentum. Sextum ab aduentu Christi usq; ad consummationem seculi. Septimum uerò à die iudicij usq; in sempiternum, perpetuā beatorum requiem cōtinet, quemadmodum septimo die requieuisse Deus legitur ab omni opere quod patrauerat. sic septimo quoq; die sabbatum apud Iudæos dies requietionis, typum gerebat illius fœlicissimæ quietis sanctorū in cœlo. Sed neq; octauus dies expers est mysterij, aut alienus à significatione postremi seculi iugiter duraturi, & perpetuò citra terminū permansuri. Nam octauus dies resurrectionis est designatiuus, qd' octauo die Dominus noster triūphata morte ad uitā immortalem

mortalem

mortalē rediuiuus ſurrexit. Itaq; ſiue ſeptem huius mundi poſueris ſæcula & ætates, octauū uero futuræ uitæ, quēadmodū dicit Damaſcenus: ſiue duntaxat ſex præſentis uitæ ſæcula numeraueris, & ſeptimū uitæ futuræ ut pleriq; aliorum diſtinguūt, parū admodum refert, & nihil à ueritate aut recta ratione exorbitabis, ſiue hoc ſiue illud aſſerueris, quoniā utrunq; & uero conſonū eſt, & à ratione non alienū. Veruntamen quia poſtremū omniū & qd' cætera claudet ſæculū, dixit author ſine fine futurū, & beatis diē ꝑpetuę claritatis ſine noctis alternatione irradiaturū (nā ut habet Apocalypſis, nox ibi non erit) improbis autē noctē iugem & perpetem atq; intranſibilē, quia nunquā finiendam, neq; in diem commutandam, eſſe ſuperuenturā, ea occaſione dānat hoc loco Origeniſtas & Origenis aſtipulatores atq; ſectatores, q inter cæteros errores confinxerunt, quod tranſactis mille annis poſt cōmunē omnium reſurrectionē, dæmones & dānati peracta ſuorum ſcelerum pœnitentia & ſatisfactione, reſtituentur in ſtatum ſortemq; beatorum, conſortesq; fient gloriæ cœleſtis. Non eñ (inquit) obliuiſcetur miſereri Deus, aut cōtinebit in ira ſua miſerationes ſuas. Cæterū id cōmentum obuiat imprimis diuinæ ſentētiæ, Matth. 25. definientis, qd' ibunt mali in ſupplicium æternum, boni uerò in uitā æternā. Quod ſi contenderint id à Chriſto dictum, non quia res ita ſe habeat, ſed ratione cōminationis, quo ſuppliciorum metu abſterreātur mali à peccato, eodē iure neq; uera erit æterni præmij pollicitatio, ſed hominibus facta dicetur, ut præmiorū magnitudine illecti, uirtutē amplectātur, & obſequātur Deo. Quare fœlicitatis ſupernæ cōſortes, poterunt ab eo decidere ſtatu, & in maiū prolapſi ad dānationis tartareæ barathrum detrudi, & rurſum tranſactis mille annis ad ſuperas arces reuocari. Et ſic ꝑpetuo quodā circuitu erit in beatis & improbis, nunc dānationis, nunc gloriæ alternatio. Quid autē eo figmento abſurdius? aut quonā pacto uerum erit de reprobis Eſaiæ dictum ca. 66. Vermis eorum nō morietur & ignis eorum non extinguetur? quod ad certiorē confirmationē apud Marcum iterum atq; iterum à Chriſto repetitur. Quo itidē pacto cōburet Deus paleas igni inextinguibili, ut Matthæi 3. interminatur diuinus præco, ſi poſt mille annorum curriculū reſtituentur dæmonū cateruæ regno cœleſti unde delapſę ſunt? ut aſſeruerāt huius inſani dogmatis authores. Omitto, poſt extremā reſurrectionē nulla temporum momenta futura, aut chiliades millenariosq; annorū, quoniā amplius non erit cœli reuolutio aut uertigo. Cæterum quēadmodum populus Iſraeliticus in deſerto cōmorans, in ſabbato nō egreſſus eſt ſuis tabernaculis, ſed in illis totum illū diē manſit quietus: ita nec ſancti in æterna recepti tabernacula, unquam illis egredientur, neque eijcientur foras. quod etiā ſignificat illud euangelicum, qd' uirginibus prudentibus cū ſponſo ad nuptias ingreſsis clauſa eſt ianua, neq; eos q foris ſunt ſinens amplius intrare, neq; eos q intus ſunt egredi. Huic accedit quod Abrahā diuiti ſepulto in inferno apud Lucam ca. 16. legitur reſpondiſſe: Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnū firmatū eſt, ut hi qui uolunt hinc tranſire ad uos, non poſsint, neq; inde huc tranſmeare. Illa eñ eſt lux diuinæ iuſtitiæ æquiſsima & rectiſsima, nobis ueneranda & metuēda, ne accōmodemus aurē his fictitijs fabulis, & à ueritate auditum auertamus, ſed cum tremore operemur ſalutē noſtrā, dum tempus adeſt, ne incidamus in manus Domini horrendas, neq; ſentiamus mortē ſecundā, et experientia diſcamus eam eſſe perpetuā quod hic credere recuſauerimus, ſed ab illa bonitate diuina erepti perpetuam potius uitam hæreditemus, interitus & finis expertem. Quam nobis concedat Deus fons uitæ, totius bonitatis author, & ad ſe cōfugientib. auxiliator, Amē. Porrò hæc Origeniſtarum delirамēta acriter etiā cōfutat beatus Gregorius, in triceſimo quarto libro Moralium, diſſoluens eorum rationes, qui contendunt reproborum ſupplicia per Dei miſerationem quandoq; finiēda. Porrò alij per mille annorum reſtitutionem, quam hic damnat Damaſcenus, intelligunt poſitionem Papiæ epiſcopi Hieropolitani, aſtruentis poſt reſurrectionem generalem Dominum in carne cum ſanctis mille annos regnaturum: quem ſecuti ſunt Hirenæus, Apollinaris, Lactantius, & plerique alij. Verùm litera authoris potius uidetur priorem ſenſum prætendere.

ΠΕΡΙ ΔΗΜΙΟΥΡΓΙΑΣ. ιζ.

Ἐπεὶ οὖν ὁ ἀγαθὸς καὶ ὑπεράγαθος θεός, οὐκ ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ θεωρίᾳ, ἀλλ' ὑπερβολῇ ἀγαθότητος ηὐδόκησε γενέσθαι τινὰ τὰ εὐεργετηθησόμενα, καὶ μεθέξοντα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγει, καὶ δημιουργεῖ τὰ σύμπαντα, ἀόρατά τε καὶ ὁρατά, καὶ τὸν ἐξ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου συγκείμενον ἄνθρωπον. κτίζει δὲ ἐννοῶν, καὶ τὸ ἐννόημα ὑφίσταται, λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ πνεύματι τελειούμενον.

DE OPIFICIO. Cap. II.

Quia ergo bonus, & ſuperbonus Deus: nō cōtentus eſt ſua ipſius contēplatione, ſed ſuperabundātia bonitatis complacuit, ut fierent quędā quibus benefaceret, & quę eius participarent bonitate, & ex nihilo ad eſſe deduxit atq; condidit uniuerſa, uiſibiliaq; & inuiſibilia: & hominem, qui ex utraq; uiſibili & inuiſibili coaluit natura. creat aūt intelligens, & intellectione opus ſuſtinetur, completur uerbo, & ſpiritu conſummatur.

COMMENTARIVS

Causam cōditionis & creatiōis rerũ adaperit author, qua permotus & impulsus Deus, cuncta ad esse deduxerit, solā scilicet suam immensam bonitatẽ. Nō enim indiguit mũdi opificio, ut qui sit per se sufficientissimus, & bonorũ nostrorum (ut inquit Psalm. 15.) non egens. Sed quia bonitatis proprium est se diffundere, & alijs abundè sua munera cōmunicare, sicut lucidi subiecta illuminare corpora, & suæ lucis radios in cætera deriuare, & calidi in propinqua corpora suũ diffundere calorẽ, sola sua bonitate Deus omnia cōdidit, ut essent quæ eius participationem susciperẽt. Accedit huic sententiæ beatus Dionysius 4. ca. Cœlestis hierarchiæ dicens: Primũ omniũ illud uerissima ratiōe dixerimus, ut bonitate sola, summa illa diuinitatis rerũ essentias statuit, atq; ad esse produxit. Est enim omniũ causæ, excellentisq; bonitatis id propriũ, ut ad cōsortiũ sui quæ sunt, inuitet & attrahat omnia, singula scilicet ꝓ captu & modo rationis suæ. Igitur omnia quæq; subsistũt, ꝓuidentiæ ratione regũtur, ex summa illa omniũ authore Deitate manantis, illiq; participant. Alioqui essent ꝑfectò nulla, nisi substantiæ rerũ atq; principio cōmunicarent. Cæterum triplicia præsertim produxit Deus ad bonitatis suæ participationẽ habendā, scilicet inuisibilia, angelicasq; substantias, uisibilia atq; corporea, ut cœlum & elementa, & hominẽ utriusq; extremi mediũ, & ex utroq; cōflatum. Nempe ex uisibili natura coalitus est homo, scilicet corpore: & inuisibili, utpote anima, & utriusq; naturæ conditionẽ proprietatesq; sequens. Siquidẽ ratione corporis cũ inferiorib. corpulentisq; substantijs conspirat. nā mutationi & corruptibilitati obnoxius, molẽ, locũ, tẽpus, figuramq; obtinet. Ratione uerò animæ, cũ angelicis substantijs cōuenit, quia intellectu, liberæq; potestatis arbitrio præditus, suprà locũ & tempus, animæ ꝓprias functiones peragit. Est enim anima rationalis, angelis admodũ ꝓpinqua, naturæ affinitate, quod inextensa, immortalis, intellectu uoluntateq; dotata sit, & Dei capax. Quo circa homo, nexus & uinculũ omnis creaturæ dicitur: quod in eo, corporeæ incorporeæq; substantiæ sit cōmercium atq; coniunctio: & corporearum rerũ dignissimum sortitur locũ, incorporearũ uero postremũ & infimũ. Porrò quod Deus omnia creauit, intelligens inficiabitur nemo, qui attenderit hominem artificem nullum suæ artis opus moliri sine mente, considerante & disponente ipsum opificium. Hinc Psalm. 135. Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam in seculum misericordia eius. Et Psalm. 103. Quā magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti. Quod opus idem Dei uerbo cōpletur, & spiritu cōsummatur, ostendit Psal. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Deniq; quod hæc mundi fabrica, machinaq; uniuersi à Deo condita, intellectione sustineatur atq; cōseruetur, ex eo cōstat. nam secundũ Paulũ ad Hebræos 1. ca. filius Dei omnia portat uerbo uirtutis suæ: ipse aũt intellectus est, uirtusq; & sapiẽtia patris. In cuius signũ, ubi in Psal. 135 modò adducto legimus, Qui fecit cœlos in intellectu, Hæbraica translatio habet. Qui fecit cœlos in sapientia. Ad hæc, cum mundus sit intellectione conditus, quidni intellectione etiam sustineatur?

ΠΕΡΙ ΑΓΓΕΛΩΝ. ιγ.

Αὐτὸς τῶν ἀγγέλων ἐστὶ ποιητὴς καὶ δημιουργός, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν αὐτούς, κατ' οἰκείαν εἰκόνα κτίσας αὐτούς, φύσιν ἀσώματον, οἷόν τι πνεῦμα, ἢ πῦρ ἄϋλον, ὥς φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ. ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. τὸ κοῦφον καὶ διάπυρον, καὶ θερμὸν, καὶ τομώτατον, καὶ ὀξὺ, περὶ τὴν θείαν ἔφεσίν τε καὶ λειτουργίαν διαγράφων, καὶ τὸ ἀνωφερὲς αὐτῶν, καὶ πάσης ὑλικῆς ἀπηλλαγμένον ἐννοίας. ἄγγελος τοίνυν ἐστὶν οὐσία νοερὰ, ἀεικίνητος, αὐτεξούσιος, ἀσώματος, θεῷ λειτουργοῦσα, κατὰ χάριν ἐν τῇ φύσει τὸ ἀθάνατον εἰληφυῖα. ἧς οὐσίας τὸ εἶδος, καὶ τὸν ὅρον, μόνος ὁ κτίσας ἐπίσταται. ἀσώματος δὲ λέγεται, καὶ ἄϋλος, ὅσον

DE ANGELIS. Cap. III.

Ipse angelorum factor, & opifex, Deus est, ipsos ex nihilo ad esse deducẽs, ad propriā illos creans imaginẽ, naturam incorporeā, ut spiritũ quendā aut immaterialem ignem, quemadmodum diuinus inquit Dauid: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. agilitatem, ignitionem feruorem, penetrabilitatem, & acumẽ circa diuinum desiderium & ministerium designans: atq; ipsorum sursum ferentem ab omni materiali intelligentia liberam puritatem. Angelus igitur est substantia intellectualis, semper mobilis, suæ potestatis, arbitrioq; libera, incorporalis, Dei ministra, per gratiam non natura immortalitatem consecuta: cuius substantiæ speciem & terminum solus creator agnouit. Incorporeus autem & immaterialis dicitur, quantum ad nos

πρὸς ἡμᾶς. πᾶν γὰρ συγκρινόμενον πρὸς τὸν θεὸν τὸν μόνον ἀσύγκριτον, παχύ τε καὶ ὑλικὸν εὑρίσκεται. μόνον γὰρ ὄντως ἄϋλον τὸ θεῖόν ἐστι, καὶ ἀσώματον. ἔστι τοίνυν φύσις λογική, νοερά τε καὶ αὐτεξούσιος, τρεπτὴ κατὰ γνώμην ἤτοι ἐθελότρεπτος. πᾶν γὰρ κτιστόν, καὶ τρεπτόν. μόνον δὲ τὸ ἄκτιστον, ἄτρεπτον, καὶ πᾶν λογικὸν αὐτεξούσιον, ὡς μὲν οὖν λογική, καὶ νοερὰ αὐτεξούσιός ἐστιν. ὡς δὲ κτιστή, τρεπτή, ἔχουσα ἐξουσίαν, καὶ μένειν, καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τρέπεσθαι. ἀνεπίδεκτος μετανοίας, ὅτι καὶ ἀσώματος. (ὁ γὰρ ἄνθρωπος διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν, τῆς μετανοίας ἔτυχεν.) ἀθάνατος οὐ φύσει, ἀλλὰ χάριτι. πᾶν γὰρ τὸ ἀρξάμενον, καὶ τελευτᾷ κατὰ φύσιν. μόνος δὲ ὁ θεὸς ἀεὶ ὤν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ἀεί. οὐχ ὑπὸ χρόνον γάρ, ἀλλ' ὑπὲρ χρόνον, ὁ τῶν χρόνων ποιητής. φῶτα δεύτερα νοερά, ἐκ τοῦ πρώτου, καὶ ἀνάρχου φωτὸς τὸν φωτισμὸν ἔχοντα, οὐ γλώσσης καὶ ἀκοῆς δεόμενα, ἀλλ' ἄνευ λόγου προφορικοῦ μεταδιδόντα ἀλλήλοις τὰ ἴδια νοήματα, καὶ βουλεύματα. διὰ τοῦ λόγου τοίνυν ἐκτίσθησαν πάντες οἱ ἄγγελοι. καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τοῦ ἁγιασμοῦ ἐτελειώθησαν, κατ' ἀναλογίαν τῆς ἀξίας, καὶ τῆς τάξεως, τοῦ φωτισμοῦ, καὶ τῆς χάριτος μετέχοντες, περιγραπτοί. ὅτε γὰρ εἰσὶν ἐν οὐρανῷ, οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ γῇ καὶ εἰς τὴν γῆν ὑπὸ θεοῦ ἀποστελλόμενοι, οὐκ ἐναπομένουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ. οὐ περιορίζονται δὲ ὑπὸ τειχῶν, καὶ θυρῶν, καὶ κλείθρων, καὶ σφραγίδων. ἀόριστοι καὶ εἰσί. ἀορίστους δὲ λέγω. οὐ γὰρ καθό εἰσιν ἐπιφαίνονται τοῖς ἀξίοις, οἷς ὁ θεὸς φαίνεσθαι αὐτοὺς θελήσει, ἀλλ' ἐν μετασχηματισμῷ, καθὼς δύνανται οἱ ὁρῶντες ὁρᾶν. ἀόριστον γὰρ ἐστι φύσει, καὶ κυρίως μόνον τὸ ἄκτιστον. πᾶν γὰρ κτίσμα, ὑπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὸ θεοῦ ὁρίζεται. ἔξωθεν τῆς οὐσίας τὸν ἁγιασμὸν ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔχοντες διὰ τῆς θείας χάριτος προφητεύοντες. μὴ γάμου χρήζοντες, ἐπειδήπερ μή εἰσι θνητοί. νόες δὲ ὄντες, ἐν νοητοῖς καὶ τόποις εἰσὶν οὐ σωματικῶς περιγραφόμενοι. οὐ γὰρ σωματικῶς κατὰ φύσιν σχηματίζονται. οὐ δὲ τριχῇ διαστατοί εἰσιν, ἀλλὰ τῷ νοητῶς παρεῖναι καὶ ἐνεργεῖν

ad nos. nam omne ad Deũ collatũ (qui solus incorporalis eſt) craſſum & materiale comperitur: ſola enim uerè immaterialis, & incorporea diuinitas. Eſt ergo natura angeli rationalis, & intellectualis, & libera poteſtate, arbitrioq; fulta, uertibilis ſecundũ propoſitũ, ſiue uoluntate mutabilis. Nã omne creatum uertibile, ſolum aũt increatum inuertibile: & omne rationale poteſtate liberum. Intellectualis igitur natura, ut rationalis poteſtate libera eſt: ut creata uerò, uertibilis, poteſtatem habens manendi, & proficiendi in bono, & in deterius prolabendi. Inadeptiuus pœnitentiæ eſt angelus: quia incorporalis eſt. Nam homo propter ſubſtantiæ infirmitatem, pœnitentiam conſecutus eſt. Immortalis angelus eſt, nõ natura, ſed gratia: nã omne quod cœpit, & deſinere ſuapte natura poteſt. Solus eñ Deus ſemper ens, magis autẽ & ſuper ſemper nam in tempore nequaquã eſt ſed ſupert. empus, qui temporũ eſt factor. Angeli ſecunda ſunt intellectualia lumina, ex primo & carente principio lumine illuminationem ſuſcipientia, non linguæ & auditus indiga, ſed ſine ſermonis prolatione inuicem ſuos conceptus & uoluntates inſinuantia. Per uerbum igitur Dei creati ſunt angeli, & per ſanctificationẽ ſpiritus ſancti perfecti, pro ſuæ dignitatis & ordinis ratione illuminationẽ & gratiã participantes. Circunſcripti ſunt. nam cũ ſunt in cœlo, in terra non ſunt, & in terram à Deo miſſi, non remanent in cœlo. Non continẽtur portis, muris, clauſtris, & ſignaculis: his enim indeterminabiles ſunt. indeterminabiles dico: nõ ſanè ſecundum id quod ſunt: apparẽt dignis, quibus ipſos uoluerit apparere Deus: uerùm in ea transfiguratione qua poſſint ij qui uident, uidere. Nam interminatum natura, & propriè, ſolum increatum eſt. omnis enim creatura, à creante ipſo Deo finitur determinaturq;. Sanctificationem ex ſpiritu ſancto, foris à ſua ſubſtantia prouenientem habent. Per diuinam gratiam futura enunciant. Non indigent nuptijs, quandoquidem non ſunt mortales. Cum mentes ſint, in intellectualibus locis ſunt, non corporali modo circunſcripti. Non enim corporaliter ſecundum naturam figurãtur, neque tria ſunt illis magnitudinis interualla, ſed intellectualiter aſſunt & operanẽ

ubicunq;

ἔνθα ἂν προσταχθῶσι, καὶ μὴ δύνασθαι κατὰ ταὐτὸν, ὧδε κἀκεῖσε εἶναι καὶ ἐνεργεῖν. εἴτε ἴσοι κατ᾽ οὐσίαν, εἴτε διαφέροντες ἀλλήλων, οὐκ ἴσμεν. μόνος δὲ ὁ ποιήσας αὐτοὺς θεὸς ἐπίσταται, ὁ καὶ τὰ πάντα εἰδώς. διαφέροντες δὲ ἀλλήλων κατὰ φωτισμῷ καὶ τῇ στάσει, εἴτε πρὸς τὸν φωτισμὸν τὴν στάσιν ἔχοντες, ἢ πρὸς τὴν στάσιν τοῦ φωτισμοῦ μετέχοντες, καὶ ἀλλήλους φωτίζοντες, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς τάξεως ἢ φύσεως. δῆλον δὲ, ὡς οἱ ὑπερέχοντες τοῖς ὑποβεβηκόσι μεταδιδόασι, τοῦ τε φωτισμοῦ καὶ τῆς γνώσεως. ἰσχυροὶ καὶ ἕτοιμοι πρὸς τὴν τοῦ θείου θελήματος ἐκπλήρωσιν. καὶ πανταχοῦ εὐθέως εὑρισκόμενοι, ἔνθα ἂν ἡ θεία κέλευσις ἐπίνευσις, τάχει φύσεως. καὶ φυλάττοντες μέρη τῆς γῆς, καὶ ἐθνῶν καὶ τόπων προϊστάμενοι, καθὼς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἐτάχθησαν. καὶ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομοῦντες, καὶ βοηθοῦντες ἡμῖν. πάντως δὲ κατὰ τὸ θεῖον θέλημά τε καὶ πρόσταγμα, ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντες ἀεί τε περὶ θεὸν ὑπάρχοντες. δυσκίνητοι πρὸς τὸ κακὸν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀκίνητοι. νῦν δὲ καὶ ἀκίνητοι, οὐ φύσει, ἀλλὰ χάριτι, καὶ τῇ τοῦ μόνου ἀγαθοῦ προσεδρείᾳ, ὁρῶντες θεὸν κατὰ τὸ ἀφικτὸν αὐτοῖς, καὶ ταύτην τροφὴν ἔχοντες. ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντες ὡς ἀσώματοι, καὶ παντὸς σωματικοῦ πάθους ἀπηλλαγμένοι. οὐ μὴν ἀπαθεῖς, μόνον γὰρ τὸ θεῖον ἀπαθές ἐστι. μετασχηματίζονται δὲ, πρὸς ὅπερ ἂν ὁ δεσπότης κελεύσει θεός. καὶ οὕτω τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφαίνονται, καὶ τὰ θεῖα αὐτοῖς ἐκκαλύπτουσι μυστήρια. ἐν οὐρανῷ διατρίβουσι, καὶ ἓν ἔργον ἔχουσιν ὑμνεῖν τὸν θεὸν, καὶ λειτουργεῖν τῷ θείῳ αὐτοῦ θελήματι. καθὼς δὲ ὁ ἁγιώτατος καὶ θεολογικώτατος φησὶ Διονύσιος ὁ ἀρεοπαγίτης, πᾶσα ἡ θεολογία, ἤγουν ἡ θεία γραφὴ, τὰς οὐρανίους οὐσίας ἐννέα κέκληκε. ταύτας ὁ θεῖος ἱεροτελεστὴς, εἰς τρεῖς ἀφορίζει τριαδικὰς διακοσμήσεις. καὶ πρώτην μὲν εἶναί φησι τὴν περὶ θεὸν οὖσαν ἀεὶ, καὶ προσεχῶς καὶ ἀμέσως ἑνοῦσθαι παραδεδομένην, τὴν τῶν ἑξαπτερύγων Σεραφὶμ, καὶ τῶν πολυομμάτων Χερουβὶμ, καὶ τῶν ἁγιωτάτων θρόνων. δευτέραν δὲ, τὴν τῶν κυριοτήτων, καὶ δυνάμεων, καὶ τῶν ἐξουσιῶν. τρίτην δὲ καὶ τελευταίαν, τὴν τῶν ἀρχῶν καὶ ἀρχαγγέλων καὶ ἀγγέλων. τινὲς μὲν οὖν

ubicunq; iuſſi fuerint, & nõ poſſunt ſecundum idẽ hic & illic eſſe & operari. Siue æquales ſecundũ ſubſtantiã ſint, ſiue abinuicẽ diſcrimẽ ſortiti, neſcimus: ſolus autẽ qui fecit ipſos, Deus ſcit, qui omnia nouit. Differũt autem abinuicẽ illuminatiõe & ſtatione, ſiue ad illuminationem, ſitum ſtationemq; habentes: ſiue ad ſtationẽ, illuminationem participantes. Et ſe inuicẽ illuminant propter excellentiam ordinis & naturæ, dilucidumq; eſt eos qui præcellunt inferioribus illuminationis & ſcientiæ tradere conſortium. Fortes ſunt angeli, & prompti ad diuinam implendã uoluntatẽ, & ubiq; confeſtim inueniuntur naturæ agilitate, ubicunq; diuinus iuſſerit nutus. Et cuſtodiunt partes terræ, & gentium & locorum pręſides, ut à ſuo cõditore ſunt ordinati. Et ea quę ſunt, apud nos diſpenſant, & auxiliantur nobis. Omnino autẽ ſecundum diuinam uoluntatem & pręordinationẽ, ſuprà nos ſũt, ſemperq; circa Deũ exiſtunt, ęgrè difficulterq; in malum mobiles, ſed non immobiles: nunc autem immobiles, non natura, ſed gratia. Et Dei (qui ſolus bonus eſt) aſſiſtentia, uident Deum pro capacitatis indultu, illaq; paſcuntur alimonia. Suprà nos ſunt, & incorporei, & omnino corporeæ perturbationis immunes, non tamen impaſſibiles: ſola enim impaſſibilis diuinitas. Transfigurantur, quomodocunq; dominator iuſſerit Deus, & ſic hominib. apparent, & diuina reuelãt myſteria. In cœlo cõuerſantur, & unũ opus officiumq; habent, hymnis Deũ collaudare, & diuinæ eius miniſtrare uoluntati. Quemadmodũ autem ſanctiſſimus, ſacerrimusq; & deiloquẽtiſſimus Dionyſius Areopagita inquit, omnis diuinus ſermo, ſacra uidelicet ſcriptura, cœleſtes ſubſtantias nouẽ nominauit, quas hic diuinus ſacreq; conſummatus, inter trinos diſcreuit ornatus. primum quidem dicit illũ eſſe, qui circa Deum ſemper & è uicino & immeditatè uniri traditus eſt: eſtq; Seraphim ſextipennatorum, & Cherubim multi oculorum, & ſanctorum thronorum. Secundum aũt, qui dominationum & uirtutum & poteſtatũ eſt. Tertiũ uero, & in fine cõſtitutum, eum qui eſt principatuũ, archãgelorũ & angelorũ. Nõnulli porrò dicunt

φασίν, ὅτι πρὸ πάσης κτίσεως ἐγένοντο, ὡς ὁ θεολόγος λέγει Γρηγόριος. πρώτην μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους. καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν. ἕτεροι δὲ, ὅτι δὲ μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν πρῶτον οὐρανόν. ὅτι δὲ πρὸ τῆς ἀνθρώπου πλάσεως, πάντες ὁμολογοῦσιν. ἐγὼ δὲ τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ συντίθεμαι. ἔπρεπε γὰρ πρῶτον, τὴν νοερὰν οὐσίαν κτισθῆναι, καὶ οὕτω τὴν αἰσθητήν. καὶ τότε ἐξ ἀμφοτέρων τὸν ἄνθρωπον. ὅσοι δὲ φασὶ τοὺς ἀγγέλους δημιουργοὺς εἶναι οἱασδήποτε οὐσίας, οὗτοι στόμα εἰσὶ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου. κτίσματα γὰρ ὄντες, οὐκ εἰσὶ δημιουργοί. πάντων δὲ ποιητὴς, καὶ προνοητὴς, καὶ συνοχεὺς ὁ θεός ἐστιν, ὁ μόνος ἄκτιστος, ὁ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι ὑμνούμενός τε καὶ δοξαζόμενος.

dicunt,ante omnem creaturam factos angelos,ut diuiniloquus dicit Gregorius:& primùm quidem Deum excogitaſſe angelicas & cœleſtes uirtutes,& eius cogitationẽ,opus fuiſſe Alij autẽ,poſt primũ cœlũ factum. At quod ante hominis plaſmationẽ creati ſunt, cõcordant omnes. Ego uerò deiloquo Gregorio accedo.Nam par fuit primũ intellectualem ſubſtantiam creari,atq; ſic ſenſibilem & tunc ex utriſq; hominem.Quicunq; autem dicunt angelos cõditores eſſe cuiuſcũq; ſubſtãtiæ, ipſius diaboli ſunt, eorum quidem patris. creatura enim cũm ſint,non ſunt conditores. Omnium uero factor & prouiſor,& contentor Deus eſt,ſolus increatus, qui in patre & filio & ſpiritu ſancto,hymnis concelebratur,& glorificatur.

COMMENTARIVS.

Angelicæ ſubſtãtiæ naturã ac præclaras ꝓprietates hoc loco diffuſius & copioſè author ediſſerit,primũ omniũ id proponens,quod angeli incorporei ſint & immateriales,ſpiritualemq; ſolũ naturã ſortiti:quod ipſius Pſal.103.authoritate corroborat.Pro qua rectè intelligenda,id noſcere fuerit operæprecium,quod ſpiritus,ſubſtantiæ atq; naturæ nomẽ eſt,deſignans incorporeã inuiſibilemq; ſubſtantiã,ad operandũ efficacem. Angelus uerò,obedientiæ atq; officij nomen eſt,cœleſtib.inditũ ſpiritibus qđ inferioribus nuncient aut ſpiritibus aut hominib.quæ Deus reuelãda diſponit. Superiores eñ cœleſtes ſpiritus inferioribus Dei indicãt uoluntatẽ:poſtremi aũt ordinis angeli,hominib.diuinas inſinuãt ordinationes. Eã ob rẽ cuiuſq; ordinis ſpiritus,angeli dicũtur,ut 5. ca. libri De cœleſti hierarchia cõprobat diuinus pater Dionyſ.Infimi uerò ordinis cœleſtes ſpiritus,peculiare id ſibi nomẽ uendicãt, quòd extra nuncient ijs qui minimè ſunt de eorum cõſortio & genere,ſcilicet hominib.Idcirco & miniſtri Dei dicuntur apud Paulũ ad Hæbreos ca.1.Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriũ miſsi,ꝓpter eos qui hæreditatem capiũt ſalutis? Flammã uerò ignis,ſiue ignem urentẽ uocat cœleſtes ſpiritus ,diuinus Pſaltes, quia ſpiritualis eorũ natura atq; cõditio,corporalis ignis proprietates propemodũ ſeruat,ut agilitatẽ,leuitatem,feruorẽ,lucem, motũ ad ſuperna:& expreſſius igni q̃ alia quauis re corporea,nobis ipſorũ incorporalis ſubſtãtia innoteſcit. Hinc frequẽter in ſpecie ignis apparuiſſe legũtur angeli in ſacra ſcriptura,ut Exodi 3. Moſi in rubo ardente. quarti Regum 2.ca Ignei equi & currus Heliæ in cœlũ ſuſtollẽdo.& 4.Reg.6.Milites & currus ignei,uiſi in circuitu Heliſei ad eius tutamẽ,ut latius hæc omnia pertractat ſacratiſſimus pater Dionyſius,ca.15.libri De cœleſti hierarchia.Quod ſi quiſpiã illos cœleſtes ſpiritus cõtẽdat eſſe corporeos,quia rei corporeæ ſcilicet ignis nomine deſignãtur:eadem ratione & Deũ cogetur fateri corporeũ,quod in ſacris literis etiã ſæpius ignis nominetur. Hoc aũt omnino abſurdũ eſſe,in primo lib.4. diffuſè monſtratum eſt. Sed dicat,age, qui cum Platonicis cœleſtes ſpiritus eſſe corporeos aſtruere conatur:Nonne in ſcripturis crebrò leguntur angeli deſcendiſſe de cœlo? ut in triumphali Chriſti reſurrectione,& ſæpe aliàs. Itaq; eo deſcẽſu,aut cœlos ipſos diſcindi diſrumpiq; oporteret,ſi corporei eſſent cœleſtes ſpiritus,quo deſcendentib.angelis cederent, perinde atq; aqua lapidi:aut angelicæ dimẽſiones, cœli molẽ ſubirent,atq; penetrarent,Quorũ utrunq; graue eſt incommodum. Nõ eñ poteſt cœlũ diuulſionem diſſectionemq; ſuſcipere,neq; dimenſiones unà & ſimul eſſe, & ſe inuicẽ ſubire poſſunt. Et ita de aſcenſu angelicorum ſpirituũ in cœlos,qui etiã frequẽter in ſacris literis refertur,duci poteſt argumẽtũ. Præterea,ſi ſpiritꝰ angelicos qui in bono perſtiterũt corporeos dixeris,& dæmones itidẽ,delapſoſq; ſpiritus corporeos fatearis oportet. Eadẽ eñ cõſimiliſq; utrobiq; militat ratio,cũ eiuſdem natũræ ſecũdũ genus cũ bonis angelis creati ſint, & per lapſum ſuæ naturæ ſtatũ integritatemq; non perdiderint. Quinimmo potior uideretur ratio ꝓlapſis angelis quod corporei eſſent,q̃ de ijs qui permanſerunt in rectitudine. Nã incorporea ſubſtantia perfectior eſt,q̃ ea quæ corpori eſt addicta : & angeli boni præſtantiores ſunt,Deoq; propinquiores.quàm qui ab eo auerſi ſunt. quare illis potius incorporeæ naturæ dignitas,quã his aſcribenda foret. Atqui falſum eſt,immũdos & malignos ſpiritus,corpulentæ materiæ cõpoſitionẽ ſuſtinere,cũ dicat beatus Dionyſ.cap.4.libri De diuinis nominibus,primã mali originẽ peruestigans:Quod aũt neq; malitiæ cauſa ſit corpus animæ,ex eo

cõſtat,quod etiã ſine corpore,malitia poſsit irrepere,ſicuti in dæmonibus. Vbi tanquã mani
feſtum omnibus & nequaq̃ in controuerſiam trahendũ ſupponit, dæmones corporeæ mo-
li nõ eſſe obnoxios. Potiore igitur iure,et cœlitibus ſubſtãtijs incorporea natura adeſſe cẽſen
da eſt. Qđ autẽ ſpiritus angelici hominibus ſæpenumero in humana forma apparuerint, &
uitæ animalis opera,ut manducationẽ,locutionem & ambulationẽ exercuerint, idipſum nõ
cõuincere,eos proinde eſſe corporeos,paulo poſt in huius capitis explanatione diſſeretur,nu
mero 7. & 11. ubi ſecundũ literæ authoris contextũ (cuius ordinem in expoſitione ſemper con
tinua ſeriẽ ſequimur) opportunior dabitur locus hæc ipſa diſcutiendi. Incorporeos itidẽ eſſe
angelos,ex 25. ꝓpoſitione quarti libri Ricardi de trinitate,amplius deprehendes. Verũtamen
ad Deũ collati angeli,craſsi,materiales & corporei dicuntur,nõ quidẽ qđ habeãt corpoream
materiã ex qua coaleſcant,quandoquidem eorũ ſubſtantia duntaxat ſpiritualis eſt:ſed quia à
Dei ſimplicitate & unitate uſqueadeò diſtãt,ut eius cõparatione quaſi corporei & materiales
dicantur & uideãtur. Siquidẽ maius eſt inter eos & Deũ perfectionis naturæ & dignitatis in
terſtitium,q̃ inter terram & ſupremum cœleſtem ſpiritum. hic enim finiti ad finitum, illic ue-
rò finiti ad infinitũ eſt collatio. Quæ autẽ abſolutè ſumpta, dignitatis quiddam & perfectio-
nis habere uidentur,ad digniora & potiora collata,imꝑfecta cenſentur & minus digna. ut ſtel
læ ad tædã cõparatæ lucidæ ſunt & emicãtes,ad ſolem autem obſcuriuſculæ & minus rutilæ.
Sic albedo ad nigredinem, inſignẽ habet coloris eminentiã: ad illuſtre uero ſolis iubar, obte-
nebraſcit,& minus pręſe fert dignitatis. Adde qđ & angeli nõ omnino ſimplices ſunt,ſed ex
eſſe eſſentiaq́;, tanquã ſuis partibus habẽt coaleſcentiam:quarũ eſſe ut actus eſt ſubſtantialis,
reſpondens formæ in rebus ſenſibilibus:eſſentia uero,ut potentia eſt ſubſtãtifica,ꝓportiona
lis materiæ rerum naturaliũ. Quia igitur angelus eſſentiã habet ut ſuam materiam, ſuſceptri
cem propriarũ eius actionum & motionum,nimirum ſi ad Deum,qui omnino ſimplex eſt &
omnem refugiẽs cõpoſitionem,collatus,materialis,corporeus & craſſus dicatur. At quia hu
iuſmodi eſſentia ſpiritualis eſt,nec molẽ,nec figurã aut partes in quas diſtrahatur habens, ad
ſenſibilia & corporea relatus angelus,rectè dicitur immaterialis & incorporeus. Deinceps in
declaratione naturæ angelicæ dicit author,angelum uertibilem eſſe ſecũdum propoſitũ. Nã
ſuapte natura uertibilis eſt angelus ſecundũ uoluntatem,ut liquido produnt ꝓlapſi in malũ
ſpiritus,tametſi gratia & benignitate Dei adeò firmiter & fixè bono adhæreant q ꝑſtiterunt,
ut ab eo dimoueri nunquã poſsint,ſicut nec collapſi unquã in bonum reuerti. Neq; illa indi-
mobilitas à bono,gratia beatis angelis cõceſſa,tollit aut imminuit arbitrij libertatẽ,quin po-
tius perficit,quandoquidem liberior eſt uoluntas quæ à bona decidere nequit. Si em̃ inuerti-
bilitas natura Deo conueniens,non impedit in eo uolũtatis libertatẽ,quã & maximã habet,
& ꝑfectiſsimã,multo minus inuertibilitas gratia dũtaxat indulta,impediet in angelis liberi
arbitrij poteſtatem,aut hominibus ad beatorũ ſortem aſſumptis. Eodẽ quoq; iure nec immo
bilitas atq; inflexibilitas à malo,tollit rationẽ libertatis à dæmonib. ut reprobis,quandoqui-
dem in actibus ſuis malis ſuo modo cõplacentiam habent & electionem,qđ ad libertatis ar-
bitrij & uoluntarij rationẽ ſufficit. Quod uerò poſt lapſum,pœnitentiam adipiſci non poſsit
angelus,neq; in priſtinã redire integritatẽ,id in cauſa eſt,quia natura,incorporalis,maioris eſt
ad reſiſtendum malo uirtutis atq; efficaciæ,q̃ corpulenta atq; infirma carò,ſuggerens plerũq;
materiã animæ qua decidat. Toto itidẽ conatu ſpiritualis natura pertinacíſsimè atq; fixiſsi
mè ei ad qđ cõuertitur adhæret, ob perſpicacitatem ſuã & ſimplicitatẽ indimobiliter illi cõ-
iuncta manens. Proinde qui ad malũ ſe deflexerunt,pœnitentiã aſſequi minimè poſſunt. Ho
mo uerò,non tantã habens naturæ ſubtilitatẽ & puritatem,neq; adeo fixè & tenaciter illi ad
quod primo detorquetur inhærens,malũ quod cõmiſit pœnitentia diluere,& diuino indul-
tu ad bonũ reuocare gradũ poteſt. Ad hęc,angelus nullo extero ſuadente,ſuo ipſius impulſu
cecidit:& ergo dignus nõ eſt habitus alieno ſubleuatore,neq; ſeipſum erigere potuit, & idcir
co ſine reuocatione in antiqua dignitate mãſit,& ꝑpetuò manebit. Homo uero,externa ſug-
geſtione ſcilicet antiqui ſerpentis, ad malũ inductus eſt:hinc qui per aliũ lapſus eſt,per alium
quoq; erigi & reparari dignus eſt uiſus,& pœnitentiæ locũ inuenit. Poſtremò, qđ in homini
bus eſt mors,in angelis eſt lapſus,ut inq̃t Damaſcenus in calce huius capitis. Et idcirco quẽad
modũ totũ uitæ curriculum cuiq; homini indultum eſt, ut in eo bonũ operetur, & qualis in
exitu fuerit uitæ,talis ꝑpetuò manebit,neq; unq̃ ab eo aut boni aut mali ſtatu demutabitur,
cum dicat Eccleſiaſtes ca. 11. Si ceciderit lignũ ad auſtrũ aut aquilonem, in quocunq; loco ceci
derit,ibi erit:id eſt,cum homo à præſentis uitæ ſtatu ꝑ mortem ſeparatur, more ligni quod ſe
curi ab radice præciditur,ſiue in calore charitatis hinc diſceſſerit,ſiue in frigore peccati,in qua
cũq; fuerit diſpoſitione ſub ipſo exitu,in eadã ꝑpetuò,ſemperq́; manebit. Ita angelus omnib.
cõſtituta & præſcripta erat diuina lege certa quædã mora,in qua ꝓ nutu ſuo & arbitrio poſ-
ſent ſe aut conuertere ad ſuũ principium per obedientiã & amorẽ,aut ab illo ſe auertere per
præuaricationẽ & rebellionẽ. Et qualis uniuſquiſq; angelorũ in extremitate huius definitæ
moræ fuit, talis ſanctione diuinæ legis ꝑpetuò erat ꝑmanſurus. Proinde q̄a exacta huiuſmo-
di quãtulacunq; duratione,defeciſſe à bono ſunt deprehẽſi,abſq; futuræ pœnitẽtiæ loco irre
parabiliter in ſua prauitate ſunt derelicti. Inſuꝑ angelos author appellat ſecunda lumina in-

tellectiua-

tellectualia, quia Deus primũ est supersubstantiale lumen, à nullo sui primitiui luminis natu
rã suscipiens, sed alijs immensæ illius lucis participationẽ indulgens. Itaq; proxima post Deũ
loco, angeli diuinæ lucis irradiationem ꝑcipiunt, & secunda sunt substãtialia lumina, perinde
atq; sol primũ est corpus lucidum, ab alio corpore suã lucem nequaquã mutuatus: luna ue-
ro secundo loco à sole suscipit illuminationẽ, & alieno fulgore rutilat. Rursum: quẽadmodũ
homo cogitatus habet intimos, sibi soli cognitos, & ab alio non ꝑspectos, quos quãdo & cui
uult, explicat uocis officio, & elocutione aperta trãsfundit in aliũ suæ mẽtis notiones: cõsimi
li modo & angeli occultissimas habẽt notiones atq; cõceptus, q̃ cæteros omnes cœlestes spi-
tus latẽt. Quos cũ exꝓmere alijs uolũt, spirituales habẽt nutus & signa, humanis uocibus ꝓ-
portione quadã respõdentia, quibus suæ mẽtis abdita alijs insinuant. Et huiusmodi insinua-
tiones dicuntur uoces angelicæ ac sermones, q̃bus unus ad aliũ loq̃, & interdũ clamare in sa-
cris literis scribũtur. At fortè quis obijciet, angelos hominib sæpius apparuisse in forma cor-
porea, ut humana aut ignea, & ꝓinde cõtendat eos & esse corporeos, & more hominũ sermo
nis habere ꝓlationẽ & auditũ. Nouerit ille eã formã corporeã, q̃ assumunt angeli ut uisibili-
bus & corporalibus uisibiliter & corporaliter appareãt, nõ esse de ipsorum substãtia, sed aliũ-
de, ut ex materia elementari efformatã, & tanq̃ amictum quendã circumpositã in ea quidem
effigie & speciei, qua possent ij quibus appareãt ipsos ꝑcipere, q in sua spirituali substãtia ma
nentes, & paludamento aliquo corporeo non circumamicti, ab hominibus percipi non pos-
sent. Itaq; nonnunq̃ apparent cœlestes spiritus ijs ad quos mittũtur, in trãsfiguratione rei ina
nimatæ, ut ignis aut aq̃. Interdũ rei animatæ, sed ratione carentis, ut eq̃, bouis, aut leonis. Ple-
runq; uerò in specie formæ humanæ, qđ homo ꝓpinquius angelis assimiletur ratione men
tis, q̃ alia quæuis corpora, ut in natiuitate, resurrectione, ascensione dominica, & sæpe alia ap-
paruisse leguntur. Quid autẽ insinuent hæ figuræ corporeæ quas induũt angeli, cũ hominib.
se spectabiles exhibere uolunt, & q̃bus à sacra scriptura depingũtur atq; describũtur, ex 15. ca-
pite sanctissimi Dionysij De cœlesti hierarchia latissimè dinoscitur. Nec solũ apparẽt homi-
nibus angeli, uerumetiam ex ipso habitu & apparendi speciei, indicant, quid ministerij pe-
racturi ueniant. Quẽadmodũ Ios. 5. ca. angelus suppetias laturus populo Israelitico urbẽ Hie-
ricõta expugnaturo, stricto apparuit gladio, seq; principẽ exercitus Domini professus est. Et
secundi libri Machab. 11. ca. Iudæ Machabeo & socijs diuinũ implorãtib. auxiliũ, uisus est uir
eques, cãdida ueste indutus, armis aureis hastã uibrãs, ipsosq; præcedens ut dux exercitus, q
haud dubie angelus Domini bonus fuit, exoptatũ subsidiũ illis cœlitus afferẽs. Peracta uero
sua functione & administratione ad q̃ missi sunt, rursum crassa illa & corporea congeries in
suã resoluitur pristinã materiã, & cœlestes spiritus in suæ naturæ permanent subtilitate & pu
ritate. Secundum q̃ etsi terminati non sunt metis & finibus corporeis, habent tamen suos ter
minos spirituales & intellectuales, quibus ipsorũ plenitudo definita est intellectualiter & de
terminata. Et quẽadmodũ in hac machina mundi corporea, superiorum cœlorum & ꝑfectio
rum elementorũ maior est moles, & diffusior amplitudo, inferiorũ uero minor et cõtractior
extensio: ita planè superiores spiritus cœlestes ampliorẽ habent plenitudinẽ, & suæ præsentię
expansionẽ, inferiores autem constrictiorem & minus diffusam habent replentiã, quisq; scili-
cet ꝓ suæ naturæ conditione. Habent tamen omnes certum quendã suæ plenitudinis termi
num, nobis quidem ignotũ, sed soli Deo cognitũ. Est eñ sola diuinitas, simpliciter secundũ
substantiã intermina & incircumscriptibilis, ut cap. 17. primi libri latius est discussum. Cæte-
rum quod nuptijs non indigeant cœlestes spiritus, eo uenit, quod omnes simul ad ortũ dedu
cti sunt, & non unus post alium, per quandã successionis seriem: quemadmodũ in hominib.
propagatio necessaria est, quod successione quadã unus ex alio oriatur. Est & alia eiusdem rei
ratio, quia cœlestes spiritus immortales sunt, & interitũ non sustinent: idcirco non est necessa
ria ipsorũ per nuptias multiplicatio, qua posteriores priorũ suppleant locũ: quẽadmodũ ad
humanæ naturæ in sua specie integritatẽ & cõseruationẽ opus est, quod auis & ꝓauis morte
sublatis, nepotes & pronepotes succedãt in eorũ locum, & perpetuã reddant ꝑ successionis li
neã hominum generationem. Idẽ quoq; liquidò ex sacris literis cõstat, ut ex Lucæ cap. 20. Illi
uero q digni habebũtur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; ducent u-
xores, neq; ultra mori poterũt, ęquales eñ angelis sunt, & filij sunt Dei, cũ sint filij resurrectio
nis. Matthæus itidem & Marcus, homines in beatorũ consortiũ cũ corporibus assumendos,
dicunt futuros sicut sunt angeli Dei, & nuptiarũ cõmercia ab illis sustollunt. quare & angelos
censent minimè inter se habere cõnubia, aut fœdere coniugiorũ indigere. Vtrum autem in di
uersis ordinibus collocati angeli, eiusdẽ sint speciei atq; naturæ secundũ substantiã, solũ ha-
bentes discrimẽ secundũ accidẽtarias cõditiones & ꝓprietates, perinde atq; omnes homines
eiusdẽ sunt secundũ substantiã rationis, corporũ & animorũ solummodo qualitatibus direm
pti, uel an dignitatis substantialis & ꝑfectionis naturalis discrepantiã inter se habeat, nedum
proprietatũ accidentariarũ, hominib. incognitũ esse fatetur Damascenus, nec ab eis inuestigã
dũ. Verũ enimuero id posterius non usquequaq; uidetur improbabile, in diuersis scilicet or-
dinibus, cõstitutos angelos, speciei substãtialis sustinere diuersitatẽ. Nã solet in istis rebus sẽ-
sibilibus, plerũq; affectionũ qualitatũq; diuersitas, ex substãtiarũ ꝓficisci differẽtia, & perfe-

ctiores proprietates perfectioribus cõgruere substãtijs, minus uero perfectis inferiores & minus dignę. Adde qđ pmulti de cœlestibus spiritibus exactius differentes, ponũt quęq; angelũ ab alio quis siue eiusdẽ siue diuersi ordinis, specie substantiali differre, & in unaquaq; angelorũ specie unicũ dicũt esse indiuiduũ & singulare, ut nõ cõperiãtur duo spiritus cœlestes eiusdẽ speciei, solo numero ab inuicem discrepantes. Qđ ex eo potissimum coniectant, quia conspicitur multitudo numeralis eorũ q̃ eiusdẽ sunt speciei, maximè ex materiæ dissectione, diuisioneq; in partes eiusdẽ rationis pẽdere. Hinc admittentia huiusmodi diuulsionẽ partiũ ratione dimẽsionis cõiunctæ, innumera habẽt indiuidua, ut terra in particulas infinitas partibilis, & aqua in guttas, quarũ unaquęq; totius nomẽ retinet. Quæ uero minus recipiũt huiusmodi diuisione materiæ & quãtitatis in partes eiusdẽ cũ toto denominationis, minorẽ habẽt indiuiduorũ multitudinẽ, & magis ad unitatẽ accedũt: ut quibusdã rerũ gradibus ab elementis ad hominẽ ascendendo, cõperiatur homo speciei habere unitatẽ, & in sua specie plura indiuidua tota & integra, Quare angelus hominẽ lõge præstãs dignitate & excellẽtia, magis à multitudine discedet q̃ homo, & ad unitatẽ ꝓprius accedet: sicut & homo minus ad multitudinẽ labitur, & amplius ad unitatẽ se colligit, q̃ cætera animalia rationis exptia. Nõ igitur habebit angelus in una specie plura eiusdẽ naturæ indiuidua, queadmodũ homo, sed duntaxat unicũ. Alioq̃ nõ maiorem prę se ferret angelica natura unitatem q̃ humana, qđ ordini rerum repugnat. Atq; ea q̃ diuersæ sunt speciei, inter se secundum naturã discrepant, & eorum unum substãtia dignius est, aliud uero imꝑfectius. Sũt igitur omnes angelici spiritus inter se inęquales, nõ modo secundum qualitates, sed & substantiã, & nulli duo eiusdem omnino perfectiõnis & gradus. Hæc tamen dicta intelligãtur, nõ ut oppositã improbemus partẽ, in hac potissimũ ardua, q̃ humanam transcendit inuestigationem, & omnino perspecta haberi non potest, nisi spiritus Dei reuelauerit: sed ut occasionem demus amatoribus literarũ, hãc accuratius discutiendi inquisitionẽ, ut ex solertiori indagine ipsa tandẽ ueritas clarius elucescat. Porro differũt inter se angeli (ut inquit author) illuminatione & statione, id est ordinatione, secundũ ꝓpinquitatẽ ad Deum, aut distantiã ab eo. Nã q supremũ obtinent ordinem, Deoq; sunt ꝓximi, omniũ maximè illuminãtur, ut q primariã recipiãt Dei participationẽ, immediatãq; diuini fulgoris transfusionẽ. Deinde qui post supremos, Deo ꝓpinquiores sunt secundũ cõstitutũ illis lege diuina ordinẽ, copiosius illustrãtur: q uerò distantiores, minus. Quemadmodum in sole subiecta illustrãte corpora, aut igne suũ ꝓpagãte calorem, prõptũ est simile quiddam intueri. Habentq; angeli (ut ait litera) ordinationis, stationisq; suæ rationẽ, secundũ illuminationis dispositionẽ: ut maior illuminatio aut minor, causa sit ꝓpioris ad Deũ, aut distãtioris ab eo locationis. aut ediuerso participãt angeli uario modo illuminationẽ, secũdũ aliã & aliã stationẽ, ut uicinior aut semotior ad Deũ collocatio, causa sit amplioris aut minoris illuminationis. Quod quidẽ secundũ, uero similius atq; cõformius uidetur. Nã ꝓpinquiores Deo spiritus, capaciores sunt diuini luminis. At quia capaciores, plus illuminãtur, & ꝓfusius, quẽadmodũ oculus sensibilis q̃a dispositior est ad recipiendũ lumen, plus illius haurit. Non autem contrà, quia amplius illustatur, magis idoneus est ad luminis susceptionẽ. Et reuera uidemus in rebus istis sensibilib. corpora quia soli ꝓpinquiora, abundãtius illuminari: & quia uiciniora igni, uehementius incalescere. Non autẽ contrà, q̃a copiosius illuminãtur aut calefiũt, idcirco aut soli aut igni esse ꝓpinquiora. Consimile de mentibus angelicis intellige. Cæterũ qđ subiungit author in litera, angelos se inuicẽ illuminare, id nõ secundũ reciꝓcationẽ accipiẽdũ est, ut superiores intelligãtur illuminare infra se positos, & uicissim ab eis illuminari. Id enim uero nõ est cõsentaneum. nã inferiores à superioribus accipiunt illuminationẽ, & alia diuina munera, nõ aũt superiores ab inferioribus. Sed intelligendũ est illud dictũ secundum directã transfusionẽ, & traiectionem luminis. Nã superiores, sub se constitutos cœlestes spiritus illuminatiõe spirituali ꝓfundũt. Etenim sicut sol illuminat alia corpora ut lunã, & à nullo corpore suscipit lumen: luna uero subiecta soli, illustratur ab eodem, & in terrã substratã atq; subsidentẽ lumẽ suũ diffundit, terra autẽ illuminatur solũ, & aliud inferius corpus nõ amplius illuminat: ita supremæ hierarchię spiritus cœlestes illuminãt sub se collocatos angelos, à nullis tamen angelis illuminatiõis munus ꝑcipiũt. Mediæ autẽ hierarchiæ angeli illuminãtur à suprema, & illuminãt infimã atq; postremã. Deniq; ultimæ & infimæ hierarchiæ spiritus cœlestes illuminãtur à superiorib. duab. hierarchijs, & alios ulterius angelos nõ illuminãt, tametsi in mẽtes hominum idoneos effundãt luminis diuini radios, sicut & supremi cœlestes spiritus à Deo totius illuminationis fonte recipiũt illustratiõis suæ donũ. At uero qđ fortes sint angeli & prõpti ad diuinã implendã uoluntatẽ, ostẽdit Psalm. 102. Benedicite Domino omnes angeli eius potentes uirtute, facientes uerbũ illius ad audiendã uocem sermonum eius. Benedicite Domino omnes uirtutes eius, ministri eius q facitis uoluntatem eius. Ob potẽtificã enim uirtutẽ, omnes angeli cõmuni nũcupatione uirtutes dicũtur in prædicto loco Psalmi, & alijs plerisq; scripturæ locis: q̃uis ea interdũ medij ordinis secũdæ hierarchiæ peculiaris sit denominatio, ut ostẽdit beatus Dionysius 11. ca. lib. De cœlesti hierarchia. Hãc operãdi efficaciã manifesto ꝓdidit indicio angelus Domini, q una nocte ex castris Assyriorũ obsidentiũ Ezechiã regem Iuda, occidit centũ & octoginta quinq; milia militũ, ut quartus Reg. ca. 19. meminit.
Rursum

Rursum, quemadmodum totius mundi monarchiā adeptus quispiā rex, diuersis gentibus et regionibus præficeret principes & gubernatores, quorū quisq; sub eo principatū suæ gentis peculiariter gereret: altiore modo Deus omniū rex et Dominus, regnis et populis (cuiq; suū) præposuit angelos rectores & gubernatores, ut 5. cap. libri præcedentis ex beato Dionysio apertius est cōprobatū. Hinc Daniel 10. dicitur Michael esse princeps Iudæorū, quod peculiariter Hebræorū populū ad Dei cognitionem subuehēdum susceperat. Ibidem princeps Persarū nuncupatur angelus Persidis, præsesq; ac præsul. Et princeps Græcorū, q Græcis præerat, illisq; moderationis curā impendebat. Et non modò illud ita se habet, uerū etiā cuiq; hominū sigillatim designatus est angelus custos, director & dux ad bonū incitās, à malo præseruās, & ad fœlicitatis æternæ gloriā instimulans. Ostēdit idipsum saluator & Dominus noster in euāgelio, paruulorū angelos assidua Dei uisione pfrui contestans. Et in Actis apostolorū ca. 12. de beato Petro erepto à carcere, & pulsante ostiū, dicebāt q intus erāt, ignari ipsius rei: Angelus eius est. Hinc rectè & piè dicit beatus pater Hieronymus, qđ magna est dignitas animarū nostrarū, quoniā unaquæq; à natiuitatis exordio angelū habet, ad sui custodiā deputatum. Bene dicta sit diuina bonitas & beneficentia, q̄ tantā nostri curā gerit, quod in medio inimicorum cōstitutos, & hostili agmine undiq; circūseptos nō destituit salutari angelorū præsidio. Bene dicātur & ipsi cœlestes spiritus, q tametsi eximia naturæ dignitate & perfectione lōgè nobis superemineant, nō tamē aspernātur nostri curā aut custodiam, sed mira humilitate nobis cōdescendentes omnem exhibent solicitudinē, ut tādem cohæredes & cōsortes ipsorum efficiamur in cœlis. Certè si regia stirpe exortus qspiā, aut graui cæteros authoritate antecellens, inopi uiro & infimæ sortis obsequiū sedulus impēderet, illū solicitus asseruaret, eius saluti totus intenderet, ille mirificè cōmendaretur ob singularē charitatis affectū & beneuolentiā, quod nō habita suæ nobilitatis & eminētiæ ratiōe, mira dignatione se inclinaret ad hominē obscuro natū loco, tenuisq; fortunæ, tātopere curandū. Neq; ab re tātis celebraretur præconijs. Nā rara est hæc inter homines uirtus, & uix bene id usuuenire cōspicitur, qđ in summo constitutus rerū fastigio quispiā pauperū curā gerat. Attamē omnes homines eandē habēt naturæ cōditionē, & pfectionis habitudinē, neq; unius ab altero (quātumuis in accidētarijs rationib, genere, diuitijs, authoritate, ingenio abinuicē dissideāt) in naturā cōsequentib. partib. est secūdū dignitatē discrepantia. Angelici aūt spiritus, multo sunt hominib. natura digniores atq; præstātiores. quādoquidē sicut anima rationalis ad corp. ita cœlestis spiritus ad hominē: & quanto spiritus corpore superior, tāto angelus homine. Quis igitur non demirabitur eorū in nos dignationē, et dispēsatoriā cōdescensionē, qua sedulā nostri curā agūt, diesq; & noctes ad nos custodiendos inuigilāt? Qđ uero angelici spiritus pascātur alimonia spirituali diuinæ uisionis & cōtemplationis, ut inquit hic Damascenus, attestatur Raphael angelus, Thob. 12. ca. ad Thobiā patrē & filiū dicens: Videbar quidē uobiscū māducare & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu q ab hominib. uideri nō potest, utor. Et hic est cibus, de q̄ dicit Luc. ca. 14. Beati q māducabūt panē in regno Dei. Hæc est cœna parata uniuersis, ad q̄ quidem uocati sunt omnes, sed pauci ad eā uenire cōtendūt. Hic deniq; est cibus, Apostolis ꝓmissus à Christo, Luc. 22. ca. Vt edatis & bibatis sup mensam meā in regno meo. Cæterū cōtendet quispiā, angelos etiā corporalem sortiri alimoniā, & nō solū spiritualem, ex eo dicto Psalm. 77. Panem cœli dedit eis, panem angelorū māducauit homo. Vbi ad literā habetur sermo de māna Israelitico, prębente nutrimentū populo Hebræo per desertum, quod haud dubiè cibus fuit corporeus. Si igitur is fuerit angelorum panis, quomodo corporali non uescuntur alimento? Adhibenda illi est responsio: Manna illud dictū est angelorū panem, nō qđ eo pascerentur angeli, qui cibis illis neutiq̄ indigent: sed qđ eorū ministerio, in cœlo aereo formabatur, et subministrabatur populo. Aut si quis altiorem requirat intelligentiā, eo in loco de ueritate sub nomine figuræ uelata fit sermo, id est, de Christi designato per manna Hebræorum, quod nobis huius mundi desertum peragrantibus, suum sacratissimum corpus reliquit in cibum uiuificū & salutarem. Hic uero panis est angelorum & spiritualis esca. nā iugi ipsius cōtemplatione in cœlesti cōuiuio ꝑpetuò pascuntur. Sanè hūc mysticū sensum adaperit Cassiodorus, locū illū sic exponēs: Quis est alter panis cœli, nisi Christus Dominus? unde cœlestia spiritualem escā capiunt, & delectatione inæstimabili perfruuntur. Panis item angelorum bene dicitur Christus, quia reuera ipsius laude pascantur. Neq; enim corporalem panem angeli manducare credendi sunt, sed illa contemplatione Domini (qua sublimis creatura reficitur) nutriri. Verùm hic panis in cœlo replet angelos, nos pascit in terris, illos contemplatione delectans, nos sancta uisitatione reficiens. Sed acrius insistet aduersarius: leguntur sæpenumero sancti angeli apparentes hominib. ut Abrahæ, Loth. et alijs sanctis patribus, māducasse cibum oblatū et bibisse. Sunt igitur educati cibo corporeo, aut simulatoria atq; fictitia fuit illa māducatio, q̄ fieri uidebatur ab eis, & tamen minimè fiebat. Quis autem non exhorruerit, fictionem & simulationem angelis summæ ueritatis ministris ascribere? Verùm illi id tribuendum est ex Raphaelis angeli testimonio, qđ non uera & corporea exercebatur ab angelis (cum hominibus apparuerunt (manducatio, neque tamen ibi fictio cōmittebatur repræhensioni aut uicio obnoxia, Nempe cū angeli sancti incorporibus assumptis, opera uitæ exercere se simularunt,

non fraudem, sed eruditionem ueritatis intenderũt, qa scilicet prudenter humanæ fragilitati cōdescendentes, ꝑ sensibiles has imagines eis connaturales, intelligibiles suas ꝓprietates designarunt, & futurā cum eis in cœlesti māsione gloriosam cōmunicationem utcunq; fecerũt prægustare. Itaque significabat illa manducationis exhibitio cōmunionem gloriæ cœlestis, quā cum hominibus Deo dignis sunt habituri. Porrò authore Augustino, non omne qđ fingimus, mendacium est. nā cum fictio nostra ad aliquam ueri significationem refertur, non est mendacium, sed aliqua figura ueritatis. Alioqui omnia q̃ à sanctis uiris & Domino nostro figuratiuè & translatitiò dicta sunt, mendacia reputabuntur, quia secundũ usitatum & uulgatum intellectum, nō cohærent illa cum ueritate. Illud autem asserere, extremæ dementiæ est et insaniæ. Sicut autem dicta, ita etiā facta plerunq; finguntur sine mendacio, ad aliquā rem ueram significandā. ut cum Mariç Magdalenæ hortulanum se exhibuit Dominus, & corā duobus discipulis in Emaus finxit se longius ire. Neq; rerum terrenarũ ministratio, cœlites ipsos spiritus impedit aut distrahit à iugi & cōtinua Dei uisione, huiusq; spiritualis alimoniæ pceptione. Nā ubique Deum habent præsentem, in quem intimos figant mentis obtutus. Quēadmodũ de angelis paruulorum custodibus, Dominus noster inquit Matthæi 18. ca. Dico autem uobis, quod angeli eorum semper uident faciem patris uestri qui in cœlis est. Deniq; qđ uisum sit angelorum opus & officium, hymnis Deũ collaudare, declarat Psalmus 83. Beati q habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabũt te. Et Apocalypsis ca. 4. Et requiem nō habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, qui erat, & qui uenturus est. Animaduertendum insuper, quod hic de angelicorũ spirituũ distinctione ex beatissimo Dionysio adducit author, ab eodem haberi sexto ca. libri De cœlesti hierarchia hisce uerbis: Omnes simul cœlestes, immortalesq; substantias nouē ordines diuinus sermo distinxit, proprijsq; ac significantib. uocabulis appellauit. Has eximius præceptor noster, in ternas tertio repetitas distinctiones ad sanctæ trinitatis diuisit imaginē. Ac primā quidē esse ait, quæ corā Deo uersetur semper, idq; ex diuina dignatione susceperit, ut illi inhæreat iugiter, nullisq; medijs interiectis spiritib. inseratur. Nā sanctissimos thronos, & oculis plurimis, alijsq; præditos ordines, Cherubim scilicet & Seraphim Hebræorũ uoce appellatos, iuxta Deũ nullis medijs insertis agminib. eminenti ꝓpinquitate locatos ait, idq; sanctarũ scripturarũ tradere expositionē. Qđ itaq; diuinus Dionysius dixit, in ternas tertiò repetitas distinctiones diuisit: hic Damascenus expressit, inter trinos discreuit ornatus, id est in tres hierarchias sacrosq; principatus, supremā, mediā, & postremā, quarũ unaquęq; in tres rursum digeritur ordines. Prima quidē Deoq; proxima, in Seraphim, Cherubim, & thronos. Media, in dominationes, uirtutes & potestates. Postrema uerò, in principatus, archāgelos, & angelos. Quæ omnia ex libro cœlestis hierarchiæ diuini Dionysij, & præsertim ex sexto eius capite (ut iā dictũ est) & tribus subinde sequentibus, rationē denominationis horũ ordinum copiosè declarātibus, dilucida sunt. Porrò author hic uocat Seraphim sextipēnata, qđ ab Esaia ꝓpheta cōspecta describũtur sex alis prædita, cũ sexto capite inquit: Seraphim stabāt supillud, sex alæ uni, & sex alæ alteri: duabus uelabant faciē eius, & duabus uelabant pedes eius, & duabus uolabant. Et Cherubim multis oculis prædita dicit hic author, ob diuinæ cognitionis exuberantiā, sapiētiæq; plenitudinē. Oculis em̃ rerũ agnitio atq; discretio fit. Ezechiel capite primo: Et totũ corpus oculis plenũ, in circuitu ipsorũ quatuor. Et Apocalypsis capite 4. Et quatuor animalia singula eorũ habebāt alas senas, & in circuitu & intus plena sunt oculis. De eo uerò quod disquirit author quænā creaturæ primo fuerint à Deo factæ an spirituales, an corporales, potius standũ est sententiæ sacratissimi Gregorij Naziāzeni, uidelicet primo omniũ factos esse angelicos spiritus. Secũdo loco creaturas corporales, quinq; dierũ interuallo à Deo dispositas. Tertiò uero hominē, ut utriusq; extremorũ mediũ. Nēpe prius natura & præstantius, spiritus q̃ corpus, & spiritualia, cœlestiaq; agmina, ad corporalium gubernationem & moderationem erant designanda. quare par fuit. prius angelos q̃ res corporales ad ortum duci. Qđ & satis innuere uidetur scriptura, in exprimenda rerũ creatione primò cœlum nominās, deinde terrā, nomine cœli angelicos & supercœlestes spiritus significans, itidem & corpora cœlestia. Nomine uerò terræ elementa, & mixta ex ipsis coalita designās. At quoniā angelus ad hominis custodiā erat deputandus, & res corporales omnes ad ipsius hominis usum & famulatũ ordinandæ, prius illa quæ ad hominis essent obsequiũ, domicilium, uictum, erant præparanda, & deinde formandus homo tanquā rerũ omnium corporearum finis. Ad hæc prius extrema constitui par est, deinde mediũ, qđ ipsa cōciliet, & in se cōnectat. Quia autem putant angelos creatos esse post primum cœlũ factũ, eo fortasse ducebantur argumento, quod angeli in primo cœlo ut suo proprio loco cōsistunt & reponuntur. Atqui locũ prius esse dispositũ oportet, q̃ in eo quippiam collocetur. Verùm ea ratio id non conuincit, neq; robur habet, ad ponendum, cœlũ ante angelos creatũ. Nam angeli in cœlo nequaquam sunt, neque continentur ut loco corporali, neq; minus subsistere queunt extra locũ omnē corporeũ, quā si illi consisterent. Postremum author eos insectatur, qui dicunt angelos esse creatores cuiuspiam rei. Et meritò quidem. Nā sacratissimi scripturæ sanctæ interpretes, inter cętera eo utuntur argumento, ad ostendendũ spiritũ sanctum esse Deum, quod creandi uirtutē habeat, ut inquit

ut inquit Psalm.103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Ea aũt ratiocinatio nullius esset ponderis, nihilq́ haberet momenti, si creatura potentiam haberet rerum conditricem. Recto itaq; consequio colligitur, si quid creatura est, ipsum creandi potentiam habere non posse, neque primariam quidem, neque ministerialem & ab alio acceptam. Non enim est capax creatura, suis definita metis & determinata limitibus, immensæ uirtutis, quæ ex nihilo quicquam ad esse perducat. Proinde qui autumant creaturam creandi ministerium exercere posse, diuina authoritate illi commissum, unà cum Platonicis angelos creatores astruentibus, hoc in loco à Damasceno confutantur, & impij damnantur erroris.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΒΟΛΟΥ ΚΑΙ δαιμόνων. ιθ.

Ἐκ τούτων τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, ὁ πρωτοστάτης τοῦ περιγείου τάξεως, καὶ τὴν τῆς γῆς φυλακὴν ἐγχειρισθεὶς παρὰ Θεοῦ, οὐ φύσει πονηρὸς γεγονὼς, ἀλλ' ἀγαθὸς ὢν, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ γενόμενος, καὶ μηδόλως ἐν ἑαυτῷ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ κακίας ἐσχηκὼς ἴχνος, μὴ ἐνέγκας τόν τε φωτισμὸν, τήν τε τιμὴν ἣν αὐτῷ ὁ δημιουργὸς ἐδωρήσατο, αὐτεξουσίῳ προαιρέσει ἐτράπη ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν. καὶ ἐπήρθη κατὰ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν θεοῦ, ἀντᾶραι αὐτῷ βουληθείς. καὶ πρῶτος ἀποστὰς τοῦ ἀγαθοῦ, ἐν τῷ κακῷ ἐγένετο. οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι τὸ κακὸν, εἰ μὴ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις. ὥσπερ καὶ τὸ σκότος, φωτός ἐστι στέρησις. τὸ γὰρ ἀγαθὸν, φῶς ἐστι νοητόν. ὁμοίως καὶ τὸ κακὸν σκότος ἐστὶ νοητόν. φῶς οὖν κτισθεὶς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ἀγαθὸς γεγονὼς (καὶ γὰρ εἶδεν ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν) αὐτεξουσίῳ θελήματι σκότος ἐγένετο. συναπεσπάσθη δὲ καὶ ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ συνέπεσε πλῆθος ἄπειρον τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων ἀγγέλων. τῆς αὐτῆς τοιγαροῦν φύσεως τοῖς ἀγγέλοις ὑπάρχοντες, κακοὶ γεγόνασι τὴν προαίρεσιν, ἑκουσίως ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς τὸ κακὸν ἐκκλίναντες. οὐκ ἔχουσι τοίνυν ἐξουσίαν κατά τινος, οὐδὲ ἰσχὺν, εἰ μὴ ἐκ θεοῦ οἰκονομικῶς συγχωρούμενοι, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν χοίρων ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται. παραχωρήσεως δὲ θεοῦ γινομένης καὶ ἰσχύουσι, καὶ μεταβάλλονται, καὶ μετασχηματίζονται εἰς οἷον θέλουσι σχῆμα κατὰ φαντασίαν. καὶ τὰ μὲν μέλλοντα οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, οὐδὲ οἱ δαίμονες οἴδασιν. ὅμως προλέγουσιν, οἱ μὲν ἄγγελοι τοῦ θεοῦ αὐτοῖς ἀποκαλύπτοντος, καὶ προλέγειν κελεύοντος, ὅθεν ὅσα λέγουσι γίνονται. προλέγουσι δὲ καὶ οἱ δαίμονες, ποτὲ μὲν τὰ μακρὰν γινόμενα βλέποντες, ποτὲ δὲ στοχαζόμενοι. ὅθεν καὶ τὰ πολλὰ ψεύδονται. οἷς οὐ δεῖ πιστεύειν, κἂν

DE DIABOLO ET DAEmonibus. Cap. IIII.

Ex ijs angelicis uirtutibus, ea quæ præerat terrestri ordini, & cui à Deo terræ custodia commissa erat, nõ natura mala facta est: sed bona existẽs, & à bono facta, & nullo pacto in seipsa à conditore, malitiæ uestigium tenẽs: non ferens illuminationem & honorem quem ipsi conditor indulserat, libera uoluntatis potestate demutata est ex eo statu qui secundum naturam, in eum qui contra & præter naturam est. Et eleuata est aduersus Deum qui illam fecit, rebellare illi uolens, & prima prolapsa à bono, in malo constituta. Nam nihil aliud est malum, nisi boni priuatio: quemadmodũ et tenebrę, luminis est carentia. bonum enim, lumen est intelligibile: similiter & malũ, tenebrę sunt intellectuales, lumen igitur ipsa creata est ab opifice, & bona facta (nam & uidit Deus cuncta quæcunq; fecit, & erant ualde bona libera uoluntatis potestate tenebræ facta est. Collabens autem & comitans ipsam, corruit infinita multitudo angelorum, sub ea ordinatorum Eiusdem igitur naturæ cum angelis existentes, mali facti sunt electione, ex bono uoluntariè in malum declinantes. Non habent igitur potestatem in aliquo, neq; fortitudinem, nisi à Deo dispensatoriè permittantur: ut in Iob, & in porcis, quemadmodum in Euãgelio scriptum est Per missione autem Dei facta, & fortitudinem habẽt, & transferuntur & trãsformantur in quam uolunt figuram, secũdum imaginationem. Et futura quidẽ neq; angeli, neq; dæmones sciunt: prædicunt tamẽ angeli, Deo illis reuelãte, & prædicere pręcipiente. Pręd icunt & dæmones, quandoque ea quæ longe futura sunt prospicientes, quandoque uerò coniicientes, unde & pleraque mentiuntur: quibus non præstanda fides, etsi

ἀληθεύουσι πολλάκις, οἵῳ τρόπῳ εἰρήκαμεν. οἴδασι δὲ καὶ τὰς γραφάς. πᾶσα οὖν κακία ἐξ αὐτῶν ἐπενοήθη. καὶ τὰ ἀκάθαρτα πάθη, καὶ προσβάλλειν μὲν τῷ ἀνθρώπῳ συνεχωρήθησαν, βιάζεσθαι δέ τινα οὐκ ἰσχύουσιν. ἐν ἡμῖν γάρ ἐστι, δέξασθαι τὴν προσβολὴν, ἢ μὴ δέξασθαι. διὸ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ, ἡτοίμασται τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, καὶ ἡ κόλασις ἡ αἰώνιος, καὶ τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις. μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν θάνατον.

sæpenumero (ceu diximus) uera proferunt. Sciunt autē & scripturas. Omnis igitur prauitas ab ipsis excogitata est, & impuræ perturbationes. Et suggerere quidē homini permissi sunt, cogere autem aliquem nō possunt. in nostra em̄ potestate est, admittere aut non admittere eorum suggestionem Quapropter diabolo & dæmonib. eius præparatus est ignis inextinguibilis, & supplicium æternum: & ijs qui sequuntur eum. Scire autem oportet, quoniam ꝙ hominib. mors, hoc angelis est lapsus. post lapsum enim non est illis pœnitentiæ locus: ut neq; post mortem hominibus.

COMMENTARIVS

INter angelorum lapsorum dæmonumq; proprietates (quas hoc loco cōstringit author, & colligit) primū proponit angelū illū præcipuū qui lapsus est, & ruinæ occasionē alijs induxit, præfuisse terrestri ordini, & terræ custodiā ei à Deo fuisse cōmissam. Ex quo uidetur sentire author, eundem fuisse de infima hierarchia angelicorū spirituū, & postremo ordine. Solis enim postremæ hierarchiæ & ultimi ordinis substantijs angelicis, secundū sanctorū patrum traditionem, cōmissa est cura terræ custodiendæ, & huius corporeæ machinæ gubernādæ. Illud aūt, utpote angelum lapsum extremæ fuisse hierarchiæ, plerisq; sacrorum patrū nō uidetur. Nempe sanctissimus Gregorius in tricesimo secundo libro Moraliū, exponēs illud dictū 40. cap. Iob, Ipse est principiū uiarū Dei, dicit: Principiū uiarū Dei Behemoth dicitur, qui nimirum cum cuncta creans Deus ageret, hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorē fecit. Vbi sentit, angelum lapsum (qui nomine Behemoth, ibidem exprimitur) fuisse cœlestium spirituū excellentissimū, supremiq; ordinis eminentissimum. Ad quod itidē cōprobandum, eodem loco adducit illud Ezechielis 31. ca. Omne lignum paradisi Dei nō est assimilatum illi, nec pulchritudini eius, quoniā speciosum fecit eū in multis, cōdensisq; frondibus: per ligna paradisi, angelicorū spirituū agmina intelligens, quæ quāuis (inquit) excelsa sint condita, huic tamen nec prælata sunt, nec æquata Rursum & illud affert Ezechielis 28. ca. de eodem: Tu signaculū similitudinis Dei, plenus sapientia, & perfectus decore. Signaculū (inquit) similitudinis Dei, lapsus angelus dicitur, ut quo subtilior est in natura, eo in illo plenitudo Dei plenius credatur expressa. Et iterū eodē Ezechielis loco: Omnis lapis operimentū tuū, sardius, topasius, iaspis chrysolithus, onyx & berillus, saphyrus, carbūculus & smaragdus. Qđ Gregorius prænominato in loco exponēs, inqt: Nouē dixit genera lapidū, quia nimirum nouē sunt ordines angelorum, quibus tn̄ Behemoth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi uestē ad ornamentum suum habuit: quorum dum claritatē transcenderet, ex eorum cōparatione clarior fuit Demum subiungit Gregorius: Huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta (utpote Ezechiel supradicto loco) exprimit. Tu Cherub extensus, & protegens in monte sancto Dei. Cherub quippe plenitudo sciētiæ interpretatur: & idcirco ipse Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur. Quinimmo & beatus pater Dionysius identidē denotare uidetur, angelum illū prolapsum fuisse inter alios excellentissimū, cum prima parte secundi capitis libri de diuinis nominib. inquit: Ipsa Iesu in carne apparitio, & ineffabilis est sermone omni, & omni ignota intelligentiæ, ipsi quoq; antiquissimorū angelorū primati nō cognita. Vbi ꝑ antiquissimorū angelorum primatē intelligit præcipuum illum spiritum angelum, auersum à Deo, & defectiōis reliquorum angelorū principē, qui primatum excellētissimum inter angelos tenuerat, ut dicit eiusdē loci scholiū. Et idipsum ꝑfectò magis cēsetur uero cōsonum, & rationi cōforme. Quo em̄ iure cæteris omnibus præesse, & nulli subesse uoluisset, aut suo ipsius decore, & spirituali pulchritudine delectatus, rebellis fuisset in suum authorē, nimium sibi placens, neq; recognoscens ea diuina munera se à Deo accepisse, nisi excellētissimis & eximijs fuisset super alios donis dotatus, aut principatum inter cæteros cœlestes spiritus tenuisset? Non habuisset sanè postremi ordinis angelus tātæ ruinæ materiā, nec ea sibi ꝓ dignitate indita diuinorum munerū ornamenta, quorū cōtemplatione in tam profundum decidisset apostasiæ barathrum. Quomodo item tam numerosam secum in præceps traxisset angelorum multitudinem, si infimum sortitus fuisset inter angelicos spiritus locum? Non em̄ facilè superiores in suā induxisset sententiā: sed prælatus cæteris, haud magno negocio inferiores impulit in suæ prauæ uolūtatis assensum. Qđ etiā subinsinuare uidetur Damascenus paulo pòst in hoc capite subnectens, Collabens autē

& comitans ipsam, corruit infinita multitudo angelorũ sub ea ordinatorũ. ex quibus uerbis colligitur eius in plurimos angelos prælatio. Et ipse secundũ ꝓphetæ sententiã ante faciẽ regum datus est, ut cernant eũ, quinimmo & ante faciẽ omniũ hominũ tanquã speculum constitutus, ut humilient se sub potenti manu Dei: quoniã si excellẽtissimo & nobilissimo cœlestium spirituũ superbienti nõ pepercit, sed perpetuo eum dãnauit supplicio, neq; nobis (qui terra sumus & cinis) parcet, si nosipsos efferamus, si animo insolescamus in Deũ, aut altũ sapiamus. Itaq; pestilente percusso, sapientes efficiamur, & alieno exitio cautiores. Hæc idcirco in præsentiarũ adducta sunt, ut cũ Damascenus hic innuere uideatur, angelũ illum collapsum et cæterorũ lapsus autorem fuisse postremi ordinis, quid in ea cõtrouersia potius sentiendũ sit, diligens lector inquirat. Neutrã enim sententiã damnamus, sed utra uerò cõformior sit, discutiendum proponimus. At nõ ita in quæstionẽ trahendum est, & utrinq; tanquam anceps agitandũ, quod cõtinuò subiungit autor, angelicã scilicet illam uirtutem quæ decidit in imum, natura malã factam non fuisse. Nam indubitato id tenendum eam à bono conditore bonam fuisse conditã, & sponte sua à bono defecisse, atq; ad malũ esse prolapsam. Vt em̃ diuinus inquit Dionysius quarta parte quarti ca. De diuinis nominibus: Neq; propriũ ignis est refrigerare, neq; boni nõ bona producere, etsi q̃ subsistunt, omnia ex bono sunt. Natura enim est bono producere atq; seruare, malo autẽ corrũpere ac perdere. Et Dominus noster Lucæ 10. cap. Vidi satanã tanquã fulgur de cœlo cadentem. Esaias item cap. 14. Quomodo cecidisti lucifer, q̃ mane oriebaris? Quo autẽ pacto cecidisse de cœlo diceretur, nisi prius fuisset in cœlo? Aut q̃ modo in cœlo & delicijs paradisi Dei fuit (ubi nihil admittitur coinquinatũ, secundũ Apocalypsim) si malitiã sibi inditã, naturaq; insitã habuisset? Ad hæc, huiusmodi malitia ingenita ac innata, non ipsi fuisset angelo imputanda, quandoquidẽ illis imperfectionibus quæ natura nobis assunt, uituperationẽ iure nõ meremur, sed ipso autori impingẽda, qui talẽ eũ fecerit. Neque omnia in sapientia fecisset Deus, si prauum quippiã natura condidisset, cũ uideamus industrium artificẽ nunquã in suo opificio sponte peccatum admittere. Perspicuũ igitur est, angelum illũ apostatã & desertorem, bonũ à Deo factum esse, & deinde ex electione & proprio arbitrio in malum corruisse. Quod & Ezechiel 28. ca. insinuat, dicens: In medio lapidũ ignitorum ambulasti, ꝑfectus in uijs tuis à die cõditionis tuæ, donec inuẽta est iniquitas in te. Neq; huic obuiat id Domini nostri dictũ Ioannis ca. 8. de diabolo: Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas non est in eo. Cũ loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius, utpote mendacij. Siquidẽ homicida erat, quia seipsum æterna morte prostrauit, & primis parentibus nostris spiritualẽ ademit uitã: quippe homo per malitiam occidit animã suam, homicida inquã erat: non quidem in initio suæ conditionis, sed ab initio, & continuò post initium. quia inter creationem eius & lapsum exiguũ fuit (ut sentiũt omnes) moræ interuallũ. Secundum eãdem quoq; sententiã accipiendum est illud primæ Ioannis tertio dictũ: Qui facit peccatũ ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. id est, haud longo post initiũ interuallo: siue ab initio peccati, ut exponit Augustinus, quia peccatũ ab eo cœpit, & ipse initiũ peccati est. Quod autem in ueritate dicitur non stetisse: significat eum aliquando quidem in ueritate fuisse, sed in ea nõ permansisse. Et, Mendaciũ loquens, ex ꝓprijs loquitur: quia non aliunde, ut Deo authore, sed ex seipso diabolo mendaciũ exortũ est: sicut ueritas à Deo. Itaque proprium ibi dicitur, nõ quod natura inditũ est, sed ex sese illi aduentitium. Primum autem & præcipuum ipsius diaboli peccatum, superbiã & sui extollentiam fuisse, subiungit author. qđ etiã insinuat Esaias propheta capite decimoquarto in figura regis Babylonici tumidè se efferentis, & referentis angelũ lapsum (de quo dictum est Iob 40. capite: Ipse est rex super omnes filios superbiæ) dicens: In cœlũ conscendã, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendã super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Veruntamen ad infernũ detraheris, in profundũ laci. Et paulo antè. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuũ. Et Ezechiel capite 28. de eodem: Eleuatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuã in decore tuo, in terram proieci te, ante faciem regum dedi te, ut cernerent te. Quod autẽ malũ, aliud nihil est nisi boni priuatio, prolapsioq; & discessio à bono, sanctissimi patris Dionysij etiã est sentẽtia, q in quarta parte quarti capitis libri De diuinis nominibus, post diffusam & amplã mali inuestigationem quid'nam sit, colligit tandem ipsum nihil esse eorũ quæ natura constãt, aut rebus assunt, sed priuationem boni tantum & defectionẽ, infirmitatem, inconuenientiã atque frustrationem, imbecillitatemq; & defectũ scientiæ uel operationis boni. Neque solus corruit ipse primus author & adinuentor mali, sed cũ eo (ut ait autor) corruit infinita multitudo angelorũ. Infinita inquã, id est numero indeterminata. Quod enim corruerint, minime cuiquam hominum constat, etsi Deũ id non lateat, q numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat. Hinc Apocalypsis capite duodecimo: Et ecce draco magnus & rufus habẽs capita septem & cornua decem, & cauda eius trahebat tertiã partem stellarum: et misit eas in terrã. Et factum est prælium magnum in cœlo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & non ualuerunt: neque locus inuentus est eorum amplius

in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui seducit uniuersum orbẽ, & proiectus est in terrã, & angeli eius cum eo missi sunt. Non tamen arbitrandum est, aliquẽ nouẽ ordinum angelicorũ omnino cecidisse, ut nulli illius ordinis angeli in sua integritate permãserint. Nã id summæ pulchritudini et ordinationi cœlestis curiæ derogaret, in qua abruptus esset diuinæ cõstitutionis ordo, & deesset integra angelorũ cõtio ad pfectionẽ cœlestis decoris pertinens. Quemadmodũ si rerũ corporearũ integra deperijsset species, aut elementorũ aliquod omnino esset deperditũ, nõ seruaretur decor ille uniuersi & cõplementum, ut neq; integra numerorum series, si sustollatur una eius species. Verũ de unoquoq; nouẽ ordinũ aliqs corruisse, sanctorũ patrũ determinationibus est cõforme. Si enim de supremo ordine cecidit (ut dictũ est) Lucifer, ut princeps totius ꝑuaricationis, & nõnulli sui satellites, multò ualentiore iure de inferioribus ordinibus ceciderunt, q̃ minus roboris & uiriũ ad obsistendũ malo sortiti uidentur. Proinde angeli lapsi, in scripturis, diuersorũ ordinũ nominib. appellati inueniuntur. ut apud Ezechielem cap. 28. Cherub.: & apud Paulũ ad Ephesios ultimo capite, principatus & potestates. Porrò neq; angelos sanctos, neq; dæmones ex se futura præscire, hinc perspicuũ est, qđ solius Dei propriũ sit, ꝑ se futura dinoscere, et nõ aliunde, ut inquit Esaias ca. 41. Annũciate q̃ uentura sunt in futurũ, & sciemus quia dij estis uos. Atq angeli boni cognoscũt quidẽ futura, nõ natura sua, sed Deo reuelante. ut Genes. 15. ca. angelus ad Abrahã: Scito præ noscens qđ peregrinum futurum sit semen tuũ in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligẽt quadringẽtis annis. Et Danielis 9. ca. angelus post septuaginta annorũ hebdomadas dicit futurã iustitiæ sempiternæ adductionẽ, prophetiæq; & unctionis completionem. Dæmones uerò nonnunquam futura prospectant multò antè tempore q̃ eueniant, ex corporum cœlestiũ & inferiorũ dispositione, sicut et homines interdũ sterilitates aut fertilitates futuras, solertia & sagacitate sua presagiũt. ut de Thalete Milesio refert Aristoteles in primo libro Politicorũ, quod per Astrologiã, ubertatẽ oliuarum futurã prospexerit. Aliquando uerò dæmones sola coniectura ducti, futura prænunciant: q̃ nunc quidẽ ut prædixerunt, nunc uerò secus euenire solent. proinde ipsis minimè habenda est fides, ubi etiã uera prænunciarint. Nã uera solent falsis permiscere, quo facilius falsa persuadeãt: quemadmodũ parãtes toxicũ, uino aut melli permiscent uenenũ, ut illius dulcedine tegatur huius horror & noxia pestis. Potissimũ uerò in futurorũ prænunciatione gaudẽt mendacio sibi credulos homines eludere, quemadmodum tertij Reg. 22. cap. Spiritus nequã ad decipiẽdum Achab regẽ Israeliticum, dixit: Ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius. Et illi quidẽ spiritu mendacij imbuti, dixerunt regẽ Achab uictoriã adepturum contra Syros, qui in eo prælio occubuit, secundum Michææ ueri ꝓphetæ sermonẽ. Deniq; dæmones ipsos scripturas scire, liqdò nobis patefacit Mattheus cap. 4. enarrans quod diabolus ad Dominũ nostrũ super pinnaculum tẽpli cõstitutum dixerit: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptũ est em̃, quia angelis suis mãdauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Et quemadmodum commemorat sacer Athanasius in uita beati Antonij eremitæ (q̃ Euagrius presbyter in latinũ transtulit eloquiũ) multiplices dęmonum astutias aperiẽs sanctissimus Antonius religiosis fratribus ad ipsum audiendũ congregatis, inter cætera dixit de dæmonibus: Solẽt etiã cum modulatione non apparentes, psallere (proh nefas) & impuro ore sacra scripturarũ eloquia meditantur: frequenter legentibus nobis quasi echo ad extrema uerba respondent. Et rursum de ijsdẽ subiũgit paulo post: Post menses autem paucos cum corã me psallerent, & de scripturis sibimet sermocinarentur, tanquã surdus non audiebã. Ex quo cõstat, ipsos immundos spiritus scripturas etiam callere, sed perperam illas ad usum accommodare.

ΠΕΡΙ ΚΤΙΣΕΟΣ ΟΡΑΤΗΣ. κ.

ΑΥΤΟΣ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τριάδι καὶ μονάδι δοξολογούμενος, ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν τὰ σύμπαντα. τὰ μὲν οὐκ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης, οἷον οὐρανὸν, γῆν, ἀέρα, πῦρ, ὕδωρ· τὰ δὲ ἐκ τούτων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων, οἷον ζῶα, φυτὰ, σπέρματα. ταῦτα γὰρ ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἀέρος τε καὶ πυρὸς, διὰ τοῦ δημιουργοῦ προστάγματι γεγόνασιν.

DE VISIBILI CREATVRA. Cap. V.

IPSE Deus noster, qui in trinitate & unitate glorificatur, fecit cœlũ & terrã, & omnia quæ in eis sunt, ex nihilo ad esse deducẽs. Vniuersa hęc quidem cœlum, terram, aerem, ignem, aquam, nõ ex subiecta materia. Alij aũt, ex ijs quę ab ipso facta fuerunt, puta animalia, plantas, semina. Hæc em̃ ex terra, aqua, aereq; & igni, conditoris præcepto exorta sunt.

COMMENTARIVS.

DEVM ex nihilo fecisse cœlum et terrã, et omnia q̃ in eis sunt, manifestè testatur Genesis in 1. ca. sex dierũ opera distinguens. Insuper & Psalm. 145. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, q̃ fecit cœlum et terrã, mare et omnia q̃ in eis sunt. Et Esa. ca. 41. Ecce uos estis ex nihilo, & opus uestrũ ex eo qđ nõ est. Facessant ergo & obmutescant

cant Manichæi, confingentes totã hanc machinam mundi corporeã, à malo principio & dæmone conditã esse, spiritualem uerò creaturam à Deo: & hoc pacto constituens duo prima rerum principia adinuicem contraria. Nã unicũ est rerum omniũ principiũ, à quo omnia suum sumpserunt exordiũ, sicut ab unitate omnes numerorũ prodeunt species. Proinde in catholica confessione fidei nostræ fatemur unũ Deũ, factorem cœli & terræ, uisibiliũ omniũ & inuisibiliũ. Neq; huic obstat, qđ diabolus à Domino princeps huius mundi uocetur, apud Ioannẽ cap. 12. cũ ait: Nũc iudiciũ est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras: & alijs plerisq; in locis. Et apud beatũ Paulum dicatur Deus huius seculi, cum 2. epist. ad Corinth. 4. cap. inquit: Quod si etiã opertum est Euangelium nostrum, in ijs q̃ pereunt opertũ est, in quibus Deus huius seculi excæcauit mẽtes infideliũ, ut nõ fulgeat illuminatio euãgelij gloriæ Christi. Nã in his nuncupationibus, mundus & seculũ, non naturæ designatiuum est nomen, sed uicij, & sectantiũ desideria carnis, & concupiscentias suas, quorũ princeps & Deus dicitur dæmon: quod ipsis tanq̃ mancipijs suis & seruis principetur, & in eos habeat imperiũ. Rursum quod apud Lucã ostensa diuersa mundi regna, dixerit Christũ tentãs, esse sua, & cui uoluerit, eã se pro suo arbitratu dare, non arguit eũ esse mundi huius aut regnorũ rectorẽ, sed penitus esse mendacẽ & arrogantissimũ, q̃ mendacissimè quæ sua nõ sunt, suæ esse ditionis effinxerit, & quæ aliena sunt, tanq̃ propria daturum se fuerit pollicitus. Cæterum nonnulla corporum sunt facta primũ ex nihilo, & nulla præexistente materia: ut cœlũ & quatuor elementa. Alia uerò ex elementis exorta, tanq̃ præiacenta materia, utpote mixta, imperfecta, mineralia, plantæ, animalia, quorũ elementa sunt principia, quod ex materia cõstituantur elementarib. contemperata qualitatibus, quẽadmodum 1. cap. Geneseos dicitur: Dixit etiã Deus, Producant aquæ reptile, animæ uiuentis, & uolatile super terrã, sub firmamento cœli. Et eodẽ loco: Germinet terra herbam uirentem, & facientem semen iuxta genus suũ, lignũq; faciens fructum. Et rursum, Producat terra animã uiuentẽ in genere suo, iumẽta, & reptilia, & bestias terræ secundũ species suas. Quia tamẽ horũ q̃ ex elementis nascũtur primordia & seminaria, ipsa scilicet elemẽta, ex nihilo sunt cõdita, rectè omnia ex nihilo facta esse et creata dicuntur. hęc quidẽ immediatè, illa uerò mediatè, & per aliorũ corporũ inter ipsa & nihilũ (ut ita dicã) interstitiũ.

ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ. κα.

Οὐρανός ἐστι περιοχὴ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων κτισμάτων. ἐντὸς γὰρ αὐτοῦ, αἵ τε νοεραὶ τῶν ἀγγέλων δυνάμεις, καὶ πάντα τὰ αἰσθητὰ περικλείονται, καὶ περιορίζονται. μόνον δὲ τὸ θεῖον ἀπερίγραπτόν ἐστι, πάντα πληροῦν, καὶ πάντα περιέχον καὶ πάντα περιορίζον, ὡς ὑπὲρ πάντα ὄν, καὶ πάντα δημιουργῆσαν. ἐπεὶ τοίνυν οὐρανὸν ἡ γραφὴ φησίν, καὶ οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐρανοὺς οὐρανῶν, καὶ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ὁ μακάριος παῦλος ἡρπάχθαι φησί, λέγομεν, ὅτι ἐν τῇ τοῦ παντὸς κοσμογενείᾳ, οὐρανοῦ ποίησιν παρελάβομεν. ὃν οἱ τῶν ἔξω σοφοί, ἄναστρον σφαῖραν φασί, τὰ μωσέως σφετερισάμενοι δόγματα. ἔτι δὲ καὶ τὸ στερέωμα ἐκάλεσεν ὁ θεὸς οὐρανόν, ὃν ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος γενέσθαι προσέταξεν, τάξας αὐτὸν διαχωρίζειν ἀναμέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀναμέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ὑποκάτω τοῦ στερεώματος. τούτου τὴν φύσιν ὁ θεῖος Βασίλειος λεπτὴν φησίν, ὡσεὶ καπνόν, ἐκ τῆς θείας μεμνημένος γραφῆς. ἕτεροι δὲ ὑδατώδη, ὡς ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων γενομένην. ἄλλοι ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων. ἄλλοι πέμπτον σῶμα, καὶ ἕτερον παρὰ τὰ τέσσαρα. τινὲς μὲν οὖν ἐδόξασαν ἐν κύκλῳ τὸ πᾶν περιτρέχειν τὸν οὐρανόν, σφαιροειδῆ τε ὑπάρχειν, καὶ πανταχόθεν τὸ ἀνώτατον μέρος αὐτὸν εἶναι.

DE COELO. Cap. VI.

COElum est circundatio uisibiliũ creaturarũ, & inuisibiliũ: intra eñ ipsum & intellectuales angelorũ uirtutes, & omnia sensibilia concluduntur, ipsoq; determinãtur ambitu. Solus eñ Deus incircũscriptus est, omnia replẽs, omnia continẽs, & omnia ambiẽdo terminãs, ut sup omnia existẽs, & cõdens uniuersa. Quia igiť cœlũ scriptura dicit, & cœlũ cœli, & cœli cœlorũ, & ait usq; ad tertiũ cœlũ beatũ Paulũ raptũ fuisse: dicimus:, in totius mundi generatione, cœli facturã nos intelligere eã sphæram, q̃ quidã sapientũ (qui nõ ex nostris sunt) instellarẽ appellãt, ea quæ Moseos dogmata sunt, sua efficientes. Deinde & firmamentũ uocauit Deus cœlũ, qđ in medio aquarũ fieri præcepit, ordinãs ipsum dispescere medietatem aquę quę sup firmamẽto est, à medietate quæ sub firmamẽto est cuius naturã diuinus Basilius tenuẽ dixit esse ueluti fumũ, ex diuina doctus scriptura. Alij uerò aqueã, ut q̃d sit in medio aquarũ gentiũ. Alij ex quatuor elemẽtis: alij quintũ corpus, & aliud ab illis quatuor esse. Nõnulli aũt arbitranť cœlũ circulari motu uniuerso circũferri, sphericęq; formę, & undiq; summã uniuersi partẽ esse,

mediasti-

τὸ δὲ μεσαίτατον τοῦ περιεχομένου ὑπ' αὐτοῦ τόπου, εἶναι κατώτερον μέρος. καὶ τὰ μὲν κοῦφα καὶ ἐλαφρὰ τῶν σωμάτων, τὴν ἄνω τάξιν λαχεῖν παρὰ τοῦ δημιουργοῦ. τὰ δὲ βαρέα καὶ κατωφερῆ, τὴν κατωτέραν χώραν, ἥτις ἐστὶν ἡ μέση. ἔστι μὲν οὖν κουφότερον, καὶ ἀνωφερέστερον στοιχεῖον, τὸ πῦρ. ὅπερ δὴ μετὰ τὸν οὐρανὸν εὐθέως τετάχθαι φασί. τοῦτο δὲ λέγουσι τὸν αἰθέρα, μεθ' ὃν κατώτερον τὸν ἀέρα. τὴν δὲ γῆν καὶ τὸ ὕδωρ, ὡς βαρύτερα καὶ κατωφερέστερα ἐν τῷ μεσαιτάτῳ κρέμασθαι, ὡς εἶναι ἐξ ἐναντίας. κάτω μὲν τὴν γῆν καὶ τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ ὕδωρ κουφότερον τῆς γῆς. ὅθεν καὶ εὐκινητότερον αὐτῆς ὑπάρχει. ἄνωθεν δὲ πανταχόθεν ὡς περιβόλαιον, κύκλῳ τὸν ἀέρα. καὶ περὶ τὸν ἀέρα, πανταχόθεν τὸν αἰθέρα. ἔξωθεν δὲ πάντων κύκλῳ τὸν οὐρανόν. κυκλικῶς δὲ φασὶ κινεῖσθαι τὸν οὐρανόν, καὶ συσφίγγειν τὰ ἐντός, καὶ οὕτω μένειν πάγια καὶ ἀδιάπτωτα. ἑπτὰ δὲ ζώνας φασὶ τοῦ οὐρανοῦ, μίαν τῆς ἑτέρας ὑψηλοτέραν. λέγουσι δὲ αὐτὸν λεπτοτάτης φύσεως, ὡσεὶ καπνόν, καὶ καθ' ἑκάστην ζώνην εἶναι ἕνα τῶν πλανήτων. ἑπτὰ γὰρ πλανήτας εἶναι ἔφασαν· ἥλιον, σελήνην, δία, ἑρμῆν, ἄρεα, ἀφροδίτην, καὶ κρόνον. ἀφροδίτην δὲ φασί, τὸν ποτὲ μὲν ἑωσφόρον, ποτὲ δὲ ἕσπερον γινόμενον. πλανήτας δὲ τούτους ἐκάλεσαν, ὅτιπερ ἐναντίως τοῦ οὐρανοῦ ποιοῦνται τὴν κίνησιν. τοῦ γὰρ οὐρανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς κινουμένων, οὗτοι μόνοι ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς τὴν κίνησιν ἔχουσι. καὶ τοῦτο γνωσόμεθα ἐκ τῆς σελήνης, μικρὸν καθ' ἑσπέραν ἀναποδιζούσης. ὅσοι τοίνυν ἔφησαν σφαιροειδῆ εἶναι τὸν οὐρανόν, ἴσον λέγουσιν ἀφίστασθαι αὐτόν, καὶ ἀπέχειν τῆς γῆς ἄνωθέν τε, καὶ ἐκ πλαγίων, καὶ κάτωθεν. κάτωθεν δὲ καὶ ἐκ πλαγίων φημί, ὅσον πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν. ἐπεὶ κατὰ τὸν τῆς ἀκολουθίας λόγον, πανταχόθεν τὸν ἄνω τόπον ὁ οὐρανὸς ἐπέχει, καὶ ἡ γῆ τὸν κάτω. καὶ φασὶ τὸν οὐρανὸν σφαιροειδῶς κυκλοῦν τὴν γῆν, καὶ συμπεριφέρειν τῇ ὀξυτάτῃ κινήσει αὐτοῦ, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας. καὶ ὑπὲρ μὲν γῆν ὄντος ἡλίου, ἡμέραν γίνεσθαι, ἐνταῦθα. ὑπὸ δὲ τὴν γῆν, νύκτα. ὑπὸ δὲ γῆν κατιόντος ἡλίου, ἐνταῦθα μὲν νύκτα. ἐκεῖ δὲ ἡμέραν. ἕτεροι δὲ ἡμισφαίριον τὸν οὐρανὸν ἐφαντάσθησαν, ἐκ

mediastimam uerò eius spacij quod ab ipso continetur, esse partem infimam. Leuia autem, & corpora sine pondere, superiorē ab opifice sortita esse ordinē: grauia uerò, & in præceps abeuntia, in firmiorem regionem, quę quidem media est. Est autem ignis, leuissimum elementū, & idcirco sursum ocyssimè emicās, quē ut aiunt ilico post cœlum collocatum: hunc autem appellāt æthera. Post hunc autem inferiorem esse aerē, terram uerò & aquam ut grauiora, & ocyus deorsum ruentia, in mundi mediastimo pendere, quasi ipsa sint ex aduerso. Terra quidē deorsum, & aqua: sed aqua leuior est terra, unde & mobilior illa existit. Desuper aūt esse aiunt undiq; in circuitu ueluti operimentū, aerem: circa aūt aerem, undiq; æthera. Forinsecns autem omnium in ambitu esse cœlum: quod & astruunt circulariter agitari, & constringere quæ infrà sunt, & sic omnia manere firma & indecidua. Septē etiam ferunt esse cœli zonas, circulosq;: & alterum altero esse eleuiorē, ipsumq; esse tenuissimæ naturæ tanq̄ fumū, & in unoquoq; circulo unū esse planetarum. Nam septem planetas asserunt esse: solem, lunam, iouem, mercurium, martem, uenerem, & saturnū. Venerem aūt dicunt quandoq; luciferum, quandoq; uerò hesperū fieri. Cæterum planetas, id est, erratiles, hos uocarunt: quod ex aduerso cœli suū motū peragunt. nam cœlū & reliquæ stellæ ab oriente in occidentem mouentur: at ipsi soli ab occasu in orientem, motū habēt. Et hoc exploratū habemus ex luna, parūper singulo quoq; uesperi ad orientem remeante. Quotquot autem dixerunt cœlum sphæricæ esse figuræ, aiunt illud æquidistare, & semotū esse à terra, suprà & infrà, & altrinsecus, ac ad latera. Infrà dico, quo ad nostrū sensum: quia secundum sermonis consequētiam, undiq; supernum locum cœlum obtinet, & terra imū. Et dicunt cœlum sphæricè circundare terram, & ipsum secum suo rapidissimo motu circumferre solem & lunam & stellas. Et sole super terram existente, hic diem fieri, & sub terra noctem: existente autē sole sub terra, hic noctem, illic uerò diem. Alij aūt cœlum hemisphæriū esse imaginati sunt,

qui

τοῦ τῶν θεηγόρου Δαβὶδ λέγειν, ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν, ὅπερ δηλοῖ τὴν σκηνήν. καὶ τὸν μακάριον Ἡσαΐαν, ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν. καὶ ὅτι δύνων ὅτε ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ τὰ ἄστρα κυκλοῖ τὴν γῆν ἀπὸ δύσεως ἐπὶ βοῤῥᾶν, καὶ οὕτω πάλιν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἀφικνεῖται, ὅμως εἴτε οὕτως, εἴτε ἐκείνως, ἅπαντα τῷ θείῳ προστάγματι γέγονέ τε καὶ ἥδρασται. καὶ τὸ θεῖον θέλημά τε καὶ βούλημα, θεμέλιον ἀσάλευτον κέκτηται. αὐτὸς γὰρ εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται. ἔστι μὲν οὖν οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, ὁ πρῶτος οὐρανός, ἐπάνω ὑπάρχων τοῦ στερεώματος. ἰδοὺ δύο οὐρανοί. καὶ τὸ στερέωμα γὰρ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς οὐρανόν. συνήθες δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν, διὰ τὸ ὁρᾶσθαι ἄνω. εὐλογεῖτε γάρ, φησί, πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, τοῦ ἀέρος λέγων. ὁ ἀὴρ γὰρ τῶν πετεινῶν ἐστι πορεία, καὶ οὐχ ὁ οὐρανός. ἰδοὺ τρεῖς οὐρανοί, οὓς ὁ θεῖος ἔφη ἀπόστολος. εἰ δὲ καὶ τὰς ἑπτὰ ζώνας, ἑπτὰ οὐρανοὺς ἐκλαβεῖν θελήσειας, οὐδὲν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας λυμαίνεται. συνήθες δὲ καὶ τῇ ἑβραΐδι φωνῇ τὸν οὐρανὸν πληθυντικῶς καλεῖν οὐρανούς. οὐρανὸν οὖν οὐρανοῦ βουλόμενος εἰπεῖν, οὐρανοὺς οὐρανῶν ἔφησεν. ὅπερ δηλοῖ οὐρανὸν οὐρανοῦ τὸν ἐπάνω τοῦ στερεώματος, καὶ τὰ ὕδατα δὲ τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν, ἢ τοῦ ἀέρος, καὶ τοῦ στερεώματος, ἢ τῶν ἑπτὰ ζωνῶν τοῦ στερεώματος. ἢ τοῦ στερεώματος, τῇ συνηθείᾳ τῆς ἑβραΐδος, πληθυντικῶς οὐρανῶν ὀνομαζομένου. πάντα μὲν οὖν τὰ κατὰ γένεσιν, ὑπόκειται φθορᾷ, κατὰ τὴν τῆς φύσεως ἀκολουθίαν, καὶ οἱ οὐρανοί. χάριτι δὲ θεοῦ, συνέχονταί τε, καὶ συντηροῦνται. μόνον δὲ τὸ θεῖον ἄναρχόν τε φύσει, καὶ ἀτελεύτητον. διὸ καὶ εἴρηται· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, ὅμως οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀφανισθήσονται οἱ οὐρανοί. παλαιωθήσονται μὲν γάρ, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλιχθήσονται, καὶ ἀλλαγήσονται. καὶ ἔσται οὐρανὸς καινός, καὶ γῆ καινή. πολλῷ δὲ τῷ μέτρῳ ὁ οὐρανὸς μείζων ὑπάρχει τῆς γῆς. τὴν μέντοι οὐσίαν τοῦ οὐρανοῦ οὐ δεῖ ζητεῖν, ἄγνωστον ἡμῖν οὖσαν. μηδεὶς δὲ ἐμψυχωμένους τοὺς οὐρανούς, ἢ τοὺς φωστῆρας ὑπολαμβανέτω. ἄψυχοι γάρ εἰσι, καὶ ἀναίσθητοι. ὥστε εἰ καί φησιν ἡ θεία γραφή· εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐν γῇ ἀνθρώπους πρὸς εὐφροσύνην καλεῖ.

quia diuinorũ enarrator Dauid dicat, Qui extendis cœlũ uelut pellẽ, quod ostendit tabernaculum. Et beatus Esaias, Qui statuit cœlum uelut cameram. Et quia occidens sol & luna & astra, circumeunt terram ab occidẽte in boreã, & ita rursus in oriente restituuntur: attamen siue hoc, siue illo modo: sic uniuersa, diuina iussione facta sunt & firmata, & diuinam uoluntatem & consilium, fundamentum inconcussibile habent. Ipse enim dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit hæc in seculum seculi: præceptũ posuit, quod non præteribit. Est igitur cœlũ cœli, primum cœlum supra firmamentũ collocatum. Ecce duo cœli, nam & firmamentũ uocauit Deus cœlum. Consuetudo etiam diuinæ scripturæ est, aerẽ cœlum uocare, ab eo quod est sursum uideri Benedicite (em̃ inquit) omnes uolucres cœli, aerẽ intelligens: nã aer uolatilium iter est, & nõ cœlum. Ecce tres cœli quos diuinus dixit Apostolus. Si aũt septem circulos, septẽ cœlos suscipere uolueris, nihil in ratione ueritatis offenditur. Cõsuetum etiam & in uoce hæbraica cœlum, pluratiuè uocare cœlos. Cœlũ igitur cœli uolens intelligere, cœlos cœlorum dixit: quod perinde significat, atq; cœlũ cœli, q̃ est supra firmamẽtũ. sed & aquas quę sunt supra cœlos, id est, aerẽ, firmamẽtũ, septẽ ue circulos firmamẽti, cõsuetudine hæbraicæ linguæ pluraliter cœlos nominat. Omnia igiť quæ ex generatiõe prodierunt corruptioni sunt obnoxia, secundũ naturæ cõsequentiã etiã, & cœli: gratia aũt conseruãtur & continent̃. Solus enim Deus natura sine principio & sine fine. quapropter dictũ est. Ipsi peribunt, tu aũt permanes. Attamen non penitus disparebũt cœli. nã ueterascẽt quidem, & uelut amictus inuoluẽtur, & immutabuntur, & erit cœlũ nouũ, & terra noua. Plurima mẽsura cœlum maius est quàm terra: cœli aũt substantiam non opus est ut indagemus, ignota nobis est. Nullus etiam cœlos aut luminaria arbitretur animata, inanima enim sunt & insensilia. Quare si scriptura dicit: Lætentur cœli & exultet terra, angelos qui sunt in cœlo, & homines qui in terra, ad lætitiam uocat.

οἶδε δὲ ἡ γραφὴ, προσωποποιεῖν, καὶ ὡς ἐπὶ ἐμψύχων, περὶ τῶν ἀψύχων διαλέγεσθαι. ὡς τὸ, ἡ θάλασσα εἶδε καὶ ἔφυγεν, ὁ ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. καὶ τί σοι ἐστὶ θάλασσα ὅτι ἔφυγες, καὶ σὺ ἰορδάνη ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω; καὶ ὄρη, καὶ βουνοὶ ἐρωτῶνται λόγους σκιρτήσεως. ὥσπερ καὶ ἡμῖν σύνηθες λέγειν, συνήχθη ἡ πόλις, οὐ τὰς οἰκοδομὰς σημαίνειν βουλομένοις, ἀλλὰ τοὺς τῆς πόλεως οἰκήτορας. καὶ, οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, οὐ φωνὴν ὠσὶν αἰσθητοῖς ἀκουομένην ἀφιέντες, ἀλλ' ἐκ τοῦ οἰκείου μεγέθους τὴν τοῦ δημιουργοῦ δύναμιν ἡμῖν παρεισάνοντες. ὧν τὸ κάλλος κατανοοῦντες, τὸν ποιητὴν ὡς ἀριστοτέχνην δοξάζομεν.

Nouit ẽm scriptura prosopopœiã, personarumq́ fictionem usurpare. & de inanimis ut de animatis dicere. ut Mare uidit & fugit, Iordanis cõuersus est retrorsum. &, Quid est tibi mare quod fugisti? &, Montes & colles interrogantur sermones exultationũ. Quẽadmodum & dicere consueuimus, congregata est ciuitas: nõ ædificia significare uolentes, sed ciuitatis habitatores. &, Cœli enarrant gloriam Dei: non uocẽ quæ sensilibus auribus hauriatur emittentes, sed ex propria magnitudine opificis uirtutem nobis insinuãtes: quorum pulchritudinem concipientes, factorem ut optimum artificem, admiramur, glorificamusq́.

COMMENTARIVS

DE cœlo determinationem hic exequẽs Damascenus, in primis diffinit, ipsum esse circũ
dationem omnium creaturarum. circundationem inquã, id est corpus circundans uisi
biles quidem creaturas & corporeas corporaliter, inuisibiles uero & spirituales loco cõpreh
sioneq́ intellectuali. Intra ẽm cœlũ, cœlestes spiritus & sunt, & operantur: nõ extra. Quod au
tem beatissima illa angelorũ agmina, supermundana dicatur, & mundo superiora, aut extra
cœlum esse atq; supercœlestia: id non secundũ substantiã accipiendum est, aut operationem
sed perfectionis rationem & proprietatũ discrepantiã, quod & digniora sint, & alias sortia
proprietates, q̃ hæc mundi corpora, ut immaterialem substantiam, immortalitatem, intem
poralitatẽ, stabilitatem, & similes. Itaq; cũ in explicatione generationis mundi dicit scriptura
in principio Deum creasse cœlum et terrã, nomine cœli, dicit autor, intelligendã esse supremã
sphæram cœlestẽ, nullas continentẽ stellas, cũ tamen inferiores omnes orbes aut una insigni
aut pluribus adornati sint, quã idcirco nonnulli philosophorum instellarem uocarunt: quæ
Mose ante dicta sunt, tanquã sua & ꝓpria usurpantes. Siqdem credibile est plerosq; philoso
phorũ, libros diuinos a Mose conscriptos, præsertim de mũdi exortu & formatione, uidisse
quandoquidem omnes fuerint Mose posteriores: & quæ in libris Moseos legerunt, tanq̃ pro
pria inuenta & placita, suis libris inseruisse. Porrò id incidentariũ hic annotare nõ uidebitur
absurdũ, ratione huiusce nominis Moses, qđ ipsum nõ ꝑ tres syllabas, & i, aut latina, aut græ
ca interiecta scribendũ est, aut proferendum (ut ferè omnes tritam sequentes cõsuetudinem
eaq; tanquã magistra utentes, pronunciãt aut scribunt) sed illa interstite uocali prorsus rei
cta, per duas duntaxat syllabas, ut monstrat id carmen Satyrici:

Romanos autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant, & metuunt ius,
Tradidit obscuro quodcunq; uolumine Moses,

Accedit huic & ratio impositionis huiusce nominis. Nã ab Aegyptijs omnib. cũ plebeis
tũ literatis, Mos aqua dicitur. Moses aũt dictus est (ut secundũ Exodi caput ostendit) quia de
aqua sublatus sit, & illa ibidẽ explicatur causa peculiaris, inditi illius nominis à filia Pharao
nis. Deinde cõformiter scripturæ dicit, firmamentũ esse cõstitutũ in medio aquarũ, & diuide
re aquas illi supereminentes ab aquis subsidentib. Quod autẽ supra firmamẽtum collocatæ
sint aquæ, præter Geneseos sententiã ostendit etiã Psalmus 103. Qui extendis cœlum sicut pel
lem, q̃ tegis aquis superiora eius. Psalmus itẽ 148. Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudẽt nom.
Domini. Demũ Daniel ca. 3. Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt Domino. Verũ
quid'nã sint illæ aquæ, an uapores in mediã sublati regionem, & in nubibus suspensi, paulò
pòst in guttas pluuiales con uertendi, qui quidẽ sunt supra firmamentũ, id est aerem infimæ
regionis, nubibus ipsis & aq̃s fluuialibus æquoreisq; interiectũ, & idcirco diuidentẽ aquas
ab aquis, ut, beato Augustino teste, nonnullorũ est sententia, cũ dicit super Genesim, quod i.
de aquis supra firmamentũ existentib. intelligi potest de aquis quæ suspendũtur in nubibus.
Vel sint reuera aquæ tenues & perspicuæ, super firmamentũ tanta stellarũ frequentia adorna
tũm consistentes præcepto Cõditoris, & eã ob causam quã conditor ipse nouit, tametsi nos
lateat, quemadmodũ sacræ literæ plerisq; in locis, & hic Damascenus sentire uidetur. Aut
rũ secundũ aliorum sententiã, aquarum illarũ nomine intelligi debeat cœlum proximè firma
mento supereminens (qđ chrystallinum uocant, ob perspicuitatem & claritatem, aquæ chry
stalliq; naturæ ꝑsimilem) incõpertum nobis est, & nõ satis exploratum ac perspectũ. Enim
uero

uero horum trium propositorũ, primũ rectè dici non posse uidetur. Nam Genes.1.cap.refert, stellas positas esse in firmamento. nullæ aũt sunt stellæ in ima parte aeris, in qua diuersamur. quare nomine firmamẽti uidetur cœlũ sidereũ intelligendũ. Neq; secundũ itidẽ usq;quaq; uerũ censetur. Nã aquis natura cõpetit grauitas, densitas, frigiditas, fluxibilitas, & motus deorsum, q̃ omnia, si aquis illis cõueniunt, deberẽt deorsum tendere, aut ibi ppetuò detineri uiolẽtè, quod rectæ mundi ordinationi ,prsus repugnat. Quare tertiæ potius accedendũ est sentẽtiæ, asserẽti scilicet aquarũ nomine sup cœlos existentiũ, ipsum cœlum firmamẽto supereminens, ac illud ambiens intelligi debere. Porrò nõnulli contendunt aquas illas cœlo superpositas, nõ esse materiales, sed tantũ spirituales: & idipsum colligunt ex uerbo Augustini in decimotertio libro Confessionũ dicentis: Sunt aliæ aq̃ quæ supra firmamentũ sunt, immortales, immobiles, & ab omni corruptione secretæ. At illorũ dicto obuiare uidetur, qđ dicit Psalm. 103. Extendens cœlum sicut pellẽ, qui tegis aquis superiora eius. Sed cœlũ extẽsum, est corporale: ergo aquæ quæ illud tegunt, sunt corporales. Verũ in tãta sentẽtiarũ & autorũ cõtrouersia, id tenendum est qđ dicit Augustinus sup Genesim, ad literã loquens de aquis illis, Qualitercunq; ibi sint, ibi esse eas non dubitamus. maior est em̃ huius scripturæ autoritas, quã omnis humani ingenij pspicacitas. Cæterũ naturã firmamenti dixit Basilius tenuẽ esse ueluti fumũ, quod ut fumus rarus est admodũ, & nostrũ subtilitate sua fugiens obtutum, ita & firmamentum. Qui autem naturã eius aqueã dixerunt, si id secundum proprietatum utriusq; conuenientiã acceperunt, quia & aqua & cœlum perspicuũ est atq; translucidum, rectè quidẽ autumarunt. si uerò secundum substantiã, perperã. Non enim habet firmamẽtum aut quoduis aliud cœlum, aquæ aut cuiuspiã aliorũ elementorum substantiã. Postremorum deniq; sententiæ, asserentiũ firmamentum esse quintũ corpus simplex, & aliud à quatuor elementis (quæ etiã est Aristotelis) standum est. Nã de cœlo & elementis ea ponit & sentit, quæ mundi continet ordo. Deinceps quatuor elementorũ ad cœlũ, & inter se, ordinem atq; ,pprias qualitates explicans autor, dicit inter cætera, quod aqua est leuior terra. ubi nomen leuior, tantundẽ ualet atq; minus grauis, cum aqua ,prsus sit leuitatis expers, sicut & terra. Verũ quia illa minus grauitatis q̃ hæc obtinet, minusq; deorsum deprimitur, aquea grauitas ad terreã collata, quodã modo leuitas esse uidetur. Et planè aqua ratione motus, maiorem quã terra sortitur nobilitatem, quod terra ad suũ duntaxat locum ubi extra illum fuerit decũbit: in suo uero loco ob densitatẽ & crassitiẽ torpida manet, & immota. Aqua uerò ad suũ præceps locũ ruit, & in eo collocata ultro citroq; agitatur, ut aqua fluuialis suo cõtenta alueo manifestũ præbet indiciũ. Hinc operæprecium est cognoscere, q̃ pulchro ordine rerũ opifex hunc mundum constituerit, & pro suæ naturæ conditione quodq; elementũ collocauerit. Terrã quidem in imo, quod omnium sit imperfectissima, ob torporẽ, maximã densitatem, grauitatem, opacitatem, & ad ima depressionem: aquã uerò terræ supereminentẽ, quod minus ea immobilitatis, densitatis, grauitatis & motus deorsum habeat, & pspicuitatẽ, translucentiãq; in se ostendat: deinde aerem aq̃ superposuit, quod agitabilior sit, rarus, leuis, sursum tendens: magisq; perspicuus. Demũ ignẽ supremo cõstituit loco, ut qui elementorũ omniũ maximè sit agitabilis, leuissimus, tenuissimus, in summum locum emicans, & ob suã tenuitatem amplius q̃ cætera diaphanus, reliquaq; naturæ dignitate antecellẽs. Porrò cœlestes orbes sup elemẽta extendit, qđ præstabiliorem sortiti sunt substantiæ perfectionẽ, q̃ hæc sensibilia illis subiecta corpora. Siquidem nec ortum sustinent, neq; obitũ, neq; accrementũ, neq; detrimentũ, neq; alterationem, quibus hæc naturalia corpora sunt obnoxia: sed solum habẽt motũ localẽ, & eum quidem perfectissimũ, utpote circularẽ, iugem, perpetẽ, irrequietum & cõtinuum. Possent & aliæ ad ordinatissimũ huius mundi ornatũ cõtemplandum cùm elementorum, tum cœlorum proprietates adduci hoc in loco, nisi philosophiæ naturalis partes essẽt, eas enucleatius edisserere: ex qua, prę sertim illa q̃ Aristoteles tradidit, hæc & cõsimilia requirẽda sunt. Dehinc de planetis determinationẽ pertractans autor, dicit ex autorũ naturalis disciplinæ sententia, uenerem aliquando luciferũ, aliquando uerò hesperũ fieri. Nempe uenus planeta, à uenustate nomen accepit, ut pleriq; autumant. quod longè splendidior quã cætera sidera fulget, & ob eximium fulgorem post solem & lunã sola umbrã reddat. Eadem secũdum astronomorũ assertionem haud lõgo spacio à sole digreditur, sed ferè semper circa solẽ cursum suũ agit. Cum itaq; diluculo solis ortum præuenit, lucis prænuncia, lucifer appellatur, & apud Græcos φωσφόρος. Cũ uerò ipso noctis crepusculo post solis occasum noctẽ imminentẽ nunciat, hesperus, uesperus, & uesp nuncupatur. Ad manũ & in promptu sunt omnib. authorũ testimonia, quæ superuacaneum esset hic adducere. Dicunt itẽ philosophiæ naturalis indagatores, sole super terrã existente, hic diẽ fieri. Quippe dies artificialis (qua de fit hic sermo) est latio solis sup alterũ cœli hemisphæriũ, & ex eius præsentia luminis diffusio. Nox uerò, est absentia solis alterutro cœli hemisphærio, & solaris luminis ob eã absentiã ibidem defectus atq; priuatio. At uerò eorum sententia, qui cœlum hemisphæriũ esse dicunt, nec philosophiæ naturali, nec astronomiæ est cõsentanea, q̃ cœlũ apertissimis indicijs globosum esse demonstrant, sphæricæq; figuræ, quemadmodum ex secundo libro de cœlo & mundo Aristotelis dilucidũ est. Neq; ipsorũ prior ratio cõuincit cœlum dimidiatæ sphæræ figura cõcludi. Nã Dauid cœlum appellans pellẽ, & Esaias taber-

naculum,ſiue camerã(cum 40.capite inquit,Qui extẽdit ſicut nihili cœlos,& expandit eos ſi-
cut tabernaculum ad inhabitandum)non figuræ cœli ad figurã pellis aut cameræ ſimilitudi-
nem prætendunt,ſed officij:quod ſicut pellis omnia tegit mẽbra corporis,& camera eos com
plectitur qui ipſam ſubeunt & ingrediuntur,ita cœlũ operimentũ eſt,& integumentum re-
rum omnium ſenſibiliũ in ipſo contentorũ.Neq; itidem ratio ſolaris motus,aut lunaris,poſt
occaſum in ſeptentrionẽ tendentis,& demũ in orientem regrediuntis,compellit quenquam
fateri,cœlũ hemicycli figurã obtinere,ſed potius ſphæræ.Quo enĩ pacto ab occidua cœli par
te in boreã gyrabitur ſol, & à borea ſeptentrioniſq; puncto in eoã orientalemq́; plagam re-
ſtituetur,niſi ſphæricæ figuræ fuerit cœlũ?Si enĩ hemiſphærium fuerit nobis ſupereminens,
nihil cœli,terra occultatũ,latitabit, ſed totũ ſuper nos expanſum eſt:finiturq́; cœlum, ubi ter
ræ uidetur conterminũ.Quod ergo ſpacium confingent intempeſta nocte à ſole & luna per-
tranſitum,cum in boreã circuitu tranſiens,remigrat ad orientem?aut qua ratione nos latebit
ille motus,cum totũ nobis ſuperemineat cœlũ?Ad hæc,quo modo non erit nobis cõtinuus
ſine nocte dies,cũ ſol ſemper ſuper nos feratur,& in hoc nobis ſuperiacẽte hemiſphærio?Nã-
que ſecundũ illorũ poſitionẽ,tota cœli moles,hemicycli dimidiæq; ſphæræ ſpacio contine-
tur.Inſuper quod aer cœlum dicatur ab eo quod eſt ſurſum uideri,non latinã,ſed græcam re-
ſpicit nuncupationem,qua cœlum dicitur οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι,quod deſignat uideri,καὶ ἄνω qđ
eſt ſurſum:nempe cœleſtes ſphæræ ſupra nos redduntur conſpicuæ. Et quoniam huiuſmo-
di denominationis ratio etiã aeri cõpetit,quippe qui ſuper nos conſpicitur liquidus, & inter
dum nubibus obductus,hinc in ſcriptura plerunq; cœlum ꝓ aere ſumitur.Quod & Auguſti
nus approbat,dicẽs:huic autẽ cœlo in quo ſunt luminaria,ita uicinus eſt aer,ut & ipſe cœli no
men acceperit,nõ ſolum ſermone cõmuni,ſecundum quẽ dicimus ſerenum uel nubilum cœ-
lum,ſed etiã noſtrarum ipſarum cõſuetudine ſcripturarum, qua dicuntur uolatilia cœli cum
aues in hoc aere uolare manifeſtum ſit.Nẽpe ſecundum latinã etymologiam,nomen cœlum
cum diphtõgo œ,dicitur à cœlo,qđ eſt ſculpo:eo quod cœleſte corpus ſit cœlatũ,hoc eſt,ſide
ribus ſculptum,ſiue ſignatum,quibus ſplendet quaſi quadã cœlatura.Qđ atteſtatur Ambro
ſius dicens:Cœlũ dicitur,quaſi impreſſa ſtellarũ lumina uelut ſigna habeat, & tanquã cœlatũ
appellatur:ſicut argentum quod ſignis eminentibus refulget,cœlatum dicimus. Quidã tamẽ
id nomen ſine diphthõgo ſcribunt,& à celando deducunt,id eſt occultando,à cõtrario nomi
ne,quod apertum ſit.Sed hæc grãmatici potius diſcutiant,quæ hic ferè præter officiũ ſunt ad
ducta.Ex hoc autem ſcripturæ more,quo aer cœlum uocatur,author tres cœlos colligit,ad q̊
rum tertium ſe dicit raptum Apoſtolus,ſecundæ epiſtolæ ad Corinth capite 12.cum ait:Scio
hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim,ſiue in corpore,ſiue extra copus, neſcio, Deus
ſcit,raptum huiuſmodi uſque ad tertiũ cœlum. Tres autẽ cœli,de quorũ tertio meminit Apo
ſtolus,ſunt(ut hic ſentit autor)cœlũ aereum, firmamentũ, & cœlũ firmamento ſupereminẽs,
ad quorũ ſupremũ ſe mentis extaſi raptum Paulus aſſerit.Porrò alij interpretantur primum
illorum trium cœlorum eſſe aerem,ſecundũ firmamentum,tertiũ ſpirituale, ubi angeli & ani
mæ ſanctæ,Dei fruuntur contẽplatione. ad quod poſtremum ſe ſubuectum innuere uidetur
Apoſtolus,cum ſubiungit eodem loco:Et ſcio huiuſmodi hominẽ,ſiue in corpore,ſiue extra
corpus,neſcio,Deus ſcit,quoniã raptus eſt in paradiſum,& audiuit arcana uerba,quę nõ licet
homini loqui.Ecce quod paulo antè dixerat tertium cœlum,ſecundò iam idem explicans,no
minat paradiſum,cum ſcilicet deliciarũ ſpiritualiũ,quibus perfruuntur incolæ & ciues cœle-
ſtis Hieruſalem.Nec deſunt,qui illos tres cœlos(ad quorũ tertium ſe raptum Paulus ſcribit)
diſtinguendos exiſtimãt,ſecundũ tres angelicas hierarchias,ut primũ cœlum dicatur poſtre-
ma hierarchia,angelos,archangelos,& principatus cõplectens.Secundum cœlum,media hie
rarchia,poteſtates,uirtutes & dominationes cõtinens. Tertiũ uerò,ſuprema hierarchia cœle-
ſtium ſpirituũ,thronos,cherubim & ſeraphim cõprehendens.Manifeſtum eſt autem,hos ſpi-
ritus angelicos cæteris ſuperiores & Deo ꝓpinquiores,altius atque ſublimius diuinorũ hau
rire cognitionẽ.Itaque ad tertium raptus cœlũ fuit(inquiunt)Paulus,quia ad eum diuina co
gnoſcẽdi gradũ fuit ſubuectus,q̊ ſupremæ hierarchiæ ſpiritus fulgẽtiſsimo lucis ſpiritualis
ſplendore perfuſi,Deũ contuentur.Porrò alij hunc ternarium cœlorum numerum accipiu-
lunt,ſecundũ triplicẽ rerum uiſarum diſtinctionem,ut primum cœlum nobis propinquius,
uocetur corporũ cœleſtium cognitio:ſecundum uerò,ſpirituum cœleſtium agnitio:tertiũ a-
tem,ſupercœleſtium in trinitate perſonarũ notitia.Quoniã igitur ad arcana ſuperſanctæ tri-
nitatis myſteria contemplanda animo tunc fuerat euectus Paulus,ad tertiũ raptus cœlum a
his perhibetur.Rurſum alij exiſtimant,tres illos cœlos ſumẽdos eſſe ſecundũ triplicẽ diuin.
cognoſcendi gradum.Nempe res diuinas cognoſcit animus humanus,primo naturæ & re-
corporearum contẽplatione.ad quã uiam philoſophi etiam noſtræ fidei expertes, peruene-
runt.Et hoc primũ eſt cœlum.Secundò,fide & certa credulitate eorum q̃ ſcriptura tradit eſ
credenda,quo modo Chriſtiani hanc degentes uitã,Deum agnoſcunt.& hoc ſecundũ eſt cœ
lũ.Tertiò,diuina cognoſcit animus,præſenti rerũ intuitu,per lumen gloriæ,quo modo bea
in illa cœleſti patria Deũ cognoſcunt.Et hoc tertium eſt cœlum,ad quod poſtremum rapt.
fuit(inquiunt)Paulus;quia ad id tertiũ cognoſcẽdi Deum genus, diuino indultu ac mune-
prouectu

prouectus extitit. Præterea alij, tres illos cœlos interpretandos putant secundū triplicē uisionem, sensus uidelicet, imaginationis & intelligētiæ: ut primum cœlum intelligant, rerū iudicium, modo quodā sensibili, quo ita eas cōprehendimus, ut aut sentiamus, aut sentire uideamur, quo quidem modo rex Balthasar scribentis hominis manū uidit, & Moses ignem in rubo. Secundum uerò (quod est imaginationis) cœlum rerum iudiciū intelligimus, cū res ipsas perinde atque apud nos collocatas, conseruatasq; tanquā in imagine cōtuemur: quemadmodum usu uenire solet uel in excessu mentis, quā extasim Græci dicunt: uel in somno, cum non corpora, sed rerum imagines uidentur. ut beatus Petrus etiā uigilans, uidit lintheum quadrupedum, serpentium atque uolatiliū plenū. & rex Aegyptiorum dormiens, uaccas & spicas in somnio conspexit. Tertiū autē, scilicet intelligentiæ cœlum dicitur, quādo neque corpora, neque imagines corporum uidentur, sed quadā mentis serenitate iā fretus homo, altius tollens intellectus acumen, ad Deū media sapiētiæ luce ingreditur. Itaque hoc tertio modo sensum omnem & imaginationē supergressus Paulus, lympido mentis obtutu, in diuina contēplanda ferebatur, tempore subleuationis animi eius in Deū: proinde in tertium cœlū raptus fuisse dicitur. Ecce iā sex adducti sunt diuersi modi, quibus plerią; solēt hos tres cœlos interpretari. Præter quos & alij adhuc supersunt, eosdem exponendi secundum aliorū placita, sensus. Sed reuera operosum foret, & huic loco minus accōmodum, recensere impresentiarū omnes authorū sententias de tribus illis cœlis, quorum meminit in loco supradicto Apostolus: neque satis cōstare nobis potest, quæ'nā illarum sit cæteris præferenda. Si eñ Apostolus qui huiusmodi in Deum extasim passus est, non explicuit illorū trium cœlorū nomina aut mysterium: quis sufficiet ad rectā eorū expressionem, nisi spiritu sancto reuelāte, id fuerit edoctus? Itaque uerā esse scripturam fateri debemus: eius autem intelligentiam, aut lectione consequi, aut precibus à Deo impetrare. Deinceps de cœlorū duratione determinans autor, dicit qđ non penitus disparebunt. Ad quod amplius discutiendū, nosse operæpreciū est, non paruam apud authores ambiguitatē agitari, quo modo perituri sint cœli, & inueterandi. Nēpe tertio libro Recognitionum beati Petri capite tertio disseritur, mundū hunc corporeū, re ipsa & secundum substantiā interiturum. Siquidem cum Simon magus hanc in sanctissimum Petrū cauillationē mouisset, Si conditor mundi bonus, & bonus mundus est, q̃modo bonus bona dissoluet aliquando? Si autē dissoluit quod bonū est, quomodo ipse bonus uidebitur? Si autem quasi malū dissoluit & destruit, quomodo non uidebitur malus qui malū fecit? Respondisse ibidē huic cauillo refertur beatus Petrus: Cœlū istud, quod uisibile est, & quod pertransit, siquidem propter semetipsum factū esset, haberet fortassis quod dicis, aliquid rationis, qa resolui minimè deberet. Si uerò propter aliud quid factū est, & nō propter se, necessariò soluetur: ut illud ꝓ quo factū uidebitur, appareat. Sicut uerbi gratia dixerim, testa ouorum quam uis pulchrè facta & diligenter formata esse uideatur, necesse est tamen eā frāgi & resolui, & inde pullus procedat, & illud ꝓ quo totius oui forma expressa uidetur appareat. Ita ergo & huius mūdi necesse est trāsire statū, ut status ille sublimior regni cœlestis effulgeat. Cui sanè astipulari uidetur illud secundę epistolæ Petri tertio ca. dictū: Adueniet autē dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu trāsibunt, elementa uerò calore soluentur, terra autē & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Cū igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus? expectātes & ꝓperantes in aduentū diei Domini, ꝑ quē cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Nouos uerò cœlos & nouā terrā, & promissa ipsius expectamus, in quibus iusticia habitat. Aliorū uerò, ut beati Gregorij, Damasceni, & ferè cæterorū omniū, est sententia, elementa & cœlos esse perituros, non quidē secundum substantiā, sed proprietates & accidentia. Nā deperdent (inquiunt) affectiones & accidentarias dispositiones, quas nunc habent: præsenti rerū statui scilicet, generationi & corruptioni corporū naturaliū, atq; conseruationi conducentes: & alias induent atque assumēt proprietates, futuri seculi immortalitati rationią; accōmodas. Et omnis rerū sensibilis machina quasi renouata, insolito decore ꝑpetuò manebit, ut suggerat beatis materiā, in suis operibus laudandi Deū, eluceatą; in illis Dei uirtus & sapientia. Et quoniā exuent (inquiunt) hæc sensui peruia corpora priores suas conditiones, ꝑmutabunturą; in alias lōgè præstabiliores: hinc cœli & elemēta peritura à scriptura dicuntur, exinde etiā cœlum nouum dicitur futurū, & terra noua: quemadmodū corpus humanum, in resurrectione nouissima eiusdē substantiæ erit, cuius fuerat prius cum mortalē ageret uitā, sed alterius dispositionis accidentariæ. oportet eñ corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. Vtra autē harum sententiarum sit ueritati conformior, & utri potius accedendū sit, assentiendumą;, haud facile est ex sacris literis dijudicare. Idcirco totū potius diuinæ ordinationi committitur, sine accuratiore indagine. Ita eñ futurū est, quemadmodū ipse cōstituit. Quomodo autem fore decreuerit, non amplius peruestigandū est, neq; ulterius perquirendum, quā diuina determinauerunt eloquia. Credendūą; haud dubiè, quod cœlum & terra transibunt, Christi autē uerba nō transibunt: & hac sola fide contenti, abire debemus. Satius enim est in huiusmodi inquisitionibus, ubi certum nihil ex scriptura constat, piè dubitare, quā temerè quicq̃ diffinire. Postremū, Platonicorum refutat author sententiā, ponentium cœlos animatos per

animam mundi diffuſam in omnes cœleſtes orbes, itidẽ & luminaria animata, ſolem inquã, lunam & aſtra. In quo ſanè gentiliũ ſecuti ſunt errorem, credentiũ luminaria illa quæ creauit Deus in miniſteriũ cunctis gentibus quæ ſub cœlo ſunt, eſſe deos, & illa diuino cultu adorantium. Illorũ ſententiã Ariſtoteles in libris De cœlo & mundo improbat, oſtendens rationib. naturalib. & phyſicis, cœlum minimè animatũ cenſeri poſſe. Idem quoq; ſentit hoc loco Damaſcenus cœlos ſcilicet & eorũ luminaria, inanimata eſſe, & ſenſitiuæ uirtutis expertia, rationesq; aduerſariorũ quæ ex ſcripturæ uerbis perperam intellectis ſumi poſſent, diſſoluit. Poſſet enim quiſpiã obijcere dictũ eſſe Pſal 95. Lætentur cœli, & exultet terra. Atqui lætari, duntaxat animatorũ eſt. Reſpõdet Damaſcenus, neq; cœlũ neq; terrã ibi ſumi pro ſubſtãtijs ipſis corpulentis, cœleſti ſcilicet & terrena. ſed per metonymiam (qua nomen cõtinentis plerunq; ſumitur pro re cõtenta) cœlos ibi accipi pro angelis q̃ ſunt in cœlo, & terrã ꝓ hominib. terrã habitantibus. Eadẽ ſiquidẽ ratione, cum exultare etiã proprium ſit animatorum, conficeretur terrã eſſe animatã, ſi proprie ſumeretur pro terreſtri corpore, quod nullus adhuc aſtruit. Secundò, quiſpiam afferre poſſet illud Pſal. 18. dictũ: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum. Enarrare autẽ & annunciare, animatorũ eſt, ratioñeq; utentiũ, quare cœli uidẽtur animati. Reſpõdet Damaſcenus, in eo loco & ſæpe alibi à ſcriptura proſopopœiã, id eſt perſonarũ fictionem uſurpari, qua rei animatæ opus attribuitur inanimatis, & de inanimatis, aut ad ipſa ſermo fit, perinde ac forẽt animata. Quo planè loquẽdi genere, cœli dicuntur enarrare gloriã Dei: quia ex ſuo decore & opificio, autoris ſui ſapientiã & potentiã declarant. Sic opera manuum Dei annunciat firmamentũ, quia ex pulchritudine rerum conditarũ, annunciatur nobis factoris eorũ & artificis bonitas & uirtus. Eodẽ loquendi ſchemate utitur Iob 12. ca. cũ ait: Nimirũ interroga iumenta, & dõcebunt te, & uolatilia cœli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & reſpõdebit tibi, & narrabũt piſces maris. Deniq; eiuſdẽ rationis, figuræq; dicendi autor in litera ꝓponit exemplũ ex Pſalm. 113. in eoq; explicando poſtremũ ſubiungit, & montes & colles interrogãtur ſermones exultationum. qđ ut apertius intelligatur, id ſcitu non eſt indignũ, quod in ſupradicto loco, ubi Pſalteriũ Gallicum & quo in noſtris pſalmodijs utimur, habet, Mõtes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouiũ: Romanũ hoc modo continet eundẽ uerſum, Mõtes quare exultaſtis ſicut arietes? & colles uelut agni ouium? ubi apertè montes & colles interrogãtur ſermones exultationũ. Et certè Romana pſalmodia concinnior & aptior illi loco uidetur. Nã ea ſententia in tertia pſona aſſertoriè paulo antè fuerat enũciata, quare ſecũdo loco interrogatiuè nõ abſurdè in ſecunda uerbi pſona ꝓponitur quẽadmodũ & hæc ſentẽtia, Mare uidit & fugit, Iordanis cõuerſus eſt retrorſum prius prædicatiuè, poſterius uerò inquiſitiuè in noſtro etiã Pſalterio cõſtituitur, atq; ꝓfertur.

ΠΕΡΙ ΦΩΤΟΣ, ΠΥΡΟΣ, ΦΩΣΤΗΡΩΝ, ἡλίου τε, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων. κβ.

Τὸ πῦρ, ἓν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐστὶ, κοῦφόν τε καὶ ἀνωφερέστερον τῶν λοιπῶν, καυστικόν τε ἅμα καὶ φωτιστικόν. τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ κτισθέν· φησὶ γὰρ ἡ θεία γραφή· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. οὐκ ἕτερον γάρ ἐστι τὸ πῦρ, εἰ μὴ τὸ φῶς ὥς τινές φασιν. ἕτεροι δὲ τὸ κοσμικὸν πῦρ, ὑπὸ τὸν ἀέρα φασὶν, ὃ καλοῦσιν αἰθέρα. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ἤτοι τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ. καλλωπισμὸν καὶ κόσμον πάσης τῆς ὁρατῆς κτίσεως. ἄφελε γὰρ τὸ φῶς, καὶ πάντα ἐν τῷ σκότει ἀδιάγνωστα μένουσι, τὴν οἰκείαν μὴ δυνάμενα εὐπρέπειαν ἐπιδείξασθαι. ἐκάλεσε δὲ ὁ θεὸς τὸ μὲν φῶς ἡμέραν, τὸ δὲ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. σκότος δέ ἐστιν, οὐκ οὐσία τις, ἀλλὰ συμβεβηκός. φωτὸς γάρ ἐστι στέρησις. ὁ γὰρ ἀὴρ, οὐκ ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ ἔχει τὸ φῶς. αὐτὸ οὖν τὸ ἐστερῆσθαι τὸν ἀέρα φωτὸς, σκότος ἐκάλεσεν ὁ θεός. καὶ οὐχὶ ἡ οὐσία τοῦ ἀέρος ἐστὶ σκότος, ἀλλ' ἡ τοῦ φωτὸς στέρησις. ὅπερ συμβεβηκὸς μᾶλλον δηλοῖ, ἤπερ οὐ-

DE IGNE, LVCE, LVMINARIBVS, *ſole, luna, & aſtris.* *Cap. VII.*

IGnis unũ quatuor elementorũ exiſtit, ceterorum leuiſſimũ & ocyſſimè ſurſum emicans, aduſtiuũ & illuminatiuum, prima die à rerum opifice cõditum. Inquit enim diuina ſcriptura: Et dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux. neque enim aliud eſt ignis quàm lux, ut quidam aiunt. Alij autẽ mundanum ignem ſub aere eſſe dicũt, quem æthera uocãt. In principio igitur Deus fecit lucem: id eſt, prima die pulchritudinẽ & ornamentum omnis uiſibilis creaturæ. aufer enim lucem, & omnia in tenebris ignota manebunt, proprium non ualẽtia demonſtrare decorem. Vocauit autem Deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Tenebræ enim ſunt, nõ ſubſtantia quædam, ſed accidens: nam luminis ſunt priuatio. Aer enim non ſubſtantiam ſui habet lumen: ſed priuationem ipſam aeris à lumine, uocauit Deus tenebras. neque aeris ſubſtan-

tia ſunt tenebræ, ſed luminis priuatio, quod quidem accidens magis quam ſub-

σίκῳ. οὐκ ὠνομάσθη δὲ πρώτη ἡ νύξ, ἀλλ᾽ ἡ ἡμέρα. ὥστε πρώτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα, καὶ ἐσχάτη ἡ νύξ. ἀκολουθεῖ οὖν ἡ νὺξ τῇ ἡμέρᾳ. καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς τῆς ἡμέρας ἕως τῆς ἄλλης ἡμέρας ἓν νυχθήμερόν ἐστιν. ἔφη γὰρ ἡ γραφή, καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία. ἐν μὲν οὖν ταῖς τρισὶν ἡμέραις ἀναχεομένου καὶ συστελλομένου τοῦ φωτὸς τῷ θείῳ προστάγματι, ἥ τε ἡμέρα, καὶ ἡ νὺξ ἐγένετο. τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν, ἤτοι τὸν ἥλιον, εἰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας. δι᾽ αὐτοῦ γὰρ ἡ ἡμέρα συνίσταται. ἡμέρα γάρ ἐστιν, ἐν τῷ τὸν ἥλιον ὑπὲρ γῆν εἶναι. καὶ διάστημα ἡμέρας ἐστίν, ὁ ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι δύσεως ὑπὲρ γῆν τοῦ ἡλίου δρόμος. καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω, ἤτοι τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, εἰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίαν τῆς νυκτός, τοῦ φωτίζειν αὐτήν. νὺξ δέ ἐστιν, ἐν τῷ τὸν ἥλιον ὑπὸ γῆν εἶναι. καὶ διάστημα νυκτός ἐστιν, ὁ ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῆς ὑπὸ γῆν τοῦ ἡλίου δρόμος. ἡ σελήνη τοίνυν καὶ οἱ ἀστέρες ἐτάχθησαν τὴν νύκτα φωτίζειν. οὐχ᾽ ὡς τῇ ἡμέρᾳ πάντοτε ὑπὸ γῆν ὄντες. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἀστέρες ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπὲρ γῆν, ἀλλ᾽ ὁ ἥλιος τούτους ἅμα καὶ τὴν σελήνην τῇ σφοδροτέρᾳ αἴγλῃ ἀποκρύπτων, οὐκ ἐᾷ φαίνεσθαι. τοῖς φωστῆρσι τούτοις τὸ πρωτόκτιστον φῶς ὁ δημιουργὸς ἐναπέθετο, οὐχ᾽ ὡς ἀπορῶν ἄλλου φωτός, ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἀργὸν ἐκεῖνο μείνῃ τὸ φῶς. φωστὴρ γάρ ἐστιν, οὐκ αὐτὸ τὸ φῶς, ἀλλὰ φωτὸς δοχεῖον. ἐκ τούτων τῶν φωστήρων, ἑπτὰ πλανήτας φησί. καὶ λέγουσιν αὐτοὺς ἐναντίαν τοῦ οὐρανοῦ κινεῖσθαι κίνησιν. διὸ καὶ πλανήτας αὐτοὺς ἐκάλεσαν. τὸν μὲν γὰρ οὐρανόν φασιν ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς κινεῖσθαι, τοὺς δὲ πλανήτας ἐκ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολάς. συμπεριφέρειν δὲ τὸν οὐρανὸν τῇ ἑαυτοῦ κινήσει ὡς ὀξυτέρᾳ, τοὺς ἑπτὰ πλανήτας. τῶν δὲ ἑπτὰ πλανήτων τὰ ὀνόματα εἰσὶ ταῦτα· σελήνη, ἑρμῆς, ἀφροδίτη, ἥλιος, ἄρης, ζεύς, κρόνος. εἶναι δὲ καθ᾽ ἑκάστην ζώνην τοῦ οὐρανοῦ, ἕνα τῶν ἑπτὰ πλανητῶν. ἐν μὲν τῇ πρώτῃ, ἤτοι τῇ ἀνωτέρᾳ, τὸν κρόνον, ♄. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, τὸν δία ♃ ἐν δὲ τῇ τρίτῃ, τὸν ἄρεα, ♂. ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ, τὸν ἥλιον, ☉. ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ, τὴν ἀφροδίτην, ♀. ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ, τὸν ἑρμῆν, ☿. ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ κατωτέρᾳ τὴν σελήνην, ☽. τρέχουσι δὲ δρόμον ἄληκτον, ὃν ὁ δημιουργὸς ἔταξεν αὐτοῖς, καὶ καθὼς ἐθεμελίωσεν αὐτά, ὥς φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ, σελήνην καὶ

ſubſtantiam indicat. Non uocata autē prima nox, ſed dies. quare prima eſt dies, nox extrema: ſequitur igitur nox diem, & a principio diei in alteram uſque diem, unum (ut ſic dicam) noctidiū. inquit enim ſcriptura, Et factum eſt ueſpere & mane dies una. In tribus igitur diebus, refuſo & contracto lumine, diuino pręcepto, dies & nox fiebat. Quarta uerò die fecit Deus luminare maius ſolem uidelicet, in principatū & poteſtatē diei: per ipſum enī dies conſtituit. Nā dies eo ipſo eſt, q̄d ſol eſt ſuper terrā: & ſpaciū diei eſt curſus ſolis ſuper terram ab oriente, dū deuenerit in occidentem. Et luminare minus, id eſt lunā & ſtellas, in principatum & poteſtatem noctis, ut illuminent eam. nox enī eo ipſo eſt quod ſol ſub terra eſt, & ſpacium noctis, eſt ſolis curſus ſub terra ab occidente uſque dum in orientem recurrerit. Luna igitur & ſtellæ ordinatæ ſunt, ut illuminent noctē, non q̄d in die ſemper ſint ſub terra (nam ſunt & interdiu ſtellæ in cœlo ſuper terrā) ſed ſol illas ſimul & lunam ualidiore iubaris claritate occultans, nō ſinit apparere. His luminaribus primigeniā lucem opifex indidit, non ut indigens alia luce, ſed ne ocioſa illaborata lux illa maneret: luminare enim eſt non ipſa lux, ſed lucis ſuſceptaculū. Ex eis luminaribus ſeptē planetas eſſe aiunt, & inquiunt ipſos ex aduerſo cœli ſua motione niti, quapropter planetas, id eſt, errones & erratitios appellarunt. Nam cœlū affirmāt ab exortib. in occaſus moueri, planetas uerò ab occaſu in exortus: & cœlū ſuo ipſius motu quā ocyſſimo, circunferre ſeptem planetas. ſeptē aūt planetarum nomina ſunt hęc: ſol, luna, iupiter, mercurius, mars, uenus, ſaturnus. Eſſe aūt in unoquoque cœli circulo unum ſeptem planetarū: in primo aūt, id eſt, ſupremo, ſaturnum, ♄: in ſecundo iouem ♃: in tertio martem ♂: in quarto, ſolem ☉: in quinto uenerē ♀: in ſexto mercurium ☿, in ſeptimo uero & infimo, lunam ☽. Currunt autem irrequieto curſu, quem rerum conditor illis ſtatuit: & quemadmodum eos fundauit, ut inquit diuinus Dauid, Lunā &

ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας. διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, ἐθεμελίωσας, ἐσήμανε τὸ πάγιον, καὶ ἀμετάβλητον τῆς ὑπὸ θεοῦ δοθείσης αὐτοῖς τάξεώς τε καὶ εἱρμοῦ. ἔταξε γὰρ αὐτοὺς εἰς καιροὺς, καὶ εἰς σημεῖα, καὶ εἰς ἐνιαυτούς. διὰ μὲν γὰρ τοῦ ἡλίου, αἱ τέσσαρες τροπαὶ συνίστανται. καὶ πρώτη μὲν, ἡ ἐαρινή. ἐν αὐτῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ σύμπαντα. καὶ δηλοῖ τὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν αὐτῇ τῶν ἀνθέων τὴν βλάστησιν γίνεσθαι, ἥτις ἰσημερινὴ τροπή ἐστιν. δώδεκα γὰρ ὡρῶν τήν τε ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα καθίστησιν. αὕτη ἐκ τῆς μέσης ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου συνίσταται, εὔκρατος οὖσα, αἵματος αὐξητικὴ, θερμὴ καὶ ὑγρὰ ὑπάρχουσα. καὶ δι' ἑαυτῆς μεσιτεύουσα τῷ χειμῶνί τε καὶ τῷ θέρει, τοῦ μὲν χειμῶνος θερμοτέρα καὶ ξηροτέρα, τοῦ δὲ θέρους ψυχροτέρα καὶ ὑγροτέρα. διατείνει δὲ αὕτη ἡ ὥρα, ἀπὸ μαρτίου κα΄, μέχρις ἰουνίου κδ΄. εἶτα ὑψουμένης τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς ἐπὶ τὰ βορειότερα μέρη, ἡ θερινὴ τροπὴ διαδέχεται, μεσιτεύουσα τῷ τε ἔαρι καὶ τῷ μετοπώρῳ, ἐκ μὲν τοῦ ἔαρος τὸ θερμὸν ἔχουσα, ἐκ δὲ τοῦ μετοπώρου τὸ ξηρόν. θερμὴ γάρ ἐστι καὶ ξηρὰ, καὶ τὴν ξανθὴν αὔξει χολήν. αὕτη δὲ μεγίστην μὲν τὴν ἡμέραν ἔχει, ὡρῶν πεντεκαίδεκα, τὴν δὲ νύκτα πάνυ σμικροτάτην, ὡρῶν ἐννέα διάστημα ἔχουσαν. καὶ αὐτὴ δὲ διατείνει ἀπὸ ἰουνίου κδ΄ μέχρι μηνὸς σεπτεμβρίου, κε΄. εἶτα πάλιν εἰς τὴν μέσην ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου ἐπανιόντος, ἡ μετοπωρινὴ τροπὴ τὴν θερινὴν ἀμείβει, μέσως πως ἔχουσα ψύξεώς τε καὶ θέρμης, ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος. καὶ μεσιτεύουσα τῇ τε θερινῇ καὶ τῇ χειμερινῇ τροπῇ, ἐκ μὲν τῆς θερινῆς τὸ ξηρὸν, ἐκ δὲ τῆς χειμερινῆς τὸ ψυχρὸν ἔχουσα. ψυχρὰ γάρ ἐστι καὶ ξηρὰ, χολῆς τε μελαίνης αὐξητικὴ πέφυκεν. αὕτη πάλιν ἰσημερινὴ τροπὴ ὑπάρχει δώδεκα ὡρῶν, τήν τε ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα ἔχουσα. διατείνει δὲ αὕτη ἀπὸ σεπτεμβρίου κε΄, μέχρι δεκεμβρίου κε΄. τοῦ δὲ ἡλίου ἐπὶ τὴν μικροτέραν καὶ χθαμαλωτέραν, ἤτοι τὴν μεσημβρινὴν ἀνατολὴν κατιόντος, ἡ χειμερινὴ ἐπιλαμβάνεται τροπὴ, ψυχρά τε, καὶ ὑγρὰ τυγχάνουσα, καὶ μεσιτεύουσα τῇ τε μετοπωρινῇ καὶ τῇ ἐαρινῇ, ἐκ μὲν τῆς μετοπωρινῆς τὸ ψυχρὸν ἔχουσα, ἐκ δὲ τῆς ἐαρινῆς τὸ ὑγρὸν κεκτημένη, αὕτη δὲ σμικροτάτην μὲν τὴν ἡμέραν ἔχει ὡρῶν ἐννέα ὑπάρχουσαν, τὴν δὲ νύκτα

stellas quæ tu fundasti. per hoc enim quod dixit, fundasti, significauit stabilitatem & immutabilitatē ordinis ac cursus, illis à Deo indulti. Statuit enī illos in tempora, in signa, in dies & in annos. Nam per solem, quatuor temporū uersiones immutationesq́ꝫ constituunt. Et prima quidem uerna est: in ipsa enī Deus fecit uniuersa. id ostendit, & nunc usque in ea florum pullulationem fieri, quæ & æquidia uersio est, atq́ꝫ æquinoctialis: nam duodecim horarum & diē & noctem æquilibrat. Ipsa ex solis medio exortu nascit̃, bene temperata existens, sanguinis augmentatiua, cū calida sit & humida, & suapte natura hyemis æstatisq́ꝫ media, hyeme quidem calentior & siccior, æstate uerò frigidior ac humidior. Tempus autem protendit à martij uicesima prima usq́ꝫ Iunij uicesimā quartā. Deinde eleuato solis ex ortu in boreæ uiciniores partes, æstiualis uersio succedit. mediat aūt uer & autumnū ex uere quidē calorē sortita, ex autumno uero siccitatē. calida enī est & sicca, & flauā auget bilem. Ipsa autē prolixissimam diē habet, horarū quindecim: contractissimā uerò noctem, horarum nouem tenentem interuallū. Et ipsa quidem protenditur à Iunij uicesima quarta in quintam usq́ꝫ & uicesimā septembris. Deinde rursus mediū exortuū locum sole ingrediente, autumnalis uersio æstiualē mutat, medio modo quoquo pacto habens frigiditatem & caliditatem, siccitatem & humiditatem. Et æstiuę ac hyemali uersioni intermediat, ex æstiua quidem siccitatē ex hyemali uerò frigiditatem mutuās. frigida enī & sicca est atrę bilis suapte natura adauctiua. Hæc rursus æquidia uersio est atq́ꝫ æquinoctia, duodecim horarum & diem & noctē habens. Protendit aūt se à septēbris quinta & uicesima. ad decembris identidem quintam ac uicesimam. Sole uerò breuissimè & pronissimè meridiei orientem ingrediente, hyemalis exoritur uersio, frigidissimaq́ꝫ & humidissima consistens, & autumnali uersioni ac uernæ intermediat, ex illa frigus, ex hac humiditatem adepta. Ipsa autem contractissimam diem, nouem horarum habet: noctem uerò

μεγίστην ὡρῶν ὑπάρχουσαν πεντεκαίδεκα. φλέγματος δὲ αὕτη ὑπάρχει αὐξητική. διατείνει δὲ καὶ αὕτη ἀπὸ δεκεμβρίου κε΄, μέχρις κα΄ μαρτίου. σοφῶς γὰρ ὁ δημιουργὸς προενοήσατο, ὡς ἂν μὴ ἐξ ἄκρας ψυχρότητος, ἢ θερμότητος, ἢ ὑγρότητος, ἢ ξηρότητος, εἰς τὴν ἄκραν ἐναντίαν ἐρχόμενοι ποιότητα, χαλεποῖς περιπέσωμεν ἀρρωστήμασι. σφαλερὰς γὰρ τὰς αἰφνιδίους μεταβολὰς οἶδεν ὁ λόγος. οὕτω μὲν οὖν ὁ ἥλιος τὰς τροπὰς, καὶ δι' αὐτῶν τὸν ἐνιαυτὸν ἀπεργάζεται, καὶ τὰς ἡμέρας δὲ καὶ τὰς νύκτας, τὰς μὲν ἀνατέλλων καὶ ὑπὲρ γῆν γινόμενος, τὰς δὲ ὑπὸ γῆν δύνων. καὶ τοῖς ἄλλοις φωστῆρσι, σελήνῃ τὲ καὶ ἄστροις τὴν φαῦσιν παραχωρῶν συνίστησι. φασὶ δὲ δώδεκα ζώδια ἐξ ἀστέρων εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ, ἐναντίαν κίνησιν ἔχοντα, τῷ τε ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις πέντε πλανήταις. καὶ διὰ δώδεκα ζωδίων παρέρχεσθαι τοὺς ἑπτά. ὁ μὲν οὖν ἥλιος καθ' ἕκαστον ζώδιον ἀποτελεῖ μῆνα ἕνα, καὶ διὰ τῶν δώδεκα μηνῶν τὰ δώδεκα ζώδια διέρχεται. τῶν δὲ δώδεκα ζωδίων τὰ ὀνόματα ἐστὶ ταῦτα, καὶ οἱ τούτων μῆνες.

Κριός,	♈	Μηνὶ Μαρτίῳ κα΄, δέχεται τὸν ἥλιον.	
Ταῦρος,	♉	Μηνὶ Ἀπριλλίῳ,	κγ.
Δίδυμοι,	♊	Μηνὶ Μαΐῳ,	κγ.
Καρκῖνος,	♋	Μηνὶ Ἰουνίῳ,	κδ
Λέων,	♌	Μηνὶ Ἰουλίῳ,	κε.
Παρθένος,	♍	Μηνὶ Αὐγούστῳ,	κε.
Ζυγός,	♎	Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ,	κε.
Σκορπίος,	♏	Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ,	κε.
Τοξότης,	♐	Μηνὶ Νοεμβρίῳ,	κε.
Αἰγόκερως	♑	Μηνὶ Δεκεμβρίῳ	κ.
Ὑδροχόος,	♒	Μηνὶ Ἰανουαρίῳ,	κ.
Ἰχθύες,	♓	Μηνὶ Φεβρουαρίῳ,	κ.

Ἡ δὲ Σελήνη, ☾ καθ' ἕκαστον μῆνα, τὰ δώδεκα ζώδια διέρχεται, κατωτέρα οὖσα, καὶ ταχύτερον ταῦτα διοδεύουσα. ὡς γὰρ, ἐὰν ποιήσῃς πόλον ἔνδον ἄλλου πόλου, ὁ ἔνδον πόλος μικρότερος εὑρεθήσεται. οὕτως καὶ ὁ δρόμος τῆς σελήνης κατωτέρας οὔσης, ὀλιγώτερός ἐστι, καὶ ἀνύεται τάχιον. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες διὰ τῆς τῶν ἄστρων τούτων ἡλίου τε, καὶ σελήνης, ἀνατολῆς καὶ δύσεως, καὶ συγκρούσεως, φασὶ πάντα διοικεῖσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς. περὶ ταῦτα γὰρ ἡ ἀστρολογία καταγίνεται. ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὅτι σημεῖα μὲν ἐξ αὐτῶν γίνονται, ὄμβρου καὶ ἀνομβρίας, ψύξεώς τε καὶ θέρμης, ὑγρότητός τε καὶ ξηρότητος, καὶ ἀνέμων, καὶ τῶν τοιούτων. τῶν δὲ ἡμετέρων πράξεων οὐδαμῶς.

uero porrectiſſimã, quindecim. Pituitam uero ipſa ſuapte natura adauget, ſe aũt protendit in primam uſq; ad uiceſimam martij. Sapiẽter enim rerũ opifex prouidit, ut non ex ſumma frigiditate, caliditate, ſiccitate, aut humiditate, in extremã contrariã cõfeſtim deuenientes, in graues incideremus infirmitates: nã nouit fallaces eſſe repẽtinas mutationes. Sic igitur ſol cõuerſiones, & per ipſas annũ operat̃, & dies & noctes: illos quidẽ exoriens, & ſuper terrã aſtãs: has uero ſub terrã decidẽs, & alijs luminarib. cedẽs, crepuſculũ cõſtituit. Dicũt aũt & duodecim animalia ex aſtris eſſe in cœlo, ex aduerſo motũ habẽtia ſoli & lunæ & alijs quinq; planetis, & per duodecim animalia progredi ſeptẽ planetas. Nam ſol quidã ſingulũ quodq; uno menſe conficit, & duodecim menſibus duodecim animalia percurrit. Nomina autem duodecim animalium ſunt hæc, & hi menſes eorum:

	Signa.	Menſes.	Dies.
	Ingreſſus ſolis, anno Chriſti.		1507.
♈	Aries	Martius	11
♉	Taurus	Aprilis	11
♊	Gemini	Maius	12
♋	Cancer	Iunius	13
♌	Leo	Iulius	14
♍	Virgo	Auguſtus	15
♎	Libra	September	14
♏	Scorpius	October	15
♐	Sagittarius	Nouember	13
♑	Capricorn⁹	December	13
♒	Aquarius	Ianuarius	11
♓	Piſces.	Februarius	9

Luna autẽ unoquoq; mẽſe duodecim animalia pertrãſit, cum ſit infima, illa etiam uelocius cõficiens. Vt enim ſi feceris orbiculũ intra alterũ orbem, orbiculus qui intern⁹ eſt, minor cõperitur: ſic & curſus lunæ cũ ipſa ſit inferior, minor eſt, & abſoluitur citius. Gẽtiles autem aiũt, per aſtrorum horum, & ſolis & lunę ortũ occaſum, & cõmixtiones, omnia diſpẽſari, quę apud nos fiũt. circa hæc eñ aſtrologia uerſatur. Nos uero dicimus, ſigna ex ipſis fieri hymbris & ſerenitatis, frigiditatis, & caliditatis, humiditatis & ſiccitatis, & uentorũ, & ſimiliũ: noſtrorũ aũt actuũ nequaquã.

ἡμεῖς γὰρ αὐτεξούσιοι ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ γενόμενοι, κύριοι τῶν ἡμετέρων ὑπάρχομεν πράξεων. εἰ γὰρ ἐκ τῆς τῶν ἄστρων φορᾶς πάντα πράττομεν, κατ' ἀνάγκην πράττομεν, ἃ πράττομεν. τὸ δὲ κατ' ἀνάγκην γινόμενον, οὔτε ἀρετὴ οὔτε κακία ἐστίν. εἰ δὲ μήτε ἀρετὴν, μήτε κακίαν κεκτήμεθα, οὔτ' ἐπαίνων καὶ στεφάνων, οὔτε ψόγων ἢ κολάσεων, ὑπάρχομεν ἄξιοι. εὑρεθήσεται δὲ καὶ ὁ θεὸς ἄδικος, τοῖς μὲν ἀγαθὰ, τοῖς δὲ θλίψεις διδούς. ἀλλ' οὐδὲ κυβερνήσει, οὐδὲ τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων ὁ θεὸς ποιήσεται πρόνοιαν, εἰ κατ' ἀνάγκην ἄγονται τὰ πάντα, καὶ φέρονται. καὶ τὸ λογικὸν δὲ περιττὸν ἐν ἡμῖν ἔσται. μηδὲ μιᾶς γὰρ ὄντες πράξεως κύριοι, περιττῶς βουλευόμεθα. τὸ δὲ λογικὸν πάντως, τῆς βουλῆς ἡμῖν ἕνεκεν δέδοται, ὅθεν πᾶν λογικὸν, καὶ αὐτεξούσιον. ἡμεῖς δὲ φαμὲν, ὅτι οὐκ αὐτὰ αἴτια τινός εἰσι τῶν γινομένων, οὔτε γενέσεως τῶν γινομένων, οὔτε τῶν φθειρομένων φθορᾶς. σημεῖα δὲ μᾶλλον ὄμβρων τε, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος μεταβολῆς. ἴσως δ' ἄν τις εἴποι, ὅτι καὶ πολέμων οὐκ αἴτια, ἀλλὰ σημεῖα συνίστανται. καὶ ἡ ποιότης δὲ τοῦ ἀέρος, ποιουμένη ὑπὸ ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἀστέρων, ἄλλως καὶ ἄλλως διαφόρους κράσεις, καὶ ἕξεις, καὶ διαθέσεις συνίστησι. αἱ δὲ ἕξεις τῶν ἐφ' ἡμῖν. κρατοῦνται γὰρ ὑπὸ τῷ λόγῳ, καὶ ἄγονται τρεπόμεναι. συνίστανται δὲ πολλάκις καὶ κομῆται, σημεῖα τινὰ θάνατον δηλοῦντα βασιλέων, ἅτινα οὐκ εἰσὶ τῶν ἀρχῆς γεγενημένων ἄστρων, ἀλλὰ τῷ θείῳ προστάγματι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν συνίστανται, καὶ πάλιν διαλύονται. ἐπεὶ καὶ ὁ κατὰ τὴν τοῦ κυρίου δι' ἡμᾶς κατὰ σάρκα φιλάνθρωπον καὶ σωτήριον γέννησιν ὀφθεὶς τοῖς μάγοις ἀστὴρ, οὐ τῶν ἐν ἀρχῇ γενομένων ἄστρων ἦν. καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ποτὲ μὲν ἐξ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν ποιεῖσθαι τὸν δρόμον, ποτὲ δὲ ἐκ βορρᾶ ἐπὶ νότον. καὶ ποτὲ μὲν κρύπτεσθαι, ποτὲ δὲ φαίνεσθαι. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν ἄστρων τάξεως, ἢ φύσεως. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς ἐκ τοῦ ἡλίου φωτίζεται ἡ σελήνη, οὐχ' ὡς ἀπορήσαντος τοῦ θεοῦ δοῦναι αὐτῇ ἴδιον φῶς, ἀλλ' ἵνα ῥυθμὸς καὶ τάξις ἐντεθῇ κτίσει, ἄρχοντος καὶ ἀρχομένου. καὶ παιδευθῶμεν καὶ ἡμεῖς κοινωνεῖν ἀλλήλοις, καὶ μεταδιδόναι,

Nos enim liberæ potestatis à conditore facti, Domini nostrarum actionum sumus. Si enim ex astrorum latione cũcta facimus, ex necessitate ea operamur quæ facimus. Atqui quod ex necessitate fit, neq; uirtus, neq; uiciũ est. Si aũt neq; uirtutẽ, neq; uiciũ possidemus: neq; laudibus & coronis, neq; uituperationibus & punitionib. sumus digni. Inuenietur autem & Deus iniustus, his bona, illis uero tribulationes tribuẽs. Sed neq; gubernabit, neq; suarum ipsius creaturarum prouidẽtiam geret Deus, si secundum necessitatem ducuntur omnia, atque ferũtur. sed & in nobis ratiocinãdi potestas uana erit. Nam si nullius actionis domini sumus uanè consultamus. Rationalis autem potestas, omnino consilij gratia nobis indulta est: unde & omne rationale, liberæ potestatis ac arbitrij est. Nos uero dicimus, non ipsa causam esse alicuius eorum quæ fiunt, neque generationis eorum quæ gignuntur, neque corruptionis eorum quæ corrumpuntur: sed signa magis hymbrium & mutationis aeris. Forsan autem quispiam dixerit, nõ esse bellorum causam, sed signa: qualitas autem aeris à sole & luna, & astris, alio & alio modo facta, diuersas complexiones & dispositiones sortitur: & earum habitus, impressionesq; in nobis fiunt, dominantur enim rationi: & ubi in habitum conuersæ sunt ducunt. Aggignuntur autem & frequenter cometæ, & signa quædam interituum regum, qui quidem nõ sunt ex ijs astris quæ ab rerum initio facta sunt, sed diuina iussione opportuno tempore constituuntur, atque rursus dissoluuntur. Cum autem in miseratrice & salutari Domini natiuitate secundum carnem propter nos à Magis stella uisa est, non ex ijs fuit astris quæ in principio facta fuerunt. Quod & ex hoc perspicuum est, quod aliquando quidem ex oriente in occasum peragebat cursum, aliquãdo uero ex borea in austrum: & quandoque occultabatur quandoque manifestabatur. hoc enim ordinationis & naturæ astrorum non est. Nosse etiam par est, quod à sole illustratur luna: non quod Deus inops esset propriam illi lucem donare sed ut concinnitas & ordo statuatur creaturæ quę præest & quæ subest, & nos ipsi instruamur communicare ad inuicẽ, & participes facere & sub

καὶ ὑποτάσσεσθαι, πρῶτον μὲν τῷ ποιητῇ καὶ δημιουργῷ θεῷ καὶ δεσπότῃ, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καθισταμένοις ἄρχουσι. καὶ μὴ ἀνακρίνειν, τίνος ἕνεκεν οὗτος ἄρχει, ἐγὼ δὲ οὔ; δέχεσθαι δὲ πάντα τὰ ἐκ θεοῦ εὐχαρίστως καὶ εὐγνωμόνως. Ἐκλείπει δὲ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, τῶν τῇ κτίσει προσκυνούντων παρὰ τὸν κτίσαντα, τὴν ἄνοιαν διελέγχοντα καὶ παιδεύοντα, ὡς τρεπτά εἰσι καὶ ἀλλοιωτά. πᾶν δὲ τρεπτόν, οὐ θεός. κατὰ τὴν ἰδίαν γὰρ φύσιν φθαρτόν, ἅπαν τρεπτόν. Ἐκλείπει δὲ ὁ ἥλιος, τοῦ σώματος τῆς σελήνης, ὥσπερ τινὸς μεσοτοίχου γινομένου, καὶ ἀποσκιάζοντος, καὶ μὴ ἐῶντος διαναδοθῆναι ἡμῖν τὸ φῶς. ὅσον οὖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς σελήνης ἀποκρύπτον τὸν ἥλιον, τοσοῦτον καὶ ἡ ἔκλειψις γίνεται. εἰ δὲ μικρότερόν ἐστι τὸ τῆς σελήνης σῶμα, μὴ θαυμάσῃς. καὶ ὁ ἥλιος γὰρ ὑπό τινων μὲν λέγεται πολυπλασίων τῆς γῆς, ὑπὸ δὲ τῶν ἁγίων πατέρων ἴσος τῇ γῇ. καὶ πολλάκις μικρὸν νέφος καλύπτει αὐτόν, ἢ καὶ μικρὸς βουνός, ἢ τοῖχος. Ἡ δὲ τῆς σελήνης ἔκλειψις, ἐκ τοῦ ἀποσκιάσματος τῆς γῆς γίνεται. ὅταν γένηται πεντεκαιδεκαταία ἡ σελήνη, καὶ εὑρεθῇ ἐξεναντίας κατὰ τὸ ἄκρον κέντρον, ὁ μὲν ἥλιος ὑπὸ γῆν, ἡ δὲ σελήνη ὑπὲρ γῆν. ἀποσκίασμα γὰρ ποιεῖ ἡ γῆ, καὶ οὐ φθάνει τὸ ἡλιακὸν φῶς, φωτίσαι τὴν σελήνην, κἀκεῖθεν ἐκλείπει. χρὴ δὲ γινώσκειν. ὅτι τελεία ἐκτίσθη ἡ σελήνη ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, ἤτοι πεντεκαιδεκαταία. ἔπρεπε γὰρ ἀπηρτισμένην γενέσθαι. τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, ὡς ἔφημεν, ἐκτίσθαι ὁ ἥλιος. προέλαβεν οὖν τὸν ἥλιον ἕνδεκα ἡμέρας. ἀπὸ γὰρ τετάρτης ἡμέρας ἕως ιε, ἕνδεκά εἰσι. διὸ καὶ κατὰ χρόνον οἱ δώδεκα μῆνες τῆς σελήνης ἕνδεκα ἡμέρας λείπουσιν, ἐκ τῶν δώδεκα μηνῶν τοῦ ἡλίου. οἱ μὲν γὰρ τοῦ ἡλίου τξε, δ, ἡμέρας ἔχουσι. διὸ τοῦ τετάρτου συντιθεμένου, κατὰ δ' ἔτη, μία ἀποτελεῖται ἡμέρα ἥτις λέγεται βίσεξτος. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐκεῖνος τξς ἡμέρας ἔχει. οἱ δὲ τῆς σελήνης ἐνιαυτοὶ τνδ εἰσὶν ἡμερῶν. ἡ γὰρ σελήνη ἀφ' οὗ γεννηθῇ, ἤγουν ἀνακαινισθῇ, αὔξει, ἕως ἂν γένηται ἡμερῶν

& subesse, sed primum & ante omnia factori & opifici Deo atque dominatori, deinde ijs qui ab ipso principes constituti sunt: non sciscitando de aliquo, cur hic principatur, ego uero nō: sed suscipiendo omnia à Deo cum gratiarum actione, & animi beneuolentia. Deliquium patiuntur sol & luna, eorum qui creaturā adorant præter creatorem, stultitiam ferientia, coarguentiaq́ue, & docentia se mutabilis esse naturæ, & non alterationis esse immunia. Nihil enim uertibile, mutationique subiectum, Deus est. nam secundum propriam suipsius naturam, corruptibile est omne uertibile. Deliquium autem patitur sol corpore lunari (ut medio interiecto pariete) & obumbrante, & non sinente ut ad nos suum lumen transfundat. Quanto igitur tempore inuentum fuerit corpus lunæ occultare solem: & tanto fiet eclipsis, solisq́ue deliquium. Si autem corpus lunæ minus est, nihil mirare. nam & sol dicitur ab aliquibus, multis uicibus maior terra, & à nonnullis patribus etiam terræ æqualis, & sæpenumero parua nubes occultat ipsum, aut modicus collis, modicusúe paries. Deliquium uero lunæ ex obumbratione terræ nascitur, quando fuerit quintadecima luna, & inueniatur ex opposito secundum altum centrum, sol quidem sub terra, luna uero super terram. Vmbrā enim facit terra, & non pertingit solare lumen ut illuminet lunam: atq; inde prouenit lunæ deliquium. Scitu etiam dignum est, perfectam à creatore conditam lunam, id est quintam decimam, decebat enim perfectam fieri. quarta autem die (ut diximus) creata est. Anticipauit igitur solem undecim diebus a quarta enim die usque in quintam decimam, undecim sunt. Idcirco & secundum tempus, duodecim lunares menses, undecim diebus deficiunt à duodecim mensibus solis. Nam duodecim solis menses dies habent trecentos sexaginta quinq;, & diei quadrantem. quare quadrante composito, singulo quoq; quarto anno una dies perficitur, quæ intercalaris & bisextilis dicitur: & annus ille trecentos sex atq; sexaginta dies obtinet. Annus autem lunaris dies habet trecētos, quatuor ac quinquaginta. Enimuero luna quo ex tēpore genita ē, id est renouata, incremēta sumit, usq; quo fuerit absoluta dieb.

quatuor

δεκατεσσάρων, ἥμισυ, τέταρτον. καὶ ἄρχεται λήγειν, ἕως ἡμερῶν κθ, ἡμίσεος, καὶ τελέως γίνεται ἀφώτιστος. καὶ πάλιν συναπτομένη τῷ ἡλίῳ, ἀναγεννᾶται, καὶ ἀνακαινίζεται, ὑπόμνημα φέρουσα τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως. καθ᾽ ἕκαστον οὖν ἐνιαυτὸν τὰς ια ἡμέρας ἀποδίδωσι τῷ ἡλίῳ. διὰ οὖν τρεῖς χρόνους, ὁ ἐμβόλιμος γίνεται τοῖς ἑβραίοις, καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐκεῖνος, δεκατριῶν μηνῶν εὑρίσκεται, ἐκ τῆς προσθήκης τῶν ἕνδεκα ἡμερῶν. δῆλον δέ, ὡς συνθετός ἐστιν ὅ, τε ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ τὰ ἄστρα, καὶ φθορᾷ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπόκεινται. τὴν δὲ τούτων φύσιν οὐκ ἴσμεν, τινὲς μὲν οὖν φασὶ τὸ πῦρ, ἐκτὸς τινὸς ὕλης ἀφανὲς εἶναι. ὅθεν καὶ σβεννύμενον ἀφανίζεται. ἕτεροι δέ, τοῦτο σβεννύμενον, εἰς ἀέρα φασὶ μεταβάλλεσθαι. ὁ ζωδιακὸς κύκλος λοξῶς κινεῖται, διῃρημένος εἰς τμήματα δώδεκα, ἅ τινα καλεῖται ζώδια. τὸ δὲ ζώδιον ἔχει δεκανοὺς τρεῖς, μοίρας λ. ἡ δὲ μοῖρα ἔχει λεπτὰ ἑξήκοντα. ἔχει οὖν ὁ οὐρανὸς μοίρας τξ. τὸ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαίριον, μοίρας ρπ. καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ρπ. Οἶκοι πλανητῶν· Κριὸς καὶ Σκορπίος, Ἄρεως. ταῦρος καὶ Συγός, Ἀφροδίτης. Δίδυμοι καὶ Παρθένος, Ἑρμοῦ. Καρκίνος, Σελήνης. Λέων Ἡλίου. Τοξότης καὶ Ἰχθύες, Διός. Αἰγόκερως καὶ Ὑδροχόος, Κρόνου. Ὑψώματα. Κριός, Ἡλίου. Ταῦρος, Σελήνης, Καρκίνος, Διός. Παρθένος, Ἄρεως. Συγός, Κρόνου. Αἰγόκερως, Ἑρμοῦ. Ἰχθύες Ἀφροδίτης.

Τὰ σχήματα τῆς σελήνης.

Σύνοδος, ὅταν γένηται ἐν τῇ μοίρᾳ, ἐν ᾗ ἐστιν ὁ ἥλιος. νέα, ὅταν ἀπέστῃ τοῦ ἡλίου μοίρας ιε. ἀνατολή, ὅταν φανῇ. μηνοειδεῖς δύο, ὅταν ἀπέχῃ μοίρας ξ. διχότομοι δύο, ὅταν ἀπέχῃ μοίρας ἐνενήκοντα. ἀμφίκυρτοι δύο, ὅταν ἀπέχῃ μοίρας ρκ. πλησισέληνοι, αἳ καὶ πλησιφαεῖς, δύο, ὅταν ἀπέχῃ μοίρας ρν. πανσέληνος, ὅταν ἀπέχῃ μοίρας ρπ. δύο δὲ εἴπομεν, μίαν αὐξούσης, καὶ μίαν ληγούσης. διὰ δύο ἥμισυ ἡμερῶν παρέρχεται ἡ σελήνη ἕκαστον ζώδιον.

quatuordecim, semisse & quadrante unius. Hinc incipit decrescere usque ad nouem & uiginti dies cum semisse, & demum fit absque lumine. Et rursus coniuncta soli, regeneratur atque renouatur monumentum nostræ resurrectionis præ se ferens. Secundum igitur unumquemque annum, undecim dies tribuit soli. In tribus ergo annis, mensis embolismalis, id est intercalaris & adiectitius apud Hebræos aggignitur & annus ille tredecim mensium comperitur, ex adiectione illorum undecim dierum. Manifestum autem & hoc, quia compositus est sol & luna & astra, corruptioni secundum propriam eorum naturam subiacere: quæ autem eorum sit natura, nescimus. Aiunt autem & quidam, ignem extra materiam, inuisibilem esse: unde & extinctus disparet. Alij uero ipsum extinctum, aiunt in aerem transmutari. Zodiacus circulus obliquè mouet, in duodecim diuisiones sectus, quas uocant animalia: animal autem habet decennarios tres, & partes triginta: pars, sexaginta minuta. Habet igitur cœlum partes trecentas & sexaginta: & hemispherium quod super terram est, partes centum & octoginta: & quod sub terra, centum octoginta. Domos planetis assignant, quæ statuuntur: aries & scorpius, domus martis: taurus & libra, domus ueneris: gemini & uirgo, domus mercurij: cancer, domus lunæ: leo: domus solis: sagittarius & pisces, iouis: capricornus & aquarius, saturni. Altitudines: aries, solis: taurus, lunæ: cancer, Iouis: uirgo, mercurij: pisces, ueneris: libra saturni: capricornus, martis. Figurationes lunæ, silens & coniuncta dicitur, cum fuerit in ea parte in qua sol nasci, quando distiterit à sole partes quindecim. exoriens, quando apparet. menoides, falcata corniculataque bis, cum partes sexaginta distiterit. Duæ dithotomæ dimidiatæque lunæ, cum partes distant nonaginta. Duæ amphicyrti & globosæ cum partes uiginti suprà centum. Duæ plenæ, lumineque oppletæ, cum partes distat quinquaginta ac centum. Perfecta uerò luna, quando distat à sole partes octoginta & centum. Duæ autem diximus, unam crescendo, & alteram decrescendo. Et luna duobus diebus & dimidio pertransit singulum quodque zodiaci signum, singulumque animal.

COMMENTARIVS.

De igne & luce in huius capitis exordio pertractans Damascenus, nonnullorũ affert sententiã, dicentium non aliud esse ignem quàm lucem, quæ nõ usquequaq; uidetur sana & ueritati consentanea. Nempe ignis, substãtia est elementaris, materiam & formã substantificam habens ex quibus coalescit, lucem uerò ut naturalem & insitã sibi natura qualitatem obtinens. Atqui lux qualitas est uisibilis, lumen latè diffundens, & mortaliũ oculis se primò cõspicuum præbens. Porro sanctissimus pater Dionysius cum de luce solis, prima parte 4. cap. libri De diuinis nominib. pertractat, inquit: Ipsa (utpote lux solis) est ea lux (etsi tunc erat informis, quod & diuinus Moses ait) quæ primam distinxit atq; definiuit dierum nostrorum trinitatem. Vbi asserit eandem lucem quæ primo die creata est, & trium dierum formationem solis præcedentiũ distinctionem effecit, postea in solis lucẽ esse formatã. Quis aũt (nisi delirus & amens) arbitrabitur ignẽ elementarem, in solarem trãsisse substantiã? Nec minori ducuntur errore, qui putant mundanũ ignem sub aere esse, si id de igne elementari intelligãt, quem ab ἄιθειν, id est, urendo authores æthera nũcupare soliti sunt. Nã ignis leuior est atq; rarior aere, quare sub eo minimè collocandus est. Ignis aũt in nostrum ministeriũ atq; usum deputatus, sub aere quidem est, sed nõ est elementũ, quinimmo corpus mixtum, proprius ad ignis elementaris naturam accedens, & illi propemodum assimilis. Porro lucem uocat hic author pulchritudinem & ornamentum omnium rerũ uisibiliũ nõ quidem intrinsecũ, quando quidem nec floribus, nec rebus opacis inest, sed extrinsecum: quia cum superfusum rebus expandit lumẽ, ornatus omniũ & decor spectabilis redditur, quemadmodum ex opposito, (ut inquit poeta) rebus nox abstulit atra colorem, quoniam in tenebris delitescit naturæ decor. At uerò tenebræ substantiæ rationem nõ habent, sed accidentis. nam luminis designant priuationem in eo, quod natum est lumine perfundi. Re ipsa aũt tenebræ aliud nihil est, q̃ substãtia aeris, aut cuiusuis alterius perspicui, lumine priuata quo nata est illustrari. Non enim accidens est positiuũ, in aere ut susceptaculo subsistens. Authores aũt rationem potissimũ attendunt, ab eaq; denominationem sumunt. Cæterum in explicatione primæ durationis temporalis, in ipso mundi exordio, scriptura non primã noctem uocat, sed primũ diem, cum inquit: Et factum est uespere & mane, dies primus. Quoniã cum totum tempus diei naturalis, quo cõpleta cœli à puncto oriẽtis in idem punctum peragitur reuolutio, diem & noctem partes suas præcipuas complectatur, prior quidẽ est dies, & duratione sicut & dignitate naturæ, noctem præcedens: posterior uero, mora successionis & naturæ conditione est nox, quocirca à die incepit mũdi exordium. At uero totum spacium ab unius diei initio in proximæ sequẽtis diei exortum, noctidium dicitur, quod noctem & diem suo ambitu & more interuallo cõprehendat. Hinc à uespere diei extremitate, & mane noctis ipsius termino, dies unus denominatur: ubi manifestè diei nuncupatio per suum finem designati, noctis præcedit nominationem. Demum tribus diebus, luminarium cœlestium formationem antecedentibus, lucis diffusione diem, eiusdem uero contractione noctem fieri (ut hic affert author) asserit & Basilius in Exameron, dicens: Post solis creationem dies est, cum à sole illuminatus est aer, in eo qđ super terrã est hemisphærio relucente: & nox, umbra terræ, occultato sole. Tunc aũt (scilicet in tribus primis diebus) non secũdum motum solarem, sed refuso principali lumine illo, & rursus contracto, secundum determinatam à Deo mensuram, dies generabatur, & nox rursum inducebatur. Veruntamen alij, & potissimum authores Latini cẽsent, lucem illam (id est, corpus lucidum primo die creatum, utpote nubem perlucidã, aut quippiã simile) diem fecisse & noctem, suo motu circulari. quemadmodũ & nũc sol, qui ex ea luce, quarto die formatus est. Nempe suo motu super nostrum hemisphærium, faciebat diem, & latione sui sub nostro hemisphærio, noctem. At quoniam neutra harum positionum scripturæ aperta fronte aduersatur, quisq; utrãlibet uolet, sequatur, quandoquidem id parũ refert. Insuper qđ sol lunã simul & stellas interdiu in nostro existẽtes hemisphærio occultet, philosophiæ naturalis rationi est cõforme. Nempe principiũ physicũ est, maius lumen minus offuscare & exterminare, obstaculumq; præstare quò minus uideatur: sicut uehementior sonus languidiorẽ impedit audiri, & maior dolor minorẽ percipi. hinc solẽ dictũ nõnulli autumant, qđ solus super hemisphæriũ nostrum insigniter eluceat, luna & stellis super horizontem quidem existentib. sed minime apparentibus, qđ illustriori solis splendore obtundãtur atq; hebetentur. Deinde subiungit author, Deũ soli lunæ & stellis indidisse lucẽ primo die creatã, de qua paulo antè habitus est sermo. Non quidẽ quia Deus indigeret alia luce, ab ea quæ primũ creata fuerat, ad dierum noctiumq; discretionem, nã illa id officij satis explebat, anteq; solare iubar conditum foret: sed ne lux illa primũ facta illaborata & informis, permaneret ociosa & sine usu aliquo. Cum enĩ sol, luna, & stellæ distinguendorum dierum & noctiũ officiũ satis peragant, si permãsisset lux primò creata (id est corpus lucidum, sumpto nomine lucis denominatiuè) non indita soli & alijs luminaribus, ociosa fuisset, neq; functa munere distinctionis dierum & noctiũ, ad qđ tamen exequendum fuerat facta. Deinceps de quatuor temporum anni uersionibus disserẽs author, dicit quod in ipsa uersione uerna id est, in exordio ueris, æquinoctioq; uernali fecit Deus uniuersa. Quod eo (inquit) cognoscitur indicio. nam tempore uerno hactenus florum

fit repul-

fit repullulatio,arborum reuireſcentia,& uegetantium regerminatio, & ad finem uſq; mun-
di uere nouo refrondeſcent terræ naſcentia. In ipſo aũt mundi exordio,huiuſmodi florũ pul
lulationẽ fieri præcepit Deus,Geneſ 1 ca.dicens:Germinet terra herbam uirentẽ, & facientẽ
ſemẽ, & lignũ pomiferũ, faciens fructũ iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper
terrã. Attamen nonnulli ſentiũt,potius mundũ eſſe creatũ in Septẽbri & æquinoctio autum
nali.quoniam Dei(inquiũt)perfecta ſunt opera,& prima cuiuſq; ſpeciei indiuidua produxit
in ſua plenitudine & conſummata perfectione. ut primũ hominẽ in adulta & cõpleta ætate,
ita & cætera animalia. Igitur & arbores cũ fructib.ꝑduxit maturis,& matureſcentes terra pri
mũ protulit fruges iuſſu Domini. Tempus aũt maturitatis fructuũ & frugũ eſt in Septembri
& æquinoctio autumnali:quare tunc coniectant factũ eſſe mundũ. Verùm hæc ſententia nõ
uidetur uſq; adeò conformis rationi aut ueritati,ſicut prior. Nam magis rationabile cẽſetur
& conſonũ,principio mundi reſpondiſſe principiũ motus à puncto initiali lationis cœleſtis,
quã à medio eius. Punctus aũt æquinoctij uerni eſt initiũ motus cœleſtis & ab eo inchoatur
circulatio ſecundum naturã cœli. Aequinoctij uerò autumnalis punctũ, eſt duntaxat mediũ
ipſius motus. Neq; ratio maturitatis frugũ aut fructuũ conuincit huius oppoſitũ. Nã illa ma
turatio natura inducta,& per cœleſtis motus actionẽ,fit quidẽ plerunq; in autumno. Matu
ritas uerò fructuũ in prima mundi creatione,non lege aut uirtute naturæ fuit procurata, ſed
ſola opificis uoluntate, qui etiã uegetabilia uoluit in ſua cõpleta perfectiõe ad eſſe deducere
Adde quod quãuis apud noſtrã cœli plagã ſcilicet occiduam,fruges & fructus primũ ſint ma
turi in Septembri,propter debilitatem caloris,& aſperitatẽ frigoris,tamen in alijs mundi re
gionibus ubi feruentior eſt æſtus ſolis,longe citius ut in principio æſtatis aut uerè,perducti
ſunt fructus ad maturitatẽ,& maximè in ipſo mundi primordio:quandoquidẽ tunc ſumma
fuit tẽperies cœli, & diſpoſitio ad maturandas fruges. Hinc Deutero 16.ca.dicitur: Obſerua
menſem nouarũ frugũ,& uerni primũ temporis,ut facias phaſe Domino Deo tuo,quoniã in
iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Ecce Moſes principiũ tẽporis
uerni,uocat mẽſem nouarũ frugũ,quod in ea regione qua tũ diuerſabantur Iſraelitæ, in Ve-
ris initio aut paulo poſt nouæ fruges inueniebantur. Nõ itaq; fuit abſurdũ,& in mundi prin
cipio maturas eſſe productas à Deo fruges,circa uerni tẽporis exordiũ. quare id potius aſſe-
rendum uidetur. Porro uerni tẽporis uerſio ſuũ ſumit initiũ ſole ingrediente primũ arietis
gradũ,qui medius ſolis exortus dicitur, quia æquo utpote triũ ſignorum interuallo tum di-
ſtat ſol à maxima ſui eleuatione,quæ fit in principio cancri:& à maxima ſui depreſſione,quæ
eſt in exordio capricorni. Et cum eo die ſpaciũ diurnũ nocturno ſit ꝓtenſione tẽporis æqua
le (utrunq; enim duodecim horarũ continet interuallũ) prima illa & initialis uerni tẽporis
uerſio æquidia dicitur,quaſi diẽ æquans,& æquinoctialis, quaſi æquans noctẽ. Humorẽ aũt
ſanguineũ augere dicitur uerni tẽporis conditio, qđ aeris ꝓprietates obtineat, in ſanguine
dominantis.eſt enĩ quodq; horũ,calidũ & humidũ. Aeſtate quidẽ & hyeme tanquam extre-
mis intercepta uerſio uerna,utriuſq; extremi aliquid participat,ab hyeme quidẽ humiditatẽ,
ab æſtate uerò caliditatẽ.ab utroq; itidem extremo diſcrepat.nã uerna temperies hybernum
tempus caliditate & ſiccitate,æſtiuũ uerò humiditate & frigiditate exuperat. Protẽditur aũt
nunc & apud nos tẽpus uernũ,ab undecima die Martij uſq; in decimã tertiã iunij, per men-
ſes Martiũ,Aprilem. Maium:& ſigna zodiaci illis reſpõdentia, arietẽ,taurum,geminos. De-
inde æſtiuam uerſionem dicit author ſuccedere uernæ,eleuato ſolis exortu in boreæ uicinio-
res partes,id eſt in partem zodiaci altiſſimam,& polo arctico (qui & boreus & ſeptentriona-
lis dicitur)ꝓximã,utpote in primũ cãcri gradum,ad quẽ cum ſol peruenerit,æſtiuum incho-
at tempus,ignis naturã retinens,& humori cholerico in nobis reſpõdens,quãdoquidẽ eorũ
unumquodq; calidum eſt & ſiccum. At uero cum rurſum ad æquinoctialem ſol declinans ꝑ
uenerit,& librã ingreditur,autumnalis uerſio inchoatur,terræ æmula,& choleræ nigræ,me-
lancholiæq; augmẽtatiua,qđ eorum quodq; frigidum eſt & ſiccũ. Deniq; cum ſol maximè ad
polum antarcticum(qui auſtralis quoq; & meridionalis nuncupatur) declinat, capricorni q;
primum ſubit gradum,tum hyberni tẽporis principium eſt: qđ aquæ conditionẽ ſeruãs,fri-
gidum eſt & humidum,flegmatiſq; incrementum faciẽt, aqueã itidem naturã participantis
Itaq; perſpicuum eſt,quodq; quatuor tẽporum anni,unius elemẽtorum identidẽ & humoris
corporum cõditionem ſequi. Cuiuſq; autem quatuor temporum menſes & ſigna reſpond-
tia, ſubiecta figura oſtendit,una cum principio & fine ipſorum

Tempora	Qualitates	Elementa	Humores	Menſes	Signa	Principia	Fines
Ver	Cali. Hu.	Aer	Sanguis	mar.ap.ma.	ari. tau. ge.	11. mar.	13.iun
Aeſtas	Cali. Sic.	Ignis	Cholera	iu.iuli.aug.	can. le. uir.	13.iun.	14.ſep
Autumnus	Fri. Sic.	Terra	Melancholia	ſep.octo. no.	lib. ſcor,ſa.	14. ſep.	13.dec
Hyems	Fri. Hu.	Aqua	Flegma	dec.ia. feb.	cap. aq. piſ.	13. dec.	11.mar

Ex qua quidẽ figura conſtat, quod ſicut in uniuerſi cõſtitutione elementa ſymbola adinui
cẽ proxima ſunt,ut ignis aeri,aer aquæ,aqua terræ(nam altera qualitate cõuenientia,meliu
ſe inuicẽ cõſeruant,minuſq; corrumpunt:corrumperẽtur ſanè ꝓtinus,& minimè cõſiſtere
ſi aſymbola ut ignis & aer,ſine interſtitio collocarẽtur in ordine mũdi:) ita & tẽpora anni c
ſur

sunt serie à Deo ordinata, ut ex uno in aliud quodã modo symbolum fiat transitus, quemadmodum ex uere minus calido in æstatem magis calidã, et ex autumno minus algido in hyemẽ gelu & frigore rigentẽ. Quod si ex hyeme in æstatẽ sine intercapedine et interuallo fieret progressio, id insalubre esset & noxium humanæ ualetudini, cur etiã nunc uere & autumno grauescere inualescere plerunq; solẽt morbi, ob mutationem extremi in medium. Alium deinde cœli circulum secundum Astronomiæ traditionẽ describit author, duodecim animalia complectentem, ubi animalia uocat signa zodiaci circuli, nomine animaliũ, ut arietis, tauri, geminorum, cancri, leonis, uirginis, & cæterorũ nuncupata: aut quod in huiusmodi signis & partibus zodiaci stellæ sint dispositæ, illorũ quibus nominantur animaliũ figurã referentes: aut quia sol illas subiens partes operationẽ habet, huiusmodi animaliũ naturæ aliqua similitudine respondentem. Vt cancrum occupãs sol, retroflectit iter, decumbitq; ad æquinoctialẽ, quemadmodum cãcer retrogradum habet motũ. Leonem quoq; obtinens sol, maximi est feruoris, ut leo ualidissimi uigoris. In libra consistens æquat diẽ nocti, quemadmodũ libra rem ponderat. In aquario uero, pluuię abundantia terrã perfundit, et ita de cæteris. Est autem signũ cœleste, duodecima pars zodiaci. nã totus zodiacus duodecim signa cõplectitur, ut ex sphærico introductorio cõstat, ex q̃ ferè omnia, quæ hoc caput & nonnulla sequentia ꝓponunt, adminiculãte philosophia naturali dilucida euadũt, & quasi ab hoc aliena negocio, hic ab alijs disciplinis sumpta adducũtur. Quare minus illorũ explanationi insistendũ hic putauimus, & in transcursu duntaxat illa attingenda, q̃ suis in locis & in proprijs disciplinis plenius elucidanda sunt, & ex illis potius atq; abundantius requirenda. Porro quod luna citius alijs planetis conficiat circulum zodiaci, sensibili exemplo manifestat deinceps author, intellecto orbe minore intra maiorem contento. Quinimmo si hoc pacto septem orbes, unum intra alium cõtineri intelligamus, ut sunt septem circuli planetarum, supremus eorũ maximus erit, infimus minimus: intermedij contentis maiores sunt, & cõtinentibus minores. Quocirca contractiores, angustioresq; & inferiores planetarũ orbes, minori tempore suum peragunt spacium: superiores uero & ampliores, maiore tẽporis curriculo. Vt luna in 28. diebus percurrit zodiacũ. mercurius, uenus, & sol, ferè unius anni interuallo: mars, duob. annis: iupiter, duodecim annorum spacio: & saturnus, triginta. Sanè hæc omnia ex Astronomia perspecta sunt, q̃ cœlestes ꝑscrutatur magnitudines & motus astrorũ ortus & occasus, solis & lunæ deliquia dimetitur. Et hæc planè dignissima est disciplina, & inter liberales artes nõ postremũ sortita locũ, & ab astrorum contẽplatione tritum uulgatumq; nomẽ habet Astronomiæ. Cæterum ea nõ disciplina, sed omnis rectæ disciplinæ corruptela & labes, q̃ ex astrorum aspectu atque speculatione, rerum futurarum (q̃ nostra subsunt arbitrio, & incertos habent euentus) sibi prænostica atque præsagia ementitur, nõ scientia est, sed fallacia, officinaq; mendacij, & errorũ omnium colluuies atque sentina. Inducit eñ fatalem necessitatẽ, cuiq; homini ab ipsa natiuitatis hora quid nã acturus sit, aut passurus, quanto uicturus tempore, quo mortis genere interiturus destinantẽ, & omnes actus nostros ita cœlo subijcit, ut nullum libertati uolũtatis locum amplius relinquat. Quæ quidem ut honesto & præclaro uocabulo suã prætexeret fallaciã, Astrologiæ nomen impudentissimè uendicauit, superstitione scatens, & mẽdaci siderũ interpretatione fucata, quæstum diuinatione quæritat, & uanas hominũ mentes eludit, inaniq; studio tenet occupatas. Si ipsius quæris exortum, à patre mẽdacij, omnis erroris authore, uanitatisq; adinuentore, est inseminata curiosis hominum mẽtibus: sicut haruspicina, extispicina, auguria, auspicia, & cætera id genus elusionũ deliramenta, q̃bus suos cultores improbi dæmones occupabãt. Est eñ hæc Astrologia his superstitiosis artibus q̃ proximè affinis, & proinde à sacra scriptura merito dãnata, cum Hieremiæ 10. cap. dicit: Iuxta uias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, q̃ timent gentes, quia leges populorũ uanæ sunt. A republica itidem gentiũ rectè instituta, explosa & eliminata: quoniã, ut Valerius author est, ciuitas Massiliensis omnibus qui ꝑ aliquã religionis simulationem alimenta inertiæ quærunt, clausas portas habet, mendacem & fucosam superstitionem submouendã esse existimans. Sed quæ mendacior hac siderum inspectionis superstitione? Senatus quoque Romanus (ut idem cõmemorat) Chaldæos, qui fallaci siderum interpretatione mendacij quæstum sibi cõparabant, urbe propellendos, censuit. Eandẽ prorsus improbat & dãnat hoc in loco quadruplici ratione Damascenus, in literæ contextu satis clare deducta, neq; ampliorẽ exigente declarationem. Contra illã quinto libro de ciuitate Dei aciem impigre mouet Augustinus, eãdemq; cum suis authoribus duodecim libris acutissimè confutat Mirandulanus. Vnde astra ipsa nõ sunt causæ omnimodæ & totæ, ortus & obitus rerũ, ut hic rectè sentit author, cũ præter ea sit apud nos peculiare generans aut corrumpens. Nullum tamen incõmodum est, si ea fateamur causas disponentes ad huiusmodi mutationes, ut solem ad germinationem uegetãtium, aut ꝓductionem fructuum. Bellorum uero astra per se causa nequaquã sunt, sed hominum animi, spontanea electione ad ea inducti. Per accidens uero & penitus impropriè causa dicerentur, qd' dispositiones qualitatũ inducunt aeri, quas corporibus nostris aer imprimit, ut feruorẽ, æstũ, & cætera id genus mouẽtia nostros affectus. Quib. si rationis clypeo et munimento obsistimus, non possunt quicquã in nos efficere hæ inclinationes, & propensiones ad malum. Si uerò in-

curĳ sumus & negligētes coercere hunc appetitus impetum, inualescet tandem, & uoluntatē
in suas partes spōtaneo illius cōsensu pertrahens, dominabitur rationi. Ast ubi indomitus at
que effrenis affectus, in habitũ consuetudinem'q; fuerit cōuersus, rationem tametsi reclaman
tem ducet ad mala captiuã. Verum hæc omnia mala, ex uoluntate nō ut oportuit, obluctãte,
primariã sumunt originem, illiq; sunt duntaxat imputanda, non astris, non aeri, nō denique
corpori. Quod si quis iudiciariæ Astrologiæ astipulator, obĳciat de cometis, qui plerũq; por
tendunt interitũ regũ: respondet author exacte, cometas non esse stellas cœlestes, aut in cœlo
constitutas, sed diuina ordinatione eos interdũ in aere fieri ad quippiã præsagiendum, & de-
inde disparere, atque resolui. Nempe secundũ Aristotelis sententiã, exhalatione copiosa in su
premã aeris regionem sublata atque compacta, gignitur cometes. ubi illa exhalatio ex ignis
uicinia incendiũ concipit, & ab halitu calido atque sicco continue sursum ducto pabulum su
scipit ac alimentũ. Quãto igitur tempore ipsi inferne materia suggeritur, durat cometes: at u-
bi primũ illa deficit, dissoluitur. Si quis rursum insurgat, obiectans, stellam illam magorum
ad Christi incunabula ductricē fuisse ipsi fatalem, id constanter inficiandum est: quandoqui-
dem illa stella non fuerit de numero stellarũ cœlestium, sed à Deo primum ad hoc ministeriũ
in aere formata: ut luculenter ostendit author in litera. Cuius rationib. & id accedit, quod hęc
stella dux itineris magorũ, factitia fuit & tēporaria, tum primum ortum suum consecuta, cũ
exortũ est in tenebris lumen rectis corde, misericors & miserator & iustus Dominus, & proti
nus dissoluta, post exhibitũ magis obsequium atque famulatum. Neque iugem, continuũq;
instar aliorum astrorum habebat motum, sed progredientibus magis ferebatur per aeris trac
ctum, ipsis uero quiescentibus subsistebat, ut quondã nubes in umbraculum & ductũ itine-
ris designata populo Israelitico, ipsius sequebatur iter & quietem, certa quadã alternatione.
Demũ interdiu stella illa magis cōspicua fuit, illorum'q; direxit iter, quod stellis cœlestib. sola
ri lumine occultatis non accidit. Postremnm, si amatores huius subdolæ uaticinatricis & fati
dicæ (Astrologiã iudiciariã dico) à sacris literis suæ impietatis præsidium aucupari conantes,
insistant, scriptum esse apud Ioannē cap. 8. de Iudæis Christũ grauiter persequentibus, quod
nemo misit in eũ manus, quia nondum uenerat hora eius, & contendant ibidem mentionem
fieri de hora Christi fatali ab astris præscripta qua mortē pateretur: nouerint id dæmonis esse
cōmentum & Priscilliani eius discipuli, sectatorũq; eius, Christum fato & astris subĳciētium,
qui astrorum omniũ conditor est. Neque ibi mentionem haberi de huiusmodi hora fataliq;
confingunt, sed de hora dispositionis & prædiffinitionis, qua decreuerat sponte sua ꝓ nobis
mortem perpeti, ab æterno quidē à patre, & filio, & spiritu sancto passioni crucis eius destina
ta atque determinata. Si deniq; illud euangelicũ suæ credunt impudentiæ & improbitati asti
pulari assertores huius uanitatis Astrologicæ, qđ Dominus noster respondisse legitur suæ sa
cratissimæ matri in nuptĳs interpellanti filiũ quod uinum nō haberēt cōuiuæ, scilicet, Quid
mihi & tibi est mulier? nondum uenit hora mea: & ex illo uerbo contendunt, horã statã & cer
tã è stellarum positione fuisse proscriptã, qua Christus diuinitatis suæ potentiã per miracu-
la manifestare inciperet: q̃ quidem hora, quia secundum eius responsum necdum uenerat, nō
potuit suæ dilectissimæ matris petitioni tũc acqescere, longe sua opinione fallũtur, & à recta
scripturæ intelligentia procul absunt. Non eñ hic uerborum Domini (quibus suæ matri re-
spondit) sensus est, quē ipsi cōfingunt, blasphemiæ & impietatis plenum. Sed quoniã solici-
ta Domini mater de supplendo uini in nuptĳs defectu, antequã inde oriretur dedecus aut ig
nominia corã conuiuis, accōmodum miraculo tempus sedulo nimis animo præuenire atq;
anticipare uisa est: respondit illi Christus, nondum oportunum aduentasse tempus & horam
tempestiuã ostendendi miraculum, cum necdum omnimoda esset uini penuria, per quam glo
ria suæ diuinitatis operatione miraculi plenius omnib. innotesceret. Sed monuit matrē, tan-
tisper differendũ esse quod petiuerat, quoad opportunitas cōmodior adesset, cum scilicet ni
hil uini esset reliquũ ut humano ad illud habendũ destituti auxilio, cognoscerent omnes di-
uina uirtute illud esse quæsitũ, & nuptĳs exhibitũ. Et sane illa opportunitate oblata, dulcissi
mæ suæ matri benigniter obsecutus est, aquam'q; in uinũ cōuertit. Ipsa quoque ꝓuida & pru
dens, intellexit ex uerbis filĳ petitionem suã non esse omnino reiectã, sed ad tempus dilatam.
propterea fidei & bonæ fiduciæ de filĳ sui bonitate plena, qđ tandē esset petitionem suã im-
pleturus, dixit ministris: Quodcunq; dixerit uobis, facite. Verũ ut eorum etiã quibus nō illu
xit sacræ fidei lumē authoritate & sententia, eliminetur prorsus hæc uanæ Astrologiæ impie
tas, audiatur Cicero in libro de Fato, ita cōtra fatũ differens, In nobis ex naturalibus causis ui
cia nasci possunt, extirpari etiã & funditus tolli: ut uero is ipse q ad ea propensus fuerit, à tãtis
uicĳs auocetur, non est id positũ in naturalibus causis, sed in uoluntate, studio, disciplina, quæ
tolluntur omnia. Vbi est igitur uis illa & positio siderũ, nobis nascentibus ineflugibilē præ-
scribens uitæ conditionē, si insita nobis ad malum pronitas ratione corrigi potest? Idē quoq;
paulo post breui ratiocinio facete quēlibet fatorum assertorē cōstringit, hoc pacto: Si fatum
tibi est (inquit) ex hoc morbo cōualescere, siue tu medicum adhibueris, siue non, conualesces.
Itē si fatum est tibi non conualescere, siue medicum adhibueris, siue nō, nō conualesces. At al
terutrum, fatum est: medicũ ergo adhibere, nihil attinet. Et eadē prorsus ratione omnis e ui-

ta tolliur

ta tollitur hominum actio,consilio & ꝓuidentia moderanda,q̃ futurum respicit. Sed de his hactenus. Deinde duo assignat author præclara documenta,à natura nobis tradita,immò totius naturæ authore & ordinatore,ex hoc qđ rectissima suæ prouidentiæ lege constituerit lunã à sole illustrari debere. Primùm est, quod illo naturæ ordine instruimur ad communicandum adinuicem bona,cũ corporalia,tum spiritualia, à Deo bonorum omnium fõte nobis indulta,& ut alios faciamus benigna cõmunicabilitate illorum etiã donorum participes, quẽadmodum sol sui luminis participationẽ lunæ cõmunicat. Hoc sanè tota ferè natura, nedum sol,nos edocet. Nẽpe luna susceptã à sole claritatem diffundit in hæc inferiora corpora. Ignis item calorẽ sibi natiuum ꝓpagat in proxima corpora,redditq́ illa suæ caliditatis cõsortio sibi quantum potest similia. Obiectum etiã speculo corpus,suam protinus imaginem in illo efformat,& color omnis suã speciem in diaphano,perspicuoq́ multiplicat. Ita sonus ꝑ magnũ locorum interuallum sui diffusione expãditur,& odor sua spiracula fragrantiãq́ longe lateq́ disseminat. Ecce quãto conatu omnia naturæ opificia eò tendunt,ut qđ in se habẽt insitum, diffundãt in extera. Ecce quanto studio omnis rerum substãtia elaborat,accidentarias sibi inditas qualitates alijs ingenerare. Et id reuera in nostrã dãnationem sugillationemq́ fit,si accepta à Deo aut externa aut interna bona(scientiã dico,& alios ad bonum dirigẽdi facultatẽ) nõ impartiuerimus ꝓ uiribus nostris in aliorum salutẽ & utilitatem. Nec ipsa solum natura, sed & ipse optimus naturæ conditor & rector terribilẽ nobis dãnationem interminatur,si ad multiplicandum creditum talentum fuerimus segniores:exemplo serui inutilis, q abiens,abscondit pecuniã domini sui,& fodit in terram,iussusq́ est ligatis manibus & pedibus ꝓijci in tenebras exteriores. Idẽ insuper commissorum nobis talentorum rationem districtè reddendã ante tremendum illud iusti iudicis tribunal,cõtestatur dicens: Omnes autem cui multum datum est,multum quæretur ab eo,& cui cõmendauerunt multum, plus petent ab eo. Quocirca Sapiẽs in Prouerbijs,unumquemq́ ad promptã beneuolãq́ spiritualium donorum in alios cõmunicationem rectè exhortatur,dicens: Deriuẽtur fõtes tui foras,& in plateis aquas tuas diuide. Vbi de fontibus & aquis spiritualib. uerba facit,monetq́ fluenta doctrinæ cœlitus hausta,cæteris libẽter esse dispartienda. Quod se factitasse Salomõ ꝓhibet,cũ præclarũ sapientiæ donum à Deo se percepisse exprimeret,& in alios trãsfudisse,de ipsa sapientia ita loquens: Quã sine fictione didici,& sine inuidia communico,& honestatem illius non abscondo. Rursum scientiã animo reconditam sine transfusione in cæteros,nullius esse momenti ostẽdit Ecclesiasticus,cum ait: Sapientia abscõsa & thesaurus inuisus,q̃ utilitas in utrisq́? Idem etiã alio loco: Bona abscõdita in ore clauso,quasi oppositiones epularũ circumpositæ sepulchro. Demum beatus Augustinus in exordio primi libri de doctrina Christiana quã necessarium & utile sit perceptã doctrinam alijs impendere, clarius adaperit,dicens: Omnis res quæ dando nõ deficit,dum habetur & nõ datur,nondum habetur quomodo habenda est. Christus eñ ait, Qui habet,dabitur ei. Dabit ergo habẽtibus,id est, cum benignitate utentibus eo quod acceperunt,adimplebit,atq́ cumulabit qđ dedit. Illi quinq́,& illi septem erant panes, antequã inciperent dari esuriẽtibus. Quod ubi fieri cœperat,cophinos & sportas satiatis tot hominum milibus impleuerunt. Sicut ergo panis ille dum frangeretur accreuit,sic ea q̃ ad alios docendos iã Dominus antè præbuit,eo ipso suggerẽte multiplicabuntur:ut in hoc ministerio q alijs spiritualia dispartiuntur munera,nõ solum nullã patiantur inopiam, sed de mirabili etiã abundantia gaudeant. Hæc ille. Alterum documentum, quod exemplo lunæ subiectæ secundũ sitũ ipsi soli & suscipientis ab eo lumen,nobis insinuatur, est(ut monet author in litera)quod post Deum subesse debeamus ijs,q ab eo principes super nos cõstituti sunt. Et idem Apostolus etiã docet ad Romanos ca.13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt,à Deo ordinata sunt, Itaque qui resistit potestati,Dei ordinationi resistit:&reliqua,in eandẽ sententiã consequentia. Et Petrus Apostolorũ columen, primæ epistolæ secũdo capite inquit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi quasi præcellenti,siue ducibus tanquã ab eo missis,ad uindictã malefactorũ, laudẽ uero bonorum. Et paulo pòst eodem loco: Serui subditi estote in omni timore dominis,non tantum bonis & modestis,sed etiã discolis. At uerò ex eclypsi solis & lunæ,perspicuum sumit noster author deinceps in literæ cõtextu argumentum, illis diuinitatẽ non inesse. nã Deus immutabilis est,& inuertibilis. Et exinde redarguitur(inquit)amẽtia eorum qui creaturã adorant,utpote solem,lunã, & omnem militiam cœli, stellarumq́ multitudinem. Quales sunt,quos sapientiæ 13.cap. scriptura repræhendit,quod solem & lunã,rectores orbis terrarum deos putauerunt. Et populus Israeliticus Hieremiæ 7.ca. redarguitur, qđ filij colligunt ligna,& patres succendunt ignẽ,& mulieres conspergunt adipem,ut faciãt placentas reginæ cœli: quod eiusdẽ prophetæ præconio cap.44. sæpius repetitur. Huius autem impietatis immunẽ se fuisse, Iob cõtestatur cap.31. Si uidi(inquit)solẽ cum fulgeret, & lunam incedentem clarè:& lætatũ est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo,quæ est iniquitas maxima,& negatio contra Deũ altissimum. Qua tamẽ iniquitate,quõdam Persæ & eis finitimi populi leguntur notati, q ante solis exortum cateruatim in planũ

 campum

campum conuenire soliti erāt, ut solem orientē uiderent, & in ipso exortu quotidie flexo po plite adorarent. Cæterū solem terra longe maiorem esse, potius quàm illi æqualem, sentien dum est cum astronomis, qui perhibent & exploratū habēt, solē centies sexagies sexies terra esse maiorem: lunā uero, tricies nouies minorē esse terra. Quod uero bipedaneus nobis appa reat sol, ingens spacij distātia atq; intercapedo in causa est, quæ remota omnia & ꝓcul distan tia facit minora q̃ sint, uideri. Quia tamen maius adhuc nobis corpus solis quàm lunæ appa ret, hinc luna soli è directo subiecta, non totū occultat solē, neq; obscurat, sed extremæ corpo ris solaris partes extra lunā prominent, suū ad nos lumen sine obstaculo transfundentes. Ne que tempore solaris deliquij, lux intima soli quoquo pacto adimitur. manet em̄ tūc, perinde atque aliàs, propria & intrinseca sibi luce præditus. Quocirca solis eclipsis aliud nihil est, quā substractio luminis eius à nobis, ꝑpter interpositi corporis lunaris obstaculū prouenie̅s. Lu næ uero deliquiū est priuatio omnimoda luminis in luna, ut ꝓrsus tenebrosa maneat ꝑpter interpositionem terræ inter solem nobis subiectum, & lunā in nostro hemisphærio constitu tam. At uero lunam lumine plenam, perfectam'q; & completam à Deo creatā esse, ut hic asse rit author, par atq; rationabile est, quemadmodū homo in perfecta ætate & corporis habitu dine formatus est à Deo, & uegetabilia atq; prima animaliū indiuidua ꝑfecta. Perfectissimè autem sese habet luna, cū tota solari iubare illustratur, ut est decimaquinta. Ex q̃ subinfert au thor, qđ luna in prima sui cōditione anticipauit solem undecim diebus. Anticipauit inquā, non tempore. nā simul, eodem'q; tempore creata sunt sol & luna. Neq; motu, simul em̄ cum primū condita sunt, moueri inceperunt: sed habitu atque dispositione suæ collocationis. Nā ita se habuit luna in primo suo exortu, ut habere se nunc solet, decimoquinto post motū sui inchoatum die: quandoquidē pleno orbe à sole fuit illustrata. Sol uero in prima sui conditio ne ita affectus est & collocatus, ut quarto post sui motus inchoationē die habere se solet, ꝑfe cto scilicet iā trium dierum cœli motu. Itaq; præuenit luna ipsum solē in sui motus dispositio ne atque qualitate undecim diebus. Nēpe si à quindecim diebus illis naturalibus intelligētia cōceptis quatuor substraxeris dies solares q anteceſſerunt, relinquūtur residui undecim dies, quibus luna solē suo motu præuenit. Et ꝑpter huiusmodi anticipationem in utriusq; facti exordio, semper deinceps annus lunaris cōplectens duodecim lunę per zodiacum reuolutio nes, præuenit annum solarem continentē unicā solis sub zodiaco completam motionem, un decim diebus. Nēpe 365 dies anni solaris excedunt 354 dies anni lunaris, undecim dierū exce mento. Porro author exactā sequens supputationē, rectè adijcit in litera, duodecim solis mē ses habere dies 365. & diei quadrantē, hoc est quartā diei partē, utpote sex horas, quæ quartam conficiunt partē diei, 24. horas complectentis. Et cum unusquisque annus solaris ultra 365 di es superaddat quadrantē diei: hinc quarto quoque anno, ex quatuor huiusmodi excrescenti bus quadrātibus, dies integra cōficitur bisextilis, intercalaris & addititia, q̃ apud nos in fine Februarij festis sanctorū Apostolorum Petri & Matthiæ interseri solet, & interponi. Cæte rum luna ab eo tēpore quo renouata est (ut in singulo quoq; mēse fit) habet sui luminis incre menta indies maiora (quousq; plena fuerit & omnino illuminata) diebus quatuordecim, se misse et quadrāte, ut hic dicit Damascenus. Semisse inquā, id est diei medietate, utpote duode cim horis, & quadrante diei, quarta'q; parte, scilicet sex horis. Cōpletum igitur luminis incre mentum assequitur luna in 14 diebus & 18 horis. Et tantundem tēporis absumit in suo decre mēto, luminis'q; imminutione. Itaq; totū suum motū peragit spacio 29 dierum & medietati diei, scilicet 12. horarū. At 12. in 29, ducta, cōplent 348. quibus si sex addantur dies, ex 12. dierum medietatibus collecti, colligitur numerus 354. dierū, duodecim mensibus lunaribus contento rum, annum'q; lunarem constantiū. Dicitur autem luna post omnimodā luminis carentiam, rursum q susceptionem luminis renouata esse monumentū, id est signū, indicium, argumen tum & symbolum nostræ resurrectionis futuræ. Nā quemadmodum luna post totā lumini ablationē renouatur & recrescit, rursum'q; à sole mutuatur splendorē, ita post interitū & mor tem carnis iterū corpora nostra surrectura sunt, & animæ unienda. Hanc tamen iteratā unio nem, nulla postmodū consequetur mors, neq; fiet amplius uitæ & mortis in nobis alternatio quēadmodū in luna uicissim splendoris et tenebricositatis, sed mortalitas immortalitate erit cōmutata. At uero quoniam undecim diebus annus solaris excedit lunarem, quemadmodū modò dictū est, ex tribus annis solaribus sumpti ter undecim illi dies, cōstituunt 33. dies, ex q bus cōficitur decimustertius mēsis lunaris, tertio anno lunari adijciendus, ut quarto anno lu lari adiungitur dies bisextilis. Et adiectus ille mēsis, embolismalis dicitur. At cū mēsis lunaris contineat duntaxat 29. dies medietatem unius, ut supradictū est, supersunt ex illis tribus die rum undenarijs supra mensem embolismalē, tres dies cū semisse, dimidio'q; unius diei. Si e à 33. diebus subduxeris 29. dies cū dimidio unius, supsunt adhuc tres dies cū medietate unius diei. Sed tā exactam supputationem non curauit annotare Damascenus. Id insuper annotan dum, authorem ad ostendendū solem, lunā & astra corruptioni subiacere suapte natura, sic cœlos (tametsi diuino indultu & gratia, à corruptione tāto tēpore cōseruentur) hac potissi mū uti ratione & niti, quia cōposita sint hæc cœli luminaria, ex partibus scilicet secundū mo

lem &

lem dimenſionemꝗ ſumptis,ut omniũ ſine cõtrouerſia eſt ſententia,& ut cõpluſculis uiſum
eſt,cõpoſita itidem ſunt ex partibus ſubſtantificis, utpote actu ſubſtãtiali effectiuo propria-
rum operationũ,& potentia ſuſceptiua actus illius ſubſtantialis,& effectionũ diſpoſitionũꝗ
accidentariarũ, quarum quidem partium,hæc materiæ rerum ſenſibilium,illa uero formæ ea
rundem eſt analogia:alterius tamen ſunt ſecundum ſubſtantiã ſpeciei & naturæ,quàm ſint re
rum inferiorũ ſubſtantiales actus & potentiæ. Verùm id poſterius cõpoſitionis genus etſi ra
tioni phyſicæ conformius ſit,q̃ aſſertio eorum qui ponunt cœleſtia illa luminaria,aut ſolum
eſſe actum,aut ſolã potentiã:tamen non uſquequaꝗ compertum eſt & exploratum. Nam ut
rectè hic dicit Damaſcenus,q̃ ſit eorũ natura,neſcimus. Conformiter de cœlo & eius compo-
ſitione ex partibus,ſicut de luminaribus eius eſt ſentiendum,citra temerariã tamẽ et pertina-
cem aſſertionem. quoniã ut capite præcedenti dictum eſt in litera, cœli ſubſtantiã non opus
eſt ut indagemus,ignota nobis eſt. De ignis uerò natura ſentiẽtes ſecũdo loco, qđ extinctus
in aerẽ trãſmutetur,rectè de noſtro igne & cõſimili loquũtur,quibus & experiẽtia adminicu-
latur:quia cũ fax aut tæda extinguitur,flammã in aerem cõuerti, & fumum ꝑſpicimus. Quo
modo eñ intelligetur,ignis diſparere extinctus,& ſecundum ſubſtantiã manere, ut piſcis a-
quæ ſe immergens?cũ nõ poſſit ab eo lux diuelli,& lucidus non poſſet nõ apparere,aut in quẽ
locum rapietur recipieturꝗ noſtris ſubſtractus oculis? Deinde zodiaci naturã deſcribens au
thor,dicit eundem in duodecim diuiſiones eſſe ſectũ,id eſt in duodecim partes æquas, quarũ
unaquæꝗ uocatur ſignũ zodiaci,aliquo animalis nomine inſignitũ. Vnumquodꝗ autem ſi
gnorũ ſecatur in triginta gradus,quas hic partes uocat. At 12. ductis in 30. ꝓtinus cõſurgit nu
merus 360. Cõtinet igitur zodiacus in lõgitudine 360 partes graduales. Et cũ cõtinuè una eius
medietas ſit ſuꝑ noſtrũ hemiſphærium,& altera ſub eo, id zodiaci quod eſt ſupra nos, conti-
net 180. partes,medietatẽ ſcilicet 360. partium. Illud uerò zodiaci quod nobis ſubiectum eſt, &
ſub noſtro horizonte conſtitutũ,tantundem continet earum partium. Deinceps author in li
tera ſecundũ aſtronomorũ determinationem aſſignatas planetis domos explicat,quas Ptole
mæus in prima parte Quadripartiti,cap. 18. & Alchabitius in ſuo libello Iſagogico,differentia
prima,latius declarant. Eorũ ſententiã hic paucis(ut præſens locus nõ omnino ſit legentibus
obſcurus)afferremus. In primis domus planetarũ nihil aliud ſunt, ſecundum eorum placita,
q̃ certæ cœli partes, talem reſpectum habitudinemꝗ habentes ad hanc uel illã terræ partem.
Vnumquemque autem planetã in hoc uel illo ſigno collocant,tanquã domo ſua,quod illius
ꝓprietati aut uirtuti ꝓpius reſpondet,& uicinius aſſimilatur. Vnde quia inter duodecim ſi-
gna zodiaci duo ſunt ſeptentrionalia,uertici capitis noſtri maximè omniũ ꝓpinqua, & idcir
co calorẽ generãtia,ſcilicet cancer & leo,idcirco illa aſſignant domos duobus præcipuis cœli
luminaribus. Leonẽ quidem,quia maſculũ eſt ſignum & maioris uirtutis,ſoli:cancrum uerò,
quia imbecillius eſt ſignũ,atꝗ(ut ipſorum utar uerbis)fœmininũ,& minus ualidum,lunæ.
Quoniã autẽ ſaturnus ſecundum ipſorum poſitionem eſt natura frigidus,& eius cœlum re-
motius eſt atꝗ diſtantius à duobus primarijs luminarib. ſole & luna,illi duo ſigna pro domo
deſignant quæ ſunt cancro & leoni cõtrapoſita,ſcilicet capricornũ & aquarium, quod ambo
frigida ſint & hyemalia. At uerò q̃a iupiter cõditionis eſt temperatę, & ſub ſaturni ſphæra fer
tur,duo ſigna quæ iuxta capricornũ & aquariũ locantur,illi pro domo attribuuntur,ſcilicet
ſagittarius & piſces,quod uentos procreent & res ad ortum deducãt. Nẽpe ſagittarius imme
diatè præcedit capricornũ,piſces uerò aquariũ ſequuntur. Deinde quia mars natura deſiccat,
& eius ſphæra ſub iouis orbe uoluitur,duo ſigna ad domũ iouis proximè poſita ꝓ domo illi
aſſignarunt,ſcilicet arietem & ſcorpiũ. Sequitur eñ aries continuò ſignum piſcium,& ſcorpi
us ſagittariũ,unà cum piſcibus iouis domum proximè antecedit. Rurſum quoniã uenus eſt
temperatæ naturæ,& eius ſphæra ſub cœlo martis circumuoluitur,duo illi ꝓ domo determi
narunt ſigna,quæ ad martis habitacula ſine interſtitio ponũtur,ſcilicet taurũ & librã,ea potiſ
ſimum ratione,quod res ipſas ad uegetationem,germinationẽꝗ producũt. Sequitur eñ tau
rus arietem,& libra ſcorpiũ è ueſtigio præcedit. Demum quoniã ex erraticis ſtellis mercurius
ſolus supereſt,quià ſole nunquã ultra unius ſigni ſpaciũ abſcedit, & ſub alijs uehitur plane-
tis,deſignata ſunt illi pro ſuo domicilio duo ſigna reſidua,q̃ iuxta luminarium domos locan
tur,ſcilicet gemini & uirgo. Præcedunt eñ gemini cancrũ, & uirgo leonem proximè cõſequi
tur. Cæterũ altitudines planetarum,ſiue exaltationes,dicuntur illa ſigna,in quibus planetæ
plus uiriũ obtinẽt & efficaciæ. De ipſis diffuſè diſſerũt Ptolemæus in prima parte Quadripar
titi,ca. 20. & Alchabitius in ſuo Introductorio libro,differentia prima Quorũ hęc eſt ſentẽtia.
Sol cũ eſt in ariete,fertur ad medietatem zodiaci altiorem & ſeptentrionalẽ, & tunc dies inci-
piunt augeri ſupra noctes,& calor illorũ increſcere:idcirco aries eſt altitudo ſolis,& libra pro
pter oppoſitas cauſas, eius caſus. Quoniã autẽ ſaturnus eſt ipſi ſoli, cõplexione diſpoſitiõeꝗ
naturali oppoſitus,qđ frigidæ ſit naturæ,quoniã ubi creſcit calor,minuitur frigus, & ediuer
ſo:ideo libra eſt altitudo ſaturni,& aries eius decidẽtia. At uero cũ luna coniũgitur ſoli,in arie
te incipit lumẽ eius primo apparere in tauro,ꝓinde taurus eſt altitudo lunæ, & ſcorpiꝰ illi op
poſitus,ipſius caſus. Rurſum iupiter(ut aiũt)ꝓducit uẽtos ſeptentrionales, cãcer aũt ſignum

maximè omniũ ſeptẽtrionale, in q̃ cũ fuerit iupiter, ſuã uim atq; uirtutẽ mõſtrare ſolet, ideo cãcer eſt exaltatio iouis, & capricornus illi ex aduerſo conſtitutus, ipſius caſus. Mars uero, ardẽs eſt (ut dicũt) ſignũ ꝑ naturã, & potiſsimũ cũ fuerit in capricorno, multo magis cõburit, q̃a deflectitur ad partẽ meridiei, ideo capricornus eſt altitudo martis, ſignũ utiq; oppoſitũ exaltationi iouis, cãcer eſt illius caſus. Venus autẽ naturaliter humectat, & præſertim cũ eſt in piſcibus: hãc ob rẽ piſces cõſtituuntur exaltatio ueneris, & ſignũ oppoſitũ ſcilicet uirgo, eius depreſsio. Deniq; mercurius ſuapte natura deſiccat, & eo ipſo ueneri cõtrarius habetur. eam ob cauſam uirgo eſt altitudo mercurij, ſignũ quidẽ oppoſitum exaltationi ueneris, & piſces eius ſunt caſus atq; demiſſio. Porro nõ ignoramus pleraq; horũ ex ſupradictis authorib. modo adductorũ, à nõnullis uiris eruditiſsimis reꝓbari, qđ ad iudicia ex aſtris ſumẽda ſpectare q̃quo modo uideãtur, & illi uanitati aſtipulari. Et neq; nos quidẽ ea apꝓbamus omniquaq;, ſed ex aliorũ ſentẽtia, tantũmodo illa recẽſuimus, quo litera authoris eſſet hoc in loco legentib. peruia. Poſtremũ lunæ figurationes in ordinẽ digeruntur, ad quas planius intelligendas, id animaduertendũ, qđ ſilẽs dicitur luna, quãdo tota eſt obſcura, neq; quicq̃ ſolaris luminis in ſe receptat. Et tũc cõiuncta eſt ſoli, q̃a in eodẽ ſigno, eadẽq; ſigni parte qua ſol, cõſtituta eſt. Digreſſa autẽ à ſole ꝑ ſigni medietatẽ, utpote quindecim partes, renaſci renouariq; luna dicitur, unius uero ſigni interuallo abſiſtens exoriri. Deinde falcata corniculataq; nũcupatur cũ minori dimidia partẽ habet illuſtri ſolis iubare ꝑfuſam, maiorẽq; reliq̃ partẽ tenebricoſam, qđ cũ falcis & cornuũ ſpeciẽ præ ſe ferat. Idq; cõtingit in primis cremẽti diebus, & poſtremis decremẽti: diſtatq; tũ à ſole, duorũ ſignorum intercapedine. Dimidiata uero luna, diuiduaq; uocatur, quãdo medietatẽ unã habet illuſtratã à ſole, & alterã obſcurã, ut in medio cremẽti itidẽ & decremẽti tẽpore uſu uenit, & tũc à ſole triũ ſignorũ interſtitio diſterminatur. Deinceps globoſa, prætumidaq; appellatur luna, cũ maior ipſius pars illuminata eſt, minor autẽ medio orbe pars atra & turua, qđ in poſtremis crementi & primis decrementi diebus accidit: ſeparaturq; tũ à ſole, quatuor ſignorũ ſpacio. Plena autẽ & lumine completa dicitur luna, quãdo oculorũ noſtrorũ iudicio tota eſt lumine ꝑfuſa, aliq̃d tamẽ eius ſupereſt illuſtrãdũ qđ obtutus noſter nõ diſcernit, ut in ipſius crementi fine & decremẽti initio cõtingit, ſecerniturq; à ſole quinq; ſignorũ interiectu. Demũ ꝑfecta dicitur luna, cũ toto orbe reuera eſt ꝑluſtrata: ipſiq; ſoli ex aduerſo cõſiſtẽs, ſex ab eo ſignis zodiaciq; medietate direpta. At uero circa poſtremã capitis huius ſententiã, lunã ſcilicet duob. dieb. & dimidio ꝑtrãſire ſingulũ q̃dq; zodiaci ſignũ, id annota, qđ deeſt ſpaciũ horariũ tẽpori quo luna unũ ꝑtrãſit ſignum zodiaci, ne cõpleat duos dies cũ dimidio. Si eñ toto eo tẽpore indigeret ad abſoluendũ unũ ſignũ, in quinq; igitur dieb. (cũ motus eius proprius ſit regularis, & in æquis temporibus æqua pertranſiens ſpacia) duo percurreret zodiaci ſigna. quare triginta indigeret diebus ad perficiendum totum zodiacũ. At paulo antè dictũ eſt, menſem lunarẽ duntaxat complecti 29 dies cum dimidio. Subſtrahe igitur horã cuiq; duorum dierum & dimiarij curriculo, quo luna unũ abſoluit ſignũ, ut hic narrat author: & hoc pacto duodecim ſignis peractis, duodecim ſubduxeris horas, medietatem ſcilicet diei, deficientem ne integris triginta diebus ſuum luna curſum conficiat. Verum id tantillum diſcriminis non curauit annotare Damaſcenus.

ΠΕΡΙ ΑΕΡΟΣ ΚΑΙ ἀνέμων. κ̄γ.

Ἀὴρ ἐστι στοιχεῖον λεπτότατον, ὑγρόν τε καὶ θερμόν, τοῦ μὲν πυρὸς βαρύτερον, τῆς δὲ γῆς καὶ τῶν ὑδάτων κουφότερον, ἀναπνοῆς καὶ ἐκφωνήσεως αἴτιον, ἀχρωμάτιστον, ἤτοι ἐκ φύσεως χρῶμα μὴ κεκτημένον, διειδές, διαφανές. φωτὸς γάρ ἐστι δεκτικόν, καὶ ταῖς τρισὶν αἰσθήσεσιν ὑμῶν διακονοῦν. δι᾽ αὐτοῦ γὰρ ὁρῶμεν, ἀκούομεν, ὀσφραινόμεθα. δεκτικὸν θάλψεώς τε καὶ ψύξεως, ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος. οὗ πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον κινήσεις εἰσίν, ἄνω, κάτω, ἔσω, ἔξω, δεξιά, ἀριστερά, καὶ ἡ κυκλοφορικὴ κίνησις, οἴκοθεν μὴ κεκτημένος τὸ φῶς, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων, καὶ πυρὸς φωτιζόμενος. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ εἶπεν ἡ γραφή. ὅτι σκότος ἦν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, θέλουσα δεῖξαι. ὡς οὐκ οἴκοθεν ὁ

DE AERE ET VENTIS. Cap. VIII.

Aer eſt elementum ſubtiliſſimum, humidum & calidum, grauius igne, terra & aqua leuius, reſpiratiõis & emiſſiõis uocis cauſa incolor, id eſt, ſuapte natura colorẽ nõ poſſidens, nitidũ, trãslucens (nã luminis eſt ſuſceptiuũ) & tribus ſenſib. noſtris ſubſeruiẽs (per ipſum enim uidemus, audimus, olfacimus) ſuſceptiuũ caloris & frigoris, ſiccitatis & humiditatis. Cuius omnes ſecundũ locũ motiones ſunt, ſurſum, deorſum, introrſum, extrorſum, dextrorſum, & læuorſum, atq; circularis motus: domeſticè ac ex ſe lumẽ nõ habẽs, ſed à ſole, lunaq; & aſtris, atq; igne illuſtratus, ſuſcipiens. Et hoc eſt quod dicit ſcriptura, Et tenebræ erant, ſuper faciem abyſſi: uolens oſtendere, nõ domeſticè & in

ἀὴρ τὸ φῶς κέκτηται, ἀλλ' ἄλλη τίς ἐστιν οὐσία ἡ τοῦ φωτός. ἄνεμος δέ ἐστι κίνησις τοῦ ἀέρος, ἢ ἄνεμός ἐστι, ῥεῦμα ἀέρος διὰ τῶν τόπων ἐξαλλαγῆς, ὅθεν ῥεῖ, τὰς ἐπωνυμίας ἀμείβων. καὶ ὁ τόπος δὲ τοῦ ἀέρος ἐστί. τόπος γάρ ἐστιν ἑκάστου σώματος, ἡ τούτου περιοχή. τί δὲ περιέχει τὰ σώματα, εἰ μὴ ἀήρ; εἰσὶ δὲ τόποι διάφοροι, ὅθεν ἡ τοῦ ἀέρος γίνεται κίνησις, ἐξ ὧν καὶ οἱ ἄνεμοι τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι. δώδεκα δὲ οἱ πάντες εἰσί. φασὶ δὲ τὸν ἀέρα σβέσιν πυρός, ἢ ἀτμὸν ὕδατος θερμανθέντος. ἔστι γοῦν ὁ ἀὴρ κατὰ μὲν τὴν οἰκείαν φύσιν, θερμός. ψύχεται δὲ, τῇ γειτνιάσει τῇ πρὸς τὸ ὕδωρ καὶ τὴν γῆν, ὥστε τὰ μὲν κάτω μέρη αὐτοῦ ψυχρὰ εἶναι, τὰ δὲ ἄνω θερμά.

ΠΕΡΙ ΑΝΕΜΩΝ. κε.

Ἄνεμοι πνέουσιν ἀπὸ ἀνατολῆς θερινῆς, καικίας, ὁ καὶ μέσης. ἀπὸ ἀνατολῆς ἰσημερινῆς, ἀπηλιώτης. ἀπὸ ἀνατολῆς χειμερινῆς, εὖρος. ἀπὸ δύσεως χειμερινῆς, λίψ. ἀπὸ δύσεως ἰσημερινῆς, ζέφυρος. ἀπὸ δύσεως θερινῆς, ἀργέστης, ἤτοι ὀλυμπίας, ὁ καὶ ἰάπυξ, καὶ ἀργέστης. εἶτα νότος, καὶ ἀπαρκτίας, ἀντιπνέοντες ἀλλήλοις. ἔστι δὲ μέσος ἀπαρκτίου καὶ καικίου, βορέας. εὔρου δὲ καὶ νότου μέσος, φοίνιξ, ὁ καλούμενος εὐρόνοτος. μέσος δὲ νότου καὶ λιβός, λιβόνοτος, ὁ καὶ λευκόνοτος. μέσος δὲ ἀπαρκτίου καὶ ἀργέστου, θρασκίας, ἤτοι κέρκιος ὑπὸ τῶν περιοίκων ὀνομαζόμενος. ἔθνη δὲ οἰκεῖ τὰ πέρατα, κατ' ἀπηλιώτην, Βακτριανοί. κατ' εὖρον, ἰνδικοί. παρὰ φοίνικα, ἐρυθρὰ θάλασσα, καὶ αἰθιοπία. κατὰ λιβόνοτον, οἱ ὑπὲρ σύρτιν γαράμαντες. κατὰ λίβα, αἰθίοπες, καὶ οἱ δυσμικοὶ ὑπέρμαυροι. κατὰ ζέφυρον, στῆλαι, καὶ ἀρχαὶ λιβύης, καὶ εὐρώπης. κατὰ ἀργέστην, ἰβηρία, ἡ νῦν ἱσπανία. κατὰ δὲ θρασκίαν, κελτοὶ καὶ τὰ ὅμορα. κατὰ ἀπαρκτίαν, οἱ ὑπὲρ τὴν θράκην σκύθαι. κατὰ βορρᾶν, πόντος, μαιῶτις, καὶ σαρμάται. κατὰ καικίαν, κασπία θάλασσα, καὶ σάκαι.

& in ſeipſo aerem lumen poſſidere, ſed aliam eſſe ſubſtantiã unde lumẽ ſit. Vẽtus aũt eſt motio aeris, & locus eius in aere eſt. Eſt enim cuiuſq; corporis locus, eius continẽtia. quid aũt huiuſmodi corpora, niſi aer? Sunt aũt loci differentes, unde ſit huiuſmodi aeris motio, ex quibus & uenti ſuas denominationes habent: & ſunt uniuerſi duodecim Sunt qui aiũt, aerẽ ignis extinctionẽ eſſe, aut uaporẽ aquæ calefactæ Sed reuera aer ſuapte natura calidus eſt. frigeſit aũt eius ad terram & aquã uicinitate & ut eius imæ partes frigidæ ſunt: ita & ſummæ, calidæ. Ventus eſt multitudo exhalationis calidæ & ſiccę, mota circa terrã. Et uenti ſpirant ab exortu æſtiuo, cæcias & meſes ab exortu æquinoctiali, ſubſolanus: ab exortu hyemali, eurus: ab occaſu hyemali, libs: ab occaſu ęquinoctiali, zephyrus ab occaſu ęſtiuo, argeſtes, olympio, & iapyx. Deinde auſter & aquilo ex oppoſito flantes ab inuicẽ. Medius aquilonis & cæciæ, boreas eſt: medius euri & auſtri, phœnix, qui & uocaſ euroauſter: medius aũt auſtri & libis, liboauſter & leucinotus: medius aquilonis & argeſtæ, thraſcias, ſiue circius & à uicinis ſic nominanſ. Sunt igiſ omnes duodecim, quorum deſcriptio eſt huiuſmodi. Orientis æquinoctialis, ſubſolanus: orientis æſtiui, cæcias: orientis hyemalis, eurus: medij, euroauſter, boreas. aquilo ab urſa flat, auſter à meridie: medij, thraſcias, liboauſter: libs: ab occidẽte æſtiuo argeſtes: ab occidente hyemali, iapyx & olympion Præterea eſt & ab occidẽte æquinoctiali, zephyrus. Gentes uero ſecundũ uentos habitant regiones: ad ſubſolanum, Bactriani: ad eurum, Indi: ad phœnicem, Rubrum mare & Aethiopia: ad liboauſtrum, Garamantes, qui ſunt ſupra Syrtin: ad liben, Aethiopes, & occidentales Mauri: ad zephyrum, Columnæ, & Libyæ principium & Europæ: ad argeſtem, Iberia, quæ nunc Hiſpania: ad thraſciam, Celtæ & confinia: ad aquilonem, Scythæ ſuper Thraciam: ad Boream, Pontus, Mæotis, & Sarmatæ: ad cæciam, Caſpium mare, & Saces.

COMMENTARIVS

Aeris proprietates & qualitates hic elucidans autor, dicit in primis ipſum eſſe elemẽtũ ſubtiliſſimũ. Quod quidẽ non de ſimpliciter ſubtiliſſimo, & abſolute intelligendũ eſt, cũ ignis elemẽtaris ſit aere ſubtilior, rarior & tẽuior, ſed de ſubtiliſſimo inter ea quæ apud nos ſunt elemẽta, & noſtro uſui accõmodata. Eſt ẽm aer ſubtilior terra, aqua & igne noſtro domeſtico. Dicitur & aer grauior igne, id eſt minus leuis, ſecundum minus propriã comparatiui nominis acceptionem. Nam aer purus & elementaris nihil in ſe continet grauitatis, ſed minorem igne ſortitur leuitatẽ, ut ex philoſophia naturali cõpertũ eſt: ex qua etiã cæteræ eius conditiones hic enumeratæ, ſatis innoteſcunt, & potiſſimũ ratio motus eius naturalis,

qui tametsi ad unã tantũ differentiã sit positionis suapte natura, scilicet sursum secundũ quid & ad concauum ignis, tamen propter subtilitatẽ suã & agitabilitatẽ, in sua sphæra aer ad omnẽ mouetur differentiã positionũ, aut ut cedat corpori solidiori, aut ut oppleat locũ ab egrediunte corpore relictũ. Deinde uentorũ pertractans naturã & disquirens, dicit uentũ esse motionẽ aeris, q̃ non putetur exacta esse uenti diffinitio, sed antiquorũ potius descriptio, putantiũ idem reipsa esse uentũ & aerẽ. aerem quidem, cum quietus & tranquillus consisteret: uentũ uero, cum agitaretur aer. Verũ hos refellit Aristoteles in Meteoris, secundum cuius sententiã paulo pòst subnectitur aptior accuratiorq́ꝫ uenti descriptio, qđ est multitudo exhalationis calidæ & siccæ, mota circa terrã lateraliter & ex trãsuerso. Cæterũ q aiunt aerẽ esse ignem extinctũ, ut habet litera, uidentur in hanc adducti sententiã, qa perspectum habuerunt, ignis particulã cum extinguitur, in aerem resolui, & aquã calefactã uapores exhalare. Quod etsi in particulari igne, aere & aqua ueritatẽ habeat, nõ tamen de toto elemento simile existimandũ est. Alioqui oportuisset in mundi exordio totũ id spaciũ quod tunc aere occupatũ cernimus, igni oppletũ fuisse, & maximã ipsius partẽ extinctã in aerẽ esse cõuersam. Aut ab initio mundi totã terrã aquis fuisse adopertã, deinde extrinseco calefaciente ut sole feruefactã, hanc tantã uaporũ copiã (quanta est aeris) emisisse. Verùm quis tantum extinxerit ignem, aut tantum uaporis aquis eduxerit? Et cum frigiditate coactus uapor, rursum in aq̃ cõuertatur, ut argumento sunt penduiæ nubes in aere, cur frigefactus aer nõ iterum mutatur in aquã, à qua sum sit initiũ? Ponendũ est itaqꝫ, elementũ aeris à mundi principio cũ cæteris elementis esse creatum, cũ essent tenebræ sup faciẽ abyssi, id est in aere & cõgeneis corporibus priuatio luminis aliunde suscipiẽdi, & deinde cõdita lux toto aeris diffusa est spacio. At uerò terra, nõ aliena ui ut uentorũ impetu, sed solo cõditoris imperio apparuit arida, & congregatæ sunt aquæ in unum locũ, ut dicit scriptura. Proinde autumãdus est aer sua natura calidus, tametsi frigiditatẽ cõtrahat à terræ & aq̃ uicinia. Deinde uentorũ species & nomina Damascenus explicat, ac cuiusqꝫ illorũ situ atqꝫ collocationem, à determinata cœli parte unde exortũ suæ spirationis habet, desumptã. Distinguit autẽ eos (ut & Aristoteles in Meteoris) secũdum triplicem solis et ortũ, itidẽ & occasum, meridionalẽ cœli plagã & septentrionalem, atqꝫ intermedios his quatuor pręcipuis cœli partibus tractus. Sanè exortus ęstiuus dicitur ea cœli pars, qua sol oritur in solstitio ęstiuali, & cũ subit cancrũ. Exortus æqnoctialis est illa cœli plaga, qua sol oritur cũ est æquinoctiũ uernũ aut autũnale, cum scilicet ingreditur arietẽ aut librã. Exortus uerò hyemalis est illa cœli regio, qua sol nostrũ cõscendit hemisphæriũ in solstitio brumali siue hyberno, cũ scilicet occupare incipit capricornũ. Et ita triplicẽ occasum per analogiã diffinias. Plaga cœli meridionalis est, q̃ ad meridiẽ deuergit, polumq́ꝫ antarcticum. Septentrionalis uero ex opposito collocata, & q̃ tendit ad septentrionem, ac polũ arcticum. Et quoniã meridies & septentrio statu ꝑpetuò ꝑmanent in quauis anni parte, à singulis harũ partium unus tantum uentus sumitur. Quoniã uerò ortus & occasus mobilia & uaria sunt, quandoquidẽ nõ semp in eadem cœli parte sol toto anno oritur, neqꝫ semp eodẽ occidit loco, diuersi ab exortu cõstituũtur uenti, similiter & ab eo occasu. Vt autẽ de uentis ipsis hic nominatis, sigillatim & secũdũ ordinẽ literæ nõnihil ꝑstringatur, annotatione nõ est indignũ, quod cæcias ab æstiuo spirans exortu, ita teste Aristotele flat, ut nubes nõ ꝓpellat, sed ad sese uocet. ex quo ꝓuerbium factum scribit de prauo homine, qđ mala ad se trahit sicut cæcias nubes. Meses uentus ab eadem spirans parte, ita dictus est à meson, qđ græcè mediũ designat, quia subsolano & euro sit intermedius. Subsolanus à latinis id nominis sortitur, qđ sub sole spirat, & eadẽ ratiõe à græcis apeliotes dicitur. Eurus, à plaga cœli unde exoritur nomẽ tenet, sic nominatus, qđ ab oriẽte flat. Libs autẽ à Libya denominatur, qđ in ea frequens sit, & idẽ quoqꝫ Africus nuncupatur ab Africa. Porrò zephirus nomen sortitur apud Græcos, qđ satis uitã afferat. apud Latinos eadẽ ratiõe fauonius dicitur, qa placido suo flatu fouet omnia, aut fauet floribus & fructibus ꝓducendis. Argestes uẽtus est occidentalis, frigidus, q latinè corus dicitur, prima syllaba producta. interdũ mutatur illa o producta i au diphthõgon, & dicitur caurus, ut habet Virgilius: Semper hyems, semꝑ spirãtes frigore cauri. Olympion, q & olympias à nõnullis dicitur & hellespõtius, quod circa hellespontũ, & eũ terræ tractũ crebrius spiret, paulũ ab argeste deflexus: apud Atheniẽses frequẽs est, & ab illis quoqꝫ scyron nuncupatur, reliquæ autẽ Græciæ ignotus esse refertur. Iapyx autẽ uẽtus est ex Apulia ꝓficiscẽs, de quo Lucanus: Excipit aduersus zephiros & iapyga Pindus. inde Iapygia dicta est Apulia. Auster uẽtus meridionalis à hauriẽdis aquis. nã nebulosus atqꝫ humectus est, q etiam notus græcè eadem ratione dicitur ab humore. Aquilo uentus septentrionalis, dictus à uehẽentissimo uolatu instar aquilæ. à græcis aparctias dicitur quoniã ab arcto spirat. qui admodum uiolentus est, siccus & frigidus. Boreas inter septentrionem & exortum æstiuũ medius, haud multũ ab aquilone distat, & usqꝫ adeò illi naturæ conditione affinis est, ut sæpenumero horũ duorum unus pro altero ponitur. Ab hyperboreis spirat montibus, & id nominis sortitus putatur, quoniã ut uiolẽti flatus est, ita & sonori. Phœnix inter exortũ hyemalem & meridiem medius uentus, cõposito nomine etiã euroauster dicitur, quod euro austroq́ꝫ interiaceat. Eundem alij phœniciã appellant. Liboauster uentus est inter occasum hyemalẽ & meridiem constitutus, à libe & austro uentis extr

extremis(quibus proximè interiectus eſt)id nomen mutuatus,qui & conſimili ratione leuci notus dicitur,ex utriuſq; græci nominis dictorũ uentorum cõpoſitione. Traſcias aũt uentus eſt inter occaſum æſtiuũ & ſeptẽtrionẽ collocatus,qui ab alijs etiã thraſceas nuncupatur.à nõ nullis itidem circius dicitur,à turbine & uertigine,quòd in circũ res agat & inuoluat:ita appellatus,quoniam nulli eſt uiolentia inferior.hic Narbonenſi prouinciæ ita peculiaris eſſe traditur ab autorib.ut ultra illũ terræ tractũ ſe non protendat.Itaq; omnes uenti ſupradicti, ſunt duodecim non quidẽ ſecundum nominũ prius poſitorũ numerũ ſumpti, cũ lõgè plura quã duodecim poſita ſint uentorum nomina,ſed ſecundũ ſitum & collocationẽ partiũ cœli connumerati.Siquidẽ cõſtituti ſunt tres à triplici exortu deducti,& totidẽ ab occaſu triſariã diſtincto,unus meridionalis,unus ſeptentrionalis unus inter ſeptentrionẽ & exortũ æſtiuũ medius,unus inter exortũ hyemalẽ & meridiẽ poſitus,unus itẽ inter occaſum hyemalẽ & meridiẽ locatus,& deniq; unus inter occaſũ æſtiuũ & ſeptẽtrionẽ ſitus. Hæc aũt omnia ex Sipõtino latius agnoſcuntur.Populorũ identidẽ in litera nominatorũ.habitantiũ regiones à quib. ortũ ducunt uenti,nõ negligenda eſt deſcriptio:Bactriani quidẽ populi ſunt Aſiæ iuxta oriẽtem.eorũ regio Bactriana dicitur,aut Bactra,orum.Indi,populi eoi atq; orientales.eorũ regio India,ab Indo loci fluuio denominatur.Rubrũ mare atq; Erithreũ,iuxta Aegyptũ eſt,Africę cõterminũ,cui adiacet Aethiopia Libyca:Garamãtes populi extremi Libyæ, Plillis finitimi efferis ac barbaris morib.inſignes.Syrtis locus eſt mari Libyco,nauib. exitialis ac pernicioſus.Aethiopes,occidentalesq; Mauri,occiduã terræ partẽ habitant,& extremos Hiſpaniæ fines tenent.C olũnæ Herculeæ apud Gades ſunt,& in ultima plaga, quas Hercules ut ſui terreſtris itineris metas,fixiſſe refertur.Libya,Africæ pars eſt Europa,tertia pars terræ habitabilis,ad occidentẽ deuergens.Iberia,Hiſpania,ab Ibero fluuio ſic cognominata. Celtæ, populi Hiſpaniæ cõtermini,à quibus & Ibero fluuio loci,nomẽ ſortiti ſunt.Celtiberi Hiſpaniæ populi.Scythæ ſunt Scythicæ regionis incolæ,quæ ad urſam partemq; cœli borealẽ decumbit perpetuo gelu rigens.Thracia,Scythiæ finitima eſt.Põtus,mare Scythiæ,ad Tenedũ uſq; ſeꝓtẽdẽs Mæotis,Scytharũ maxima palus.Sarmatæ,ſiue Sauromatę populi Scythiæ,plauſtris totã ſuppellectilẽ circũuehentes,ſolitudinesq; ꝓ domib. habitãtes . lacte equino interdũ & ſanguine utuntur in potũ,& immanitati ſunt nominatiſſimi.Mare Caſpiũ ad orientẽ ſitum eſt iuxta Hyrcaniã.Saches(quos Ptolemæus & Strabo Sachas nominãt)populi ſunt orientales ultra mare Caſpiũ,Sogdianis contermini,qui nec urbes nec uicos habere perhibẽtur,ſed nemora & ſpecus habitare,inſuper & ſagittas iaculandi arte peritiſſimi eſſe memorantur.

ΠΕΡΙ ΥΔΑΤΩΝ. κθ.

Καὶ τὸ ὕδωρ δέ, ἓν τῶν στοιχείων τῶν τεσσάρων ἐστί, ποίημα θεοῦ κάλλιστον. ὕδωρ ἐστὶ στοιχεῖον ὑγρόν τε καὶ ψυχρόν, βαρύ τε καὶ κατωφερές, εὐδιάχυτον. τούτου δὲ μνημονεύει ἡ θεία γραφὴ λέγουσα, καὶ σκότος ἦν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. ἄβυσσος γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ὕδωρ πολύ, οὗ τὸ τέλος ἀκατάληπτον ἀνθρώποις. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν τὸ ὕδωρ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπεπόλαζε. καὶ πρῶτον μὲν ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα, διαχωρίζον ἀναμέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος, καὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ὑποκάτω τοῦ στερεώματος. ἐν μέσῳ γὰρ τῆς ἀβύσσου τῶν ὑδάτων ἐστερεώθη, τῷ δεσποτικῷ προστάγματι. ὅθεν καὶ στερέωμα εἶπεν ὁ θεὸς γενέσθαι, καὶ ἐγένετο. τίνος δὲ χάριν ἐπάνω τοῦ στερεώματος ὕδωρ ὁ θεὸς ἀπέθετο; διὰ τὴν τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ αἰθέρος θερμοτάτην ἔκκαυσιν. εὐθέως γὰρ μετὰ τὸ στερέωμα, ὁ αἰθὴρ ὑφήπλωται. καὶ ὁ ἥλιος δὲ σὺν τῇ σελήνῃ καὶ τοῖς ἄστροις, ἐν τῷ στερεώματι εἰσί. καὶ εἰ μὴ ἐπέκειτο ὕδωρ, ἐφλέχθη ἂν ὑπὸ τῆς θέρμης τὸ στερέωμα.

DE AQVA. Cap. IX.

EST autem aqua unũ quatuor elementorũ,optima Dei factura. Aqua elementum eſt humidum & frigidũ,graue,& deorſum mobile,& diffundi facilimũ. cuius meminit diuina ſcriptura dicens: Et tenebræ erãt ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquã. Abyſſus enim nihil aliud eſt, niſi aqua plurima,cuius finis incõprehenſibilis ſit hominibus.In principio igitur aqua ſuper omnem terram effundebatur.Et primum quidem fecit Deus firmamentũ,dirimens per medium aquã quæ erat ſuper firmamentũ, ab ea quæ infra firmamentũ In medio enim abyſſi imperio Domini factũ eſt firmamentũ. unde & dixit Deus: Fiat firmamentũ, & factũ eſt.Cuius aũt gratia locauit ſuper firmamentum aquam Deus? propter ſolis & ætheris calorem feruentiſſimum. Nam mox poſt firmamentum ſubducitur æther, ſol autem cũ luna & aſtris in firmamento ſunt. Et niſi ſuperlocata eſſet aqua, exiſtimandum eſt,& ab illo ingenti feruore iam conflagraſſe firmamentum, abijſſeq; in flammas.

Deinde

Εἶτα προσέταξεν ὁ Θεὸς συναχθῆναι τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν. τὸ δὲ μίαν συναγωγὴν λέγειν, οὐ δηλοῖ τὸ ἐν ἑνὶ τόπῳ συναχθῆναι αὐτά. ἰδοὺ γὰρ μετὰ ταῦτα φησί· καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας. ἀλλὰ τὸ ὁμοῦ καθ᾽ ἑαυτὰ κεχωρισμένα τῆς γῆς γενέσθαι τὰ ὕδατα, ὁ λόγος ἐδήλωσε. συνήχθησαν τοίνυν τὰ ὕδατα εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν. καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. ἐντεῦθεν αἱ δύο θάλασσαι, αἱ τὴν αἴγυπτον περιέχουσαι (μέση γὰρ αὕτη τῶν δύο κεῖται θαλασσῶν) συνέστησαν διάφορα πελάγη, καὶ ὄρη, καὶ νήσους, καὶ ἀγκῶνας, καὶ λιμένας ἔχουσαι. καὶ κόλπους διαφόρους περιέχουσαι, αἰγιαλούς τε καὶ ἀκτάς. αἰγιαλὸς μὲν γάρ, ὁ ψαμμώδης λέγεται. ἀκτὴ δέ, ἡ πετρώδης καὶ ἀγχιβαθής, εὐθέως ἐν τῇ ἀρχῇ βάθος ἔχουσα. ὁμοίως καὶ ἡ κατὰ τὴν ἀνατολήν, ἥτις λέγεται ἰνδική. καὶ ἡ βορεινή, ἥτις λέγεται κασπία. καὶ αἱ λίμναι δὲ ἐντεῦθεν συνήχθησαν. ἔστιν οὖν ὁ μὲν ὠκεανός, οἱονεί τις ποταμὸς κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν. περὶ οὗ εἰρηκέναι μοι δοκεῖ ἡ θεία γραφή, ὅτι ποταμὸς ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ παραδείσου, πότιμον καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἔχων. οὗτος χορηγεῖ τὸ ὕδωρ ταῖς θαλάσσαις. ὅπερ ἐν ταῖς θαλάσσαις χρονίζον, καὶ ἑστὼς ἀκίνητον, πικρὸν γίνεται, τοῦ ἡλίου ἀεὶ τὸ λεπτότερον ἀνιμωμένου καὶ τῶν σιφώνων. ὅθεν καὶ τὰ νέφη συνίστανται, καὶ οἱ ὄμβροι γίνονται, διὰ τῆς διηθήσεως γλυκαινομένου τοῦ ὕδατος. οὗτος καὶ εἰς τέσσαρας ἀρχάς, ἤτοι εἰς τέσσαρας ποταμοὺς διαιρεῖται. ὄνομα τῷ ἑνὶ φεισών, τουτέστι γάγγης ὁ ἰνδικός. καὶ ὄνομα τῷ δευτέρῳ γεών, οὗτος ἐστὶν ὁ νεῖλος, ὁ ἀπὸ αἰθιοπίας εἰς αἴγυπτον κατερχόμενος. καὶ ὄνομα τῷ τρίτῳ, τίγρις. καὶ ὄνομα τῷ τετάρτῳ, εὐφράτης. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι πλεῖστοι καὶ μέγιστοι ποταμοί. ὧν οἱ μὲν εἰς τὴν θάλασσαν κενοῦνται, οἱ δὲ ἐν τῇ γῇ ἀναλίσκονται. ὅθεν πᾶσα ἡ γῆ διάτρητός ἐστι, καὶ ὑπονόμους, ὥσπερ τινὰς φλέβας ἔχουσα. δι᾽ ὧν ἐκ τῆς θαλάσσης δεχομένη τὰ ὕδατα, τὰς πηγὰς ἀνίησι. πρὸς οὖν τὴν ποιότητα τῆς γῆς καὶ τὸ τῶν πηγῶν ὕδωρ γίνεται. διηθεῖται μὲν γάρ, καὶ διυλίζεται διὰ τῆς γῆς τὸ θαλάττιον ὕδωρ, καὶ οὕτω γλυκαίνεται. εἰ δὲ ὁ τόπος ὅθεν ἡ πηγὴ ἀναδίδοται, τύχοι πικρὸς ἢ ἁλμυρός, πρὸς τὴν γῆν καὶ τὸ ὕδωρ ἀνάγεται. στενούμενον δὲ πολλάκις τὸ ὕδωρ, καὶ βίᾳ ῥηγνύμενον, θερμαίνεται. κἀντεῦθεν τὰ αὐτοφυῆ θερμὰ ἀνάγονται ὕδατα.

Deinde præcepit Deus, ut cōgregarentur aquæ in unam cōgregationē, & dicendo in unam congregationem, non significat in loco uno illas cōgregasse: (nam uides ut postea dicat, & consistētias aquarum uocauit maria) sed secundū seipsas à terra separatas simul factas esse aquas, ostendit hic sermo. Congregatę sunt igitur aquę in cōgregationes suas, & apparuit arida. Hinc sunt duo maria quæ circundant Aegyptum: ipsa enim media inter duo maria iacet. Constituti sunt & diuersi pelagi, mōtes, insulas, scopulos, portus, uarios sinus continentes, littoraq; & actas. Littus arenosum dicit̃, actæ uerò saxosa littora, proximè profunda, in ipso statim principio profunditatem habentia. Similiter aũt & ad orientem est mare, quod dicitur Indicũ. est & boreũ, quod dicitur Caspium. Sed & stagna hinc cōgregata sunt. Est & Oceanus, ut fluuius quidam circundans totam terram de quo mihi dixisse uidetur diuina scriptura, quod fluuius procedit de Paradiso, potabilē ac dulcem aquã habens. hic aquam præbet omni mari, perseuerans & indemutabilis manens Fit aũt salsum mare sole semper, & alijs (ut siphōes quidã) quod subtilissimum est attrahentib. unde & nubes consistunt, & nubes gignuntur dulci euaporata aqua. Hic Oceanus in quatuor principia, id est in quatuor flumina diuiditur. Nomē uni Phison, hic est Ganges Indicus: & nomen secundo Geō, ille est Nilus ab Aethiopia in Aegyptũ descendens: & nomen tertio Tigris, nomē uerò quarto Euphrates. Sũt aũt alij plurimi & maximi fluuij, quorũ hi quidem in mare uanescunt, illi uerò in terra consumuntur. Vnde & tota terra porosa est, antrosa, ueluti quasdam uenas habens, per quas ex mari suscipiens aquas, fontes perficit. Ad qualitatem igitur terræ & fontiũ aqua fit, per colatur, & depuratur per terram marina aqua, & sic dulcorascit. Si autem locus unde fons redditur, fuerit aut amarus, aut salsuginosus, & ad naturã terræ fons educitur. Angustata enim frequenter aqua, & ui erumpens, calescit: & hinc natiuæ & per se calidæ redduntur aquæ.

Diuinæ

διὰ τοῦ θείου προστάγματος, κοιλώματα ἐν τῇ γῇ γεγόνασιν. καὶ οὕτως εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν συνήχθησαν τὰ ὕδατα. ἐντεῦθεν καὶ τὰ ὄρη γεγόνασι. πρώτῳ τοίνυν τῷ ὕδατι προσέταξεν ὁ θεὸς ἐξαγαγεῖν ψυχὴν ζῶσαν. ἐπειδὴ ἔμελλε διὰ ὕδατος καὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ἐπιφερομένου τοῖς ὕδασιν ἁγίου πνεύματος, ἀνακαινίζειν τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο γὰρ ὁ θεῖος ἔφη Βασίλειος. ἐξήγαγε δὲ ζῷα μικρά τε καὶ μεγάλα, κήτη καὶ δράκοντας, ἰχθύας ἐν τοῖς ὕδασιν ἕρποντας, καὶ πετεινὰ πτερωτά. διὰ τῶν πετεινῶν οὖν συνάπτεται τό, τε ὕδωρ, καὶ ἡ γῆ, καὶ ὁ ἀήρ. ἐξ ὑδάτων μὲν γὰρ ταῦτα γεγόνασιν. ἐν τῇ γῇ δὲ διατρίβει, καὶ ἐν ἀέρι ἵπταται. κάλλιστον δὲ στοιχεῖον τὸ ὕδωρ, καὶ πολύχρηστον, καὶ ῥύπου καθάρσιον, οὐ μόνον σωματικοῦ, καὶ ψυχικοῦ δέ, εἰ προσλάβοι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος.

Diuino igitur iussu concauitates in terra factæ sunt, & sic in cõgregationes suas conueniunt aquæ, hinc etiã & montes facti sunt. In principio igitur præcepit Deus aquæ, ut educeret animã uiuentẽ, quia debebat per aquã & spiritũ sanctum (qui à principio ferebatur super aquas) renouare hominẽ. Hoc profectò diuinus asseruit Basilius. Eduxit ergo animalia pusilla & magna, cetæ, dracones, pisces aquarũ reptilia, & uolatilia pennata Per uolatilia igitur cõspirant & coniunguntur aqua, terra, & aer. nam ex aquis illa prodierunt, & in terra diuersantur, & in aere uolant. Optimũ ergo elemẽtum, aqua, & plurimo usui accõmodum, sordis purgatiuum, nõ modo corporis, sed & animæ, modo spiritus sancti gratiam assumpserit.

COMMENTARIVS.

De aqua tertio elemento pertractationẽ hic faciens autor, & eius proprietates discutiẽs,
adducit inter cætera rationẽ, quare Deus locauit aq̃ sup firmamentũ. ut illius (inquit)
refrigerio & tẽperamento cõseruaretur ipsum firmamentũ, ne ignis & solis feruore ambure-
retur. Verũ hæc ratio nõ ipsius uidetur autoris, sed potius antiquorũ, existimantiũ cœlũ cali-
ditatẽ suscipere posse & adustionẽ, quorũ sentẽtiã hic affert, nec physicæ disciplinæ, nec uerita
ti satis consonã. Cũ em̃ cælum non sit subiectũ alterationi qualitatum elementarium, nec eas
recipere natũ, quo pacto existimauerit rectè quispiã. ipsum aut ab igne proximè subiecto, aut
à sole & astris, æstum & feruorẽ suscipere posse, q̃ ipsius timeatur cõflagratio? quemadmodũ
ferunt poetæ, Phaetontem paterni currus temerariũ aurigã, recto calle expaciatũ, totã fermè
cœli machinã pariter & terræ exussisse. Insup aquæ illæ super cœlos collocatæ nõ putãtur esse
elemẽtares, & similis naturæ cũ aquis nostri orbis, mobiles scilicet, diffluẽtes & frigidæ, ut sua
frigiditate tẽperent æstum solis & astrorũ. sed ꝑrsus alterius generis & cœlestis, ab algore, gra
uitate, & cæteris naturaliũ rerũ qualitatibus pœnitus alienæ. Quẽadmodũ inquit Beda: Qui
infra cœlũ ligat aquas ad tempus, uaporibus nubiũ retentas, potest etiã supra cœli sphæram
nõ uaporabili tẽuitate, sed glaciali soliditate aquas suspẽdere ne labãtur. Verũ de hisce aquis
sexto ca. huius libri latior habitus est sermo. Nos igitur qđ sup cœlos sunt aquæ, diuina scri-
ptura docente, indubitatũ habemus. Quales autẽ sint illæ, & q̃ ob causam ibidẽ constitutæ, so
lus nouit rerũ conditor, qui suũ cuiq; designauit usum, neq; quicquã ociosum aut frustra de
duxit ad ortũ Deinde autor exponens unde maria & flumina suã sumant originẽ, dicit in lite
ra, hinc sunt duo maria, q̃ circundãt Aegyptũ: hinc in quã, id est ex hac congregatione aqua-
rum facta in unum locũ Dei imperio, cum apparuit arida, postquã aqua totã operuerat terrã.
Sunt autẽ illa duo maria (ut antiqua innuit traductio) q̃bus clauditur Aegyptus, mare medi-
terraneũ & rubrũ. Sunt & alia maria à regionibus quas ꝑlabuntur nomen sortita, ut Hispani
cum, Libycũ, Gallicũ, Germanicũ, Britãnicũ, & ita de cæteris passim occurrentibus. De Ocea
no uerò subiungit, qđ fluuius sit circundãs totã terrã, de quo scriptura intelligi debere uide-
tur, cum inquit, quod fluuius procesit paradiso. Enimuero si oceanus ꝓ mari sumatur totã
terrã cõplectente, ut ferè apud omnes autores, non uidetur is esse fluuius qui Geneseos secun
do scribitur egredi de paradiso uoluptatis: lõgè em̃ aliud est mare, & aliud fluuius. Adde qđ
anteq̃ dicit Deus plãtasse paradisum uoluptatis. ex quo emanat is fluuius, cuius meminit scri
ptura Genes. 2 capite iã aquas in unum locum iusserat cõgregari, in secũdo scilicet diei opere
& cõgregationes aquarũ appellauit maria, ut dicitur ca. 1. Fuit igitur oceanus & mare totam
ambiens terrã, antequã esset fluuius ille egrediens. Demum fluuius ille ex paradiso scaturiẽs
dulcẽ cõtinet aquã & ꝑotabilẽ, ut manifestant quatuor ab ipso prodeuntia flumina. Quo igi-
tur modo is fluuius idẽ mari fuerit, aut ei principiũ administrauerit, qđ salsuginosum est, &
amaricatum? Et planè Aristoteles eos improbat, q putãt fluuios præstitisse mari principium,
quod hoc salsum sit, illi uerò dulces atque suaues. Identidẽ & antiquos hanc salsedinis maris
causam asignãtes, quod sol è mari dulce, potabileq; sustulerit, & in uapores conuerterit, qui
deinde in nubem concrescunt, relicto eo in maris alueo quod terrestre, feculentum & den-
sum est, Aristoteles in Meteoris confutat hac ratione: Quanta multitudo uaporum rursum

tollitur

tollitur à mari,concrescitq́ in nubes,tanta rursum cadit deorsum,nubibus in pluuiã resolu
tis. At restituta æquali dulcis aquæ multitudine,mare non est dulce,sed amarũ.Igitur ꝓpter
aquæ dulcis remotionẽ,non erat prius factum amarum.Deinde aliã eodem loco assignat A
ristoteles salsedinis maris causam,philosophiæ naturali magis consentaneã, ob exhalationis
scilicet terrestris é fundo maris sublatæ frequentem per mare transitum.Dicuntur aũt sipho
nes(quo uocabulo utitur hic litera)canales,tubi,fistulæq́, per quas urgente spiritu aqua uel
alius liquor emittitur,à sono decurrentis per angustum aquæ sic dicti.Quales sunt in fontib
manu fabrefactis,in quibus sunt huiusmodi lingulę plures prominentes, & aquas plurifari
euomentes.Inde siphunculus diminutiuũ deducitur, qđ accipitur pro exigua fistula ex ære
uel marmore aliaue materia,per quã aqua exilit é fonte. Cùm deinceps ait Damascenus, terri
antrosam & porosam ueluti quasdã uenas habere,per quas ex mari suscipiens aquas, fontes
perficit:uidetur eo loco cũ antiquis sentire, dicentib.fontes é mari suã originẽ suscipere,aqu
maris per occultos terræ meatus lõgo deducta tractu,ac demũ erũpẽte ubi fontiũ cõspicitur
principiũ.Verũ hanc sentẽtiã refellit dulcedo fontiũ,quæ ex aqua amarore infecta & salsugi
ne,haud quaq̃ ducere potest originẽ. Neq́ id obiectionẽ soluit, aq̃ maris transitu per terram
facto amisisse salsedinẽ,& in dulcedinẽ permutatã.Nã terra potius aquas dulces,reddit ama
ras & salsas,ob permixtas illis terrestres exhalationes.quo igitur pacto auferet salsedinẽ,&
dulces efficiet aquas?Proinde ꝓbanda magis est Aristotelis sententia,fontes ex aere in terræ
cõcauitatib.suscepto,cõuersoq́ in aquã,gigni,& collectã in terræ receptaculis,scaturigine e
dem erũpere.Verùm hæc omnia physicã potius desiderant operam,quàm theologicam ex
quirant indaginẽ,& ex philosophiæ naturalis ꝓloquijs ac theorematib. facilè dinosci pos
sunt:quocirca nõ est ipsis diutius immorandũ.Postremũ mysticam.aperiens intelligentiam
& mysteriũ huius loci scripturæ,qđ spiritus Domini ferebatur super aquas, & exinde D
præcepta educta sunt uiuẽtia,pisces & aues,subnectit author in litera:Hoc profecto diuin
asseruit Basilius hoc inquã,quod modo dictũ est,scilicet spiritũ Domini aquas in mundi in
itio cõfouisse,& ex aquis eductã animaliũ uitam,ut id esset symbolũ designatiuumq́,in sa
taris lauacri & baptismi mysteriõ,spiritũ sanctũ aquæ ministerio regeneraturũ animas,qu
ex aqua& spiritu sancto renatæ,spiritualẽ assumant uitã.Cuius quidẽ aquæ baptismalis p
conia & mysteria,beatus Hieronymus diffusè pertractat in epistola ad Oceanũ de unius ux
ris uiro, referẽs idipsum qđ hic ex Basilio adducitur.Deniq́ aqua hic ab autore dicitur op
mũ elementũ,non naturæ quidẽ dignitate, cũ ignis & aer ipsam perfectione longè acced
sed usus ac officij accõmodatione,quod ad plures usus humanos quã aliud quoduis elem
tum conducat.sicut ab Aristotele manus dicitur eandem ob causam organum organoru
quod omniartifex est, & cuiusuis artis exerceat ac moliatur opus.

ΠΕΡΙ ΠΕΛΑΓΩΝ. κε.

Etiã hoc caput nunc primũ latinè uersum editur.

Ἀναδέχεται τὸ αἰγαῖον πέλαγος, ἑλλήσποντος, λήγων εἰς ἄβυδον καὶ σηστόν. εἶτα ἡ προποντὶς, λήγουσα εἰς χαλκηδόνα καὶ βυζάντιον. ἔνθα τὰ στενὰ, ἀφ᾽ ὧν ὁ πόντος ἄρχεται. εἶτα ἡ μαιῶτις λίμνη. πάλιν δὲ ἀπ᾽ ἀρχῆς εὐρώπης, καὶ λιβύης, ἰβηρικὸν, τὸ ἀπὸ στηλῶν εἰς πυρήνην τὸ ὄρος. λιγυστικὸν δὲ, τὸ ἕως τῶν τῆς τυῤῥηνίας περάτων. σαρδόνιον δὲ, τὸ ὑπὲρ τὴν σαρδὼ, νεῦον πρὸς τὴν λιβύην κάτω. τυῤῥηνικὸν δὲ, τὸ μέχρι σικελίας λῆγον, ἀρχόμενον ἀπὸ τῶν τῆς λιγυστικῆς ἄκρων. εἶτα λιβυκὸν, εἶτα κρητικὸν, καὶ σικελικὸν, καὶ ἰώνιον, καὶ ἀδριανὸν, τὸ ἀνακεχυμένον ἐκ τοῦ σικελικοῦ πελάγους, ὃν καλοῦσι κορινθιακὸν κόλπον, ἤτοι ἀλκυονίδα θάλασσαν. τὸ δὲ σουνίῳ καὶ σκυλλαίῳ περιεχόμενον πέλαγος, σαρωνικόν. εἶτα μυρτῶον, καὶ ἰκάριον, ἐν ᾧ καὶ αἱ κυκλάδες. εἶτα καρπάθιον, καὶ παμφύλιον, καὶ αἰγύπτιον. ὑπὲρ δὲ τὸ ἰκάριον ἑξῆς ἀναχεῖται τὸ αἰγαῖον. ἔστι δὲ ὁ τῆς εὐρώπης παράπλους, ἀπὸ τανάϊδος

DE MARIBVS, SIVE PELAGIS, Cap. XXV.

EXcipit Aegæum mare Hellesp
tus,ad Abydum & Sestũ se fini
Postea Propõtis,finiens se ad Ch
cidonem & Bysantium . illic angu
sunt à quibus Pontus initiũ suũ hab
Postea Męotis palus. Rursus aũt ab
itio Europæ & Libyæ, Ibericũ, quo
columnis ad Pyrenæum montem u
se protendit.Ligusticũ uerò ad Tyr
niæ usq́ fines.Sardiniũ uerò, quod
prà Sardiniam, Libyã uersus deors
uergit.Tyrrhenum autem,quod fa
initio à Ligusticæ extremitatib. ad S
liam usq́ se extendit.Postea Libycu
postea Creticum,& Siculũ,& Ioniũ
Adriaticũ, q̃d ex Siculo pelago effu
ditur,quẽ sinũ Corinthiacũ siue Al
nium mare uocant . Quod uerò Su
& Scyllęo inclusum est mare, Saron
dicitur. Postea Myrtoum & Icariũ,
quo & Cyclades sunt.Postea Carpathium,& Pamphylium,& Aegyptiacũ.Sur
uerò Icarium continuæ Agæum alluit. Est autem Europæ nauigatio à Tan
flumi

ποταμοῦ ἐκβολῶν, ἕως Ἡρακλέους στηλῶν, στάδια ςθψθ. τῆς δὲ Λιβύης ἀπὸ Τίγγεως μέχρι στόματος Κανωβικοῦ, στάδια βθσνβ. τῆς δὲ Ἀσίας ἀπὸ Κανώβου, ἕως Τανάϊδος ποταμοῦ μετὰ τῶν κόλπων ὁ παράπλους, στάδια δρια. ὁμοῦ παράλιος σὺν κόλποις τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, στάδια ιγθοβ.

fluminis ostiis ad Herculis usq; columnas stadiorũ 609709. Libyæ uero à Tinge ad Canobicum usq; ostiũ stadia 209252. Asiæ deniq; usq; ad Tanaim fluuiũ cum sinubus annauigatio stadiorũ 4111. Littus unà cum sinubus nobis inhabitati orbis stadia 1309072.

ΠΕΡΙ ΓΗΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ἐξ αὐτῆς. κ. ι.

Ἡ γῆ ἐν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐστὶ, ξηρόν τε καὶ ψυχρὸν, καὶ βαρὺ, καὶ ἀκίνητον, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ παρηγμένον. ἐν ἀρχῇ γάρ φησιν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. ἧς τὴν ἕδραν, καὶ τὴν βάσιν, οὐδεὶς ἀνθρώπων εἰπεῖν δεδύνηται. οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ ὑδάτων φασὶν ἡδράσθαι, καὶ πεπῆχθαι αὐτὴν, ὥς φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ. τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ ὑδάτων. οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀέρος. ἄλλος δέ φησιν· ὁ ἑδράσας τὴν γῆν ἐπ' οὐδενός. καὶ πάλιν ὁ θεηγόρος Δαβίδ, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ δημιουργοῦ· ἐγώ, φησιν, ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς, τὴν συνεκτικὴν αὐτῆς δύναμιν στύλους ὀνομάσας. τὸ δὲ ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, δηλοῖ τὸ πανταχόθεν περικεχύσθαι τῇ γῇ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν. κἂν οὖν ἐφ' ἑαυτῆς, κἂν ἐπὶ ἀέρος, κἂν ἐπὶ ὑδάτων, κἂν ἐπ' οὐδενὸς δῶμεν ἡδράσθαι αὐτὴν, χρὴ μὴ ἀφίστασθαι τῆς εὐσεβοῦς ἐννοίας, ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ συγκρατεῖσθαι ὁμολογεῖν, καὶ συνέχεσθαι τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν, καθώς φησιν ἡ θεία γραφὴ, ὑπὸ ὑδάτων ἐκαλύπτετο, καὶ ἀκατασκεύαστος, ἤτοι ἀκόσμητος ἦν. τοῦ δὲ Θεοῦ προστάξαντος, τὰ τῶν ὑδάτων δοχεῖα γεγόνασι, καὶ τότε τὰ ὄρη ὑπῆρξαν. καὶ τῷ θείῳ προστάγματι τὸν οἰκεῖον ἀπείληφε κόσμον, παντοδαπαῖς χλόαις καὶ φυτοῖς ὡραϊσθεῖσα. οἷς τὸ θεῖον ἐνέθηκε πρόσταγμα δύναμιν αὐξητικήν τε καὶ θρεπτικὴν, καὶ σπερματικὴν, ἤτοι ὁμοίου γεννητικήν. ἐξήγαγε δὲ τοῦ δημιουργοῦ κελεύσαντος, καὶ παντοῖα γένη ζώων, ἑρπετῶν τε καὶ θηρίων, καὶ κτηνῶν. πάντα μὲν πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου εὔκαιρον χρῆσιν· ἀλλὰ τούτων τὰ μὲν πρὸς βρῶσιν, οἷον ἐλάφους, πρόβατα, δορκάδας, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ δὲ πρὸς διακονίαν, οἷον καμήλους, βόας, ἵππους, ὄνους, καὶ τὰ τοιαῦτα.

DE TERRA, ET IIS QVAE ex ea sunt. Cap. X.

Terra quatuor elemẽtorum unum est, siccum & frigidum, grauissimum & immobile, à Deo ex nihilo ad esse prima die deductum. In principio enim (inquit) fecit Deus cœlum & terram. cuius sedem & basim, nullus hominum dicere ualuit. Hi enim aiũt ipsam super aquas fundatam, & firmatam esse, ut diuinus inquit Dauid, Qui firmauit terram super aquas: illi uero super aerem. Alius autem ait, Qui firmauit terram super nihilum. Et rursus diuinus Dauid in persona opificis: Ego (inquit) firmaui columnas eius. continentem terræ uirtutem, columnas nominans. Quod autem ait, Super maria fundauit eam: ostendit undiq; terræ circunfusam aquæ naturam. Et siue dabimus ipsam in seipsa, siue aere, siue in aquis, siue in nihilo firmatam, stabilitáq; esse, decet nos in nullo piæ aduersari intelligentię, confiteri simul omnia à uirtute eius qui creauit contineri, fulciri, ac cõstringi. In principio autẽ (scriptura dicit) terra cooperiebatur ab aquis, & erat inculta, & absq; ornatu: cũ præcipiente Deo, aquarũ receptacula facta sunt. Et tunc montes extarũt, & diuino præcepto propriũ terra suscepit ornatum, omnigenis herbarum & plãtarũ uarietatibus decorata: quibus indidit diuina iussio uegetatricem uirtutẽ, auctricem, altricem, & seminariam, siue similis propagatricem. Eduxit etiã & mundi opifice mandante omnimoda genera animalium, reptilium, ferarũ cicurum, ac pecorũ: uniuersa quidem ad hominis opportunã utilitatẽ. Sed horũ hęc ad cibũ, ut ceruos, oues, capreas, & eiusmodi: hæc ad ministerij usum, ut camelos, boues, equos, asinos, & id genus:

τὰ δὲ πρὸς τέρψιν, οἷον πιθήκους, καὶ τῶν ὀρνέων, κίσσας τε καὶ ψιττάκους, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τῶν φυτῶν δὲ καὶ τῶν βοτανῶν, τὰ μὲν κάρπιμα καὶ ἐδώδιμα, τὰ δὲ εὐώδη καὶ ἀνθηρά, πρὸς τέρψιν ἡμῖν δεδωρημένα, οἷον τὸ ῥόδον, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ δὲ πρὸς νοσημάτων ἴασιν. οὐκ ἔστι γὰρ οὐδὲν ζῶον, οὐδὲ φυτόν, ἐν ᾧ οὐκ ἐνέργειάν τινα, τῇ τῶν ἀνθρώπων χρείᾳ χρησιμεύουσαν ὁ δημιουργὸς ἐναπέθετο. ὁ γὰρ τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν ἐπιστάμενος, εἰδὼς ὡς μέλλει ἐν αὐτεξουσίῳ παραβάσει ὁ ἄνθρωπος γίνεσθαι, καὶ τῇ φθορᾷ παραδίδοσθαι, πάντα πρὸς εὔκαιρον χρῆσιν αὐτοῦ. τά τε ἐν τῷ στερεώματι, τά τε ἐν τῇ γῇ, καὶ τὰ ἐν ὕδασιν ἔκτισε. πρὸ μὲν οὖν τῆς παραβάσεως, πάντα ὑποχείρια τῷ ἀνθρώπῳ ἦν. ἄρχοντα γὰρ αὐτὸν κατέστησεν ὁ θεὸς πάντων τῶν ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τοῖς ὕδασιν. καὶ ὁ ὄφις δὲ συνήθης τῷ ἀνθρώπῳ ἦν, μᾶλλον τῶν ἄλλων αὐτῷ προσερχόμενος, καὶ τερπνοῖς πρὸς ὁμιλῶν τοῖς κινήμασιν. ὅθεν δι' αὐτοῦ τὴν κακίστην ὁ ἀρχέκακος διάβολος ὑποθήκην τοῖς προπάτορσιν εἰσηγήσατο. καὶ ἡ γῆ δὲ αὐτομάτη τοὺς καρποὺς ἔφερε, πρὸς χρείαν τῶν ὑποχειρίων αὐτῷ ζώων. καὶ οὔτε ὄμβρος ἦν ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε χειμών. μετὰ δὲ τὴν παράβασιν, ἡνίκα παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, ἄρχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἄλογον ἐπιθυμίαν τοῦ λογικοῦ νοῦ παρασκευάσας, παρήκοος τῆς τοῦ δεσπότου ἐντολῆς γενόμενος, ἐπανέστη τῷ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ χειροτονηθέντι ἄρχοντι, ἡ ὑποχείριος κτίσις. καὶ ἐτάγη ἐν ἱδρῶτι ἐργάζεσθαι τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη. ἀλλ' οὐδὲ νῦν ἄχρηστος ἡ τῶν θηρίων χρῆσις, ἐκφοβοῦσα καὶ πρὸς ἐπίγνωσιν καὶ ἐπίκλησιν τοῦ πεποιηκότος φέρουσα θεοῦ. καὶ ἡ ἄκανθα δὲ μετὰ τὴν παράβασιν ἐξέφυ τῆς γῆς, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν. μεθ' ἧς συνεζεύχθη καὶ τῇ ἀπολαύσει τοῦ ῥόδου ἡ ἄκανθα, εἰς ὑπόμνησιν τῆς παραβάσεως ἡμᾶς ἄγουσα, δι' ἣν ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατέλλειν ἡμῖν κατεδικάσθη. ὅτι μὲν ταῦτα οὕτως ἔχει, πιστευτέον ἐκ τοῦ μέχρι τοῦ νῦν, τὴν τούτων διαμονὴν ἐνεργεῖν τὸν τοῦ κυρίου λόγον, ὃν ἔφη· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. σφαιροειδῆ δέ τινες φασὶ τὴν γῆν, ἕτεροι δὲ κωνοειδῆ. ἥττων δὲ καὶ πάνυ πολὺ τοῦ οὐρανοῦ σμικροτέρα, ὥσπερ τις

illa uerò ad uoluptatem, ut simias, & a uiū picas & psittacos, & similia. Et plātarum & herbarū hę quidem fructiferę sunt, & esui accommodatæ: hæ odoriferæ & floridæ, nobis ad delectationē tributæ, ut rosa, & huiusmodi: hæ ad morborum curationem. Non est enim animal, aut planta, in qua operationem quandam hominū usui conducentem, non imposuerit conditor rerum ac opifex. Nam omnia priusquam generarētur agnoscens, sciens quod homo liberæ suæ potestatis trāsgressione futurus esset corruptioni obnoxius, cūcta benignè ad opportunū ipsius usum, & quæ in firmamēto, & quæ in terra, & quę in aquis sunt, creauit. Omnia igitur ante trāsgressionē homini subdita, & ad munum parentia erant: nam omnium constitucrat eū Deus principem quę in terra, & quæ in aquis erant. Serpens aūte rat familiaris homini, plus alijs ipsum accedens, & placidis motionibus cōgredies. unde per ipsum pessimū, princeps mali diabolus, primis parētibus instillauit documentum. Terra siquidē sponte sua fructus afferebat, ad usum subiectorum illi animaliū: & neq; pluuia, neque hyems ipsi terræ erat. At post trāsgressionem (quando æquiparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est eis) præparauit concupiscentiā irrationalem, ut dominaretur rationi, præcepto sui domini factus inobediens, surrexit igitur in eum creatura, cum cōditore electo principi, subiecta erat. Verùm quoq; neque tunc inutilis fuit ferarum natura illum terrificans, & ad inuocationem Dei (qui illum fecerat) adducens. Et spina post eius transgressionem iuxta Domini sententiam, e terra pullulauit: post quam & oblectamento rosæ spina coniuncta est, memoriam præuaricationis nobis renouans, propter quam spinas & tribulos nobis proferre terra condemnata est. Quod autem hæc ita se habeant, fides ex eo habenda est, quod usque nunc harum rerum Dei sermo pręstat permanentiam qui dixit: Crescite, multiplicamini, & replete terram. Sphæricæ autem figuræ nonnulli asserunt esse terram. Alij uero conoidem, piniq; præ se ferre figuram. Minor, & longè multoq; minor cœlo est, punctum

στιγμὴ ἐν μέσῳ τούτου κρεμαμένη. καὶ αὐτὴ δὲ παρελεύσεται, καὶ ἀλλαγήσεται. μακάριος δὲ ἐστιν, ὁ τὴν τῶν πραέων γῆν κληρονομῶν. ἡ γὰρ μέλλουσα τοὺς ἁγίους ὑποδέχεσθαι γῆ, ἀθάνατός ἐστι. τίς οὖν ἀξίως τὴν ἄπειρόν τε, καὶ ἀκατάληπτον τοῦ δημιουργοῦ σοφίαν θαυμάσειεν; ἢ τίς ἐπὶ πρεπούσης εὐχαριστίας ἐφίκοιτο τῷ δοτῆρος τῶν τοσούτων ἀγαθῶν;

punctum quoddam in eius medio pendula. & ipsa pertransibit, & alterabitur. Beatus autem est, qui mitium terrã hæreditabit. nam quæ sanctos susceptura terra est, immortalis est. Quis igitur dignè infinitam & incomprehensibilẽ rerum opificis sapientiã admirari queat? aut quis decenti gratiarũ actione tantorum bonorum largitorem prosequetur?

COMMENTARIVS.

De terra, eiusq; natura hic differens autor, diuersas recenset multorum sententias, de basi & fundamẽto ipsius terræ, quo fulciatur, & à casu præcipitioq; defendatur. Inter quos, arbitrãtes primo loco aquam terræ substratam, eius esse sustentaculum, cui terra supernatans innitatur, non rectè sentiunt, cum terra sit grauior quàm aqua, & proinde nata subsidere. Quod si uident glebam terræ non superfusam aquæ natare, sed diuidere eã, & deorsum tendere, quid de tota terra existimandum putãt? nonne eandem descensuram protinus & demergendam, si aquæ tanquam fulcimento inniteretur? Et longè minus ponenda est terra super aerem esse fundata, ut qui facilius quàm aqua diuidi possit, & citius ponderi terræ cedere. Sed seipsa firmari credenda est terra, quod in suo sit loco naturali constituta, in quo nata est conseruari & quiescere, scilicet in centro mundi, infimo totius uniuersi loco. Quocirca nõ indiget extrinseco fundamento sustentante, cum à sua grauitate ut intrinseca uirtute conseruatrice, solidetur & figuratur. Id Dauidicus attestatur sermo, Psal. 103. dicens: Qui fundauit terrã super stabilitatem suã, non inclinabitur in seculũ seculi. Rectè itidem Iob cap. 26. dicit terram esse fundatã super nihilum, quod nullum habeat extrinsecum corpus, sui ponderis sustentamentum, sed seipsa fulcitur atq; nititur, perinde atq; cœlum extero termino nõ clauditur, sed proprio cõuexo. Neq; supradictis obuiat id psalmi 23. quo dicitur: Deus firmasse terram super aquas, & fundasse eã super maria. Nam illius dicti, teste Cassiodoro, sententia est, terrã iuxta aquas & maria fundatam esse, eo scilicet loquendi genere, quo dicimus urbem quampiã super fluuiũ, id est, iuxta sitam esse. Aut ut sentit Augustinus, idipsum in psalmo dictum est, quia terra arida, ipsi aquæ supereminet, & littorum, riparumq; obiectu obstaculũ ei præbet, & ponit obicem, ne licentius diffluat & exundet in agros. Non igitur tota terra aquæ superlocata significatur, sed terræ latera aquis cõtraposita, altiora esse. Porrò quod nullum sit animal aut planta (quemadmodum dicit litera) cui operationem quandã aut uim homini cõducentem non indiderit Deus, attestatur & beatus Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, ubi abstinentiam ciborum & ieiunium saturitati præferendum esse, luculenter ostendit, dicens nullũ esse lapidem, nullã herbam, nullum deniq; animal, aut reptile, aut uolatile, aut natatile, quod medici ad suæ artis utilitatem nõ referant, idipsumq; multis inibi particulatim explicatis comprobat exemplis. Neq; id mirum est: nam omnium rerum uisibilium princeps homo à Deo constitutus erat, ut dicitur Genes. 1. cap. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & præsit piscibus maris. & uolatilib. cœli, & bestijs, uniuersæq; terræ, omniq; reptili quod mouetur super terram. Et ad primos parentes eodem loco ait Deus: Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & subijcite eã, & dominamini piscib. maris, & uolatilib. cœli, & uniuersis animantibus quæ mouentur super terrã. Veruntamẽ post transgressionem diuini præcepti, præparauit (ut inquit litera) concupiscentiã irrationalẽ, ut dominaretur rationi: præparauit inquam homo, præcepto sui domini factus inobediens, & præbens causam præcipuã huiusmodi rebellionis cõcupiscentiæ cõtra rationẽ, per hoc quod diuino se destituit ob ꝓpriam culpã præsidio, quo appetitus sensitiuus sub rationis lege seruabatur. Quamuis etiã non absonè Deum præparasse huiusmodi concupiscentiã rationi insultantem & repugnantẽ, intelligere possemus, non quidem ut præcipuũ illius tyrãnicæ dominationis autorẽ, sed ut permittentem illã, & substrahentem ob cõmissam culpã suæ uirtutis præsidiũ ab homine, qui desertus à Deo, fertur præceps & effrenis in cupiditates. Qđ si huiusmodi cõcupiscentiæ impetus & uiolentia in rationem, consideretur ut pœna inflicta homini ob præuaricationem mandati diuini, nullũ uidetur incõmodũ si illa à Deo ut autore primario dicatur homini inflicta, cũ hoc modo boni rationem habeat, scilicet supplicij iustè irrogati pro delicto. attamẽ inordinationis & turpitudinis cõsequẽtis ex hac cupiditatis contra rationẽ obluctatione & insolẽtia, nullo modo Deus est causa, sed solus homo, nõ subijciens appetitũ rationi, neq; ipsum (ut posset) refrenãs. Sanè de huiusmodi pugna & colluctatione cõcupiscentiæ cõtra rectã rationẽ, suspirat & ingemiscit beatus Paulus ad Rom. 7. cap. dicens: Video aliã legẽ in membris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Et ad Galatas ca. 5. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut nõ quæcunq; uultis, illa faciatis. Vbi Apost. appetitum sensitiuũ, brutũ & irrationalem in nobis, uocat legem membrorum, & carnem: rationem uerò, legem mentis

& spiritum Et quoniā homo non seruauit obedientiā debitam Deo, nō modò in seipso (ut eo modo puniretur quo peccauerat) inobedientiā uirium inferiorum in superiores incurrit, sed etiā extra seipsum rebellionem & inobedientiam creaturarum prius ei subiectarū sustinuit, utpote ferarum, leonum, tigridum, pardorum, & similiū. Quantum ad terræ figuram attinet, qui eā ponunt sphæricā suapte natura, ut Peripatetici, Aristotelis astipulatores, rectè sentiūt, quemadmodum in physicis idem exactè cōprobat. Errant autem, qui terrā esse putant conoidem, id est in modum coni in amplum diffusam, cuiqꝫ graciliori supereminere & inniti sustentaculo, quemadmodum pinus trūcum habet procerum, recta in altum surgentem, in fastigio uerò ramorū & frondium densitatem latè se explicantem, ut plæræqꝫ cōsimiles arbores, quæ ob id coniferæ appellantur. Et conoides, autore Sipontino, figura est, quæ conum in summitate præfert atqꝫ gerit. Non enim possent saluari astronomica experimenta de ortu & occasu signorū, de eclypsi lunæ, & motibus astrorum, si aliā qꝫ sphæricam (ut coni) haberet figuram, quemadmodū ex rationibus Aristotelicis id cuiqꝫ perspicuū euadit. Quamuis aūt hæc terra solida sit, & immota stabilitate fixa, tamen in mūdi cōsummatione à suo pristino statu demutabitur, quemadmodū dicit Dominus noster Lucæ 21 ca. Cœlū & terra transibunt, uerba aūt mea nō transibūt. Terra uerò illa supercœlestis & spiritualis, qꝫ incolunt sancti & gloriæ æternæ cōsortes, perpetua est & immortalis, incolas etiam habens nunqꝫ morituros, & idcirco terra uiuentiū appellatur. Psalm. 26. Credo uidere bona Domini in terra uiuentiū. Eius possessio & hæreditas, mitibus & mansuetis est repromissa, Matth. 5 ca. Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terrā. Et Psalm. 36. Mansueti aūt hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Deniqꝫ ex cōsideratione diuinæ sapientiæ cuius nō est numerus in hac ornatissima mūdi dispositione mirum in modū elucentis, autor in admirationem rapitur, & piam diuinæ bonitatis cum gratiarū actione confessionem: neqꝫ id immeritò. Siquidem totus hic mūdus sensibilis, homini substratus est, ut ipse quia solus est ratione præditus, cognoscat, à quo & gratia cuius creaturæ sensibiles omnes formatæ sunt quia à Deo & ipsius hominis gratia, & exin assurgat ad laudem & præconium tanti opificis, eo quidem feruentius, quo illius sapientiam ex creaturarum contemplatione habuerit magis perspectam, quādoquidem omnia in sapientia fecit. Quantò enim exactius cognoscitur opus autoris, tanto ipsius excellētia magis prædicatur. Proinde in sacris literis sol, luna, & cæteræ creaturæ insensibiles inuitantur ad benedicendum Deo in cantico trium puerorum Hebræorum, Danielis 3 cap. Quinimmo bestiæ & pecora campi admonentur laudare nomen Domini, Psalm. 148. Non quia hæc insensibilia & irrationalia possint diuinas resonare laudes, sed quia homini amplam suggerunt materiā & argumentum copiosum diuinarum laudum. Itaqꝫ ignis & terra benedicunt Deo, cum homo ex ignis & terræ consideratione excitatur ad diuinæ sapientiæ laudes, & ad gratias omneficæ eius bonitati exoluendas, quod totam hanc sensibilis mundi facturam, in usum, obsequium & ministerium humanum apparauerit, aptauerit & construxerit.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΔΙΣΟΥ. ια. — DE PARADISO. Cap. XI.

Ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν ὁ θεὸς ἐξ ὁρατῆς τε, καὶ ἀοράτου κτίσεως πλασουργεῖν τὸν ἄνθρωπον, κατ' οἰκείαν εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν, ὥσπερ τινὰ βασιλέα καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ, προκαθίστησιν αὐτῷ, οἷόν τι βασίλειον, ἐν ᾧ διαγόμενος, μακαρίαν καὶ πανόλβιαν ἕξει ζωήν. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ θεῖος παράδεισος, θεοῦ χερσὶν ἐν Ἐδὲμ πεφυτευμένος, εὐφροσύνης καὶ θυμηδίας ἁπάσης ταμεῖον, Ἐδὲμ γὰρ τρυφὴ ἑρμηνεύεται. ἐν τῇ ἀνατολῇ μὲν πάσης τῆς γῆς ὑψηλότερος κείμενος, εὔκρατος δὲ, καὶ ἀέρι λεπτοτάτῳ καὶ καθαρωτάτῳ περιλαμπόμενος, φυτοῖς ἀειθαλέσι κομῶν, εὐωδίας πλήρης, φωτὸς ἔμπλεως, ὥρας ἁπάσης αἰσθητῆς καὶ κάλλους ὑπερβαίνων ἐπίνοιαν, θεῖον ὄντως χωρίον, καὶ ἄξιον τοῦ κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐνδιαίτημα. ἐν ᾧ οὐδὲν τῶν ἀλόγων ηὐλίζετο, μόνος δὲ ὁ ἄνθρωπος, τῶν θείων χειρῶν τὸ πλασούργημα. ἐν μέσῳ δὲ τούτου, ξύλον

Quia uerò Deus ex uisibili creatura plasmaturus erat hominem ad suā imaginē & similitudinem tanqꝫ quendā regē, & principē uniuersæ terræ, & eorū quæ in ea sunt: præstruxit ei quandam ueluti regiā, in qua uersans, beatā & omni ex parte felicem deduceret uitā. Et ipse est diuinus paradisus, Dei manibus in Eden plantatus, leticiæ & uoluptatis omnis promptuarium. Eden enim, uoluptas interpretatur: In oriente uerò, omni terra excelsior collocatus est, optima tempe[rie] & aere subtilissimo atqꝫ purissimo splendidus, plantis semper uirētib. insignis odoris suauitate refertus, plenusqꝫ lumine, uniuersæ sensibilis uenustatis pulchritudinis superexcellēs intelligentiā. Diuinus profectò locus, ac dignus eius qui ad imaginē Dei creatus fuerat incolatu. in quo nullū irrationaliū habitabat, sed solus homo, diuinarum manuum factura. In medio uerò eius lignum

ζωῆς ὁ θεὸς ἐφύτευσεν, καὶ ξύλον τῆς γνώσεως. τὸ μὲν ξύλον τῆς γνώσεως, ἀπόπειράν τινα καὶ δοκιμὴν, καὶ γυμνάσιον, τῆς τοῦ ἀνθρώπου ὑπακοῆς καὶ παρακοῆς. διὸ καὶ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, κέκληται. ἢ ὅτι δύναμιν ἐδίδου γνωστικὴν, τοῖς μεταλαμβάνουσι τῆς οἰκείας φύσεως, ὅπερ καλὸν γὰρ τοῖς τελείοις, κακὸν δὲ τοῖς ἀτελεστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέροις, ὥσπερ στερεὰ τροφὴ τοῖς ἁπαλοῖς ἔτι, καὶ δεομένοις γάλακτος. οὐκ ἐβούλετο γὰρ ὁ κτίσας ἡμᾶς θεὸς, μεριμνᾷν, καὶ περὶ πολλὰ τυρβάζεσθαι, οὐδὲ φροντιστὰς καὶ προνοητὰς τῆς ἰδίας ζωῆς γενέσθαι. ὅπερ δὴ καὶ πέπονθεν ὁ Ἀδάμ. γευσάμενος γὰρ ἔγνω ὅτι γυμνὸς ἦν, καὶ περίζωμα ἑαυτῷ περιεποιεῖτο. φύλλα γὰρ συκῆς λαβὼν, περιεζώσατο. πρὸ δὲ τῆς γεύσεως, γυμνοὶ ἦσαν ἀμφότεροι, ὅτε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. τοιούτους δὲ ἀπαθεῖς ἐβούλετο εἶναι ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἀπαθείας γὰρ ἄκρας τοῦτό ἐστιν. ἔτι δὲ καὶ ἀμερίμνους ἓν ἔργον ἔχοντας, τὸ τῶν ἀγγέλων, ὑμνεῖν ἀλήκτως καὶ ἀδιαλείπτως τὸν κτίσαντα, καὶ τῆς αὐτοῦ κατατρυφᾷν θεωρίας, καὶ αὐτῷ ἐπιῤῥίπτειν τὴν ἑαυτῶν μέριμναν. ὅπερ καὶ διὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ πρὸς ἡμᾶς ἀπεφθέγξατο. ἐπίῤῥιψον ἐπὶ κύριον τὴν μέριμνάν σου, λέγων, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις, τοὺς οἰκείους μαθητὰς διδάσκων, φησί. μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ἡμῶν, τί φάγητε, καὶ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε. καὶ πάλιν, αἰτεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. καὶ πρὸς τὴν Μάρθαν. Μάρθα Μάρθα μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλὰ, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία γὰρ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. τὸ καθῆσθαι δηλονότι παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἀκούειν τῶν λόγων αὐτοῦ. τὸ δὲ τῆς ζωῆς ξύλον, ἦν ξύλον ἔχον ἐνέργειαν ζωῆς προξενητικὴν, ἢ τοῖς τῆς ζωῆς ἀξίοις, καὶ θανάτῳ οὐχ ὑποκειμένοις μόνοις ἐδώδιμον. τινὲς μὲν οὖν αἰσθητὸν τὸν παράδεισον ἐφαντάσθησαν, ἕτεροι δὲ νοητόν. πλὴν ἔμοιγε δοκεῖ, ὅτι ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος αἰσθητὸς ἅμα καὶ νοητὸς δεδημιούργητο, οὕτω καὶ τὸ τούτου ἱερώτατον τέμενος, αἰσθητὸν ἅμα καὶ νοητὸν, καὶ διπλῆν ἔχον, τὴν ἔμφασιν. τῷ γὰρ σώματι ἐν τῷ θειοτάτῳ χώρῳ, καὶ ὑπερκαλ-

uitæ Deus plãtauerat, & lignum ſcientiæ. lignum autem ſcientiæ ad experiẽtiam quandam, probationemq́ꝫ & exercitium obedientię & inobedientię hominis. Quapropter & lignum ſcientiæ boni & mali dicĩt, aut quia uirtutẽ donabat cognoſcendæ propriæ naturæ, quod quidem bonũ erat perfectis, ſed malum infirmioribus, & adhuc ad concupiſcẽtiam pronioribus: quemadmodum ſolidus cibus adhuc debilibus, & lacte indigentibus. Nolebat enim qui creauit nos Deus, ſolicitos eſſe, & circa plurima turbari, neq́ꝫ curioſos, & prouiſores proprię uitę fieri. in quod ſanè incidit Adam. Nam cum guſtaſſet, agnouit quia nudus eſſet, & pudendorũ uelamẽ ſibiipſi ipſe circumpoſuit, ficus enim folia ſumẽs, circũcinctus eſt. Prius autẽ quàm guſtaſſet, nudus erat uterque, Adam & Eua, & nõ erubeſcebãt. Huiuſmodi autẽ impaſſibiles uolebat nos eſſe Deus. nam inaſſiciẽtia, impaſſibilitasq́ꝫ maxima hoc eſt. Cęterũ ſine ſolicitudine ac cura unũ opus haberemus, quod angelorũ eſt, laudare indefeſſe & aſſiduò creatorem, & ipſius cõtẽplatione delectari, & in nullo iactare noſtras curas. quemadmodũ per prophetam Dauid, nobis hac aperuit ſentẽtia: Iacta in Domino curam tuã, & ipſe te enutriet. Et Dominus in ſacris euangeliis proprios diſcipulos docens, dicit Nolite ſoliciti eſſe animæ ueſtræ, quid mãducetis, neq́ꝫ corpori quid induamini. & rurſus. Petite regnũ Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis. & ad Martham: Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima, uno uero eſt opus: Maria autem optimam partem elegit, quę nõ auferetur ab ea: ſedere uidelicet ſecus pedes eius, & audire ſermones ipſius. hoc autem eſt uitæ lignum, aut lignum uitã largiẽs, ab iis comeſtibile, qui uita digni ſunt, & morti nõ ſubiecti. At uero quidã ſenſibilem paradiſon imaginati ſunt. Alii intelligibilem. Veruntamen ego crediderim, quemadmodũ homo ſenſibilis ſimul & intellectualis conditus eſt, hunc in mundum & ipſius ſacerrimum templũ, ſenſibile ſimul & intelligibile fuiſſe, duplicem præ ſe ferens demonſtrationẽ. Nam corpore in hoc diuino & pluſquã pulchro lo-

ἀεὶ, καθὼς ἱστορήσαμεν, αὐλιζόμενος. τῇ δὲ ψυχῇ, ἐν ὑπερτέρῳ, καὶ ἀσυγκρίτῳ, καὶ περικαλλεστέρῳ τόπῳ διέτριβε, θεὸν ἔχων οἶκον τὸν ἐνοικὸν αὐτὸν ἔχων εὐκλεὲς περιβόλαιον, καὶ τὴν καὶ αὐτοῦ περιβεβλημένος χάριν, καὶ τοῦ μόνου γλυκυτάτου καρποῦ, τῆς αὐτοῦ θεωρίας κατατρυφῶν, οἷά τις ἄγγελος ἄλλος, καὶ ταύτῃ τρεφόμενος. ὅπερ δὴ καὶ ξύλον ζωῆς ἀξίως ὠνόμασται. ζωῆς γὰρ θανάτῳ μὴ διακοπτομένης, ἡ γλυκύτης τῆς θείας μεθέξεως, τοῖς μεταλαμβάνουσι μεταδίδωσιν. ὃ δὴ καὶ πᾶν ξύλον ζωῆς ὁ θεὸς ἐκάλεσεν, ἀπὸ παντὸς ξύλου φήσας τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγεσθε. αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ πᾶν, ἐν ᾧ, καὶ δι' οὗ τὸ πᾶν συνέστηκεν. τὸ δὲ τῆς καλοῦ τε καὶ κακοῦ γνώσεως ξύλον, ἡ τῆς πολυσχιδοῦς θεωρίας διάγνωσις. αὕτη δέ ἐστιν ἡ τῆς οἰκείας ἐπίγνωσις φύσεως, ἥτις καλὴ μὲν τοῖς τελείοις, καὶ ἐν τῇ θείᾳ θεωρίᾳ βεβηκόσιν, ἐξ ἑαυτῆς τὴν τοῦ δημιουργοῦ μεγαλουργίαν δημοσιεύουσα, τοῖς μὴ δεδιόσι μετάπτωσιν, διὰ τὸ ἐκ τοῦ χρόνου εἰς ἕξιν τινὰ τῆς τοιαύτης ἐληλακέναι θεωρίας. οὐ καλὴ δὲ τοῖς νέοις ἔτι καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέροις, οὓς διὰ τὸ ἀβέβαιον τῆς ἐν τῷ κρείττονι διαμονῆς, καὶ μήπω παγίως ἐνεδρασθῆναι τῇ τοῦ μόνου καλοῦ προσεδρίᾳ, ἡ τοῦ οἰκείου κηδεμονία σώματος, πρὸς ἑαυτὴν ἀνθέλκειν καὶ περισπᾶν πέφυκεν. οὕτω διπλοῦν οἶμαι τὸν θεῖον παράδεισον, καὶ ἀληθῶς οἱ θεοφόροι πατέρες παρέδωκαν, οἵτε οὕτως, οἵτε ἐκείνως διδάξαντες. δυνατὸν δὲ νοῆσαι πᾶν ξύλον, τὴν ἐκ τῶν κτισμάτων τῆς θείας δυνάμεως γινομένην ἐπίγνωσιν, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. πασῶν δὲ τῶν ἐννοιῶν, καὶ θεωριῶν τούτων, ἡ καθ' ἡμᾶς ὑψηλοτέρα πέφυκεν, ἡ τῆς ἡμετέρας φημὶ συστάσεως, ὥς φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ. ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ. τουτέστιν, ἐκ τῆς ἐμῆς κατασκευῆς. ἀσφαλὴς δὲ αὕτη τῷ ἀδὰμ ὑπῆρχε νεοπαγεῖ ὄντι, δι' ἃς εἴπομεν αἰτίας. ἢ ξύλον μὲν ζωῆς, τὴν ἐκ πάντων τῶν αἰσθητῶν ἐγγινομένην θειοτέραν ἔννοιαν, καὶ τὴν δι' αὐτῶν ἐπὶ τὸν πάντων γενεσιουργόν τε, καὶ δημιουργὸν, καὶ αἴτιον ἀναγωγήν. ὅπερ καὶ πᾶν ξύλον ὠνόμασε, τὸ πλῆρες καὶ ἀδιαίρετον, μόνην τε τοῦ καλοῦ φέρον τὴν μέθεξιν. ξύλον δὲ γνώσεως καλοῦ καὶ πονηροῦ τὴν αἰσθητὴν καὶ ἐνήδονον βρῶσιν, τὴν τῷ

co (ut iuxta historiã loquamur) manē
anima in loco incõparabiliter superio-
ri & pulchriori cõuersabatur, Deũ ha-
bẽs domesticum & inhabitantẽ, qui &
gloriosum illi erat indumentũ, quiq; il
li circũ amicierat gratiam, solo suæ dul
cissimæ cõtemplationis fructu delecta
to: eratq; ueluti quidã alter angelus, ã
illa enutritus, quod quidẽ haud ab re
lignum uitæ nuncupatũ est. Nã uitam
morte non interruptã, dulcedo diuinæ
participationis, ijs qui suscipere dign
sunt elargitur, quod & lignũ uitę uoc
uit Deus De omni (inquit) ligno quo
est in paradiso, escã comedite. nam ipsi
est omne, & per quem hoc omne, uni
uersumq; subsistit. Lignũ aũt scient
boni & mali, diuiduæ & multiplicis cõ
templationis agnitio, ipsa autẽ propr
est naturæ cognitio. Quę quidem per
fectis, & in diuinã cõtemplationem a
surgentibus bona est, ex seipsa magn
opus ipsius artificis ijs diuulgans, q
(quia ex tempore in quẽdam huiusm
di cõtẽplationis habitũ perducti sun
lapsum nõ formidant. Imperfectis aũ
& adhuc ad desideria procliuioribus
non bona, quos (propter infirmitate
persistentiæ in meliori, & quia nõdu
firmiter solidati in solius boni perseu
rãtia) proprij cura corporis ad seips
trahere & circũflectere nata est. Ita du
plicẽ arbitror diuinũ paradisum, ut u
re Deiferi patres tradidere, siue sic,
ue illo modo docẽtes. Fieri aũt pot
ut intelligamus omne lignũ, cognit
nem diuinæ uirtutis, omnib. ex crea
ris prouenientẽ, ceu diuinus inquit A
post. inuisibilia em̃ eius à creatura mu
di, per ea quæ facta sunt, intellecta c
spiciuntur. Omniũ aũt intelligentia
harum rerũ & contemplationũ ea q
de nobis est, altior est. eã dico quæ n
stræ est cõstitutionis, quemadmodu
inquit diuinus Dauid: Mirabilis fa
est sciẽtia tua ex me, hoc est, ex nos
cõstitutione. Ipsa uerò Adæ periculi
erat, è recẽti formato, propter eas q
dictæ sunt causas. An uerò lignũ ui
ex omnibus sensibilibus desumptam diuiniorẽ intelligentiã, & per ipsa ad om
generatorum actorem & opificem & causam, assurrectionẽ nominauit? quod c
am & omne lignum, quod plenum est & indiuisibile, solamq; boni ferens parti
pationem. lignũ autem sciẽtiæ boni & mali sensibilem & uoluptariũ cibum qui
appa

δοκεῖν μὲν γλυκαίνουσαν, τῷ δ' ὄντι δὲ ἐν μετουσίᾳ κακῶν, τὸν μετέχοντα καθιστῶσαν. φησὶ γὰρ ὁ θεός. ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ. διὰ πάντων οἶμαι τῶν κτισμάτων, ἕως ἐμὲ τὸν ποιητὴν ἀναβιβάσθητι, λέγων, καὶ ἕνα καρπὸν ἐκ πάντων κάρπωσαι, ἐμὲ τὴν ὄντως ζωήν. πάντα σοι ζωὴν καρποφορείτωσαν, καὶ τὴν ἐμὴν μέθεξιν ποιοῦ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως σύστασιν. οὕτω γὰρ ἔσῃ ἀθάνατος. ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, φυσικῶς γὰρ ἡ αἰσθητὴ βρῶσις, τοῦ ὑπεκρεύσαντός ἐστιν ἀναπλήρωσις, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα χωρεῖ, καὶ φθοράν, καὶ ἀμήχανον ἄφθαρτον διαμένειν, τὸν αἰσθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γινόμενον.

apparet, dulcorat, sed reuera in participatione malorũ eũ qui suscipit, collocat: Dixit enim Deus: Ex omni ligno quod est in paradiso, cibum comede. ac si diceret, ut arbitror, per omnes creaturas in me tuũ factorẽ assurge, & me reuera tuã uitam ex omnibus fructibus unicũ fructum fructifica, afferantq; tibi omnia fructum & uitam, meam participationem ratus tuæ substãtiæ perseuerãtiam, sic enim eris immortalis. Ex ligno autem scientiæ boni & mali non comedas. nã quacunq; die ex eo comederis, morte morieris: quãdoquidem naturaliter sensibilis cibus, eius quod effluxit repletio est, & in secessum emittitur, & corruptionẽ. Et impossibile est incorruptibilem permanere eum, qui corruptibilis cibi particeps fuerit effectus.

COMMENTARIVS.

Paradisum terrestrem describens hoc loco Damascenus dicit ipsum manib. Dei in Eden plantatũ, quod quidem Hebræũ nomen (En dico) uoluptatem siue delicias (ut hic testatur author) designat. Vnde ubi translatio nostra habet Geneseos 2. Plantauit aũt Dominus Deus paradisum uoluptatis à principio: beatus Augustinus dicit, aliã translationẽ habere, Plantauit aũt Dominus Deus paradisum in Eden ad orientem, id est, in delicijs. Et Strabus eodem loco: Quidã codices habent Eden, ad ortum, ex quo possumus (inquit) conijcere, paradisum terrestrem in oriente situm esse. Vbicunq; autem sit, scimus eũ terrenum esse, & interiecto oceano & montibus oppositis remotissimũ à nostro orbe, in alto situm, pertingentẽ usq; ad lunarẽ circulũ, unde aquæ diluuij illuc minimè peruenerunt. Et ubi eodẽ capite litera nostra habet, Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandũ paradisum: August. dicit aliã translationem habere, Fons exijt de Eden ad irrigandũ paradisum. Cæterũ quod subiungitur in litera, nullũ irrationalium in paradiso, hortoq; uoluptatis habitasse, sed solũ hominem: uideri fortasse cuiquã posset scripturæ non usquequaq; cohærere, quoniã Genes. 1. ca. legitur Deus ad primos parentes dixisse: Dominamini piscibus maris & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Quomodo aũt id haberetur dominiũ, nisi homo animalia rationis expertia ad usum suũ accõmodaret? & qui id fiat, nisi simul cum illis diuersaretur? Verùm id dominiũ, prælationem dignitatis, & naturæ sublimitatẽ potius insinuat in homine suprà bruta, q̃ applicationem ad usum domesticũ. Fuissent enim animalia homini potius in eo statu ad usum cõtemplationis & cognitionis sui authoris, q̃ ad famulatũ operationis. Non aũt erat ad istã naturalẽ eminentiã aut agnitionẽ creatoris in sua factura, necessaria animaliũ cũ homine habitatio. Nam & cœlestes spiritus nobis dominantur & præsident, attamen, cõmunem nobiscũ uitã nõ agunt. Quid item prohibuisset primos parentes, si mandatũ Dei incontaminatũ seruassent, interdũ paradiso illo egredi potuisse, & ex animalibus extra domiciliũ illud habitantib. uoluptatẽ capere, aut quemcũq; uoluissent usum? Quemadmodũ nunc perspicimus homines in domorũ suarũ penetralib. penitissimisq; cameris animalia etiã domestica nõ admittere, illa tñ in curia domus, atrioq;, & circa uestibula affatim habere. Sed quomodo, inquies, ad Adã positũ in paradiso uoluptatis adducta sunt cuncta animalia, ut singulis nomina imponeret, quemadmodũ 2. cap. Geneseos, refert, si nõ habitauerunt animalia in septis paradisi? Respondendũ est, illã animaliũ adductionẽ diuino nutu factã esse, aut angelicorũ spirituũ ministerio (ut sentit Augustinus) ad solã nominis impositionem, qua facta, rursum cuncta suis restituebantur locis extra paradisum, in quibus antè cõstiterant. Neq; ex hoc argui potest animaliũ in paradiso incolatus & habitatio. Demũ obijciet alius, serpentem qui in paradiso parẽtes nostros tentauit & uicit, ut tertiũ Geneseos caput ostendit, quocirca uidetur ibi serpens habitaculũ habuisse, & potiori iure cætera animalia. Sed diuina tantũ permissione id factũ est, ut serpens qui nõ habebat ibi domiciliũ, accessum haberet ad ipsos inducendos in præuaricationem. Ex hoc aũt nullum sumi potest argumentum, serpentem inibi habitasse. Neq; etiam illud colligi potest ex uerbis Damasceni in præcedente capite positis, ubi ait: Serpens autẽ erat familiaris homini, plus alijs ipsum accedens, & plãcidis motionibus congrediens. Vnde & per ipsum, pessimum illud princeps mali diabolus

primis parentibus instillauit documentũ. Nempe animalia mãsueta & domestica nobiscum & in hoc uitæ statu congrediuntur. miti placidoq́ cõtubernio: nõ tamen secretos domorum recessus quos habitamus, aut hortus amœnos ad uoluptatẽ consitos, floribusq́ & herbis sua ue olentib. refertos, subire permittuntur. Ita neq; serpẽtem, nec aliud quoduis animal irrationale, intelligere debemus habitasse in eo paradisi loco, qui mãsioni primorũ parentũ designatus erat, licet extra illũ ipsa cũ homine diuersari, nullũ fuerit incommodũ. Deniq; quod subiungit in loco supradicto Damascenus, terrã scilicet sponte sua fructus tunc attulisse, ad usum subditorum homini animalium, non necessarium est intelligi de terra conclusa ambitu paradisi, ut ex hoc conuincantur animalia bruta sumpsisse pabulum, & pascua carpsisse in septis illis & claustris paradisi, & proinde ibidem diuersata tanq; in quotidiano habitaculo. Quin potius illud accipiendum est de terra iacente extra ipsius paradisi metas, quæ illã tum habebat natiuam fœcunditatem, ut nullo inuersa uomere, sponte sua omnimodos proferret fructus. Neq; pluuia quæ superne stillaret è nubibus indigebat, sed perpetuis irrigabatur aquis fluminũ è paradiso prodeuntiũ, quæ illam humectabant & multiplici fruge fœcundabãt. Deniq; nõ erat in illo primo rerũ statu asperitas hyemis, aut glacie cõcreta tellus, sed perpetua ueris temperies, neq; nimio æstu arua perurens, neq; rigente gelu cõstringens. Et sanè omnia tũc in ueritate cõueniebãt illi primæ rerũ institutioni, quæ poetæ ascribũt aureæ ætati Saturni, per illã quoquo pacto subolfacientes, atq; procul quasi in tenui caligine ꝓspectantes illam fœliciorẽ rerũ cõditionem, quæ ante hominis lapsum florebat. Quod igitur de prima ætate canit Ouidius in mundi exordio, uerum erat:

Ver erat æternum, placidiq́; tepentibus auris
Spirabant zephyri: natos sine semine flores,
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.

Deinde enumerans author eã quæ in paradiso terrestri à Deo erãt cõstituta, dicit secũdum scripturã ibi fuisse lignum scientiæ boni & mali, ad experientiã quandam, probationemq́; & exercitium obedientiæ & inobedientiæ hominis. Quod quidẽ lignũ teste beato Augustino erat corporale, sicut aliæ arbores, nec cibo noxiũ. Vidit (inquit scriptura) mulier, quod bonũ esset lignum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuq́; delectabile. Qui enim fecit omnia bona ualde, nihil mali in paradiso statuit: sed mala fuit trãsgressio præcepti. Oportebat aũt ut homo sub dominio positus, ab aliquo prohiberetur: ut uirtus esset merendi obedientia, quæ sola uerissimè uirtus est rationali creaturæ degenti sub potestate Dei: sicut primũ & maximũ uitiũ tumoris, uelle uti sua potestate, qđ est inobedientia. Non enim erat unde homo se habere Dominũ cogitaret, nisi ei aliquid iuberetur. Arbor ergo nõ erat mala, sed scientiæ dicta noscendi bonũ & malũ: quia post prohibitionẽ erat in illa, transgressio futura, qua homo experiendo disceret quid esset discriminis inter obedientiæ bonũ & inobedientiæ malũ. Nec de fructu qui nasceretur inde, positũ est nomen, sed de ipsa re q̃ transgressionẽ secuta est: hæc Augustinus. Adde, quod dandum erat homini tale præceptum, ad cuius obseruationem nõ moueretur quoquo pacto, nisi ex promptitudine animi ad obsequendũ præcipienti, & sola habita ratione authoritatis præcepti, secluso quocunq; extrinseco impellente, ut tanto patẽtius innotesceret uoluntas animi Deo subiecti. At uerò si noxius fuisset fructus arboris (quod sanè non latuisset primos parentes, quibus rerũ omnium natura erat explorata) illa insuauitas & insalubritas fructus absterruisset eos ab ipsius mãducatione, potius q̃ reuerentia & timor Dei. Si etiam nulla in fructu uetito fuisset occasio alliciens ad ipsius appetentiã, nihil negocij fuisset præceptũ seruare, ad cuius transgressionem nihil hominem incitasset. Proinde in uetito fructu fuit color pulcher aspectu, & sapor gustu delectabilis, ut ijs ad præuaricationẽ mãdati illicientibus resistens homo, uerè obediens Deo esse probaretur, & diuinã uoluntatẽ suæ præferre. Veruntamen nõ tanta fuerunt in fructu, suis illecebris ad præcepti solutionẽ attrahentia, quin facile potuisset homo tanta diuinæ gratiæ dote adornatus, ea omnia repudiare & euincere. Idcirco dicit beatus Augustinus, grauem fuisse primorum parentũ inobedientiã quia factu facile erat & haud magno impendio, quod præcipiebatur: quemadmodũ è diuerso singularis fuit & eximia Abrahæ obedientia in Deũ, cũ promptum gereret animũ ad immolandũ filium, quia res difficilima factu erat quæ præcipiebatur. At uero quod ante transgressionem dati præcepti, primi parentes nõ erubescebant suã ipsorum nuditatem: id in causa fuit, ut ait sanctus August. quia nullam legem in membris senserũt legi mentis repugnantẽ quæ quidẽ lex membrorũ inobedientiã subsecuta est. Nihil (inquit) putabant uelandũ, quia nihil senserant refrenandũ. Post transgressionẽ uero, protinus anima rationalis bestialẽ motũ in carne sua erubuit, & pudorẽ habuit, nõ solũ quia sentiebat qđ antè nõ senserat, sed etiã q̃ motus ille pudẽdus de trãsgressione ueniebat. Ibi eñ sensit, ubi gratia nesciebatur, cũ in nuditate nihil indecẽs patiebatur. Hæc Aug. Proinde rectè dicit litera, huiusmodi impassibiles uolebat nos esse De⁹, scilicet nõ esse solicitos & circa plurima turbari, neq; curiosos & ꝑuisores, ꝓpriæ uitæ fieri, ut neq; pudore nuditatis affici. Nã insufficiẽtia, impassibilitasq́; maximè hoc est,

est, quod scilicet supradictũ est: nõ esse solicitũ circa huius mundi negocia, neq; propriæ uitæ turbulentam curã gerere, neq; erubescere naturæ nuditatẽ. Habuissemus enim in eo statu dũtaxat uitæ cõtemplatiuæ officia: ubi nunc in miseriæ uallem deiecti, circa actiuæ negocia turbamur, afflictamur, & fluctuamus. Mariæ Magdalenes fuissemus tunc partes secuti, ubi nũc uix bene Marthæ exequimur munus & opus. Siquidẽ Martha, actiuæ uitæ typũ gerit, opes & terrena bona pauperib. in pios usus dispẽsantis, uirtutũq; opera quæ ad alterũ sunt, in hoc uitæ incolatu exercentis. Maria uero Magdalena cõtemplatiuæ uitæ speciẽ præfert, soli contemplationi Dei intentæ, illaq; seipsam semper oblectantis. Et hæc, Domini nostri sentẽtia, alteri præponitur. nã quieta trãquillaq; est, & libera curis, in mentis secessu & secreto cubiculo diuinæ cõtemplationis dulcedine interius pascitur. Illa uero turbulẽtiæ & solicitudini obnoxia, ad exteriora rapitur. hæc ut unũ & perfectũ, illa ut pluralitas & multitudo: hæc initiũ sumit in hac uita, perficitur in futura, finẽ nunq; habitura, Illa inchoatur in præsenti uita, & finitur cũ anima corpore soluitur. Cæterũ de paradiso, in quo secundũ scripturã collocati sunt primi parentes, author tres in litera recenset antiquorum patrũ sentiendi modos. Quorũ itidem triplicem sententiã, beatus Augustinus super Genesim hisce uerbis cõstringit. Tres (inquit) generales sententiæ de paradiso sunt. Vna eorũ qui ipsum corporaliter tãtum intelligi uolũt, alia eorũ qui spiritualiter tantũ, tertia uero eorũ qui utroq; modo paradisum accipiũt. Tertiã mihi placere fateor, ut homo factus ex limo, quod corpus humanũ est, in paradiso corporali locatus intelligatur, quomodo Adã, etsi aliud significat (quia est forma futuri) in natura ꝓpria homo accipitur. Eiusdem quoq; cum Augustino sententiæ est hoc loco Damascen. cui etiã accedendum est, & existimandũ, corporalem esse locũ, ut scripturæ litera apertè monstrat, in quo primi parentes secundũ corporis substantiã & præsentiã conuersati sunt, secundum animã uero in loco longè eminentiori & digniori. Non quidem secundũ animæ existẽtiã, cum illa corpori cõiũcta quod uiuificabat, præsens erat in eodem domicilio, paradiso scilicet uoluptatis, ubi & corpus, sed secundum intentionem & conuersationem animæ erãt in superiori loco. Nam Deum omnibus improportionaliter supereminẽtem contemplabatur anima attentissimè, & illius speculationi iugiter erat intenta. Illic autem dicitur esse anima, ubi id est ad qđ mentis aciẽ dirigit: ut in cœlo diuersari, cũ cœlestia rimatur: & in terra, cũ terrena. Porrò erat & in paradiso uoluptatis plantatũ lignũ uitæ, nominatim quidẽ à scriptura expressum, qđ iuxta literã intelligentiamq; literalẽ, lignũ uitæ dictũ est, ut inquit Beda, quia diuinitus accepit illã uirtutem ut qui ex eo manducaret, corpus eius stabili sanitate firmaretur, nec ulla infirmitate uel ætate, in deterius aut in occasum laberetur. Et ut author est Strabus, lignum uitæ hanc naturaliter uirtutem habebat, ut qui ex eius fructu comederet, perpetua soliditate uestiretur, nulla infirmitate uel anxietate uel senij lassitudine uel imbecillitate fatigãdus. Præter hanc aũt literalem expositionem, Damascenus hic geminã ponit ligni uitæ mysticam explanationem. Quarũ prior est, quod lignũ uitæ est ipsius Dei cõtemplatio animã spirituali alimento enutriens, illiq; diuinæ participationis cõsortiũ tradens, quemadmodum superius dictum est 3. cap. huius libri, quod angelici spiritus iugi Dei contemplatione tã quam propria pascuntur alimonia. Lignum uero scientiæ boni & mali, huic primo modo respondens, est rerum creatarum & inferiorum agnitio, his quidem salutaris, qui scilicet ea rectè utuntur ad sui creatoris agnitionem & cultũ: illis uero noxia, qui ex ea nõ conuertuntur ad ipsius opificis noticiã & religionẽ, sed euanescũt in cogitationibus suis. Posterior ligni uitæ spiritualis interpretatio apud authorem hic est, quod lignum uitæ est ex rebus corporalibus Dei agnitio, ex ipsis ad omniũ authorem per diuinã anagogen assurgẽs. Lignũ uero sciẽtiæ boni & mali in secundo mysticæ acceptionis, cibus est corporalis, uoluptatẽ sumentibus afferens, quæ si moderata fuerit recta ratione, bona utiq; est & cõmendanda: sin immoderata & irrefrenata, noxia est, & dãnanda. Et hæ duæ acceptiones ligni uitæ & ligni sciẽtiæ boni & mali, paradiso deliciarũ spiritualiter intellecto sunt accõmodandæ: & hic præsertim adducũtur, ut intelligibilis paradisi mystica concipiatur compositio. Nempe quemadmodũ duplex positũ est lignũ uitæ, itidem & scientiæ boni & mali corporale & spirituale: ita sancti patres duplicem posuerunt paradisum, respondentem hisce lignis, corporalẽ scilicet corporalibus & spiritualem spiritualibus: patres inquã deifer (ut inquit litera) siue sic, siue illo modo docentes, id est siue docentes hoc modo, posterius in litera explicato, quo lignũ uitæ Dei contẽplationem, & lignũ scientiæ boni & mali, rerũ creatarum cognitionem mysticè signat: siue docentes illo modo, paulo antè & superius posito, quo lignum uitæ, arborem uitæ conseruatricem, & lignum scientiæ boni & mali, arborem etiam corporalem, boni obedientiæ & mali inobedientiæ demonstratricem denotat. Existimat item author, per omne lignum paradisi, mysticè intelligi posse cognitionem diuinæ uirtutis, ex omnibus creaturis prouenientem: cũ nulla sit creaturarum, quæ non aliquod præstet indicium diuinæ potestatis, ut inquit beatissimus Paulus ad Rom. 1. cap. quod inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Vbi inuisibilia Dei dicuntur eius potentia, sapientia, bonitas, prouidentia, perfectio, unitas, simplicitas. & cætera id genus, quæ non corporeo sensu, sed solo mentis oculo ab homine perspici possunt, & ex ijs quæ facta sunt & condita, dinosci. Est enim totus

iste mundus & creaturarum ordo, ut liber quidam naturæ homini propositus, in quo & sempiternam Dei uirtutem & diuinitatem, perspicaciore mentis acie contueatur & lectitet. Creatura uero mundi, homo dicitur: tum quod eius gratia, omnis sensibilis creatura, atque in ipsius usum, obsequiumque sit cōdita: tum etiā, quod totius machinæ corporeæ ipse rex & princeps sit constitutus, ut paulo superius ostensum est in præcedenti capite: tum denique, quod cū omni creaturarum genere aliquid habet conspirationis & affinitatis. Cum inanimatis quidem, quia sicut & illa, subsistit: cum segetibus & plantis, quod uita participet: cum animantibus, quod sensu præditus sit: cū cœlestibus spiritib. quod ratione & intellectu uigeat. hinc Apost. omni creaturæ prædicandum euangeliū iniungitur, Mar. 16. cap. quod soli fuerat homini promulgandum. Nempe ibidē, omnis creaturæ nomine, hanc ob causam designatur homo. Itidē & apud Apostolum, cum dicit, notum factum esse euāgeliū omni creaturæ quæ sub cœlo est.

ΠΕΡΙ ΑΝΘΡΩΠΟΥ. κθ.

Οὕτω μὲν οὖν τὴν νοητὴν οὐσίαν ὑπεστήσατο ὁ θεός, ἀγγέλους φημί, καὶ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν τάγματα. ταῦτα γὰρ ἀει δήλως, νοερᾶς ἐστι, καὶ ἀσωμάτου φύσεως. ἀσωμάτου δὲ φημί, συγκρινομένης πρὸς τὴν τῆς ὕλης παχύτητα. μόνον γὰρ ὄντως τὸ θεῖον, ἄϋλον καὶ ἀσώματον. ἔτι δὲ καὶ τὴν αἰσθητήν, οὐρανόν τε καὶ γῆν, καὶ τὰ τούτων ἐν μέσῳ κείμενα. καὶ τὴν μὲν οἰκείαν, (οἰκεία γὰρ θεῷ ἡ λογικὴ φύσις, καὶ νῷ μόνῳ ληπτή) τὴν δὲ πάντη πάντως πορρωτάτω κειμένην, ὡς ὑπὸ τὴν αἴσθησιν δηλαδὴ πίπτουσαν. ἔδει δὲ καὶ ἐξ ἀμφοτέρων μίξιν γενέσθαι, σοφίας γνώρισμα μείζονος, καὶ τῆς περὶ τὰς φύσεις πολυτελείας, ὥς φησιν ὁ θεηγόρος Γρηγόριος, οἷόν τινα σύνδεσμον τῆς ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου φύσεως. τὸ δὲ ἔδει φημί, τὴν τοῦ δημιουργοῦ ὑπεμφαίνων βούλησιν. αὕτη γὰρ θεσμὸς καὶ νόμος ἐστὶ πρεπωδέστατος. καὶ οὐδεὶς ἐρεῖ τῷ πλαστουργῷ, τί με ἐποίησας οὕτως; ἐξουσίαν γὰρ ἔχει ὁ κεραμεὺς ἐκ τοῦ ἰδίου πηλοῦ, διάφορα κατασκευάζειν σκεύη, πρὸς ἔνδειξιν τῆς ἑαυτοῦ σοφίας. ἐπεὶ δὲ ταῦτα οὕτως εἶχεν, ἐξ ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου φύσεως δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον οἰκείαις χερσί, κατ' οἰκείαν εἰκόνα τε, καὶ ὁμοίωσιν. ἐκ γῆς μὲν τὸ σῶμα διαπλάσας· ψυχὴν δὲ λογικὴν καὶ νοεράν, διὰ τοῦ οἰκείου ἐμφυσήματος δοὺς αὐτῷ. ὅπερ δὴ θείαν εἰκόνα φαμέν. τὸ μὲν γὰρ κατ' εἰκόνα, τὸ νοερὸν δηλοῖ, καὶ αὐτεξούσιον. τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν, τὴν τῆς ἀρετῆς κατὰ τὸ δυνατὸν ὁμοίωσιν. ἅμα δὲ τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ πέπλασται. οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον, κατὰ τὰ Ὠριγένους ληρήματα. ἐποίησεν οὖν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἄκακον, εὐθῆ, ἐνάρετον, ἄλυπον, ἀμέριμνον, πάσῃ ἀρετῇ κατηγλαϊσμένον, πᾶσιν ἀγαθοῖς κομῶντα, οἷόν τινα κόσμον δεύτερον, ἐν μεγάλῳ μικρόν,

DE HOMINE. Cap. XII.

HOc pacto igitur intelligibilē substantiam cōstituit Deus, angelos inquam, & omnes qui in cœlo sunt ordines. hi enim permanifestè intellectualis sunt & incorporeæ naturę. Incorpoream autem dico, comparatā ad materiæ crassitiem. nam solus re uera Deus, immaterialis & incorporeus. Insuper & sensibile cœlum & terram, & quæ inter cœlum & terram cōtinentur, atque eam quę sibi familiaris est natura. familiaris enim Deo rationalis natura est, & sola intellectu comprehensibilis. Hanc autem omnino remotissimè positam, utpote sub sensum iam deciduā, par fuit ex utrisque naturis mixturam fieri, maioris sapientiæ argumētum, & magnificentiæ, circa rerum naturas (ut diuinus ait Gregorius) ueluti quoddam uinculum uisibilis & inuisibilis naturæ: par fuit, dixi, ut cōditoris ostenderem uoluntatē. nam ipsa fas est & lex quàm decentissima: & nullus dicet plasmatori, quid me ita fecisti? potestatem enim habet figulus ex proprio luto diuersa fingere uasa, in ostensionem suæ sapientiæ. Quia igitur hæc ita se habebant, ex uisibili & inuisibili natura, proprijs manib. plasmauit hominem Deus, ad suam imaginem & similitudinem. Ex terra quidē corpus fingens, animam uero rationalem ac intellectiuam, propria insufflatione illi elargiens, quod sanè diuinam imaginem dicimus. Nam id, Ad imaginem, intellectuale ostēdit, & liberæ uoluntatis, arbitrijque potestatem. hoc autē, Ad similitudinem, ostendit per uirtutem (quātum homini possibile est) assimilationem. simul autem cum corpore anima plasmata est, non hæc prius, illud posterius, iuxta Origenis deliramenta. Fecit igitur Deus hominem purum, prauitateque carentem, rectum, fortem, iucundum, securum, omni uirtute decorū, bonis omnibus ornatum, ueluti quendā secundū mundū: in magno quidē mūdo paruū, angelum

ἄγγελον ἄλλον, προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον, καὶ οὐράνιον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος, τὸν αὐτὸν πνεῦμα καὶ σάρκα, πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, σάρκα διὰ τὴν ἔπαρσιν. τὸ μὲν ἵνα μένῃ, καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην, τὸ δὲ μεγέθει φιλοτιμούμενος. τὸ δὲ, ἵνα πάσχων, ὑπομιμνήσκηται, καὶ παιδεύηται. ζῶον ἐνταῦθα οἰκονομούμενον, τουτέστιν ἐν τῷ παρόντι βίῳ καὶ ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι, καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου τῇ πρὸς θεὸν νεύσει θεούμενον. θεούμενον δὲ, τῇ μετοχῇ τῆς θείας ἐλλάμψεως, καὶ οὐκ εἰς τὴν θείαν μεθιστάμενον οὐσίαν. ἐποίησε δὲ αὐτὸν φύσει ἀναμάρτητον, καὶ θελήσει αὐτεξούσιον. ἀναμάρτητον δέ φημι, οὐχ ὡς μὴ ἐπιδεχόμενον ἁμαρτίαν. μόνον γὰρ τὸ θεῖον ἁμαρτίας, ἐστὶν ἀνεπίδεκτον, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῇ φύσει τὸ ἁμαρτάνειν ἔχοντα, ἐν τῇ προαιρέσει δὲ μᾶλλον, ἤτοι ἐξουσίαν ἔχοντα μένειν. καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, τῇ θείᾳ συνεργούμενον χάριτι, ὡσαύτως καὶ τρέπεσθαι ἐκ τοῦ καλοῦ, καὶ ἐν τῷ κακῷ γίνεσθαι, τοῦ θεοῦ παραχωροῦντος διὰ τὸ αὐτεξούσιον. οὐκ ἀρετὴ μὲν, τὸ βίᾳ γινόμενον. ψυχὴ τοίνυν ἐστὶν, οὐσία ζῶσα, ἁπλῆ καὶ ἀσώματος, σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς κατ᾽ οἰκείαν φύσιν ἀόρατος, ἀθάνατος, λογική τε καὶ νοερὰ, ἀσχημάτιστος, ὀργανικῷ κεχρημένη σώματι, καὶ τούτῳ ζωῆς, αὐξήσεώς τε, καὶ αἰσθήσεως. καὶ γεννήσεως παρεκτικὴ, οὐχ᾽ ἕτερον ἔχουσα παρ᾽ ἑαυτὴν τὸν νοῦν, ἀλλὰ μέρος αὐτῆς τὸ καθαρώτατον. ὥσπερ γὰρ ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, οὕτως ἐν ψυχῇ νοῦς, αὐτεξούσιος. θελητική τε καὶ ἐνεργητικὴ, τρεπτὴ, ἤτοι ἐθελότρεπτος, ὅτι καὶ κτιστή. πάντα ταῦτα κατὰ φύσιν ἐκ τῆς τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὴν χάριτος εἰληφυῖα. ἐξ ἧς καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ φύσει οὕτως εἶναι, εἴληφεν.

Ὁ σαφῶς τὸ ἀσώματον.

Ἀσώματα δὲ, καὶ ἀόρατα, καὶ ἀσχημάτιστα, κατὰ δύο τρόπους νοοῦμεν, τὰ μὲν κατ᾽ οὐσίαν, τὰ δὲ κατὰ χάριν. καὶ τὰ μὲν φύσει ὄντα, τὰ δὲ πρὸς τὴν τῆς ὕλης παχύτητα. ἐπὶ θεοῦ μὲν οὖν φύσει, ἐπὶ δὲ ἀγγέλων καὶ

angelum alterum, adoratorẽ mixtũ, inspectorem uisibilis creaturæ, discipulũ intellectualis, eorum quę in terra sunt regẽ, rectũ desuper, terrenum simul & cœlestem, temporalem & immortalem uisibilem & intelligibilem, mediũ magnitudine & humilitate, eundem spiritum & carnem, spiritum propter gratiam, carnem propter elationẽ: illum quidem ut maneat, & glorificet tantorum bonorum indultorem: hanc uero ut patiatur, & patiens reminiscatur, & castigetur, magnitudine largitionum multum honoratum, animal hic dispensatum, hoc est in præsenti uita, & alium in locum transmittendum in futuro sæculo, & quod finis est mysterij, accessu ad Deum, deificandum: deificãdum autem non translatione in diuinam substantiam, sed diuina irradiatione. Fecit autem natura insontem, uoluntate liberum. insontem autem dico, non quod non esset peccati susceptiuus (nam sola diuinitas, peccatũ suscipere nequit) sed quod in eo quod secundum naturam, peccare situm non esset, uerũ potius secundum uoluntatis delectum: id est, potestatem habet & manendi, & proficiẽdi in bono, diuinæ cooperator gratiæ, identidem & mutari ex bono, & in malum prolabi, Deo id permittẽte, propter liberam ipsius potestatem. Nam non uirtus est, quod uiolentia sit factum. Anima igitur est substantia uiuens, simplex & incorporea, & corporeis oculis secundum propriam sui naturam inuisibilis, immortalis, rationalis, intellectualis, infigurabilis, organico utens corpore: illi uitam, augmentationem, sensum, & generationem tribuens, nõ aliud habens præter seipsam, mentem: sed pars ipsius est purissima (quemadmodum enim oculus in corpore, sic mens in anima) liberæ potestatis, uoluntate prædita, & operationis efficax, uertibilis, id est, mutabilis uoluntate: quia creata est, hæc omnia secundum naturam ex eius qui illam cõdidit gratia, adepta, ex qua & esse, & natura ita esse suscepit. Incorporea aũt & inuisibilia, & infigurata bifariã intelligimus: hæc quidẽ secundũ substantiã, illa secundũ indultũ ac gratiã. Et hæc quidẽ, natura entia dicũtur: ista uero quo ad materiæ crassitiẽ. In Deo quidẽ hęc natura, in angelis,

δαιμόνων, καὶ ψυχῶν, χάριτι, καὶ ὡς πρὸς τὴν τῆς ὕλης παχύτητα, λέγεται. σῶμα δέ ἐστι τὸ τριχῆ διαστατόν, ἤγουν τὸ ἔχον μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, ἤτοι πάχος. πᾶν δὲ σῶμα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνίσταται. τὰ δὲ τῶν ζώων σώματα ἐκ τῶν τεσσάρων χυμῶν. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι τέσσαρα στοιχεῖά ἐστι, γῆ ξηρὰ καὶ ψυχρά. ὕδωρ, ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ἀήρ, ὑγρὸς θερμός. πῦρ, θερμὸν καὶ ξηρόν. ὁμοίως καὶ χυμοὶ τέσσαρες, ἀναλογοῦντες τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις· μέλαινα χολή, ἀναλογοῦσα τῇ γῇ. ξηρὰ γάρ ἐστι, καὶ ψυχρά. φλέγμα, ἀναλογοῦν τῷ ὕδατι, ψυχρὸν γάρ ἐστι καὶ ὑγρόν. αἷμα, ἀναλογοῦν τῷ ἀέρι. ὑγρὸν γάρ ἐστι καὶ θερμόν. ξανθὴ χολή, ἀναλογοῦσα τῷ πυρί. θερμὴ γάρ ἐστι, καὶ ξηρά. οἱ μὲν οὖν καρποί, ἐκ τῶν στοιχείων συνίστανται· οἱ δὲ χυμοί, ἐκ τῶν καρπῶν. τὰ δὲ τῶν ζώων σώματα, ἐκ τῶν χυμῶν, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ ἀναλύεται. πᾶν γὰρ συντιθέμενον, εἰς αὐτὰ ἀναλύεται, ἐξ ὧν συνετέθη.

Ὅτι ὁ ἄνθρωπος κοινωνεῖ καὶ ἀψύχοις, καὶ ἀλόγοις, καὶ λογικοῖς.

Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος, καὶ τοῖς ἀψύχοις κοινωνεῖ, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων μετέχει ζωῆς, καὶ τῆς τῶν λογικῶν μετείληφε νοήσεως. κοινωνεῖ γὰρ τοῖς μὲν ἀψύχοις, κατὰ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων κρᾶσιν. τοῖς δὲ φυτοῖς, κατά τε ταῦτα καὶ τὴν θρεπτικὴν, καὶ αὐξητικὴν, καὶ σπερματικὴν, ἤγουν γεννητικὴν δύναμιν. τοῖς δὲ ἀλόγοις, καὶ ἐν τούτοις μὲν, ἐξ ἐπιμέτρου δὲ, κατὰ τὴν ὄρεξιν, ἤγουν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν, καὶ κατὰ τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν. αἰσθήσεις μὲν οὖν εἰσι πέντε, ὅρασις, ἀκοή, ὄσφρησις, γεῦσις, ἁφή. τῆς δὲ καθ' ὁρμὴν κινήσεώς ἐστι, τὸ ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταβατικὸν, καὶ τὸ κινητικὸν ὅλου τοῦ σώματος, καὶ τὸ φωνητικὸν καὶ ἀναπνευστικόν. ταῦτα γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστι ποιεῖν, καὶ μὴ ποιεῖν. συνάπτεται δὲ διὰ τοῦ λογικοῦ ταῖς ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς φύσεσι, λογιζόμενος καὶ νοῶν, καὶ κρίνων ἕκαστα, καὶ τὰς ἀρετὰς μεταδιώκων, καὶ τῶν ἀρετῶν τὸν κολοφῶνα τὴν εὐσέβειαν ἀσπαζόμενος. διὸ καὶ μικρὸς κόσμος, ὁ ἄνθρωπός ἐστι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς ἴδια μὲν τοῦ σώματος μόνου, τομή, καὶ ῥεῦσις, καὶ μεταβολή. μεταβολὴ μὲν, ἡ κατὰ ποιότητα, ἤγουν θέρμανσις καὶ ψύξις καὶ τὰ τοιαῦτα.

dæmonibus,&animalibus,gratia:& etiam quo ad materiæ crassitiē. Corpus est tripliciter diuisibile, longitudinem scilicet habens,& profundū siue crassitudinem,atq; latitudinē. Omne aūt sensibile corpus, ex quatuor elementis cōflatur, & animaliū corpora ex quatuor humoribus. Animaduertendū est, quatuor elementa esse: terram, frigidam & siccam: aquam, frigidam & humidam: aerem, calidum & humidum: ignem, calidum & siccum. Similiter & humores quatuor, proportione respōdentes quatuor elementis: atra bilis correspōdet terræ, frigida enim est, & sicca: pituita correspondet aquæ, nam frigida est, & humida: sanguis aeri, siquidem calidus est, & humidus: flaua bilis ignis rationem habet, nam calida est, & sicca. Fructus igitur ex elementis constant, humores autem ex fructibus aggignuntur: corpora uero animalium ex humoribus, & in illos dissoluuntur. Nam omne compositū in ea soluitur, ex quibus coalitum. Nosse quoque & id decet, hominem & inanimatis communicare, & irrationaliū uitæ esse participem, & rationalium intelligentiæ capacem. Cōmunicat autem inanimis secundum corpus & contemperamentum ex quatuor elementis, plantis uero secundum altricem, augmentatricem, & seminariam, id est, gignendi potentiam. Rationis autem expertibus, & in his communicat, & insuper secūdum appetitum, iram uidelicet atq; concupiscentiam, & secundum sensum, & secundum localem motū. Sunt autem sensus quinq;, uisus, auditus, olfactus, gustus, & tactus. Motus uero secundum locum est is, quo de loco in locū transitur, & omnino quo corpus mouetur, quo uocem emittimus atque spiramus: hæc enim, nostræ potestatis est facere, & non facere. Incorporeis autem & intellectualibus naturis, per partem rationalem, coniungitur homo, ratiocinans, & intelligens, & discernens singula, uirtutes prosequens & uirtutum culmen pietatem amplectens: quapropter & minor mundus est homo. Scire etiam par est, quod propria solius corporis sunt, incisio, fluxus, & transmutatio. Transmutatio quidem secundum qualitatem, calorem uidelicet & frigiditatem, & huiusmo-

fluxus

ῥεῦσις δὲ, ἡ κατὰ κένωσιν. κενοῦνται γὰρ ξηρὰ, καὶ ὑγρὰ, καὶ πνεύματα, ὧν χρήζει τῆς ἀναπληρώσεως· ὥστε φυσικά εἰσι πάθη, ἥτε πεῖνα, καὶ ἡ δίψα. ἴδια δὲ τῆς ψυχῆς, εὐσέβεια καὶ ἡ νόησις. κοινὰ δὲ ψυχῆς καὶ σώματος, αἱ ἀρεταὶ, ἐχουσῶν καὶ τούτων ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἀναφορὰν, οἷον ψυχῆς προσχρωμένης σώματι. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι τὸ λογικὸν φύσει κατάρχει τοῦ ἀλόγου. διαιροῦνται γὰρ αἱ δυνάμεις τῆς ψυχῆς, εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον. τοῦ δὲ ἀλόγου μέρη εἰσὶ δύο. τὸ μὲν ἀνήκοόν ἐστι λόγῳ, ἤγουν, οὐ πείθεται λόγῳ, τὸ δὲ κατήκοόν ἐστι, καὶ ὑπειθὲς λόγῳ. ἀνήκοον μὲν οὖν καὶ μὴ πειθόμενον λόγῳ ἐστὶ τὸ ζωτικὸν, ὃ καὶ σφυγμικὸν καλεῖται. καὶ τὸ σπερματικὸν, ἤγουν γεννητικόν. καὶ τὸ φυτικὸν, ὃ καὶ θρεπτικὸν καλεῖται. τούτου δέ ἐστι τὸ αὐξητικὸν, τὸ καὶ διαπλάσσον τὰ σώματα. ταῦτα γὰρ οὐ λόγῳ κυβερνῶνται, ἀλλὰ τῇ φύσει. τὸ δὲ κατήκοον καὶ ὑπειθὲς λόγῳ, διαιρεῖται εἰς θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν. καλεῖται δὲ κοινῶς τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς, παθητικὸν καὶ ὀρεκτικόν. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τοῦ ὑπειθοῦς λόγῳ ἐστὶ, καὶ ἡ καθ᾽ ὁρμὴν κίνησις. τοῦ δὲ μὴ πειθομένου λόγῳ ἐστὶ τὸ θρεπτικὸν, καὶ γεννητικὸν, καὶ σφυγμικόν. καλεῖται δὲ αὐξητικὸν μὲν, τὸ θρεπτικὸν, καὶ γεννητικόν. ζωτικὸν δὲ τὸ σφυγμικόν. τοῦ μὲν οὖν θρεπτικοῦ δυνάμεις εἰσὶ τέσσαρες. ἑλκτικὴ, ἡ ἕλκουσα τὴν τροφήν. καθεκτικὴ, ἡ κατέχουσα τὴν τροφὴν, καὶ μὴ ἐῶσα αὐτὴν εὐθέως ἐκκριθῆναι. ἀλλοιωτικὴ, ἡ ἀλλοιοῦσα τὴν τροφὴν εἰς τοὺς χυμούς. ἀποκριτική, ἡ τὸ περίττωμα διὰ τοῦ ἀφεδρῶνος ἐκκρίνουσα, καὶ ἐκβάλλουσα. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τῶν κατὰ τὸ ζῶον δυνάμεων, αἱ μέν εἰσι ψυχικαὶ, αἱ δὲ φυσικαὶ, αἱ δὲ ζωτικαί. καὶ ψυχικαὶ μὲν, αἱ κατὰ τὴν προαίρεσιν, ἤγουν ἡ καθ᾽ ὁρμὴν κίνησις, καὶ ἡ αἴσθησις. τῆς δὲ καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεώς ἐστι, τό, τε κατὰ τόπον μεταβατικὸν, καὶ κινητικὸν ὅλου τοῦ σώματος, καὶ φωνητικὸν, καὶ ἀναπνευστικόν. ἐν ἡμῖν γάρ ἐστι τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι ταῦτα. φυσικαὶ δὲ καὶ ζωτικαὶ, αἱ ἀπροαίρετοι. καὶ φυσικαὶ μὲν ἡ θρεπτικὴ, καὶ αὐξητικὴ, καὶ σπερματική. ζωτικὴ δὲ, ἡ σφυγμική. αὗται γὰρ καὶ θελόντων καὶ μὴ θελόντων ἐνεργοῦσι. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι τῶν πραγμάτων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθὰ, τὰ δὲ φαῦλα. προσδοκώμενον μὲν οὖν ἀγαθὸν, ἐπιθυμίαν συνίστησι. παρὸν δὲ, ἡδονήν. ὁμοίως δὲ πάλιν προσδοκώμενον κακὸν, φόβον· παρὸν δὲ, λύπην. δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἀγαθὸν ἐνταῦθα εἰπόντες, ἢ τὸ ὄντως ἀγαθὸν, ἢ τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν, εἴπομεν. ὁμοίως δὲ, καὶ κακόν.

fluxus autem, secūdum euacuationē. euacuātur enim, resoluunturq́ sicca & humida, quorum restauratione indiget: quare affectus naturales sūt fames atq; sitis. Propria uero animę sunt pietas et intelligētia. Porro cōmunes sunt corporis & animę uirtutes, cū ipsę habent ad illam relationē, ut anima utente corpore. Et id preterea non omittendum, id quod rationis est particeps, natura dominari brutæ irrationaliq́ parti. Dirimuntur enim animæ potētię, in rationalē & irrationalem. Irrationalis autem partes sunt duæ: hæc quidē rationi non obediens, quia scilicet non persuaderī ratione: illa uero rationi paret, quia et ratione persuadetur. Quę autē nō obedit rationi, et quæ non suadetur, uitalis est, que & pulsatilis uocaī & seminaria, siue generatrix, augmētatiua & nutritiua, & omnino uegetatrix, cuius est corpora plasmare atq; effingere: hæc enim non ratione gubernatur, sed natura. Obediens autem rationi & suasibilis, diducitur in concupiscendi, irascendiq́ particulam. Passim uero irrationalis pars animæ uocaī ea, quæ perturbationi subiacet, & quæ appetit. Neque id nos effugiat, uim motiuā secundū locum, persuasibilē ratione esse: minusq; latere decet, rerū has bonas esse, illas uero malas. Absens igitur & expectatum bonū desiderium parit, pręsens uero uoluptatem. simili quoq; pacto imminens & expectatum malum, timorem: præsens autem, tristitiam. Sciamus etiam oportet, quod nos hic bonū nominātes, & reuera bonum, & quod uidetur bonum, intelligimus: similiter quoq; & malum.

COMMENTARIVS.

Hominis conditionem & naturā explanans hoc loco Damascenus, in argumentū & ostensionē dignitatis eius, dicit ipsum unà cū angelicis spiritibus esse propemodū familiarem Deo, & cognatione propinquum, quod ratione sit prǽditus. Sanè rationalis natura est quæ ratione, intellectuq́ participat, ut angelica substantia, & natura humana. Et hæc

quidem Deo familiaris dicitur, quod maiorem habeat cũ eo naturæ assimilationẽ & propinquitatem, quã natura corporea, quodq; eius capax & particeps esse possit per cognitionẽ & amorem, illiq; intima participatione cõiungi, & quasi ipsius familiaritate perfrui, qđ rebus omnino sensibilib prorsus est negatum. Proinde & angeli & homines cõsuetudine scripturæ dicuntur dij, qđ deiformes sint, & ad diuinitatis assimilationẽ ꝓpius cæteris rebus accedãt. Rationalis uero natura remotissime posita, est ipse homo, siue natura (ut aptius loquar) humana, angelicis substãtijs omnib. longe inferior, naturaq; cõditione imperfectior, ut quæ iã corpori sit alligata, in quo sensuũ functiones peragũtur & opera. Quod si sub Deo secundũ nouem angelorum ordines, intelligere libeat nouem rationalis naturæ sua serie dispositos gradus & locos, & hominẽ sub omnibus constitutũ, decimo loco & situ intellectuali: cõperiemus humanã naturã, postremũ inter rationales creaturas locũ & infimũ obtinere: neq; id quidem iniuria Nam cũ triplex sit creaturarũ genus, quemadmodũ secundo huius libri cap. dictum est, & hic quodam epilogo repetit Damascenus, scilicet substãtiæ intelligibiles atq; incorporeæ, ut spiritus angelici: substãtiæ corporales & dimensioni addictæ, ut cœlestes orbes, elementa, atq; ex eis cõposita corpora naturalia, interitũ omnino sustinentia: tertio uero, ex utroq; harũ creaturarũ tanq; extremè oppositarum genere, cõstitutus homo, secundũ animã quidẽ, intellectuali naturæ cognatus & affinis: secundũ corpus uero, sensibilibus corporibus & quæ sensu percipiuntur, atq; sensilibus affecta sunt proprietatibus, admodũ similis & propinquus: quid decentius aut congruentius à summo rerũ authore ordinari potuit, quàm hominẽ creaturarũ omniũ mediũ, medio quoq; loco supra sensibiles naturas & infra intelligibiles spiritualesq; substantias collocari? Vt ex ipsa locationis ratione manifestè deprehendas, q; ad superiores & inferiores creaturas seruet habitudinẽ. Cumq; homo sensibilis sit & intellectualis, spiritumq; habeat corpori annexũ, nimirum qđ à Deo distãtior sit q; angeli, omnino intellectuales & incorporei. Et qđ amplius est, in ipso homine infimũ corporũ, scilicet terra, & infimũ spirituũ, utpote anima rationalis, postremũ inter spiritus rationales locũ obtinens mira diuinæ sapientiæ ordinatione connexa sunt, cõstituuntq; hominem ipsum rationaliũ quidem creaturarũ extremũ, sed sensibiliũ & corporaliũ naturarũ supremum. Neq; efflagitãda est, aut exactius indaganda ratio, quare Deus hominem hoc pacto ex uisibili & inuisibili natura cõpegit. Nam sola eius uoluntas semper recta, æqua, & bona, summæq; sapientiæ semper cõiuncta, sufficiẽtissima est & sola ratio huius opificij. Potestatem enim habet figulus (ut ex diuino Paulo hic affert litera) ex proprio luto diuersa fingere uasa. Sanè quemadmodum diuinus ait Esaias ca. 64. Et nunc Domine pater noster es tu, nos uero lutũ: & fictor noster tu, & opera manuũ tuarũ omnes nos. Et Hieremias cap 18. Sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea, dicit Dominus: ipse Deus omniũ opifex, & cuius bona uolũtate facta sunt uniuersa, noster quinimmo rerũ omnium sensibiliũ & è terra genitorũ figulus est: terra, lutum. diuersa uasa, uaria substantiarũ genera, è terræ materia summi artificis sapiẽtia formata, utpote fossilia quæ terræ uisceribus eruuntur, uegetantia, quadrupedia, & deniq; homo. Inter quæ cũ magnum sit naturæ interstitium atq; discrimen, perspicuè suam ostendit proditq; sapiẽtiam optimus rerum opifex, quod ex una eadẽq; materia tantã inter se differentiã sortita uasa eduxerit atq; effinxerit. Nec minus in eo ipso suã nobis manifestat summam & admirandam sapiẽtiã, quod ex tam abiecta, crassaq; terræ materia, quæ pedibus omnium substerniculum est, & imum inter corpora locum gradumq; sortita, corpus humanum, adeò preciosum & insigne opus, egregiumq; & admirabile efformauit, quod planè singularis & eximiæ sapientiæ opificis ingens est argumentũ quemadmodũ maioris esset industriæ, ex terra uasa aurea, quã ex auro eadem fabricare. Hãc certè mirabilẽ corporis humani cõpositionem admiratur Trismegistus in libro De potestate & sapiẽtia Dei, dialogo quinto, cũ ait: Age fili, circumspice humani corporis opificiũ, cuius admonitione perdisce, quis tã pulchræ imaginis cõditor, quis oculorum pictor, quis nares auresq; tornauit, quis labia distendit oris? quis neruos tetendit atq; ligauit? quis irrigauit uenas? quis ossa cõgessit solida? quis carnem pellicula tenui circuntexit? quis digitos, articulosq; discreuit? quis fundamenta pedũ extendit? quis perforauit poros, atq; meatus aperuit? quis splenẽ coegit atq; cõpressit? quis pyramidalẽ impressit cordi figurã? quis iecoris porro texit fibras? quis pulmonũ sculpsit fistulas? quis aluo capacẽ amplitudinem tradidit? quis honoranda corporis membra in ꝓpatulo figurauit? quis obscena in obscuro prorsus abdidit, eaq; ab aspectu cernentiũ uoluit secreta iacere? Vide quot diuinæ artis opera, in una materia demõstrantur. Singulaq; pulchra recteq; dimensa, nec nõ ꝓprijs inuicem officijs differentia. Quis nã singula finxit? qualis mater, qualis pater? nõnne hæc solus ipse inuisibilis Deus, cuncta ꝓpria uoluntate molitus est? Cæterũ de animæ humanæ creatione secundũ scripturæ sententiã loquitur deinde Damas. cum dicit, Deum esse elargitum homini animã rationalem & intellectiuã propria insufflatione. Non quidem quod flatũ faucibus emiserit Deus more hominum, aut ex sua substãtia eã traduxerit, ut senserunt nonnulli, animã rationalem Dei partẽ esse rati. Quorũ si uera esset sententia, neq; in errorẽ deflecti, neq; in malum pertrahi unquam posset anima, ut scitè contra huiusmodi assertores ratiocinatur

beatus

beatus Augustinus, eosq; cõuincit, quod aut oporteret admittere, ignorantiã aut iniquitatẽ in Deũ cadere posse, quod summæ est impietatis. Sed huiusmodi insufflatione accipere debemus, quod ex nihilo Deus eã creauerit, intellectu & uoluntate sibi persimilẽ, corporiq; indiderit. Siquidẽ flatus nomine, nonnunquã anima significatur: ut cũ Deus per prophetam dicit, Omnem flatum ego feci. Non tamen arbitrandum est, animã hominis prius fuisse creatã & posterius plasmatũ corpus, quemadmodũ dicitur posuisse Origenes, asserens (ut aiunt) animas humanas omnes simul fuisse creatas, lõge ante corporũ formationẽ: & in altera uita hãc præcedente, aut secundũ uirtutẽ aut uicia uictitasse. Eas insuper quæ rectè uixerint, in angelorum dignitatẽ translatas: quæ uero scelerum maculis se labefactarint, in corpora terrena tanquã ergastula, carcereq; detrusas, ut præteritorũ malorũ meritas luant pœnas. Et hunc prophanũ errorẽ, his sacrarum literarum testimonijs atq; consimilibus falsò munire cõtendunt, qui illi astipulãtur. Priusquam humiliarer, ego deliqui. Educ de carcere animam meã. Cõuertere anima mea in requiem tuã. Placebo Domino in regione uiuorũ. Verùm hæc deridicula sunt, & scripturæ sacræ sentẽtijs aduersa, q̃ indubitatò sentit, animã rationalem cum creatur, simul corpori disposito hoc in mũdo infundi, & cũ infunditur creari, ut ne minimo quidem momento, animę creatio in singulis hominib. infusionẽ & unionem cum corpore antecedat: quemadmodũ attestatur Psalm. 38. de Deo prædicans, Qui finxit sigillatim corda eorum, q intelligit omnia opera eorum: nomine cordiũ, ibidem animas (quemadmodũ plerunq; alijs in locis) accipiens. Hanc autem Origenistarũ insaniã acerrimè confutant sancti Hieronymus & Augustinus, cũ de erroribus Origenis & origine animæ nostræ discutiunt. Neq; minus eã improbat Cyrillus in cõmentarijs suis sup Ioannem libro primo, ubi copiosis rationibus & sacrarũ literarũ authoritate fultis hanc positionem prorsus elidit & extirpat, cum exponit hũc Euangelij locum, Erat lux uera q̃ illuminat. Porrò multifariã prosequẽs author hominis excellentiã & insignem dignitatem, dicit eum factum ueluti quendã secundum mundum. Nam primus mundus, qui & maior dicitur, est tota creatarum uniuersitas, angelos, cœlũ, terramq; & q̃ in eis sunt cõplectens: secundus uero mundus & minor, dicitur homo propter proportionem, similitudinem & responsum eius ad maiorẽ mundum: quodq; homo quadã proportione ea in se habeat, q̃ in maiore mundo cõperiuntur. Nempe ut se habent in sensibili mundo quatuor elemẽta, ita in homine quatuor humores illis respõdentes, cholera, sanguis, pituita, atra bilis. Et quemadmodũ in maiore mũdo supremũ est cœlum, & orbes cœlestes inferiores illius agitatu rapti: ita in homine recta ratio & appetitus rationalis supereminet, cui subiectus esse debet appetitus sensitiuus, obtẽperans & obsequens. Quod insup in maiore mundo est media regio aeris, uapores cõdensans, in nubemq; cogens: id in homine est cerebrũ, sublatos fumos & halitus infrigidãs. Deniq; qđ in toto mũdi ambitu est sol, omnia suo lumine collustrans, & uiuifico calore fouens: id in homine est cor, calorẽ uitalem in totum corpus diffundens. Deniq; quatuor substantiarũ gradus, scilicet subsistentiũ, uiuentium, sentientium & intelligentiũ, totum cõplentes uniuersum, in homine quoq; cõperiuntur, constituentes totã ipsius integritatẽ. Enumerat insuper author inter elogia & titulos humanæ dignitatis hominẽ esse regem eorum q̃ in terra sunt, & rectum, gubernatumq; desuper. Siquidem quemadmodũ ipse inspectator est cõstitutus & contẽplator creaturæ uisibilis, ut habet litera: discipulus autẽ creaturæ intellectualis: nã à cœlestibus spiritibus (qbus dignitate inferior est) diuina edocetur mysteria, suscipitq; lucidos altissimarũ cognitionũ fulgores: ita idem à Deo ordinatus est, ut rex creaturę uisibilis illã pręstabilitate, nobilitate & authoritate antecedẽs: rectus autẽ & gubernatus desup, id est à creatura intelligibili & spirituali, cui ꝓpria & peculiaris cura administrandi hominẽ est credita, ut secundũ diuinæ sanctionis legẽ infima per media ad summa ꝓuehantur, id est homo ꝑ angelos ad Deũ. Siquidem authore beatissimo Dionysio capite quarto libri De cœlesti hierarchia, idcirco lex uetus ꝑ angelos ad nos usq; manauit, ut id sanctissimæ ac diuinæ legis institutione caueretur, priore sequẽtib. iter ad Deũ sternere. Et hoc pacto omnifariã medius est homo magnitudine & humilitate, magnitudine quidem dignitatis supra uisibilia, & humilitate subiectionis sub inuisibilibus, cũ uisibilium supremus sit homo, & inuisibiliũ infimus. Nã indidit illi Deus spiritum & carnem. Spiritum quidẽ propter gratiã & spiritualia munera, q̃ recognoscat se à Deo accepisse, eaq; in suum referat authorem. Carnẽ uero (ut ait litera) propter elationem, non quidem prosequendã & amplectendã (nam odibilis corã Deo & hominibus superbia) sed euitandã prorsus & abijciendã. Præstat, enim caro ob sui deiectionem & terrenã originem hominibus materiã reprimẽdæ elationis, dum terræ limũ ex quo formata est, menti obijcit. Hinc sapiens animi nostri tumorẽ retundere uolẽs, Quid superbis (inquit) terra & cinis? Et per ipsam carnem homo patitur eadẽ, q̃ corpora inferiora, cibo indiget, qualitatib. sensilibus afficitur, & corporeas exercet operationes. Quocirca hęc infima & abiectissima, ratiõe carnis homo patiẽs, reminiscitur unde traxerit originẽ, & castigatur ab elatione animi, q̃ forsitan ob animæ præcellentiã & donorum Dei in hominẽ exuberantiã, mẽti humanæ posset irrepere. Quemadmodum Agathocles ad Siciliæ regnũ euectus, uasis fictilibus sibi cibũ potũq; semper ministrari iussit, ut exinde assiduè red-

deretur suæ originis memor,quodq; patre figulo genitus foret:ne ob altũ regiæ maiestatis fa
stigiũ aliquando intumesceret.Insuper in literæ loco subsequente,quo ostenditur arbitrij li-
bertas homini à Deo esse indulta,pulchrè reijcit Damascenus illorũ quæstionem,qui percon
tari solent,cur rerũ cõditor hominem nõ ita bonũ fecerit,ut malũ agere nõ posset.ostenditq;
Deum longè maiorem homini naturæ dignitatem cõtulisse,quod ipsum liberæ fecerit pote
statis (id enim , libera inquã arbitrij facultas,omniũ est à Deo homini indultorũ præstantissi-
mum atq; nobilissimũ)quàm si naturæ necessitate adegisset ad bonũ. Si enim inconuertibilis
fuisset homo & immobilis à bono,iã non uerè fuisset bonus,ut qui aliud esse nõ posset, neq;
suum esset,aut sui arbitrij,quod bene ageret,sed necessitatis naturæ. Quod aũt necessitate na
turæ fit,ut terræ lapsus ad ima,aut ignis ad suprema emicatio,neq; uirtus est . neq; laude aut
præmio dignũ:quare nec beatitudine remunerandũ.Non igitur quicquã bene ageret homo,
aut laude extollendũ:neq; ad beatitudinem peruenire dignus aut natus esset,si naturaliter fo
ret bonus.Non enim beatitudo,sine operis exercitio cuiquã est exhibenda: & ijs quæ natura
nobis assunt,neq; laudari debemus,neq; uituperari .Itaq; qui adimit homini libertatẽ uolun
tatis,summã illi tollit,ad quã natus est perfectionem,utpote,beatitudinis æternæ possessionẽ
& cõsecutionem.Proinde diuinus Dionys.ca.9.libri De cœlesti hierarchia rectè inquit:Neq;
enim coactã habemus uitã,neq; liberi arbitrij gratia diuinitus indulta mortalib.prouidentiæ
diuinæ luce & splendore obtunditur.Idem quoq; quarta parte 4. cap.libri De diuinis nomi-
nibus:Ideo & absurdã planè multorum rationem nõ admittimus , qui asserunt opportuisse
prouidentiã inuitos etiã nos ad uirtutem ducere:neq; enim est prouidentiæ, uiolare naturã.
Quocirca ut prouidentia cuiusq; naturæ est seruatrix,eis quæ per se mouentur(ut libero agũ
tur arbitrio),puidet,omnibusq; & singulis propriè,ut omniũ singulorumq; natura capit,&
totius ac uniuersæ prouidẽtiæ pro modo cuiusq;,prouidẽtissimas bonitates impertit. At ue
ro quod de anima rationali subiungit author,qđ aliud non habet præter seipsam, mentem:
ita accipiendũ est,quod anima rationalis mentem quidem habet, sed nihil aliud existentem,
præter seipsam animã.ut in litera,,pnomen seipsam nõ cõiunctim ad mentẽ referatur, sed se-
iunctim ab eo legatur accusatiuo,& ad animã reducatur,& literæ sensus sit,mentẽ nihil aliud
in anima esse re ipsa,q̃ ipsius animæ substantiã atq; essentiã : quãuis alia sit animæ rationalis,
& alia mentis ratio. Anima eñ rationalis dicitur,quia corpus animat, & rationis discretione
sit prædita:mens uero,quia uirtus est naturalis & insita, qua anima intelligit. Idcirco rationẽ
attendendo dicitur in litera,mens esse pars ipsius animæ purissima:nõ quidẽ pars cõponens,
sicut oculus cõponit corpus,& eo ipso à mente cui cõparatur discrepans, sed quia particula-
ris est animæ uirtus & potentia,peculiari addicta operationi, scilicet intellectioni , sicut ocu-
lus uisioni,in quo utriusq; hic fit cõparatio . Deinde incorporeorũ inuisibiliũq; subnectitur
in litera partitio,qđ aliqua sunt entia incorporea & inuisibilia secundum substãtiã, ut Deus:
alia uero & infigurata sunt & inuisibilia,gratia cõditoris,qui id illis indulsit,ut angeli,& ani-
mæ humanæ.Quæ secundũ substãtiã inuisibilia sunt & incorporea, natura sunt talia, quia id
à se habent,& ab alio minime acceperunt.Et soli quidẽ Deo cõpetit inuisibilẽ,incorporeũ,&
insiguratũ esse secundũ substantiã,& natura.Quæ uero secundũ indultũ & gratiam inuisibi-
lia sunt & incorporea,talia dicuntur,facta collatione ad materiæ crassitiẽ: cuius cũ immunia
sint & expertia,cõditionibus itidem materiã consequentibus uacua sunt. Quod si ad Deũ cõ
ferrentur,propter magnã ab eo distantiã,ut corporea & uisibilia censerẽtur: sicut & tertio hu
ius libri ca.supradictũ est.Perinde atq; aqua ad terram,propemodum rara, ad aerem uero col
locata,densa est.Id aũt secundum partitionis membrum,congruit angelis,dæmonibus,& ani
mabus humanis,quæ incorporea sunt & inuisibilia,duntaxat authoris supremi gratia,itidẽ
& habita ratione ad materiæ corpulentiã.Hinc Deum in scriptura inuisibilem nominatũ le-
gimus,potissimũ apud diuinum Paulum,primæ ad Timoth cap.1.dicentẽ:Regi sæculorum,
immortali,inuisibili,soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorũ , Amen.Ita & solus dicitur
Deus immortalis,quia id natura habet:angeli aũt & animæ humanæ,ipsi9 elargitione & gra
tuito munere. Adde qđ solus principio & fine caret. Creaturæ uero incorporeæ etsi fine ca-
rent,suæ tamen durationis habent principiũ.Idcirco Paulus eadẽ epist:ca.6.dicit de Deo,qui
solus habet immortalitatẽ,& lucẽ habitat inaccessibilẽ. Vbi uero in litera explicatur conue-
nientia & affinitas hominis cũ cæteris rebus creatis,nõ ab re dictum putetur,quod homo ra
tionis expertibus,& in his cõmunicat,in quibus scilicet inanimis & plantis cõmunicare di-
ctus est,utpote secundũ corpus,cõtemperamentumq; quatuor elementorũ,& uim uegetatri
cem. Cum enim quæcunq; habent inferiore gradu cõstituta entia naturalia, eadem habent &
superiore,digniore,q; collocata ordine,insuper & aliud quippiã dignius,cõsequens est,in qui
buscunq; homo cõmunicat cum inferioribus & minus dignis,in eisdem ipsum cõmunicare,
conspirareq; debere cũ præstantioribus,insuper & in alio quopiã. Vt sicut cũ inanimis cõspi
rat homo quantũ ad corpus & quatuor elementorũ cõtemperamentũ:ita & cum plantis in
eodẽ conuenit,& præterea in eo quod uim uegetatricẽ habet,altricem , auctricẽ & generati-
uã.Cum animalibus aũt rationis expertibus,in ijsdẽ duobus homo coincidit, & præter hoc
in uirtu-

In uirtute quoq; sensitiua, appetitiua et motiua. Demum cum angelicis substantijs cõspirat homo, quod ratione prædirus est & intellectu, quemadmodũ illæ: quod etiã uirtutes assequi natus, & præsertim pietatem uirtutũ summã. Sane pietas est syncera animi in Deũ religio, cui tum illi debitũ exhibentis. Hæc ubi adest, & cæteræ quoq; uirtutes ut asseclæ & comites faci le assunt. Ideo dicit Apostolus prima ad Timotheũ epistola, ca. 4. Exerce teipsum ad pietatẽ. nã corporalis exercitatio, ad modicũ utilis est: pietas aũt ad omnia utilis est, promissionem ha bens uitæ quæ nunc est, & futuræ: quemadmodũ impietas in Deum, omnem secum trahit ui ciorũ colluuiẽ: de qua Sapientiæ 14. cap. dicit Salomon: Similiter sunt Deo odio impius & impietas eius. propterea pietas, altissimũ inter uirtutes fastigiũ, culmen'q; obtinere dicitur. si cut & impietas uiciorum teterrimũ est. Quod si quis obijciat, hominem cum angelicis sub stantijs cognationem nõ habere in corporali subsistentia, uita, & sentienti facultate, cũ hæc an gelis nõ assint, in quibus tamẽ conuenit cũ inferiorib. & corporeis substãtijs, inanimatis, plã tis & animantib. non igitur recte prius assertũ uidetur, si quid in aliquo cum inferioribus & imperfectioribus cõspirat, in eodem & cum superioribus cõuenientiam habere. Non abso na daretur responsio, quod prædictum est, duntaxat locum habere in collatione substantia rum corporearũ inter se: neq; id accõmodandum esse ad cõparationẽ hominis ad incorporea ut quæ iam extra metã, aleam'q; & limitem corporum sint constituta. Nihilo secius & recte quis dixerit, hæc tria, subsistere, uiuere & sentire, substãtijs quoq; angelicis quodã modo cõ petere: nõ quidẽ corporaliter, sed spiritualiter. Quæcunq; enĩ inferiorum sunt, illa & in supe rioribus eminenter continentur, & in huiusmodi supereminenti atq; spirituali existentiæ, ui tæ ac sensitiuæ uirtutis dignitate, homo per animã cum angelis cõuenit. Porro operũ ac fun ctionum homini cõpetentium quædã sunt propria corporis, quædã propria animæ, quædã uero utriq; cõmunia. Propria corporis ea dicuntur, quæ corpori duntaxat cõpetunt, non e tiam animæ, ut incisio partium corporis, itidem & defluxus: nec non transmutatio secundũ qualitates sensibiles. Siquidẽ anima humana neq; incisionẽ sustinet, neq; partium defluxũ, ut quæ simplex sit & indiuidua: à sensibili etiã transmutatione, eadẽ lõge est aliena. Propria aũt animæ sunt, quæ duntaxat animæ & nõ corpori cõgruunt, ut ardens in Deum affectus, Dei'q; cognitio, & cæteræ peculiares homini operationes, quas nec corporis ministerio, nec officio animus in se exercet. Demum cõmunes corporis & animæ uirtutes sunt, quarũ offi cia ab anima quidẽ ut effectrice exercentur, & in corpore ut subiecto suscipiuntur. Vt nutri tionẽ, sensuũ perceptionem, appetitionẽ & progressionẽ, anima tanq̃ præcipuum efficiẽs per agit: corpore tamen & partib. eius ut organis utitur: in quib. hæc opera recipiuntur. Diuisio aũt potentiarum animæ in litera subiuncta, ex Ethicis est perspicua. Postremũ uim motiuã secundum locum in homine, persuasibilẽ esse ratione, non ab re cõtingit. Nam ea uis moti ua secundum locum, plerũq; ab appetitu irrationali ad opus mouetur, cum scilicet sensu aut exteriori, aut interiori cognitũ obiectum apprehenditur, aut ut delectabile & conueniens, aut tanq̃ triste & incõmodum, ob quod excitatur appetitus ad prosequendũ illud aut refu giendũ, mouet'q; cõcupiscentia uim progressiuã ad assequendũ idipsum, aut repudiandum. Atqui appetitus irrationalis, ratione persuasibilis est, & natus illi obtemperare: igitur & uis motiua à uirtute cõncupiscendi dependens, nata est ratione duci & regi. Cuius & sæpenume ro periculũ faciunt homines, q̃ suggerente effreni appetitu, ad quicq; mali perpetrandũ pro gressi, obluctante, cõtranitente'q; ratione cœptum iter intermittunt, rationi'q; parentes absti nent ab eo motu quẽ impulsu appetitus indomiti incœperant. Sic Dauid cum uix se accin xerat ad interficiendũ Nabal & euertendã eius domũ, ob negatum ei uictus subsidium, qd' per nuncios ab eo officiose petiuerat: occursu Abigail uxoris Nabal prudentissimæ, & ultro nea oblatione munerũ eius placatus, destitit incœpto, neq; ulterius progressus est: quemad modum primi regum cap. 25. commemorat.

ΠΕΡΙ ΗΔΟΝΩΝ. κθ.

Τῶν ἡδονῶν αἱ μέν εἰσι ψυχικαί, αἱ δὲ σωματικαί. καὶ ψυχικαὶ μέν, ὅσαι μόνης εἰσὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς καθ' ἑαυτήν, ὡς αἱ περὶ τὰ μαθήματα, καὶ τὴν θεωρίαν. σωματικαὶ δέ, αἱ μετὰ κοινωνίας τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος γινόμεναι, καὶ διὰ τοῦτο σωματικαὶ καλούμεναι, ὅσαι περὶ τροφὰς καὶ συνουσίας, καὶ τὰ τοιαῦτα. μόνου δὲ τοῦ σώματος οὐκ ἂν εὕροι τις ἡδονάς. πάλιν τῶν ἡδονῶν αἱ μέν εἰσιν ἀληθεῖς, αἱ δὲ ψευδεῖς. καὶ αἱ

DE VOLVPTATE. *Cap.* XIII.

Voluptatũ hę sunt animę, illę corporis. Voluptates animæ, quæcũque solius animę sunt, ipsi secundũ seipsam cõueniẽtes: ut quęcũq; sunt circa disciplinas & cõtẽplationẽ. Corporis uero, quæ ob animę & corporis cõmunionem cõtingunt. Propterea et corporeæ uocanť, quæcũq; circa cibos & uenerea, & eiusmodi sunt. Solius autem corporis non utique reperiat quis uoluptates. Rursus uoluptatum quædã ueræ sunt, quædã mendaces & falsæ. Illæ

μὲν τῆς διανοίας μόνης, κατ' ἐπιστήμην ἢ θεωρίαν, αἱ δὲ μετὰ σώματος κατ' αἴσθησιν. καὶ τῶν μετὰ σώματος ἡδονῶν, αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ ἅμα καὶ ἀναγκαῖαι, ὧν χωρὶς ζῆν ἀδύνατον, ὡς αἱ τροφαί, αἱ τῆς ἐνδείας ἀναπληρωτικαί, καὶ τὰ ἐνδύματα τὰ ἀναγκαῖα. αἱ δὲ φυσικαὶ μέν, οὐκ ἀναγκαῖαι δέ, ὡς αἱ κατὰ φύσιν καὶ κατὰ νόμον μίξεις. αὗται γὰρ εἰς μὲν τὴν διαμονὴν τοῦ παντὸς γένους συντελοῦσι. δυνατὸν δὲ καὶ χωρὶς αὐτῶν, ἐν παρθενίᾳ ζῆν. αἱ δὲ οὔτε ἀναγκαῖαι, οὔτε φυσικαί, ὡς μέθη, καὶ λαγνεῖαι, καὶ πλησμοναὶ τὴν χρείαν ὑπερβαίνουσαι. οὔτε γὰρ εἰς σύστασιν τῆς ζωῆς ἡμῶν συντελοῦσιν, οὔτε εἰς διαδοχὴν τοῦ γένους. τοὐναντίον δέ, μᾶλλον καὶ βλάπτουσι. τὸν τοίνυν κατὰ θεὸν ζῶντα, δεῖ μετέρχεσθαι τὰς ἀναγκαίας ἅμα καὶ φυσικάς. ἐν δευτέρᾳ δὲ τάξει, τὰς φυσικὰς καὶ οὐκ ἀναγκαίας τίθεσθαι, μετὰ τοῦ προσήκοντος καιροῦ, καὶ τρόπου, καὶ μέτρου γινομένας. τὰς δὲ ἄλλας, χρὴ πάντως παραιτεῖσθαι. καλὰς δὲ ἡδονὰς χρὴ ἡγεῖσθαι, τὰς μὴ συμπεπλεγμένας λύπῃ, μὴ δὲ μεταμέλειαν ἐμποιούσας, μὴ δὲ ἑτέρας βλάβης γεννητικάς, μήτε τοῦ μετρίου ὑπεραγχωρούσας, μήτε τῶν σπουδαίων ἔργων ἡμᾶς ἀφελκούσας ἐπὶ πολύ, ἢ καταδουλούσας.

solius mentis secundum scientiã & cõtemplationem, hæ cum corpore secundum sensum. Et uoluptatum quę cum corpore sunt, hæ naturales sunt simul & necessariæ, sine quib. uiuere impossibile est, quæ cibos indigentiã instaurãtes sequuntur, & indumẽta necessaria: illæ uero naturales quidem non necessariæ, ut quæ rerum uenerearũ sunt secundum naturam & legem. illæ enim ad totius generis cõseruationem cõducunt, possibile tamen est & sine ipsis in uirginitate degere. hæ rursus neq; naturales, neq; necessarię: ut ebrietas, & libido, & repletiones necessitatẽ excedẽtes. nam neq; in cõseruationem uitę nostræ cõferunt, neq; in successionem generis, uerùm officiunt. Eum autem qui secũdũ Deum uicturus est, oportet necessarias simul & naturales uoluptates quasi in trãsitu exercere: secundo autẽ ordine, naturales, sed nõ necessarias collocare, cũ decẽti occasione, temporeq; & loco, & modo factas: alias uero omnes penitus abijcere. Et par est ut eas bonas uoluptates existimemus, quę tristitiæ non sunt permixtę, neq; pœnitudinem inducentes, neq; superfluitatis aggenitrices, neq; mensuram excedentes, neq; nos à studiosis operibus trahentes plurimum, aut seruiles efficientes.

COMMENTARIVS.

TRes hic ponuntur uoluptatis partitiones. Prima: Voluptatum quædã sunt animæ, & quędam corporis. Voluptates animæ sunt, quæ proprias consequuntur animæ operationes & nullum habent cum corpore commercium, ut delectationes coniunctæ contemplationi ueritatis, aut operationi uirtutum. Et hæ per se syncæræ & ueræ sunt uoluptates, qđ tristitijs non sunt admixtæ, neq; pœnitudinem inducunt, aut molestiam. Siquidem delectationi (inquit Aristoteles in Topicis) quæ est in contemplatione huius propositionis diameter: est à symeter nihil est contrariũ, qđ nõ sustinet aduersantẽ mœstitiã. Corporis aũt uoluptates sunt, quæ annectuntur corporis operationibus, communionem etiã cum anima ut præcipua earum authore habentibus: sicut delectationes consequentes cibum, potum, aut quãlibet sensus operationem, Neq; huiusce partitionis tertium assignari potest membrum, quod non inueniantur uoluptates solius corporis, seclusa animæ cõmunione. Sequuntur enim uoluptates naturam operationum quibus sunt asseclæ & comites, quandoquidem delectatio sit operationi superueniens complacentia. Atqui solius corporis, nullæ sunt operationes: est corpus, materiæ nomẽ, quæ nullius operationis est effectiua: quinimmo quascunq; operationes in se suscipit corpus, easdẽ anima in corpore exercet. Neq; igitur ulla erit solius corporis delectatio, sed quæcũq; corporea dicitur. ab anima ut authore proficiscitur, habente commune cum corpore consortium, in uisione, & cæteris sensuum functionibus. Secunda partitio: Voluptatum quædam ueræ sunt, ut quæ solius sunt animæ secundum ueritatis speculationem, aut uirtutum officia. Aliæ uero mendaces & falsæ: ut quæ ipsius sunt corporis, & sensuum sequuntur oblectamenta Et reuera mendaces & subdolæ meritò dicuntur. Nam uoluptatum præ se ferunt speciem, & suis titillant animum illecebris, sed demum pœnitudinem & amaritudinem grauissimam inducunt, more apum quæ primò mel diffundunt, & protinus aculeo pungunt. Quod accomodè Boetius ita expressit:

Habet hoc uoluptas omnis:
Stimulis agit fruentes,

Apiumq;

Apiumq́ȝ par uolantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Eandem quoq; fucatã & fallacẽ uoluptatem, Sapiens nomine meretricis describens, Prouerbiorum quinto capite, inqt: Fauus distillans labia meretricis, nouissima autẽ eius amara sunt sicut absynthiũ. Et Prouerbiorũ 14. capite: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Hinc salubriter nos admonet Dominus noster Lucæ 6. capite, cõminãs æternã maledictionẽ ijs qui uitæ præsentis uoluptates impensius prosequũtur: Væ (inquit) uobis diuitibus, q habetis consolationem uestrã. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, qa lugebitis & flebitis. Et eiusdẽ euangelistæ 16. cap. contestatur, diuitẽ illum qui epulabatur quotidie splendidè, sepultũ esse in inferno, & flãma cruciari. Ita planè uoluptarij homines ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, ut inqt beatus Iob. Reprehenduntur etiã meritò à sapiente impij, qui dixerunt cogitantes apud se, nõ rectè: Venite & fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioso & unguentis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos rosis antequã marcescãt, nullũ pratũ sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo uestrum exors sit luxuriæ nostræ. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ, quoniã hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Verũ de istis paulo pòst subiungitur, qđ hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit eñ illos malitia eorũ, & nescierunt sacramenta Dei, neq; mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicarunt honorem animarum sanctarum. Esaias quoq; inclamat in eos qui uoluptatibus immoderatius dediti sunt, quinto capite dicens: Væ q consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad uesperam, ut uino æstuetis. Cithara, & lyra & tympanum & uinum in cõuiuijs uestris, & opus Domini nõ respicitis, & opera manuum eius non consideratis. Propterea (inquit) dilatauit infernus animã suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Quinimmo ubi repentina describitur ultio, & subitaria plaga à Deo hominibus immissa, annotatur tunc illis potissimũ inflicta cũ uoluptarijs actibus, corporalibusq́ȝ delicijs erãt intenti. Nẽpe apud Matthæũ uicesimo quarto capite nos admonet Dominus, quod in diebus Noe ante diluuiũ erãt comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad eum diem quo intrauit Noe in arcã, & nõ cognouerunt donec uenit diluuium & tulit omnes. Similiter Lucæ decimoseptimo capite dicitur de Sodomitis, quod edebant & bibebãt usq; ad exitũ ipsius Loth de urbe, & tunc repẽtina Dei ultio omnes perdidit. Rursum seruus nequã propter diuturnã aduentus domini sui morã ad mala audentior, manducansq́ȝ & bibẽs cum ebriosis, insperato Domini aduentu tollendus perhibetur, & cum impijs cõdẽnandus. Et sathanas filios Iob, nõ orãtes in templo, aut Deo sacrificantes, sed comedentes & bibentes uinum, ruina inopinata domus oppressit. Proinde Antisthenes hasce uoluptates summũ malũ apellabat: & Critolaus Peripateticus nõ modò eas summũ malum, sed multorum insup aliorum malorũ causam & originem esse dictitabat. Quod enim malũ dederis, ad quod non impellat malesuada uoluptas? Nullum sanè exhorrebunt facinus, qui uoluptatibus manus dãt uictas. A' quibus (cum semper nobis tanquã latrones insidiantur) summopere cauendum esse, admonuit Socrates, indicendũq́ȝ illis perpetuũ bellum. Nã ipsarum blandus est et mollicu lus ingressus, amarus uerò & perniciosus iugiter exitus. Ideo Gregorius Naziãzenus, adolescentes ad reprimendas huius generis uoluptates, ita hortatur: Ostendãt (inqt) iuuenes aduersum uicia fortitudinẽ suã, & in hoc, utantur iuuentutis feruore, nec iuuenilibus erroribus cedãt, maturitate prudẽtiæ lasciuiã ætatis uincẽtes. Gratulabãtur proculdubiò de hac uictoria magis, quàm si fuissent in Olympico certamine coronati. Vincent eñ in illo stadio, uel theatro, in quo humana certamina angeli spectãt, & corona eorum nulla senectute marcescet, habebuntq́ȝ nõ parui tẽporis, sed æternã securitatẽ, cum de hoc certamine coronati abierint in regionem uiuorum. Prudentissimè quoque Diogenes dicebat, uoluptatis contemptũ (si nos assuefecerimus) iucundissimũ fieri. Et sicut ij q cõsueuerunt uoluptuosè uiuere, molestè inde se auelli patiuntur: ita q aliter exercitati sunt, gratissimè ipsas contemnunt uoluptates. Tertia partitio. Voluptatũ corporis quædã naturales sunt & necessariæ, ut annexæ cibo & potui sumendo pro naturæ sustentatione, quod sine illis hanc mortalem uitã degere non possumus. Quædam naturales & non necessariæ, ut quæ ad liberorum propagationẽ ordinãtur, secundum naturæ institutum & ordinem. hæ siquidẽ naturales sunt, non tamen simpliciter necessariæ huic uel illi, aut cuius singulorũ hominũ, quamuis secundum conditionem necessariæ sint, atque rationẽ quandam generalem, si cõseruandum sit secundum continuam successionem genus humanũ, q̃ sanè conseruatio sine illis effici & præstari non potest. At non in uno quoque hominum singulatim sumptorũ sunt necessariæ, sicut delectationes cibi & potus, cũ possint singuli homines thalami expertem uitã & cœlibem ducere, atque uirginalem seruare candorẽ, quemadmodum Matthæus capite decimo nono dicit: Sunt eunuchi q seipsos castrauerunt propter regnũ cœlorum: non quidẽ ferro materiali, sed spirituali, scilicet continentiæ, quo carnis illecebras resecarunt, ut cœlestiũ similes euadãt, uirgineoq́ȝ nitore (quantũ sinunt

uires, angelorum munditiã, puritatemq́; imitari student. Verũ quia hanc arduam, difficilemq́; carpere uiam nõ passim omnes ualent, ibidẽ de matre uirgine natus, uirginũ dominus & uirgo primarius, subnectit: Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datũ est: qui potest capere, capiat. Deniq; tertio loco & ordine sunt uoluptates neque naturales, neq; necessariæ, ut quæ in comessationibus aut immoderato uenereorum usu habẽtur neq; ad sui cõseruationẽ neq; sobolis successionẽ homini cõducentes, quinimmo plurimũ nociuæ. Sanè huiusmodi effusis & laxatis habenis delectationes intẽperatorũ, uitæ cõseruandæ plurimũ officere, quotidiana nos edocent exẽpla, cum plures (ut inquit beatus Hieronymus) interficiat gula quã gladius. Et hinc subitæ mortes atq; intestata senectus, quẽadmodum ait Satyricus. Huic accedit Ecclesiasticus, cap. 37. nos admonens Noli (inquit) auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escã. In multis enim escis erit infirmitas, propter crapulã multi perierunt: qui aũt abstinens est, adijciet uitã. Inconcessum itidẽ & immoderatũ uenereorũ usum uitæ incolumi plurimũ incõmodare, testatur Aristoteles in Libro de lõgitudine & breuitate uitæ, dicens animalia frequenter ueneri indulgentia & ad eum propensiora, cõtractioris esse & correptioris uitæ. Quocirca audiendum nobis semper est id Virgilianum:

Compedibus Venerem, uinclis constringe Lyæum,
Ne te muneribus ledat uterq; suis.
Vina sitim sedant, natis uenus alma creandis:
Sed fines horum transilijsse, nocet.

De huiusmodi quoq; tertij generis uoluptatibus rectè inquit Cicero, quod uoluptates blandissimæ dominæ, maiores partes animi a uirtute detorquent. Rursum idẽ: Dicebat Architas Tarentinus nullã capitaliorẽ pestem quã uoluptatem corporis, hominib. à natura datam. Et iterum: Egregiè Plato escã malorum uoluptatẽ appellat, quod ea homines capiuntur, ut pisces hamo. Impedit enim (inquit) consilium uoluptas, rationi inimica, ac mẽtis (ut ita dicam) perstringit oculos, nec habet ullũ cum uirtute cõmercium. Insuper de eadẽ Hieronymus: Semper uoluptas famem sui habet, & transacta non satiat. Ambrosius quoq;, nihil (inquit) pdige satis est uoluptati. Semper famem patitur sui, quæ alimentis perpetuis nescit impleri. Nẽpe more ignis, quo magis nutritur, eò plus inardescit.

ΠΕΡΙ ΛΥΠΗΣ. λα.

Τῆς δὲ λύπης τέσσαρα, ἄχος, ἄχθος, φθόνος, ἔλεος. ἄχος μὲν οὖν ἐστι, λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα. ἄχθος δὲ, λύπη βαρύνουσα. φθόνος δὲ, λύπη ἐπὶ ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. ἔλεος δὲ, λύπη ἐπὶ ἀλλοτρίοις κακοῖς.

DE TRISTITIA. Cap. XIIII.

Tristitiæ quatuor sunt species, acedia, molestia, inuidia, misericordia. Acedia igit̃ tristitia est, taciturnitatem defectionẽq; uocis inducens Molestia, tristitia est aggrauans, pondusq; afferẽs. Inuidia, tristitia est ex alienis bonis proueniens. Misericordia uerò, in aliorum malis tristitia.

COMMENTARIVS.

Voluptati contraria tristitia, ab autore in quatuor diducitur species. Earum prima Acedia, tristitia sic aggrauãs mentẽ, ut nihil boni ei agere libeat: habetq́; sibi annexã & inseparabilem comitem, anxietatẽ & tædiũ animi, torporemq́; bene operãdi, deijcientem totum hominem languore pigro, & inducentem menti amaritudinẽ continuã. Hinc enascitur ex uehementiore mœstitia, taciturnitas & defectio uocis. quod adeò absorbeatur animus & occupetur languida deiectione, ut in uocem depromendã nõ exeat, sed suijpsius cõfusiõe & obnubilatione impediatur, detineaturq́; cõstricta, ne sermonẽ efformet. Hanc admodũ periculosam & exitialem animi labem, insectatur multifariã scriptura, potissimũ Prouerbiorũ cap. 6. Vade ad formicas ò piger, & considera uias eius, & disce sapientiã. Quæ cum nõ habeat ducem, nec præceptorẽ, nec principẽ, parat in æstate cibũ sibi, & cõgregat in messe qđ comedat. Et rursum ibidẽ: Vsq; quò piger dormies? quando cõsurges è somno tuo? Et Prouerbiorũ 21. cap. Desideria occidunt pigrũ, noluerunt eñ manus eius quicquã operari. Deniq; Ecclesiastici ca. 33. Multã malitiã docuit ociositas Eandem dãnat & Chrysostomus, dicẽs: Radix desperationis est ignauia, & nõ solũ radix, sed nutrix eius ac mater. Nam sicut uestimentum tineã generat & nutrit, ita ignatia nõ solũ gignit ex se desperationem, sed etiã alit eã ac fouet. Et sanctus Leo: Non dormientib. prouenit regnum cœlorum, nec ocio & desidia torpẽtibus beatitudo æternitatis repromittitur Deniq; Beda: Pigri uocabulo denotatur, qui uult regnare cũ Deo, & non uult laborare ꝓ Deo: delectant præmia cũ pollicentur, deterrẽt certamina cum iubentur. Cæterum hic in transcursu & id annotare nõ piget, licet ad grammaticã spectet rationem, quod supradictum nomen exprimens primã tristitiæ speciem, nõ duplo c scribi debet, aut proferri, neq; per i in secunda syllaba, ut fermè omnes ob græcæ literaturæ ignorantiam scribunt & proferunt, cum illo nomine unum ex septem uicijs capitalibus & mortiferis designant, sed per unicũ c scribendum est & pronunciandũ supradictũ nomẽ, atq; per e uocalẽ in secunda syllaba, nempe apud probatos autores prima eius syllaba corripitur, ut apud

ut apud Mantuanum in ſecundo libro de Calamitatibus temporum:

Sic hominum falſo deludit acedia uultu,
Spem minuens,animosq; premens,operumq́; futura
Præmia deridens contemni fulmen & ignes
Tartareos,fruſtraq́; docet phlegetonta timeri.

Secunda etiam eius ſyllaba apud Græcos ſcribitur per η,q̃ apud latinos ferè ſemp̃ in e longum cõuertitur. At quoniã in efformatione dictionis latinæ interdũ η græca ſine mutatione in alterã uocalem,tranſit in i latinum & longum,rectè etiã nonnulli per i latinum in ſecunda ſyllaba proferunt,& ſcribunt prædictũ nomen,dicentes acidia. Quemadmodũ in præcedẽte libro numero 41 annotatũ eſt,nos ſpiritum ſanctum paracletum dicere debere,quoniã id nomen apud græcos per η literã græcam ſcribitur,quæ ut plurimum mutatur in e latinum longum,ut præclarè diſſerit Franciſcus Philelphus in libri decimitertij ſuarũ Epiſtolarũ quadrageſima ſeptima epiſtola. Verùm quoniã η græcum,in dictionibus ad latinã formam translatis interdum(licet rarius)manet impermutatũ,& in i noſtrum trãſit,nonnullos inuenias,qui nõ omnino ineptè ſcribunt & proferunt paraclitũ,penultima lõga.at ne crãbe bis polita(ut aiunt)ſit mors,ad alia ꝓgrediendũ eſt. Modeſtia uerò ſecũda triſtitiæ ſpecies aſsignitur, quãdo quippiã nobis infertur aut ſubſtrahitur,qđ ægro animo moleſteq; ferimus irrogari nobis aut auferri.& hinc ægritudinem atq; mœrorẽ mentis cõtrahimus. Vt cum quis fraudatur bono expectato,aut priuatur bono prius habito,uel inopinato premitur malo.& ea fortunæ aduerſitas aggrauat animũ,æthneoq́; põdere deprimit iacentẽ,cum deberet p̃ patientiã & fiduciã atq; ſpẽ melioris ſucceſſus erigi ab huiuſmodi depreſſione.Itaq; excutiẽdum eſt id graue põdus,& cũ propheta cantandum:Quare triſtis es anima mea,& quare conturbas me?ſpera in Deo,quoniam adhuc cõfitebor illi,ſalutare uultus mei,& Deus meus.Nã ut in Prouerbijs inquit Salomõ:In mœrore animi deijcitur ſpiritus,animus gaudẽs ætatẽ facit floridã,& ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Et quemadmodũ dicit Eccleſiaſticus: Melior eſt mors q̃ uita amara,& à triſtitia feſtinat mors. Triſtitiam(inquit)lõgè expelle à te,quoniã multos occidit triſtitia,& nõ eſt utilitas in ea. Neq; negligenter prætermittendũ eſt ſalutare contra hãc animi ægritudinẽ(quandoquidem ut ait poeta:Nõ eſt triſtitia peius hominibus malũ. triſtitiæ enim hominibus pariunt morbos)antidotũ,qđ Hugo de ſancto Victore exhibet & porrigit cuiuis noſtrùm. Vis(inquit)nunquã eſſe triſtis?bene uiue,bona uita ſemp̃ gaudium habet. Quæ omnia etſi locũ habeãt & ueritatẽ in qualibet ſpeciei triſtitiæ, peculiariter tamẽ & præſertim in hac ſecunda,qua animus moleſtia premitur ꝓpter aduerſitatẽ aut calamitatem inflictam, q̃ nullo melius medicamento,quã patiẽtia in rebus aſperis depellitur. Tertia triſtitiæ ſpecies hic aſsignata eſt inuidia,q̃ diffinitur eſſe triſtitia de bono alterius,quatenus æſtimatur diminuere gloriã propriã.de qua beatus Auguſtinus:Inuidia eſt filia ſupbiæ, ſed iſta mater ſupbia neſcit eſſe ſterilis:ubi fuerit,cõtinuo parit.ſuffoca matrem,& nõ erit filia. Rurſum idem: Inuidia ſequitur ſuperbiã,non præcedit.Non em̃ cauſa ſuperbiendi eſt inuidia, ſed cauſa inuidendi eſt ſuperbia. Eſt em̃ ſuperbia,amor ꝓpriæ excellentię:inuidia uerò,odiũ fœlicitatis alienæ.quæ quidem æmulatio,unde naſcatur,ſatis in prõptu eſt. Amando em̃ quiſq; excellentiã ſuã,uel paribus inuidet qđ ei coæquãtur, uel inferioribus ne coæquentur,uel ſuperioribus qđ nõ eis coæquatur. Superbiendo ergo inuidet,nõ inuidendo ſuperbus fit. De eadem ſanctus Hieronymus:Oro te quid delectationis illi præſtat inuidia,quẽ ſecretis quibuſdã conſcientiæ unguilis liuor ipſe diſcerpit & alienã felicitatẽ eius tormentum facit? Hinc rectè Proſp̃ inquit:Inuidia in ſuũ autorem reciproca eſt,& de bono alterius, tabeſcentis animi cruciatus. Rurſum idem:Vtinã inuidi oculos haberent in omnibus ciuitatibus,ut de omniũ fœlicitatibus torquerentur.Nã quanta fœlicium ſunt gaudia,tanti inuidorũ ſunt gemitus. Et probè Alexander dixit,autore Curtio.inuidos homines nihil aliud eſſe q̃ ipſorum tormenta. Quocirca ſummo ſtudio euitandũ eſt id uipereũ & tartareum uirus, quod humanis animis hoſtis antiquus inſtillare annititur:audiendumq́; ſapientis monitũ Prouerbiorũ capite 23. Ne comedas cum homine inuido,& ne deſideres cibos eius. Audiendũ & ſalutare beati Pauli inſtitutũ,ad Galatas quinto. Nõ efficiamini inanis gloriæ cupidi,inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Nã inuidia diaboli,mors intrauit in orbem terrarum:imitantur autem illum qui ſunt ex parte eius. Et ſicut beatus ait Auguſtinus,inuidia uiciũ diabolicũ,& quo ſolo diabolus eſt reus,& inexpiabiliter reus.Non em̃ diabolo dicitur,ut damnetur, adulterium cõmiſiſti,furtum feciſti uillã alienã rapuiſti,ſed homini ſtatim inuidiſti. Quarta triſtitiæ ſpecies hic enumerata eſt miſericordia,q̃ diffinitur eſſe alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſsio, qua utique ſi poſſumus,illi ſubuenire cõpellimur. Et hæc ſola inter aſsignatas hic ſpecies triſtitię, commendationem meretur,& laudem,dignaq́; cenſetur quã amplectamur ardentius. Beati em̃ miſericordes,quoniã ipſi miſericordiam conſequentur. Et euntes diſcite quid eſt, miſericordiam uolo,& non ſacrificium. Qui enim habuerit ſubſtantiam huius mundi,& uiderit fratrem ſuum neceſsitatem habere,& clauſerit uiſcera ſua ab eo,quo modo charitas Dei manet in eo? Proinde rectè dicit beatus Ambroſius: Miſericordia largior,ubi fides promptior.

Nihil

Nihil tam cõmendat Christianũ, quàm miseratio charitatis. Cui accedit & Cicero, dicens: Nulla de uirtutibus plurimis admirabilior, nec gratior misericordia: homines enim ad deos nulla re propius accedunt, quã salute hominib. dãdo. Nihil habet fortuna maius, quã ut possit: nec natura melius, quã ut uelit seruare. Et Valerius Maximus: Nã etsi egregiũ est hostẽ abijcere, non minus tamen laudabile infelicis scire misereri. Et Pelignus poeta, Regia (crede mihi) res est, succurrere lapsis. Demũ Statius, Pulchrũ est uitam donare petenti. Verùm hæc uirtus adeò copiosè in sacris literis est laudata, ut non externorum indigeat commendatione.

ΠΕΡΙ ΦΟΒΟΥ. λβ.

Διαιρεῖται δὲ καὶ ὁ φόβος εἰς ἕξ, εἰς ὄκνον, εἰς αἰδῶ, εἰς αἰσχύνην, εἰς κατάπληξιν, εἰς ἔκπληξιν, εἰς ἀγωνίαν. ὄκνος μὲν οὖν ἐστὶ φόβος μελλούσης ἐνεργείας. αἰδὼς δὲ, φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου. κάλλιστον δὲ τοῦτο τὸ πάθος. αἰσχύνη δὲ, φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ. οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀνέλπιστον εἰς σωτηρίαν. κατάπληξις δὲ, φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας. ἔκπληξις δὲ, φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας. ἀγωνία δὲ, φόβος διαπτώσεως, ἤγουν ἀτυχίας. φοβούμενοι γὰρ ἀτυχεῖν τῆς πράξεως, ἀγωνιῶμεν.

DE TIMORE. Cap. XV.

Diuiditur autem timor in sex, in cũctationem, uerecundiam, erubescentiam, stuporẽ, terrorẽ, & agoniam. Cunctatio igitur, est timor futuræ operationis. Verecũdia, timor est ex expectatione conuicij: & hic affectus optimus est. Erubescentia, timor ex re turpi perpetrata: neq; hic quidem affectus est sine spe salutis. Stupor, timor ex magna imaginatiõe. Terror, timor ex imaginatione insueti mali. Agonia uerò, timor casus & infortunij. timentes enim in operatione infortunari, agonizamus.

COMMENTARIVS

Timor, affectus est animi, quo imminẽs & quod in foribus adest malũ, formidatur, præsertim cum id adeò uidetur graue, ut uires nostras excedere censeatur, & quod facilè superari non possit. Eius prima species cunctatio, & tarditas & dilatio aggrediundi quodpiam opus, quod arduũ & difficile factu iudicatur, timeturq; nostras uires sua mole oppressurũ. Et qui detrectat, exequi operationem aliquã ob uirium suarũ diffidentiã, metumq; succũbendi: cunctabundus dicitur, & cunctator. Verecundia uerò est timor perpetrandi quippiã turpe aut flagitiosum, ne id cognitum inferat dedecus aut infamiam suo autori. Et hic affectus (ut habet litera) optimus est, nã in ijs quibus accõmodari debet, utpote adolescentib. frenũ quoddã est, & retinaculũ, quo animus ob ætatis feruorẽ & grauiores cupiditates ad uicia propensior à turpium perpetratione retrahitur, timore dedecoris aut infamiæ cõtrahendæ. Itaq; laudabilis est hic affectus. qđ præseruat iuuentutẽ, ne præceps ruat in uicia, ad quæ grauiter impellit cõcupiscẽtia. Idcirco Aristoteles in Ethicis, sicut in sene uituperat, ita in puero ruborem laudat. Et Cato senior dicere cõsueuit, se lõgè magis ijs iuuenibus delectari qui rubescerent, q̃ qui pallescerent. Erubescentia aũt, post malũ perpetratũ pudor est, quos quis mali anteacti cõscius. timet ex eo infamiã sibi illatum iri si rescifcatur: proinde solicitè cauet, ne rursum in idẽ labatur malũ Nõ est igitur sine spe salutis erubescentia, quia animũ à lapsu erigit, & ne trahatur in consuetudinem defendit. Cõmendabilior tamen est uerecundia, quia ne omnino cõmittatur malũ, ꝓhibet. De hac beatus Hieronymus scitè admodũ dicit. Ingenia liberaliter educata, facilius uerecundia q̃ metus superat: & quos tormenta nõ uincunt, interdũ uincit pudor. & Ambrosius erubescere debemus & cõdẽnare peccatũ, nõ defendere: quoniã pudore culpa minuitur, defensione cumulatur. Demũ Bernardus super Cantica: Quid amabilius uerecundo adolescente? Quã pulchra & splendida gẽma morũ est uerecũdia, in uita & uultu adolescentis? q̃ uera & minimè dubia bonæ spei nuncia, & bonę indolis? uirga disciplinæ, expugnatrix malorũ, ꝓpugnatrix puritatis innatæ, specialis gloriæ cõscientiæ, famæ custos, uitæ decus, uirtutis sedes, uirtutũ primitiæ, naturæ laus, & insigne totius honesti. Idem quoq; eodẽ loco: Verecundia soror est cõtinentiæ, nullũ æquè manifestũ indiciũ columbinæ simplicitatis, & ideo etiã testis est innocẽtiæ: lãpas pudicitiæ mentis semper lucẽs, ut nil in ea turpe uel indecorũ residere attẽtet, qđ nõ illa ilico perdat. Quarta timoris species, scilicet stupor, est timor ingens ex uehementi & inconsueta imaginatione ꝓcedens, & plerunq; sensuũ alienationẽ inducens. Inde stupentẽ eũ uocamus, qui ex magna rei insolitæ admiratione, aut graui timore sensum rerũ non habet. Et stupentia siue stupida dicuntur mẽbra, quando uel paruũ uel nullum habet sensum. Terror aũt Dicitur timor ab aliquo incussus, aut ob cõminationẽ mali infligendi, aut ob difficultatem & grauitatẽ mali perferendi. Cùm eñ quispiã alteri incutit metum ob malum impendens ac ingruens, qđ sit tolerãdum, terrorẽ illi inferre atq; ipsum territare dicitur. Deniq; sexta timoris species agonia, diffinitur esse timor & solicitudo mentem uexans ob malum extrinsecum iamiam perferendum, cui resisti non potest. Si quidem si quis in futuro certamine, aut difficili re toleranda, quam detrectare & subterfugere non potest, exhorreat, & timeat laboris grauitatem & pondus, in agonia esse dicitur.

Quemad

Quemadmodũ apud Lucam de Domino nostro legimus, qđ factus in agonia prolixus orabat. Præterea hic ab autore describitur agonia esse timor sinistri casus & infortunij. Cũ enim quicquã aggredimur cuius incertus est exitus, & timemus infortunatum & infaustum in ea re finem aut successum, tunc agonizamus, & agonia premimur.

ΠΕΡΙ ΘΥΜΟΥ. ιϛ.

Θυμός δέ ἐστι, ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς χολῆς, ἢ ἀναθολώσεως γινομένη. διὸ καὶ χολὴ λέγεται, καὶ χόλος. ἔστι δὲ ὅτε ὁ θυμὸς καὶ ὄρεξίς ἐστιν ἀντιτιμωρήσεως. ἀδικούμενοι γάρ, ἢ νομίζοντες ἀδικεῖσθαι, θυμούμεθα, καὶ γίνεται τότε μικτὸν τὸ πάθος, ἐξ ἐπιθυμίας, καὶ θυμοῦ. εἴδη δὲ τοῦ θυμοῦ τρία. ὀργή, ἥτις καλεῖται χολή, καὶ χόλος, καὶ μῆνις, καὶ κότος. θυμὸς μὲν γάρ, ἀρχὴν καὶ κίνησιν ἔχων, ὀργὴ καὶ χολή, καὶ χόλος λέγεται. μῆνις δέ, χολὴ ἐπιμένουσα, ἤγουν μνησικακία. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ μένειν. καὶ τῇ μνήμῃ παραδίδοσθαι. κότος δέ, ὀργὴ ἐπιτηροῦσα καιρὸν εἰς τιμωρίαν. εἴρηται δὲ καὶ οὗτος, παρὰ τὸ κεῖσθαι. ἔστι δὲ ὁ θυμὸς τὸ δορυφορικὸν τοῦ λογισμοῦ, ἔκδικος τῆς ἐπιθυμίας. ὅταν γὰρ ἐπιθυμήσωμεν πράγματος, καὶ κολυθῶμεν ὑπό τινος, θυμούμεθα κατ᾽ αὐτοῦ ὡς ἀδικηθέντες, τοῦ λογισμοῦ δηλονότι κρίναντος ἄξιον ἀγανακτήσεως τὸ γινόμενον, ἐπὶ τῶν φυλαττόντων τὴν φύσιν τὴν οἰκείαν τάξιν.

DE IRA. Cap. XVI.

IRA est efferuentia sanguinis circa cor ex euaporatione, exsuscitationẽue bilis proueniens. quapropter & bilis & biliosa dicit̃. Est autem & quãdo ira est desideriũ, uindictæq; appetitus. Nã iniuriati, aut arbitrantes iniuria affici irascimur: & fit tunc mixta hæc perturbatio, ex concupiscentia & ira. Species aũt iræ sunt tres: ira quę uocatur bilis & biliosa, iracundia, & infensio. Bilis igitur & biliosa ira, ea est quæ principium habet, citoq; transit. Iracundia uero ira est, recordatione scilicet mali: unde & græco sermone menis, à manendo memorię tradendo, dicitur. Infensio autem ira est, tempus in uindictam ultionemq; obseruans, unde & græce cotos à iacendo dicitur. Est aũt ira satelles cogitationis, concupiscentiæ uindex. Nã cum quippiã concupiscimus, & ab aliquo prohibemur, irascimur aduersus eum, perinde ac iniuria affecti, cogitatione uidelicet iudicante dignum querela & indignatione, quod factum est. In ijs autem quæ secundum naturam proprium seruãt ordinem, huius quod ratione nõ suadet, uires sunt nutritiua, sui similis aggeneratiua, & pulsatilis. Vocatur & augmentatiua uirtus. quę nutrit & generat: & pulsatilis uocatur uitalis. Virtutis autẽ nutritiuæ uires quatuor sunt: attractiua, cibum attrahens: retentiua, cibũ retinens, & non sinens confestim ipsum diffluere: alteratiua, alterans cibum in humores: & expulsiua, superfluitates per aluum egerẽs, & excernens. Neq; id nos lateat, uiriũ animalium has quidem animales dici, has naturales, illas uitales. animales sunt secũdum delectum, ut motus secundum locum & sensus. Motionis autem secundum locum, est & uis progressiua, & omnino motiua secundum locum, & uocis emissiua, & respiratiua. Nam in nobis situm est, hæc facere, & non facere. Naturales aũt & uitales uoluntariæ, & secundum delectum non sunt. naturales quidem, ut nutritiua, augmentatoria: uitalis uerò, ut pulsatilis. hæ etenim siue uelimus, siue nolimus, operantur.

COMMENTARIVS.

IRA duplici diffinitione ab autore describitur, secundũ diuersas eius causas. Si enim efficientem causam & materialem eius respicimus, prior ei rectè aptatur descriptio, qđ sit accẽsio & feruor sanguinis circa cor, ex cõmotione choleræ fellisq; proueniens. Si uerò formalẽ causam aut finem illius attendimus, secundã ei accõmodabimus rationẽ, quod est libido puniẽdi eum à quo iniuria affecti sumus, aut uidemur. Et hæc animi perturbatio nisi refrenata fuerit & rectè rationis habenis moderata, præcipitat incautos in grauia mala, multaq; cũ corporis, tum animæ incommoda. Dicit enim Sapiens in Prouerbijs: Vir iracundus prouocat rixas, & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. Et rursum: Graue est saxum & onerosa harena, sed ira stulti utroque grauior. Hanc beatus Paulus tollendam solicitè monet, cum ad Ephesios scribit: Sol non occidat super iracundiam uestram. Et iterum ibidem: omnis indignatio & ira tollatur à uobis. Et beatus Iacobus epistolæ suæ catholicæ capite primo: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, & tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim uiri, iustitiam Dei non operatur. Et Dominus noster apud

Matthæum

Matthæum, cœlestis uitæ instituta sacro ore depromens, ait: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Restringẽda igitur (ut beatus ait Gregorius) sub ratione potestas est, & effrenatus furor, Nec quicꝗ agendum, priusquã concitata ad tranquillitatẽ mens redeat. Nã cõmotionis tẽpore iustũ putat omne qđ fecerit. Porrò tres iræ species numerantur in litera. Prima Bilis, siue ira bilosa, quæ citò & facilè cõmouetur, sed & leuiter sedatur. Ad quã potissimũ ꝓpensi sunt, qui cholera abundant. Iracundia uerò est diuturnior animi cõmotio, ex frequenti mali illati, iniuriæq́ recordatione, continuũ sumens pabulũ, & maius incrementum. & hæc magis animo occultatur, abditaq́ latet, quàm exteriore (sicut ira) ꝓdatur indicio. Infensio aũt est exulcerati animi perturbatio grauior, opportunitatẽ uindicandi illatã iniuriã de industria quærens, & nancisci studens. Et harum quidem trium specierũ prima, minimè omnium malà, minusq́ habens periculi & malitiæ, quã cæteræ. Nẽpe ut citò concitatur, ita facilè sedatur instar flãmæ stuppam leuiter succendentis, & statim trãseuntis atq; euanescẽtis. Secũda uerò deterior est quã prima. nam tardè quidẽ suscitatur, sed diuturnior est, altius animo infixa manens, & frequẽti irrogati mali recordatione recrudescens, ut ignis, haud facilè inserit se ferro: ubi tamẽ incãduerit ferrũ, diutius manet igneus calor. Deniq; tertia species omniũ est teterrima. nã incendium iræ cõceptum cõtinet occultũ, qđ sola uindicta aut ultione peracta extinguitur. cuius inferendæ occasionẽ & cõmoditatem anxiè quæritat: persimilis quidẽ carbonibus igne obtectis, nec suum ostentantib. fulgorem, nec ignis speciem præ se ferentibus, sed diutissimè calorẽ suum occlusum asseruantib. De hac beatus Augustinus: Ira inueterata odiũ est. Ira turbat oculũ, odiũ extinguit. Ira festuca est, odium trabs. homines quotidie irascuntur filijs, nõ tñ oderunt filios. Et beatus Hieronymus: Quid iracundo furor suus cõfert? quẽ sæuissimis exagitatũ stimulis cõscientiæ ita ab omni cõsilio ac mente deturbat, ut dũ irascitur, insanire credatur. Deinde ponitur ab autore diuisio uirtutũ animalis in tres partes, scilicet in naturales, uitales, & animales. Virtutes naturales sunt, quæ uiuentiũ naturã cõsequuntur, & omnibus uita participantib. assunt. dictæ naturales, quod solo naturæ ministerio suas exercent functiones, & naturali quadã necessitate, ut ratione aut consilio non possint suaderi aut dissuaderi, quod hæ uirtutes nõ sint natæ ratione regi, aut illi obtẽperare. Et tales numerãtur duæ in litera, scilicet nutricaria uirtus, quæ cõuertit alimentũ in substantiã aliti: & generatiua, quæ ex semine generat consimile secundũ speciem & naturã. Sub nutritiua uirtute comprehenditur & augmentatiua, semper illi coassecla, comes & socia: qđ quæcunq; nutriũtur, stato suo & determinato tẽpore crementũ sumãt, & molis accessionẽ: & ediuerso quæcunq; augẽtur, etiã nutrimentũ accipiũt. Quinimmo eadẽ re ipsa uirtus est nutritiua & augmentatiua: sed ratione diuersa. Siquidem nutritiua dicitur, attendendo rationem substantiæ alimẽti. quod expulsa sua forma, in aliti naturã cõuertitur. perinde atq; gutta aquæ infusa uino, in uini mutatur substantiã & lignũ impositũ foco, in ignẽ. Augmentatiua uerò, quia maiorem attollit molem animato, cuius quantitati fit accretio per adiectã nutrimenti dimensionẽ. Nutritiua igitur substantiã respicit, augmentatiua uero magnitudinẽ. Præterea nutriuntur animata quamdiu subsistunt. nã alimento destituta, protinus intereunt. non aũt semper augentur, sed certum habent sui augmenti terminũ. Vires uitales sunt, quæ exteriori uenarũ motu & pulsu, uitæ operationes à corde prodeuntes, & in totũ porrectas corpus, indicãt. Et huius una hic exprimitur species, scilicet pulsatilis, quæ uenarũ agitatione & pulsu, uitaliũ operationum qualitates & proprietates depromit, quas medici pulsatilium uenarũ attactu dijudicãt. Animales uerò uires sunt, quę animalib. peculiares sunt, & ꝓpriè solisq́ illis cõueniũt: ut motus secundum locum quo animalia à se feruntur, & sensualis rerũ perceptio. Et hæ à superiorib. duabus hoc sustinent discrimẽ, qđ sunt secundum delectum, id est, electionem aut uerã, qualis est in homine, ex proposito uoluntatis & deliberatione quicq; prosequente: aut similitudinariã, qualis inest brutis, quæ per appetitum irrationalẽ, facultatem habent spõte sua efficiendi motum secundum locũ, aut ab illo desistẽdi. Propria siquidem ipsis minimè adest electio, ut neq; cõsultatio, neq; uoluntas. Intelligere tamen illa dicuntur atq; uelle, quæ sensu cõprehendunt, aut concupiscentia prosequuntur. Nam nomina ueritatis & exemplaris, ob quandam conformitatem, plerunq; imaginibus & uestigijs attribuuntur.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΦΑΝΤΑΣΤΙΚΟΥ. λδ.

Φανταστικὸν ἐστι, δύναμις τῆς ἀλόγου ψυχῆς, διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἐνεργοῦσα, ἥτις λέγεται αἴσθησις. φανταστὸν δὲ καὶ αἰσθητὸν, τὸ τῇ φαντασίᾳ καὶ τῇ αἰσθήσει ὑποπίπτον. ὡς ὅρασις μὲν αὐτὴ, ἡ ὀπτικὴ δύναμις. ὁρατὸν δὲ, τὸ ὑποπίπτον τῇ ὁράσει, λίθος, τυχὸν, ἤ τι τῶν τοιούτων. φαντασία δὲ ἐστι, πάθος τῆς ἀλόγου ψυχῆς ὑπὸ φαντα-

DE IMAGINATIVA VIRtute. Cap. XVII.

VIS imaginatrix, uirtus est partis animæ, rationis expertis, quę sensuum adminiculo operaĩ: quę & sensus dicitur. Imaginabile uerò, quod imaginationi & sensui obijcitur. Vt uisus quidẽ, ipsa uisiua uirtus est: uisibile uerò uisioni obiectũ, ceu fortè lapis, aut quippiam talium. Imaginatio autem, passio est irrationalis partis animæ, quæ ab aliquo imagi

ςοῦ τινὸς γινομένου. φάντασμα δὲ πάθος διάκενον ἐν τοῖς ἀλόγοις τῆς ψυχῆς, ἀπ' οὐδενὸς φανταστοῦ γινόμενον. ὄργανον δὲ τοῦ φανταστικοῦ, ἡ ἐμπρόσθιος κοιλία τοῦ ἐγκεφάλου.

imaginabili patitur. Phantasma autem quod & uisum inanis & passio in irrationali parte animæ, à nullo imaginabili facta. Organum uirtutis imaginatiuę internus uentriculus cerebri.

COMMENTARIVS

VIrtus imaginatrix rectè diffinitur esse, uirtus partis animæ, rationis expertis. Nam est nobis cum brutis cōmunis, quemadmodum & uirtus sensitiua exterior. Nempe supra dicta uirtus nihil aliud est quàm sensus interior, suam exercens operationem, exteriorum sensuum adminiculo. Siquidem rerum exteriore sensu perceptarum, species deferuntur ad organum uirtutis imaginatiuæ introrsum latens, & illic ut in promptuario atq; susceptaculo asseruantur. Ad hæc autem spectra atq; simulacra in abditi sensus recondita sensorio, se conuertens anima, imaginationem efficit & interioris sensus operationem, repræsentatq; imaginabile siue sensus interioris obiectum, per seruatam speciem. Proinde dicitur eadem uirtus operari adminiculo sensuum, exteriorum scilicet, & exterius se prodentium, habētiumq; sua organa in propatulo constituta. Nam à quoq; illorum sensuum deferuntur species sensibiles ad sedem & organum sensus intimi, quarum ope & ministerio, fit imaginatiuæ uirtutis operatio. Imaginabile uerò, dicitur imaginatiuæ uirtutis obiectum, circa quod ad ipsa suam nata est peragere operationem, ut color, sonus, odor, sapor, & calor. Imaginatio autem est imaginatiuæ uirtutis & sensus interioris operatio, ut uisio interior, & auditio. Diducuntúrq; in quinque species, secundum quinq; sensuum distinctionem sumendas, quæ inter se re ipsa discrepant, sicut & obiecta quorum sunt, ab inuicem dirimuntur. Deniq; phantasma diffinitur in litera esse uisum inane, nulliusq; rei ut sese habet, repræsentatiuum. Nam in rerū natura responsum non habet, neq; ab aliquo uno obiecto efformatum est, sed à multis simul confusis, commixtis & effictis, ut si quis inter dormiendum uidere uisus fuerit equum uolitantem, hominem quadrupedem, montem aureum, aut tale quippiam monstrosum quod natura nō parit.

ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ. λ ε.

Αἴσθησίς ἐστι δύναμις τῆς ψυχῆς, ἀντιληπτικὴ τῶν ὑλῶν, ἤγουν διαγνωστική. αἰσθητήρια δὲ τὰ ὄργανα, ἤγουν τὰ μέλη δι' ὧν αἰσθανόμεθα. αἰσθητὰ δὲ, τὰ τῇ αἰσθήσει ὑποπίπτοντα. αἰσθητικὸν δὲ τὸ ζῶον τὸ ἔχον τὴν αἴσθησιν. εἰσὶ δὲ αἰσθήσεις πέντε, ὁμοίως καὶ αἰσθητήρια πέντε. Πρώτη αἴσθησις, ὅρασις. αἰσθητήρια δὲ καὶ ὄργανα τῆς ὁράσεως, τὰ ἐξ ἐγκεφάλου νεῦρα, καὶ οἱ ὀφθαλμοί. αἰσθάνεται δὲ ἡ ὄψις κατὰ πρῶτον μὲν λόγον τοῦ χρώματος, συνδιαγινώσκει δὲ τῷ χρώματι, καὶ τὸ κεχρωσμένον σῶμα, καὶ τὸ μέγεθος αὐτοῦ, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸν τόπον ἔνθα ἐστὶ, καὶ διάστημα τὸ μεταξὺ, καὶ τὸν ἀριθμὸν, κίνησίν τε, καὶ στάσιν, καὶ τὸ τραχὺ, καὶ λεῖον, καὶ ὁμαλὸν, καὶ ἀνώμαλον, καὶ τὸ ὀξὺ, καὶ τὸ ἀμβλὺ, καὶ τὴν σύστασιν, εἴτε ὑδατώδης ἐστὶν, εἴτε γεώδης, ἤγουν ἢ ὑγρὰ, ἢ ξηρά. Δευτέρα αἴσθησις ἐστὶν ἀκοὴ τῶν φωνῶν, καὶ τῶν ψόφων οὖσα αἰσθητική. διαγινώσκει δὲ αὐτῶν τὴν ὀξύτητα, καὶ τὴν βαρύτητα, λειότητά τε καὶ τραχύτητα, καὶ μέγεθος. ὄργανα δὲ αὐτῆς τὰ νεῦρα τὰ ἐγκεφάλου, τὰ μαλακὰ, καὶ τῶν ὤτων ἡ κατασκευή. μόνος δὲ ἄνθρωπος, καὶ πίθηκος, οὐ κινοῦσι τὰ ὦτα. Τρίτη αἴσθησις, ὄσφρησις. ἥτις γίνεται μὲν διὰ τῶν ῥινῶν, ἀναπεμπουσῶν τοὺς ἀτμοὺς ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον. περαίνεται δὲ εἰς τὰ πέρατα τῶν ἐμπροσθίων κοι-

DE SENSV. Cap. XVIII.

SEnsus, uirtus est animæ, materialiū rerum apprehensiua, id est, cognoscitiua. Sensoria organa, id est membra quibus sentimus. Sensibilia uerò q̄ sensui obijciūtur, præsentanturq;. Sensitiuum, animal sensu præditū. Sensus aūt sunt quinque, & similiter sensoria quinq;. Primus sensus est uisus. Sensoria uerò & organa uisus, nerui ex cerebro, & oculi. Sentit aūt uisus præcipua quidē ratione colorē, cognoscit uerò cū colore, coloratū corpus, & magnitudinem eius, & figurā, & locū in quo situ est, & interceptū interuallum, & numerū, & motum & statū, & asperum & leue, rectum & obliquū, acutum & obtusum, & cōsistentiam, siue aquea, siue terrea, id est liquida aut sicca sit. Secundus sensus est auditus, qui uoces & sonos apprehēdit. Cognoscit aūt hic sensus, acumē & grauitatē, asperitatē & leuitatem, & magnitudinē. Organa eius sunt laxi nerui ex cerebro, & auriū structura. Et homo solus & simia, non mouent aures. Tertius sensus est olfactus qui fit quidem per nares transmittētes euaporationes ad cerebrū. terminatur autem ad terminos anteriorum uentriculorum

λίων τοῦ ἐγκεφάλου. ἔστι δὲ αἰσθητική, καὶ ἀντιληπτικὴ τῶν ἀτμῶν. τῶν δὲ ἀτμῶν ἡ γενικωτάτη διαφορά ἐστιν, εὐωδία, καὶ δυσωδία, καὶ τὸ μέσον τούτων, ὃ μήτε εὐῶδες ἐστί, μήτε δυσῶδες. γίνεται δὲ εὐωδία, τῶν ὑγρῶν τῶν ἐν τοῖς σώμασιν ἀκριβῶς πεφθέντων. μέσως δὲ, μέση διάθεσις. καταδεέστερον δὲ, ἢ μηδὲ ὅλως πεφθέντων, ἡ δυσωδία γίνεται. Τετάρτη αἴσθησις, ἡ γεῦσις. ἔστι δὲ τῶν χυμῶν ἀντιληπτική, ἤγουν αἰσθητική. ὄργανα δὲ αὐτῆς ἡ γλῶσσα καὶ ταύτης πλέον τὸ ἄκρον, καὶ ἡ ὑπερῴα, ἣν καλοῦσί τινες οὐρανίσκον. ἐν οἷς ἐστι, τὰ ἐξ ἐγκεφάλου φερόμενα νεῦρα, πεπλατυσμένα, καὶ ἀπαγγέλλοντα τῷ ἡγεμονικῷ τὴν γενομένην ἀντίληψιν, ἤγουν αἴσθησιν. αἱ δὲ καλούμεναι γευστικαὶ ποιότητες τῶν χυμῶν, εἰσὶν αὗται· γλυκύτης, δριμύτης, ὀξύτης, στρυφνότης, αὐστηρότης, πικρότης, ἁλμυρότης, λιπαρότης, γλισχρότης. τούτων γάρ ἐστιν ἡ γεῦσις διαγνωστική. τὸ δὲ ὕδωρ ἄποιόν ἐστι κατὰ ταύτας τὰς ποιότητας, οὐδὲ μίαν γὰρ αὐτῶν ἔχει. ἡ δὲ στρυφνότης, ἐπίτασις καὶ πλεονασμός ἐστι τῆς αὐστηρότητος. πέμπτη αἴσθησίς ἐστιν, ἡ ἁφή, ἥτις καὶ κοινή ἐστι πάντων τῶν ζώων. ἥτις γίνεται ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου, πεμπομένων τῶν νεύρων εἰς ὅλον τὸ σῶμα. διὸ καὶ ὅλον τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα αἰσθητήρια, τὴν τῆς ἁφῆς ἔχουσιν αἴσθησιν. ὑπόκεινται δὲ τῇ ἁφῇ, τὸ θερμόν, καὶ ψυχρόν, τό τε μαλακὸν καὶ σκληρόν, καὶ γλίσχρον, καὶ ξηρὸν καὶ κραῦρον, βαρύ τε καὶ κοῦφον. διὰ μόνης γὰρ ἁφῆς, ταῦτα γνωρίζεται. κοινὰ δὲ ἁφῆς καὶ ὄψεως, τό τε τραχὺ καὶ λεῖον, τό τε ξηρὸν καὶ ὑγρόν, παχύ τε καὶ λεπτόν, ἄνω τε καὶ κάτω, καὶ ὁ τόπος, καὶ τὸ μέγεθος. ὅταν εἴη τοιοῦτον, ὡς κατὰ μίαν προσβολὴν τῆς ἁφῆς περιλαμβάνεσθαι. καὶ τὸ πυκνόν τε, καὶ τὸ μανόν, ἤγουν ἀραιόν, καὶ τὸ στρογγύλον, ὅταν εἴη μικρόν, καὶ ἄλλα τινὰ σχήματα. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ πλησιάζοντος σώματος αἰσθάνεται, σὺν τῇ μνήμῃ δὲ καὶ τῇ διανοίᾳ, ὡσαύτως δὲ καὶ ἀριθμοῦ μέχρι δύο ἢ τριῶν, καὶ τούτων μικρῶν καὶ ῥαδίως περιλαμβανομένων. τούτων δὲ μᾶλλον τῆς ἁφῆς ἡ ὅρασις ἀντιλαμβάνεται. Χρὴ γινώσκειν, ὡς ἕκαστον τῶν ἄλλων αἰσθητηρίων, διπλοῦν ὁ δημιουργὸς κατεσκεύασεν, ἵνα τοῦ ἑνὸς βλαπτομένου τὸ ἕτερον ἀναπληροῖ τὴν χρείαν. δύο γὰρ ὀφθαλμούς, καὶ δύο ὦτα, καὶ δύο πόρους τῆς ῥινός, καὶ δύο γλώσσας, ἀλλ' ἐν τοῖς μὲν τῶν ζώων διῃρημένας, ὡς ἐν τοῖς ὄφεσιν. ἐν τοῖς δέ,

culorum cerebri. Est autē sensitiuus & apprehēsiuus euaporationum effumationumq;. Euaporationũ uerò cōmunissima differētia est, suaueolētia & graueolētia, & medium quod neq; suaue, neq; grauiter olet. Fit autem suaueolētia, odorq; gratus, cum humida quæ in corporib. sunt exactè cōcoquũtur. Medio modo, media fit dispositio. At cũ secũdum partem & nō secũdum totum coquũtur digerũturq;, grauis odor agnascitur. Quartus sensus est gustus, & est saporũ discretiuus atq; sensitiuus. Huius instrumēta sunt lingua, & eius maximè extremitas, & palatũ, quod & græci uraniscũ appellant: & nerui dilatati, à cerebro delati, nunciãtes sensuũ principi eã sensationem quæ facta est. Quæ uocãtur aũt saporũ qualitates, sunt hæ: dulcedo, felleus sapor, acutus, acerbus dentiũq; stupefactiuus, austeritas, amaritudo, salsedo, pinguis maturusq; sapor, & uiscosus. Horũ enim, sensus gustus discretiuus est. Et aqua, harũ qualitatũ uacua est. nã harũ nullã habet. Acerbus aũt sapor, intensio & superabũdantia austeri saporis est. Quintus sensus est tactus, qui & cunctis animãtib. cōmunis est. & qui fit neruis ex cerebro per uniuersum corpus transmissis. Sed & alia sensoria, tactus habēt sensationē. Subijciuntur aũt tactui, calidum & frigidũ, molle & durũ. graue & leue. per solũ enim tactũ hæc cognoscuntur. Cōmunia uerò tactus & uisus sunt, asperũ & leue, siccũ & humidũ, sursum & deorsum, locus & magnitudo, cũ talis fuerit ut secundũ unã tactus admotionem apprehēdi possit, & densum & rarum, & rotundũ cum paruum fuerit & aliæ figuræ. Similiter aũt & appropinquas corpus sentit, cũ memoria & cogitatione. Identidē & numerum usq̃ ad duo & tria & huiusmodi paruos numeros, & comprehendi faciles: illos aũt uisus quàm tactus magis apprehendit. Scire operæpreciũ est, uniuscuiusq; aliorũ sensuũ, sensorium conditorē duplex cōstruxisse, ut uno labefactato, alterum illius usum suppleat. Nam duos oculos, duas aures, & duos naris meatus, & duas linguas, sed in quibusdam animalibus discretas, ut in serpentib. in aliis

autem

ἡνωμένας, ὡς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. τὴν δὲ ἁφὴν, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, πλὴν ὀστέων καὶ νεύρων, ὀνύχων τε καὶ κεράτων, καὶ τριχῶν, καὶ συνδέσμων, καὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ἡ μὲν ὄψις, κατ' εὐθείας γραμμὰς ὁρᾷ. ἡ δὲ ὄσφρησις καὶ ἀκοὴ, οὐ κατ' εὐθεῖαν μόνον, ἀλλὰ πανταχόθεν. ἡ δὲ ἁφὴ, καὶ ἡ γεῦσις, οὔτε κατ' εὐθεῖαν, οὔτε πανταχόθεν γνωρίζουσιν, ἀλλὰ τότε μόνον, ὅταν αὐτοῖς πλησιάσωσι τοῖς ἰδίοις αἰσθητοῖς.

aũt coniunctas, ut in homine. Tactum autẽ fecit in toto corpore, præter ossa, neruos, ungues, cornua, capillos, ligamina, & alia huiusmodi. Neq; scitu indignum est agnoscere, uisum secundũ rectas lineas uidere, olfactum uerò & auditũ non modò secũdum rectas, sed undiq;. at tactũ & gustum, neq; secundum rectam, neq; undiq;: sed tũc solũ, cum proprijs applicuerit sensibilibus.

COMMENTARIVS

SEnsus hic ꝓ uirtute sensitiua exteriori sumitur, quæ cũ diffinitur esse uirtus animæ, materialiũ rerum apprehensiua, intelligenda est ibidem particula solum, ut intelligatur, sensus esse uirtus animæ, tantũmodo rerum materialiũ apprehẽsiua, secludaturq; intellectus ab hac diffinitione, qui res materiæ cõiunctas itidem cognoscit, & insuper incorporea, immaterialia, atq; spiritualia. Plerunq; aũt authores in diffinitionib. excludẽdi particulã consultò omittũt, ut sophisticis importunitatib. uiã præcludant atq; materiã. Insuper subaudiendũ est in supradicta diffinitione, qđ sensus sit uirtus proximè & immediatè apprehensiua rerũ materialiũ, ut excludatur ab hac descriptione uis imaginatiua, quæ tantũmodo rerũ materialiũ est apprehensiua, at nõ proximè ab ipsis cietur sensibilib. externis, sed extimo sensu interstite, internuncio, & intermedio. Porrò sensus exterior nõnulla percipit per se, & primo, ut uisus colorem, auditus sonũ, olfactus odorem, gustus saporem, tactus caliditatẽ, frigiditatem, humiditatem & siccitatẽ, quisq; scilicet propriũ & peculiare sibi sensibile. Nonnulla uerò per accidens, ut suorũ sensibiliũ subiectas substantias, & accidentarias earum affectiones, magnitudinem, figurã, numerum, & cætera id genus. Quocirca cũ dicit litera, uisum præcipua quidẽ ratione sentire colorem, ibi color ꝓ omni qualitate per se à uisu perceptibili sumitur, siue nulli⁹ ut persentiatur egeat, quemadmodũ lux & lumẽ, siue alterius indigeat adminiculo, quẽadmodũ albedo, nigredo, & cæteræ colorũ species, in opacis corporibus cõspicuæ, quæ ut uideantur diffusione & præsentia luminis indigent. Et in eadẽ, adeoq; generali acceptione sumit etiã Aristot. colorẽ, cũ inquit: Omnia corpora colore participare. Nempe inuenitur & contractior coloris ratio, cõplectens solũ qualitates per se uisibiles, quibus opaca corpora sunt affecta: secundũ quem coloris significatũ id Aristot: accipiendũ est, colorẽ sine lumine uideri non posse. Verum hæc & pleraq; alia in proximis capitibus adducta, ex physicis, & præsertim libris de anima Arist. dilucida sunt, & eo in loco latiorẽ efflagitãt explanationem. Proinde hic diffusiore eorũ declaratione cõsulto supersedemus. Demũ consistentiã hoc loco uocat autor materiã rei coloratæ & corpulentiã eius, atq; cõtemperamentũ secundũ qualitates elementares. Nã & ipsa uisu dinoscitur, nec nõ tactu, sicut & cætera omnia post colorẽ hoc loco dinumerata, quando quidẽ cõmunia sunt sensibilia uisui & tactui, hæc quidẽ per se, ut magnitudo, figura & motus: hæc uerò per accidens, ut corpus coloratũ, & eius cõsistentia. Aduertendum præterea, cum dicit litera, quod gustus instrumenta organaq; sunt nerui dilatati à cerebro delati nunciantes sensuũ principi, eã sensationẽ quæ facta est, qđ sensuũ principẽ ibi uocat sensum internũ & latentẽ, qui solus omniũ exteriorũ sensuũ obiecta discernit ac dijudicat, colores inq;, sonos, odores, sapores, & qualitates tãgibiles. Et cũ is tantundẽ possit, atq; quinq; sensus externi, nõ absurdè præcipuus sensuũ appellatur, & potẽtissimus, cui sensus in propatulo positi, ut ministri famulãtur, deferẽtes ad eũ omnimodas rerũ perceptarũ species. Eandẽ quoque ob causam abditus ille sensus, cõmunis dicitur, quia nõ peculiariter uni⁹ sensus obiectis est addictus, sed quibusq; indifferens. Deinceps saporũ qualitates enumerãs autor, subnectit aq; harũ qualitatũ uacuã esse. Siquidẽ humor aqueus ad discernẽdos sapores necessarius est, aut cõiunctus & intraneus ei qđ gustandũ obijcitur: quẽadmodũ succ⁹ in fructib. aut humor in esculẽtis, aut à natura gustãti subministratus, ut cũ aridũ quicq; sumitur gustandũ, ad qđ humectandũ saliuã natura suppeditat. At huiusmodi humorẽ necesse est esse saporis uacuũ. Si enĩ natura insitũ haberet saporẽ, is impedimẽto foret cæteris saporib. rectè percipiẽdis: quẽadmodũ color aut sonus aeri cõgenitus, obstaret colorib. & sonis exteris uerè discernẽdis. Nõ temerè igitur aqua saporũ est expers, sicut aer incolor est & insonus. Insuper paulo pòst in numerũ dirigens sensibilia cõmunia, inter ea ponit & magnitudinẽ, cũ talis (inquit) fuerit, ut secundũ unã tactus admonitionẽ apprehendi possit: cuius sententiæ hæc est intelligentia. Tũc (ait) tactus magnitudinẽ apprehendit, quando tã exiguæ molis ea fuerit, ut secundũ unicam tactus applicationẽ tota cõprehendi possit, utpote una sola manuũ admotione. Nempe si tãtæ fuerit quantitatis moles, ut sæpius repetita egeat tactus admotione nõ ualentis uno attactu eã cõplecti, hanc tantã molẽ haud facilè poterit internoscere tactus. Similiter sentit etiã tactus (ut subdit litera) apꝓpinquãs corpus, cũ memoria & cogitatione. Nã cũ quispiã attactu persenserit ignẽ esse calidum, secundo ignem accedens, & ab ipso aliquãto interuallo distans,

ſentiet itidē ignem eſſe feruidū, nō quidem cōtactu, ſed memoria & cogitatione caloris prius percepti, cuius ſpecies memoriæ mãſit infixa. Ita tactus ſentit ap̄pinquãs corpus, aliquo tamen interſtitio ab ipſo diuulſum. cū memoria & cogitatiōe qualitatis prius in eo corpore, experimento cognitæ, cuius adhuc memoria in cogitatu ſeruata eſt. Demū inter uiſum, auditū & olfactū una ex parte, guſtū & tactū ex altera, i. diſcriminis qđ inter tres primos ſenſus & ſua ſenſibilia, interſtes iacere debet perſpicuū, mediū'q́ ſpaciū per quod deferatur ſpecies coloris ſoni & odoris ad organa: huiuſmodi aūt interpoſitum, interiectum'q́ corpus aut aqua eſt, aut aer. In duobus uero poſtremis nō id uſu uenit, neq́ opus eſt interſtite ſpacio, ſed ſenſibile applicatum eſſe debet, admotum'q́ ſentienti. Niſi enim linguæ admotū fuerit dulce, nō percipietur dulcedo. & ſi manus aquæ non fuerit applicata, quónam pacto frigiditas eius à manu dinoſcetur? Verùm hæc omnia ex ſecundo libro Ariſtot. De anima, amplius ſunt requirenda.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑΝΟΗΤΙΚΟΥ κϛ.

Τοῦ δὲ διανοητικοῦ εἰσὶν αἵ τε κρίσεις, καὶ αἱ συγκαταθέσεις, καὶ αἱ ὁρμαὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν, καὶ αἱ ἀφορμαὶ, καὶ αἱ ἀποφυγαὶ τῆς πράξεως. ἰδικῶς δὲ αἵ τε νοήσεις τῶν νοητῶν, καὶ αἱ ἀρεταὶ, καὶ αἱ ἐπιστῆμαι, καὶ τῶν τεχνῶν οἱ λόγοι, καὶ τὸ βουλευτικὸν, καὶ τὸ προαιρετικόν. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ καὶ διὰ τῶν ὀνείρων θεσπίζον ἡμῖν τὸ μέλλον, ἥνπερ μόνην ἀληθῆ μαντείαν οἱ πυθαγόρειοι λέγουσιν εἶναι, τοῖς ἑβραίοις ἀκολουθήσαντες. ὄργανον δὲ καὶ τούτου, ἡ μέση κοιλία τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῇ.

DE VIRTVTE COGITATIVA. Cap. XIX.

Vis cogitatiōis ſunt iudicia, diſcurſiones, & concitationes ad agendum: & occaſiones, & fugæ actionis. At propriæ illæ ſunt, quæ ſunt intellectiones intellectualiū, & uirtutes, & ſciētiæ, & ratiōes artiū, & ipſius cōſultatiui & electiui. Hæc aūt eſt, q̄ per ſomnia uaticinatur nobis futura, q̄ quidē ſolā diuinationē Pythagorici uerā eſſe autumãt, Hebræos ſequentes. Organum uerò huius, medius cerebri uētriculus, & animalis ſpiritus qui in illo ē.

COMMENTARIVS.

Cogitatio diffinitur eſſe quædā diligēs mentis attentio, & quaſi collectio notiorū in animo, ad aliq̄ mētis operationē faciendā, ut ad iudicãdū de aliquo, deprehendēdā rei alicuius ueritatē, operãdū aliquid, p̄ſequēdū aut fugiendū. Proinde in litera enumerãtur ipſius uirtutis cogitatiuæ opera, iudicia ad diſcernendū, diſcurſiones ad ignotū aliqđ diſcutiendū, cōcitationes animi ad aggrediendū opus, occaſiōes ad agendū ut p̄ſequatur bonū oblatū, fugæ actiōis ut reijciatur malū impendens ac imminens. Atqui p̄priæ illæ ſunt cogitationis partes, & præcipuæ actiones, quæ ad partē mentis cōſultatiuã attinēt circa artis aut prudentiæ opera, aut ad partē cōtemplatiuã circa ſciētiæ, intellectus & ſapientiæ operatiōes, ut ſunt cōſultationes rerū agendarū quæ uerſantur in animo, aut cōtemplationes ueritatis & hæ geminæ cogitationū uires, immateriales ſunt, neq́ organo indigent corporeo: quia uehementes ſunt circa intellectus officiū attētiones, quare intellectus naturã ſequūtur, intellectuales'q́ dicuntur. At uero cogitatio, per ſomnia uaticinatur futura, quãdo intima uolutatio, cōſideratio aut meditatio quæ in mente præceſſit, aut cauſa eſt, aut ſignū rerū futurarū. Vt cū uigilãtes quicq́ agere inſtituerimus, qđ animo elapſum rurſum in ſomnio occurrit, & impellit nos ſomnij memores ad id exequēdū qđ ante inſtitueram9. Alia aūt ſomnia accidētaria ſunt ad res futuras præſignãdas, neq́ earū per ſe ſunt præſagia, quare etiã cogitatus earū rerū quæ in mentē ueniūt, nullã habentes habitudinē aut rationē cauſæ ad euenta, nihil cōferūt ut futura præcognoſcãtur euētura, ut planè ſentit Ariſtot. in lib. De ſomno & uigilia. Porrò Hebræi unius Dei cultū ſequentes, nō tã ſomnia futurorū præſagia ponūt, q̄ in ſomnijs ſpirituū miniſterio, hominib. fieri reuelationes eorū quæ uētura ſunt. Vt efformatiōe angelica, ſomnia Nabuchodonoſor & Pharaonis regū, futurorū prænūcia effecta ſunt, & Dei inſpiratiōe expoſita. Quemadmodū D. ait Dion. ca. 9. li. De cœleſti hierarchia, ita ad Timot. uerba faciēs. Illud q̄q́ ſacerdotale pectus tuū, ſanctãq́ prudentiã ammonere curabimus, ut Pharaoni ab Aegyptiorū præſule angelo, Babyloniorū'q́ principi à ſuæ itidē gētis præſide, & p̄uidentis & dominatis omnib. diſpēſatio atq́ poteſtas per uiſum innotuere, & illis gētib. ueri Dei famuli atq́ cultores, duces cōſtituebãtur, dū ea uiſionū expoſitio q̄ figurata prius ab angelis fuerat ſanctiſſimis uiris, & q̄ angelis fermè pares euaſerãt, Danieli & Ioſeph à Deo reuelata per angelos fuit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΝΗΜΟΝΕΥΤΙΚΟΥ. κζ.

Τὸ δὲ μνημονευτικόν ἐστι, μνήμης καὶ ἀναμνήσεως αἴτιόν τε καὶ ταμεῖον. μνήμη γάρ ἐστι φαντασία ἐγκαταλελειμμένη ἀπό τινος αἰσθήσεώς τε καὶ νοήσεως, τῆς κατ' ἐνέργειαν φαινομένης, ἢ σωτηρία αἰσθήσεώς τε καὶ νοήσεως. ἡ γὰρ ψυχὴ τῶν μὲν αἰσθητῶν, διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἀντιλαμβάνεται, ἤγουν αἰσθά-

DE MEMORANDI FACVLTATE. Cap. XX.

Vis memorãdi, eſt memoriæ & reminiſcentiæ cauſa & prōptuariū. Memoria eſt imaginatio relicta ab aliquo ſenſu & intelligētia ſecundū actum apparentē, aut confirmatio ſenſus & intelligentiæ. Nam anima ſenſibilia per ſenſoria deprehendit, id eſt, ſentit

ται. καὶ γίνεται δόξα. τῶν δὲ νοητῶν, διὰ τοῦ νοῦ, καὶ γίνεται νόησις. ὅταν οὖν τοὺς τύπους, ὧν τε ἐδόξασεν, ὧν τε ἐνόησε, διασώζῃ, μνημονεύειν λέγεται. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἡ τῶν νοητῶν ἀντίληψις, οὐ γίνεται, εἰ μὴ ἐκ μαθήσεως, ἢ φυσικῆς ἐννοίας. οὐ γὰρ ἐξ αἰσθήσεως. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ, καθ' ἑαυτὰ μνημονεύεται, τὰ δὲ νοητὰ, εἴ τι μὲν ἐμάθομεν, μνημονεύομεν, τῆς δὲ οὐσίας αὐτῶν μνήμην οὐκ ἔχομεν. ἀνάμνησις δὲ λέγεται, μνήμης ἀπολομένης ὑπὸ λήθης ἀνάκτησις. λήθη δὲ ἐστι μνήμης ἀποβολή. τὸ μὲν οὖν φανταστικὸν διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀντιλαμβανόμενον τῶν ὑλῶν, παραδίδωσι τῷ διανοητικῷ, ἢ διαλογιστικῷ, ταὐτὸν γὰρ ἀμφότερα. ὃ παραλαβὸν καὶ κρῖναν, παραπέμπει τῷ μνημονευτικῷ. ὄργανον δὲ τοῦ μνημονευτικοῦ, ἡ ὄπισθεν κοιλία τοῦ ἐγκεφάλου, ἣν καὶ παρεγκεφαλίδα καλοῦσι, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ψυχικὸν πνεῦμα.

tit, & aggignit imaginatio, & intelligibilia per intellectum, & gignitur intelligētia. Quādo igitur formas & spectra eorū quæ imaginata est, & eorum quæ intellexit, saluat, memorari dicitur. Sciendum tamen est, intelligibilium susceptionem nō fieri nisi ex disciplina, & naturali intelligentia: non enim ex sensu. Nam sensibilia secūdum seipsa memoriæ mandantur, intelligibilium uerò si quippiā didicimus, memoramur. uerū substantiæ eorū nequaquam memoriā adipiscimur. Reminiscentia aūt dicitur memorię ademptę ab obliuione restauratio. Et obliuio est memoriæ deperditio. Vis igitur imaginatiua, per sensus res materiales deprehensas mandat cōsultatiuæ, cogitatiuæq; parti (idem enim utraq; consultatiuum cogitatiuumq; existunt) quæ suscipiens & iudicās trāsmittit memoratiuæ facultati. Organum uis memoratricis, posterior uentriculus cerebri, quem occipitium uocant, & qui in eo animalis spiritus.

COMMENTARIVS.

Quemadmodum duplex est uis cogitatiua, sensus & intellectus: ita duplex est memoria, utpote sensualis, & intellectualis, siue fœcunda. Memoria sensitiua est rei prius sensu perceptæ recordatio, ex specie sensibilia in sensus interni organo seruata, procedens. Et hanc quoq; bruta nobiscum communem sortiuntur. nam est quædam particula imaginatiuæ uirtutis, & sensus interioris, qua præterito tempore sensu perceptum, reuocatur in memoriam, rursumq; obijcitur parti imaginatiuæ tāquam præsens. Intellectualis autem memoria est rei prius intellectu comprehensæ rememoratio, ex illius spectro in mente asseruato proueniens. Et hæc homini propria est & peculiaris, eum connectens cœlestibus, quæ uirtutis huius fœcunditate iugiter recolit, cum eis uersatur, ac semper ut præsentia sibi cōstituit, exhibet, & obijcit. Porrò inter has memorias id discriminis assignatur, quod memoria sensitiua, sicut & sensus, natura suas exercet actiones, sine disciplinæ exercitio ac usu. Non enim oculus uidere didicit, uel auris audire. Intellectus aūt & illi respondens memoria, præter naturalem perspicacitatem tenacitatemq; inditam, indigent exercitio & usu disciplinæ, perinde atque ager præter natiuam fœcunditatem, culturæ exposcit officium. Huius rei argumento est quod ea duntaxat quæ didicimus, aut intelligimus, aut memoramur. cætera uerò minimè nostram subeunt intellectualē recordationem. Ab eodem quoq; fonte deducitur ratio eius qđ litera subiungit, utpote quod substantiæ intelligibiliū nequaquam memoriam adipiscimur, cum tamen sensibilia secundum seipsa memoriæ mandentur. Nam sensibilia secūdum suam substantiam sensui obiecta, organoq; sensus intimi suam imprimentia speciem, sufficientem eo ipso præstant causam ut memoriæ insignantur. nam præter illam obiectionem & præsentationem suæ substantiæ ad sensum, aliud nihil exigitur. At uerò ut intelligibilium habeatur recordatio & memoria, non sufficit substantiæ earum ad intellectum præsentatio atq; oblatio, sed præter hoc requiritur disciplina & intelligentiæ opera, circa illa deprehēdenda. Itaq; si defuerit cura discendi illa intelligibilia, quantumuis illorum substantia offeratur animo, nunquam illorum habebitur recordatio. Quid autem discriminis habeant memoria & reminiscētia, quid'ue ad utrisq; rationem attineat, ex philosophia naturali Aristotelis latius agnoscendum est. Haud tamen sine discussione prætereundum, quod habet litera, cogitatiuū scilicet & consultatiuum, idem existere. Nempe ea duo, reipsa idem sunt, at non conuertibiliter, quandoquidem non omnes cogitatus humani, circa consultationem occupantur. Sed cum triplices potissimum inueniantur, primi circa sensuum actiones, infimi quidem, & propemodum brutales: secundi uerò circa agendorum, fugiendorúmue consultationem, existentes secundum hominem. Deniq; tertij circa necessariorum contemplationem, quasi supra hominem constituti, cogitatiuum secundi generis & consultatiuum, adæquè & conuersim idem sunt. Primum autem cogitatiuum genus, infra hominem est, & eo indignum. Tertium uerò apud homines rarum, & in eis duntaxat qui disciplinis instituti sunt compertum. Sanè secūdum horum trium genus, solum hic insinuat litera, ut quod hominis dignitati respondeat, & per quam frequens apud homines esse conspiciatur.

ΠΕΡΙ ΕΝΔΙΑΘΕΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, καὶ προφορικοῦ. κ.

Πάλιν δὲ διαιρεῖται τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς, εἴς τε τὸν ἐνδιάθετον λόγον, καὶ εἰς τὸν προφορικόν. ἔστι δὲ ἐνδιάθετος μὲν λόγος, κίνημα τῆς ψυχῆς, ἐν τῷ διαλογιστικῷ γινόμενον ἄνευ τινὸς ἐκφωνήσεως. ὅθεν πολλάκις σιωπῶντες, λόγον ὅλον παρ' ἑαυτοῖς διεξερχόμεθα, καὶ ἐν τοῖς ὀνείροις διαλεγόμεθα. κατὰ τοῦτο δὲ μάλιστα λογικοὶ πάντες ἐσμέν. καὶ γὰρ οἱ ἐκ γενετῆς κωφοί, ἢ οἱ καὶ διά τι νόσημα ἢ πάθος τὴν φωνὴν ἀποβαλόντες, οὐδὲν ἧττον λογικοί εἰσιν. ὁ δὲ προφορικὸς λόγος, ἐν τῇ φωνῇ καὶ ἐν ταῖς διαλέκτοις τὴν ἐνέργειαν ἔχει, ἤγουν ὁ διὰ γλώσσης καὶ στόματος προφερόμενος λόγος. διὸ καὶ προφορικὸς λέγεται. ἔστι δὲ ἄγγελος νοήματος. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ λαλητικοὶ λεγόμεθα.

DE INTERNA RATIONE, ET prolata. Cap. XXI.

Rursus ratio diducitur in internam & enũciatam, prolatamq́. Est autem interna ratio, motio animæ in cogitatiuo consultatiuoq́ intellecta, sine ulla enunciatione. Vnde frequenter tacentes, rationem totam apud nosmetipsos discurrimus, & in somnijs disserimus, & secundum hoc maximè rationales sumus omnes. Nam qui ex natiuitate sunt muti, aut qui ob morbum aut affectum aliquem uocẽ amiserũt, nihilominus ob hanc internam uim, rationales existunt. Prolata uerò ratio in uoce & ijs quæ disserunt, operationem habet: id est, per linguam & os prolata oratio est, quare & enũciata dicitur. est autem nuncia intelligentiæ: secundum hoc loquentes dicimur.

COMMENTARIVS

Rationem hic ratiocinationem, ratiociniũ, & mentis discursionem uocamus, qua agitatur, ut ex certis & notis dubia ignotaq́ disquirat. Quæ quidem ratiocinatio, si tacita mente apud nos fiat, sine uocis elatione aut expressione, ratio interna dicitur: qualem uigilantes plerũq́ faciũt homines, & interdum dormientes. Nempe Aristot. in Ethicis dicit, studiosorum hominum somnia meliora esse, quàm quorumuis aliorum. Nam ea quæ in uigilia, sollicita mente agitata sunt consilia ad uirtutum exercenda officia, in somno itidẽ solent occurrere. Et qui liberalibus disciplinis instituti, circa demonstrationes propositionũ animũ habent intentum cũ uigilant, dormientes etiã interdum disserunt de ijsdem theorematib. Quid qui carminibus animum oblectantes, sopore depressi, nonnunquã carmina cudunt? Et qui toto animi affectu Deo adhæret, inter dormiendum etiam diuina animo uersat, dicitq́ illud Canticorum epithalamium: Ego dormio, & cor meum uigilat. Proinde sentit Gregorius, bonorum etiam somnia non uacare merito. Et ut paucis agam, omnino uerum est quod ait poeta:

Omnia quæ sensu uoluuntur nota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.

Et ab hac interna ratione potissimũ dicimur rationales: nõ autem à prolata & externa. Nã qui à natiuitatis exordio sunt muti, aut aliquo euẽtu fortuito, uocis officio sunt destituti, nõ minus rationales sunt, atq́ illi qui liberum habent uocis usum, quandoquidem nõ secus homines sunt, ac alij: rationale autem semper hominem, & conuersim consequitur. Atqui manifestum est, mutos, aut factos elingues, nõ habere rationem prolatã, sed duntaxat internam in mente repostam. Cæterum quia autor innuit in litera, ob morbum aut affectum aliquẽ nonnunquam hominibus adimi uocem, id annotare non fuerit superuacaneum, uehementẽ affectũ stuporis aut repẽtinæ admirationis, sæpenumero uoci uiã præcludere. Vnde illud poetæ de grauiter stupefacto: Obstupui, steteruntq́ comæ, & uox faucib. hæsit. Et teste Valerio: Nasimenis Athaniens. uxor cum filij sui ac filiæ stupro interueniisset, attonita conspectu inopinatæ rei, & in præsens tempus ad indignandum, & in posterũ ad loquendũ impotens fuit. E diuerso ob repentinum & uehementem animi affectum, prius elinguibus restituta uox legitur, ut attestatur idẽ Valerius de Aegle Samio muto athleta, cui cũ uictoriæ quã adeptus fuerat titulus & præmium iniquè eriperetur, indignatione acceptæ iniuriæ accẽsus, uocalis euasit. Et cũ occupatis à Cyro Sardibus, miles quidã de exercitu Cyri irripuisset in domũ ubi Crœsus Lydorum rex iã deuictus latitabat ad declinandũ furorẽ hostilem, strictoq́ gladio caput illius ignarus quis nam esset peteret, filius Crœsi Atis uidens extremũ exitiũ patri imminere, ad eũ usq́ diem mutus fuerat, in hanc omniũ primã erupit uocem: O homo, ne interfice Crœsum. Qua quidẽ uoce, patrẽ exemit discrimine mortis, & loquẽdi usum deinceps assecutus.

ΠΕΡΙ ΠΑΘΟΥΣ, ΚΑΙ ΕΝΕΡγείας. κθ.

Τὸ πάθος, ὁμωνύμως λέγεται. λέγεται γὰρ πάθος καὶ τὸ σωματικόν, ὥστε τὰ νοσήματα, καὶ τὰ ἕλκη. λέγεται πάλιν πάθος καὶ τὸ ψυχικόν, ἤτε ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμός. ἔστι δὲ κοι

DE PASSIONE ET ACTIONE. Cap. XXII.

Passio homonymè dicitur. Nã passio dicitur corporis, ut ægritudines & ulcera. Dicitur rursus passio & animæ, ut cõcupiscentia & ira. Est aũt commu

τὸς μὲν καὶ γενικῶς πάθος ζώου, ᾧ ἕπεται ἡδονὴ, ἢ λύπη. ἕπεται γὰρ τῷ πάθει, λύπη, καὶ οὐκ αὐτὸ πάθος ἐστὶ λύπη. τὰ γὰρ ἀναίσθητα πάσχοντα, οὐκ ἀλγεῖ. οὐκ ἄρα τὸ πάθος ἐστὶν ἄλγημα, ἀλλ' ἡ τοῦ πάθους αἴσθησις. δεῖ δὲ τοῦτο ἀξιόλογον εἶναι, ἤγουν μέγα, ἵνα τῇ αἰσθήσει ὑποπέσῃ. τῶν δὲ ψυχικῶν παθῶν ὅρος ἐστὶν οὗτος. πάθος ἐστὶ, κίνησις τῆς ὀρεκτικῆς δυνάμεως αἰσθητὴ, ἐπὶ φαντασίᾳ ἀγαθοῦ, ἢ κακοῦ. καὶ ἄλλως. πάθος ἐστὶ, κίνησις ἄλογος τῆς ψυχῆς, δι' ὑπόληψιν καλοῦ, ἢ κακοῦ. ἡ μὲν οὖν ὑπόληψις τοῦ καλοῦ, τὴν ἐπιθυμίαν κινεῖ. ἡ δὲ τοῦ κακοῦ ὑπόληψις, τὸν θυμόν. τὸ δὲ γενικὸν, ἤγουν κοινὸν πάθος, οὕτως ὁρίζεται. πάθος ἐστὶ κίνησις ἐν ἑτέρῳ ἐξ ἑτέρου. ἐνέργεια δέ ἐστι κίνησις δραστική. δραστικὸν δὲ λέγεται, τὸ ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον. οὕτως καὶ ὁ θυμὸς, ἐνέργεια μέν ἐστι τοῦ θυμοειδοῦς, πάθος δὲ, τῶν δύο μερῶν τῆς ψυχῆς, καὶ προσέτι παντὸς τοῦ σώματος, ὅταν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ βιαίως ἄγηται πρὸς τὰς πράξεις. ἐξ ἑτέρου γὰρ ἐν ἑτέρῳ γέγονεν ἡ κίνησις, ὅπερ λέγεται πάθος. καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ἡ ἐνέργεια πάθος λέγεται. ἐνέργεια μὲν γάρ ἐστι, ἡ κατὰ φύσιν κίνησις. πάθος δὲ, παρὰ φύσιν. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἡ ἐνέργεια πάθος λέγεται, ὅταν μὴ κατὰ φύσιν κινῆται, εἴτε ἐξ ἑαυτοῦ, εἴτε ἐξ ἑτέρου. τῆς οὖν καρδίας, ἡ μὲν κατὰ τὸν σφυγμὸς κίνησις φυσικὴ οὖσα, ἐνέργειά ἐστιν. ἡ δὲ κατὰ τοὺς παλμοὺς ἄμετρος οὖσα, καὶ οὐ κατὰ φύσιν, πάθος ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐνέργεια. οὐ πᾶσα δὲ κίνησις τοῦ παθητικοῦ, πάθος καλεῖται, ἀλλ' αἱ σφοδρότεραι, καὶ εἰς αἴσθησιν προβαίνουσαι. αἱ γὰρ μικραὶ, καὶ ἀνεπαίσθητοι, οὐδέπω πάθη εἰσί. δεῖ γὰρ ἔχειν τὸ πάθος, καὶ μέγεθος ἀξιόλογον. διὸ πρόσκειται τῷ ὅρῳ τοῦ πάθους. κίνησις αἰσθητὴ, αἱ γὰρ μικραὶ κινήσεις λανθάνουσαι τὴν αἴσθησιν, οὐ ποιοῦσι τὸ πάθος. χρὴ γινώσκειν, ὅτι ἡ ἡμετέρα ψυχὴ διττὰς ἔχει τὰς δυνάμεις, τὰς μὲν γνωστικὰς, τὰς δὲ ζωτικάς. καὶ γνωστικαὶ μέν εἰσι, νοῦς, διάνοια, δόξα, φαντασία, αἴσθησις· ζωτικαὶ δὲ, ἤγουν ὀρεκτικαὶ, βούλησις, καὶ προαίρεσις. ἵνα δὲ σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, λεπτολογήσωμεν τὰ περὶ τούτων. καὶ πρῶτον, περὶ τῶν γνωστικῶν εἴπωμεν. περὶ μὲν οὖν φαν-

ter & ſummatim animæ paſſio, quæ & affectus, quã uoluptas comitatur, aut triſtitia, ſequitur enim paſſionem triſtitia. At non eſt triſtitia ipſa paſſio. nam cum inſenſibilia patiuntur, non dolẽt. Non eſt igitur paſſio dolor, ſed paſſionis ſenſus. At oportet illum alicuius momenti eſſe: id eſt magnum, ut ſenſui incidat. Paſſionum autẽ affectionumq́; animæ diffinitio eſt huiuſmodi. Affectio ſenſualis motio eſt appetitiuæ uirtutis, ob imaginationem boni aut mali. & aliter: Affectio eſt irrationalis motus animæ, ob boni aut mali opinionem. Nã opinio boni cõcupiſcentiã mouet: at mali opinio, mouet irã. Diffinitur & communiter paſſio, hoc pacto. Paſſio eſt motio ex uno in aliud. Actio autem, eſt motio efficax. Efficax uero dicitur, quod ex ſeipſo mouetur: ſic & ira actio eſt iraſcibilis. Et paſſio duarum partium animæ eſt, & adhuc totius corporis: ut cum ab ira uiolente concitatur ad operationes, ex loco in locum motio fit, quæ dicitur paſſio. Secundum etiam alium modum, actio dicitur & paſſio. Sola quidem actio, eſt ſecundum naturam motus. Paſſio uerò, motus præter naturam. Hac igitur ratione actio etiam paſſio dicitur, cum fuerit præter naturam motio, ſiue alicuius ex ſeipſo, ſiue ab altero fiat. Cordis igitur, pulſatilis motus cum ſecundum naturam eſt, actio: qui autem tremitionibus incommenſuratus eſt præter naturam, paſſio eſt, non actio ſolum. Non omnis etiam motus, eius qui patitur paſſio dici meretur: ſed qui uehementiores, & ſe ſenſui prodũt. Nam qui parui ſunt, & inſenſibiles, nondum paſſiones dicũtur. oportet enim paſſionem præ ſe ferre magnitudinem, quæ alicuius ſit æſtimationis: ideo diffinitioni paſſionis adijcitur ſenſibilis: ut dicatur, paſſio eſt motus ſenſibilis præter naturam. Nam parui motus latentes ſenſum, non faciunt paſſionem. Et par eſt ut cognoſcamus, animam noſtram duplices ſibi uendicare uirtutes, has quidem cognoſcitiuas, illas autem animales. Et cognoſcitiuæ, mens, cogitatio, opinio, imaginatio, ſenſus: animales autem, id eſt, appetitiuæ, uoluntas, electio. Vt autem dilucidius fiat quod dicitur, ſubtilius diſſeramus de ipſis, & primum de cognoſcitiuis dicamus. De imagina-

τασίας, καὶ αἰσθήσεως, ἱκανῶς ἤδη ἐν τοῖς προλελεγμένοις εἴρηται. διὰ τῆς αἰσθήσεως τοίνυν ἐν τῇ ψυχῇ συνίσταται πάθος, ὃ καλεῖται φαντασία. ἐκ δὲ τῆς φαντασίας, γίνεται δόξα, εἶτα ἡ διάνοια ἀνακρίνασα τὴν δόξαν, εἴτε ἀληθής ἐστιν, εἴτε ψευδής, κρίνει τὸ ἀληθές. ὅθεν καὶ διάνοια λέγεται ἀπὸ τοῦ διανοεῖν, καὶ διακρίνειν. τὸ οὖν κριθὲν, καὶ ὁρισθὲν ἀληθῶς, νοῦς λέγεται. Ἄλλως. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ἡ μὲν πρώτη τοῦ νοῦ κίνησις, νόησις λέγεται. ἡ δὲ περί τι νόησις, ἔννοια καλεῖται. ἥτις ἐπιμείνασα, καὶ τυπώσασα τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ νοούμενον, ἐνθύμησις προσαγορεύεται. ἡ δὲ ἐνθύμησις ἐν ταὐτῷ μείνασα, καὶ ἑαυτὴν βασανίσασα, καὶ ἀνακρίνασα, φρόνησις ὀνομάζεται. ἡ δὲ φρόνησις πλατυνθεῖσα, ποιεῖ τὸν διαλογισμὸν, ἐνδιάθετον λόγον ὀνομαζόμενον, ὃν ὁριζόμενοι φασὶ, κίνημα ψυχῆς πληρέστατον ἐν τῷ διαλογιστικῷ γινόμενον, ἄνευ τινὸς ἐκφωνήσεως, ἐξ οὗ τὸν προφορικὸν λόγον φασὶ προέρχεσθαι τὸν διὰ γλώσσης λαλούμενον. εἰπόντες τοίνυν περὶ τῶν γνωστικῶν δυνάμεων, εἴπωμεν καὶ περὶ τῶν ζωτικῶν, ἤγουν ὀρεκτικῶν. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι τῇ ψυχῇ ἐγκατέσπαρται φυσικῶς δύναμις ὀρεκτικὴ τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος, καὶ πάντων τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων συνεκτική. ἥτις λέγεται θέλησις. ἡ μὲν γὰρ οὐσία, τοῦ τε εἶναι, καὶ ζῆν, καὶ κινεῖσθαι, κατὰ νοῦν τε, καὶ αἴσθησιν ὀρέγεται, τῆς οἰκείας ἐφιεμένη φυσικῆς καὶ πλήρους ὀντότητος. διόπερ καὶ οὕτως ὁρίζονται τοῦτο τὸ φυσικὸν θέλημα.

Ὅρος τί ἐστι θέλημα.

Θέλημα δ' ἐστὶν, ὄρεξις λογική τε, καὶ ζωτικὴ, μόνων ἠρτημένη τῶν φυσικῶν. ὥστε ἡ μὲν θέλησίς ἐστιν, ἡ αὐτὴ ἡ φυσική, ζωτική τε, καὶ λογικὴ ὄρεξις, πάντων τῶν τῆς φύσεως συστατικῶν ἡ ἁπλῆ δύναμις. ἡ γὰρ τῶν ἀλόγων ὄρεξις, μὴ οὖσα λογικὴ, οὐ λέγεται θέλησις. βούλησις δέ ἐστι, ποιὰ φυσικὴ θέλησις, ἤγουν φυσικὴ καὶ λογικὴ ὄρεξις τινὸς πράγματος. ἔγκειται μὲν γὰρ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ, δύναμις τοῦ λογικῶς ὀρέγεσθαι. ὅτε οὖν φυσικῶς κινηθῇ αὕτη ἡ λογικὴ ὄρεξις πρός τι πρᾶγμα, λέγεται βούλησις. βούλησις γάρ ἐστιν, ὄρεξις καὶ ἔφεσις τινὸς πράγματος λογική. λέγεται δὲ βούλησις, καὶ ἐπὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν,

tione igitur & sensu, sufficienter in prędeterminatis dictum iam est, ut scilicet per sensum in anima constituatur passio, quę imaginatio dicitur, ex imaginatione autem gignitur opinio. Deinde mens dijudicans opinionem, siue uera siue falsa est, pro ueritate iudicat, unde & græcè dianœa à iudicando dicitur: quod autem dijudicatum & diffinitum est uerum, intellectus dicitur. Sed & id nosse oportet, quod alio modo prima mentis notio, intellectus dicitur: quæ autem de aliquo est intellectio, mens, sententiaq; uocatur. quæ autem intendens & affirmans animam ad id quod intellectum est, epithymesis & excogitatio nũcupatur. Excogitatio uero animæ immanens, seipsam examinans & dijudicans, prudentia nominatur. Prudentia uerò se dilatãs, cogitationem facit, internam rationem nuncupatam, quam diffinientes, dicũt motum esse animæ plenissimum in ui cogitatrice factum, sine aliqua uocis expressione: ex quo aiunt rationem prolatam, adminiculo linguæ elocutam progredi. Cum dixerimus de cognoscitiuis uirtutib. dicamus & de uitalibus, hoc est appetitiuis. Et id latêre nõ oportet, animæ naturà insitam esse uim appetitiuam eius quod secũdum naturam est, & omniũ quæ naturæ substantialiter conferunt expetitiua est ea, quæ uolũtas dicitur. Nam substãtia & esse, & uiuere, & moueri secundum mentẽ & sensum appetit, propriam cupiens, & naturalem, & plenariam entitatem. Quapropter & hoc pacto diffiniunt naturalem uoluntatem: Voluntas appetitus est rationalis & naturalis, ex ijs solum pẽdens quę secundum naturam sunt: quare uoluntas est ipse rationalis & naturalis appetitus, & simplex uirtus eorum quę naturam absoluunt. Qui autem aliorum appetitus est, rationalis non existens, minimè uoluntas dicitur: uoluntas autem, quidam est naturalis appetitus, id est, naturalis & rationalis alicuius rei. Cognata enim est animæ hominis uirtus rationaliter appetendi. quando igitur naturaliter mouetur ipse rationalis appetitus ad rem quampiam, naturalis uoluntas dicitur. Nam uoluntas rationalis, appetitus, & desiderium alicuius rei est. Et uoluntas est tam eorum, quæ in nostra potestate collocata sunt, quàm

καὶ περὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν· τουτέστι, καὶ περὶ τῶν δυνατῶν, καὶ περὶ τῶν ἀδυνάτων. Βουλόμεθα γὰρ πολλάκις πορνεῦσαι, ἢ σωφρονῆσαι, ἢ ὑπνῶσαι, ἤ τι τῶν τοιούτων· καὶ ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν εἰσι, καὶ δυνατά. Βουλόμεθα δὲ καὶ βασιλεῦσαι, τοῦτο οὐκ ἔστι τῶν ἐφ' ἡμῖν. Βουλόμεθα δὲ τυχὸν, καὶ μηδέποτε ἀποθανεῖν. τοῦτο τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. ἔστι δὲ ἡ βούλησις, τοῦ τέλους, οὐ τῶν πρὸς τὸ τέλος. τέλος μὲν οὖν ἐστι, τὸ βουλητὸν, ὡς τὸ βασιλεῦσαι, ὡς τὸ ὑγιαίνειν. πρὸς τὸ τέλος δὲ τὸ βουλευτὸν, ἤγουν ὁ τρόπος, δι' οὗ ὀφείλομεν ὑγιαίνειν, ἢ βασιλεῦσαι. εἶτα μετὰ τὴν βούλησιν ζήτησις, καὶ σκέψις. καὶ μετὰ ταῦτα, εἰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, γίνεται βουλὴ, ἤγουν βούλευσις. βουλὴ δέ ἐστιν, ὄρεξις ζητητικὴ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν γινομένη. βουλεύεται γὰρ, εἰ ὀφείλει μετελθεῖν τὸ πρᾶγμα, ἢ οὔ. εἶτα κρίνει τὸ κρεῖττον καὶ λέγεται κρίσις. εἶτα διατίθεται, καὶ ἀγαπᾷ τὸ ἐκ τῆς βουλῆς κριθὲν, καὶ καλεῖται γνώμη. ἐὰν γὰρ κρίνῃ, καὶ μὴ διατεθῇ πρὸς τὸ κριθὲν, ἤγουν ἀγαπήσῃ αὐτὸ, οὐ λέγεται γνώμη. εἶτα μετὰ τὴν διάθεσιν, γίνεται προαίρεσις ἤγουν ἐπιλογή. προαίρεσις γάρ ἐστι δύο προκειμένων, τὸ αἱρεῖσθαι, καὶ ἐκλέγεσθαι τοῦτο πρὸ τοῦ ἑτέρου. εἶτα ὁρμᾷ πρὸς τὴν πρᾶξιν, καὶ λέγεται ὁρμή. εἶτα κέχρηται, καὶ λέγεται χρῆσις. εἶτα παύεται τῆς ὀρέξεως μετὰ τὴν χρῆσιν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀλόγων ὄρεξις γίνεται τινὸς, καὶ εὐθέως ὁρμὴ πρὸς τὴν πρᾶξιν. ἄλογος γάρ ἐστιν ἡ ὄρεξις τῶν ἀλόγων, καὶ ἄγονται ὑπὸ τῆς φυσικῆς ὀρέξεως. διὸ οὐδὲ θέλησις λέγεται ἡ τῶν ἀλόγων ὄρεξις, οὐδὲ βούλησις. θέλησις γάρ ἐστι λογικὴ, καὶ αὐτεξούσιος φυσικὴ ὄρεξις. ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων λογικῶν ὄντων, ἄγεται μᾶλλον ἡ φυσικὴ ὄρεξις, ἤπερ ἄγει, αὐτεξουσίως γὰρ, καὶ μετὰ λόγου κινεῖται, ἐπειδὴ συνεζευγμέναι εἰσὶν αἱ γνωστικαὶ καὶ ζωτικαὶ δυνάμεις ἐν αὐτῷ. αὐτεξουσίως οὖν ὀρέγεται, καὶ αὐτεξουσίως βούλεται, καὶ αὐτεξουσίως ζητεῖ καὶ σκέπτεται, καὶ αὐτεξουσίως βουλεύεται, καὶ αὐτεξουσίως κρίνει, καὶ αὐτεξουσίως διατίθεται, καὶ αὐτεξουσίως προαιρεῖται, καὶ αὐτεξουσίως ὁρμᾷ, καὶ αὐτεξουσίως πράττει ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ὄντων.

Περὶ θελήσεως τοῦ κυρίου.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἐπὶ θεοῦ βούλησιν μὲν λέγομεν, προαίρεσιν δὲ κυρίως οὐ λέγομεν.

quàm quæ non sunt: hoc est, possibiliũ & impossibilium. Volumus enim sępe numero fornicari, aut caste uiuere, aut dormire, aut quippiam eorũ quæ in nobis sunt, & possibilia: uolumus etiam & reges esse, quod in nobis situm non est. Volumus & fortè nunquam mori: & hoc quidem impossibile est. Est & uolũtas ipsius finis, non eorum quæ sunt ad finẽ: finis enim est quod uolumus, ut reges esse, aut sanos. eorum uero quæ ad finem cõsiliũ est, id est modus per quẽ aut regnare, aut sani esse possimus. Et post uoluntatem, est inquisitio & cõsideratio: & post hæc, si hęc inquisitio eorũ est quæ in nostra potestate sita sunt, fit consilium. est autem cõsilium, appetitus inquisitiuus de ijs rebus agendis, quæ in nobis sunt. Cõsultat. enim quispiam, si iuuat rem aggredi an nõ: deinde iudicat, quid melius, & uocatur iudiciũ. Consequenter affectat, & amat quod cõsilio iudicatum est: & uocatur sententia. Nam si iudicetur, & nõ sit affectatio ad id quod iudicatũ est, id est, non ametur illud, non uocatur sententia. Mox post affectionem dicitur electio, id est, delectus. Electio enim est, duorũ propositorũ hoc seligere, & retinere ante alterũ. Deinde mouetur ad agendũ, & dicitur prosecutio: & subinde utitur, & dicitur usus: & quiescit ab appetitu post usum. In animantibus igitur rationis expertibus, appetitus alicuius fit, & statim motus ad agendum. Nam irrationalis appetitus irrationalium, & ducuntur à naturali appetitu: quapropter non uoluntas dicitur ipsorum irrationalium appetitus, neq; cõsilium. Nam uoluntas est rationalis, & liberam habens potestatem naturalis appetitus. In hominibus autẽ rationis cõpotibus ducitur magis naturalis appetitus, quàm ducit. libera enim potestate, & cum ratione mouetur. Quoniam autem cõiunctæ sunt cognoscitiuæ & appetitiuæ uirtutes in eodem: libera igitur potestate appetit, & liberè uult, & rectè inquirit, & cõsiderat, & liberè consultat. liberè iudicat, liberè amat, liberè eligit, & liberè mouetur, & liberè agit in ijs quæ secundum naturã sunt. id tamen sciendum, in Deo uoluntatem quidem dici, electionem aũt propriè non dici.

non

οὐ γὰρ βουλεύεται ὁ θεός. ἀγνοίας γάρ ἐστι τὸ βουλεύεσθαι. περὶ γὰρ τοῦ γινωσκομένου, οὐδεὶς βουλεύεται. εἰ δὲ βουλὴ ἀγνοίας, πάντως καὶ ἡ προαίρεσις. ὁ δὲ θεὸς πάντα εἰδὼς ἁπλῶς, οὐ βουλεύεται. οὔτε δὲ ἐπὶ τῆς τοῦ κυρίου ψυχῆς φαμὲν βουλὴν, ἢ προαίρεσιν. οὐ γὰρ εἶχεν ἄγνοιαν, εἰ γὰρ καὶ τῆς ἀγνοούσης τὰ μέλλοντα φύσεως ἦν, ἀλλ' ὅμως καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεῖσα τῷ θεῷ λόγῳ, πάντων τὴν γνῶσιν εἶχεν, οὐ χάριτι, ἀλλ' ὡς εἴρηται, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. ὁ αὐτὸς γὰρ ἦν καὶ θεὸς, καὶ ἄνθρωπος. διὸ οὐδὲ γνωμικὸν εἶχε θέλημα. θέλησιν μὲν γὰρ εἶχε τὴν φυσικὴν, τὴν ἁπλῆν, τὴν ἐν πάσαις ταῖς ὑποστάσεσι τῶν ἀνθρώπων ὁμοίως θεωρουμένην. τὴν δὲ γνώμην, ἤγουν τὸ θελητὸν οὐκ εἶχεν ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ, ἐναντίον τῷ θείῳ αὐτοῦ θελήματος, οὐδὲ ἄλλο παρὰ τὸ θεῖον αὐτοῦ θέλημα. ἡ γὰρ γνώμη συνδιαιρεῖται ταῖς ὑποστάσεσι, πλὴν τῆς ἁγίας καὶ ἁπλῆς καὶ ἀσυνθέτου καὶ ἀδιαιρέτου θεότητος. ἐκεῖ γὰρ τῶν ὑποστάσεων μὴ εἰς ἅπαν διαιρουμένων, καὶ διισταμένων, οὐδὲ τὸ θελητὸν διαιρεῖται. κἀκεῖ μὲν, ἐπειδὴ μία φύσις, μία καὶ ἡ φυσικὴ θέλησις. ἐπειδὴ δὲ καὶ αἱ ὑποστάσεις ἀδιάστατοί εἰσιν, ἓν καὶ τὸ θελητὸν, καὶ μία ἡ κίνησις τῶν τριῶν ὑποστάσεων. ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ μὲν ἡ φύσις μία, μία καὶ ἡ φυσικὴ θέλησις. ἐπειδὴ δὲ αἱ ὑποστάσεις κεχωρισμέναι εἰσί, καὶ διεστήκασιν ἀλλήλων κατά τε τόπον, καὶ χρόνον, καὶ τὴν πρὸς τὰ πράγματα διάθεσιν, καὶ ἕτερα πλεῖστα, τούτου ἕνεκεν διάφορα τὰ θελήματα, καὶ αἱ γνῶμαι. ἐπὶ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἐπειδὴ μὲν διάφοροι αἱ φύσεις, διάφοροι καὶ αἱ θελήσεις αἱ φυσικαὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀνθρωπότητος, ἤγουν αἱ θελητικαὶ δυνάμεις. ἐπειδὴ δὲ μία ἡ ὑπόστασις, καὶ εἷς ὁ θέλων, ἓν καὶ τὸ θελητὸν, ἤγουν τὸ γνωμικὸν θέλημα, τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ θελήσεως, ἑπομένης δηλαδὴ τῇ θείᾳ αὐτοῦ θελήσει, καὶ ταῦτα θελούσης, ἃ ἡ θεία αὐτοῦ ἤθελε θέλησις θέλειν αὐτήν. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς ἕτερον μὲν ἐστὶν ἡ θέλησις, ἕτερον δὲ ἡ βούλησις. ἕτερον δὲ τὸ θελητὸν, καὶ ἕτερον τὸ θελητικὸν, καὶ ἕτερον ὁ θέλων. θέλησις μὲν γάρ ἐστιν, αὐτὴ ἡ ἁπλῆ δύναμις τοῦ θέλειν. βούλησις δὲ, ἡ περί τι θέλησις. θελητὸν δὲ, τὸ ὑποκείμενον τῇ θελήσει πρᾶγμα, ἤγουν ὅπερ

non enim consultat Deus. nam ignorantiæ est cõsultare: de eo enim quod cognoscitur, consultat nemo. Si autem cõsilium ob ignorantiam est, omnino & electio: Deus profectò omnia sciẽs, simpliciter non consultat. Neq; in anima Domini, dicimus cõsilium uel electionem: non enim habuit ignorantiam. nã etsi naturæ erat ignorare futura, attamen secundum hypostasin unita Deo uerbo, omnium cognitionem habebat non gratia, sed (ut dictum est) propter unionem in uno supposito. Ipse enim est & Deus, & homo: & idcirco consultatricem non habuit uolũtatem. uoluntatem enim habuit & naturalem, & simplicem, quam & singula hominum supposita. Et consideratam hoc modo sententiam (id est uoluntate affectatũ) non habuit sancta ipsius anima contrariam diuinæ eius uolũtati: neq; sententia aliud erat à diuina eius uoluntate. Nam sententia diuiditur cum hypostasibus, ipsisq; suppositis, nisi in sancta, & simplici, & incomposita, & indiuisibili deitate. Ibi enim hypostaseon non omnino diuisarum & differentium, neque uoluntas dirimitur, & ibi quia una natura, una quoq; est naturalis uoluntas. Quia igitur hypostases, inseparabiles sunt, una uolũtas & unus motus est trium hypostaseõ. In hominibus aũt, quia natura una, una est naturalis uoluntas: quia uero supposita separata sunt, & distant abinuicem secundum tempus & locum, & dispositionem ad agendum, & alia plura, ob id ipsum & differentes sunt eorum uoluntates, & sententiæ. In Domino aũt nostro Iesu Christo, quia differunt naturæ, differunt uolũtates diuinitatis ipsius & humanitatis, id est uolũtariæ uirtutes. Quia uero una hypostasis, unaq; persona, & unus uolẽs, unũ uoluntate affectatum, unaq; sententia humana scilicet ipsius sequente diuinæ eius uolũtatẽ, & ea dẽ uolẽte quæ diuina ipsius uult uoluntas ipsam uelle. Sciendũ aũt, aliud esse uoluntatẽ, uolẽtiã, uolũtate affectatũ, uolũtariũ & uolens. Voluntas enim est ipsa simplex uirtus, qua uolumus. Volentia, eius circa aliquid actio. Voluntate affectatum res quæ subiecta est uoluntati, illiq; obijcitur, id est, quod uolumus

θέλομεν. οἷον κινεῖται ἡ ὄρεξις πρὸς βρῶσιν. ἡ μὲν ἁπλῶς ὄρεξις ἡ λογικὴ, θέλησίς ἐστιν. ἡ δὲ πρὸς βρῶσιν ὄρεξις, βούλησίς ἐστιν. αὐτὴ δὲ ἡ βρῶσις, θελητόν ἐστι. θελητικὸν δὲ, τὸ ἔχον τὴν θελητικὴν δύναμιν, οἷον ὁ ἄνθρωπος. θέλων δὲ, αὐτὸς ὁ κεχρημένος τῇ θελήσει. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὡς τὸ θέλημα, ποτὲ μὲν τὴν θέλησιν δηλοῖ, ἤγουν τὴν θελητικὴν δύναμιν, καὶ λέγεται θέλημα φυσικόν. ποτὲ δὲ τὸ θελητὸν καὶ λέγεται θέλημα γνωμικόν.

uolumus. Vt mouetur appetitus ad cibum. & simpliciter appetitus rationalis, uoluntas est: ad cibum autem appetitio, uolentia: ipse autem cibus uoluntate affectatum. Voluntariũ aũt, quod uirtutem habet quam diximus uoluntatem, ut homo. Volens uero, ipse qui utitur uoluntate. Attamen id ignorare non oportet, uoluntatem quandoq; uolentiam significare, & quandoq; ipsam qua uolumus potentiam, & dicitur naturalis uoluntas: & quandoq; uoluntate affectatum, & dicitur sententia diffinitum.

COMMENTARIVS.

PAssio in primo significatu hic posito sumitur ut est læsio aliqua naturæ molesta & discõueniens: qualis est incisio mẽbri, grauis ægrotatio, & cætera id genus, quæ reuera tristitiã ingerunt. Aliud tamen etiã re ipsa est passio, dolorificaq; læsio, & ipsam cõsequens tristitia. Nam inanimis ut aquæ cũ incalescit, & terræ cum uomere proscinditur, & plãtis identidẽ ut arbori cum securi exciditur, cõuenit huiusmodi passio, quæ tamen nullo afficiãtur dolore, quod talem naturæ læsionem nõ persentiscunt. In sentientibus igitur ut animalibus, & si coniuncta sunt passio & dolor eã consequens, latum tamen discrimen habent: quemadmodũ ex opposito operatio naturæ consentanea, eamq; cõsequens delectatio, quãuis in eodẽ reperiantur, lõgo tamen dispescũtur & absistunt ab inuicem interuallo. In secunda aũt significantia, passio est perturbatio & affectus animi sensum sequens: ut spes, timor, gaudium, metus, & consimiles affectiones. In tertia uerò acceptione omnis motus passio dici posse uidetur, siue ad substantiã proficiscatur, siue accidens. Siquidẽ motus omnis, ex uno in aliud ꝓgressio est, utpote ex termino à quo inchoatur, in terminũ ad quẽ tendit. Actio uerò dicitur motio efficax, qua scilicet aliquid mouetur ad opus à principio intrinseco: ut aqua feruefacta reducitur ad natiuã frigiditatẽ sine alieno adminiculo. Dicitur & passio duarũ esse partiũ animæ, utpote sensitiuæ offerentis obiectũ, & appetitiuæ prosequentis ipsum aut refugientis: ut ex affectionis descriptione in litera paulo antè posita, perspicuũ est. Adhuc autẽ & passio, totius est corporis affectio, sentiẽtis alterationẽ ex passionũ motione: ut cũ quis uerecũdia afficitur, sanguine ad faciẽ cõfluente, uultus rubore suffunditur. Porrò in alia significatione, actio dicitur motus secundũ naturã, ut naturalis aquæ frigefactio, & motus lapidis deorsum. Passio uerò motus præter naturã, ut aquæ calefactio, & motus lapidis sursum, quorũ utrũq; fit ab extrinseco. Similiter defluxus partiũ substantialium corporis, & diminutio rei animatæ, quæ ab intrinseco fiunt, scilicet cõtrarietate qualitatũ elementariũ, in hoc significato est passio. Cæterũ cum lapis deorsum ab extero mouente impellitur impetuosè, huiusmodi motus & naturalis est, quia ad locum lapidi natura debitũ fit: & uiolentius, quia maiori uelocitate perficitur quã suapte natura ferretur lapis. Ita sanè uitalis motus cordis, qui & pulsatilis dicitur, aliquo timorem incutiente factus solito celerior, & naturalis est: & propter maiorẽ quã natura ferat uehementiã, uiolentus. At uerò in hac quarta passionis significatione modò explicata, qua scilicet dicitur esse motus præter naturã, ut motus aliquis uendicet sibi nomẽ passionis, oportet hũc esse uehementẽ, & insigniter sensum mouentem, ut naturæ temperamentũ transiliens calefactio aut frigefactio, naturãq; demutans ægrotatio. Nam remissi motus & languidi quamuis præter naturam sint, passionis tñ nomẽ nõ merentur. Simile quoq; annotat Arist. requiri, ut patibiles dicantur qualitates, in Categorijs. Vbi deinde de uirtutibus animæ nostræ differit author, de uiribus & potentijs animæ rationalis ibi agit, quatenus humana est, & animalis cuiusdam pars cõstitutiua. Nam uegetatricem etiã uirtutem sortita est, ut nutricariam: auctricẽ suiq; similis productricem, nõ quidem ut animalis aut hominis anima, sed ut uiuentis. Præterea de ijs uiribus hic sermo tractatur, quæ inferiore quodã gradu in brutis, superiore uerò loco in hominib. cõperiuntur: in quo absolutè, perfecteq; relucent exẽplaria, suas in brutis imagines duntaxat habẽtia. Quemadmodũ sensus exterior & interior in animalibus rationis expertibus, cognitiuæ sunt uirtutes, quibus in homine superadditur intellectus inter cognoscẽdi uires principatum tenens. Sic & in animantibus ratione uacantibus, cõcupiscentia & ira, animales, appetitiueq; sunt uires, inferiore tamen gradu collocatæ. Quippe supereminet illis in homine uoluntas appetitiuarum uirtutum præcipua archetypa, primatumq; tenens, & lõgè superiore ordine sita, quàm illi subiectæ cæteræ appetendi uires. Quocirca uis motiua secundum locum, ut progressiua, hic rectè prætermissa est, quod in homine digniorem non habeat quàm in cæteris animalibus gradum: neq; adijcitur homini peculiaris aliqua aut dignior mouendi ratio, quæ præstabilitatem habeat suprà cæterorum motum. Id insuper annotãdum, quod cũ subdit litera, alio modo prima mẽtis notio intellectus dicitur: ibi intellectus non potentiæ nomen est, sed operationis, nẽpe simplicium apprehẽsio (quæ hic prima mẽtis

notio dicitur)ipsius mentis est operatio:quam compositio sequitur aut diuisio,id est, mētis affirmatio aut negatio:quæ hoc loco intellectio de aliquo, & mens sententiaq́ dicitur. Prudentia itidē hic non habitus consultatiui nomen est,sed operationis,qua mēs examinat diiudicatq́ ea quæ ex cogitatione,adinuentioneq́ illi sunt oblata, examinat inquam & inquirit de ijs quæ agenda sunt,quo loco,tempore,instrumento,cui,quibus medijs actitanda sint. Id enim uiri prudentis est officium: rectè per rationem disquirere omniaq́ quæ futurā actionem concernunt. Cæterum post exactā de cognoscitiuis uirtutibus determinationem, suscipitur ab authore explanatio uirium animæ appetitiuarum. Inter quas præcipuū, supremumq́ locum obtinet uoluntas,quæ naturaliter expetit omnia quæ secundum naturam homini competunt,& eidem perfectionem nata sunt afferre,propriam(ut habet litera)cupiens,& naturalem hominis,& plenariā entitatem. Vnde propria hominis entitas est,quæ ei est peculiaris atq́ soli addicta. Naturalis uero quæ eius naturæ accommodata est,& secundum eius naturā cōstituta. Plenaria deniq́ cui nihil deest ad integram corporis & animæ cōstitutionem requisitum:cum scilicet corpus uegetationem,sensationem,appetitionem, motionemq́ suscipit anima uerò intellectionem,& uirtutum operationem suas quidem perfectiones possidet. Si quis itaq́ secundum sensum uiuens,animū eiusq́ cultū negligat,& more bruti feratur in omnia quæ concupiscentiæ suadet impetus:is non plenariā habet hominis entitatem, ut qui secundum scientiam uirtutemq́ minimè uiuat, perinde atq́ animal brutū solius uegetatricis potentiæ exercens officia,non autem sensitiuæ,nequaquam plenariam haberet animātis entitatem,cum in eo sentiendi uirtus & appetendi foret ociosa. De tali quippe homine dicitur est in Psalm 48 Homo cum in honore esset,non intellexit,comparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis. Propterea diffinitur consequenter in litera uoluntas naturalis esse naturalis & rationalis appetitus,ex ijs solum pendens quæ secundum naturā sunt,id est quæ naturam nostrā absoluere,perficere & integriorē reddere nata sunt. Siue quantū ad corpus,ut sunt suiipsius cōseruatio,sanitas,robur,exercitiū,educatio naturæ cōueniēs. Siue quantum ad animā,ut sunt uirtutes,disciplinæ,recta uitæ institutio,honesta societas, & cōsimilia id genus,ad animæ perfectionē attinentia. Enimuerò talia natura expetimus, ut cōducentia ad naturæ nostræ integritatē & cōplementū. Et cū huiusmodi appetitui naturali,rationē propositū & electionem adijcimus,ut eadē antecedēte cōsilio & deliberatione exoptemus: tunc naturali uolūtate illa dicimur expetere. Quocirca huiusmodi naturalis uoluntatis tantūmodo eorum est,quæ uerè nobis sunt bona,quandoquidē mala & exorbitātia à tramite rectæ rationis,non secundum naturā sunt,sed contra & præter naturā,neq́ nos perficiunt,sed labefaciunt & corrūpunt,quamuis uideantur aliquā boni speciem prætēdere,qua nosipsos minus cautos,in sui appetentiā alliciunt & pertrahunt. Deinde subijciuntur ab authore proprietates uoluntatis,tā naturalis quàm præter naturā quicquam concupiscentis,quemadmodū exempla literæ liquidò pandunt. Inter quas & ea adducitur, quod uoluntas est interdū eorū quæ non sunt in nostra uoluntate collocata,immò & impossibiliū:ut uolumus (inquit)fortè nunquā mori. Quod quidem de morte finiente sensibilis huius uitæ munus & incolatū intelligitur,& dissolutione animæ à corpore mortalem hanc uitā degente,q́ utiq́ recusaremus,sed perpetuò in hac uita sine nexus animæ & corporis diuulsione uersari appeteremus. Id uerò impossibile nobis,quia statutū est omnibus hominibus semel mori. Quis em̄ est homo qui uiuet,& nō uidebit mortē? Et quod protoplasto dictum est à Deo,idem quoq́ & nobis omnibus ab eo ducentibus originē, denunciatū est: Puluis es,& in puluerem reuerteris. Neq́ id litera dictū,de morte animæ rationalis, illiusq́ interitu accipiendū est,cum sit immortalis anima. Eandem quoq́ uoluntatis proprietatem & exemplū habet Aristot. in 3. Ethicorum,dicēs Electio nō est eorum quæ fieri nequeunt:quod siquis eligere dixerit ea,amens esse uidebitur. Voluntas aūt etiam est eorum quæ fieri possunt,ut immortalitatis. Porro consiliū (quod etiam solius hominis propriū est,sicut & uoluntas) diffinitur in litera esse appetitus inquisitiuus de rebus agendis quæ in nobis sunt. Propria quidem ratio cōsilij est eorū quæ agenda,fugienda ue sunt,exacta per rationē inquisitio. Atqui inquisitio per rationē,ipsius intellectus est opus quare & cōsultatio & consiliū,ad intellectum pertinent actiuū. Quia tamen huiusmodi consideratio & disquisitio agendorū,semper annexa est appetitui rationali, uolenti destinatū finem medijs cōuenientibus adipisci:idcirco hic consiliū appetitus inquisitiuus dicitur. Verū hæc omnia ex philosophia morali euadūt clariora,cuius propriū est munus, quæ hic afferuntur amplius enodare. Deinde inter irrationalē appetitum brutorū & naturalem hominis appetitum assignans litera differentiā: dicit quod in hominibus rationis cōpotibus ducitur magis naturalis appetitus quā ducit. Siquidem ducitur ipse naturalis appetitus & uoluntas nostra ab intellectu inquirente per consiliū quid potissimū sit agendū,& offerente ei bonū quod qui debeat. Ducit tamen ipsa uoluntas etiā mentem,quinimmo uirtutem omnem cognitiuā & appetitiuā,quod eius imperio atq́ arbitrio hæ uires sua exerceāt opera,sibiq́ insitā libertatem trāsmittit in cæteros actus humanos,quorū omniū moderatrix est, ut regina in regno animæ. Ideo homo libere sentit,intelligit,cōcupiscit,irascitur, libereq́ uult. Et huic persimile quippiā in corpore humano perspicimus, ubi pes dirigitur recto calle & mouetur ab oculo totius corporis duce:lucerna q̄ppe corporis tui ē oculus tuus,& tn̄ pes ediuerso mouet o-

transfe-

transfertq; de loco ad locū, reciprocumq́ & uicariū illi rependit directionis & motionis officiū. At quoniā consiliū de dubijs est & incertis quo pacto euentura sunt, & electio præsupponit consiliū, habetq; coniunctā semper ignorantiam futuri exitus: in Deū aūt non cadit ignorantia neq; incertitudo futurorū, cui antequā crearentur omnia sunt agnita, cui itidem futurū est nihil aut succedens, sed omnia simplicissimo æternitatis obtutu, & oculo diuinitatis præsentia, electio ꝓpriè in Deo nō dicitur: propriè inq;, id est, in eo significatu paulo antè explicato, & apud philosophiā moralē tritissimo. Nā secundū aliā rationem nihil incōmodi est Deo electionem ascribere, ut sit libera unius ad aliquod bonū acceptatio, siue assumptio, secundū beneplacitū uolūtatis suæ alio prætermisso. Qualis fuit ipsius Iacob ad salutē æternā prædifinitio atq; præordinatio: Esau uero reprobatio & reiectio, ex libera eligētis & reijcientis potestate facta. De qua ꝓpheta: Iacob elegi, Esau aūt odio habui. De qua itidē disserit Apost. ad Rom. cap. dicens: Vt secundum electionem, propositum Dei maneret: non ex operibus, sed ex uocāte. Ex hoc pacto eligere dicitur Deus, cum unum assumit ad quippiam boni assequēdum, cæteris ab eo bono seclusis, ut Psalm. 77. dicitur elegisse tribum Iuda & Dauid seruū suū: qui ex otiū custodia, atq; cura subueheretur ad regnum Israeliticū. Verùm hæc electio etsi libertatem habet, ab ignorantia tamen est remotissima, & summæ immensæq́; sapiētiæ diuinæ coniuncta. Consimili quoq; modo consiliū in Deo, non inquisitionē incertorū quo pacto euentura sunt nominat, aut futurorū inuestigationem, sed certissimā & stabilissimā eorū quæ uentura sunt dispositionem, ac ordinationem. Hinc Psal. 32. Consiliū aūt Domini in æternū permanet, & cogitationes cordis eius à generatione in generationē. Nihilominus in Deo ꝓpriè ponenda est uoluntas, & primaria quidem atq; præcipua, cuius tanq; ueritatis ac exemplaris, uestigia sunt atq; imagines, uolūtas angelica, & humana. In diuina quoq; uolūtate summa libertas, qua quicquid agit, non alterius impulsu aut adactione, sed sponte sua atq; beneplacito suæ bonitatis agit, summamq́; habet in cunctis operibus suis complacentiā. Omnia (inquit Psalm. 135.) quæcunq; uoluit, Dominus fecit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Et pia Hester, Dominū orans, In ditione tua (ait) Domine cuncta sunt posita, nec est qui tuæ possit resistere uoluntati. Et Dominus ad Mosen: Miserebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Deniq; Psalm. 103. Lætabitur Dominus in operib. suis Neq; ratio ni libertatis in Deo obstat naturalis indeflexibilitas in malū. Nā uertibilitas, ad libertatis rationē nō exigitur, neq; insumma, primaq́; libertate locū habere debet: sed potius defectio est & lapsus à perfectione absolutæ & primariæ libertatis imperfectionē arguens, & à bono deficientiā. Proinde angelica libertas & humana, quæ sunt ut diuinæ libertatis imagines, q̄diu uertibilitatē illā & mutabilem in deterius habent, minus perfecta sunt illius archetypæ libertatis uestigia, quemadmodū contigit in angelis primū conditis, ante lapsus aut status terminum, & nunc in hominib. præsentem agentibus uitā usuuenit. Cum uero sublata fuerit à uoluntate illa uertibilitas in deterius indultu gratiaq́; diuina, quemadmodū nunc est in angelis, & post assumptionē ad gloriā erit in animabus humanis, tunc sanè perfectior erit libertas, & suæ ueritati atq; exemplari, scilicet diuinæ libertati similior. Consimili quoq; propemodū ratione, sacratissimæ Christi attributa electio, Esaiæ 7. ca. cū dicitur de ipso Emanuel: Butyrū & mel comedet, ut sciat reprobare malū & eligere bonū: non ignorantiā aut incertitudinem designat, sed liberam boni prosecutionem, quā uerbo unita eadem anima sanctissima, nō necessitate, sed maximæ libera uoluntatis potestate faciebat, unde ei summa diuinorū charisma tum exuperantia collata fuisse, Psalm. 44. dicitur: Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. Verùm de hac electione, latior in decimoquarto cap. tertij libri futurus est sermo. At uero ut præsens speculo, omnia uisibilia clarissimè in se repræsentanti, nō potest quicq; uisibiliū nō uidere: ita beatissima Christi anima Dei uerbo unita (in quo cognoscibilia omnia, lucidissimè conspicua sunt) nō potest quippiā ignorare. Quare sublimiter de Christo secundum hominis naturā profitetur beatus Paulus, quòd in eo omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ sunt absconditi: quēadmodū alio quoque loco, dicit Christū Dei uirtutem & Dei sapientiam. Deinceps in litera paulo post sequente, id uoluntate affectatū appellat author, quod à uoluntate ut ipsum ꝓsequatur, est delectū atq; expetitum: quod & superius sententiam uocauit. Id aūt uoluntate affectatū, nō habuit anima Christi contrariū diuinæ uoluntati. Nam uoluntas animæ Christi, usqueadeò fuit omniquaq; conformis diuinæ uoluntati, ut ne in minimo quidē ab ea discrepauerit unq;. Proinde cū summè bonus Dei filius, secundū assumptā humanitatem diceret se diligere patrem æternum, approbationem subiunxit: Et quæ placita sunt ei facio semper. & patris se præcepta seruasse, manereq́; in eius dilectione cōtestatus est: Et sicut (inquit mandatū dedit mihi pater, sic facio. Qui autem id fiat, si quicq; esset inter humanam & diuinam Christi uolūtatem dissidij? Ad idipsum aūt amplius comprobandum progrediens litera, proponit sententiā diuidicam hypostasibus. Vbi enim diuersæ omnino sunt hypostases secundū substantiā, & separatæ ab inuicem, diuersæ quoq; sunt sententiæ: ut in hominib. quorum diuersa sunt placita, uoluntateq́; affectata. Quod si differentes numero fuerint hypostases, coniunctæ tamen in eadē natura, & inuicem immanentes, eadem prorsus erit omniū sententia, ut diuinarū hypostaseō

se inuicem immeantiū, atq; inseparabiliter inhabitantiū. Vbi uero una duntaxat est hypostasis, & una quoq; erit sententia. atqui in Christo, unica est hypostasis. nam idem Deus & homo Iesus Christus. Vna igitur erit & sententia, uoluntateq; affectatū ab anima Christi & eius diuinitate. quare non est inter ea quicq; repugnantiæ. Porrò uoluntas naturalis in summa deitate hominib. & Christo naturā sequitur, sententia uero hypostasin. Quia igitur in diuinitate una prorsus est natura, una quoq; est naturalis uoluntas. Et quia plures ibi sunt hypostases, coniunctæ tamen & indigressibiles abinuicem, una etiā est omniū hypostaseon sententia. In hominibus aūt, una specie est natura, utpote humana, eodem quoq; modo & una uolūtas naturalis. At in hominū genere diuersa sunt supposita, differentijs accidentarijs abinuicē dissidentia, ut loco, tēpore, & cæteris id genus: & proinde diuersa sunt in ipsis, uoluntate affectata. Demū in Christo diuersæ ab inuicem sunt naturæ, ita & diuersæ uoluntates, naturas cōsequentes, utpote diuina & humana. At quia una est in eodē hypostasis, duab. naturis innixa, una itidē est sententia. Nō igitur sententia animæ Christi, diuersa est à diuina uoluntate, sed prorsus eadem. Neq; huic loco repugnat qđ Matthæi 26. Christus in oratione ad patrē dixit, cū calicem passionis à se trāsire peteret: Veruntamen nō sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Id eñ nō secūdū uoluntatē rationalem diuinæ in omnib. uoluntati obtemperātem & consonā dixit, sed secundū humanū affectum, naturalemq; appetitū refugiēdi mortem & dolorem naturæ molestū. Omnibus enim rebus insitus est appetitus natura, sese conseruādi, exhorrendiq; dolorifica: quo & Christus nō caruit, ut uerè se hominem comprobaret, & nostræ naturæ proprietates integrè assumpsisse testificaretur. Et exinde damnantur atq; reprobātur illorū deliramenta, qui dixerunt ipsum secundū phantasiā tantum & apparentiam, hominem factum: & illorū itidem, qui ipsum cœleste corpus assumpsisse confinxerunt, quoniā nihil humanū à se alienum ostēdit, sed affectiones nostras omnes secundū ueritatem in se mōstrauit, assimilatus nobis per omnia sine peccato. Neq; sanctissimi martyres & agonistæ ꝓ Christo, hoc naturali caruerunt affectu refugiendi dolores & molestias corporis, quem tamen ardentiore charitatis uirtute superarunt, uoluntariè tormenta quæuis & mortem perpessi. Vnde Dominus noster prædicens beato Petro qua morte clarificaturus esset Deum, Cū esses iunior (inquit) cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum aūt senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non uis. Quod aūt appetitu naturali, ꝓpria agere permisso, recusauerit mortem Christus, atq; timuerit: nihilominus illo superato timore, reiectoq; affectu naturæ, eā subire nō dubitauerit, maius est suæ in nos dignationis argumentum atq; charitatis, qua in flammatus, adeò difficilem & sibi grauē passionem ꝓ redemptione nostra suscepit: & longè plus nos ei debere conuincit, quàm si absq; aliqua molestia aut reluctamine naturæ, eam pertulisset. Quemadmodū & id martyribus fuit maioris meriti incrementū, & copiosioris causa mercedis, quòd grauissimos dolores corporis & uulnera persenserint cū molestia corporis & animi, & tamen huiusmodi doloribus non succubuerint, quàm si prorsus stupidi & insensibiles effecti, illatas plagas & uerbera non sensissent. Quo enim difficilior est uirtutis operatio, ubi difficultas illa trahit ab exercendo bono opere, tāto superata huiusmodi difficultate, opus ipsum melius est, & laude dignius. Non tamen fuit huiusmodi congenitus appetitus naturaliter abhorrens mortem, diuinæ cōtrarius uoluntati: quia diuina uoluntas uoluit eum id sic uelle, & uirib. quibusq; inferioribus, propria suæ naturæ agere permisit, ut ex sequente libro cōstabit apertius. Neq; itidem supradictis obuiat, quod Ioan. 5. cap. dicit Christus: Non quæro uoluntatem meam, sed eius qui misit me: & Ioan. 6. Descendi de cœlo, nō ut faciā uoluntatem meā, sed uolūtatem eius qui misit me, patris. Id eñ dixit, quò significaret se à seipso uolūtatem nō habere, sed à patre, à quo habet & esse. In eodem etiā sensu id accipiendū, quod dicitur Ioan. 7. cap. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, patris. Præterea idem dixit, ut insinuaret se omnino patri obedientem, suamq; uoluntatem in omnibus paternæ uoluntati subiectā, reiecto omni affectu & appetitu naturali, trahente ex inclinatione naturæ in partem oppositam, seq; facere nō qđ secundū hominem affectumq; humanū uellet, sed quod pater iuberet: q̄uis & idipsum quod iussit pater, sine ulla cūctatione aut hæsitatione etiā filius ut homo uoluerit. Demum in fine capitis posita differentia inter hæc quinq;, uoluntatem, uolendiam, uoluntate affectatū, uoluntariū, & uolens, dilucida satis est & perspecta. Nēpe uoluntas est ipsa animi uirtus naturalis qua uolumus. Volentia, ipsius uolūtatis circa aliqđ obiectum operatio. Voluntate affectatū, est ipsius obiectū uoluntatis, & idipsum qđ uolumus. Voluntariū uero, quod uoluntate præditū est, ut Socrates, Plato. Deniq; uolens, qui uoluntatis exercet operationē, & quicq; uoluntate prosequitur aut refugit. Exēpla literæ clara sunt. Et planè satius est his rerū uocabulis uti in differendis arduæ, sublimisq; materiæ quæ hic pertractatur inquisitionib. aut in disceptatione literaria quæ de humanis actib. agitatur, q̄ alijs ineptioribus atq; à ꝓbatorū authorū usu longè reiectis, quib. passim recentiores utuntur, qui uolentiam dicunt uolitionem, & uoluntate affectatū appellant uolitum: cum neq; ars, neque rectus usus, hasce dictiones, uolitionem aut uolitum, admittat. Siquidem uilescunt prorsus & sordescunt ea quæ seria sunt & grauia in disciplinis, cum barbaris, insulsis, & ineptis exprimuntur nominibus; & par est, pulchras scientiarum sententias nitidis, aptis & accommodatis ex-

tis exprimantur dictionibus, ne barbariem sapiant, aut horrorem. Postremum, quod uoluntatis nomen interdum ipsam naturalem uolendi uirtutem significet, interdũ uerò uiolentiam & ipsam uoluntatis actionem, haud ab re cõtingit. Nam tritum id est in disciplinis, quod potentiarũ naturaliũ nomina, modò uirtutem ipsam natura insitã, modò illius actum designẽt. Vt sensus nunc sentiendi uim natiuã, nunc sentiendi operationẽ: & intellectus, interdũ naturalem qua intelligimus facultatem denotat, interdum uero ipsam intellectionem & mentis actionem. Nimirum igitur & id in uoluntatem usuuenire. Quod & Aristoteles in Ethicis nõ subticuit. Veruntamẽ ipsius uoluntatis nomẽ, pro eo quòd uoluntate affectatũ est, & sententia diffinitum (ut dicit litera) perrarò in usu consueto sumitur, minusq; frequenter usurpatur

ΠΕΡΙ ΕΝΕΡΓΕΙΑΣ. μ.

Χρὴ γινώσκειν, ὡς πᾶσαι αἱ δυνάμεις, αἱ προειρημέναι, αἵ τε γνωστικαὶ, αἵ τε ζωτικαὶ, αἵ τε φυσικαὶ, καὶ αἱ τεχνικαὶ ἐνέργειαι λέγονται. ἐνέργεια γάρ ἐστιν, ἡ φυσικὴ ἑκάστης οὐσίας δύναμίς τε, καὶ κίνησις. καὶ πάλιν· ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ, ἡ πάσης οὐσίας ἔμφυτος κίνησις. ὅθεν δῆλον, ὅτι ὧν ἡ οὐσία ἡ αὐτὴ, τούτων καὶ ἡ ἐνέργεια ἡ αὐτή. ὧν δὲ αἱ φύσεις διάφοροι, τούτων καὶ αἱ ἐνέργειαι διάφοροι. ἀμήχανον γὰρ, οὐσίαν ἄμοιρον εἶναι φυσικῆς ἐνεργείας. ἐνέργεια πάλιν ἐστὶ φυσικὴ, ἡ δηλωτικὴ ἑκάστης οὐσίας δύναμις. καὶ πάλιν. ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ, καὶ πρώτη ἡ ἀεικίνητος δύναμις τῆς νοερᾶς ψυχῆς, τουτέστιν ὁ ἀεικίνητος αὐτῆς λόγος, φυσικῶς ἐξ αὐτῆς ἀεὶ πηγαζόμενος. ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ ἡ ἑκάστης οὐσίας δύναμίς τε καὶ κίνησις, ἧς χωρὶς μόνον τὸ μὴ ὄν. λέγονται δὲ ἐνέργειαι, καὶ αἱ πράξεις, ὡς τὸ λαλεῖν, τὸ περιπατεῖν, τὸ ἐσθίειν, τὸ πίνειν, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ πάθη δὲ τὰ φυσικὰ, πολλάκις ἐνέργειαι λέγονται· οἷον, πεῖνα, δίψα, καὶ τὰ τοιαῦτα. λέγεται πάλιν ἐνέργεια, καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῆς δυνάμεως. διττῶς δὲ λέγεται, καὶ τὸ δυνάμει, καὶ τὸ ἐνεργείᾳ. λέγομεν γὰρ τὸν παῖδα, τὸν θηλάζοντα, δυνάμει γραμματικόν. ἔχει γὰρ ἐπιτηδειότητα διὰ μαθήσεως γενέσθαι γραμματικός. λέγομεν πάλιν τὸν γραμματικὸν, καὶ δυνάμει γραμματικὸν, καὶ ἐνεργείᾳ. ἐνεργείᾳ μὲν, ὅτι ἔχει τὴν γνῶσιν τῆς γραμματικῆς, δυνάμει δὲ, ὅτι δύναται ἐξηγεῖσθαι, οὐκ ἐνεργεῖ δὲ τὴν ἐξήγησιν. λέγομεν πάλιν ἐνεργείᾳ γραμματικὸν, ὅτε ἐνεργεῖ, ἤγουν ἐξηγεῖται. Χρὴ οὖν γινώσκειν, ὅτι ὁ δεύτερος τρόπος, κοινός ἐστι τοῦ δυνάμει, καὶ τοῦ ἐνεργείᾳ, δεύτερος μὲν τοῦ δυνάμει, πρῶτος δὲ τοῦ ἐνεργείᾳ. ἐνέργεια φύσεως ἐστὶ πρώτη, καὶ μόνη, καὶ ἀληθὴς, ἡ αὐθαίρετος, ἤτοι λογικὴ, καὶ αὐτεξούσιος ζωὴ, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς

DE ACTV Cap. XXIII.


ID sciamus oportet, omnes prędictas uirtutes & cognoscitiuas, & intellectiuas, & naturales & artificiales, actus dici. Nã actus, naturalis ex uniuscuiusq; substantiæ uirtus & motus. Est & rursus actus, naturalis cuiusq; substantiæ insitus motus. Vnde manifestũ est, eorum quorũ substantia est eadem eorum actum eundem esse: & quorũ naturæ diuersæ, & eorum actus esse diuersos. Nam impossibile est, substãtiã expertem esse naturalis actus. Actus præterea est naturalis uirtus, uniuscuiusq; substantiæ index. Et rursus, actus est naturalis, & prima uirtus semper motrix, intellectualis animæ: hoc est, semper motiua eius ratio, naturaliter ex ipsa semper scaturiens. Actus etiam est, naturalis cuiusq; substantiæ & uirtus & motus, sine qua solũ est non ens. Dicuntur autem actus, & ipsæ actiones, operationesq;: ut loqui, ambulare, manducare, bibere, & huiusmodi. Et affectus naturales, plerunq; actus nominantur, ut fames, sitis, & similes. Dicitur præterea actus, opus & res ab aliqua uirtute profecta. Cæterum dupliciter dicitur aliquid, potentia & actu. Nam puerũ lactentem, potentia grammaticum dicimus, quia aptitudinẽ habet ut disciplina euadat grãmaticus. dicimus rursus eum qui grãmaticus est, & potentia & actu grammaticũ: actu quidẽ, quãdo habet notionẽ ipsam grãmatices: potentia uerò, quando potest exponere, at nõ operatur ipsam secundum grammaticen expositionem. Dicimusq; iterum actu grammaticum, quando operatur, id est, præcipit, exponitq;. Sciendum, secundum modum communem esse eius quod potentia, & eius qd actu. Et secũdus potentia, respõdet primo modo actu. Actus in nobis naturæ ẽ prima, sola, uera, per se electiua, id est, ratiõalis, libera, & per se potẽs uita, & nostrę

εἴδους συστατική. ὡς οἱ ἀποστεροῦντες τὸν κύριον, οὐκ οἶδα ὅπως αὐτὸν θεὸν ἐνανθρωπῆσαι λέγουσιν. ἐνέργεια δέ ἐστι φύσεως κίνησις δραστική. δραστικὸν δὲ λέγεται, τὸ ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον.

ſpeciei conſtitutiua. Quia qui ſpoliant Dominũ, nõ equidẽ uideo, quomodo Deũ ipſum humanatũ dicũt. Actus itẽ eſt motus ac uigor naturæ efficax. Efficax autẽ dicitur, quod ex ſe mouetur.

COMMENTARIVS.

Actus in primo ſignificatu hic poſito, uirtutẽ omnem naturalem, operationemq́ꝫ ex ea cõſequentem cõplectitur, ut uim calefactiuam ignis, itidem & calefactionem. In ſecundo uero, naturalem & congenitã operationem: & in tertio ſignificato, uirtutem natiuã ſolũ deſignát. Quare hi duo poſtremi modi, ſunt ut pars quædã primi. Rurſus actus quarto, uis eſt ratiocinãdi atqꝫ intellectiua, animæ rationali cõgenea. In quinta uero acceptione, illud idem explicat actus quod & in prima omnibusq́ꝫ rebus adeſſe cõprobatur, & omnia entium genera ambire. Nam quod naturalis uirtutis eſt expers, non debet ens cenſeri. Sexto, actus dicũtur actiones & operationes naturæ, ut ambulatio, locutio. Septimo, affectus naturales: quales ſunt ira, gaudium, triſtitia. Octauo opera poſt artis aut uirtutis operationem relicta, ut domus, ſtatua, pictura. Deinde ponuntur modi potentiæ. Primus eſt, quo quis potẽtia dicitur citharœdus aut pictor, quia naturalem habet aptitudinem ut talis euadat, etſi nõdum aſſecutus fuerit habitum pingendi aut emodulandi. Secundus uero modus potentiæ eſt, quo quis potentia dicitur pictor aut citharœdus, quia habitum huiuſmodi aſſecutus eſt ut operetur, non tamen in præſentiarũ operatur. Et is modus, cõmunis eſt eius quod potentia & eius quod actu. Nam adeptus artem grammatices non tamen actu operans, quatenus non operatur ſecundum eum quo præditus eſt habitum, dicitur potentia ſecundo, in ſecundaq́ꝫ acceptione, grammaticus: quatenus uero præſentem & animæ inſitum habet grammaticæ habitũ, omnino abſolutum & perfectum, dicitur grammaticus actu, ſecundum primam eius quod actu dicitur ſignificationem. Cum uero quiſpiam exercet operationem grammatices, dicitur actu grammaticus, in ſecunda eius quod actu dicitur acceptione. Itaqꝫ perſpicuum eſt, quod ſecundus modus potentia, reſpondet primo modo actu. Nam potentia ſecundo, & actu primo idẽ prorſus nominant, ſcilicet acquiſitum habitum, ſecundum quem non fit in præſentia operatio. Potentia autem primo, & actu ſecundo, habent ſe ut extrema adinuicem pugnãtia, & omnino diſſidentia: quandoquidem potentia primo, neqꝫ actum ponit, neqꝫ habitum, ſed ſolam aptitudinem, habitus tamen præſidio pariter & actus executione deſtitutã. Actu uero ſecundo, & habitum ponit & actum, atqꝫ illorum utrumqꝫ ſuperaddit aptitudini, habitum ſcilicet completum, & illius operationem. At uero potentia ſecundo, & actu primo, ſunt ut medium connectens illa extrema, & utriuſqꝫ aliquid participans. Nam quia habitum ponit, conſpirat cum actu ſecundo: & quia ſuſtollit operationem præſentem, conuenit cum potentia primo. Porrò horum quatuor modorum iam explicatorum comparatio adinuicem, hac ſubiecta figura facilè innoteſcit.



Vnde

Vnde qui potentia primo grammaticus est, minimè est talis, neq; nomen illud iurè sibi uendicare potest, ut puer adhuc literarũ ignarus. Qui uero potentia secundo & actu primo grammaticus, est iam talis, & eo nomine nuncupandus. Qui autem actu secundo est grammaticus maximè omnium talis est. Quinimmo quicquid tale est, absolutum perfectumq; est: sicut qđ potentia primo habetur, rude prorsus adhuc est, & informe. Quod uero potentia secundo & actu primo existit, iã quoquo modo perfectũ est ratione consuetudinarij habitus acquisiti: non tamẽ adhuc usquequaq; completũ, quod desit operatio, quæ absolutissimã inducat perfectionem. Sic certè in natura cernimus primùm, nouellum fruticem surgentem solo, qui necdum flores & fructus proferre potest, ad quos tamen edendos natus est. Secundo eundem uidemus assecutum quidem uirtutẽ producendi flosculos, non tamen in præsentia producentem, ut tempore hyberno, cum iam completum consecutus est incrementum. Tertio uerò eundem conspicimus fruticem, & suauibus ornatum floribus, & naturæ suæ congruum germinantem fructum. Nec secus in arte primum est ferrum informe, rudis indigestaq; moles, ex qua serra formetur, adaptanda quidem ut per eã fiat sectio: sed neq; adhuc secandi uim habẽs neq; sectionem efficiens. Deinde cum per artem inducta est serræ forma, non tamen sit operatio, tum secundo loco illi adest secandi uirtus, sine operis exercitio & usu. Postremo uerò cum adhibetur serra ad opus, tunc perfectissimo se habens modo, adijcit habilitati & uirtuti artis ipsam functionem ad quam parata est. Intellige igitur primo modo naturæ & artis, respondere in ijs quæ ad animi cultum spectant, primum modum potentia. Secũdæ uero artis & naturæ dispositioni, congruere secundum modum potentia, & primum actu. Deniq; tertiæ habitudini naturæ & artis, adaptari secundum modum actu: & quæ hic de modis potentia & actu determinantur, omnino tibi peruia erunt & dilucida. Insuper & id paucis annotãdum, quod cum dicit hic litera, ponens exemplũ de eo quod dicitur potentia, & quod actu, potentia uero, quando potest exponere, at non operatur ipsam secundum grammaticen expositionẽ, ibi exponere significat declarare, ostendere, explicare: quod sanè grammatici opus est & officium, mentis scilicet notionẽ uerbis aptè depromere ac eloqui: & expositio, eodem loco pro interpretatione accipitur, & sententiæ animo latentis expressione, locutione, & explicatione: quæ quidem interpretatio, potissimum ad grammaticum attinet. Vnde hoc loco antiqua traductio habet: Virtute uero, qua potest interpretari grammaticè, sed non interpretatur. Dicimus etiam operatione grammaticũ, quando operatur, hoc est, interpretatur. Præcipere uero, ut hic opus & actionem grammatici designat: est rectè loquendi præceptiones discipulo tradere. Nam & regulæ locutionum grammaticarũ, præcepta plerunq; dicũtur, & qui sermonis rationẽ edocet, præceptor uulgo nuncupatur. Demum in hominib. actus naturalis formaq; substantialis humanæ naturæ constitutiua (quem uocat litera actũ in nobis naturæ) est anima rationalis, libera arbitrij potestate donata, & operationũ naturaliũ effectrix præcipua: sicut & rerum aliarum naturaliũ actus primarij, sunt formæ earũ essentiales. Qui igitur dicunt Christum non habuisse reuera animam rationalem intellectiuam & electiuam, sed solum corpus, diuinitate locum animæ supplente, aut qui astruunt ipsum cũ corpore animam quidem uegetatricem & sensitiuam habuisse, non tamen rationalem, quod diuinitas fungeretur munere ipsius animæ rationalis (ut nonnulli hæreticorum impiè asserere sunt ausi) non possunt affirmare, Deum hominem esse factum, neq; nostram assumpsisse naturam: cum non possit homo subsistere, aut quispiã homo denominari, sine anima rationali, quæ est pars eius substantifica. Deniq; actus est motus & operatio, ex intrinseca naturæ uirtute ꝑfecta: sicut calefactio ignis, frigefactio aquæ, & omnis illa q̃ ab intraneo ꝓcedit principio naturalis actio.

ΠΕΡΙ ΕΚΟΥΣΙΟΥ, ΚΑΙ ἀκουσίου. μ α.

Ἐπειδὴ τὸ ἑκούσιον ἐν πράξει τινί ἐστι, καὶ τὸ νομιζόμενον δὲ ἀκούσιον ἐν πράξει τινί ἐστι, πολλοὶ δέ τινες, καὶ τὸ ὄντως ἀκούσιον, οὐ μόνον ἐν τῷ πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πράττειν τίθενται. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι πρᾶξίς ἐστιν, ἐνέργεια λογική. ταῖς δὲ πράξεσιν ἕπεται ἔπαινος, ἢ ψόγος. καὶ αἱ γὰρ αὐτῶν μεθ' ἡδονῆς, αἱ δὲ μετὰ λύπης πράττονται. καὶ αἱ γὰρ αὐτῶν εἰσὶν αἱρεταὶ τῷ πράττοντι, αἱ δὲ φευκταί. καὶ τῶν αἱρετῶν αἱ μὲν ἀεὶ αἱρεταὶ, αἱ δὲ κατά τινα χρόνον. ὁμοίως καὶ τῶν φευκτῶν. καὶ πάλιν, αἱ μὲν τῶν πράξεων ἐλεοῦνται, καὶ συγγνώμης ἀξιοῦνται· αἱ δὲ μισοῦνται, καὶ κολάζονται.

DE SPONTANEO ET INspontaneo. Cap. XXIIII.

Quia ergo spontaneũ in aliq̃ operatione est, etiam & quod creditur inspõtaneũ, in aliqua operatione erit. Multi sanè (nec ab re quidẽ) inspontaneum non modò in patiendo, sed & in agendo posuere. Et par est ut intelligamus actiones, operationes rationales esse: & laudẽ aut uituperationẽ, actiones sequi. Et ipsarũ, hę cũ uoluptate, illæ cũ tristitia patrãtur. Et ipsarũ quædam prosequẽdę sunt agenti, quædam fugiendæ. Et prosequendarũ, quę dã semper prosequendæ, quædã certo tempore. Similiter autem & fugiendarũ. Et rursus actionũ, hæ misericordia, hæ uenia dignæ sunt, hæ odiũtur & plectũt.

τῷ μὲν οὖν ἑκουσίῳ, πάντως ἐπακολουθεῖ ἔπαινος, ἢ ψόγος, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς πράττεσθαι, καὶ τὸ αἱρετὰς εἶναι τὰς πράξεις τοῖς πράττουσιν, ἢ ἀεί, ἢ τότε, ὅτε πράττονται. τῷ δὲ ἀκουσίῳ, τὸ συγγνώμης ἢ ἐλέους ἀξιοῦσθαι, καὶ τὸ μετὰ λύπης πράττεσθαι, καὶ τὸ μὴ εἶναι αἱρετάς, μηδὲ δι' ἑαυτοῦ τελεῖν τὸ πραττόμενον, εἰ καὶ βιάζοιτο. τοῦ δὲ ἀκουσίου, τὸ μέν ἐστι κατὰ βίαν, τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν. κατὰ βίαν μέν, ὅταν ἡ ποιητικὴ ἀρχή, ἤγουν αἰτία ἔξωθεν ἐστίν, ἤγουν ὅταν ὑφ' ἑτέρου βιαζώμεθα μὴ δ' ὅλως πειθόμενοι, μὴ δὲ συμβαλλώμεθα κατ' οἰκείαν ὁρμήν, μὴ δὲ ὅλως συμπράττωμεν. ἢ δι' ἑαυτῶν τὸ βιασθὲν ποιῶμεν, ὃ καὶ ὁριζόμενοι φαμέν. ἀκούσιόν ἐστιν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, μηδὲν συμβαλλομένου κατ' οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος. ἀρχὴν δὲ φαμέν, τὴν ποιητικὴν αἰτίαν. τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν, ἀκούσιόν ἐστιν, ὅταν μὴ αὐτοὶ παρέχωμεν αἰτίαν τῆς ἀγνοίας, ἀλλ' οὕτω συμβῇ. εἰ γὰρ μεθύων τις φόνον ποιήσει. ἀγνοῶν μὲν ἐφόνευσεν, οὐ μὴν ἀκουσίως. τὴν γὰρ αἰτίαν τῆς ἀγνοίας, ἤγουν τὴν μέθην αὐτὸς ἔπραξεν. εἰ δέ τις ἐν τῷ συνήθει τόπῳ τοξεύων τὸν πατέρα παριόντα ἀπέκτεινε, δι' ἄγνοιαν λέγεται ἀκουσίως τοῦτο πεποιηκέναι. τοῦ οὖν ἀκουσίου διττοῦ ὄντος· τοῦ μὲν κατὰ βίαν, τοῦ δὲ δι' ἄγνοιαν, τὸ ἑκούσιον ἀμφοτέροις ἀντίκειται. ἐστὶ γὰρ ἑκούσιον, τὸ μήτε κατὰ βίαν, μήτε δι' ἄγνοιαν γινόμενον. ἑκούσιον τοίνυν ἐστίν, οὗ ἡ ἀρχή, τουτέστιν ἡ αἰτία ἐν αὐτῷ εἰδότι τὰ καθέκαστα, δι' ὧν καὶ ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. καθέκαστα δὲ ἐστίν, ἃ καλεῖται παρὰ τοῖς ῥήτορσι περιστατικὰ μόρια, οἷον τίς, ἤγουν ὁ πράξας. τίνα, ἤγουν τὸν παθόντα. τί, ἤγουν αὐτὸ τὸ πραχθέν, τυχὸν ἐφόνευσε. τίνι, ἤγουν ὀργάνῳ. ποῦ, ἤγουν τόπῳ. πότε, ἤγουν ἐν ποίῳ χρόνῳ. πῶς, ὁ τρόπος τῆς πράξεως. διὰ τί, ἤγουν διὰ ποίαν αἰτίαν. Ἰστέον, ὡς εἰσί τινα μεταξὺ ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων. ἅ τινα ἀηδῆ καὶ λυπηρὰ ὄντα, διὰ μεῖζον κακὸν καταδεχόμεθα. ὡς διὰ ναυάγιον ἀποβάλλομεν τὰ ἐν τῷ πλοίῳ. Ἰστέον ὡς τὰ παιδία, καὶ τὰ ἄλογα, ἑκουσίως μὲν ποιεῖ, οὐ μὴν δὲ καὶ προαιρούμενα. καὶ ὅσα διὰ θυμὸν πράττομεν, μὴ προβουλευσάμενοι,

Spontaneum itaque omnino laus aut uituperatio sequitur, & agentes cum uoluptate: siue prosequẽdas actiones agant, aut per prosequendas aut tunc quando aguntur. Inspontaneum autẽ, aut uenia, aut misericordia dignatur: & quod cum tristitia agitur, quod non eligeretur, neque quod quis per seipsum faceret, etsi id agere uiolentia adigatur. Inspontanei enim est, partim agere per uiolentiam, partim per ignorantiam. Per uiolentiam quidem, quãdo principium actiuum, id est, causa, extra est: hoc est, quando ab alio uim patimur, nullo pacto persuasi, neq; coadiuuantes ad ipsum motum, nulloq; modo cooperantes, ut per nosipsos quod uiolentia irrogatum est, faciamus. Et cum diffinimus, dicimus inspõtaneum esse, cuius principium extra est, nihil eo qui uim patitur coadiuuãte id principium unde motus est, ipsumq; motum. Principium autem appellamus, effectricem causam. Per ignorãtiam uero inspontaneum est, quã do ignorantiæ causam non præbuerimus, sed sic euenit. Nam si quis ebrius homicidium admittit, ignorans quidẽ necem commisit, at non inspontaneè: causam enim suæ ignorantiæ ebrietatem ipse ministrauit. Si autem quis in assueto loco sagittans, transeuntem patrem ignorans interficit, dicitur id inspontaneè patrasse. Cum ergo inspontaneum duplex sit, hoc per uiolentiam illud per ignorantiam, spontaneum utriq; opponitur. Nam spotaneum est, quod neq; per uiolentiam, neque per ignorantiam factum. Spontaneum igitur est, cuius principium, hoc est causa in ipso est sciente singula, per quæ & in quibus actio est. Singula autẽ sunt, quæ uocantur à rhetoribus circunstãtiarum particulæ: utputa, quis scilicet sit qui fecit, quis qui passus est, quid ipsum quod passus est. fortè interfectus est, quo instrumento, quo loco, quãdo aut quo tempore, quo pacto, quis actionis modus, propter quid, id est, quã ob causam. Sciendum autem, quædam spotanei & inspõtanei media esse, quæ cum insuauia & tristia sint, ob maius deuitandum malum suscipimus: ut ad uitãdum naufragium, proĳcimus quæ in naui sunt. Neq; lateat, quod pueri & beluæ spontaneè faciunt, sed nõ eligentes. Et quecunq; per irã facimus, nõ præconsulti præmeditatiq; facimus,

ἑκουσίως ποιοῦμεν, οὐ μὴν καὶ κατὰ προαίρεσιν. καὶ ὁ φίλος αἰφνιδίως ἐπέστη, ἑκουσίως μὲν ἡμῖν, οὐ μὴν καὶ προαιρουμένοις. καὶ ὁ θησαυρῷ ἀνελπίστως περιτυχὼν, ἑκουσίως περιέτυχεν, οὐ μὴν καὶ προαιρούμενος. πάντα ταῦτα ἑκούσια μὲν, διὰ τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἥδεσθαι, οὐ μὴν καὶ κατὰ προαίρεσιν. διότι οὐκ ἐκ βουλῆς. δεῖ δὲ πάντως βουλὴν προηγεῖσθαι τῆς προαιρέσεως, καθὼς εἴρηται.

facimus, ſpontanee quidem facimus, ſed non ſecundum electionem. & amicus repente adeſt, nobis quidem ſpontanee, ſed non eligentibus: & inſperate quis in theſaurum incidit, ſpontanee quidē incidit, ſed non eligēs. Hæ ſiquidem omnia uolūtaria, ob uoluptatem quæ in ipſis eſt: non tamen & ſecundū electionem, qui non ſunt à conſilio. Vt autem conſilium electionem antecedat, neceſſe eſt: quemadmodum dictum eſt.

COMMENTARIVS.

DVplex innuitur in litera eſſe inſpontaneū, hoc in patiendo, illud uero in agendo. Inſpōtaneū, inuoluntariumq́; in patiendo fit, cum quis irrogata uiolētia id, inuitus patitur, cui & animo reluctatur, & corpore pro uirib. obſiſtit: ut uulnerationem, coniectionem in carcerem aut uincula. In agendo uero fit inſpontaneum, cum quiſpiā propria uirtute ſup e rata, alieno impulſu id agit, diſſentiente quidē animo, & corpore pro uirili ſua obluctāte: ut ſi filius uiolentia adactus enecet patrē, incendat templa, aut tale quippiā perpetret. Conſimili quoq; modo, ſpontaneum in patiendo & agendo ponendū eſt, quandoquidē oppoſita cōſimilem recipere ſolent partitionem acceptionis, & circa idem uerſari. In patiendo quidē ſpōtaneum datur: ut inuicti martyres Chriſti ſpōte paſſi ſunt tormenta inflicta, ut teſtificarētur ueritatem fidei. In agendo uero, cum quis & ſciens & libere aliquod uirtutis officium aut turpē exercet operationem. Deinde ponitur una partitio actionum, quod hæ uenia & miſericordia dignæ ſunt, hæ uero pœna & ſupplicio. Prioris membri ſit exemplū, ut ſi uxor cōſentiret in adulteriū cum tyranno committendū, quo uirū ſuum ab illo captiuū ex pacto redimeret. eſſet quidem ipſa uituperanda, & danda uicio: ſed uenia miſericordiaq́; ibidē locū haberet, qđ hac uia ſperauerit maritū ſibi reſtitutū iri. Et ſi quis metu futuri mali perculſus, praui quippiam perpetraret, quo impendens illud malum euitaret. qualis fuit Lucretia Tarquinio (ut ferunt) cōſentiens, ad euitandā infamiā quā ille comminabatur ſe illaturū. Actiones uero quæ odiuntur & plectuntur, omnino prauæ ſunt, nullā boni ſpeciem, aut excuſationis rationem præ ſe ferentes, ut quæ ſola animi libidine, effrenataq́; cōcupiſcentia cōmittuntur, furta, adulteria, & cætera, neq; uenia, neq; miſericordia dignanda. Rurſum alia inſinuatur actionū partitio, quod quædam ſunt ſemper ꝓſequendæ, quædā uero pro tempore, & ad tēpus. Actiones ſemper proſequendæ ſunt, quæ omni tempore recte fieri poſſunt, ut officia temperātiæ, iuſtitiæ, amicitiæ, & ſimiliū uirtutū, in omni uita humana directionem noſtri habentiū. Actiones uero proſequendæ tunc quando aguntur, ſunt, quæ nō omni, ſed certo quodā & opportuno tempore fiunt, aut quia ſtatū habent, determinatumq́; tempus quo fieri debeāt, ut ieiunia eccleſiaſtica, & ex eccleſiæ inſtituto ſeruanda, exercitia & opera artiū ſeruiliū definitis dieb. peragēda: aut quia occaſionem habent pro cōditione temporis occurrentē, qua ſecluſa, nō eſſent tentandæ huiuſmodi actiones. Vt ingruente tempeſtate, proiectio merciū in mare ad euitandum naufragiū: aut reſecatio manus infectæ cancro, ne reliquū corpus contagio lædatur. Et hæc omnia quæcunq; præſenti capite diſcutiuntur, ex tertio Ethicorū Ariſtotelis perſpicua ſunt, & idcirco in tranſcurſu hic ſolū adducuntur, ibidem latius pertractanda. Animaduertēdum præterea: nonnulla ſpontanei & inſpontanei media dici, ut diffinit litera, quod utriuſq; extremi aliquid participent. Inſpontanei quidē, quod extrinſeca occaſione impellente, tanq; principio quodam extrario fiunt, quo quidem ſemoto minime fierent. Spontanei uero, qđ à principio fiunt, intrinſeco ſcilicet, libera agentis uoluntate, ea tanquam minus mala ſpōte amplectente, & actionis illius ſingula cognoſcente. Ex Ariſtotelis tamē ſentētia, huiuſmodi media ſpontaneis uoluntarijsq́; ſunt ſimiliora, tū quod pro ea temporis conditione eligūtur ad maioris mali euitationem: tum quod fieri præcipiuntur & fiūt, admotis ad deuoluēdas in mare merces manibus, totoq́; corpore ut inſtrumento exequendis huiuſcemodi actib. accōmodato. Poſtremum & id annotare fuerit operæprecium, quod ſpontanee agere, rationē habet communiorē: agere uero ex electione, contractiorem. eſtq́; hoc ut ſpecies, illud uero ut genus, quod quadrifariam litera ipſa plane manifeſtat. Porro pueri & beluæ, ſpōtanee agūt, nō quidem per mentem & uoluntatē, quemadmodū homines iam adulti, ſed per ſenſum & appetitum irrationalem, quocirca nō eſt in eis adeo perfecta ſpōtanei ratio (ſicut neq; cognitio) ut in utentibus ratione. At uero puerorum, beluarum, & cæterorum in litera enumeratorum opera, quamuis ſine electione fiant, deprehenduntur eſſe uoluntaria, ob delectationem quæ in ipſis eſt. Nam inſpontaneo per uiolentiam haud dubie adeſt triſtitia, quod ipſum nolētib. nobis accidat. Itidem in ſpontaneo per ignorantiam facto, comes eſt animi mœſtitia, nam ubi primum illud cognoſcitur, pœnitudinem & dolorem inducit. Quare ſi cui operi adeſt

uoluptas & oblectatio, eo ipso coniectatur & conuincitur esse spontaneum atque uoluntari um. Nempe delectatio, comes operis, ostendit ipsum liberè à nostra uoluntate profectum, & nobis quidem scientibus singula.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΦ' ΗΜΙΝ, ΤΟΥτέστι τοῦ αὐτεξουσίου. μβ.

Ὁ περὶ τοῦ αὐτεξουσίου λόγος, τουτέστι τοῦ ἐφ' ἡμῖν, πρώτην μὲν ἔχει ζήτησιν, εἰ ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν. πολλοὶ γὰρ οἱ πρὸς τοῦτο ἀντιβαίνοντες. δευτέραν δὲ, τίνα ἐστὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τίνων ἐξουσίαν ἔχομεν. τρίτην τὴν αἰτίαν ἐξετάσαι, δι' ἣν ὁ ποιήσας ἡμᾶς θεὸς, αὐτεξουσίους ἐποίησεν. ἀναλαβόντες οὖν περὶ τοῦ πρώτου, τὸ πρῶτον εἴπωμεν, ἀποδεικνύντες, ὅτι ἔστι τινὰ ἐφ' ἡμῖν, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ὁμολογουμένων, καὶ εἴπωμεν οὕτως. τῶν γινομένων ἁπάντων, ἢ θεόν φασιν αἴτιον εἶναι, ἢ ἀνάγκην, ἢ εἱμαρμένην, ἢ φύσιν, ἢ τύχην, ἢ τὸ αὐτόματον. ἀλλὰ τοῦ μὲν θεοῦ ἔργον, οὐσία καὶ πρόνοια. τῆς δὲ ἀνάγκης, τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων ἡ κίνησις. τῆς δὲ εἱμαρμένης, τὸ ἐξ ἀνάγκης τὰ δι' αὐτῆς ἐπιτελεῖσθαι. καὶ γὰρ καὶ αὕτη τῆς ἀνάγκης ἐστί. τῆς δὲ φύσεως, γένεσις, αὔξησις, φθορὰ, φυτὰ, καὶ ζῶα. τῆς δὲ τύχης, τὰ σπάνια, καὶ ἀπροσδόκητα. ὁρίζονται γὰρ τὴν τύχην, σύμπτωσιν καὶ συνδρομὴν δύο αἰτιῶν, ἀπὸ προαιρέσεως τὴν ἀρχὴν ἐχουσῶν ἄλλο τι παρ' ὃ πέφυκεν ἀποτελουσῶν. ὡς τάφρον ὀρύσσοντα, θησαυρὸν εὑρεῖν. οὔτε γὰρ ὁ θεὶς τὸν θησαυρὸν, οὕτως ἔθηκεν, ὥστε ἄλλον τοῦτον εὑρεῖν. οὔτε ὁ εὑρὼν οὕτως ὤρυξεν, ὡς εὑρεῖν θησαυρόν. ἀλλ' ὁ μὲν, ἵν' ὅταν ἐθέλῃ, ἀνέληται, ὁ δὲ, ἵνα τάφρον ὀρύξῃ. συνέπεσε δὲ ἄλλο τι παρ' ὃ προῃροῦντο ἀμφότεροι. τοῦ δὲ αὐτομάτου, τὰ τῶν ἀψύχων, ἢ ἀλόγων συμπτώματα, ἄνευ φύσεως καὶ τέχνης. οὕτως αὐτοί φασι. τίνι τοίνυν τούτων ὑπαγάγωμεν τὰ διὰ τῶν ἀνθρώπων, εἴπερ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν αἴτιος καὶ ἀρχὴ πράξεως; οὐδὲ γὰρ θεῷ θεμιτὸν ἐπιγράφειν αἰσχρὰς ἐνίοτε πράξεις, καὶ ἀδίκους. οὐδὲ ἀνάγκῃ. οὐ γὰρ τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων ἐστίν. οὐδὲ εἱμαρμένῃ. οὐ γὰρ τῶν ἐνδεχομένων, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων τὰ τῆς εἱμαρμένης λέγουσιν. οὔτε φύσει. φύσεως γὰρ ἔργα ζῶα, καὶ φυτά. οὐδὲ τύχῃ. οὐ γὰρ σπάνιοι, καὶ ἀπροσδόκητοι τῶν ἀνθρώπων αἱ πράξεις.

DE LIBERA POTESTATE, LIBEROQUE quod in nobis est arbitrio. Cap. XXV.

De libero arbitrio hoc est de eo quod in nostra potestate situm est, sermo primam quæstionem habet, si quid in nobis, in nostraque potestate est. nam multi sibi in hoc aduersantur. Secundam, quæ sunt ea quæ in nobis sunt, & quorum habemus potestatem. Tertiam, causam exponere, ob quam qui fecit nos Deus, liberæ potestatis fecerit. Resumentes igitur à primo, dicemus primùm, ostendentes aliqua in nobis, nostraque potestate esse, ex ijs quæ ab illis confitentur. & hunc in modum ordiamur. Eorum quæ fiũt omnium, aut Deum dicunt causam esse, aut necessitatem, aut fatũ, aut naturam, aut fortunã, aut causam. Atqui Dei opus, substantia & prouidentia, Necessitatis motus eorum quæ semper eodẽ se habent modo. Fati, ex necessitate perfici, quæ per ipsum sunt: nã Fatũ, necessitatis est. Naturæ, generatio, augmentatio, corruptio, plantæ, & animalia. Fortunæ, quæ rara sunt, & inspectata. Diffiniũt enim fortunam, coincidentiam & concursum duarum causarum, principium ab electione habentium, quippiam aliud præter id quod euenire natum est agentium. Vt cum quis fodiens sepulchrum, thesaurum inuenit. Neque enim qui posuit thesaurũ, sic posuit ut alius inueniret: neque fodiens ea fodit ratione ut inueniret thesaurum: sed ille quidem ut quando uellet, auferret: hic uerò, ut effoderet sepulchrum. accidit autem aliud quid, præter id quod uterque elegerat. Ipsius autem casus, ea quæ inanimatis & ratione expertibus accidunt præter naturam, (ut ipsi dicunt) & artem. Cui igitur horum subijciemus ea, quæ per homines fiunt, si homo non est causa & principium actionum? Non enim fas est, Deo ascribere, quandoque turpes & iniustas actiones fore. Neque necessitati. Nam non eorum sunt, quæ semper eodem modo se habent. Neque fato: nam non contingentium, sed necessariorum dicuntur esse, quæ fati sunt. Neque naturæ: nam naturæ opera, animantes & plantæ. Neque fortunæ: Non enim raræ & inexpectatæ sunt hominum actiones.

Neq;

οὔτε τοῦ αὐτομάτου. ἀψύχων γὰρ λέγουσιν εἶναι, ἢ ἀλόγων συμπτώματα τοῦ αὐτομάτου. λείπεται δὴ, αὐτὸν τὸν πράττοντα, καὶ ποιοῦντα ἄνθρωπον, ἀρχὴν εἶναι τῶν ἰδίων ἔργων, καὶ αὐτεξούσιον. ἔτι, εἰ μηδεμιᾶς ἐστιν ἀρχὴ πράξεως ὁ ἄνθρωπος, περιττῶς ἔχει τὸ βουλεύεσθαι, εἰς τί γὰρ χρήσεται τῇ βουλῇ, μηδεμιᾶς ὢν κύριος πράξεως; πᾶσα γὰρ βουλὴ, πράξεως ἕνεκα. τὸ δὲ κάλλιστον, καὶ τιμιώτατον τῶν ἐν ἀνθρώπῳ περιττὸν ἀποφαίνειν, τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη. εἰ τοίνυν βουλεύεται, πράξεως ἕνεκα βουλεύεται. πᾶσα γὰρ βουλὴ, πράξεως ἕνεκα, καὶ διὰ πρᾶξιν.

Neq; casui, nam inanimatorū & rationis immunium ea quæ à casu cōtingūt. Relinquitur igitur, hominē ipsum agētem & facientem principium esse propriorum operū, & potestate arbitrioq; liberum. Sin autem nullius principiū actiōis est homo, superfluè id habet ut consultet. nam ad quid utitur consilio, si nullius sit actionis dominus? Omne enim consiliū, alicuius actionis gratia est. atqui optimum & honorabilissimū eorum quæ in homine sunt, asserere superfluum, absurdissimum profectò fuerit. Si igitur consultat, actionis gratia consultat, nam consilium omne actionis gratia, & propter actionem.

COMMENTARIVS.

Post ꝓpositas in frōte capitis tres inquisitiones postea discutiēdas, senaria illa partitio cōplectens sextuplices causas effectrices eorū quæ fiunt, nō ex ꝓpria autoris sententia, sed aduersariorū (quos ex concessis, positisq; suis adoritur & cōfodit) deprōpta est, ut & ipsa loquēdi ratio liquidò ꝓdit. Nempe quāuis quinq; eorū mēbra, utpote Deus, necessitas naturalis, motuū cœli ortusq; & occasus siderū effectrix, natura, fortuna, & casus, admittantur eorū quæ sunt causa, fatū tamen nullatenus est cōcedendum esse causa eorum quæ fiunt, secūdum etiam fati acceptionem qua utebantur antiqui, cōtra quos autor hic ratiocinatur & insistit, ut uidelicet fatum, siderū positionem nominat, immutabilem necessitatem operib. nostris inducentem. Arbitrati enim sunt nonnulli, cuiq; legē ab astris esse præscriptā, qua bona aut praua agat, secūda utatur fortuna, aut prematur aduersa, nullo quidē ingenio deuitabilē aut uiolabilem. Et hāc illi fatum uocarunt, durū sua sententia, & inexorabile. Verùm hæc gentilitia atq; genethliaca ex schola ueritatis iā pridem sunt explosa, & septimo ca. huius libri latius cōfutata, ut errorū plena, & nostræ uoluntatis libertatem tollentia: omniumq; causarum ratio, rerū ordinatio, definitioq; futurorū, soli diuinæ ꝓuidentiæ est ascribēda, quæ secundū Sapientis sententiā, attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et sanè idipsum litera hic insinuat, cum inquit: quod ipsius Dei opus est substantia, id est, rerum omnium subsistentia (nā omnia per ipsum & in ipso cōstant) & prouidentia, qua singulis rebus, cuiq; pro suæ naturæ cōditione, sapientissimè prouidet. Hæc planè per omnia meās, nihil neglectum aut cura destitutū relinquit. Quemadmodum etiā primo capite de Diuinis nominibus, beatissimus pater Dionysius inquit, de Prouidentia Dei loquens: Circa ipsam, & ipsius causa sunt omnia, ipsaq; est ante omnia, & in ipsa, cūcta cōsistunt. atq; eo ipso quod est, uniuersa producta sunt atq; subsistunt, ipsamq; desiderant omnia. Hinc paulo pòst Damascenus in litera: Sed necessariorū ea dicuntur esse, quæ fati sunt: innuens id nō suū, sed aliorū esse dictū. Porrò inter casum & fortunā id discriminis ponit autor in litera, quod fortuna duntaxat agētibus secundum propositū & electionem cōuenit, & proinde solis hominibus. Casus uerò tātummodo inanimatis competit, ut si lapis tecto decidens, lædat prætereuntē: & animal. b. ratione uacantibus, ut si auicula quærens pastū, incidat in laqueū aucupis. Quæ aūt casu fiunt, præter naturā accidere dicuntur, & artem. Nam natura & ars, causæ sunt determinatæ in suos effectus, aut semper, aut plerunq; eodem modo consequentes. Casus aūt, sicut & fortuna causa est indeterminata, & minimè aut natura, aut arte, aut proposito id in quod casualiter euenit destinata, ut ex Physicis Aristotelis perspicuum est. Deinde comprobat singulorum mēbrorum iam datorum explicatione, nullum eorum assignari posse causam effectricem humanarum actionum. Et primùm quidem Deum dicere non possemus esse huiusmodi causam. Nā tametsi bonarum operationū humanarū ipse author sit & causa, quia sine eo nihil boni agere possumus, neq; sumus sufficientes cogitare à nobis quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est. Et sicut palmes nō potest ferre fructū, nisi in uite manserit: ita neq; nos, nisi in eo mānserimus. Nisi enim (ut præclarè Psaltes inquit) Dominus ædificauerit domum, inuanū laborauerunt qui ædificant eā: & nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Propterea in quocūq; bono opere ad finem perducto, nobis cum beato Paulo dicendū est, ut ad Corinthios 15. Non ego id feci, sed gratia Dei mecum. Prauarum tamen & iniquarū actionum humanarum Deum authorem esse, nunq; rectè dixerimus, ut à quo nullum possit prodire malū. Actiones aūt hominum sæpius prauæ sunt & iniquæ, quàm rectè & bonæ. Nō igitur omnium actionum humanarum possumus Deum authorem & esse, causam dicere.

Neq;

Neq; ea quæ per homines fiũt, subijcienda sunt, ascribendáue necessitati, tanq; præcipuæ causæ effectrici. Nam ea quæ per homines fiũt, nõ sunt eorũ quæ semper eodẽ modo se habent: cum diuersi etiã simul diuerso operentur modo, & idẽ nunc hoc, nunc illud agat. Ea uerò quæ necessitatis sunt, semper eodẽ se habent modo. Non sunt igitur hominũ opera necessitati ut causæ operatrici ascisceñda. Et ita cæteræ assumptionis partes diffusius sunt explicãdæ, ex quarum omnium interemptione (cum nulla earũ inueniatur, humanarum actionum posse esse principium) relinquitur ipsemet homo suorum operum esse causa.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ μγ.

ΤΩΝ γινομένων τὰ μέν εἰσιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐφ' ἡμῖν μὲν οὖν εἰσιν ὧν ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτεξούσιοι ποιεῖν τε, καὶ μὴ ποιεῖν. τουτέστι, πάντα τὰ δι' ἡμῶν ἑκουσίως πραττόμενα. οὐ γὰρ ἑκουσίως ἐλέγετο πράττεσθαι τῆς πράξεως οὐκ οὔσης ἐφ' ἡμῖν. καὶ ἁπλῶς, οἷς ἕπεται ψόγος, ἢ ἔπαινος, καὶ ἐφ' οἷς ἐστι προτροπὴ, καὶ νόμος. κυρίως δὲ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὰ ψυχικὰ πάντα, καὶ περὶ ὧν βουλευόμεθα. ἡ δὲ βουλὴ, τῶν ἐπίσης ἐνδεχομένων ἐστίν. ἐπίσης δὲ ἐνδεχόμενόν ἐστιν, ὃ αὐτό τε δυνάμεθα, καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτοῦ. ποιεῖται δὲ τούτου τὴν αἵρεσιν, ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος. καὶ οὗτός ἐστιν ἀρχὴ πράξεως. ταῦτα τοίνυν δὲ, τὰ ἐφ' ἡμῖν, τὰ ἐπίσης ἐνδεχόμενα, οἷον τὸ κινεῖσθαι καὶ τὸ μὴ κινεῖσθαι, ὁρμᾶν καὶ μὴ ὁρμᾶν, ὀρέγεσθαι τῶν μὴ ἀναγκαίων καὶ μὴ ὀρέγεσθαι, ψεύδεσθαι καὶ μὴ ψεύδεσθαι, διδόναι καὶ μὴ διδόναι, χαίρειν ἐφ' οἷς δεῖ καὶ μὴ χαίρειν, ὁμοίως καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐν οἷς ἐστι τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τῆς κακίας ἔργα. τούτων γὰρ ἐσμὲν αὐτεξούσιοι. τῶν δὲ ἐπίσης ἐνδεχομένων εἰσὶ καὶ αἱ τέχναι. ἐφ' ἡμῖν γάρ ἐστι μετελθεῖν, ἣν ἂν θελήσωμεν, καὶ μὴ μετελθεῖν. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς ἡ μὲν αἵρεσις τῶν πρακτῶν, ἀεὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. ἡ δὲ πρᾶξις, πολλάκις κωλύεται, κατά τινα τρόπον τῆς θείας προνοίας.

DE IIS QVAE FIVNT. Cap. XXVI.

EOrum quæ fiunt, quædã in nobis sunt, quædã uerò nõ in nobis sunt. In nobis aũt sunt ea, quorũ sumus liberam adepti potestatem, & facere, & non facere. Hęc uerò sunt, quę per nos spontaneę aguntur uniuersa. nõ enim spontaneę dicerẽtur agi, actione in nobis non existente. Et omnino ea quę sequitur laus aut uituperatio, & in quibus præuaricatio cadit & lex, & propriè in nobis sunt omnia animę, de quibus consultamus. Consilium autem eorũ est quæ adæquè, susq; deq; cõtingunt. adæquè uerò cõtingẽs est, quod idem possumus, & eius oppositũ. at uerò huius electionẽ intellectus noster facit, atque ipse est principium actionũ. Hæc ergo sunt quæ in nobis sunt adæquè contingentia, ut moueri & non moueri, quippiam cũ concitatione agere & non agere, appetere quæ nõ necessaria sunt, & non appetere, mentiri & nõ mentiri, erogare & nõ erogare, gaudere, in quibus par est non gaudere, similiter & quibus minimè decet: & quæcũq; sunt eiusmodi, in quibus sunt uirtutis & uicij opera. Horum enim arbitrij libertatem per se, liberamq; potestatem adepti sumus. Vtrumlibet autem & adæquè contingenter sunt etiam artes, Nam in nobis est, quam uolumus comparare, & non comparare. Est autem operæprecium cognoscere, electionem agendorum semper in nostra potestate esse: actionem uerò, plerunq; quodam prouidentiæ modo præpediri.

COMMENTARIVS.

DIcuntur ea esse in nobis, q̃ in nostra potestate cõstituta sunt & collõcata, ut ea faciamus si uolumus, aut nõ faciamus si placitũ nobis fuerit: ut omnia animæ opera, de quibus consultamus, qualia sunt uirtutũ officia laude digna, & turpes operationes uituperationi obnoxiæ. Sunt eñ pleraq; animæ opera, de quib. minimè cõsultandũ nobis est, ut nutricatio, adauctio, similis secundũ speciẽ fœtus productio, & cætera id genus naturæ opera, quæ minimè in nostrã consultationẽ cadũt, & proinde nõ sunt in nobis. Consiliũ uerò eorũ est quæ æquè, id est, ad utrũlibet eueniunt, ut ea scilicet facere possimus, itidẽ & eorũ opposita, & quæ susq; deq; cõtingunt, id est, indifferenter & sine discrimine, ut parui admodũ momenti sit negociũ, si hoc pacto aut secus contingãt: qualia sunt exempla in litera adducta. Deinde ipsum consiliũ sequitur alterius partis quæ potior uisa fuerit, electio. Ipsam aũt electionem facit intellectus noster ut coadiuuans, & ostendens per inquisitoriã consultationem utrũ duorum propositorũ melius est, atq; dijudicans unũ altero esse conducibilius. Voluntas uerò electionem facit, ut hanc partem, propositã, altera prætermissa seligẽs, amplectẽs & secernens. Est electio ipsius uoluntatis actio, antecedente consilio directa, qua quicq; faciendum deligit. que nostrarum actionum intellectus principiũ est directiuum, uoluntas uerò principium imperatiuum.

peratiuum,atq; primariè effectiuum,ſicut oculus progreſſionem corporis dirigit, & eandem pes exequitur atq; complet. Inter ea uerò quæ ad utrumlibet & contingenter nobis conueniunt,reponuntur in literæ contextu & artes,ſiue ſeruiles & corpori adminiculariæ, ut ædificatoria,ſartoria,ſutoria:ſiue liberales & ad animi cultum ſpectantes,ut philoſophia,& eius partes. De utriſq; ſiquidem uerum eſt,in nobis ſitum eſſe,quam uolumus aſciſcere nobis,aut nō aſciſcere facultatem. Cùm tamen unam quamlibet ſtudio, induſtriaue noſtra comparauerimus,atq; uendicauerimus,haud ita in noſtra collocatum eſt poteſtate,eam pro noſtro arbitratu abijcere,atq; animo extrudere. Quemadmodum uirtutes & uicia cum uolumus, aſſuefactione diuturna nobis comparamus : non tamen ubi altius radices animo fixerint,ea propellere atq; excutere ualemus. Proinde de artium ipſarum,cum nec dum eas habemus,comparatione & conſecutione hic agitur ſermo,& mentio fit in litera: Poſtremum id non perfunctoriè tranſeundum,quod electio agēdorum ſemper in noſtra poteſtate ſita eſt:quia pro noſtri arbitrij libertate,duorum nobis propoſitorum,hoc uel illud eligere poſſumus: quemadmodum emens ex duabus propoſitis mercibus utram uelit ſibi deligit, facta illi à uendente optione. Actio uerò,& exterior operis executio, interdum quodā diuinæ prouidentiæ modo nobis occulto impeditur. Vt de beatiſſimo Paulo,eiusq; comitibus refert ſanctus Lucas in Actis Apoſtolorum cap. 16. Tranſeuntes autem Phrygiā & Galatiæ regionem,uetati ſunt à ſpiritu ſancto loqui uerbum Dei. Cum ueniſſent autem in Myſiam,tentabant ire in Bithyniam,& non permiſit eos ſpiritus Ieſu. Idcirco beatus Iacobus quarto cap. nos admonet:cum quicquam facere inſtituimus,adijcere quemq; noſtrum debere, idipſum quidem nos facturos,ſi Dominus uoluerit: quod in eius conſtitutum eſt poteſtate actionem noſtram impedire,ſi placitum illi fuerit. Nō enim eſt hominis uia eius(ut inquit Hieremias cap. 10. nec uiri eſt, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. Et ſapiens Prouerbiorum cap. 16. Hominis eſt animā præparare,& Domini gubernare linguam: quaſi homo proponat opus, Deus autem illud diſponat. Deniq; diuiti,animæ ſuæ dicenti: Anima habes multa bona, poſita in annos plurimos, requieſce,comede,bibe,epulare: dictum eſt à Deo, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te. quæ autem paraſti,cuius erunt?

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑ ΠΟΙΑΝ ΑΙΤΙΑΝ αὐτεξούσιοι γεγόναμεν. κ δ.

Φαμὲν τοίνυν εὐθέως τῷ λογικῷ συνεισέρχεσθαι τὸ αὐτεξούσιον. πᾶν γὰρ γενητόν, καὶ τρεπτόν ἐστιν. ὧν γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἀπὸ τροπῆς ἤρξατο, ἀνάγκη ταῦτα τρεπτὰ εἶναι. τροπὴ δέ ἐστι, τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραχθῆναι, καὶ τὸ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης ἕτερόν τι γενέσθαι. τὰ μὲν οὖν ἄψυχα, καὶ ἄλογα, τρέπονται κατὰ τὰς προειρημένας σωματικὰς ἀλλοιώσεις. τὰ δὲ λογικά, κατὰ προαίρεσιν. τοῦ γὰρ λογικοῦ, τὸ μέν ἐστι θεωρητικόν, τὸ δὲ πρακτικόν. θεωρητικὸν μέν, τὸ κατανοοῦν ὡς ἔχει τὰ ὄντα. πρακτικὸν δέ, τὸ βουλευτικόν, τὸ ὁρίζον τοῖς τὸν ὀρθὸν λόγον. καὶ καλοῦσι τὸ μὲν θεωριτικόν, νοῦν· τὸ δὲ πρακτικόν, λόγον. καὶ τὸ μὲν θεωρητικόν, σοφίαν· τὸ δὲ πρακτικόν, φρόνησιν. πᾶς οὖν ὁ βουλευόμενος, ὡς ἐπ' αὐτῷ τῆς αἱρέσεως οὔσης τῶν πρακτῶν, βουλεύεται, ἵνα τὸ προκριθὲν ἐκ τῆς βουλῆς ἕληται, καὶ ἑλόμενος πράξῃ. εἰ δὲ τοῦτο, ἐξ ἀνάγκης παρυφίσταται τῷ λογικῷ τὸ αὐτεξούσιον· ἢ γὰρ οὐκ ἔσται λογικόν· ἢ λογικὸν ὄν, κύριον ἔσται πράξεων, καὶ αὐτεξούσιον. ὅθεν καὶ τὰ ἄλογα, οὐκ εἰσὶν αὐτεξούσια.

QVAM OB CAVSAM LIBERAE POteſtatis & arbitrij facti ſumus. Cap. XXVII.

Dicimus igitur,ilico cum rationali cōmeare ac recurrere ſeipſo potens,& arbitrio liberū. Nam omne genitum mutabile eſt. Quorum enim generationis principium à mutatione cœpit,& ipſa quoq; mutabilia eſſe neceſſe eſt. atqui mutatio eſt ex non ente in ens adduci,& ex ſubiecta materia quippiam aliud generari. Et inanimata & rationis expertia mutantur ſecūdum prædictas corporales mutationes: rationalia uerò,ſecundum uolūtatē & electionem. Et rationalis, eiusq; q̄d rationis eſt particeps. uis quædā cōtemplatiua,& quædam actiua eſt. Vis contemplatiua eſt, quæ cōſiderat quo pacto ſe habent entia: actiua uerò, quæ & conſultatiua,quæ definit ac determinat agendis rationem rectam. Et uocant uim cōtemplatiuam,mentem: & actiuam,rationem: & cōtemplatiuam, ſapientiam: actiuā autem prudentiam. omnis igitur qui conſultat, ut electione agendorum in ſeipſo ſuaq; poteſtate exiſtente,conſultat,ut quod iudicio prælatum fuerit,eligat,& cum elegerit,agat. Si autem hoc ex neceſſitate adeſt rationali,quod ex ſeipſo & liberè poteſt,non erit rationale: aut ſi certè erit,quod rationale eſt,dominans erit ſuarū actionū,& arbitrio liberū. Vnde & rationis expertia nō ſunt libera arbitrii poteſtate donata: nā ducuntur magis à natura, quam ducāt.

Quapro-

ἄγονται γὰρ μᾶλλον ὑπὸ τῆς φύσεως, ἤπερ ἄγουσι. διὸ οὐδὲ ἀντιλέγουσι τῇ φυσικῇ ὀρέξει, ἀλλ' ἅμα ὀρεχθῶσι τινός, ὁρμῶσι πρὸς τὴν πρᾶξιν. ὁ δὲ ἄνθρωπος λογικὸς ὤν, ἄγει μᾶλλον τὴν φύσιν, ἤπερ ἄγεται. διὸ καὶ ὀρεγόμενος εἴπερ ἐθέλοι, ἐξουσίαν ἔχει ἀναχαιτίσαι τὴν ὄρεξιν, ἢ ἀκολουθῆσαι αὐτῇ. ὅθεν τὰ μὲν ἄλογα οὐδὲ ἐπαινεῖται, οὐδὲ ψέγεται. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι οἱ ἄγγελοι λογικοὶ ὄντες αὐτεξούσιοι ὑπάρχουσι, καὶ ὡς κτιστοί, καὶ τρεπτοί. Καὶ ἐπέδειξεν ὁ μὲν διάβολος, ἀγαθὸς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ γενόμενος, αὐτεξουσίως δὲ τῆς κακίας εὑρετὴς γεγονώς, καὶ αἱ σὺν αὐτῷ ἀποστατήσασαι δυνάμεις, ἤγουν δαίμονες. τὰ δὲ λοιπὰ τάγματα τῶν ἀγγέλων, ἐν τῷ ἀγαθῷ διαμείναντα.

Quapropter nō cōtradicunt resistūtue naturali appetitui, sed simulatq; quippiam appetierint, impetu feruntur ad prosecutionē. Verū homo, rationalis cū sit, ducit magis naturā quàm ducatur, quapropter appetēs, ubi quippiam uelit, potestatem habet refrenare appetitum, aut ipsum sequi, Vnde irrationalia, neq; laudi neq; uituperationi subiacent: homo autē & laude prosequitur, & afficitur uituperatione. Et id manifestum, cum angeli rationales sint, libera potestate & arbitrio esse fretos: & quia creati, mutabiles esse. Quod aperto mōstrauit indicio diabolus, qui à conditore bonus factus, mera arbitrij potestate, malitiæ inuentor effectus est, & quę cum eo sunt apostaticæ, desertricesq; uirtutes, id est, dęmones. Reliqui autem angelorum chori in bono perstiterunt.

COMMENTARIVS.

Rationalis animæ quatenus cognitiua est & cōsideratiua, duæ in litera ponūtur uires, siue partes, scilicet contēplatiua & actiua. Quarū contēplatiua, secūdū Aristotelis in sexto Ethicorū sententiā, considerat necessaria, & quæ se aliter habere nō possunt, à ueritateq; decidere, ut principia, propositionesq; disciplinarū. Actiua uerò & cōsultatiua, disquirit contingentia, quæq; aliter se habere possunt, & falsitati esse obnoxia, ut artiū seruiliū opera, & actiones humanas à uirtute uicioq; ꝑfectas. Vis quidē contēplatiua mens dicitur, sumpto nomine mētis ꝓ ui intellectus speculatrice rerū. aliàs em̄, mens tantundē ualet atq; intellectus. Actiua aūt uirtus appellatur in litera ratio, accepto rationis uocabulo ꝓ parte intellectus cōsultatrice, à qua ratiocinari & rationē subducere dicimur. Rursum cōtēplatiua pars hic secundū nonnullorū sententiā, sapientia dicitur, qđ inter tres eius habitus: scientiā, intellectum, & sapientiā, hæc postrema, dignitatē & primatū teneat. circa diuinorū enim cōtemplationē solū est intenta: scientia uerò & intellectus, etiā humana speculantur. Consultatiua aūt uis uocatur prudentia: quia cū duo sint eius habitus, ars & prudentia, dignioris appellationē (prudentiæ inquam) sibi ascīscit & uendicat. Non quidē quod hæ uires animæ rationalis sint huiusmodi habitus consuetudinarij studio nostro comparati, sed quod animæ uires talibus acquisititijs aduentitijsq; dispositionib. addicantur, & peculiariter accommodentur. Vnde hoc loco trifariā ostendit litera, arbitrio liberum commeare recurrereq; cū rationali, id est conuerti, & mutua reciprocaq; prædicatione conuersim & omnino inter se cōnecti, ut omne rationale sit libera potestate præditū: & retro agatur, quicquid arbitrio liberū est, & libera potestate præditū, illud itidem sit rationale. Primùm in hominibus, quibus utrunq; adesse, liquido cōstat. Secundò in animantibus rationis expertibus, quibus ut rationalis abest uirtus, ita quoq; & arbitrij potestas. huius rei argumento est, qđ cū quippiā ipsis obijcitur mouens appetitū, continuò feruntur in illius prosecutionē naturali affectu, neq; quippiā habēt resistens aut reluctās huiusmodi impulsui. Quod si nōnunq; retinentur & cohibentur à prosecutione rei delectabilis, id non à ratione aut libertate ꝑficiscitur, sed aliqua alia uehementiore affectione, absterrente & reuocante ipsa bruta ab illo prosequendo. Vt si equus appetat auenā quæ in prospectu est, aut canis carnes, memor tamen sit uerberum prius inflictorū, quod tali loco & cōsimili modo auenā prosecutus fuerit, aut canis carnes in domo furtim acceperit, timore uerberationis rursū infligēdæ, abstinet ab auena comedēda, aut canis à carnib. Si memoria præteritæ adustiōis aut læsiōis inflictæ ab elixis aut assis clāculū igni sublatis, deterretur canis aut feles ab illis rursum submouendis, tametsi uehemēter ad illa afficiatur. Propterea rectè & scitè dicit litera, ipsa animalia bruta magis à natura duci quàm eam ducere, qđ quocūq; ipsa fert impetus appetitus, illuc impellūtur. Tertiò idē manifestatur in angelis, qui ut rationales sunt, ita & libera potestate participāt. Cuius apertissimū adducitur indiciū atq; argumentū, quia nonnullis in malū inexpiabiliter prolapsis, cæteri in bono perstiterūt. Qui igitur à bonitate exciderunt, sponte sua id cōmiserunt, nō necessitate adacti: potuissentq; si uoluissent, eā uitare prolapsionē: sicut eiusdē naturæ & sortis angelici spiritus perstātes in bono, minimè collapsi sunt: Similiter si angelicæ substātiæ quæ à suæ naturæ perfectione non exciderūt, arbitrij potestatē nō habuerūt, sed naturæ necessitatem, qua indimobiliter suo affixæ sunt principio,

quo

quo pacto igitur eiuſ dē conditionis angeli deſertores exorbitarunt à recto? Quod ſi aut omnes angelici ſpiritus perſtitiſſēt in bono, aut omnes excidiſſent à ſuo principio, minus perpecta & explorata fuiſſet eorum libertas arbitrij quàm nunc fuerit, cū eorū aliqui deſeruerunt ſuum bonum, & alij in eo permanſerunt.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΥΚ ΕΦ' ΗΜΙΝ. μς.

Τῶν δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἔχει τὰς ἀρχὰς, ἤτοι τὰς αἰτίας, τουτέστιν αἱ ἀμοιβαὶ τῶν πράξεων ἡμῶν, ἔν τε τῷ παρόντι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. τὰ δὲ λοιπὰ, πάντα τῆς θείας βουλῆς ἐξήρτηται. ἡ μὲν γὰρ γένεσις πάντων, ἐκ τοῦ θεοῦ. ἡ δὲ φθορὰ, διὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν ἐπεισήχθη, πρὸς τιμωρείαν καὶ ὠφέλειαν. θεὸς γὰρ θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων. δι' ἀνθρώπου δὲ μᾶλλον ὁ θάνατος, τουτέστι, τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως. ὁμοίως καὶ αἱ λοιπαὶ τιμωρεῖαι. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα, τῷ θεῷ ἀναθετέον. ἥ τε γὰρ γένεσις ἡμῶν τῆς δημιουργικῆς αὐτοῦ δυνάμεώς ἐστι. καὶ ἡ διαμονὴ, τῆς συνεκτικῆς δυνάμεως αὐτοῦ. καὶ ἡ κυβέρνησις, καὶ σωτηρία, τῆς προνοητικῆς αὐτοῦ δυνάμεως. καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν αἰωνία ἀπόλαυσις, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τοῖς φυλάσσουσι τὸ κατὰ φύσιν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐπλάσθημεν. ἐπειδὴ δέ τινες ἀντιλέγουσι τῇ προνοίᾳ, εἴπωμεν λοιπὸν ὀλίγα καὶ περὶ προνοίας.

DE IIS QVAE NON SVNT IN nobis. Cap. XXVIII.

Eorum quæ in nobis nō ſunt, quædā habēt occaſiones, id eſt, cauſas, ex ijs quæ in nobis ſunt, ut retributiones actionū noſtrarū, in præſenti & in futuro ſeculo. Reliqua uerò omnia diuina ex uoluntate pendent. nam generatio omniū, ex Deo eſt. Corruptio aūt, ob noſtram prauitatem, ad ſupplicīū & utilitatē inducta eſt. Deus enim mortem non fecit, neque delectatur in perditione uiuentium: per hominem autē mors magis, hoc eſt per Adæ trāſgreſſionem, ſimiliter & reliquæ pœnæ. Cætera uerò omnia in Deum ſunt referenda. Nam & generatio noſtra, conditricis eius uirtutis eſt: & permanentia noſtra, eius cōtinētis uirtutis eſt: & gubernatio noſtra, prouidentis eius uirtutis: & æterna bonorum fruitio, bonitatis eius ijs qui cuſtodiunt id ſecundum naturam ad quod creati ſumus. At uerò quia multi prouidentię contradicūt, paucula & nos de prouidentia diſſeramus.

COMMENTARIVS.

Inter ea quæ in nobis nō ſunt, neq; in noſtra poteſtate collocata, quædā (ut ait litera) cauſam habent & occaſionem ex ijs quæ in nobis ſunt ſita. Quēadmodū retributiones noſtrarum operationū. aut in hac, aut futura uita, minimè ſunt in nobis cōſtitutæ, ſed à ſolo Deo definiuntur & determinantur: nihiloſecius huiuſmodi præmia aut pœnæ habēt ortū & cauſam à noſtris actionibus, aut bonis aut prauis, quæ proculdubiò ſunt in noſtra poteſtate poſitæ. At quoniā inſinuat litera, retributiones nobis à Deo fieri & in præſenti & futuro ſeculo, id animaduertendū, quod interdū improbi & Dei contemptores quicq; boni operis faciūt, cuius retributionē hac in uita recipiunt fortunæ proſperitate, opū affluentia, honorū cōſecutione, bona corporis ualetudine. Poſt hanc aūt uitā, eis paratur retributio ſuarū malarū actionum finem nunquā habitura. Quemadmodū de orantib. ieiunantibus, aut facientibus eleemoſynas, ad aucupandā humanam laudem & gloriam, dicit ipſa ſumma ueritas: Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Ediuerſo boni, diuinorumq; mādatorum cultores, ex humana fragilitate labuntur interdum in uicia, & à recto deuiant, pro quibus diluendis, retribuuntur eis in hac uita aduerſitates, ærumnæ, morbi, carceres, exilia, ut hiſce pœnis expientur cōtractæ labes, & poſt hanc uitā æterna merces pro bonis operibus ijſdem retribuatur. Vt adulterium & homicidium à Dauid rege perpetratū, oppreſſione Thamar filiæ eius, cæde Aman filij ſui, rebellione Abſolon, expulſione ſui à regno, & triſti interitu contumacis eius filij, eſt in hoc mundo elutum & expurgatum: quemadmodum beatus Gregorius annotat, exponēs illud Lucæ decimoſexto cap. reſponſum Abrahæ ad diuitem ſepultum in inferno: Fili recordare quòd recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc aūt hic conſolatur, tu uerò cruciaris. Idcirco beatus Auguſtinus ſuorum malorum retributionem in præſenti ſeculo fieri petiuit à Domino dicēs: Domine hic ure, hic ſeca, ut in æternū parcas. In eandē quoq; ſententiam conſpirat & id ſecundi Machabeorū 6. ca. dictum: Obſecro autem eos qui hunc librū lecturi ſunt, ne abhorreſcāt ꝓpter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderūt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficij eſt indiciū. Non eñi ſicut in alijs nationib. Dominus patienter expectat, ut eas cū iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorū puniat: ita & in nobis ſtatuit, ut peccatis noſtris in finē deuolutis, ita demum in nos uindicet, propter qđ nunquā quidem à nobis miſericordia ſuā amouet, corripiens uerò

In aduersis, populū suum non derelinquit. De numero quoq; eorum quæ in nobis sita non sunt, occasionem tamen ex ijs quæ in nostra sunt potestate sumpserunt, est corruptio, & præsentis uitæ interitus. Nempe ipsius corruptionis dissolutionisq; animæ à corpore humano, causa primaria & præcipua est iniquitas Adæ, qua trāsgressus est mādatū Dei, ut inquit Apostolus ad Rom. quinto: Per unum hominem peccatū intrauit in mundū, & per peccatū mors. Et Sapientiæ secundo: Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia aūt diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. imitātur aūt illū qui sunt ex parte illius. Causa uerò consequens & accessoria est, diuinæ iustitiæ seueritas, quæ intulit humano generi moriēdi necessitatem, in pœnam præuaricationis, sicut prius comminata fuerat, ad suppliciū quidem, quia ea mortis inflictione punitur humana natura: ad utilitatem uerò, quia consideratione sortis suæ mortalis eruditur homo ad humilitatē, ad peccatorū euitationē, & ad impēsius uirtutis studiū, cum tempus adest opportunū. Quid superbis (inquit Sapiens) terra & cinis? Et rursum idē: Memorare nouissima tua, & in æternū nō peccabis. Et iterū: Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapentia, nec scientia erunt apud inferos quò tu ꝓperas. Causa aūt quæ meretur inflictionem mali, magis illius est causa ꝗ͂ infligens: perinde atq; fur aut sacrilegus capitalis supplicij quo plectitur, potius est causa ꝗ͂ iudex aut lex discernens hanc pœnam, & ꝓ æquitate eam inferēs. Quocirca mors magis per hominē aditū habuit & introitū in genus humanū, ꝗ͂ à Deo eam irrogante. Quod præclarè insinuat Salomon, cum primo Sapientiæ capite dicit: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum. Impij aūt manibus & uerbis accersierūt illam, & sponsiones posuerunt illam, quoniam morte digni, qui sunt ex parte illius.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ. μς.

Πρόνοια τοίνυν ἐστὶν, ἡ ἐκ θεοῦ εἰς τὰ ὄντα γινομένη ἐπιμέλεια. καὶ πάλιν, πρόνοιά ἐστι βούλησις θεοῦ, δι᾽ ἣν πάντα τὰ ὄντα, τὴν πρόσφορον διεξαγωγὴν λαμβάνει. εἰ δὲ θεοῦ βούλησίς ἐστιν ἡ πρόνοια, πᾶσα ἀνάγκη, πάντα τὰ τῇ προνοίᾳ γινόμενα, κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, κάλλιστά τε καὶ θεοπρεπέστατα γίνεσθαι, καὶ ὡς οὐκ ἔνι κρεῖττον γενέσθαι. ἀνάγκη γὰρ τὸν αὐτὸν εἶναι ποιητὴν τῶν ὄντων, καὶ προνοητήν. οὔτε γὰρ πρέπον, οὔτε ἀκόλουθον, ἄλλον μὲν ποιητὴν εἶναι τῶν ὄντων, ἄλλον δὲ προνοητήν. οὕτω γὰρ ἐν ἀσθενείᾳ πάντως εἰσὶν ἀμφότεροι, ὁ μὲν τοῦ ποιεῖν, ὁ δὲ τοῦ προνοεῖν. ὁ θεὸς τοίνυν ἐστὶν, ὅ, τε ποιητὴς, καὶ προνοητής. καὶ ἡ ποιητικὴ δὲ αὐτοῦ δύναμις, καὶ ἡ συνεκτικὴ, καὶ ἡ προνοητικὴ, ἡ ἀγαθὴ αὐτοῦ θέλησίς ἐστι. πάντα γὰρ, ὅσα ἠθέλησεν, ὁ κύριος ἐποίησε. καὶ τῷ θελήματι αὐτοῦ οὐδεὶς ἀνθέστηκεν. ἠθέλησε γενέσθαι τὰ πάντα, καὶ γέγονε. θέλει συνίστασθαι τὸν κόσμον, καὶ συνίσταται, καὶ πάντα, ὅσα θέλει, γίνεται. ὅτι δὲ προνοεῖ, καὶ ὅτι καλῶς προνοεῖ, ὀρθότατα σκοπήσειεν ἄν τις οὕτως. μόνος ὁ θεὸς ἐστι φύσει ἀγαθὸς, καὶ σοφός. ὡς οὖν ἀγαθὸς, προνοεῖ. ὁ γὰρ μὴ προνοῶν, οὐκ ἀγαθός. καὶ γὰρ καὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰ ἄλογα, τῶν οἰκείων τέκνων προνοοῦνται φυσικῶς. καὶ ὁ μὴ προνοῶν, ψέγεται. ὡς δὲ σοφὸς, ἄριστα τῶν ὄντων ἐπιμελεῖται. χρὴ τοίνυν τούτοις προσέχοντας, πάντα θαυμάζειν, πάντα ἐπαινεῖν, πάντα ἀνεξετάστως ἀποδέχεσθαι τὰ τῆς προνοίας ἔργα.

DE PROVIDENTIA. Cap. XXIX.

PRouidentia igitur est, quę ex Deo est, in ea quæ sunt, cura. & rursus, Prouidētia est uolūtas Dei, per ꝗ͂ omnia quæ sunt, cōuenientē gubernationem suscipiunt. Atqui si Dei uoluntas prouidentia est, omnino necesse est omnia quæ prouidētia fiunt, secūdum rectam rationem optima & Deo decētissima fieri, ut & non sit ea melius fieri. Necesse enim est, eūdem esse eorū quę sunt, & factorē, & prouisorem. nam neque decet, neq; consequens est, aliū factorem esse eorum quę sunt, & aliū prouisorem: sic enim imbecillitati, debilitatiq; uterq; subiaceret: hic non faciendi ille non prouidēdi. Deus igitur est qui est factor & prouisor: & factiua eius uirtus & cōtentiua & prouisiua: bona ipsius uolūtas est. Omnia eīm quæcunque uoluit Deus, fecit, & in cœlo & in terra, & uoluntati eius nullus resistit. uoluit cuncta fieri, & facta sunt: uult cōsistere mundū, & consistit: & omnia quæcunq; uult, potest, & fiunt. Quod autem prouideat, & bene prouideat, quispiam hoc pacto rectissimè considerare possit. Solus Deus est natura bonus & sapiēs. Vt igitur bonus, prouidet. nō prouidēs eīm, non bonus. Nā & homines & muta animalia ratione capta, proprijs natis naturaliter prouidēt & si nō prouident, uituperātur. Vt aūt sapiēs, optimè eorū quæ sunt curā gerit. Decet igitur nos hæc attēdētes omnia mirari, omnia laudare, omnia absq; scrutatiōe acceptare, quæ sunt prouidētiæ opera: tametsi

κἂν φαίνηται τοῖς πολλοῖς ἄδικα, διὰ τὸ ἄγνωστον εἶναι, καὶ ἀκατάληπτον τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν, καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ μέλλοντα αὐτῷ μόνῳ γνωστά. πάντα δὲ λέγω, τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. τὰ γὰρ ἐφ' ἡμῖν, οὐ τῆς προνοίας εἰσὶ, ἀλλὰ τοῦ ἡμετέρου αὐτεξουσίου. τῆς δὲ προνοίας, τὰ μὲν κατ' εὐδοκίαν ἐστὶ, τὰ δὲ κατὰ συγχώρησιν. κατ' εὐδοκίαν μὲν, ὅσα ἀναντιῤῥήτως εἰσὶν ἀγαθά. κατὰ συγχώρησιν δέ· συγχωρεῖ γὰρ πολλάκις, καὶ τὸν δίκαιον περιπεσεῖν συμφοραῖς, ἵνα τὴν ἐν αὐτῷ λανθάνουσαν ἀρετὴν δείξῃ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐπὶ τοῦ ἰώβ. ἄλλοτε, συγχωρεῖ τῶν ἀτόπων τι πραχθῆναι, ἵνα διὰ τῆς πράξεως δοκούσης ἀτόπου μέγα τι καὶ θαυμαστὸν κατορθωθῇ, ὡς διὰ τοῦ σταυροῦ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. κατ' ἄλλον τρόπον, συγχωρεῖ τὸν ὅσιον πάσχειν κακῶς, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ ὀρθοῦ συνειδότος ἐκπέσῃ, ἢ καὶ ἐκ τῆς δοθείσης αὐτῷ δυνάμεώς τε, καὶ χάριτος, εἰς ἀλαζονείαν ἐκπέσῃ, ὡς ἐπὶ τοῦ παύλου. ἐγκαταλείπεταί τις πρὸς καιρὸν πρὸς διόρθωσιν ἄλλου, ἵνα τὸ κατ' αὐτὸν σκοποῦντες οἱ ἄλλοι παιδεύονται, ὡς ἐπὶ λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου. φυσικῶς γὰρ ὁρῶντες τινὰς πάσχοντας, συστελλόμεθα. ἐγκαταλιμπάνεταί τις καὶ εἰς ἄλλου δόξαν, οὐ δι' οἰκείας ἢ γονέων ἁμαρτίας, ὡς ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς εἰς δόξαν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. πάλιν συγχωρεῖταί τις παθεῖν εἰς ἄλλου ζῆλον, ἵνα τῆς δόξης τοῦ παθόντος μεγαλυνθείσης, ἄοκνον τὸ πάθος τοῖς ἄλλοις γένηται, ἐλπίδι τῆς μελλούσης δόξης, καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ὡς ἐπὶ τῶν μαρτύρων. παραχωρεῖταί τις καὶ εἰς αἰσχρὰν ἐμπεσεῖν πρᾶξιν ἐνίοτε, εἰς διόρθωσιν ἑτέρου χείρονος πάθους. οἷον ἐστί τις ἐπαιρόμενος ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς καὶ τοῖς κατορθώμασιν αὐτοῦ, παραχωρεῖ τοῦτον ὁ θεὸς εἰς πορνείαν ἐμπεσεῖν, ὅπως διὰ τοῦ πτώματος εἰς συναίσθησιν τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἐλθὼν, ταπεινωθῇ, καὶ προσελθὼν ἐξομολογήσηται τῷ κυρίῳ. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἡ μὲν αἵρεσις τῶν πρακτῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τὸ δὲ τέλος τῶν μὲν ἀγαθῶν, τῆς θεοῦ συνεργίας, δικαίως συνεργοῦντος τοῖς προαιρουμένοις τὸ ἀγαθὸν ὀρθῷ συνειδότι κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ. τῶν δὲ πονηρῶν, τῆς ἐγκαταλείψεως τοῦ θεοῦ, πάλιν κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ δικαίως ἐγκαταλιμπάνοντας. τῆς δὲ ἐγκαταλείψεως εἰσὶν εἴδη δύο. ἔστιν

tametſi appareāt multis iniuſta, propter idipſum q̃d incognita & incomprehenſibilis eſt diuina prouidētia, & cogitatiões noſtræ & actiones, & futura illi ſoli cognita. omnia dico prouidentiæ opera, quę nō in nobis ſunt: ea enim quę in nobis ſunt, nō prouidentiæ ſolū ſunt ſed liberæ poteſtatis noſtræ, & arbitrij. Prouidentiæ uerò, hæc quidē ſecundū acceptationem, hæc autem ſecūdū permiſſionem. Secundum acceptationem ſunt, quæcunq; ſine controuerſia bona ſunt. Sunt & quędā ſecundum permiſſionem. nā ſinit frequēter iuſtum incidere in calamitates, ut uirtutem quę in illo latebat, alijs apertā, manifeſtamq; faciat: ut in Iob. Aliquando ſinit quippiam abſurdum fieri, ut per operationem quæ abſurda uidetur, magnum aliquod & admirabile dirigat & operetur: ut per crucem, ſalutem hominum. Et alio etiam modo ſinit ſanctum male affici, ut ex recta conſcientia non excidat, aut ex indulta ei uirtute gratiæ in ſuperbiā nō extollatur: ut in Paulo. Interdū deſeritur quis in malis, ad uitam aliorū in melius commutandā, ut alij uidentes quod apud illū eſt, emēdentur: ut in Lazaro & diuite. Naturaliter em̃ ipſi uidētes alios patiētes, corripimur. Relinquitur & quis ad alterius gloriā non per propriū, aut parentū peccatū: ut cæcus à natiuitate, ad gloriā filij hominis. Rurſus ſinitur quis pati in alterius zelum, ut gloria patiētis magnificata, impiger alijs ſtimulus incitetur, ſpe futurę glorię, & futurorū deſiderio bonorū: ut in martyribus. Permittitur & quis quādoq; in turpem incidere actionem, ad emendationē deterioris affectus: uerbi cauſa, quis eſt elatus in uirtutibus & rectè factis ſuis. hūc ſinit Deus in adulteriū prolabi, ut per caſum, in cognitionem propriæ infirmitatis ueniens, humiliatus cōfiteatur Domino. Noſſe oportet, electionem agendorū in noſtra eſſe poteſtate: finem autem bonorum, Dei cooperatione, iuſtè cooperante ijs qui recta conſcientia bonū eligunt, ſecundū præſcientiā eius. Malorū aūt, derelictione Dei, rurſus ſecundū præſcientiā eius iuſtè derelinquente. At derelictionis duæ ſunt ſpecies. Eſt

γὰρ ἐγκατάλειψις, οἰκονομικὴ καὶ παιδευτική. καὶ ἔστιν ἐγκατάλειψις τελεία ἀπογνωστική. οἰκονομικὴ μὲν, καὶ παιδευτική, ἡ πρὸς διόρθωσιν καὶ σωτηρίαν, καὶ δόξαν τοῦ πάσχοντος γινομένη, ἢ καὶ πρὸς ἄλλων ζῆλον καὶ μίμησιν, ἢ καὶ πρὸς δόξαν θεοῦ. ἡ δὲ τελεία ἐγκατάλειψις, ὅτε τοῦ θεοῦ πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν πεποιηκότος, ἀνεπαίσθητος καὶ ἀνιάτρευτος, μᾶλλον δὲ ἀνίατος ἐξ οἰκείας προθέσεως διαμένῃ ὁ ἄνθρωπος. τότε παραδίδοται εἰς τελείαν ἀπώλειαν. ὡς ὁ Ἰούδας. φείσοιτο ἡμῶν ὁ θεὸς, καὶ ἐξέλοιτο τῆς τοιαύτης ἐγκαταλείψεως. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς πολλοί εἰσιν οἱ τρόποι τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, καὶ μήτε λόγῳ ἑρμηνευθῆναι, μήτε νῷ καταληφθῆναι δυνάμενοι. Δεῖ γινώσκειν, ὡς πᾶσαι αἱ σκυθρωπαὶ περιφοραὶ, τοῖς μετ' εὐχαριστίας δεχομένοις, πρὸς σωτηρίαν ἐπάγονται, καὶ πάντως ὠφελείας γίνονται πρόξενοι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς ὁ θεὸς προηγουμένως θέλει πάντας σωθῆναι, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυχεῖν. οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ κολάσαι ἔπλασεν ἡμᾶς. ἀλλὰ πρὸς τὸ μετασχεῖν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ὡς ἀγαθός. ἁμαρτάνοντας δὲ, θέλει κολάζεσθαι ὡς δίκαιος. λέγεται οὖν τὸ μὲν πρῶτον προηγούμενον θέλημα καὶ εὐδοκία, ἐξ αὐτοῦ ὄν. τὸ δὲ δεύτερον ἑπόμενον θέλημα καὶ παραχώρησις ἐξ ἡμετέρας αἰτίας. καὶ αὕτη διττή, ἡ μὲν οἰκονομικὴ καὶ παιδευτικὴ πρὸς σωτηρίαν, ἡ δὲ ἀπογνωστικὴ πρὸς τελείαν κόλασιν. ὡς εἰρήκαμεν. ταῦτα δὲ ἐπὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. τῶν δὲ ἐφ' ἡμῖν, τὰ μὲν ἀγαθὰ προηγουμένως θέλει καὶ εὐδοκεῖ. τὰ δὲ πονηρὰ, καὶ ὄντως κακὰ, οὔτε προηγουμένως, οὔτε ἑπομένως θέλει, παραχωρεῖ δὲ τῷ αὐτεξουσίῳ. τὸ γὰρ κατὰ βίαν γινόμενον, οὐ λογικὸν, οὐδὲ ἀρετή. προνοεῖ ὁ θεὸς πάσης τῆς κτίσεως, καὶ διὰ πάσης τῆς κτίσεως εὐεργετῶν, καὶ παιδεύων, καὶ δι' αὐτῶν πολλάκις τῶν δαιμόνων, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ, καὶ τῶν χοίρων.

enim derelictio dispensatiua, correctiuaq́ & eruditiua: & est derelictio finalis, & desperatiua. Dispensatoria quidē & eruditiua, ad correctionem, salutem & gloriam patientis facta, aut ad aliorum zelum & imitationem, aut ad Dei gloriā. Finalis uerò derelictio, cū Deo cuncta, quæ ad salutem sunt faciente, incorrigibilis & immedicabilis, magis autem insanabilis ex proprio proposito permaneat homo. Tunc enim traditur in finalē perditionē, ut Iudas. quod à nobis auertat Deus, & à tali nos derelictione defendat. Sciendum etiam, q̄d multi sunt modi prouidentiæ Dei, qui neq́ sermone explicari, neq́ mente cōprehendi queunt. Neq́ latendum est, omnia tristia damna iis superuenientia qui cum gratiarum actione suscipiunt ad salutem induci, & omnino utilitatis causas effici. Et Deum præsertim, præcedenterq́ uelle omnes saluari, & regnum eius consequi. non enim ad puniendos nos plasmauit, sed ut efficiat nos bonitatis suæ participes, ut bonus: peccātes autem puniri uult, ut iustus. Dicitur igitur prima, præcedens uolūtas & acceptatio ex ipso existens. Secūda uerò, uoluntas sequens & permissio, ex nostra causa existens. Et hæc duplex est: hæc quidē dispensatoria & eruditiua ad salutem, illa uerò desperatiua ad finalem punitionem, ceu iam diximus. Eorum autem quæ in nobis sunt, si bona quidem, præsertim, antecedenterq́ uult & acceptat: sin mala, & reuera mala, neq́ præsertim uult, neq́ consequenter uult, sinit tamē arbitrium ad illa liberum. nā quod per uiolentiam fieret, neq́ rationalis, neq́ uirtutis esset opus. Prouidet Deus omni creaturæ per ipsam omnem, benefaciens & erudiens, & frequenter etiam per ipsos dæmones, ut in Iob & porcis.

COMMENTARIVS.

DE diuina prouidentia hoc loco breuibus discutiēs Damascenus, post geminā eius diffinitionem, ostendit oportere eundem esse factorē omnium & prouisorem. Nā si poneretur alius esse factor eorum quæ sunt, & alius prouisor, tunc ꝓuisor subiaceret imbecillitati nō faciendi mundū. cū per hypothesim, non ipse prouisor, sed alius quispiam mundum fecisset. Et factor consimiliter subiaceret impotentiæ, nō prouidendi mundo: quandoquidē non sua prouidentia, sed alterius, unumquodq́ suæ naturæ congruentē gubernationē susciperet. Atqui factor mūdi & prouisor Deus est. Deo igitur ascriberetur imbecillitas, quo nihil absurdius. Q̄d si quis cauillās, dixerit factorē habere itidē prouidendi uirtutem, non tamen eā exercere: & prouisorem quoq́ habere mundi condendi potentiam, non tamen ea uti: cōsequens

quens est igitur & prouidendi uim in factore ociosam esse,cuius quidē nullū exerceret usum
& prouisorem superuacuum,superfluum'q; existere,cū à factore prouidendi cura sufficienter
geri posset & expleri.Non est aūt ponenda pluralitas ociosa,potissimū in mundi regimine:
quam tota natura sicā suo autore instituta,abhorret & refugit.Idem igitur qui mundū cōdi-
dit, sapientissimè illi prouidet.Quod etiam attestatur Lactantius, primo libro diuinarū in-
stitutionum,dicēs.Qui aūt putat hanc tantā magnitudinē nō posse ab uno regi,fallitur. Nec
enim quāta sit potestas diuinæ maiestatis intelligit,si existimat singularem Deum qui facere
mundum potuit,eundē regere non posse quē fecit.At si cōcipiat animo,quanta sit diuini hu
ius operis immensitas,cū antea nihil esset, tñ uirtute atq; cōsilio Dei ex nihilo esse cōflatam,
quod opus nisi ab una inchoari,perficiq; nō potuit,iam intelligit multo facilius ab uno regi,
quod est ab uno constitutū. Proinde cum Propheta,Deo nostro canendum est. In generatio
ne & generationem ueritas tua:fundasti terram & permanet,Ordinatione tua perseuerat di
es,quoniā omnia seruiunt tibi.Et scripturæ sacræ,huiusce rei propositæ scatent testimonijs.
Ad cognoscendā aūt ex uestigijs rerum inferiorū,diuinæ prouidentiæ curā,id unū omnibus
facilè est perspicuū.quod primitiua forma, unica est, quæ suam diuersis imprimit speciem,
cuiq; pro sua conditione,ut sigillum unum effigiatur in hac & in illa cæra multifariam,pro
uaria cæræ dispositione.Sic unica lux solis multiplicatur in subiectis corporib.cuiq; ꝑ suo ca
ptu tradens primariæ suæ lucis cōsortiū.Ita quoq; fons in riuulos deriuatur,& unitas in quot
uis numerorum species.Eadē prorsus ratione,prouidentia Dei ad omnia se extendens,cun-
ctaq; suauiter disponens,uestigia sua sapientissimè ꝓuisionis rebus cōditis indidit,ex quib.
ut tenui quodā simulachro ipsa legeretur,cognosceretur & laudaretur. Hanc ob rē naturali
instinctu parentes suis liberis prouident,subministrātq; ad uitæ sustētationē necessaria: nec
non & ea quæ ad rectā animi institutionem attinent.Quod si non egerint,decidunt ab arche
typo,exemplariq; suo,nobis animæ corporisq; uitā abundè administrante Et bruta anima-
lia rationis expertia,hanc etiā suis fœtibus prouidendi insitā habent curā, ut sui referant au-
thoris ꝓuidentiā.Hinc canicula solicitè suos lactat catulos, & anxia gallina cōgregat pullos
suos sub alis suis.Neq; uegetabilia destituta sunt diuinæ prouidentiæ uestigio,in quibus fo-
lia ad cooperimentū existunt fructuū,ne nimio solis ardore cōtabescāt,& folliculi aut duri-
usculæ testæ,ad seminis cōseruationem & munimentū sunt ordinatæ.In muneralib.itidē,plu
uia,uentis,nubibus & elementis,nō desunt signa summæ ꝓuidentiæ,tanq̃ notæ quædā,di-
gito Dei impressa atq; inscripta,ut ne minimū quidem subsistentium genus dari queat, qđ
uacet illo signaculo,aut summā Dei prouidentiā subterfugiat. Proinde euangelica ueritas
nos ex fœno uirescente in agro,& lilijs agri manducit ad considerandā eius admirabilē circa
homines prouidentiā.Considerate(inquit)lilia agri,quomodo crescunt, non laborant neq;
nent.Si enim fœnū agri,quod hodie est,& cras in clibanum mittitur,Deus sic uestit. quanto
magis uos modicæ fidei? Et rursum.Respicite uolatilia cœli,quæ nō serunt,neq; metūt,neq;
congregant in horrea:& pater uester cœlestis pascit illa:non'ne uos magis pluris estis illis? I-
terū Matthæi decimo capite:Nō'ne duo passeres asse ueneunt?& unus ex illis nō cadet super
terrā sine patre uestro: uestri aūt & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere,
multis passeribus meliores estis uos.Deniq; Lucæ ca.duodecimo:Non'ne quinq; passeres ue
neunt dipodio?& unus ex illis non est in obliuione corā Deo. Sed & capilli capitis uestri om
nes numerati sunt. Nolite ergo timere,multis passerib. plures estis uos. Et reuera ita omniū
est diuina prouidentia dispensatrix & administratrix,ut sine eius nutu nec foliū arboris deflu
at,quemadmodum in uita sancti Pauli primi Eremitæ à beato Hieronymo conscripta, inqt
sanctus Antonius:Veruntamen quo magis admirere hanc diuinā omniū administrationē,
si qui homines sua cura toti prouident,multitudine unius reipublicæ,impediūtur eo ipso,
ne singulis possint sigillatim curā impēdere,& qui singulis administrāt necessaria,id facilius
paucioribus q̃ multis præstant,& nō ita integrè possunt toti prouidere multitudini,qđ cu-
ra uniuersorum impediat singulorum curā,& singulorum itidē solicitudo est impedimento
curæ uniuersorum.Quemadmodū qui uno obtutu totā cōspicit paginā libri, non potest si-
mul oculos habere intētos in singula illius paginæ uerba legenda. Aut qui occupatos habet
oculos circa unius dictionis lectionē,non simul potest animum intendere ad aliarū dictionū
anterius aut posterius ibidē scriptarū lecturā, aut ad totius paginæ inspectionē. Deus uerò
sic uniuersis prouidet rebus cōditis,qđ simul etiā singulis & ita singulis peculiariter ꝓspicit
qđ & uniuersis,ut neq; uniuersorum & omniū simul cura,impediat prouidentiā singulorū:
neq; cuiusq; eorū quæ cōdita sunt singularis ꝓspiciētia:impedimēto est aut alijs singulis,aut
omnibus simul ꝓuida solicitudine curandis. Quemadmodū uno simplici intuitu sic uniuer
sa & simul omnia conspicit,quod etiā singula singulariter discernit, & ita singula sigillatim
cōspicatur,qđ etiā simul omnia uniuersaq; cōtuetur:perinde atq; foret ille,qui simul totā pa
ginā unico oculorum obtutu obiret,& singulas itidem paginæ dictiones eodem momēto ꝑ
curreret.Deinde circa opera prouidētiæ secundi generis, quæ scilicet sunt secundū permissio
nem,insinuātur in litera septem modi, quibus nōnunquā permittit Deus homines incidere

in malum pœnæ aut culpæ, ad priuatam aut publicā ipsorum aut aliorum utilitatem. Et secū di modi adducitur exemplum, ut ꝑ crucem Deus operatus est salutem hominū. De quo dicit beatus Paulus prima ad Corinthios epist. ca. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixū, Iudæis quidem scandalū, gentibus autem stultitiā, ipsis autem uocatis Iudæis atque Græcis: Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiā. Quia quod stultū est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmū est Dei, fortius est hominib. Et rursum: Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapiētes: & infirma mundi elegit Deus, ut cōfundat fortia: & ignobilia mūdi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut nō glorietur omnis caro in conspectu eius. Deniq; eodē loco: Quia in Dei sapientia non cognouit mundus ꝑ sapientiā Deum, placuit Deo, per stultitiā prædicationis saluos facere credētes. Proinde in salutiferæ crucis præconiū, id perrectè à sanctissimis patribus est prædicatū elogium: Crux pœna latronū, facta est corona sanctorū. Crux reprobatio mundi, facta est gloria cœli. Crux mortis supplicium, facta est uitæ remediū. Demū septimi & postremi modi in litera positi de operibus diuinæ ꝓuidentiæ secundum permissionē (quo scilicet quis permittitur interdū in turpem actionem incidere, ad emendationem deterioris affectus) nonnulli ponunt exemplū, neque absurdè quidem, in beatissimo Petro, qui permissus est ter Dominū negare, ad curandam animi affectionem, qua se etiā si alij omnes discipuli scandalizati fuerint in passione Christi, se nunquā scandalizandū fidenter asseuerauit: & si mors sibi foret obeunda, non tamen se Christum negaturū, audentius (quàm par erat) promisit, ut qui ꝓpriæ erat fragilitatis nō satis sibi conscius. Vt cū suo ipsius lapsu edoctus cognosceret humanā imbecillitatem, exinde promptior esset alijs animū misericordem impendere, cū à Deo prolaberentur, & dominico gregi (cuius pastor erat constitutus) per intimā animi cōpassionem benigniter condescendere. Cæterum præter hos septem prouidentiæ permissoriæ modos, alij duo à sacrarū literarū expositoribus insuper assignari solent. Prior quidem, quod infirmitas infligitur plerunq; hominib. ob perpetrati prius delicti castigationē & expiationē. Vt in paralitico sanato, Matthæi nono cap. cui à Domino priusquā curaretur, dictū est: Fili, remittuntur tibi peccata tua. quo significaret, ei ob peccata contigisse morbū illū. Et in languido apud Ioannem cap. 5. qui octo & triginta annos morbo detētus decubuerat, sanitatiq; tandē restitutus, audiuit à Domino: Vade & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Secundus uerò modus reproborū est, quibus irrogatur morbus, ut hic torqueri incipiāt, & ꝑ hæc temporanea supplicia trāseant ad æterna atque interminabilia. Quod in Antiocho & Herode factū fuisse, sacræ literæ memorāt, qui ambo in Deū impij, à uermibus miserabiliter cōsumpti expirarunt, ut secūdi Machabeorum nono ca. & in actis Apostolorum cap. 12. contexitur historia. Et de his per Hieremiā prophetā dictum intelligunt: Duplici contritione contere eos Domine. Sanè duplici cōtritione conteruntur, cum in hac uita ipsis infertur suppliciū, quod mox futuri in altera uita & nunq̄ terminandi sit argumentū, indicium & exordium. Insuper & id aduertendum, facili manuductione nos induci posse ad dinoscendum, quō nā pacto Deus iustè cooperatur ijs qui eligunt bonum, ad finē extremum assequendum, & iustè itidem derelinquit malos spōte sua prius ab eo auersos, qua derelictiōe decidunt à fine præcipuo. Si e. n̄ duæ intelligātur uiæ, una senticosa, aspera & salebrosa, ducens tamē ad urbem tutissimā, splendidissimā, & bonorum omnium refertissimā: altera plana, & primo aspectu amœna, spirantissimis referta floribus, perducens tandem in nemus umbrosum, q̄ delitescunt latrones, sicarij, grassatores, pecunia & uita spoliātes eos qui in suas manus inciderint: sitq; quispiā omnium hortator in biuio illo cōstitutorū, ut uiā ipso ingressu difficilem carpant, se illis ducem spondens: nec minus dissuadeat alterius uiæ introitum, quod ducat ad exitium: is difficilem uiam (quam agendam hortatur) ingredientibus, cooperator & dux est, præcognoscens eos post graues uiæ anfractus suo ductu tāquietissimam urbem peruenturos. Oppositum uerò iter facientibus & sponte carpentibus, certò dinoscit futurum interitum: quos tamen derelinquit, quia priores eum deseruerunt, eius monitis nequaquam obtemperantes, is neq; in culpa est, neq; causa futuræ spoliationis & necis eorum. Haud secus omnes inter uirtutē uiciumq; constitutos, liberosq; ut huius aut illius uiam capessant & amplectantur, non cessat monere Deus ut uirtutem ꝓsequantur, auersentur uicia, declinent à malo & faciant bonū. Obsequens suis monitionibus adiuuat, & dirigit ad optatam metam, aspernantes uerò permittit iusto suo iudicio corruere in perditionem. Non tamen interitus eorum quoquo pacto author est, sed sola prauorum iniquitas illius est causa. Neque ex eo quod secundum præscientiā suam haud dubiè cognoscit malos in perpetuā mortem lapsuros colligere possis ipsum præstare occasionem ꝑditioni eorū, aut esse causam exitij. Quemadmodum in editissima turri urbis constitutus, & omnes eius uias circumspiciens (ut simili exēplo utitur Seuerinus Boetius in postremo libro Consolationis philosophicæ, ubi grauissimè de diuina prouidentia & præscientia differit) uidet hunc quidē ingredientem unum urbis uicum, & præcognoscit eum ad hanc urbis partem ea uia peruenturum. Alium uerò conspicit subeuntem alium uicum, & illius ductu deuenturum in aliā urbis partem: hunc rursus uidet equo insidentem, istū curru subuectū, illū uerò pedibus iter agentem.

Attamen

Attamē huiuſmodi inſpectio ambulantiū per plateas urbis,facta ab eo qui in ardua turri collocatus eſt,neq; neceſſitatē inducit inter agentib. ut hanc uel illā carpant uiam, neq; quoquo modo præſtat cauſam,quare hic unā ingreditur uiā,&iſte aliā,aut quare hic cōficit iter eques & ille pedes,quinimmo quiſq; ambulantiū per urbē, nō minus ſua ſponte pertranſit uiā animo ſuo cōſtitutā,q̄ ſi ille ſpeculator in ſublimi culmine turris collocatus,nō uideret eos,quādoquidem huiuſmodi ſpeculatio & inſpectio,nihil ꝓrſus confert ad illorū ambulationē,neque ꝓmouet eā, aut adiuuat. Porrò duarum ſpecierum derelictionis,prior ſcilicet diſpenſatiua & correctiua eſt,qua Deus ad tempus ſinit electos in graue malū prolabi, ut inde reſurgāt cautiores,corrigantur & erudiātur:ad humilitatem quidem,recordatione præteriti mali, & ad feruentiorem bonorū operum actionem,in emendationē priſtinæ culpæ. & hoc pacto dereliquit Deus Petrum negantem, Dauid adulterantem & innocentis occiſorē,ſimiliter & numerātem populū regni ſui. Et hæc derelictio,non modo eruditiua eſt eorū qui hoc modo prius derelicti,& poſtmodū à Domino ſubleuati ſunt & erecti:ſed etiā aliorū, qui exemplo emēdatioris uitæ ſanctorū poſt derelictionem,animantur & ipſi ad pœnitentiā,& ut reparētur in bonū poſt lapſum. Quis enim cōſiderans Dauid regem proſtratū in barathrū adulterij & homicidij,atq; in electionis uoraginē,tā benigniter erectū à Domino ad eadē aut potiora ꝓpheticæ dignitatis munera,nō concipiat animo ſpē ueniæ ſuorū ſcelerū, quantūcunq; grauia ſint & tetra,inciteturq; ad melioris uitæ conuerſionem? Quis itē attendens beatū Petrū poſt trinā negationem,amaris lachrymis promeruiſſe ueniā,& apoſtolicæ authoritatis culmen conſeruaſſe,in eaq; obtinuiſſe inter cæteros primatū,nō etiā totus ꝓuocetur ad abnegationē priſtinæ malitiæ,& capeſſendā uirtutis uiā? Sanè hæc ſunt ſpecula, à diuina benignitate noſtris oculis propoſita:ex quibus agnoſcamus,q̄ propēſus eſt Dominus ad ignoſcendū ijs, qui integro corde ad ipſum conuertuntur:& quod non uult mortē peccatoris,ſed magis ut cōuertatur & uiuat. Finalis uerò derelictio eſt,quando adhibitis à Deo cōgruis ad ſalutē præſidijs, quis ex ſua prauitate illa repudiat,& in ſua malitia ad finem uſq; uitæ perſeuerat:propter qđ iuſtè à Deo,perpetuò deſeritur,deſtituiturq; diuino opitulamine ꝓ merito ſuæ culpæ. Qualis fuit derelictio Iudæorū,poſt tanta doctrinæ & ſignorū eis exhibita beneficia ſuo ſaluatori & redēptori dura ceruice ſemper obſiſtentiū:quib. demū denunciauit hanc formidandā derelictionē,cū ait, In peccatis ueſtris moriemini. Et alio loco, Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Talis fuit & derelictio Iudæ,qui nulla beneficiorū ratione,obſequij exhibitione, familiaritatis neceſſitudine,monitis aut comminatione,reuocatus eſt à cōcepto ꝓditionis ſcelere. Idcirco interminatus eſt illi Dominus hāc derelictionis miſeriā,cū inquit: Væ homini illi,per quē filius hominis tradetur: Melius fuiſſet ei,ſi natus nō fuiſſet homo ille. Deniq; de huiuſmodi derelictione dictū eſt animæ peccatrici & impœnitenti ſub ſpecie Babylonis, à ſanctis angelis Dei: Curauimus Babylonē,& nō eſt ſanata. Derelinquamus eā,&eamꝰ unuſquiſque in terrā ſuā. Vnde ſi quis medicꝰ ægroto exhibeat efficacē medicinā qua morbo leuetur, præſcribat eidē cibi potuſq; ſumendi modū,definiatq; cætera inſtaurandæ eius ſaluti neceſſaria: ille uero moroſus,conſilio medici nequaq; acquieſcere uolēs,nihil eorū quæ cōſtituit medicus obſeruat,ſed ſuo indulgens animo,quicquid appetit concupiſcentia cibi permittat, & laxis cōcedat habenis. Qđ perſpiciens medicus,actūq; de uita illius eſſe nō dubitās,deſerit ægrotū, deſperās de illius incolumitate recuperanda. Demū perit ægrotus & interit,nō quidē medici culpa,qui peritiſſimus eſt & humaniſſimus,nec medicinæ inefficacia, quia morbo depellendo q̄ maximè eſt accōmoda,ſed ſola langueſcentis incuria & negligentia. Ita planè cœleſtis medicus,exhibitis ijs quæ noſtræ congrua ſunt ſaluti,ubi illa aſpernamur, derelinquit perpetuò eos,qui ſuo potius animo q̄ bene ſuadenti medico acquieuerint,ut par & rationabile eſt. Cæterū qđ damna & aduerſa omnia hominib. ſuperuenientia, ſi cū gratiarū actione & ſine murmure cōtra Deū ſuſcipiātur,ad ſalutē ſint & animæ utilitatē,permultis liquet ſcripturæ teſtimonijs. Nēpe beatus Iacobus inquit: Beatus uir qui ſuffert tentationē, quoniā cū probatus fuerit,accipiet coronā uitæ,q̄ repromiſit Deus diligentib. ſe. Rurſum idem: Omne gaudiū exiſtimate fratres mei,cū in tentationes uarias incideritis: ſcientes quod probatio fidei ueſtræ patentiā operatur,patientia aūt opus perfectū habeat. Et beatus Paulus ſecundæ epiſtolæ ad Corinthios ca. 4. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ,ſupra modū in ſublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Idem quoq; ad Hebræos cap. 12. Omnis aūt diſciplina,in præſenti quidem uidetur nō eſſe gaudij,ſed mœroris,poſtea aūt fructum pacatiſſimū exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Inſuper Eccleſiaſtic. cap. 27. Vaſa figuli probat fornax,& homines iuſtos tentatio tribulationis. Deniq; in præconium iuſtorum,dicit liber Sapientiæ cap. 3. Et ſi corā hominibus tormenta paſſi ſunt,ſpes illorū immortalitate plena eſt. In paucis uexati,in multis bene diſponēntur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe. Tanquam aurū in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiā accepit illos, & in tēpore erit reſpectus eorū. Et ſanè idipſum qđ proponitur, perſimile eſt atq; ſi quis dixerit amarā potionē,ſectionem,uſtionem,& cætera id genus dura & triſtia,ſi ab ægroto ſuſcipiuntur ſecundū medici conſiliū,omnia ad ſanitatē cōferre. Deinde diſtinguit Damaſcenus in Deo duplicem uoluntatē,ſcilicet antecedentem & cōſequentē.

Voluntas antecedens est qua Deus ex seipso quemq; hominē ad cōsummatā uult peruenire perfectionem, & finē ad quem conditus est: & ad illud assequendū præsidia naturalia & gratuita sufficienter cuiq; subministrat. Et hac uoluntate præcedēte uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis peruenire, ut inquit Apostolus primæ epistolæ ad Timoth. 1. cap. quia ad salutē æternā adipiscendā omnes homines cōdidit, & cōgruentia illi fini media præstitit, scilicet naturā rationalē, gratiā quam cuiq; parato recipere, offert ecclesiastica sacramenta & inspirationem ad bonū. Voluntas uerò cōsequens est. qua secundū operū nostrorū qualitatē & exigentiā, uult nobis retribuere mercedem: præmiū inquā aut pœnam, quemadmodum lex æquitatis & iustitiæ efflagitat. Et hac uoluntate, pendēte potissimū ex cōditione nostrarū actionū, perseuerantes in bono uult cœlesti gloria remunerari, & persistentes in peccato, æternū puniri: quoniā id exposcunt humanæ uitæ merita. Non enim misericors tantū prædicatur: sed & iustus Dominus. Quocirca non ad puniendos homines creauit eos Deus, sed saluandos omnes: ubi tamen nostra ipsorum culpa, à naturali nostra perfectione decidimus, & spōte relinquimus bonū, ipse ut æquus iudex infligit pœnā. Quemadmodū pater filiū non gignit ad spoliandū ipsum hæreditate. sed ut paternorū efficiat bonorū participē atque successorē. Quod si filius in patrem fuerit contumax, rebellis atq; iniurius, pater illū insolentē iustè exhæreditabit, præter animi sui institutū, nihilq; ab optimi patris discedet officio. Et legislator cōstituit leges, sancitq; decreta, ut illorū obseruatione. ciues omnes bonos efficiat, idq; præcipua intentione ꝓponit. At si qui fuerint positæ legis transgressores & reipublicæ perniciē inferentes, illos secundū sanctiones ordinatas seuerè puniet, afficietq; supplicio, præter primā animi sui intentionē, qua inprimis affectat omnes reddere bonos. Deniq; agricola arbores inserit terræ, ut fructum afferant opportunū, & ad naturale perueniāt incrementū. Si qua tamen sterilescat, & infœcūda exarescat: excidit illā, ne frustra & incassum terrā occupet, ex propria intentione, sed arboris uicio. Haud secus Deus, optimus pater, & legislator, & agricola, omnib. hominib. uitā elargitus est, ut nos suæ gloriæ faceret hæredes, ut suā obseruantes legem præmio donaret, ut bonorū operū fructu cumulatos in paradiso cœlesti plantaret. Quod si obsurdescimus ad eius monita, transgredimur illius præcepta, & infœcundi exarescimus, nimirum si æterni regni possessione (qua indignos nos fecimus) excludimur, & iustitiæ suæ percellimur seueritate, meritisq; plectimur pœnis, si deniq; tanquā arbor quæ non facit fructum bonum excidimur, atq; in ignem mittimur.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΣ ΚΑΙ προορισμοῦ. μϛ.

Χρὴ γινώσκειν, ὡς πάντα μὲν προγινώσκει ὁ θεὸς, οὐ πάντα δὲ προορίζει. προγινώσκει γὰρ καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, οὐ προορίζει δὲ αὐτά, οὐ γὰρ θέλει τὴν κακίαν γίνεσθαι, οὐδὲ βιάζεται τὴν ἀρετήν. ὥστε τῆς θείας προγνωστικῆς κελεύσεως ἔργον ἐστὶν ὁ προορισμός. προορίζει δὲ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ. ἤδη γὰρ κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ, προέκρινε πάντα ὁ θεὸς, κατὰ τὴν ἀγαθότητα, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἡ μὲν ἀρετὴ, ἐκ τοῦ θεοῦ ἐδόθη ἐν τῇ φύσει, καὶ αὐτὸς ἐστὶ παντὸς ἀγαθοῦ ἀρχὴ, καὶ αἰτία. καὶ ἐκτὸς τῆς αὐτοῦ συνεργίας, καὶ βοηθείας, ἀδύνατον ἀγαθὸν θελῆσαι, ἢ πρᾶξαι ἡμᾶς. ἐφ' ἡμῖν δὲ ἐστὶν ἢ ἐμμεῖναι τῇ ἀρετῇ, καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ θεῷ πρὸς ταύτην καλοῦντι, ἢ ἀποφοιτῆσαι τῆς ἀρετῆς. ὅπερ ἐστὶν ἐν τῇ κακίᾳ γίνεσθαι, καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ διαβόλῳ, πρὸς ταύτην καλοῦντι ἀβιάστως. ἡ γὰρ κακία, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ἀναχώρησις τοῦ ἀγαθοῦ. ὥσπερ καὶ τὸ σκότος, τοῦ φωτός ἐστιν ἀναχώρησις. μένοντες οὖν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἐν τῇ ἀρετῇ ἐσμέν. ἐκκλίνοντες δὲ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, ἤγουν ἐκ τῆς ἀρετῆς, εἰς

DE PRÆSENTIA ET PRÆDIFFINITIONE, prædestinationeq;. Cap. XXX.

Operæprecium est agnoscere, omnia præscire Deū, non autem omnia prædiffinire atq; prædestinare. Præscit enim & ea quæ in nobis, non prędiffinit aūt hęc. nā nō prauitatē fieri, neq; cogit, neq; uim affert uirtuti, quare pręscire iussionis diuinę opus est prædiffinitio. Prędiffinit aūt ea quæ non in nostra potestate sunt, secundū pręscientiā suā. Nā pręscientia iā prælegit omnia Deus, secūdū bonitatē & iustitiā suam. Cęterū uirtus ex Deo naturæ data est, & ipse omnis boni principiū & causa est: & sine eius cooperatione & auxilio, impossibile est nos aut bonū uelle aut agere. At in nobis est, immanere uirtuti & seq Deū nos ad illā uocantē: aut deserere uirtutē quod est in malū prolabi, & sequi diabolū ad illud uim nō inferendo uocantē. Nā malū nihil aliud est q̄ à bono secessus: quēadmodum & tenebræ, secessus à lumine. Manentes igit secundū naturam, in uirtute sumus: declinātes aūt ex eo quod secundū naturā est, id est ex uirtute: in id quod

τὸ παρὰ φύσιν ἐρχόμεθα, καὶ ἐν τῇ κακίᾳ γινόμεθα. Μετάνοιά ἐστιν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν, εἰς τὸ κατὰ φύσιν, καὶ ἐκ τοῦ διαβόλου πρὸς τὸν θεὸν ἐπάνοδος δι᾽ ἀσκήσεως καὶ πόνων. τοῦτον τοίνυν τὸν ἄνθρωπον ὁ δημιουργὸς ἄῤῥενα κατεσκεύασε, μεταδοὺς αὐτῷ τῆς ἑαυτοῦ θείας χάριτος, καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἑαυτοῦ διὰ ταύτης αὐτὸν ποιησάμενος, ὅθεν καὶ τὴν τῶν ζώων ὀνομασίαν προφητικῶς, ὡς δούλων αὐτῷ δοθέντων, δεσποτικῶς ἐποιήσατο. κατ᾽ εἰκόνα γὰρ θεοῦ λογικός τε, καὶ νοερὸς, καὶ αὐτεξούσιος γενόμενος, εἰκότως τὴν τῶν ἐπιγείων ἀρχὴν ἐνεχειρίζετο ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ τε, καὶ δεσπότου. εἰδὼς δὲ ὁ προγνώστης θεὸς, ὡς ἐν παραβάσει γενήσεται, καὶ τῇ φθορᾷ ὑποπεσεῖται, ἐποίησεν ἐξ αὐτοῦ τὸ θῆλυ βοηθὸν αὐτῷ κατ᾽ αὐτὸν, βοηθὸν δὲ πρὸς τὴν διὰ γεννήσεως μετὰ τὴν παράβασιν, τοῦ γένους ἐκ διαδοχῆς σύστασιν. ἡ γὰρ πρώτη πλάσις, γένεσις λέγεται, καὶ οὐ γέννησις. γένεσις μὲν γάρ ἐστιν, ἡ ἐκ θεοῦ πρώτη πλάσις. γέννησις δὲ, ἡ ἐκ καταδίκης τοῦ θανάτου, διὰ τὴν παράβασιν ἐξ ἀλλήλων διαδοχή. τοῦτον ἔθετο ἐν τῷ παραδείσῳ, τῷ τε νοητῷ, καὶ τῷ αἰσθητῷ. ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰσθητῷ, ὃς ἐπὶ γῆς σωματικῶς διαιτώμενος, ψυχικῶς τοῖς ἀγγέλοις συνανεστρέφετο, θείας γεωργῶν ἐννοίας, καὶ ταύταις τρεφόμενος, γυμνὸς τῇ ἁπλότητι, καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, πρὸς μόνον τὸν δημιουργὸν διὰ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ἀναγόμενος, καὶ τῇ αὐτοῦ θεωρίᾳ ἐνηδυνόμενός τε, καὶ εὐφραινόμενος. ἐπειδὴ τοίνυν αὐτὸν αὐτεξουσίῳ θελήματι φυσικῶς κατεκόσμησε, δίδωσι νόμον αὐτῷ, μὴ γεύσασθαι τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως. περὶ οὗ ξύλου, αὐτάρκως ἐν τῷ περὶ παραδείσου κεφαλαίῳ, κατά γε τὴν ἡμετέραν εἰρήκαμεν δύναμιν. ταύτην τὴν ἐντολὴν αὐτῷ δίδωσιν, ἐπαγγειλάμενος ὡς εἰ μὲν φυλάξοι τὸ τῆς ψυχῆς ἀξίωμα, τῷ λόγῳ τὴν νίκην διδοὺς, ἐπιγινώσκων τὸν κτίσαντα, καὶ τούτου φυλάττων τὸ πρόσταγμα, τῆς ἀιδίου μεθέξει μακαριότητος, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, κρείττων θανάτου γενόμενος. εἰ δέ γε τὴν ψυχὴν ὑποτάξει τῷ σώματι, καὶ τὰ τοῦ σώματος προτιμήσει τερπνὰ, τὴν οἰκείαν τιμὴν ἀγνοήσας, καὶ τοῖς ἀνοήτοις παρεικασθεὶς κτήνεσι, τοῦ πεποιηκότος τὸν ζυγὸν ἀποσεισάμενος, καὶ τὸ θεῖον αὐτοῦ παριδὼν ἐπίταγμα, θανάτῳ ἔσται ὑπεύθυνος, καὶ φθορᾷ καὶ

id quod cõtra naturam est, proruimus, efficimurq́ mali. Pœnitentia uero est, ex eo quod est contra naturam, & ex diabolo, ad Deum reuersio, per exercitiũ & labores. Hominem igitur opifex Deus masculũ cõdidit, tribuens illi suã ipsius diuinam gratiam: & per illam in sui communicatione illũ fecit. Vnde & animaliũ appellationem prædicẽdo, ut mancipiorum suo usui concessorum tanquam dominus indidit. Secundum enim imaginem Dei, rationalis & intellectualis, & liberæ potestatis, factus: rationabiliter terrestriũ principatum in manu suscepit, à communi omniũ opifice & dominatore. Sciẽs aũt præcognitor Deus, quod in transgressionẽ laberetur, & corruptiõi subiaceret: fecit ex ipso fœminã illi secundũ ipsum auxiliatricem: auxiliatricem quidem per eam propagationem, quæ post transgressionem esset generis ex successione conseruatio. Prima enim plasmatio, generatio dicitur, non propagatio. Generatio quidem, est ex Deo prima plasmatio. Propagatio aũt, ex condemnatione mortis ob transgressionẽ, ex se inuicem successio. Hunc posuit in paradiso & intelligibili, & sensibili: qui in terra corpore degẽs, anima aũt cum angelis diuersabatur in diuinæ operib. intelligentię, talibusq́ enutritus, nudus simplicitate & uita, sine arte & fallacia, ad solũ cõditorem per creaturas eius assurgebat: et cõtemplatione eius, uoluptate perfundebatur, & lætabatur. Postq́ uero liberæ potestatis uoluntate naturaliter illũ ornauit, dat illi legẽ ne gustet de ligno sciẽtiæ boni & mali: de quo ligno sufficienter in eo capite, ubi de paradiso tractatur, secundũ nostræ potẽtiæ uires diximus. Hoc illi præceptũ dat: denũciãs quod si custodit animæ dignitatẽ, rationi uictoriã tribuens, recognoscens illũ qui eum creauit, & eius præceptũ seruans, æterna participaret beatitudine, & uita uiueret sempiterna, superior morte fact9. Sin aũt animã corpori submitteret, & oblectamenta corporis preferret, propriam dignitatem ignorans, iumentis insipientibus æquiparatus, excutiens eius qui illum fecit iugum, & diuinum eius aspernatus præceptum, morti foret obnoxius, & corruptioni & labori

πόνῳ καθυποβληθήσεται, τὸν ταλαίπωρον ἕλκων βίον. οὐ γὰρ ἦν λυσιτελὲς, ἀπείραστον ἔτι τυγχάνοντα καὶ ἀδόκιμον, τῆς ἀφθαρσίας τυχεῖν, ἵνα μὴ εἰς τύφον ἐμπέσῃ καὶ κρίμα τοῦ διαβόλου. ἐκεῖνος γὰρ διὰ τὸ ἄφθαρτον μετὰ τὴν ἐκ προαιρέσεως ἔκπτωσιν, τὴν ἐν τῷ κακῷ ἀμεταμέλητον ἔσχε καὶ ἄτρεπτον παγιότητα. ὥσπερ αὖ πάλιν καὶ οἱ ἄγγελοι μετὰ τὴν ἐκ προαιρέσεως τῆς ἀρετῆς ἐκλογὴν, τὴν ἐν τῷ καλῷ διὰ τῆς χάριτος ἀμετακίνητον ἵδρυσιν. ἔδει τοίνυν πρότερον δοκιμασθέντα τὸν ἄνθρωπον (ἀνὴρ γὰρ ἀπείρατος, ἀδόκιμος, οὐδενὸς λόγου ἄξιος) καὶ τῇ πείρᾳ διὰ τῆς τηρήσεως τῆς ἐντολῆς τελειωθέντα, οὕτω τὴν ἀφθαρσίαν ἀρετῆς κομίσασθαι ἔπαθλον. μέσος γὰρ θεοῦ καὶ ὕλης γενόμενος, διὰ μὲν τῆς τηρήσεως τῆς ἐντολῆς, μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς πρὸς τὰ ὄντα φυσικῆς σχέσεως, ἑνωθεὶς τῷ θεῷ καθ' ἕξιν, τὴν περὶ τὸ καλὸν παγιότητα λαμβάνειν ἀμετακίνητον ἔμελλε. διὰ δὲ τῆς παραβάσεως, πρὸς τὴν ὕλην μᾶλλον κινηθεὶς, καὶ τῆς αὐτοῦ αἰτίας, τοῦ θεοῦ φημὶ ἀποσπάσας τὸν νοῦν, τῇ φθορᾷ προσοικειοῦσθαι, καὶ παθητὸς ἀντὶ ἀπαθοῦς, καὶ θνητὸς ἀντὶ ἀθανάτου γίνεσθαι, καὶ συνδυασμοῦ καὶ ῥευστῆς γεννήσεως ἐπιδέεσθαι, καὶ τῇ ἐφέσει τῆς ζωῆς, τῶν μὲν ἡδέων ὡς δῆθεν ταύτην συνιστώντων, ἀντέχεσθαι, πρὸς δὲ τοὺς τούτων προμηθουμένους τὴν στέρησιν, ἀδεῶς ἀπεχθάνεσθαι. καὶ τὴν μὲν ἔφεσιν ἐκ θεοῦ, πρὸς τὴν ὕλην, τὸν δὲ θυμὸν, ἐκ τοῦ τῆς σωτηρίας ὄντως ἐχθροῦ, μεταφέρειν πρὸς τὸ ὁμόφυλον. φθόνῳ τοίνυν διαβόλου ἡττήθη ὁ ἄνθρωπος. οὐ γὰρ ἔφερεν ὁ φθονερὸς καὶ μισόκαλος δαίμων, αὐτὸς διὰ τὴν ἔπαρσιν κάτω γενόμενος, ἡμᾶς τῶν ἄνω τυχεῖν. ὅθεν καὶ θεότητος ἐλπίδι ὁ ψεύστης δελεάζει τὸν ἄθλιον, καὶ πρὸς τὸ ἴδιον τῆς ἐπάρσεως ὕψος ἀναγαγὼν, πρὸς τὸ ὅμοιον καταφέρει τῆς πτώσεως βάραθρον.

labori submitteretur, miserã laborūq; plenam trahens uitam. Nō enim utile illi erat, nullo periculo tentatū, nec probatum, incorruptibilitatē consequi: ne fortè in superbiã incidisset, & laqueum diaboli. Nam ille propter incorruptibilitatem, post lapsum ex electione, fixionem in malo impœnitentē & inconuertibilem habuit: sicut contrà, & angeli post uirtutis ex proposito electionem, immutabilem per gratiam habuere stabilitatem. Par fuit igitur, primum probatum hominem, & experiētia per obseruationem mandati perfectum, sic incorruptibilitatem, uirtutis præmiū accipere. Medius enim Dei & materiæ factus, per obseruationē mandati, post liberationem naturalis habitudinis ad entia, unitus Deo, suscepturus erat intransmutabilem firmitatem, eam quæ secūdum habitum in bono est. Per trãsgressionem autem, ad materiam magis mobilis, & suæ causæ (Dei dico) extrudens intelligentiã, corruptioni traditus est. Et passibilis pro impassibili, & mortalis pro immortali factus: & consortio ad propagationem, & natura fluxibili indigens, & desiderio uitæ, uoluptaria (quasi illã continere sufficiant) amplectens, & intrepidè persequēs eos odio, qui sibiipsis illa prouiderint, ad illorum direptionem & desiderium (derelicto Deo) ad materiã, ex salutis reuera inimico transferens ad genus suum, suos posteros, suosq; cōtribulones. Inuidia igitur diaboli uictus est homo. Non enim ferebat inuidus & bonorum osor dæmon ipse, per suã superbiam in ima deturbatus, nos ijs quæ superna sunt, frui: unde spe diuinitatis, mendax miserum fefellit hominem: & ad suæ superbiæ altitudinem adducēs, ad consimile addixit suæ ruinæ barathrum.

COMMENTARIVS.

INter præscire & prædiffinire ipsius Dei, discrimē esse & rationis dissidiū, in primis ostēdit hic author: qđ hoc contractius sit & strictius, illud uero latius atq; diffusius. Siquidē præscire dicitur Deus omnia, quæ uentura præcognoscit: siue se authore futura, ut bona: siue permittente solū, ut mala: siue itē in nostra sint potestate cōstituta, ut sunt liberæ actiones humanæ: siue nobis nō subiecta, ut rerū dispositiones, ex prouidentiæ suæ occultissimis legibus nosq; latentibus cōstitutæ. Prædiffinire aūt ea dicitur, quæ prædisponit atq; prædeterminat futura, cōsilioq; suo indemutabili cōstituit demū uentura. Et talia quemadmodū statuit, eueniunt, nulloq; obstaculo, quo minus cōpleantur, impedietur. Vt prædiffiniuit Deus ipsius mitissimi & sancti patriarchæ Ioseph cæteros fratres suos principatū, & Dauidicã in locū Saul reiecti à regno Israel, surrogationē, quæ nullo humano ingenio præpediri potuerūt. Quinimo qui illa moliti sunt humano cōsilio & conatu, ne euenirēt impedire, suo molimine potius promo-

Promouerunt ea ad præstitutum à Deo exitũ:ut filij Iacob uendentes Ioseph Hismaelitis negotiatoribus euntib. in Aegyptũ, ne haberet in eos primatũ, præstiterunt occasionem & materiam, ut tandem in Aegypto principatum obtineret. Et Saul inimiciter & peruicaciter persequens Dauid innocentẽ, reddit probatiorem & manifestiorẽ omnib. eius uirtutẽ, cuius contemplatione, postea cuncto approbante populo Israelitico, rex est constitutus. Ita deniq; Iudæi, cũ nomen, gloriã, & doctrinã Domini nostri Iesu Christi extinguere inuidia stimulante sunt conati per inflictionẽ ꝓbrosæ & ignominiosę mortis, nomen eius gloriosius, splendidiorem gloriã & commendatiorem doctrinã reddiderunt: quoniam (ut inquit Sapiens Prouerbiorum cap. 21.) nõ est sapientia, nõ est prudentia, nõ est consilium contra Dominum. Hinc rectè dixisse cognoscitur uenerabilis Gamaliel, beatissimi Pauli præceptor, in Actis Apost. ca. 5. Si ex hominibus est opus hoc (utpote prædicationis publicæ Apost. de qua disceptabant in concilio Pharisæi) dissoluetur: si uero ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne fortè & Deo repugnare uideamini. Est itaq; (ut modò dictum est) præscire latius quiddã, & prædiffinire contractius ad sola bona, & quæ in nostra potestate collocata non sunt, se extendens. Et de hoc quoq; superius ca. 18. primi libri aliquantulum habitus est sermo. Porrò qđ uirtus ex Deo naturæ nostræ data sit, ut subnectit litera, id minimè ita accipiendum est, qđ nobis sit insita, congenitaq; uirtutis perfectio: quoniã neq; innata cuiquã est, neq; ab exordio natiuitatis indita: nulli enim hominum cognascitur uirtus, sed usu, diuturnoq; exercitio paritur. Sed qđ homini data est natura uirtutis capax, & ab exordio uitæ cõgenita naturalis habilitas ad uirtutem: & id quidẽ Deo authore, qui hominẽ effecit ad uirtutẽ capessendã natura dispositũ, inclinatũque, ut eius ornatu perficeretur. Verũ non sufficit hæc naturalis inclinatio ad uirtutis opus, sed necessarius insuper est usus, necessaria frequẽs operatio, ut eã assidua actione cõparemus. Quemadmodũ equus natura aptus est & habilis ad currendũ in stadio, & cõposito gradu uehendũ equitẽ: sed exercitatiõe illi opus est & disciplina ut ad metã rectè currat, aut uehat suũ sessorẽ: neq; unquã euadit equus talis habitu, qualis est natura, nisi humana ad ipsum edomãdum (ut freno assuescat) adhibeatur industria. Ita deniq; ager natura destinatus est ad ꝓferendas segetes, habetq; natiuã fœcunditatem sibi insitam ut fructus afferat: uerùm necessaria est insuper cultura & labor arandi atq; seminandi, quo naturalis illa fœcunditas suũ exerceat opus. Idipsum aũt luculenter & præclarè contestatur Leonardus Aretinus, in dialogo suo de morib. dicens: Vt equũ sic à natura generatũ uidemus, ut & currere, & in gyrum flecti, & portare equitem possit: hæc tamẽ ipsa nõ perfectè agit, nisi cũ domitus & exercitatus est, ita assuefactus, ut illa bene & scienter agat, tunc enim perfectũ quiddã habere uidetur: Sic & homo à natura aptus, per exercitationem & assuetudinem, habitum iustitiæ & temperantiæ, cæterarumq; uirtutũ nãsciscitur: ut tunc demũ perfectum ab usu sit, quod à natura fuerat inchoatũ. Et de uirtute quidem omni, in hunc ferè modũ accipiendũ est, habitũ scilicet esse animi, exercitatione, usuq; acquisitum, ut iam peritè & sciẽter opus suũ perficiat. Idem quoq; paulo post in eodem opusculo: Neq; dubiũ est nos ad iustitiã, & temperantiã, & fortitudinem, & liberalitatem, quodam modo natura aptos produci: usus tamen & assuetudo, exercitatioq; ipsa (ut de equo suprà diximus) ita nos afficit, ut iã perfectum ab usu sit, quod à natura fuerat inchoatũ. Neq; id solũ è Deo nobis datum est, quod naturã sortiti sumus uirtutis capacem: sed & id insuper, quod opera facimus ad ipsam uirtutem nobis uendicandã. Quoties enim rectè operamur & secundũ uirtutẽ, siue ut eã necdum habitam comparemus, siue ut perfectè iã consecutam cõseruemus & corroboremus: id sanè à Deo est ut præcipuo authore, quoniã ipse omnis boni principiũ & causa est: boni inquam, siue natura inditi, siue habitu stabiliti in animo, siue operis ad exteriora prodeuntis. Nã ut inquit Iacobus 1. ca. suæ epistolæ: Omne datũ optimum, & omne donum perfectũ, de sursum est, descendens à patre luminum. Et summa ueritas salubriter admonet Ioan 15. cap. Sine me nihil potestis facere. Ex quo liquidò constat, quã irrationabilis sit & impia assertio Pelagianorum, dicentium uoluntatem quidem bonam, à Deo per creationem habuisse exordium, eam tamen ut probè operetur, nequaquã indigere Dei auxilio, sed sua ipsius natura & indita potestate eã sufficere, ad quoduis bonũ opus exercendũ. Cum tamen in cuiusq; operis nostri exordio edocemur ex Psalmis diuinum implorare subsidium, ut assit actui nostro inchoando, & ad finem usq; optatũ perducat: Deus (inquit) in adiutoriũ meũ intende, Domine ad adiuuandũ me festina. Et iterum: Respice Domine in seruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorũ. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuũ nostrarũ dirige super nos, & opus manuũ nostrarũ dirige. Et planè à sole nostro sensibili edocemur huiusce rei ueritatẽ, cuius lumine indigemus nõ solũ ad uidẽdi facultatẽ in principio ortus nostri ad actũ deducendã, uerùm etiã ad quamuis uisionẽ deinde exercendã & continuandã. Sicut igitur nulla fit uisio sine luminis adminiculo, qđ exigitur præsens & cõcurrens ad quamq; oculi functionẽ: ita & nulla penitus bona fit operatio, nisi diuina gratia, ut spirituale quoddã lumen cœlitus infulgeat nobis & auxilietur: & nõ sumus sufficiẽtes cogitare à nobis quasi ex nobis, ut inquit Apostolus, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est: quia cũctis bonis operib. adest author præcipuus, & præsens gratiæ suæ illustratione auxiliator. At uerò cũ cuiq; oblata sit facultas uirtutẽ amplectendi, ad q̃ & natura inclinat, & frequens

exercitium

exercitiũ Deo adiutore perducit:in nostra tamen potestate constitutũ est,aut uirtutẽ capessere,& Deũ ad meliora uocãtẽ sequi:aut aspernari uirtutẽ,& ad uiciorũ deuia declinare, dæmonicisq́ suggestionib. ultro & sponte nostra dare manus uictas. Nempe quemadmodũ dicit Ecclesiast.cap.15.Deus ab initio constituit hominem,& reliquit illum in manu consilij sui,adiecit mandata & præcepta sua. Si uolueris mandata conseruare,conseruabunt te,& in perpetuũ fidem placitã seruare. Apposuit tibi aquã & ignem:ad quod uolueris,porrige manũ tuã. Ante hominem uita & mors,bonũ & malũ: quod placuerit ei, dabitur illi. Itaq; in hoc biuio & calle bifido constituti,si naturam & Deum naturæ authorem sequimur: uirtutis iter ingredimur. Siquidem id secundum naturã est cuiq;,quod ei conuenire natũ est, & profectionem afferre. Id uero præter naturã,quod discõuenit,& infert corruptelã. Vt lumen oculo secundũ naturam est,eiq́; naturale,cum sit formatus & ordinatus oculus,ut lumine illustretur & colores dijudicet. Tenebræ uero contra oculi naturam sunt,eiq́; innaturales: quod suapte natura refugiat oculus,horrescatq́; tenebras,cupitq́; ex illis si ualet in luminis claritatẽ emergere. Sic sanitas,secundum naturã est corporis humani,debitã humorum proportionẽ,temperiemq́; exposcentis,ut conseruetur. Morbus uero,contra & præter eius naturã,cũ deducat ad interitũ. Sic sanè uirtus,secundũ naturã est animæ rationalis:ita eã afficiens,ut lumen oculos,& perfectissima sanitas corpus. Vicium uero præter naturã animæ,haud aliter eã labefactans & inficiens,quàm tenebræ oculũ, aut corpus humanũ morbus exitialis. Cæterũ ut prolapsis in morbum & non recusantibus opem humanam adhibetur medicatio,quæ languorẽ omnem propulset,& sanitatẽ naturæ consentaneã restituat:negligentibus aũt medici consiliũ, & pertinacia sua refutantibus medicinam,imminet exitium & interitus:ita lapsis in malũ & addictis uicio,pœnitentia medela spiritualis,est salutifera,depellitq́; innaturale animi humani,reducitq́; in naturã & ad Deũ. Impœnitentia uero,& ad finẽ usq; in malo perseuerãs obstinatio ad perpetuũ deducit interitũ,mortemq́; secundã. Neq; id ab re accidit,quia ipsa quod innaturale est,nõ curat depellere per medicamentũ conueniens,& cũ tempus adest oportunũ. Hinc fit ut quæ mala ingerit immedicabile uulnus corpori,& in ægroto pertinax recusatio medicinæ:hæc impœnitẽtia infert animo,utrũq; scilicet,extremã suo subiecto perniciẽ. Et quẽadmodum amara potio contemperata à medico,non sumitur sine molestia ægrotantis, qui eã quidem gustu abhorret,& tamen sibi uim inferens ipsam totã haurit:ita pœnitẽtia laboriosa est subeunti illam,& molesta:perferenda tamen,ut castiget & abradat uoluptatem peccati. Deinceps ꝓsequitur author in litera conditionẽ & ꝓprietates primi hominis conditi, proponens imprimis ipsum diuina fuisse gratia in primo exortu adornatũ,& quidẽ rationabiliter. Nam cũ Dei perfecta sint opera,& corporalibus rebus in prima earũ productione indiderit Deus naturales cuiq; perfectiones,ut primũ hominem cõpleta corporis formauit figura,& in ætate integra,an putãdus est animã rationalẽ neglexisse,eãq́; destituisse ornamento suo gratuito neq; exornasse gratia,per quã & rectè operaretur,& aduersarij astutias,calliditatesq́; ꝓpelleret? Certè qui omnia in sapientia fecit,hominẽ dotauit largo suæ gratiæ charismate, decorauitq́; splendore spiritualiũ munerũ,ut utraq; ex parte mirificè donatus, & cumulatissimis Dei beneficijs locupletatus enitesceret. Deinde subiũgit Damascenus,qđ Deus fecit ex ipso primo masculo fœminã,illi secundũ ipsum auxiliatricẽ,per eã propagationẽ, quæ post transgressionẽ,esset generis ex successione cõseruatio. Quo quidẽ in loco uidetur sentire ex literæ cõtextu,quod si perstitisset Adã in rectitudine naturæ suæ,quã cõditus accepit,Deoq́; obtẽperasset humanũ genus non fuisset multiplicandũ lege propagationis naturalis,per nuptiarũ copulam,qua nunc hominũ posteriorum ex prioribus adinuicẽ continuatur successio:sed alia quadam ratione,nobis quidem incognita,Dei aũt immensam sapientiam nequaquã latẽte. Nempe cum Euam dicat hic author factam ipsi Adæ auxiliatricẽ,per propagationẽ quæ post transgressionem esset futura:apertè insinuat ex opposito,quod si non fuisset futura trãsgressio,nõ esset Eua auxiliatrix ipsi Adæ secũdũ huiusmodi ꝓpagationẽ. At si quis insurgat: Cur igitur Deus antè transgressionẽ benedicens primis parentibus dedit præceptũ: Crescite,& multiplicamini, & replete terram? Cur etiam Adam,connubij atq; matrimonij tum ad officiũ institi indiuiduã societatem explicans,dixit: Relinquet homo patrem suũ & matrem, & adhærebit uxori suæ? Hanc quidẽ obiectionẽ discutit & diluit author quarti li.ca.25.ubi de uirginitate pertractat,dicens: At dicẽt fortè, Quid igitur hoc uult, Masculus & fœmina? quid hoc, Crescite & multiplicamini? Ad qđ dicemus,quod hoc,Crescite & multiplicamini, nõ omnino multiplicationem per nuptialẽ cõsotiationem significat. Poterat em̃ Deus hoc genus & alio multiplicare modo,si mandatũ usq; in finẽ seruassent intemeratũ. Sed sciẽs Deus, (præscientia sua omnia sciens priusq; fiãt),quod futuri essent transgressores,& morte condemnandi:anticipans fecit masculũ & fœminã,& augeri & multiplicari præcepit. hæc Damascen. Quod si quibusdã minutis animalib.id præstitit Deus,ut sibi è folijs natos & suauib.herbis ore legant, si apes melliferæ expertes concubitus,educũt uirgineos fœtus:non potuisset idem præstare primis parẽtib.si perstitissent in suæ naturæ integritate quam primũ acceperũt? Verùm de hac inquisitione,amplior & latior habetur sermo in annotatis decimæ octauæ propositionis 6.li. Ricardi de Trinitate. At uerò postea describẽs author exercitiũ & op9 primi parẽtis ante

prolapsi-

prolapsionem dicit in litera,quod anima cũ angelis diuersabatur in diuinæ operibus intelli gẽtiæ,talibusq́ enutritus. Cuius quidẽ dicti hæc est sententia:qd' homo in paradiso positus,se cundũ animã cõuersabatur cũ angelis,in operibus diuinæ intelligentiæ: q̃ assidua cõtẽplatione meditabatur,& animo perspiciebat. Nẽpe eorũ operũ q̃ à diuina sapientia ꝑ intelligentiam(ut superius secundo huius libri capite dictũ est)condita sunt,iugi speculatione:tanq̃ alimonia spirituali tunc homo nutriebatur,sicut etiã undecimo huius libri.ca.pertractatum est. Et hanc planè sententiã insinuat antiqua traductio,ita hũc locũ explicãs:Spiritualiter aũt cõ ciuis angelorũ,operarius diuinarũ meditationũ,& per eas enutritus. Assignat item subinde rationabilem causam,quare dandũ erat homini præceptũ à Deo,cuius obseruatione, consequeretur æternam fœlicitatem,& stabilitionem in bono. Quia eñ homo liberæ potestatis erat conditus,debuit per boni operis exercitiũ ad immortalitatis stabilitatem peruenire:ne uideretur gratis tantũ assecutus bonũ,atq́ immeritò,& præmiũ sine pugna obtinuisse. Quocirca congruũ fuit,ei præceptũ dari de obedientia in suũ conditorem & Dominũ seruanda,quã doquidẽ primũ iustitiæ munus,quod subiecti superioribus debẽt, est eorum iussis obtemperare. Et tale quidem præceptum erat illi dandũ,quod obseruaret homo, nõ propter utilitatẽ aut cõmoditatem,ex rei præceptæ obseruatione prouenientẽ(quemadmodũ si pomum uetitum ex hypothesi fuisset uenenosum,inductus fuisset ad illud euitandũ potius,ne incideret ex ꝑnicie ueneni in aliquod uitæ discrimen,quã habita ratione aut consideratione reuerẽtię, & honoris ipsius præcipientis)sed quod ut iussum fuerat exequeretur,propter solã præcipiẽtis authoritatem & reuerentiã. Huiusmodi autem fuit præceptum ipsi Adę datũ. Nã bonum & delectabile erat pomum uetitũ,ex cuius manducatione per naturã cibi sumpti non impendebat exitiũ manducãti,ut tota ratio & præcipua abstinẽdi ab illo,esset prõptitudo obediendi et obsequẽdi illi,q idipsum quod de se indifferẽs erat,quin potius alliciebat ad sui sumptionẽ,ꝓhibuerat mãducari. Verũ de hoc,in undecimo capite huius,latior habitus est sermo. Dicit insuper paulò pòst author, hominẽ in principio suæ constitutionis factum mediũ Dei & materiæ:& inter illa duo tanq̃,& meditullio collocatũ. Siquidẽ suprà hominẽ cõstitutus fuit Deus,ut unũ extremũ,per electionẽ ab homine sequendũ. Infra hominẽ uero, materia corporalisq́ delectatio,ut alterũ extremũ,ei itidẽ ꝓpositum,ad quod libertate sua decumbere posset. Homo uerò,per uoluntatis suæ libertatẽ in horum duorũ extremorum medio cõstitutus fuit,ut utrã uellet partẽ sequeretur:an uidelicet Dei per obedientiã,& tunc diuinam demum sortẽ cõsequeretur:an materiæ illecebras per inobediẽtiã obsequẽs corpori, & suæ indulgẽs cupiditati,& tunc materiæ cõditiones in pœnã experiretur. At uerò quia primus parẽs deserto Deo ad materiã declinauit,& sensuum oblectamenta,ꝓpriæq́ uoluntatis expletionem: idcirco imperfectiones materiæ,mutabilitatẽ,carnis in spiritũ rebellionẽ,ꝓcliuitatẽ ad uoluptatũ corporearũ blãdimẽta,rectèq́ operãdi molestiã & difficultatẽ incurrit,expertusq́ est etiã inuitus,eius tyrãni iugũ difficile,cui se sponte submisit. Quod si mandatũ sibi datum obseruasset,post liberationẽ(inq̃t litera)naturalis habitudinis ad entia unitus Deo, suscepisset tandẽ indemutabilẽ in bono firmitatẽ,& habitũ boni ꝓrsus indimobilẽ. Sanè homo in suæ naturæ synceritate integritateq́ cõstitutus,naturalẽ quãdã habuit habitudinẽ ad entia ista corporea,quod illorũ indigeret ministerio ad uitã trãsigendã,ut cibo & potu. Sin autem debitã Deo seruasset obedientiã,fuisset tandẽ liberatus nõ intercedente morte ab ista naturali colligãtia & cõnexiõe ad hæc inferiora. & demũ trãslatus ad æternæ fœlicitatis cõsortiũ:ubi Deo prorsus unitus,nõ sustinuisset indigentiã cibi & potus,nec horũ eguisset sustentaculo. Sicut & post resurrectionẽ sancti nõ utentur(etsi corporei) nutrimento sensibili, sed inebriabũtur ab ubertate domus Dei,& torrẽte uoluptatis eius dotabũtur:eritq́ uita eorũ,spirituali alimonia,uisiõe scilicet diuinitatis,ꝑpetuò duratura,qua sine fastidio satiabuntur in æternũ. Nunc uero qui ꝑ præuaricationẽ,ad materiæ partes & sortẽ homo decubuit,q̃cunq́ suggerit carnalis amor,ꝓpensius amplectitur,auidius ad mundi delicias aspirat,& eos ꝓseq̃tur odio q uoluptaria uitæ huius sibi ꝓuiderint,tanq̃ illud esset ad suorum q̃ proseq̃ studet uoluptariorũ uitæ direptionẽ,& distractionẽ. Enimuero id sibi propriũ habet cupiditas effrenis & immoderata,qd' cum suum ipsius & peculiare,priuatumq́ expetat bonum,ægro animo fert illius boni quicq̃ etiã ab alio possideri,existimans illius participationẽ in plures diffusam, esse ꝓprij boni quoquo modo diminutionẽ,quodq́ plus illius haberet,si solus eo potiretur: nunc uerò tanto se minus obtinere,quanto in plures distractum est & discerptum tale bonum. Itaq́ qui uoluptatem illecebrosam sibi præter rationem comparare studet, eos odio persequitur, qui etiam sibi ĩpsis uoluptatem prouidere laborauerunt:quia persuasum habet,ea ratione eã quam expetit uoluptatem diripi & distrahi, cum in plures distribuitur: & id sibi uoluptatis subtrahi putat, quod alijs uidet impartitum:quemadmodũ tãto minus panis & uini habet quisq́ eorũ quibus fit utriusq́ dispartitio,quanto plures sunt,quibus illa distribuũtur. Perfecta uero charitas,naturã habet prorsus cupiditati contrariã. Nempe cum non quærat q̃ sua sunt,neq́ æmuletur:nõ dolet bona sua in plures esse dispersa,quinimmo idipsum solidè gaudet,& enititur studiosè ad bonorũ suorũ in alios diffusionẽ. Sũt eñ bona illa spiritualia eiuscę cõditionis,qd' quantũcunq́ dispgãtur in alios, manent tamẽ in unoquoq́ integra, & in-

diminuta,& plerunq; ex illorũ in reliquos multiplicatione, maius accipiunt & cumulatius in singulis incrementũ. Neq; mirere oppositas omnino cupiditatis & charitatis has esse,& alias plerasq; conditiones. Nã charitas,ex Deo est:cupiditas aũt,ex materia. Hæc aũt duo,Deus inq; & materia,constituta sunt paulo antè extrema opposita. Verũ hanc literæ particulam iam explicatã,scilicet,Et intrepidè persequens eos odio qui sibiјpsis illa prouiderint ad illorum direptionẽ,clarius explicare uidetur alia traductio hoc modo:Inuitantia quidẽ à diuortio earũ (scilicet uoluptatũ) facilè cõtempsit. Neq; sibi ipsi solum primus parens inflixit per diuini præcepti transgressionem,huiusmodi pronitatem ad materiã, uerumetiã desideriũ ad eam,ex salutis nostræ inimico transtulit(ut habet hic litera)ad genus suum,suos posteros,suosq; cõtribules. Namq; si pater aliquo laborat incurabili morbo,frequenter usuuenit & filiũ eodẽ afflictari genere morbi,transfuso hæreditaria quadã successione & cõtagio in prolem. Haud aliter primus humani generis parens,sua transgressione prolapsus in desideriũ ad materiã carnalesq; affectus,huiusmodi pronitatẽ ad corpus, carnaliaq; desideria traduxit,transtulitq; in totã sui generis posteritatẽ. Proinde in omnib.(ut scriptura testatur)sensus & cogitatio hominis ab adolescentia sunt prona ad malum. Sentiuntq; omnes aliã legẽ in membris repugnantem legi mentis,& carnẽ cõcupiscentẽ aduersus spiritũ: quia radix amara, fructum quoq; profert amaricatũ,& fons salsuginosus,sale respersos effundit riuos. Atqui huiusmodi desiderium ad materiã cõsequitur præuaricationem primi parentis:quæ quidẽ,dæmone per serpentẽ instillante suum uirus,eodemq; suadẽte & authore,est perpetrata: quare liquidò cõstat huiusmodi propensionem & procliuitatem ad corporeas uoluptates, ex inimico nostræ salutis primariã traxisse originem. Non enim à Deo infusa est homini,cũ ipse duntaxat honorum sit author:& à fonte dulci, ꝓfluere non possit aqua amara, neq; à bona radice fructus amaricatus, Insuper iubet ipse Deus. hanc inclinationẽ ad concupiscentias frenari, coerceri & cõpesci. Subter te(inquit)erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius. Et qui odit animã suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Quo igitur pacto ipsam indidisset homini,& inspirasset,quam tantopere damnauit,monuitq; cohibendam?

IOANNIS DAMASCENI DE ORTHODOXA FIDE LIBER TERTIVS.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΟἸΚΟΝΟμίας, καὶ περὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς κηδεμονίας, καὶ τῆς ἡμῶν σωτηρίας. μα.

Ταύτῃ τοίνυν τῇ προσβολῇ τοῦ ἀρχεκάκου δαίμονος δελεασθέντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν τοῦ δημιουργοῦ ἐντολὴν μὴ φυλάξαντα, καὶ γυμνωθέντα τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρὸς θεὸν παῤῥησίαν ἀπεκδυσάμενον, καὶ σκεπασθέντα τῇ τοῦ μοχθηροῦ βίου τραχύτητι, (τοῦτο γὰρ τὰ φύλλα τῆς συκῆς) καὶ περιβληθέντα τὴν νέκρωσιν ἤτοι τὴν θνητότητα καὶ παχύτητα τῆς σαρκὸς, (τοῦτο γὰρ ἡ τῶν νεκρῶν δερμάτων ἀμφίασις) καὶ τοῦ παραδείσου κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίαν γεγονότα ἐξόριστον, καὶ θανάτῳ κατάκριτον, καὶ φθορᾷ ὑποχείριον, οὐ παρεῖδεν ὁ συμπαθὴς ὁ τὸ εἶναι δοὺς καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρισάμενος· ἀλλὰ πολλοῖς πρότερον παιδαγωγήσας, καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν καλέσας στόνῳ καὶ τρόμῳ, ὕδατος κατακλυσμῷ, καὶ παντὸς τοῦ γένους μικροῦ δεῖν πανωλεθρίᾳ, συγχύσει καὶ διαιρέσει τῶν γλωσσῶν, ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ, πόλεων ἐμπρησμῷ, τυπικαῖς θεοφανείαις, πολέμοις, νίκαις, ἥτταις, σημείοις καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, νόμῳ

DE DIVINA DISPENSATIONE, cura ad nos, & nostra salute. Cap. I.

Hac igitur percussiõe principis malorum dæmonis deceptum hominem, & conditoris sui præceptum non obseruantem, & nudatum gratia, & fiducia ad Deum destitutum, & indutum asperitate, flagitiosæ uitæ (hoc enim folia ficus) & circundatum mortalitate, crassitieq; carnis (hoc sanè demortuarum pellium circundatio) & à paradiso, iusto Dei iudicio extorrem factum, & morte cõdemnatum, & corruptioni subditum, non despexit miserator Deus, qui esse dedit, & bene esse largitus est. Sed multis prius ut pædagogus instruxit, & ad conuersionem uocauit suspirio, tremore, diluuio, quæ & totius generis paulo minus uniuersa deletione, cõfusione & diuisione linguarum angelorũ præsidentia, ciuitatum incẽdio, diuinis in uarijs formis apparitionib. prælijs, uictorijs, trophæis, signis, prodigijs, & uarijs uirtutib. lege & propheti-

προφήταις, δι' ὧν τὸ προσδιδαζόμενον ἦν, ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσις, πολυχεδῶς χυθείσης, καὶ καταδουλωσαμένης τὸν ἄνθρωπον, καὶ πᾶν εἶδος κακίας ἐπισωρευσάσης τῷ βίῳ, καὶ ἡ πρὸς τὸ εὖ εἶναι τοῦ ἀνθρώπου ἐπάνοδος. ἐπειδὴ δὲ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, ὥσπερ τι θηρίον ἄγριον καὶ ἀνήμερον, τὸν ἀνθρώπινον λυμαινόμενος βίον. ἔδει δὲ τὸν λυτροῦσθαι μέλλοντα ἀναμάρτητον εἶναι, καὶ μὴ τῷ θανάτῳ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὑπεύθυνον. ἔτι δὲ νευρωθῆναι, καὶ ἀνακαινισθῆναι τὴν φύσιν, καὶ ἔργῳ παιδαγωγηθῆναι, καὶ διδαχθῆναι ἀρετῆς ὁδὸν, τῆς μὲν φθορᾶς ἀπάγουσαν, πρὸς δὲ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον ποδηγοῦσαν. τέλος, τὸ μέγα περὶ αὐτὸν, τῆς φιλανθρωπίας ἐνδείκνυται πέλαγος. αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργός τε, καὶ κύριος, τὴν ὑπὲρ τοῦ οἰκείου πλάσματος ἀναδέχεται πάλην, καὶ ἔργῳ διδάσκαλος γίνεται. καὶ ἐπειδὴ θεότητος ἐλπίδι ὁ ἐχθρὸς δελεάζει τὸν ἄνθρωπον, σαρκὸς προβλήματι δελεάζεται, καὶ δείκνυται ἅμα τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ σοφὸν, τὸ δίκαιόν τε, καὶ τὸ δυνατὸν τοῦ θεοῦ. τὸ μὲν ἀγαθὸν, ὅτι οὐ παρεῖδε τοῦ οἰκείου πλάσματος τὴν ἀσθένειαν, ἀλλ' ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῷ πεσόντι, καὶ χεῖρα ὤρεξε. τὸ δίκαιον, ὅτι ἀνθρώπου ἡττηθέντος, οὐχ' ἕτερον ποιεῖ νικῆσαι τὸν τύραννον, οὐδὲ βίᾳ ἐξαρπάζει τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὃν πάλαι διὰ τῆς ἁμαρτίας κατεδουλοῦτο ὁ θάνατος, τοῦτον ὁ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, νικητὴν πάλιν πεποίηκε, καὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνεσώσατο· ὅπερ ἄπορον ἦν. τὸ δὲ σοφὸν, ὅτι εὗρε τοῦ ἀπόρου λύσιν εὐπρεπεστάτην. εὐδοκίᾳ γὰρ τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ θεὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὁ προαιώνιος, ὁ ἄναρχος, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, καὶ πρὸς τὸν θεὸν καὶ πατέρα ὢν, καὶ θεὸς ὤν, ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, κλίνας οὐρανοὺς κατέρχεται, τουτέστι τὸ ἀταπείνωτον αὐτοῦ ὕψος ἀταπεινώτως ταπεινώσας, συγκατάβασιν ἄφραστόν τε καὶ ἀκατάληπτον (τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ κατάβασις) καὶ θεὸς ὢν τέλειος, ἄνθρωπος τέλειος γίνεται. καὶ ἐκτελεῖται τὸ πάντων καινῶν καινότατον, τὸ μόνον καινὸν ὑπὸ τὸν ἥλιον, δι' οὗ ἡ ἄπειρος τοῦ θεοῦ ἐμφανίζεται δύναμις. τί γὰρ μεῖζον τοῦ

prophetis. Per quę quod docebatur, erat peccati destructio, late effusi, & in seruitutem adigentis hominem, & omnem prauitatis speciem accumulantis in uita: & ad bene esse, hominis reuersio. Quoniam per peccatū, mors intrauit in mundum, tāquam fera quædam agrestis & immanis, humanam depopulans uitam. Verùm eum qui redempturus erat, oportebat prorsus esse peccantiæ immunem, & per peccatum nō esse morti obnoxiū. Oportebat etiam & solidari & innouari naturam, & opere, ut præsente præceptore formari, & edoceri uirtutis uiam à corruptione abducentem, & ad uitam introducentem æternam. Et finis circa ipsum, magnum patefacit clementiæ pelagus. Nam ipse opifex, conditor & Dominus, pro suo plasmate plasmationem suscepit, opere præceptor effectus est. Et quia spe diuinitatis, inimicus seduxerat hominem, carnis prętextu decipitur. Et demonstratur simul, & bonitas, & sapientia, & iustitia, & potentia Dei. Bonitas quidem, quoniam nō despexit proprij plasmatis, facturæq́; propriæ infirmitatem, sed miseratus ipsam cadentem, ei manum porrexit. Iustitia: quia homine uicto, nō alio quàm homine, fecit uinci tyrannum. Neque uiolentia, à morte diripuit hominem, sed quem olim per peccatū in seruitutem redegerat mors, hunc bonus & iustus, rursus effecit uictorem, & simile simili reparauit, quod opus erat. Sapiētia: quia rei admodum dubiæ ac difficilis inuenit solutionem, quàm decentissimam. Nam bona uoluntate patris, unigenitus filius, & uerbum Dei & Deus, qui est in sinu Dei & Patris, consubstantialis patri & spiritui sancto, ante sæcula, sine principio, qui in principio est, & apud Deum & patrem est, & Deus est, in forma Dei existens, inclinauit cœlos, & descendit: hoc est, inhumiliabilem eius altitudinem, inhumiliatè humiliauit, & descendit cum seruis suis, descensu ineffabili & incompræhēsibili: hoc enim ostendit descensio, & perfectus Deus existens, homo perfectus fit. Et hoc impletur opus, quod omnium nouorum maximè nouum est, & quod solum nouum sub sole: per quod infinita Dei apparuit uirtus, quid enim maius, quā

γενέσθαι τὸν θεὸν ἄνθρωπον; καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἀτρέπτως ἐγένετο, ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου. καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων χρηματίζει, ὁ μόνος φιλάνθρωπος, οὐκ ἐκ θελήματος, ἢ ἐπιθυμίας, ἢ συναφείας ἀνδρὸς, ἢ γεννήσεως ἐνηδόνου, ἐν τῇ ἀχράντῳ μήτρᾳ τῆς παρθένου συλληφθεὶς, ἀλλ' ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς πρώτης τοῦ Ἀδὰμ γενέσεως. καὶ γίνεται ὑπήκοος τῷ πατρὶ, τῷ καθ' ἡμᾶς καὶ ἐξ ἡμῶν προσλήμματι τὴν ἡμετέραν παρακοὴν ἰώμενος, καὶ ὑπογραμμὸς ἡμῖν ὑπακοῆς γενόμενος, ἧς ἐκτὸς οὐκ ἔστι σωτηρίας τυχεῖν.

Deum fieri hominem? Et uerbum caro sine mutatione factum est ex spiritu sancto, & Maria, sancta semper uirgine & deipara: & mediator Dei & hominũ iudex constitutus, solus misericors & amator hominum Deus, non ex uoluntate, aut concupiscentia, aut contactu uiri, aut generatiõe uoluptuaria, in illibato utero uirginis cõceptus, sed ex spiritu sancto, & prima Adę creatione. Et factus est obediens patri, ea quæ secundũ nos & ex nobis assumptione nostram inobedientiam sanans, & exemplar nobis obedientiæ factus, sine qua possibile non est assequi salutem.

COMMENTARIVS.

IN superioris libri calce declaratus est multiplex morbus humani generis, quẽ incidit ex seductione dæmonis & præuaricatione primorũ parentũ. Hic uerò liber salutarem exprimit medicinã, exhibitam à Deo tã pernicioso & latè serpenti morbo, per incarnationis mysterium passionis Christi acerbitatem. Sed antequam proponat antidotũ à cœlo nobis oblatum, patefacit author grauia incommoda, humani generis lapsum consequentia, potissimũ seruitutem peccati, & mortalitatem, moriendiq; necessitatem. Quorũ prius (inquit) designatũ est per folia ficus: posterius uero, per demortuarum pelliũ circundationem, ut literæ sentẽtia sit. Folia ficus quæ cõsuerunt sibi Adã & Eua, cum post transgressionem cognouissent se esse nudos, & fecissent sibi perizomata, ut tertium Geneseos caput meminit, significabãt hominem per lapsum inobedientiam, esse indutum asperitate flagitiosæ uitæ, & subditũ iugo peccati. Et demortuarum pelliũ circũdatio primis parentibus facta, cũ fecit Deus Adæ & uxori eius expellendis à paradiso terrestri tunicas pelliceas, & induit eos: designauit hominem mortalitate indutũ, & mole carnis ꝓnensæ ad malũ, tardæ & infirmæ ad bonũ, rebellãtisq; spiritui, cũ prius quidẽ carnis haberet substantiã, sed alacriter spiritui obsequentis, & promptè obediẽtis. Porro hæc magna miseratio dei, qua non despexit hominem tantis circundatũ malis, & non ualentem propria uirtute se ab illis eximere: parabolico sermone & uelamento nobis insinuatur in euangelio, per hominem illũ qui de Hierusalem descendit in Hiericho, & incidit in latrones. Sanè is homo secundum mysticam & latentem sententiã erat primus parens, qui de integritate & perfectione suæ conditionis (quæ erat ut Dei uisio) decidit in mutabilem, instabilitatem, & imperfectionem per peccatũ. Hiericho enim, luna interpretatur: & Hierusalẽ uisio pacis. Incidítq; in latrones qui eum despoliauerũt, & plagis impositis, abierunt semiuiuo relicto, quia in dæmonis incidit potestatem, qui nudauit eũ gratia & ueste immortalitatis uulnerauit insuper animã eius ignorãtia, pronitate ad malũ, affectuq; mundi, & semiuiuũ reliquit, qđ agnitionẽ Dei & pœnitudinis locũ illi nõ penitus abstulit. Hunc sacerdos & leuita sauciũ, & miseris affectũ modis uidentes, præterierũt: quia nec ueteris legis ritus, sacrificia, & sacerdotiũ, neq; Moses, Aaron, aut quispiã patriacharũ, prophetarũ, uel antiquorũ patrũ, potuit uulnerato homini efficaciter mederi. Samaritanus uerò illac trãsiens, & misericordia motus, impendit illi subsidiũ, alligauit uulnera eius, infundens uinũ & oleũ: quia Dominus noster Iesus Christus hominũ custos (Samaritanus enim custos interpretatur) per dispẽsationem carnis in hunc modũ ueniens, salutiferã nostris uulneribus attulit medicinã, sacramentorum efficacem gratiã contulit, misericordiæ dulcedinem nobis infudit, ac intra stabulũ, id est sinum & septa ecclesiæ reductos, ad integram sanitatem reuocauit. Sed obijciet quispiã, non esse differendã medicinam, ut graui adhibeatur & letifero morbo: quin potius accelerãdam, ne ex dilatione ægrotus incurrat grauius discrimẽ, & mortis periculũ. Cum igitur adeò noxius fuerit morbus ille, quo totũ laborauit genus humanũ, ut extremã illi perniciem & exitiũ inferret, non fuit differenda medicina spiritualis, sed paulo pòst lapsum mittendus Dei filius, qui per carnis assumptionẽ perditũ hominem redimeret. Sed respondendũ est, nunq; medicinã magni ponderis & momenti cuiquã adhiberi ægroto, nisi ante fuerit præparatus & dispositus per purgatorias potiones, aut noxiorũ humorũ expulsiuas, ad illius postremæ & omniũ præcipuæ medelæ sumptionẽ. Alioqui efficax nõ esset, neq; operatoria illa medicina, quæ daretur, crudis adhuc humorib. & indigestis totũ corpus occupantib. Ita sanè si protinus post lapsum fuisset exhibitũ mundo diuinæ incarnationis mysteriũ, nemo illud propter sublimitatẽ & altitudinẽ rei capere potuisset, qđ non fuissent prædispositi hominũ animi ad illius cõpræhẽsionẽ. ꝓinde Deus, nostræ infirmitatis nõ ignarus, uoluit pri9 per ꝓphetarũ oracula

uelamenta

uelamenta figurarũ,& promissiones cœlitus factas,præparari mentes humanas ad expectationē tanti beneficij,& demũ dispositis hominib. & longe antè præmonitis hoc tantum munus cœlo demittere ab alto,ne repentina illa luce effulgēte desuper,obtunderentur oculi nostri:& immensitate claritatis diuinæ,eorũ acies perstringerentur. Proinde & in legis naturæ decursu Mosaicæ,uaria dedit cōtra humanũ morbũ remedia, nunc sacrificia & expiationes, nunc circũcisionē,&cætera id genus spiritualia medicamēta,quibus homines interim à morbi cōtracti molestia liberarentur,si modò nō recusarent huiusmodi antidota recipere.Nullo enim tēpore post lapsum destituit Deus hominē necessarijs ad salutē remedijs: sed diuersis tēporibus diuersa cōstituit, ꝓ suæ immēsæ sapientiæ ratione. Idcirco scitè dicit Damascenus in litera qđ Deus multis prius, ut pædagogus,instruxit hominē.Siquidē pædagogus, puerique ductor seueritate disciplinæ coercet illũ à uicijs, ad bonumq́ꝫ inflectit: eundē etiã terrore ac minis potius absterret ab inhonesto,ꝙ suauitate adhortationis.Sic Deus per totũ ueteris testamenti decursum,nunc horrenda punitione malorũ, nunc legis Mosaicæ in clãgore strepituq́ꝫ tubarũ datæ,durissimo iugo genus humanũ à uicijs deterruit,ad uirtutemq́ꝫ induxit. Cũ aũt uenit plenitudo tēporis,& misit Deus filiũ suũ in mũdũ,tunc dulcedine paterni amoris & lenitate legis euangelicæ,ad bonũ allecti sunt & prouocati homines. Idipsum & Paulus insinuat tertio ad Galatas ca.dicens:Itaqꝫ lex, pędagogus noster fuit in Christo,ut ex fide iustificemur:at ubi uenit fides,iã nō sumus sub pædagogo.Omnes ẽm filij Dei estis per fidē, quæ est in Christo Iesu.Quod aũt oportuerit eum, qui genus humanũ erat redēpturus,esse prorsus peccantiæ immunē,sicut attestatur hic litera:hinc liquidò cōstat,quoniã dignè satisfacere ꝓ peccato non potest,qui id in se habet malũ,ꝓ quo diluēdo satisfactionē parat. Qui enim fiet ut is Deũ ritè placauerit,qui eius est hostis & signa gerit inimicitiarũ cum Deo?Peccatũ aũt maximè Deo est inuisum. Adhæc, qui reũ criminis seruũ Domino suo iure infenso uult reconciliare,non debet illius mali in se speciē gerere,quo ille Dominus superior & maioris authoritatis grauiter est læsus, ne & illi meritò obirascatur, & repudiet eius preces. Cũ ẽm qui displicet(ut ait beatus Gregorius)ad intercedendũ mittitur,irati animus ad deteriora ꝓuocatur. Atqui redēptor humani generis recōciliaturus erat hominē Deo,prius admodũ ob peccatũ offenso. Vt igitur grata foret & idonea reconciliatio, debuit ipse recōciliator expers esse peccati,& nequaꝗ per peccatũ esse subiectus morti,necessitatisq́ꝫ moriendi.Et talis ꝓfectò erat Dominus noster,in quē mors (quæ per peccatũ intrauit in mundũ) nullũ habuit dominiũ,ius & authoritatē,sed spontè seipsum morti tradidit, ut nos spiritu mortuos uiuificaret,pertulitq́ꝫ mortē indebitam ꝓ sua benignitate,ut nos à debita morte,cũ corporis (ne esset perpetua) tũ animæ liberaret. Proinde finis(ut habet litera)id est,exitus ipsius rei ꝓpositæ,quo in nouissimis diebus terminata est uetustas tēporũ antiquorũ,circa ipsum hominem,magnum patefacit clementiæ diuinę pelagus.In eo siquidē fine & termino,Deus humanã assumpsit carnem ad redemptionē nostrã:ostenditq́ꝫ circa ipsum hominem,suæ misericordiæ incōprehensibilem magnitudinem,quando ipse rerum omnium creator & gubernator, ꝓ reparando homine suscepit nostrã substantiã,& factus est præceptor noster, nō modò uerbo,sed & opere.Cœpit enim Iesus facere & docere, cũ uitã duxit in terris, eximia uirtutum omnium exempla eminentissimè cōplectentem.Per eundem, inutile uas & confractũ humanæ massæ,solidatũ est & innouatũ,redintegrata natura nostra & reparata.Ignis per eũ in terrã missus & succensus, quo excoctũ est in nobis quicquid prius erat terrenũ & imbecille, & cœlestis uirtus animis nostris indita.Cæterum hãc literæ portiunculã iam declaratã,uidelicet & finis circa ipsum magnũ patefacit clemētiæ pelagus:alia translatio,clarius,nescio si ad græcũ exemplar adeò cōformiter,sic exprimit: Et breuiter magna benignitatis abyssus nota sit. Et quoniã hostis noster antiquus ꝓmissione uana & pollicitatione excellentissimæ, eminentissimæq́ꝫ rei,scilicet diuinitatis,facta parentib.nostris,eos decepit,ut humilitas superbiã retũderet,&opposito ad morbũ modo induceretur nobis salus,utq́ꝫ fallax hostis(quēadmodum par erat)inopinato caperetur laqueo ꝑ infimũ & abiectissimũ in homine,scilicet carnē,eiusq́ꝫ prætextũ deceptus est.Nēpe sacratissima Christi caro diuinitatē in ea latitantē obuelans,fuit ut esca occultãs hamum. Quã quidem escã piscis uolens deglutire,ab hamo clanculũ latente captus detinetur.Sic satanas immaculatã Christi carnē ad mortem sua suggestiōe deduxit, sperans & eo se gauisurum spolio. Verũ à diuinitate in ea delitescente prostratus est,& collectã anteacto tempore prædã humani generis merito amisit, Sic leuiathã(ut ait Iob ca.40.)hamo captus est,& armilla diuinitatis perforata eius maxilla,uomuit omnes quos ante insatiabili ingluuie tanꝗ suos absorbuerat. Porrò in hoc opere redēptionis humanæ Deus suæ sapientiæ magnitudinē eo ipso demonstrauit,quia rei admodũ dubiæ & difficilis (ut inquit litera)inuenit solutionē ꝙ decentissimã. Sanè res admodũ dubia & difficilis fuit,quisnã esset redempturus genus humanum.Non ẽm id potuit præstare nudus homo, & qui solã haberet humanã naturã,tametsi deberet:quia erat peccato obnoxius, & debitor Deo pro suo peculiari & ꝓprio peccato:quare minimè idoneus habitus est ad satisfaciendũ Deo pro peccatis aliorum,cum & ipse in se haberet,quod diuinæ maiestati displiceret, neqꝫ minus indigeret reconciliari quàm cæteri. Omnes enim peccauerunt(ut ait beatus Paulus)& egent gloria Dei.

Neq; id redemptionis humanæ munus debuit præstare Deus, etsi posset: nã is nõ offenderat.
Consentaneũ autem est æquitati, eũ qui offenderit satisfacere offenso, & eundem emẽdare in
iuriam qui intulit: non quidem secundũ indiuiduũ & singulare suppositũ, sed naturæ cõmu
nionem & affinitatem. Huiusce aũt dubiæ rei inuenta est quàm decentissima solutio, quod
secundum diuinæ sapientiæ ordinationem, redempturus humanum genus esset Deus & ho
mo, peccati prorsus immunis. Quia enim Deus satisfacere potuit, ut qui sit omnipotẽs & im
mensus: & quatenus homo, debuit satisfacere. Et hac uia huiusmodi cõtrouersiã nodũ & scru
pulũ diremit diuina sapiẽtia. Si aũt insistas, angelũ fuisse potius mittendũ, ut expleret huma
næ redemptionis officium, protinus tibi obuiat diuinæ sapientiæ ratio, quæ rectissimè dispo
nit omnia, exigitq; ut satisfaciat is qui debet illã præstare satisfactionẽ & possit. Neutrũ aũt il
lorũ congruit angelico spiritui. Non enim debuit pro homine satisfacere, quia non habet na
turæ consortiũ cũ eo qui peccauerat: neq; ex parentũ nostrorũ transgressione, traductũ est in
angelos peccatũ, aut obligatio ad pœnã. Neq; itidem potuit huiusmodi satisfactionẽ condi
gnã Deo exhibere, quia nõ maiorem habet angelus in se dignitatem q̃ tota humana natura,
quæ auersa à Deo debuit reduci per aliquid illi præponderãs, dignius, & natura perfectius,
q̃ sit tota generis humani propago. Condigna enim satisfactio exigit, ut æquũ aut amplius
reddatur ei qui læsus est, quàm fuerit idipsum qđ in irrogatione iniuriæ fuerat ablatũ. Quo-
circa si etiã animo cõcipias, angelicũ spiritũ assumere posse naturã humanam in unitatẽ per-
sonæ (quamuis id secundũ diuinę sanctionis leges fieri non ualeat unq̃) is etsi fortè deberet
satisfacere pro hominibus, à quibus secundum carnẽ duxisset originẽ, nõ tamen id dignè præ
stare posset, quod non tantundẽ Deo reddere ualeret in satisfactionem, quantũ est ablatũ ei
ab homine. Nam cum culpa primorũ parentum quoquo pacto rationẽ habeat infinitatis,
attendendo conditionẽ eius qui offensus est, sola infinitæ dignitatis persona, utpote diuina,
potuit Deo repẽdere dignũ satisfactionis obsequium. Quod si iterũ obiectes, Christũ ut ho-
minem omnino fuisse peccantiæ immunẽ: nã (ut ait ꝓpheta) peccatũ nõ fecit, neq; inuẽtus est
dolus in ore eius: & proinde eũ non debuisse satisfacere ꝓ homine, cuius præuaricatione reus
nõ astringebatur. Fatemur ingenuè, Dominũ nostrũ Iesum Christũ ꝓ seipso nihil satisfactio
nis debuisse, ut in quo nulla fuerit contra Deũ offensio: uerùm quia naturæ nostræ cõmuni
cationẽ suscepit, & ex corrupta uiciataq; Adæ massa, sine tamen corruptione & uicio, carnem
sumpsit, ratione huius affinitatis cognationisq; cũ hominib. conspirationisq; in origine car-
nis cum eis, congruũ fuit, ut quia caro & frater noster est, etiã redemptionẽ nostrã & salutẽ o-
peraretur, fieretq; nobis iustitia, sanctificatio, & redẽptio. Idcirco prius dictum putetur, Chri
stũ ut hominẽ debuisse ꝓ nobis satisfacere, nõ quidẽ debito obligationis necessariæ, aut astri
ctionis, (non enim ex operib. iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdũ magnã misericordiã suã sal
uos nos fecit. Et Deus qui diues est in misericordia, ꝓpter nimiã charitatẽ suã qua dilexit nos
cũ essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati: ut scribit Apo-
stolus ad Ephesios 2. ca.) sed debito cõgruitatis & decẽtiæ: quia decentissimũ erat, perditũ ho-
minẽ reparari per hominẽ, & naturæ restaurationẽ fieri per similẽ ei, à quo fuerat inducta ipsi
us ruina & lapsus. Si deniq; quærere pergas, quare potius Deus humanã q̃ angelicã assum-
psit naturã? cũ & in hac præcesserat grauis ruina, quæ per huiusmodi assumptionẽ fuisset re-
paranda. Id sanè diuinæ dignationis est, qđ nusq; angelos apprehẽdit, sed semẽ Abrahæ ap-
prehendit: quæ tamẽ miseratio in homines, nõ est à ratione cõgruentiæ & maioris decentiæ
aliena. quia scilicet homo ea magis indigebat q̃ angelus, utriusq; naturam attendendo: tum
quia minus indignus erat: tum deniq; quia magis ei ꝓdesse poterat qđ filius Dei naturã suã
assumeret, magis quidẽ indigebat homo q̃ angelus, quia totus lapsus erat: minus indignus
erat, quia per aliũ corruerat. Deniq; plus ei proderat, quia adhuc in malo obstinatus nõ erat.
Huic accedit, qđ assumptio naturæ humanæ amplius spectat ad totius uniuersi perfectionẽ,
q̃ angelicæ: Quia eñ homo cõpositus est ex natura corporali & spirituali, & quodã modo cõ
municat & conuenit cũ omni creatura, ut superius dictum est: idcirco cum humana natura as
sumitur & deificatur, quodã modo omnis natura creata, in ea exaltatur & euehitur, dum in
suo simili deitati unitur. Postremũ congruũ fuit & decens, potius humanã quàm angelicam
assumi à Deo naturã, propter diuinorum operũ excellentem cõsummationem, quæ quidẽ fa
cta est in humani generis assumptione, cũ ultimũ cõiunctũ est primo. Ibi enim est perfecta cõ
summatio: sicut apertè liquet in circulo, qui est perfectissima figurarũ, & ad idẽ punctũ regre
ditur à quo incepit. Deus aũt creaturarum omnium principium est, & causa effectrix: homo
uero, finis & ultimũ totius uniuersi, qđ postremus omniũ conditus sit. At uerò in angelicæ
naturæ à Deo assumptione, non ita eluceret totius naturæ uniuersi exaltatio & super honora
tio: quod angelus nõ habeat hoc pacto cũ omni alia natura cõmercium & conspirationẽ. Ne
etiã ita fieret diuinorũ operũ cõsummatio per cõiunctionẽ principij ad finẽ, quia angelus mi
nimè finis est & ultimũ eorũ quæ à Deo condita sunt. Quod si non usqueadeò decuit angeli
cã naturam assumi à miseratrice Dei bonitate, multo minus congruũ fuit inferiorem aliqua
homine naturã, ut brutã, aut uegetatricem, aut inanimam, assumi à Deo, quandoquidẽ ange-
lus ob intellectus & uoluntatis, spiritualisq; naturæ dotes conformior est Deo, q̃ sint natu-

rationa

rationis aut uitæ expertes,& natus effici per gratiā deiformis. Quæ em̄ utilitas foret rebus illis solum corporalibus,si à Deo assumerentur?cum neq; in ipsis peccatū esse possit, qđ sit expiandū:neq; ratio,uoluntas,aut alia quæuis potentia,per quā ualeāt aut cognitione aut amore eleuari ad deiformitatē & diuinā quandam conformitatem,quare superuacanea & nullius omnino fructus poneretur huiusmodi assumptio. Nihil autē sine usu aut ociosum, in diuinę sapientiæ operibus prodire potest. Adhæc,ex huiusmodi unione naturæ corporalis solū,cū Deo nō consurgeret superexaltatio ipsius uniuersi, q̄dāmodo glorificati in suo simili p̄ illū nexum,cū creatura omnino corporalis non sit uinculū omnis creaturæ. Postremū neq; diuinorū operū consummatio eluceret in huiusmodi unione diuinitatis cū natura ꝓrsus corporali,cum hæc nō sit ultimum & extremum inter opera diuina. Et reuera talis unio qua asinus (absit irreuerentia dicto)fieret Deus uel aliquod aliud brutū,potius dedeceret diuinā potentiam & sapientiam,quā cōmendaret. Illa uerò coniunctio & connexio,qua homo fit Deus,in nullo præiudicat nec potētiæ,nec sapientiæ, nec bonitati diuinæ, cū homo natus sit effici deiformis. Quocirca cū de hac ineffabili & superimmensa diuinę incarnationis dignatione habetur sermo,ad cognoscendā & colendā ueritatem, sit ille sobrius,modestus,& eruditionem sapiens,non absurdus,temerarius,impius & præceps. Non proponātur futiles, & ueræ religioni dissonæ hypotheses,neq; admittātur,q̄bus plerīq; petūt Deū aut lapidis assumere naturā, aut bruti:alij admitti sibi postulant,qđ assumat Deus naturā peccato aut ignorantiæ obnoxiā,& similia id genus,contra diuinæ ordinationis leges,& omnem religionis pietatē. Planè hic sermo ut cancer serpit,sonat irreligiosæ mentis impietatē,& pias offendit aures,quę castis assuetæ uerbis horrescūt audientes huiusmodi stultas & sine disciplina quæstiones,quas beatissimus Paulus deuitādas monet,quia generāt lites. Si em̄ de omni uerbo ocioso sumus reddituri rationē corā districto tribunali iudicis,quāto magis de uerbo irreligioso & impio,qđ blasphemiæ proximum est. Nunquā sanè de Deo & diuinis operibus nisi cū ueneratione & reuerentia loquendū est,& potissimum de hoc admirandæ diuinæ dispensationis mysterio, quod omnem transcendit humanæ pariter & angelicæ mentis captū, qđ nulla potest lingua satis explicare,nulla mens cōprehendere. Ex supradictis exploratum euasit,quam naturam congruū fuerit à Deo assumi,ad cōplendum redemptionis humanæ mysteriū. Sed superest dissoluenda inquisitio,cur potius unigenitus Dei filius(ut ait litera)humanā sibi carnem uniuit,quàm aliarū hypostaseon quæuis,ut aut pater aut spiritus sanctus? Adhibenda est responsio,neq; id quidem præter diuinæ sapientiæ rationem factū,sed maximè fuisse decens & congruum,ut qui filius Dei erat ab æterno,à patre scilicet ante secula genitus,etiā filius hominis esset in seculo,ex substantia matris in tempore natus. Et hoc pacto per incarnationē nō mutaretur denominatio,aut noua induceretur appellatio cuiusuis personæ diuinæ:qđ sanè cū nominum cōfusione accidisset,si aut pater aut spiritus sanctus,propter dispensationē carnis,filij nomen sibi uendicasset. Hoc certè cōprobat Augustinus,dicens:Non pater carnē assumpsit, neque spiritus sanctus,sed filius tantū,ut qui erat in diuinitate Dei filius,ipse fieret in homine hominis filius:ne filij nomen ad alterum transiret,qui nō esset æterna natiuitate filius. Rursum qui filius Dei uerbum est patris,sic ab ipso prodit & proficiscitur,ut pater se manifestet, & explicet per ipsum,sicut mens se exprimit per suum uerbū. Quemadmodū igitur ad intentionis manifestationem,uerbū intelligibile & intimū menti,copulatur uoci sensibili & annectitur:sic ad diuinitatis,mentisq; paternæ reuelationem,uerbū patris congruū fuit uniri carni. hinc filius se in hūc mundū uenisse crebro contestatus est,ut nomen patris manifestaret hominibus,& eius uoluntatē atq; mandatum mundo annunciaret. Ad hæc,beneficium incarnationis ad hoc ordinatū est à Deo, & indultū hominibus,ut simus filij Dei. At posterius debet reduci ad perfectionem,per id quod est prius eodē genere. Congruū itaq; fuit ut filij Dei efficeremur per eū,qui est filius Dei naturalis. Id ipsum cōprobat beatus Augustinus, dicēs: Vt homo ex Deo nasceretur,primo ex ipso natus est Deus. Oportuit em̄ ut p̄ eū efficeremur filij adoptiui,qui est filius Dei naturalis. Insuper congruentissimum fuit, mediastinum inter creaturas locum sortitum, per mediā in supersancta trinitate personam reparari, ut decēter medio medium responderet. Ast homo in meditullio creaturarū est collocatus,spiritualē supra se,& corporalem infra se creaturā constitutā sortitus,ut in libro præcedente,capite secundo,item & duodecimo dictū est,inter quas duas ut utriusq; mediū interiectus est. Ergo par fuit & æquum,per mediā trinitatis personam ipsum reparari. Præterea, quid decentius quā per eum reparari naturā lapsam,per quē fuerat condita?nonne consentaneū est rationi, p̄ eundē reparationem fieri,& primā formationē? At per filium Dei fuerat homo cōditus,quia omnia p̄ ipsum facta sunt. Igitur p̄ eundē fuit reparandus,& pristinæ restituendus dignitati, abiectaq; peccati corruptela redintegrādus. Deniq; ex annotatis duodecimæ ꝓpositionis 6.li. Ricardi de Trinitate,hæc etiā patescūt. Porrò in hac suscipiēda dispēsatione carnis, unigenitus Dei filius inhumiliabilē suā altitudinē inhumiliatē(ut inq̄t litera)humiliauit. Siqdē altitudo diuinitatis,secundū substantiā & maiestatē suā inhumiliabilis est,quia summa & superimmēsa,neq; aliq̄ pacto diminui,extenuari,aut exinaniri in se & secundū se potest,sicut nec exaltari.

Secundum cõmertium autem & annexionem ad alterũ humiliata dicitur ipſa deitatis ſubli-mitas, quia coniuncta eſt & unita humanæ ſubſtantiæ, plurimo interuallo & improportio-nali graduũ interſtitio ab ea diſtãti,& lõgè inferiore loco cõſtitutæ. Perinde atq; ſi imperato-riã gerens dignitatẽ.uxorẽ ducat filiã plebei cuiuſpiã & infimæ ſortis,nõ propterea maieſta-tis imperatoriæ quicquam deperdit illã,tamen ſubmittit ad ducendam conſortẽ thori, hu-mili & obſcuro loco natam,eamq; dignitatẽ ſuã inhumiliatè humiliat,& ſupremè ſemper cõ-ſtitutam inclinat.Neq; quicq̃ indignitatis aut imperfectionis ille cõtrahit ex huiuſmodi con-nubio,ſed plurimũ ſplendoris adijcit uxori,quã ignobili genere natam euehit ad imperato-rium faſtigiũ.Ita neq; diuina natura quicquã ſuſtinet detrimenti & imminutionis, quod hu-manæ naturæ longè ſubſidenti ſit unita,ſed hanc potius ſuperexaltat ultra ſuã ſortẽ,ad ſum-mæ diuinitatis conſortiũ. Si enim rationalis coaleſcentiam habens cũ corpore,nihil propte-rea natiuæ deperdit dignitatis,ſed corpus ipſum dignius reddit,uiuificatq;,& ut propriã ſe-dem inhabitat: Si rurſum ſolaris radius ad hæc ima porrectus,non deijcitur á ſuæ perfectio-nis gradu,qđ fluminib. & aquis irradiet,à quibus uapores ſuſtollens ſurſum reducit: quis,ni-ſi mẽtis inops,putauerit,diuinæ naturæ ſublimitatẽ aliq̃d diminutionis ſubire poſſe,qđ in-effabiliter carni cõiuncta. eam ad altã & humanæ naturæ metas excedentẽ extollit unionẽ. Demũ per hoc incarnationis ſacramentũ deſcendiſſe dicitur Dei filius de cœlo,ut de ſeipſo ſæpius in Euangelio cõteſtatur, nõ quia cœlos demiſit,& in terrã tunc primũ uenit,cum cœ-lũ & terrã,& ante ſuſceptionẽ carnis & deinceps ſemper, diuinitate ſua impleuerit: ſed quia nono exiſtendi modo,utpote diſpenſationẽ carnis,præſentẽ ſe huic mundo exhibuit, cũ in terris uiſus eſt,& cum hominib. conuerſatus,quo quidẽ modo prius non ſe terris obtulerat.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΡΟΠΟΥ ΤΗΣ συλλήψεως τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ σαρκώσεως. μ θ.

Ἄγγελος γὰρ κυρίου ἀπεστάλη πρὸς τὴν ἁγίαν παρθένον, ἐκ δαυιδικῆς φυλῆς καταγομένην. πρόδηλον γὰρ, ὡς ἐξ ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν. ἐξ ἧς φυλῆς, οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ, ὡς ὁ θεῖος ἔφη ἀπόστολος· περὶ οὗ ὕστερον ἐροῦμεν ἀκριβέστερον. ᾗ καὶ εὐαγγελιζόμενος ἔλεγε, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. ἡ δὲ διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ. καὶ φησὶ πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος, μὴ φοβοῦ Μαριά· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ κυρίῳ. καὶ τέξεις υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· ὅθεν καὶ τὸ ἰησοῦς σωτὴρ ἑρμηνεύεται. τῆς δὲ διαπορούσης, πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; πάλιν φησὶ πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος. πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν· ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Μετὰ οὖν τὴν συγκατάθεσιν τῆς ἁγίας παρθένου, πνεῦμα ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπ᾽ αὐτὴν κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον, ὃν εἶπεν ὁ ἄγγελος, καθαῖρον αὐτὴν, καὶ δύναμιν δεκτικὴν τῆς τοῦ λόγου θεότητος παρέχον, ἅμα δὲ καὶ γεννητικήν. καὶ τότε ἐπεσκίασεν ἐπ᾽ αὐτὴν ἡ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου ἐνυπόστατος σοφία καὶ δύναμις, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, οἱονεὶ θεῖος σπόρος. καὶ συνέπηξεν ἑαυτῷ ἐκ τῶν ἁγνῶν καὶ κα-

DE MODO CONCEPTIONIS DEI *uerbi, & diuina eius incarnatione.* *Cap. II.*

Angelus enim miſſus eſt ad ſanctã uirginem ex tribu Dauid progenitã: nam manifeſtũ eſt, quod ex tribu Iuda ortus eſt Dominus noſter, in qua nullus attinebat altari, ut & diuinus inquit Apoſtolus: de quo poſterius diſcutiemus diligentius. Cui annũcians, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecũ. Hæc aũt in ſermone turbata eſt, & ait angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Dominum, & paries filium, & uocabis nomẽ eius Ieſum: Ipſe enim ſaluabit populum ſuũ à peccatis eorum: unde Ieſus ſaluator interpretatur. Illa aũt interrogante, Quomodo fiet iſtud, quoniã uirum nõ cognoſco? rurſus dixit illi angelus: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obũbrabit tibi: ideoq; & quod ex te naſcetur ſanctum, uocabitur filius Dei. Hæc aũt ad illum: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuũ. Poſt igitur conſenſum ſanctæ Virginis, ſpiritus ſanctus ſuperuenit in eã, iuxta ſermonem Domini, quem dixerat angelus inſtruens ipſam, & uirtutẽ diuinitatis uerbi ſuſceptiuam præbuit, ſimul aũt & generatiuam. Et tunc obũbrauit ei, Dei altiſſimi, in ſua ſubſiſtens hypoſtaſi, ſapiẽtia & uirtus, filius Dei, patri conſubſtantialis, uelut diuinum ſemen. Et conſtruxit ſibiipſi ex caſtis & puriſſi-

θαρωτάτων αὐτῆς αἱμάτων, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ τε λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος, οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις ἀπαρτιζομένου τοῦ σχήματος, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἓν τελειωθέντος. αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, χρηματίσας τῇ σαρκὶ ὑπόστασις. οὐ γὰρ προϋποστάσῃ καθ᾽ ἑαυτὴν σαρκὶ ἡνώθη ὁ θεὸς λόγος, ἀλλ᾽ ἐνοικήσας τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας παρθένου, ἀπεριγράπτως ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὑποστάσει ἐκ τῶν ἁγνῶν τῆς ἀειπαρθένου αἱμάτων, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ ὑπεστήσατο, ἀπαρχὴν προσλαβόμενος τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος, αὐτὸς ὁ λόγος γενόμενος τῇ σαρκὶ ὑπόστασις. ὥστε ἅμα σάρξ, ἅμα θεοῦ λόγου σάρξ, ἅμα σὰρξ ἔμψυχος, λογική τε καὶ νοερά. διὸ οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα λέγομεν, ἀλλὰ θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. ὢν γὰρ φύσει τέλειος θεός, γέγονε φύσει τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτός, οὐ τραπεὶς τὴν φύσιν, οὐδὲ φαντάσας τὴν οἰκονομίαν, ἀλλὰ τῇ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ληφθείσῃ λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένῃ σαρκί, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι λαχούσῃ, ἑνωθεὶς καθ᾽ ὑπόστασιν ἀσυγχύτως καὶ ἀναλλοιώτως καὶ ἀδιαιρέτως, μὴ μεταβαλὼν τὴν τῆς θεότητος αὐτοῦ φύσιν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς οὐσίαν, μήτε μὴν τὴν οὐσίαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ εἰς τὴν φύσιν τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὐδὲ ἐκ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως, καὶ ἧς προσελάβετο ἀνθρωπίνης φύσεως μίαν φύσιν ἀποτελέσας σύνθετον.

rissimis sanguinibus carnem animatã anima rationali & intellectuali, primitias nostræ conspersionis, non cum semine, sed conditorio opere per spiritũ sanctũ:non paulatim per additamenta, expleta figura, sed uno contextu absoluta. Ipsum aũt Dei uerbum, carni suppositum, hypostasisq́ʒ est. Non enim ei quæ secũdum seipsam ante subsisteret, suppositũq́ʒ esset, unitus est Deus uerbũ, sed sanctæ inhabitãs uirginis uterũ, incircũscriptæ in sua hypostasi, supposito, subsistentia persona, ex castis semper uirginis sanguinibus, carnem animatam anima rationali & intellectuali sustentauit, primitias assumens humanæ cõspersionis ac massæ, ipsum uerbũ carni factum hypostasis. Quare simul caro, & Dei uerbi animata caro, rationalis & intellectiua. Quamobrẽ nõ hominẽ deificatum dicimus, sed Deũ humanatum. Nã qui est natura perfectus Deus, factus est perfectus homo, idem ipse non natura mutatus, neqʒ dispensationem carnis secundum phãtasiã mõstrans, sed ex semp sancta Virgine sumptæ rationaliter, & intellectualiter animatæ carni in seipso esse assecutæ unitus est secundũ hypostasin, incõfuse, inalterabiliter, & indiuise. Non transmutans suijpsius deitas naturam in carnis substantiam, neqʒ certè carnis suæ substantiam in suæ deitatis naturam. Neqʒ ex diuina suijpsius natura, & ea quã assumsit humana natura, unam naturam perficit compositam.

COMMENTARIVS.

INcarnationis filij Dei modum & seriem hocloco depromit Damascenus, secundum uerídicã sancti Lucæ euangelistæ narrationem, primo sui euangelij capite eandẽ altissimi huius sacramenti ueritatẽ recensentis. Proponit aũt in primis, sacrosanctam uirginẽ Mariã (in qua completum est hoc diuinum mysterium) esse progenitam ex domo Dauid, qđ & catholica in eius præconium cõcinit ecclesia, & manifesta ratio cõuincit. Enimuero necesse est matrẽ ex ea esse tribu progenitã, ex qua eius filius illi cõsubstantialis, & ex ea totã sumens carnis substantiã, exortus est. Atqui Dominus noster Iesus Christus, ex tribu Dauid sumpsit carnis originẽ, ut in principio descriptionis genealogiæ eiusdẽ dicit Matthæus: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã. Et beatus Paulus ad Rom. 1. cap. de Christo loquẽs: Qui factus est ei (inquit) ex semine Dauid secundũ carnẽ. Igitur & sacratissima eius mater, ex qua uerã sumpsit & totã carnis substantiã, ex eadẽ tribu est oriunda. Cæterũ hic annotare nõ fuerit inutile. presentẽ literã (quia in plerisqʒ libris uaria est) hoc modo legẽdã esse: Nã manifestũ est quod ex tribu Iuda ortus est Dominus noster, in qua nullus attinebat altari. Siquidẽ Apostolus ad Hebræos ca. 7. (ex quo quidẽ loco hic citatur eius testimoniũ) hoc pacto inqt: In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moses locutus est. Adde quod uetustior translatio hoc in loco sic habet: Ex quo patet, quod ex Iuda natus est nobis Dominus, ex qua tribu nemo altario præsto fuit, sicut dicebat diuus Apostolus. Vnde liquidò cõstat, hãc authoris esse sententiã. At uerò Domini nostri & semp sanctæ matris eius genealogia, diffusius in decimo quinto ca. quarti libri (ut & hic pollicetur) ptractabitur. Porrò si cui fuerit animus, lectionẽ incarnatiõis Dominicæ, ut à Luca describitur, & hic narratur explica-

explicatiuam,altius intelligere, legat expositores illius euāgelicæ literæ, & præsertim beatū Bernardum in eo luculento & præclaro Opere,quod composuit in explanationem supradicti Euangelij.Neq; enim consiliū nobis fuit hic repetere,quæ abunde & diuine à sanctis patribus explicata sunt.Itaq; reliquā authoris sententiam elucidare curemus. Post consensum (inquit) sanctæ uirginis,spiritus sanctus superuenit in eam,nō quidē ut copiosiore eā gratia cumularet,aut amplioribus diuinorū charismatū dotibus locupletaret, cum ante ab angelo salutata sit esse plena gratia, pleno aūt & superefluēti,quo pacto quicq̄ nouū adijcies? sed ut uirtutem diuini uerbi susceptiuam ei præberet,pariter & uim generatiuā,fœcunditatēq; supnaturalem sine uiri consortio concipiendi. Vtrunq; siquidem longe supra naturæ uires erat, & quod Dei uerbum uerumq; Deum in purissimo uteri sui thalamo susciperet,& quod filiū ex uera sui corporis substantia formatum,expers thori cōciperet.Sed cum ambo cœlestia dona,spiritus sanctus aduenlens ei attulerit,recte superuenisse in eam dicitur, ob nouos suæ immensæ uirtutis effectus, quos in ea tunc operatus est. Deinde uirtus altissimi(inquit litera) scilicet filius Dei,quia beato Paulo dicitur Dei uirtus & sapiētia,obumbrauit eidē uelut diuinū semen.Qđ postremū ea ratione adiectū putatur,quia quemadmodū uirtus hominis seminaria,ad ꝓpagationē naturali lege cōplendā adminiculū præstat,efformandiq; fœtus suggerit uirtutē & materiā:ita in hoc admirabili & ineffabili cōceptu uirginali supra omnē naturæ legē peracto,filius Dei candidissimæ uirgini uim effigiādi sibi sacratissimi corporis exeiusdē sacrosanctæ matris suæ substātia prębuit,quinimmo corpus purissimū suæ maiestati diuina uirtute condidit,ædificauitq; sapientia illa æterna sibi domū,& excidit colūnas septem. Itaq; recte ipsa filij uirtus & sapientia,ut diuinū semen,in ꝓportione quadā hic nuncupatur. Quid autē designatur per obumbrationē uirtutis altissimi in gloriosa uirgine, & potissimū quid obūbrationis nomine insinuatur, latius hic differendi nō importunus aut impertinēs uidetur locus. Sane umbra nōnihil habet in se ꝓprietatis,perfectionē sonans,scilicet protectionē à feruore & æstu,refrigeriumq; à uehementiore solis ardore. Secundum quā conditionem sæpenumero nomen umbræ ad Deo digna exprimenda applicatur, ut Canticorum secundo capite:Sub umbra illius quē desiderauerā sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Et Psal.16. Sub umbra alarū tuarum ꝓtege me,à facie impiorū qui me afflixerunt.Rursum Threnorū quarto capite:Spiritus oris nostri Christus,captus est in peccatis nostris,cui diximus,in umbra tua uiuemus in gentib.Secundum quam umbræ rationem,pleriq; arbitrantur uirtutem altissimi,& spiritum sanctū obumbrasse Deo dicatæ uirgini, quemadmodū ait Beda in loci illius euangelici expositione.Quia (inquit) spiritus sanctus cor illius cū impleuit,ab omni æstu cōcupiscentiæ carnalis tēperauit,emundauit à desiderijs temporalib.ac donis cœlestibus mentem illius consecrauit simul & corpus. Verum hæc uerba Bedæ (eius pace) designare uidentur,ante aduentum spiritus sancti in uirginem,in ipso conceptionis filij Dei momento,fuisse in ea æstum carnalis concupiscentiæ, postea temperatū per inumbrationē sancti spiritus.fuisse itidē in ea,desideria temporalia ante conceptū filij Dei,à quibus obumbrate spiritu sancto,in ipso conceptionis Christi articulo fuerit emundata.Si quis enim nullos carnalis cōcupiscentiæ unquā senserit æstus,aut nulla habuerit prius secularia desideria,quo modo recte & uere dicetur ab illis temperatus,& ab his emundatus?cū tēperatio præsupponat uehementiorem æstum præexistentem,& emundatio præteritā sordē.Atqui nequaq̄ admittendum est,unquā in sacratissima uirgine uel ullum fuisse carnalis concupiscentiæ feruorem, ut in qua nullus unquam fuerit fomes peccati, neq; stimulus ad malum:quandoquidē expers omnino fuit originalis culpæ,in suæ subsistentiæ & cōceptionis exordio, ex qua fomitis aculei,& libidinum incendia potissimum in nobis pullulant & surgunt.Quis itē recte fateatur,in sancta uirgine secularia desideria unquā habuisse locum?quæ ab æterno præordinata fuit & præelecta,ut fieret mater Dei,& cœlestibus semper accensa desiderijs,suam cum Apostolo conuersionem in cœlis habuit. Certe immaculata eius puritas & intemerata conceptio,non patiuntur nos aliquā labis notam inferre aut inurere tam cādidæ uirgini, in qua nunquā pestifer afflatus serpentis & uirulenta propaginis contagio,sedē & locū obtinuit. Neque illis quoquo pacto assentiendum est,qui astruunt,in semper sancta uirgine fomitem quidem peccati fuisse,sed extinctum prorsus & sopitum,atq; adeo repressum per abundantiorē sanctificationis gratiā,ut nunquam ille exierit in illicitū motū carnis cōtra spiritū,aut suscitauerit rebellionē uirīū inferiorū in superiores.Nā si fomitē peccati in Deo sacrata uirgine ullo modo fuisse cōtendant,aut remissum, aut languidū,aut suppressum:quomodo non cogentur consequenter admittere,labem culpæ originalis in eadem aliquādo fuisse uirgine,quam quidem culpā ipse fomes consequitur? Nunquā enim ramus & fructus,sine radice deprehendi queat:& si in fructu uenenū est,à stipite enascitur. At sacrosanctā uirginē primæuæ culpæ ab origine contractæ contagio,in ipso conceptu fuisse contaminatā,nō modo ecclesiæ catholicæ determinatiōi & pietati fidei est cōtrariū,sed & sacris literis ac scripturis:quæ sicut Christi carnem sacratissimā eximunt ab omni luce peccati cuiusuis generis, ita & sanctā uirginis atq; Dei matris carnē,cū eadē sit Christi & dignissimæ parentis suæ caro. Verum hoc ipsum

ampli-

ampliori indigeret discussione atq; agitatione, nisi ea præsenti loco minus uideretur apta & cõgruens. Idcirco in præsentiarum de hac cõtrouersia supersedendo, eácq; in alium locũ opportuniorem reseruando, aliã nunc conabimur obũbrationis spiritus sancti in sacrosancta Virgine rationem ex sanctorum patrum sententia afferre. Habet sanè prẽter supradictã conditionẽ umbra corporalis quandã in se luminis imminutionem & deficientiam, ut non tã clarum & splendidum sit lumen in umbra sicut extra umbrã, sed factũ remissius atq; languidius ex umbræ permixtione & offuscatiõe. Atq lux diuinitatis immẽsa, in suæ claritatis splẽdore eximio manens, nõ potuisset à sancta Virgine capi, aut facilè percipi, ob immensitatẽ sui fulgoris. q̊modo eñ finitus & contractus oculus, infinitã cõprehendet lucem? Itaq; spiritus sanctus obumbrationem fecit in beata uirgine, & ita obtẽdit umbraculum suæ uirtutis, ut temperatã & ad mediocritatem quandam reductã diuinitatis lucem, ipsa in sacro filij Dei conceptu capere posset. Quemadmodum qui illustre solis iubar fixa oculorum acie cõtueri nõ possunt, quod nimia illius claritate perstringantur, hebetentur & offundantur oculi, obtẽdunt manũ, soli & oculis interiectã, cuius umbraculo & interiectione ad temperiẽ reductum solis lumẽ subeat sine offendiculo & læsione oculos ipsorũ. Huic planè sententiæ accedit beatus Bernardus, in sermone tertio de Ascẽsione Domini, dicens: Et quia discipuli carnales erãt, & Deus spiritus est, nec bene cõuenit spiritui & carni, umbra corporis sui tẽperauit se eis, ut obiectu uiuificæ carnis uiderent uerbũ in carne, solẽ in nube, lumen in testa, cæreũ in laterna. Vnde & uirtus altissimi obũbrauit Virgini, ne nimio splẽdore pstricta, diuinitatis fulgur etiã singularis aqlæ tolerare non posset. Idem quocq; in prædictẹ solennitatis sermone quinto, eandẽ repetit sentẽtiã, dicens: Vnde & uirgini spiritus legitur obũbrasse, ne uehemẽtiori reuerberata splẽdore, ad candidissimã illã lucem, purissimumq; fulgorẽ diuinitatis, etiam illius aquilæ acies posset hebetari. Possunt & alij cõuenientes huiusce diuinẹ obũbrationis explicationes ex sacris autoribus colligi, ad quas studiosius inquirendas, hẹc tantilla legentiũ animos excitent, & ꝓuocent ardẽtius. Sed ad intermissam literæ explanationẽ ex hac digressione reuertamur. Paulo pòst autor in litera, sacratissimã Domini nostri carnẽ, anima rationali animatum, uocat nostrẹ conspersionis, massæq; primitias, quia speciei eadem est cum ea carne q̃ in principio Deus cõdidit in Adam, cũ formauit hominem de limo terræ, & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ uitæ. Necq; solum eiusdem cum ea naturæ, sed & ex illa desumpta secundum materiã, atq; traducta, quemadmodum in calce præcedentis capitis dictũ est, qđ Dominus noster conceptus est de spiritu sancto, & prima Adæ creatione. Nõ eñ abhorruit diuina bonitas, ex nostræ substãtiæ massa carnẽ sibi aptare atq; assumere: sicut necq; dedignatus est Dominus seruos fugitiuos uisitare, & à seruitute in libertatẽ uindicare: necq; rex, posita occultataq; regia maiestate, milites trãsfugas à tyrãni potestate (cui ultro se submiserãt) eripere. Ipse profectò pater est benignus, q filios cõtumaces & exilio dãnatos, nõ modò reduxit in pristinã hæreditatẽ, sed insuper eos honorauit, & donauit adoptiõe filiorũ Dei. Ipse itidem uerus medicus ægrotos summa inuisit humanitate, quibus ut pristinã instauraret salutẽ, infirmitates eorum in se trãstulit. Aestũ, frigora, plagas, famem, sitim, fatigationẽ, & cætera humanæ sortis incõmoda perpessus est, ut dira peccatorũ nostrorũ uulnera curaret. Cumq; Deus sit omnis gloriæ, bonitatis, & sufficientiæ plenissimus, seipsum exinaniuit, naturæ nostræ ueritatẽ assumpsit, factus homo, ut hominem superexaltaret, & ad Dei reueheret consortiũ. Et qđ his amplius est, nobis æternam meritis dãnationem & mortem, salutem & uitã reddere uenit. Ipse à nobis grauiter offensus, eos q offenderant suã maiestatem, redempturus inuisit. Et pro illatis iniurijs, inobedientia, contemptu & transgresione, bona innumera, redemptionẽ, saluationẽ, reparationem & reconciliationẽ rependit. Demũ sedentes in tenebris & umbra mortis, & tetro sathanæ carcere clausos, exemit ab ergastulo, & cœlestis regni conscripsit hæredes. Quis hanc tantã Dei miseratione, benignitatẽ, dignationẽ & charitatẽ, satis poterit admirari, aut dignis ꝓsequ gratiarũ actionibus? Quis hæc animo pio secũ reuoluens, non excitabitur in laudem Dei, & præconiũ tantæ suæ beneficentiæ? Quis denique cõsiderans, quod filius Dei se nobis redimendis totũ exhibuit, quod de nostro sumpsit, ut suum nobis cõmunicaret (sumpsit eñ à nobis humanã formã, per quã Deo pro nobis satis faceret, ut suæ diuinitatis nos tribueret esse participes) non se totum exhibebit Deo, ut acceptum beneficiũ aliquanta saltem uicissitudine cõpenset? Legimus quidẽ de beato Augustino, qđ post susceptum à sancto Ambrosio sacræ regenerationis signaculum & lauacrũ non satiabatur dulcedine, cõsiderare altitudinẽ consilij diuini sup salutem generis humani: quia mens eius illã meditãdo, patiebatur extasim & raptũ in diuinũ amorem, absorbentẽ eius animũ in ꝓfunditate tanti mysterij: qđ etsi inscrutabile sit, tãta tamẽ diuinæ dignationis & cõdescensionis benignitate refertũ est, ut sola eius meditatio attẽtior, pias mẽtes reddat in Deũ mirificè affectas. Secundò sacratissimam Domini nostri carnẽ author in litera primitias uocat, ob dignitatem & excellentiã illius singularem, qđ in omnes homines primũ uendicat locũ perfectionis & præstantiæ, quod templum sit & tabernaculũ in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Necq; eñ ex humana cõspersione & massa unquã tã sancta & digna formata est caro, cui uniretur filius Dei: necq; alia deinceps formãda expectatur. Tertia denicq; ratio eiusdẽ dicti potest afferri ex obseruatione ueteris legis,

in qua

in qua primitiæ frugum, olei & uini ex diuino iuſſu offerebantur Domino. quæ quidē particulatim deſumptæ erant, ex multis eiuſdē generis, optimè tamen omniũ & puriſſimè, q̃ præ cæteris illius generis in oblationē Deo ſignabantur. Ita planè ſanctiſſima Chriſti caro, ex humani generis maſſa eſt peculiariter deſumpta, optima quidē & mundiſſima inter cęteras, & deſtinata à Deo ut offerretur in ſacrificium ꝓ nobis omnibus. Idcirco propter aſſimilationē & conuenientiã cũ primitijs ueteris legis, ipſa nõ abſonè, neq; incongruè nuncupatur primitiæ noſtræ conſperſionis. Et quemadmodũ ipſa ſingularis eſt, & inſigniter alijs ſupereminēs, ita & eiuſdē ſacroſanctæ carnis efformatio & cõpoſitio in superſanctæ Virginis utero, mirabilis, inſueta, & ſupra ſolitã naturæ legē facta eſt. Vnde tria præcipua hoc loco certo ordine Damaſcenus annotat, q̃ ineffabilem filij Dei conceptum in primis admirabilem reddunt, & cæteris conceptibus longo interuallo digniorē. Primũ, quod huiuſmodi ſacratiſſimus conceptus factus eſt non uiri conſortio, more aliarũ naturalium propagationũ, ſed ſpiritus ſancti uirtute, quod & ab Eſaia prænunciatũ fuerat, cum uirginē prædixit concepturam filium, ca. 7. Et inſolita, nouaq; uirgæ Aaronicæ germinatione præſignatũ, Numeri ca. 17. Secundum quod ſacroſanctum Chriſti corpus non ſenſim ꝑ dierum curricula figuratum eſt in utero uirginis, & effigiatũ, perinde atq; in noſtra ipſorum generatione maſculi corpus quadraginta dierũ ſpacio dicitur formari in utero materno, & quadrageſimo primo die ſecundum figurã & mẽbrorum diſtinctionē cõpleri. Sed uno (ut ita dixerim) eodemq; momento, ſacratiſſimæ uirginis conſenſum protinus ſequente, ſanctum Chriſti corpus omnino cõpletum fuit, abſolutũ, & lineamentis corporeis, figuraq; mẽbrorum omniquaq; cõſummatum. Qđ & Hieremias prædixerat 31. ca. cũ ait: Nouum creauit Dominus ſuper terram, mulier circundabit uirum. quod gloſa ibidem exponit de conceptione filij Dei, per fœminã, uirginem Mariam intelligēs, quæ circundabit gremio uteri uirum, à conceptu, & ipſo conceptus momento. de quo propheta: Ecce uir oriens nomē eius, quia (inquit) iuxta incrementa ætatis, per uagitus & infantiã ꝓficere uidebitur ſapientia & ætate, ſed ꝑfectus uir in uentre fœmineo ſolitis menſibus cõtinebitur. Et in ipſo quidē materno utero, molis & quãtitatis corporis atq; mẽbrorum Domini noſtri fuit ꝑ dierum interualla accrementum, ſicut & poſt natiuitatē, ut primum minora eſſent, deinde ꝑ nutrimenti acceſſionē fierent paulatim maiora. Ipſa tamen mẽbrorum integra ſecundum figurã & diſtinctionem formatio, fuit in ipſo primo cõceptus ſacri momento (ut hic rectè ſentit Damaſcenus) omnino cõpleta, uirtute ſpiritus ſancti huius operis effectrice. Deniq; tertium, quod in conceptione filij Dei ſupra naturæ morē & legem emicuit, eſt, qđ non fuit prius ſacratiſſima Chriſti caro animæ rationali coniuncta, ꝑ ſe ſubſiſtens, & in propria hypoſtaſi, antequã deitati uniretur, & poſt aliquot horarum aut dierũ interſtitia, unita illis diuinitas: ſed ſimul anima carni unita, & ſimul utriq; (licet ineffabiliter) natura diuina, in una ſuarũ perſonarũ, ſcilicet filio Dei, ut ne uno quidē momento carnis figuratio, aut animæ cũ ea unio præceſſerit aſſumptionē eius à Dei filio: & ueriſſimè dicatur ſacroſancta Dei mater cõcepiſſe Dei filium, nõ hominē ſolum, ut impius oblatrauit Neſtorius. Neque id quidē diuina tacuit ſcriptura, cum dicat Eſaias ca. 7. Ecce uirgo cõcipiet, & pariet filium, & uocabitur nomē eius Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus, & ꝓinde deitatē cũ humanitate deſignat. At cuius obſecro nomen uocabitur Emanuel? eius ꝓfectò filij, quē uirgo concipiet. Concipiet itaq; uirgo Deum, ſecundum Eſaiæ uaticinium, nobiſcum per carnē habitaturũ. Et Lucas ca. primo: Ecce concipies in utero, & paries filium, hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur. Quis erit quæſo ò candidiſſima uirgo, q ſecundũ cœleſtis paranymphi, ſalutiferiq; præconium erit magnus, & filius altiſſimi? Is planè, quē tu ipſa caſtiſſimis cõcipies uiſceribus & paries. Ergo altiſſimi filiũ etiã cõcepiſti. Qui autē id fiat, niſi in ſanctiſſimi uteri tui thalamo filius Dei ſimul unitus fuerit carni, eamq; aſſumpſerit in ipſo cõceptus momento? Deniq; ſanctiſsima uirgo, cœleſti ꝓle oppignorata, fœcũdataq; diuino fœtu, officioſè uiſitaret ſanctam illã matronã Elizabeth, poſt diuturnam ſterilitatē iam præclara ſobole grauidam & humiliter eã ſalutaret, illa ſpiritu ſancto repleta exclamauit inter cætera: Et unde mihi hoc, ut ueniat mater Domini mei ad me? ubi filiũ beatæ uirginis ſuum profeſſa eſt Dominum, nõ habitatione carnis aſſumptæ, quia illa ſecundũ ſe cõſiderata nullam præſtitit habitudinem, & occaſionem præbuit dominij ad Elizabeth: ſed duntaxat ratione diuinitatis, q̃ reuelante diuino ſpiritu cognouit hypoſtaticè carni unitã. Erat igitur ſacratiſſima uirgo ſecundũ ipſius Elizabeth teſtimonium & præconium, mater Dei. Illud autē, ſterilitatis locum habere nõ poſſet, ſi prius in utero uirginis fuiſſet anima unita corpori Chriſti, formatusq; ꝑfectus homo, & ꝑ ſe ſubſiſtēs in ſua hypoſtaſi, & deinde diuinitas illis poſt tēporũ interualla ſuperaddita. Eſt igitur ſentiendum, & inconcuſsè confitendum, ſimul eſſe factã unionē animæ Chriſti cũ corpore, & diuinitatis filij Dei cum utraq; partium ſubſtãtialium hominem cõſtituentiũ, anima quã & corpore. Qđ & beatus Gregorius hiſce uerbis atteſtatur: Angelo nunciãte, & ſpiritu ſancto ſuꝑueniente, mox uerbum in utero, mox intra uterum uerbum caro. Ex quo tertio ſtatim cõſequitur, ut colligit autor, quod nõ hominē deificatum in Chriſti incarnatione dicere debemus, ſed Deum humanatũ. Diceretur quidem homo deificatus, ſi prius homo ꝑ ſe ſubſtitiſſet, non unitus Deo, & poſtea deitati in unitatē ꝑſonæ coniunctus fuiſſet, qđ minime

aſſumptio

assumptione carnis à Deo factũ fuisse, modò dictũ est. Sed Deus humanatus, homoq́ factus est, quia prius homini unitus non erat, & postea eidẽ sine aliqua sui mutatione coniũctus, cũ scilicet uerbo caro factum est, ut Ioãnes ait. Vbi nomine carnis non intelligitur solũ corpus, ut plerunq; alijs in locis, sed per synecdochen totus homo ex corpore & anima coalitus, ut & in illo Psalmi 61. loco: Exaudi Deus orationẽ meã, ad te omnis caro ueniet, & cõpluribus alijs scripturæ locis. Queãdmodũ similiter nomine animæ sæpenumero in sacra scriptura totus significatur homo. Vt cũ dicũtur octo animæ saluatæ fuisse in arca Noe, & septuaginta animæ cũ Iacob Aegyptum intrasse. non enim corporibus exutę animę, aut arcã saluatricem, aut Aegyptum subierunt, ingressæq́ sunt. Verũ nonnulli hæretici syncerã incarnationis filij Dei ueritatem nequaquã capientes, astruere conati sunt, Dei filium non ueram assumpsisse carnẽ humanam, sed duntaxat phantasticã & apparentem: quod quidem inter Manichæorũ deliramẽta nõ[illegible] numeratur. Horũ autem impietatem hoc loco cõfutat Damascenus. nec nõ & eorum qui dixerũt, Dei filium solã assumpsisse carnem sine anima: diuinitatem uerò, animæ rationalis in corpore functã esse officio. Demũ & illorum, qui in Christo animam quidem uegetatricem & sensitiuam admiserũt, rationalem uerò & intellectiuã inficiati sunt loco eius diuinitatem corpori coniunctã fuisse satis putantes. Ex quorum omnium assertionibus consequens esset, Christum non uerè hominẽ fuisse, sed solum secundum phantasiam: ipsum itidẽ non habuisse partes omnes ad integrã hominis cõstitutionem necessarias, cum diffinitur homo esse animal rationale ex corpore & anima rationali, intellectiuaq; cõsistens: quod utiq; nõ fieret, si destitutus fuisset Christus animæ rationalis officio. Insuper illud hæreticorũ cõmentum, toti scripturæ sacræ, & in primis ipsius Christi actionib. ueris omnino repugnat. Idcirco minimè recipiendũ, sed cum impijs suis authoribus repudiãdum est. Demũ in ipsa Domini incarnatione nõ facta est alterutrius naturarũ in alterã trãsmutatio, neq; ex duab. unius tertiæ cõpositio. Quemadmodũ cum accidens adijcitur substãtiæ ab ipsa sustentãdum, neq; substãtia in accidens mutatur, neq; accidens in substantiam, neq; ex utroq; una tertia conflatur natura, sed manet utraq; natura in sua integritate, una alteri unita. Si quis itidẽ tunicã induat, & corpori circumponat amictũ, neq; corpus induentis in tunicæ trãsfertur naturã, neq; tunica in corpus, neq; ex induente & tunica cõponitur alia natura, sed manet eorũ utrũq; in sua natura perfectum, unũ tamen alteri coniunctũ. Sic neq; deitas Christi in humanitatem conuersa est, neq; e diuerso, neq; ex ipsis tertia cõstituta natura, sed utraq; suam seruat substantiã alteri unita, non minus integrè, quàm si ambæ per se & sine mutua cõiunctione subsisterent. Cum enim diuinitas sit intransmutabilis, nihil accipit uarietatis ex unione cum carne.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΥΟ ΦΥΣΕΩΝ

κατὰ μονοφυσιτῶν. γ.

Ἀτρέπτως γὰρ καὶ ἀναλλοιώτως ἡνώθησαν ἀλλήλαις αἱ φύσεις, μήτε τῆς θείας φύσεως ἐκστάσης τῆς οἰκείας ἁπλότητος, μήτε μὴν τῆς ἀνθρωπίνης, ἢ τραπείσης εἰς θεότητος φύσιν, ἢ εἰς ἀνυπαρξίαν χωρησάσης, μήτε ἐκ τῶν δύο μιᾶς γεγενημένης συνθέτου φύσεως. ἡ γὰρ σύνθετος φύσις, οὐδ' ὁποτέρᾳ τῶν ἐξ ὧν συνετέθη φύσεων ὁμοούσιος ὑπάρχειν δύναται, ἐξ ἑτέρων ἀποτελεσθεῖσα ἕτερον, οἷον τὸ σῶμα τὸ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συντεθειμένον, οὔτε τῷ πυρὶ λέγεται ὁμοούσιον, οὔτε πῦρ ὀνομάζεται, οὔτε ἀὴρ λέγεται, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆ, οὐδέ τινι τούτων ἐστὶν ὁμοούσιον. εἰ τοίνυν κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς μιᾶς φύσεως συνθέτου ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐχρημάτισεν, ἐξ ἁπλῆς φύσεως ἐτράπη εἰς σύνθετον, καὶ οὔτε τῷ πατρὶ ἁπλῆς φύσεως ὄντι ἐστὶν ὁμοούσιος, οὔτε τῇ μητρί. οὐ γὰρ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος αὕτη συντέθειται, οὔτε μὴν ἐν θεότητι ἐστὶ καὶ ἀνθρωπότητι. οὔτε δὲ θεὸς ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἄνθρωπος, ἀλλὰ Χριστὸς μόνον. καὶ ἔσται τὸ Χριστός, οὐ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ὄνομα, ἀλλὰ τῆς

DE DVABVS NATVRIS.

Cap. III.

Inuertibiliter sanè & inalternatè, unitę sunt inuicẽ naturæ, neq; diuina natura à sua simplicitate discedente, neq; reuera humana in deitatis naturã uersa, neq; substãtia existẽtiaq; priuata, neque ex duab. una cõposita natura facta Nã cõposita natura, neutri naturarũ ex quib. est cõposita, cõsubstãtialis esse potest, ex alijs aliud pfecta. Vt corpus qd ex quatuor elemẽtis compactũ, neq; igni dicit consubstãtiale, neq; ignis nominatur, neq; aer dicit, neq; aqua, neq; terra, neq; alicui horum est cõsubstantiale. Si igitur (ut cẽsent hęretici) unius cõpositæ naturæ Christus post unionẽ extitit, ex simplici natura mutatus est in cõpositã, & neq; patri qui simplicis est naturę, est cõsubstãtialis neq; matri. nõ enim ipsa, ex diuinitate et humanitate cõponit. Neq; in diuinitate erit et humanitate, neq; Deus nominabit, neq; homo, sed Christus solum. & erit Christus, nõ hypostaseos eius nomen, sed se-

μιᾶς κατ' αὐτοὺς φύσεως. ἡμεῖς δὲ, οὐ μιᾶς συνθέτου φύσεως τὸν χριστὸν δογματίζομεν, οὐδὲ ἐξ ἑτέρων ἕτερον, ὥσπερ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἄνθρωπον, ἢ ὡς ἐκ τεσσάρων στοιχείων σῶμα. ἀλλ' ἐξ ἑτέρων τὰ αὐτά. ἐκ θεότητος γὰρ καὶ ἀνθρωπότητος θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, τὸν αὐτὸν, καὶ εἶναι, καὶ λέγεσθαι, ἐκ δύο τε, καὶ ἐν δυσὶν ὁμολογοῦμεν φύσεσι. τὸ δὲ χριστὸς, ὄνομα τῆς ὑποστάσεως λεγόμενον, οὐ μονοτρόπως λεγόμενον, ἀλλὰ τῶν δύο φύσεων ὑπάρχον σημαντικόν. αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἔχρισε, χρίων μὲν ὡς θεὸς τὸ σῶμα τῇ θεότητι αὐτοῦ, χριόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος. αὐτὸς γάρ ἐστι τοῦτο, κἀκεῖνο. χρίσις δὲ, ἡ θεότης τῆς ἀνθρωπότητος. εἰ γὰρ μιᾶς φύσεως συνθέτου ὢν ὁ χριστὸς, ὁμοούσιός ἐστι τῷ πατρὶ, ἔσται ἄρα καὶ ὁ πατὴρ σύνθετος, καὶ τῇ σαρκὶ ὁμοούσιος. ὅπερ ἄτοπον, καὶ πάσης βλασφημίας ἀνάπλεων. πῶς δὲ καὶ μία φύσις, τῶν ἐναντίων οὐσιωδῶν διαφορῶν δεκτικὴ γενήσεται; πῶς γὰρ δυνατὸν τὴν αὐτὴν φύσιν, κατὰ ταυτὸν κτιστὴν εἶναι γὰρ ἄκτιστον; θνητὴν καὶ ἀθάνατον; περιγραπτὴν καὶ ἀπερίγραπτον; εἰ δὲ καὶ μιᾶς λέγοντες τὸν χριστὸν φύσεως, ἁπλῆν ταύτην εἴποιεν, ἢ γυμνὸν αὐτὸν ὁμολογήσουσι, καὶ φαντασίαν εἰσάξουσιν, οὐκ ἐνανθρώπησιν, ἢ ψιλὸν ἄνθρωπον, κατὰ Νεστόριον. καὶ ποῦ τὸ ἐν θεότητι τέλειον, καὶ τὸ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον; πότε δὲ καὶ δύο τὸν χριστὸν λέξουσι φύσεων, μιᾶς συνθέτου φύσεως αὐτὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγοντες; ὅτι γὰρ μιᾶς ὁ χριστὸς φύσεως πρὸ τῆς ἑνώσεως, παντί που δῆλον. ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, τὸ ταυτὸ λέγειν τὴν φύσιν, καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἐπειδὴ δὲ μίαν τῶν ἀνθρώπων φύσιν φαμὲν, ἰστέον ὡς οὐκ ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος λόγον τοῦτο λέγομεν. ἀδύνατον γὰρ, μιᾶς φύσεως λέγειν τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἄλληλα συγκρινόμενα. ἀλλ' ἐπειδὴ πλεῖσται ὑποστάσεις τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ, πάντες δὲ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχονται λόγον τῆς φύσεως (πάντες γὰρ ἐκ ψυχῆς εἰσὶ συντεθειμένοι, καὶ σώματος, καὶ πάντες τῆς φύσεως τῆς ψυχῆς μετειλήφασι, καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος κέκτηνται, καὶ τὸ κοινὸν εἶδος) τῶν πλείστων καὶ διαφόρων ὑποστάσεων μίαν φύσιν φαμὲν,

cundum ipsos unius naturæ. Nos autem non unius compositę naturę Christum dogmatizamus, neque ex aliis aliud. quemadmodum ex anima & corpore homo est, aut ex quatuor elemẽtis corpus, sed ex aliis illa. Nam ex deitate & humanitate Deum perfectum, & hominem perfectum eundem & esse & dici, & ex duabus et in duabus naturis confitemur. Nomen autem Christus hypostaseos, personæq́ dicimus, non unimode dictum, sed duarum naturarum esse significatiuum. Ipse enim seipsum unxit, unguens quidem ut Deus sua deitate corpus, unctus autẽ ut homo. nam ipse est hoc & illud: sic quidem unctio deitas humanitatis. Si enim unius naturę compositæ est Christus, & consubstantialis est patri: erit igitur & pater compositus, & carni consubstãtialis: quod quidem absurdum, & omni plenum blasphemia. Quomodo uerò una natura, contrariarum substantialium susceptiua differentiarum fuerit? Quomodo enim possibile est eandem naturam secundũ idem, creatam esse & increatam, mortalem & immortalem, circunscriptam & incircunscriptam? Si autem & unius dicentes Christum esse naturæ, simplicem esse dixerint, aut nudum ipsum Deum cõfitebuntur, & phantasiã inducunt non humanitatem: aut nudum solumq́ hominem, secundum Nestorium. Et ubi est quod in deitate perfectum est, & quod perfectum in humanitate? Quando autem dicunt Christum duarum naturarum, qui dicũt ipsum post unionem unius esse compositæ naturæ? Nam quod Christus, unius naturæ ante unionem, omnino manifestum est. Verum hoc hæreticis inducit errorem, quod idem dicant naturam & hypostasin, suppositumúe, ac personã. Cùm igitur unam hominum dicimus naturam. sciendum quod non aspicientes in animæ & corporis rationem, id dicimus (nam impossibile est unius naturæ animam, corpusq́ dicere, adinuicem comparata) sed quia plurima supposita hominum sunt, & omnia eandem rationẽ, diffinitionemq́ suscipiũt naturæ. Omnia enim sunt ex anima & corpore coalita, cõpositaq́, & omnia naturam animæ comparticipant, & omnia corporis substantiam possident. communem enim speciem plurimarum differentium hypostaseõ, suppositorumq́ unam dicimus naturam,

unoquoq́

ἑκάστης δηλαδὴ ὑποστάσεως, δύο φύσεις ἐχούσης, καὶ ἐν δυσὶ τελούσης ταῖς φύσεσι, ψυχῆς λέγω, καὶ σώματος. ἐπὶ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, οὐκ ἔστι κοινὸν εἶδος λαβεῖν. οὔτε γὰρ ἐγένετο, οὐδὲ ἔστιν, οὔτε ποτὲ γενήσεται ἄλλος χριστὸς ἐκ θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος, ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι θεὸς τέλειος ὁ αὐτὸς, καὶ ἄνθρωπος τέλειος. ἐντεῦθεν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν μίαν φύσιν ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἀτόμου ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκειμένου, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ χριστοῦ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄτομον, ὁ δὲ χριστὸς οὐκ ἄτομον. οὐδὲ γὰρ ἔχει κατηγορούμενον εἶδος χριστότητος τοιαύτης. διὸ δὴ ἐκ δύο φύσεων τελείων, θείας τε, καὶ ἀνθρωπίνης, φαμὲν γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν οὐ κατὰ φυρμὸν, ἢ σύγχυσιν, ἢ σύγκρασιν, ἢ ἀνάκρασιν, ὡς ὁ θεήλατος ἔφη Διόσκορος, Εὐτυχής τε, καὶ Σευῆρος, καὶ ἡ τούτων ἐναγὴς συμμορία· οὐδὲ προσωπικὴν, ἢ σχετικὴν, ἢ κατ᾽ ἀξίαν, ἢ ταυτοβουλίαν, ἢ ὁμοτιμίαν, ὁμωνυμίαν, ἢ εὐδοκίαν, ὡς ὁ θεοστυγὴς ἔφη Νεστόριος, Διόδωρός τε καὶ ὁ μομψουεστίας Θεόδωρος, καὶ ἡ τούτων δαιμονιώδης ὁμήγυρις. ἀλλὰ κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν καθ᾽ ὑπόστασιν, ἀτρέπτως τε ἀσυγχύτως, καὶ ἀναλλοιώτως, καὶ ἀδιαιρέτως, καὶ ἀδιαστάτως, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι τελείως ἐχούσαις μίαν ὑπόστασιν ὁμολογοῦμεν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ σεσαρκωμένου, τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν λέγοντες τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καὶ τὰς δύο φύσεις ὁμολογοῦντες σώζεσθαι ἐν αὐτῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὐκ ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος τιθέντες ἑκάστην, ἀλλ᾽ ἡνωμένας ἀλλήλαις ἐν τῇ μιᾷ συνθέτῳ ὑποστάσει. οὐσιώδη γὰρ φαμὲν τὴν ἕνωσιν, τουτέστιν ἀληθῆ, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν. οὐσιώδη δὲ οὐχ ὡς τῶν δύο φύσεων ἀποτελεσασῶν μίαν σύνθετον φύσιν, ἀλλ᾽ ἑνωθεισῶν ἀλλήλαις κατὰ ἀλήθειαν εἰς μίαν ὑπόστασιν σύνθετον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ σώζεσθαι αὐτῶν τὴν οὐσιώδη διαφορὰν ὁριζόμεθα. τὸ γὰρ κτιστὸν, μεμένηκε κτιστὸν, καὶ τὸ ἄκτιστον, ἄκτιστον. τὸ θνητὸν ἔμεινε θνητὸν, καὶ τὸ ἀθάνατον ἀθάνατον· περιγραπτὸν περιγραπτὸν, καὶ τὸ ἀπερίγραπτον ἀπερίγραπτον. τὸ ὁρατὸν ὁρατόν. καὶ τὸ ἀόρατον ἀόρατον. τὸ μὲν διαλάμπει τοῖς θαύμασιν, τὸ δὲ ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκεν. οἰκειοῦται δὲ τὰ ἀνθρώπινα ὁ λόγος. αὐτοῦ γὰρ ἐστι τὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ὄντα. καὶ μεταδίδωσι τῇ

unoquoque uidelicet supposito duas naturas habẽte, & in duabus perfectis naturis, anima dico & corpore. In Domino autẽ nostro Iesu Christo, non est cõmunem speciẽ sumere: nã neque factus est ea quę est, nec est, neque fiet unquam alius Christus ex deitate & humanitate, in deitate & humanitate Deus pfectus, idem & homo perfectus. Hinc nõ est dicendum, unam esse naturã in Domino nostro Iesu Christo. Et ideo ex duabus pfectis naturis diuina & humana, dicimus unionem factam esse, nõ secundum massam, aut confusionẽ, aut mixtionẽ: ut à Deo repulsus inqt Dioscorus Eutyches, & Seuerus, & eorũ scelerata cohors. Neque personalem aut habitualem, aut secundũ dignitatẽ, aut eandem uoluntatis conspirationẽ, aut honoris æqualitatẽ, aut eandem homonymẽ nuncupationem, aut acceptationẽ, ut Deo odibilis dicebat Nestorius, Diodorus, et igne dignus Theodorus, & eorum dæmonica conuentio. Sed secundum compositionem, id est secundum hypostasin inuertibiliter, incõfuse, in alteratê, indiuise, & indistanter, & in duabus naturis perfectis, habẽtibus unam hypostasin, confitemur filiũ Dei incarnatum, eandem hypostasin dicentes deitatis eius et humanitatis, et duas naturas confitentes in ipso saluas, integrasque manere post unionem. non seorsum & particulatim ponentes unamquamque, sed unitas adinuicẽ in una cõposita hypostasi. Substantialem enim dicimus unionem, hoc est uerã, nõ secundum phantasiã, apparentiãque fallacem. substantialem autem, nõ quod ex duabus naturis una perficiatur natura, sed quod unitę sint ad inuicem secundũ ueritatem, in unam compositam filij Dei hypostasin. Et earum substantialem differentiam astruimus saluari: nam creatum mansit creatum, et increatũ increatũ, & mortale manebat mortale, & immortale immortale, & circũscriptum circumscriptum, & incircumscriptum incircumscriptũ, uisibile uisibile, & inuisibile inuisibile. Hoc autem miraculis claret, illud iniurijs subiacet. Et quæ humana sunt, uerbum sibi attribuit, peculiariaque facit. Nam ipsius sunt ea quæ sanctæ ipsius carnis sunt, & tradit

σαρκὶ τῶν ἰδίων, κατὰ τὸν τῆς ἀντιδόσεως τρόπον διὰ τὴν εἰς ἄλληλα τῶν μερῶν περιχώρησιν, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. καὶ ὅτι εἷς ἦν, ὁ αὐτὸς ὁ καὶ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐνεργῶν ἐν ἑκατέρᾳ μορφῇ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας. διὸ δὴ καὶ ὁ κύριος τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι λέγεται, καίτοι τῆς θείας αὐτοῦ μὴ παθούσης φύσεως. καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πρὸ τοῦ πάθους, ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι ὡμολόγηται, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος ἔφησεν. εἷς γὰρ ἦν καὶ ὁ αὐτὸς ὁ κύριος τῆς δόξης, ὁ φύσει καὶ ἀληθείᾳ υἱὸς ἀνθρώπου, ἤτοι ἄνθρωπος γενόμενος. καὶ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ πάθη γινώσκομεν, εἰ καὶ κατ' ἄλλο ἐθαυματούργει, καὶ κατ' ἄλλο τὰ πάθη ὁ αὐτὸς ὑπέμενεν. ἴσμεν γὰρ ὥσπερ μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, οὕτω καὶ τὴν τῶν φύσεων οὐσιώδη διαφορὰν σώζεσθαι. πῶς δὲ σωθείη διαφορὰ μὴ σωζομένων τῶν τὴν διαφορὰν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα. διαφορὰ γὰρ διαφερόντων ἐστὶ διαφορά. τῷ μὲν οὖν λόγῳ ᾧ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ φύσεις τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας, φαμὲν συνάπτεσθαι αὐτὸν τοῖς ἄκροις. κατὰ μὲν τὴν θεότητα, τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, τῇ τε μητρὶ καὶ ἡμῖν. ὁμοούσιος γάρ ἐστιν ὁ αὐτὸς, κατὰ μὲν τὴν θεότητα, τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, τῇ μητρὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις. ᾧ δὲ λόγῳ συνάπτονται αἱ φύσεις αὐτοῦ, διαφέρειν αὐτόν φαμεν τοῦ τε πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος, τῆς τε μητρὸς καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. συνάπτονται γὰρ αἱ φύσεις αὐτοῦ, τῇ ὑποστάσει, μίαν ὑπόστασιν σύνθετον ἔχουσαι, καθ' ἣν διαφέρει τοῦ τε πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος, τῆς τε μητρὸς καὶ ἡμῶν.

carni sua secũdum alternæ tributionis modum propter naturarũ in se inuicẽ accessionem ac immanẽtiam, & secundum unã hypostasin unitionẽ: & quòd unus erat & idem, qui diuina & humana operabatᷓ in utraq; forma, cũ alterutrius cõmunione. Quare & Dominus gloriæ crucifixus dicitᷓ, etsi diuina ipsius nõ patiẽte natura: & filius hominis antè passionẽ in cœlo esse cõfessus est, ut ipse Dominus dixit. Vnus enim erat & idẽ Dominus gloriæ, qui natura & ueritate filius hominis, id est, homo factus est: eius miracula & passiones cognoscimus, etsi secũdum aliud miracula operabatur, & secũdum aliud passiones sufferebat. Scimus enim, quemadmodum unam eãdemq; hypostasin, sic & naturarum substantialem differentiam saluari. At quomodo saluabitᷓ differentia, nõ saluatis ijs quæ adinuicẽ differentiam habent? nam differentia, differentium est differentia. Hac igitur ratione qua differunt naturæ Christi, id est ratione substantiæ: dicimus ipsum coniunctum esse extremis, secundum diuinitatẽ quidem, patri & spiritui sancto: secundum autem humanitatẽ, & matri, & nobis. Nam ipse secundũ diuinitatem, & consubstantialis est patri & spiritui sancto: secũdum uerò humanitatem, & matri, & cunctis hominibus. Qua uerò ratione coniunguntur naturę ipsius, differri ipsum dicimus & à patre, & spiritu sancto, & à matre, & reliquis hominibus. Cõiunguntur enim naturæ ipsius in hypostasi, unam hypostasin compositam habentes, secundum quã differt & à patre, & à spiritu, & à matre, & à nobis.

COMMENTARIVS.

IN Christo incarnato non fuisse unam naturam compositã ex duabus naturis, tanquã partibus eã constituentibus, diuina scilicet & humana: multis rationibus hic cõprobat Damascenus. Quarũ prima est: Natura composita, neutri naturarum ipsam componẽtium est consubstantialis, sed est aliud quiddã à naturis cõstituentibus ipsam, perfecta atq; cõpleta, ex alijs scilicet naturis simplicibus, alterius speciei & rationis à tota natura q̃ cõstant. Queẽadmodum homo ex anima & corpore cõpactus, aliud quiddã est ab anima, & aliud itidẽ à corpore. constãs ex alijs, id est diuersis et alterius inter se naturę partibus, unã tertiam naturã et cõpositam constituentibus: quæ sanè cõposita, neutri naturarũ ex quibus coalescit, est consubstantialis. Non enĩ est homo eiusdem speciei cum anima rationali, neq; eum corpore. Idcirco neutrius partium denominationem sortitur homo: nempe nec anima dicitur, nec corpus, sed ex utraque constans. Si itaq; poneretur Christus esse unius tertiæ naturæ, cõpositæ ex diuina & humana, neutri earum cõponentium esset consubstantialis: quare neque consubstantialis esset patri, qui solũ est Deus: neque matri, quæ solum est homo, & unicam sortita naturam: quin immo ipse Christus, neque denominari Deus posset, neque homo: quæ sunt perquam absurda. Vnde Christus non est ex alijs aliud, quia non est tertium quiddam constitutũ ex duabus naturis ipsum componentibus, sed est ex alijs illa: illa inquam deitas & humanitas adinuicem unita, in unam eandemq; personã & hypostasin: ex alijs, utpote duabus omnino inter se diuersis

diuersis,& discrimē speciei habentibus naturis.perinde atq; homo tunica indutus,nō est tertiū quiddā cōpositum ex induente & tunica induta:sed ratione sua illa duo inter se magnum sortita discrimē, induentē scilicet & tunicā complectitur. Secunda ratio,si in Christo esset natura cōposita ex duabus simplicibus constituta,tunc Christus personæ nomen non esset,sed unius naturæ ex duabus coalitæ:quemadmodū nomen homo. Atqui id absurdū est,cum sanctorum patrū concordi sententia Christus,nomen hypostaseōs sit,et personæ duarū naturarū designatiuū,diuinæ scilicet & humanæ. Hinc Christus neq; solā exprimit diuinitatē, neq; solā humanitatem,sed utrāque earū in unica persona hypostaticè unitā. Idcirco dicit litera, nomen Christus non esse unimode dictū,id est de una natura. Neq; enim id nomen Christus de sola dicitur natura diuina,neq; solā notat humanam naturā,sed utrāque simul in uno supposito unitam. Nā ipse Christus est hoc & illud,utpote homo & Deus:prout nomē illud singulariter & unicè Domino nostro attribuitur:significatq; ipsum unctū excellentissima & diuina unctione,carnē scilicet eius sacrosanctā deitatis oleo ineffabiliter perfusam. quæ sanè superdiuina est unctio,et soli Domino nostro cōgruens. In qua diuinitas est ungēs:& sacratissima Christi humanitas,unctū:ipsa q̊que diuinitas,unctio est:& eius humanitas, secundū præsentem authoris sententiam,quod ungitur. Præter hanc & alia inuenitur unctionis ratio, in solo etiā Domino nostro locū habēs:de qua psalmus quadragesimus quartus: Propterea unxit te Deus,Deus tuus oleo lætitiæ,præ consortibus tuis. Vbi pater cœlestis dicitur unxisse Christū ut hominē spiritu sancto,ibidē significato ꝑ oleū lætitiæ,cū ipsum repleuit exuberātissimè spiritus sancti charismatibus,& tanta quidem affluentia,ut spiritū ei ad mensurā non dederit,sed supra aliorū omniū gradum ac modum:& de plenitudine eius nos omnes accepimus. Fuerunt quidē & alij plerique spiritus sancti oleo largius delibuti:uerū Dominus noster præ cōsortibus suis,id est,sanctis omnibus æternæ uitæ cohæredibus, hoc pacto unctus est:quia fōs est primitiuus unctionis,ex quo deriuatur in cæteros ista spiritualis unctiō. sicut unguentū in capite(quemadmodū dicit Psal.132)qđ descēdit in barbā et in orā uestimēti eius:siquidē ipse caput,nos eius membra sumus: Tertia ratio: Si Christus est unius naturæ ex duabus re ipsa cōpositę,ut dicunt aduersarij,& Christus est consubstantialis Deo patri, ut sancta cōfitetur ecclesia catholica:igitur et pater erit cōpositæ naturæ,et cōsubstātialis homini. quare & pater astruetur incarnatus,sicut & filius:quo nihil absurdius. Idē quoq; de spiritu sancto duci posset argumentū,quod eiusdē sit cum filio substantiæ. Similiter ex ea assertione quod Christus unius solū sit naturæ,sed ex duabus coalitæ, & ex eo quod ipse sacrosanctæ suæ matri est cōsubstātialis,ut ex qua nostræ mortalitatis substantiā susceperit, cōsequens esset & sanctā uirginē naturæ esse cōpositæ ex diuinitate & humanite,eandēq; Deo esse cōsubstātialē:qđ extremæ est dementiæ. At si ponimus Christū bisubstantialē atque binaturalē,& tamē unipersonalē,liquidò cōspiciemus in hoc magno incarnationis sacramento cōsummatū & absolutū esse opus diuinū secundum possibilem naturæ et personæ quoad unitatē aut pluralitatem uariationem atque combinationem. Siquidē cōperitur in rerum uniuersitate primū in una natura una persona,ut in unico angelo. Secundò,in pluribus naturis plures ꝑsonæ,ut in angelo & homine simul intelligentia sumptis. Tertiò,inueniuntur in una naturā plures personæ,ut in diuina et supsancta trinitate. Superest utique quartū ad cōplendum hāc connexionē,ut scilicet assignetur in pluribus naturis una ꝑsona:quod quidē in altissima filij Dei incarnatione exhibitum est et perfectum. At instabis,id quartū longè antè expletum esse in homine,ubi primū deductus est ad ortum. sunt enim in homine duæ naturæ,corpus & anima in unitate ꝑsonæ. Quis nanque addubitauerit,corpus alterius esse naturæ ab anima?cum hæc incorporalis sit indiuidua et inextēsa,illud uerò materiale dimensum & diuiduū. & ex illis duobus unus & singularis cōstituitur hōo. Fatemur ingenuè,id nexus et habitudinis genus in homine ut uestigio antecessisse:cū hominis compositio sit imago admodū ꝓpinqua admirādi cōmercij ipsius dei cū homine:quēadmodū posteriora enucleatius aperient. Verū in filio Dei incarnato præter illā cōnexionē animæ cū corpore,perspicitur hæc naturarū pluralitas in unitate ꝑsonæ,tanquā in ueritate & exemplari. Rursum in homine est naturarū pluralitas in unitate personæ,per naturalē cōpositionē & constitutionem unius ex pluribus. In Christò uero naturarū diuersitas in unica persona,sine cōpositione et concretione. At hoc lōgè quàm illud perfectius est & dignius,cū magis ad simplicitatē uergat, & à cōpositione multitudineq; longius abscedat. Nēpe in homine tres sunt naturæ,duæ duarū partiū, & tertia totius cōpositi,atque cōposita. In Christo uerò tantummodo duæ sunt naturæ, nullam tamen tertiam cōstituentes. Igitur in homine cōpositius aliquid et multiplicius comperitur, quàm in Christo, ratione incarnationis. Verius itaque in Christo, quàm alio quouis puro homine elucet in naturarū pluralitate unitas personæ. ut in Christo eiusce rei ueritas,in homine uerò imago subluceat. Quarta ratio:Nulla eadē natura potest suscipere substātiales differētias adinuicem cōtrarias,cum nequeat opposita secundum idem dici de eodem:neque possibile est, eandem naturā oppositarum differentiarum denominationem suscipere secundū idē. Quæ sanè postrema particula,nō superuacaneè,neque frustra adiecta est. Siquidē hominis natura

mortalis est & immortalis, extensa et inextẽsa, dissolubilis et indissolubilis, corporea & incorporea: at nõ secundũ idem. cum illa humanæ naturæ secundũ corpus competant, hæc uerò secundum animã. Atqui oppositæ & prorsus inter se dissidentes differentiæ in litera numeratæ, Christo attribuũtur, secundũ diuersas in eo naturas. Namque in ipso natura diuina increata est immortalis et incircumscripta: humana uerò, creata, mortalis et circũscripta. Et unaquæq; harum differentiarũ Christo secundũ denominationẽ ascribitur, pro huius uel illius naturæ conditione atque ꝓprietate. Nõ est igitur in eo una natura cõposita, sed duæ simplices, utraque suis determinata differentijs. Quinta ratio: Si asserẽtes Christũ unius esse naturæ, dicant ipsum simplicis esse naturæ, et non compositæ: tunc si posuerint Christũ esse solũ naturæ diuinæ, ponent eum solũ esse Deum, et non hominẽ. nõ enim posset esse homo sine natura humana. Si uero posuerint Christum esse solũ naturæ humanæ, tunc confitebuntur cũ impio Nestorio, ipsum tantummodo esse hominẽ, et minimè Deum. Quomodo eñ Deus esse posset exors et immunis naturæ diuinæ? At uerò utrumque istorũ est absurdũ. Sexta ratio: Asserentes Christum post unionem deitatis cũ humanitate esse unius duntaxat naturæ, sed compositæ ex diuina & humana, non possunt dicere Christũ unquã fuisse duarum naturarũ. Non eñ id dicere possunt, fuisse ante unionem, cũ tunc solũ unius, utputa diuinæ, fuerit naturæ. Neque post unionem, quia per hypothesin tunc unius est naturæ compositæ secundũ ipsos. At uero falsum est, Christũ non esse duarũ naturarum. Igitur & illud, ex quo colligitur id absurdum, etiã falsum est: scilicet Christũ esse unius dũtaxat naturæ, ex duabus coadunatæ. quod est propositũ. Cæterum erroris hæreticorũ ponentium in Christo naturã compositã, scilicet Eutychianorũ, astruentium duas in Christo naturas in unã tertiam esse cõfusas atque commixtas, causa in litera subiungitur: quia idem putant esse naturam & personã, essentiã & hypostasin, substantiam & suppositum, cũ lata sit in primo loco & secundo nominata differentia. Siquidem natura designat cõmune quiddã pluribus indiuiduis, in quo singula eiusdẽ speciei aut generis indiuidua cõueniũt: ut singuli homines in cõmuni humanæ naturæ ratione cõspirãt, singuli equi in naturæ equinæ cõmuniumq; proprietatum eius ratione, & singuli asini in asinorũ natura communibusq; proprietatibus illius coincidunt. Persona uerò singulare est indiuiduũ & unum, numero, ratione & mente præditũ, à cæteris eiusdem naturæ indiuiduis singulari proprietate discretum: ut Ioãnes, Petrus: hic angelus, hic Deus, demonstrata una diuinarum personarũ. Vnde in summa diuinitate una est, & maximè una simplicissimáque deitatis natura, et tamẽ tres supsanctæ hypostases, pater, filius & spũs sanctus. In Domino nostro Iesu Christo una est hypostasis, unicumq; indiuiduũ & suppositũ: & tamen duæ ueræ ꝑfectæq; naturæ. Denique in omnibus hominibus una est secundum speciẽ natura humana, omnibus conueniens suppositis: plurima tamen sunt eã naturã participantia indiuidua, & per se subsistentia. Quare longè alia est naturæ & hypostaseos ratio: ut etiã ex annotatis circa quartũ ca[put] quarti libri Ricardi de Trinitate, et sequentibus ꝓpositionibus non operosum erit depræhẽdere. At cũ dicimus, omnes homines eadem natura cõmunicare, eiusdemq; esse naturæ, tot[ius] unius indiuidui naturam ad totã alterius cõparamus. quæ quidem indiuidua, reuera eadem substantiali ratione diffinitioneq; cõtinentur. Nã quisq; hominũ animal rationale est, & substantia animata, ex corpore & anima rationali coalita. Neq; id dicẽtes attẽdere debemus, aut conferre unã partem substantialem unius ad alterã eiusdem. quandoquidem partes illæ, corpus inquã & anima, diuersæ sunt inter se naturæ. et cũ ad eas aciem mẽtis conuertimus, rectè dicimus, quemq; hominem ex diuersis naturis esse cõstitutũ. Verùm quia cõsimilis speciei & rationis sunt consimiles partes, unius cũ partibus similibus, alterius ut corpus Ioãnis cũ corpore Petri, & anima huius cũ anima alterius: rursum uerè & aptè dixerimus, secundum eã collationẽ qua totum unum ad alterum cõponimus, omnes homines connaturales secundum speciem & coessentiales esse. Hæc uero cõmunis speciei ratio in Christo nequaq̃ inuenitur, ut ait hic Damascenus. Siquidẽ ad cõmunis speciei rationem attinet, quod plura complectatur in suæ rationis ambitu indiuidua et supposita. Christi autẽ ratio, ut Domino nostro accõmodatur, haudquaq̃ pluribus conuenit suppositis. Nam neq; unquam transactis temporibus factus est alius Christus, neq; nunc est alius, neq; unquã postmodũ fiet, habens deitatẽ & humanitatem in unius personæ ueritate coniunctas. Id eñ designat id nomen sacrum singulare & præcipuũ Christus, ut paulo antè dictum est, & ex annotatis duodecimi capitis secũdi libri Ricardi de Trinitate etiã dilucidius euadit. Vbi et id adijcitur, quod cõsimiliter hoc nomen admirabile et semper honorandũ, Iesus, designat suppositum diuinum, utramq; in se naturã, diuinam scilicet & humanam, uerè & integrè continens. Ergo utrunq; horum nominũ peculiare et propriũ est Domino nostro, et alijs incõmunicabile. Vtrumq; nomen nouũ, quod os Domini nominauit, quod sit benedictũ in secula. Quod si insurgas, cõplusculos fuisse inter ueteris testamenti patres, quibus Christi nomen attributũ est, de quibus Psalmus 104. Nolite tigere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et mansuetissimus Dauid cũ reuerentia appellauit sæpius ipsum Saul, Christũ domini. Id animaduertas, homonymã esse hanc nũcupationẽ, & lõgè alterius rationis in Domino nostro & cæteris. Fuerunt enim unctiones

omnes

omnes aliæ & pontificū et regum ante Domini aduentū factæ, figurales dūtaxat, umbratiles præuiæ et imperfectæ, & tanquā imagines multum distantes ab archetypo. Domini uerò nostri unctio (de qua paulo superius facta est mentio) exēplaris omniū cōsummatrix et pfectissima, tanq̃ ueritas post multas tenues umbras exhibita. Vt enī multę pręcedere solent imagines, ex quibus agnoscatur exemplar postremū omniū exhibendū: ita multi antecesserūt Christi, ut præuij et præābuli, qui unicū et uerū in plenitudine temporū ostendendū Christū repræsentarent. Consimiliter multis in tēpore legis antiq̃ inditū fuit id nomen Iesus, ut Iosuæ filio Nun, quod alicui particulari populo salutem aut saluationem temporaneam impenderint: sed eorū appellatio alterius fuit rationis à nomine Iesu supbenedicto Domini nostri, & solū imago quædā eius obscura & tenuis. Nēpe saluatores alij puri erāt homines, peculiarē tantū modo populū saluū fecerunt, & à tēporaria qdem captiuitate aut seruitute. At Dominus noster, uerus Deus & uerus homo, nō Iudæos tantū aut Aegyptios, sed totū mundū saluare uenit. Neq; liberauit ab incōmodo aut iugo seruitutis, aut carceris trāsitorij, sed à potestate crudelissimi tyrāni, scilicet dæmonis, cuius cæteri tyrāni sunt imitatores. Vindicauit etiā nos omnes saluifico suo nomine, à morte ppetua, à seruitute peccati & dānationis æternæ. Vides ergo, quāto eminentior est & præstātior hæc saluatio per Dominū nostrū facta, q̃ quæuis aliæ liberationes ab alijs præstitæ: ut ipse & uerè sit & dicatur solus saluator mūdi, & q saluū fecit populū à peccatis eorū. Et pręcesserūt quidē nōnullæ saluationes, ut populi Israelitici à fornace ferrea Aegypti, à manibus Chananęorum et Philisteorū, à captiuitate Babylonica, ut referrent unam illam & præcipuam saluationem omnium aliarum ueritatem, qua Dominus noster uenit in hunc mundū peccatores saluos facere. Benedicta sit eius immensa bonitas, quæ nobis tantam salutem benigniter attulit. Ex prædictis cōstat, nullo pacto recipiendas esse hæreticorum impietates, circa hoc altissimū incarnationis mysterium procul à uia ueritatis aberrantium. Vt non esse dicendū, in Domino nostro incarnato factā esse unionem naturarū, secundum confusionem aut commixtionem, siue massam atq; cōpositionem earum adinuicē, in unam tertiā naturam compositā: quemadmodum diffusè iam ostensum est in hoc capite. Neq; factā esse in eodem unionem psonalem, eo modo quo dicebat Nestorius. Id enim dictū literæ neq; psonalem, intelligedum est cum adiectione eius particulæ paulo pòst subiunctæ, Vt Deo odibilis dicebat Nestorius: quemadmodum annotatio marginalis admonet. Posuit nāq; impius Nestorius in Christo unionem psonalem in una duntaxat natura, scilicet humana, quādoquidem Christum negauit esse uerum Deum. Illud aūt haudquaq̃ ei tribuendum est: quāuis sit admittendum, in Christo fuisse unionē psonalem in duabus uerè subsistentem naturis. Neq; habitualem in Christo ponere debemus factā unionem, id est secundum habitum, ꝓprietatē, cōditionemq; quandā diuinam: qua cū solus esset homo (ut astruere conati sunt hæretici) diuina tamen assistente per quandā participationem uirtute, miracula operaretur. Alij Christum ponentes duntaxat hominem fuisse, dixerunt ipsum ad diuinam propemodum dignitatem ob gratiæ abundantiam, operumq; excellentiam esse euectum: & ꝓinde Deum in scripturis appellatum, quasi nō natura Deus esset, sed gloria tantū & honore nominis. Vnde quidā illorum dixit, Nō inuideo Christo facto Deo: hoc & ego fieri possum, si uolo. Verum nō attenderunt isti loquentes mendacium, quid'nā Lazarum quatriduanum suscitaturus Christus dixit discipulis suis, Infirmitas hæc nō est ad mortem, sed ꝓ gloria Dei, ut glorificetur filius Dei p eā. Ergo filius Dei est Deus: & sicut Dei filius naturà, ita & Deus naturà. Et Deus (inquit) erat uerbum. Si enī filius hominis homo est, & genitum naturà eiusdē substātiæ cum gignente: q̃modo nō erit filius Dei naturà Deus? Atq Christus est filius Dei uiui, ut cōfessus est beatus Petrus, & ob illā cōfessionē cōmendatus à Domino. Igitur & Christus naturà Deus, & non dignitate additítia. Rursum alij ob omnimodā uoluntatis Christi cum Dei uoluntate cōcordiā, illi nūcupationem Dei attribuerunt. Nōnulli ob idipsum, qđ æqualis illi cum Deo esset concessus honor. Plerìq; æquiuocè duntaxat & alia ratiōe Christum posuerunt uocatum Deum, q̃ cœli & terræ creator: quemadmodum homo participatione Deus dicitur, & Dei filius. Demum aliq Christum etsi solum hominem, usqueadeò complacuisse Deo astruxerunt, ut acceptatus fuerit ab eo ad eiusdem nominis consortium & communionem. Verùm hæc omnia fictitia sunt hæreticorum commenta, uarias confingentium causas: quibus Christo diuinitatem detraherent, denominationem Dei in scriptura ei attributam asseruerunt. Porro ut hæreticorum de sacratissima Domini incarnatione perperā sentientium noscātur apertius impia dogmata, q̃ ab authore in hoc tertio libro sparsim & acriter quidem cōfutantur, annotare operęprecium est, Manichæos negasse, Christum assumpsisse uerā naturā humanā, sed secundum phantasiā tantum et apparentiā ipsum carnis formā suscepisse, inter multa alia impietatis suæ deliria illos cōfinxisse. Valētinus autē Platonicus asseruit Christū de sacrosanctæ uirginis substātia nihil corporis sumpsisse, sed q eā quasi p fistulā dūtaxat transisse. corporis autem substantiā ipsum de cœlo traduxisse cōfinxit. Verùm cum suis sectatorib. Valētinianis, in duodecimo huius libri cap. impugnatur. Apollinaris uero Laodiceæ Syriæ episcopus, posuit corpus solū, nō animā, à Christo in dispēsatione carnis esse susceptū

Postea uerò cũ rationibus urgeretur, dixit eum quidẽ habuisse animã, non tamen ea ex parte qua rationalis est, sed ex ea solum, qua corpus uiuum & sentiens reddit. ad supplementũ uerò rationalis partis ipsum uerbũ Dei fuisse perhibuit. Sed ipse cũ Apollinaristis suis sectatorib. in annotatis circa finem secundi capitis huius libri paucis improbatus est. Cæterũ Nestorius (quem cũ nonnullis alijs impietatis satellitibus, author in litera nominat) Cõstantinopolitanus episcopus, sacratissimã uirginem Mariã nõ Dei, sed hominis tantumodo genitricẽ dixit, ut aliam carnis, aliam diuinitatis personã faceret: & seiunctim alterũ esse Dei filium, alterum hominis ostenderet. Eutyches uerò Constãtinopolitanus abbas, ne sentire cũ Nestorio uideretur, diuinã naturã cũ humana in idẽ compositũ recidisse affirmabat, unũq; factũ, nec ullo modo duas illas naturas inter se distingui debere: quam sanè extremã impietatem & blasphemiã hoc tertio ca. Damascenus ualidissimè impugnat, elidit prorsus, ac reijcit. Eadẽ quoq; cũ Dioscoro Alexandrino episcopo (quẽ hic litera nominat) Eutychianæ uesaniæ fautore in cõcilio Calcedonensi dãnatur. Insurrexit deinde in ecclesia Acephalorũ hæresis, qui ideo hoc nomine uocati sunt, quia sine capite & præcipuo authore habebãtur. Hi Calcedonense cõcilium improbantes, proprietatẽ duarũ substantiarum in Christo negarunt, unam tantum in eiusdẽ persona naturã prædicantes. Præterea Theodorus (cuius author in litera meminit) cũ Nestorianis sentiens, adstruxit Mariã uirginem solum hominẽ peperisse non Deũ & hominẽ, qđ Christum Deum esse negaret. Sed & ipse & eiusdẽ sectę hæretice omnes, in quinta synodo generali (quæ Constantinopoli habita est) dãnati sunt, & ab authore in duodecimo huius libri capite cõuincuntur impietatis & blasphemiæ. Insup Ebionitæ ab Ebione suo primo authore dicti, Christũ per profectũ solum uirum iustũ putabant effectũ: qui etiã hoc loco ab authore condẽnantur. Photiniani uerò, à Photino Gallogræciæ Smyrnæ episcopo nominati, Ebionitarũ hæresim propemodũ extinctam suscitarunt, Christi diuinitatẽ cũ ipsis blasphemãtes: quẽ etiã asseruerunt ex sacrosancta uirgine Maria p Ioseph nuptiali cõsortio fuisse conceptũ. Deniq; Antidicomaritæ appellati sunt, alij impietatis assertores, quod semp sanctæ uirginis Mariæ uirginitati contradicunt: dicentes, eã post Christũ natũ uiro suo Ioseph nuptiali societate fuisse cõmixtã. Quorũ impudentẽ insaniã adaugent Eluidiani, ab Eluidio hęresiarcha nũcupati, qui asserunt post Christũ natũ alios filios Deo sacratã Mariã de uiro Ioseph peperisse. Hos egregio opere & luculento cõfutat beatus Hieronymus. Postremũ Monothelitæ dicti sunt hæretici, qui unã tantũ in Christo uoluntatẽ & actionem posuerunt, negaruntq; duas (q duabus respondeant naturis) in ipso uoluntates naturales & actiones. Quos Damascenus in 14. huius libri capite latissimè redarguit. Si qui alij fuerũt circa incarnationis mysteriũ hæretici, cũ supradictis quoque coincidere uisi sunt, & impiè sentire. Enimuero ne unũ declinãtes errorem, in alterius laqueos & barathrũ incauti incidamus: ad solicitè obseruandũ, qđ cũ dicit litera nos cõfiteri debere filiũ Dei incarnatũ secundũ cõpositionẽ, & in ipso duas naturas unitas adinuicẽ in una cõposita hypostasi, hoc locò & sequẽtibus, ubi de ineffabili incarnatione filij Dei habetur sermo (ut septimũ huius libri caput marginali annotatione meminit) cõpositio nõ uulgatã et tritã habet acceptionẽ, ut sit alicuius totius ex suis partibus cõstitutio. nõ enim huiusmodi in Christo fuit cõpaginatio ex diuinitate & humanitate, cũ illæ duæ naturæ minimè fuerint ipsius Christi partes: nõ enim potest simplicissima diuinitas cũ alio cuiuspiã subire cõpositionem & constitutionem, quandoquidẽ in summæ simplicitatis rationi haud parum derogaret. Sed paulò differentẽ à priore rationem habet cõpositio, designatq; duarũ naturarum in uno hypostasi simplicissimã, ac citra totius cõstitutionẽ ex partibus unionem. Quæ quidẽ unio cum nostræ mentis captũ longè excedat, non nisi domesticis familiaribusq; et ex nostra fragilitate petitis rerũ notionib. ut qbusdã adminiculis & adiumentis insinuari nobis potest. Idcirco nuncupatione cõpositionis plerunq; exprimitur, & p totius ex duabus diuersæ naturæ partibus cõstitutionẽ tanq̃ proportionale quiddã declaratur, cum catholica piè cõfitetur ecclesia, quod sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus. Eodem itidem fermè loquendi genere, q̊ hic Damascenus, utitur & beatissimus pater Dionysius in primo capite libri de Diuinis nominibus, cũ inquit: Supra modũ uero benignã aduertimus diuinitatem, prædicari, quia in una psonarum suarum infirma nostra integrè uerissimeq; suscepit, ad seipsam reuocãs atq; astringens humilitatẽ nostrã: ex qua ineffabiliter cõpositus est simplex Iesus, æternusq; temporales subijt metas, atq; intra naturæ nostræ terminos uenit, qui omnẽ totius naturæ ordinẽ eminẽter excedit, suis pprietatib. immutabiliter atque incõfusè subnixus. Vbi à sacratissimo patre sine aliqua oppositione aut repugnantia Dominus noster Iesus Christus & simplex dicitur & cõpositus: simplex quidem, ob personæ unitatem, & carentiã cõstitutionis ex duabus naturis tanquã suis partibus: cõpositus uero, ob duarũ in eo naturarũ ueritatẽ, et in una hypostasi unionẽ. Porrò quẽadmodũ duas in Christo naturas cõfitemur post unionẽ saluas et integras mãere, sine aliqua confusione aut trãsmutatiõe: ita et substãtiales earũ differẽtias fateri debemus mãere omnino incolũes et illabefactas. Nõ eñ poterit natura aliqua sine naturalib. suis differẽtijs subsistere. Sanè in homine corp. et anima mãifestũ naturę discrimẽ habẽtia, uniũtur adinuicẽ ad humanã integrãdã naturam.

naturam,& suas quamuis longè inter se discrepantes saluant differentias. Est enĩ corpus materiale,extensum,sensibile,mortale: anima uerò rationalis,immortalis,inextensa,sensui impruia, morti nequaquã obnoxia. Haud secus in Christo,tametsi multo altiore gradu diuina natura & humana suas etiam oppositas integrè seruãt substãtiales differentias. Enimuero unio animæ rationalis cum corpore in homine,proxima est manuductio & uestigiũ quoddã summæ unionis diuinitatis cũ humanitate: quãdoquidem ut sancta canit ecclesia,sicut anima rationalis et caro unus est homo,ita Deus et homo unus est Christus. Verũ summoperè à lapsu hic cauendũ est,ne sicut anima & corpus hominẽ secundum substantiam cõponunt:ita Deũ & hominem,partes putemus Christum constituentes. Nõ enim hæc,sed unionis duarũ naturarũ in uno supposito,utrobique prætenditur similitudo, quæ & in nobis & in Christo,quãuis diuerso modo,comperitur. Porro ob hãc ineffabilem Dei cum homine unionem,fit mutua proprietatum utriusque naturæ alternatio,& alterna prædicatio: uniusq; naturæ ꝓprietates alteri ob unionem earum in una hypostasi,attribuuntur. Vt in illo dicto beati Pauli,primæ epistolæ ad Corinthios capite secũdo: Si enĩ cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: crucifixio q̃ ipsius est carnis propria,attribuitur Deo, Deiq; filio, & Domino gloriæ,ob cõmunionem & commerciũ in eodem supposito. E' diuerso qđ uerbi Dei est, tribuitur carni,cum Dominus noster in terra diuersans, dixit Nicodemo,Ioãnis ca. tertio: Et nemo ascẽdit in cœlum nisi qui descendit de cœlo,filius hominis qui est in cœlo. In terra quidẽ tum subsistens loquebatur filius hominis,& tamẽ in cœlo seipsum esse dixit,nõ quidẽ ut homo,sed quatenus Deus. Ob unionẽ planè admirabilem naturæ diuinæ cum humana in eadẽ persona & supposito,fit alterna huiusmodi cõmunicatio atq; attributio, eius qđ unius naturæ est propriũ,ad alteram, quemadmodum in sequenti capite amplius euadet perspicuũ. Ob eandem itidem unionem duarum naturarũ in unam hypostasin,quarum utraq; post unionẽ manet salua & integra,certa perspicitur habitudo Christi, ut medij & in meditullio cõstituti ad extremos,scilicet Deum patrem & spiritũ sanctũ,tanq; superius & maius extremũ: & sanctissimã eius matrem,cæterosq; homines,tanquam inferius & minus extremũ. Enimuero si cœlestia agmina & supramundana tanquã unũ constituatur extremum, in exemplo consimili quod ad rẽ propositã clarius intelligendã manuducat. corporea uerò entia & crassitie materiæ obducta, tanquã extremũ alterũ, & submissius atq; depressius, inter quæ mediastinus constituatur homo,utriusq; extremorũ quicquã participans. Si diuersitatem naturarum, ex quibus ut partibus substantialibus coalescit,in homine attendamus,cũ utroq; cõspirabit extremo. Nam secundum animã,cũ angelicis spiritualibusq; substantijs conueniet: secundum corpus uerò, cũ sensibilibus & corporeis. Si uerò totã hominis personam ex utraq; compactam parte consideremus,ab utroq; extremorũ homo discrepabit. ab angelis quidem, nã corporei nõ sunt: ab inferioribus uerò rebus,nam intellectu & ratione carent. Haud secus cõstitutus patre et spiritu sancto ut uno extremo,sacratissima uerò Christi matre & reliquis hominibus ut altero extremo: Christus in horum medio,modo quodã constitutus, utriusq; extremi quicq; habet cõmune. Cuius si duas attendamus naturas,cõiungetur mediũ ipsum utriq; extremorum conuenientiæ,consubstantialisq; rationis consortio: patri quidẽ & spiritui sancto secundum diuinitatem,sacrosanctæ uerò matri suæ secundum humanitatem. Qđ si una in Christo consideretur persona & hypostasis,utramq; naturam cõplectens,ab utroque extremo patietur dissidium & discrimen. A' patre quidem & spiritu sancto,quòd non eis adest humanitas: à matre uerò sacratissima,quòd non est ipsi hypostaticè unita(sicut Christo)diuinitas.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΡΟΠΟΥ ΤΗΣ ἀντιδόσεως. να.

Ὅτι μὲν οὖν ἕτερον ἐστὶν οὐσία, καὶ ἕτερον ὑπόστασις, πλειστάκις εἰρήκαμεν. καὶ ὅτι ἡ μὲν οὐσία, τὸ κοινὸν καὶ περιεκτικὸν εἶδος τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων σημαίνει, οἷον θεός, ἄνθρωπος. ἡ δὲ ὑπόστασις, ἄτομον δηλοῖ, ἤτοι πατέρα, υἱόν, πνεῦμα ἅγιον, πέτρον, παῦλον. ἰστέον τοίνυν ὅτι τὸ μὲν τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὄνομα, τῶν οὐσιῶν, ἤτοι τῶν φύσεων ἐστὶ παραστατικόν. τὸ δὲ θεὸς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ τῆς φύσεως τάττεται. ὥσπερ ὅταν λέγωμεν, θεός ἐστιν ἀκατάληπτος οὐσία, καὶ ὅτι εἷς θεός. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων, ὡς τοῦ μερικοτέρου, δεχομένου

DE MODO ANTIDOSEOS ET ALternatione, Cap. IIII.

QVòd igitur aliud est substantia, & aliud hypostasis sæpissimè dicere solemus: & quòd substantia communem & contentiuam earum quæ eiusdem speciei sunt hypostaseon, designat speciem,ut Deus,homo: hypostasis autem indiuiduum ostendit,ceu patrem,filium,spiritum sanctum, Petrũ, Paulum. Sciendum igitur,quod deitatis & humanitatis nomen substantiarũ, id est naturarũ est repræsentatiuũ. At Deus & homo & de una natura ordinatur: quemadmodum cum dicimus, Deus est incõprehensibilis substantia, & unus est Deus: sumitur etiam & de hypostasibus,ut particulariori suscipiente

τὸ τοῦ καθολικωτέρου ὄνομα. ὡς ὅταν φησὶν ἡ γραφή, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεός, ὁ θεός σου. ἰδοὺ γὰρ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἐδήλωσε. καὶ ὡς ὅταν λέγει, ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ αὐσίτιδι. τὸν γὰρ Ἰὼβ μόνον ἐδήλωσεν. ἐπὶ οὖν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἐπειδὴ δύο μὲν τὰς φύσεις γινώσκομεν, μίαν δὲ τὴν ὑπόστασιν ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετον, ὅτε μὲν τὰς φύσεις ἀναθεωροῦμεν, θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα καλοῦμεν. ὅτε δὲ τὴν ἐκ τῶν φύσεων συντεθεῖσαν ὑπόστασιν, ποτὲ μὲν ἐκ τοῦ συναμφοτέρου χριστὸν ὀνομάζομεν, καὶ θεὸν καὶ ἄνθρωπον κατὰ ταυτὸν, καὶ θεὸν σεσαρκωμένον, ποτὲ δὲ ἐξ ἑνὸς τῶν μερῶν, θεὸν μόνον, καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἄνθρωπον μόνον καὶ υἱὸν ἀνθρώπου. καὶ ποτὲ μὲν ἐκ τῶν ὑψηλῶν μόνον, ποτὲ δὲ ἐκ τῶν ταπεινῶν μόνον. εἷς γάρ ἐστιν ὁ κἀκεῖνο καὶ τοῦτο ὁμοίως ὑπάρχων, τὸ μὲν ὢν ἀεὶ ἀναιτίως ἐκ πατρός, τὸ δὲ γενόμενος ὕστερον διὰ φιλανθρωπίαν. θεότητα μὲν οὖν λέγοντες, οὐ κατονομάζομεν αὐτῆς τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἰδιώματα. οὐ γάρ φαμεν θεότητα παθητὴν, ἢ κτιστήν. οὔτε δὲ τῆς σαρκός, ἤτοι τῆς ἀνθρωπότητος κατηγοροῦμεν τὰ τῆς θεότητος ἰδιώματα. οὐ γάρ φαμεν σάρκα, ἤτοι ἀνθρωπότητα ἄκτιστον. ἐπὶ δὲ τῆς ὑποστάσεως, κἂν ἐκ τοῦ συναμφοτέρου, κἂν ἐξ ἑνὸς τῶν μερῶν ταύτην ὀνομάσωμεν, ἀμφοτέρων τῶν φύσεων τὰ ἰδιώματα αὐτῇ ἐπιτίθεμεν. καὶ γὰρ ὁ χριστός, ὅπερ ἐστὶ τὸ συναμφότερον, καὶ θεὸς καὶ ἄνθρωπος λέγεται, καὶ κτιστὸς καὶ ἄκτιστος, καὶ παθητὸς καὶ ἀπαθής. καὶ ὅταν ἐξ ἑνὸς τῶν μερῶν, υἱὸς θεοῦ καὶ θεὸς ὀνομάζηται, δέχεται τὰ τῆς συνυφεστηκυίας φύσεως ἰδιώματα, ἤτοι τῆς σαρκός, θεὸς παθητὸς ὀνομαζόμενος, καὶ κύριος τῆς δόξης ἐσταυρωμένος, οὐ καθὸ θεός, ἀλλὰ καθὸ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. καὶ ὅταν ἄνθρωπος καὶ υἱὸς ἀνθρώπου ὀνομάζηται, δέχεται τὰ τῆς θείας οὐσίας ἰδιώματα καὶ αὐχήματα, παιδίον προαιώνιον, καὶ ἄνθρωπος ἄναρχος, οὐ καθὸ παιδίον καὶ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καθὸ θεὸς ὢν προαιώνιος, γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων παιδίον. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος τῆς ἀντιδόσεως, ἑκατέρας φύσεως ἀντιδιδούσης τῇ ἑτέρᾳ τὰ ἴδια διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα αὐτῶν περιχώρησιν. κατὰ τοῦτο δυνάμεθα εἰπεῖν περὶ χριστοῦ, οὗτος ὁ θεὸς

uniuersalioris nomen, ceu cū dicit scri ptura: Propterea unxit te Deus, Deu tuus. Ecce enim patrem & filium ostē dit. & cum dicitur, Erat homo quidam in terra Ausitide: nam Iob solū ostēdi. In Domino igitur nostro Iesu Christo, quia duas naturas agnoscimus, & un hypostasin ex utraq; compositam, qu do naturas respicimus, deitatem hum nitatemq; uocamus. At uero quand ex naturis coniunctā hypostasin, qua doque ex utrisque simul, Christum nominamus, & Deū & hominem seci dum idem, & Deum incarnatū. qua doq; uero ex una partium, id est na rarum, Deum solum, & filium Dei, hominem solum, & filium hominis. quandoque ex sublimibus solis, qua doq; ex solis humilibus, nam unus e & hoc et illud similiter existēs: hoc qu dem, semper existens causaliter ex tre, illud uero, posterius homo factu ob miserationem et amorem homin

Diuinitatem igitur dicentes, non illa nominamus ea quæ humanita sunt propria: non enim dicimus dei tem aut passibilem, aut creatam. Ne de carne, id est humanitate, prædic mus ea quæ deitatis sunt propria: n neque dicimus carnem, id est huma tatem increatā. At uero de hypostasi ue ex utraque, siue ex una naturaru eam nominamus, utriusq; naturar propria illi adijcimus. Nam Chris hoc quidem est quod utrunq; simul Deus & homo dicatur, & creatus & creatus, & passibilis. & impassibilis. quando ex una naturarum filius D & Deus nominatur, suscipit consub tatæ naturæ, id est carnis propria, De passibilis nominatus, & Dominus g riæ crucifixus, non secundum qu Deus, sed secūdum quòd homo ide est. Et quando dicitur homo & fili hominis, suscipit diuinæ substantiæ pria, & glorificationes, puerulus a sæcula, & homo sine principio, non s cundum quòd puer & homo, sed cundum quòd Deus (qui est ante sæcula) factus est in nouissimis puer paruulu Et iste modus est alternationis, alternatæq; attributionis utriusque naturæ, alte tri propria uicissim reddentis propter hypostaseos identitatem, & ipsarum in im cē immanentiā ac insessionē. Secundū hoc possumus dicere de Christo, hic De

no

ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συ-
νανεστράφη, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἄκτιστός ἐστι καὶ
ἀπαθὴς, καὶ ἀπερίγραπτος.

noster in terra uisus est, & hominibus
cõuersatus est, & homo iste increatus
est, impassibilis, & incircunscriptus.

COMMENTARIVS.

MAgnum esse discrimen inter substantiã siue naturã, & hypostasin seu personam, ex di-
ctis in præcedenti capite iam liquet. Nã substantia cõmunem denotat speciem, gene-
ralemq́ rationem, sub qua cõtinentur plura eiusdem speciei indiuidua: ut deitas, humanitas.
Hypostasis autem siue persona, est singulum quodq; indiuiduum, sub speciei contentũ, & sin
gulari proprietate ab alijs discretũ, ut pater, filius, Ioãnes, Petrus. Itaq; nomina communia in
abstracto expressa, ut diuinitas, humanitas, solũ naturæ, substantiæq́ sunt designatiua. Nem
pe diuinitas naturã significat diuinam, & humanitas humanã. Nomina uero cõmunia in cõ-
creto expressa, naturalia sunt siue substãtialia, eaq́ significant indiuidua, quæ huiusmodi sor
tiuntur naturas, ut Deus qui diuinam habet naturam, & homo qui humanã. Veruntamẽ hęc
nomina bifariã dicuntur atq; sumuntur, nunc quidem coniunctè, & unialiter atq; cõplexiuè,
ut si nomẽ Deus tres personas indifferenter sine discretione cõplectatur, & substantiã potius
respiciat: sicut Deus est unus, æternus, immẽsus, omnipotẽs, & cętera id genus, ubi Deus essen
tialiter sumitur & substãtialiter: similiter & in cæteris denominationibus, in quibus aliqua cõ
munis ꝓprietas deitatis, & æquè omnibus cõueniens hypostasibus, ipsi Deo attribuitur. Ita
homo substantialiter & essentialiter sumitur, cũ eã habet adiunctã proprietatẽ, q̃ omnib. indi
uiduis æqualiter conuenit, ut homo est rationalis, intellectualis, liberæ uolũtatis, uirtutis ca
pax. Vbi non de hoc potius quã illo homine, sed omnib. sine discrimine fit sermo. Interdũ ue
ro eadẽ nomina naturalia, discretè sumuntur, cũ unũ numero & singulare indicãt ab alijs dis-
cretũ: quemadmodũ cum nomen Deus, annectitur singulari alicuius diuinarũ personarũ ꝓ-
prietati: ut Deus est ingenitus, Deus est genitus, Deus est ꝓcedẽs. Hic eñ Deus hypostaticè su
mitur & ꝑsonaliter: primo quidẽ loco ꝓ solo patre, secundo pro filio, tertio pro spiritu san-
cto. Et ibidẽ quod particularius est, suscipit nomen uniuersalioris: quia hypostasis & supposi
tũ diuinũ exprimitur nomine naturali, cõmuni secundũ suã rationem, ad quãq; diuinarum
personarũ. Et hoc modo, scilicet discretè & personaliter sumitur in illo loco Psalm. 44. Propte
rea unxit te Deus. Deus tuus oleo lætitiæ: ubi nomẽ Deus secundũ primũ unctionis modũ in
capite præcedẽti ad literæ sententiã expressum, solũ ostẽdit filiũ: pronomen uero te, Christũ
demonstrat ut hominem, siue sacratissimã Christi carnem, quæ uncta est unctione admirabili
per diuinitatem illi unitã in unã hypostasin. Sanè hoc unctionis genere solus Dei filius homi
nẽ unxit: nã neq; pater, neq; spiritus sanctus humanã sibi carnẽ uniuit. Quod uero ꝓnomẽ te,
eodem loco sacrosanctã filij Dei carnẽ ostendat, testis est & Cassiodorus, adductũ Psalmi lo-
cũ ita explanans: Sed Christus ab illa parte unctus dicitur, qua dispẽsatione & natus, & mor-
tuus, & resurrexisse ueraciter creditur. Et rursum eodẽ loco: Sed hęc omnia carni cõueniũt, cui
pijssimũ & gloriosissimũ uerbum unitũ est pro salute cunctorũ. Si uero secundũ unctionis
modũ in præcedentis capitis annotationib. expressum cõsideramus, quo scilicet Deus pater
unxit Christũ spiritu sancto, ut ait beatus Petrus in Actis apostolorũ, etiã nomẽ Deus ibidẽ
discretè sumitur ꝓ patre, demõstrationis pronomen pro filio incarnato, & oleũ lætitiæ ꝓ spi
ritu sancto. Consimiliter nomen Homo interdũ sumitur discretè & personaliter, cũ de unico
homine sermonem facimus per nomẽ cõmune speciei: ut cũ dicimus, homo quidam constru
xit arcã, intelligentes ipsum Noe: & homo quidã eduxit Israel de Aegypto, Mosen significã-
tes. Similiter cũ 1. ca. Iob dicitur, Erat homo q̃dã in terrra Ausitide, de solo Iob sermonẽ facit
scriptura. At uerò nostra translatio Iob primo ita habet: Vir erat in terra Hus nomine Iob. Ve
rũ eadẽ regio q̃ Hus est denominata, à primogenito ipsius Nachor fratris Abrahæ, nomine
Hus, ut cẽsent Hebræi, nomẽ etiã habet Ausitidis: cuius meminit Hierẽ. ca. 25. cũ inq̃t, Pharao
ni regi Aegypti & seruis eius & principibus eius, & omni populo eius, & uniuersis, generali-
ter, cũctis regib. terræ Ausitidis, & cũctis regib. terræ Philistijm, & Ascalonis & Gazæ, & Ac-
carõ & Azoti. Vbi glosa exponẽs id uerbũ, terræ Ausitidis, dicit, quæ Hebraice Hus, de qua
dicitur, Homo q̃dã erat in regione Ausitidis nomine Iob. Et huic astipulatur antiqua tradu
ctio hoc loco sic habẽs. Et sicut cũ dicit, uir erat in terra Hus, solũ Iob demõstrat: & ꝓlogus in
librũ Iob idẽ attestatur dicẽs, In terra quidẽ habitasse Ausitide Iob fertur, in finibus Idumeæ
& Arabiæ. Vt autẽ rectã habeamus & aptã loquendi rationẽ atq; formã, de hoc ineffabili in-
carnationis mysterio, nos edocet litera, cũ duas in Christo naturas respicimus, eas nominib.
naturæ exprimi debere, & uocari diuinitatẽ, siue naturã diuinã, & humanitatẽ siue naturam
humanã. Cum uero unam ex duabus naturis coniunctam personam consideramus, interdũ
ipsam nominamus ab utraq; naturarum simul, ut cũ Christum dicimus Deum & hominem,
Deũ incarnatũ siue humanatũ: interdũ uero ipsam eandẽ hypostasin exprimimus ex una so-
lũ natura, alteram non designãtes, ut cum eandẽ uocamus Deũ, uerbũ, filiũ Dei, solam expli-
camus naturã eius diuinam. At cũ eandem personam dicimus hominem, filium hominis, fi-
lium uirginis, à sola tunc una parte, scilicet humana natura sumimus denominationẽ nomen

naturalẽ

naturale. Vnde duas naturas, diuinam inquam & humanã, in unã coalitas hypostasin, uoca hoc loco Damascenus partes in analogia, qđ quemadmodũ partes inter se diuersæ, uniũtur in toto: ita huiusmodi duæ naturæ, in uno supposito. Illarũ tamen naturarũ non esse cõpositio in tertio, simplicissima unio: quare propriã partis rationem non sustinent. Cum itidem dicit litera, quod quandoq; ex sublimibus solis & quandoq; ex humilibus, ipsam hypostasin ex duab. coniũctã naturis nominamus, sublimia uocat, quæ in Christo ad diuinitatẽ spectã omnibus supereminentem: humilia uerò, quæ ad humanitatem eiusdẽ pertinent, lõgè infra illam subsistentem. Itaq; quãdoq; nominamus Christũ & enunciamus ex ijs solis quæ deitatẽ eius cõcernunt, aliquãdo uero ex ijs duntaxat quæ humanitatẽ respiciunt, ut superiora monstrant exẽpla. Nã unus est Christus, hoc & illud similiter existens, utpote sublime & humile, hoc quidẽ scilicet sublime, semper existẽ, causaliter à patre: illud uero, utpote humile, posterius homo factus. Et ut sacer inquit Athanasius, Deus est ex substãtia patris ante sæcula genitus, & homo ex substãtia matris in sæculo natus. Ex prædictis animaduertendũ esse subiũgit author, qđ alternatio ꝓprietatũ, qua quod uni naturæ propriũ est, alteri propter communionem earum in eodem supposito attribuitur, nequaquã admittenda est in nominibus naturæ quia neq; diuinitati attribuenda sunt ea quæ humanitatis sunt propria, ut qđ sit creata, passibilis, aut tẽporalis: neq; humanitati ascribenda sunt ea prædicata, quæ solius sunt diuinitatis ut qđ sit increata, impassibilis, æterna. Sed in nominibus naturalibus aut ꝑsonalibus, siue alterutrã exprimentibus naturã siue utranq;, accõmodatè fit huiusmodi alternata ꝓprietatũ attributio, propter identitatẽ hypostaseos & consequentiã quandã. Vt ipsi Deo & filio Dei attribuũtur ea quæ sunt hominis ꝓpria, cũ dicitur Dominus gloriæ crucifixus. Nẽpe filius hominis crucifixus est: idem autẽ omnino est filius hominis, et Dominus gloriæ: igitur & Dominus gloriæ crucifixus est, qđ statim per expositionẽ, syllogismũq; expositoriũ euadit conspicuũ. Ita Deus factus est in nouissimis puer paruulus, de quo Esaias ca. 9. ait: Puer natus est nobis, & paruulus datus est nobis, & factus est principatus sup humerũ eius, & uocabitur nomẽ eius admirabilis, cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Porro nouissima hic dicũtur tẽpora, salutifero Christi aduentui designata: non quidem quod illis alij non succederent dies, neq; temporũ curricula, sed quia nõ erat expectanda alterius legis post euangelicam latio, sed ad finem usq; mundi lex à Christo lata esset duratura. Rogauit em̃ ꝑ Petro Christus, ut nõ deficeret fides eius, & exauditus est ꝓ reuerentia sua. despõsauit em̃ sibi Christus ecclesiam in fide in æternum, secundũ Oseę uaticinium. Rectè igitur nouissimi dies dicũtur quibus nouissima à Deo lex est data. Vnde Geneseos ca. 46. Iacob moriturus, ad filios ait: Congregamini ut annunciẽ uobis, q̃ uentura sunt in diebus nouissimis: ubi multa de Christi aduentu in mundũ texit oracula. Et Esaias ca. 2. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini, & eleuabitur super omnes colles. Vbi manifestũ de Christi aduentu tradit uaticiniũ. Paulus item primæ epistolæ ad Corinthios ca. 10. Scripta sunt hæc ad correptionem nostrã, in quos fines sęculorum deuenerunt. Idem quoq; ad Hebræos ca. 1. Nouissimè locutus est nobis in filio: significans Deũ postea nõ alio modo, nec amplius hominibus locuturum. Dicimũ Ioãnes in prima sua epistola catholica: Filioli, nouissima hora est. Insuper ex consimili quadã quẽdi ratione, qua qđ hominis est ꝓpriũ, Deo tribuitur: & ista in litera admittitur, hic Deus noster, in terra uisus est. Quod quidem exemplũ desumptũ est ex Baruch ca. 3. dicente: Hic Deus noster, & non æstimabitur alius ab illo. Hic adinuenit omnẽ uiã disciplinæ, & tradidit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cũ hominib. conuersatus est. E diuerso propter hanc permissionem alternationis proprietatũ (quã idiomatũ communicationem pleriq; nuncupant) quod solius Dei est propriũ, plerunq; homini ascripsimus, propter quandã cõsequij necessitatẽ ex idẽtitate personæ, ut filius hominis increatus est & æternus. Nẽpe filius Dei, increatus est & sempiternus. Atq filius Dei est filius hominis. est igitur filius hominis, increatus & æternus. Verũtamen summopere est cauendũ, ne huiusmodi alternæ attributionis ꝑmissione, ineptire pergamus, & sacrorum eloquiorũ metas transgressi, eas nectamus ꝓpositiones, quæ absurdæ sunt & ꝑrsus impropriæ quãdoquidem in disciplinis, potissimũ diuinis, non minus impropria quàm falsa sunt reijcienda.

ΠΕΡΙ ΑΡΙΘΜΟΥ ΤΩΝ φύσεων. νβ.

Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς θεότητος, μίαν μὲν φύσιν ὁμολογοῦμεν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις κατ' ἀλήθειαν οὔσας φαμέν, καὶ πάντα μὲν τὰ φυσικὰ καὶ οὐσιώδη, ἁπλᾶ φαμέν, τὴν δὲ διαφορὰν τῶν ὑποστάσεων ἐν μόναις ταῖς τρισὶν ἰδιότησι, τῇ ἀναιτίῳ καὶ πατρικῇ, καὶ αἰτιατῇ καὶ υἱϊκῇ, καὶ τῇ αἰτιατῇ καὶ ἐκπορευτῇ ἐπὶ γινώσκομεν, ἀνεκφοιτήτους δὲ αὐτὰς καὶ

DE NVMERO NATVRARVM. Cap. I

Qvemadmodũ sanè in diuinitate unã naturam cõfitemur, tres etiã hypostases secundũ ueritatem existentes asserimus: & omnia naturalia, substãtialia, & simplicia dicimus. Differentiam aũt hypostaseon, in tribus proprietatibus, in causali & æterna, causali & filiali, & processibili cognoscimus: & easdem insecessibiles indistan

ἀδιαστάτους ἀλλήλων, καὶ ἡνωμένας, καὶ ἐν ἀλλήλαις ἀσυγχύτως περιχωρούσας ἐπιστάμεθα, καὶ ἡνωμένας μὲν ἀσυγχύτως (τρεῖς γάρ εἰσιν εἰ καὶ ἥνωνται) διακεκριμένας δὲ ἀδιαστάτως. (εἰ γὰρ καὶ ἑκάστη καθ᾽ ἑαυτὴν ὑφέστηκεν, ἤγουν τελεία ἐστὶν ὑπόστασις, καὶ τὴν οἰκείαν ἰδιότητα, ἤτοι τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον διάφορον κέκτηται, ἀλλ᾽ ἥνωνται τῇ τε οὐσίᾳ, καὶ τοῖς φυσικοῖς ἰδιώμασι, καὶ τῷ μὴ διΐστασθαι, μηδὲ ἐκφοιτᾶν τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, καὶ εἷς θεός εἰσί τε καὶ λέγονται) τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς θείας, καὶ ἀρρήτου, καὶ πάντα νοῦν καὶ κατάληψιν ὑπερεχούσης οἰκονομίας, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος θεοῦ λόγου, κυρίου τε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δύο μὲν φύσεις ὁμολογοῦμεν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην, συνεληλυθυίας ἀλλήλαις καὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἑνωθείσας, μίαν δὲ ὑπόστασιν ἐκ τῶν δύο φύσεων ἀποτελεσθεῖσαν σύνθετον. σώζεσθαι δέ φαμεν τὰς δύο φύσεις καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐν τῇ μιᾷ συνθέτῳ ὑποστάσει ἤγουν ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ, καὶ κατὰ ἀλήθειαν αὐτὰς εἶναι, καὶ τὰ τούτων φυσικὰ ἰδιώματα. ἡνωμένας μέντοι ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως, διαφερούσας τε καὶ ἀριθμουμένας. καὶ ὥσπερ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις τῆς ἁγίας τριάδος, ἀσυγχύτως τε ἥνωνται, καὶ ἀδιαιρέτως διῄρηνται, καὶ ἀριθμοῦνται, καὶ ὁ ἀριθμὸς διαίρεσιν, ἢ διάστασιν, ἢ ἀλλοτρίωσιν καὶ διατομὴν ἐν αὐταῖς οὐκ ἐργάζεται (ἕνα γὰρ θεὸν ἐπιγινώσκομεν, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αἱ τοῦ Χριστοῦ φύσεις, εἰ καὶ ἥνωνται, ἀλλ᾽ ἀσυγχύτως ἥνωνται, καὶ εἰ ἐν ἀλλήλαις περιχωροῦσιν, ἀλλὰ τὴν εἰς ἀλλήλας τροπήν τε καὶ μεταβολὴν οὐ προσίενται. φυλάττει γὰρ ἑκατέρα τὴν ἑαυτῆς φυσικὴν ἰδιότητα ἀμετάβλητον. διὸ καὶ ἀριθμοῦνται, καὶ ὁ ἀριθμὸς οὐκ εἰσάγει διαίρεσιν. εἷς γὰρ ἐστὶν ὁ Χριστός, ἔν τε θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι τέλειος. ὁ γὰρ ἀριθμός, οὐ διαιρέσεως ἢ ἑνώσεως αἴτιος πέφυκεν, ἀλλὰ τῆς ποσότητος τῶν ἀριθμουμένων σημαντικός, εἴ τε ἡνωμένων, εἴτε διῃρημένων. ἡνωμένων μέν, ὡς ὅτι πεντήκοντα λίθους ἔχει ὁ τοῖχος οὗτος· διῃρημένων δέ, ὅτι πεντήκοντα λίθοι κεῖνται ἐν τῷ πεδίῳ τούτῳ. καὶ ἡνωμένων μέν, ὅτι δύο φύσεις εἰσί, ἐν τῷ ἄνθρακι, πυρὸς λέγω καὶ ξύλου. διῃρημένων δέ, ὅτι ἡ φύσις τοῦ πυρὸς


indistantes ab inuicem, & unitas, & in inuicem inconfuse se immeãtes scimus, & sine cõfusione quidem unitas (nam tres sunt, etsi uniuntur) discretas autem, sed indistanter. Siquidem unaquęque secundum seipsam subsistit, id est, perfecta est hypostasis, & suam proprietatem, id est, existentiæ modum differentem possidet. sed unitæ sunt substantia & naturalibus proprietatibus: & eo quod non distant neque discedunt à paterna hypostasi, & unus Deus, & sunt & dicuntur. Eodem modo & in diuina & ineloquibili, & mentem omnem comprahensionemque omnem excedẽti dispensatione unius sanctæ trinitatis Dei uerbi, & Domini nostri Iesu Christi, duas naturas confitemur, diuinam & humanam, cõiunctas ad inuicem, & secundum hypostasin unitas, & unam hypostasin ex duabus naturis perfectam ac compositam. Saluari etiam dicimus duas naturas post unionem, in una composita hypostasi, id est, in uno Christo: & secundum ueritatem ipsas esse, & suas identidem naturales & proprietates unitas, inconfuse tamen & indiuisibiliter differentes, & numeratas. Et quemadmodum tres hypostases supernæ trinitatis, inconfuse uniuntur & indiuisibiliter discernuntur & numerantur, & numerus diuisionem, distãtiam, alterationem, aut sectionem non inducit (nam unum Deũ agnoscimus patrem & filium & spiritum sanctum) eodem quoque modo & Christi naturæ tametsi uniuntur, inconfuse tamen uniuntur: & tametsi in se inuicem commeant, immanentque, in inuicem tamen uersionem, & transmutationem non admittunt. Seruat enim utraque sui ipsius naturalem incommutatam proprietatem: quare & numerantur, & numerus non inducit diuisionem. Nam unus est Christus in diuinitate & humanitate perfectus. Numerus enim non diuisionis aut unionis causa est, sed eorum quæ discreta sunt, quãtitatis significatiuus. siue unita, siue diuisa sint. Vnita, ut quòd numerus hic, quinquaginta lapides habet: diuisa, ut quòd quinquaginta lapides iacent in hoc campo. Vnita, ut quòd duæ naturæ sint in carbone, ignis (dico) atque ligni: diuisa, ut quòd natura ignis

ἑτέρα δὲ, καὶ ἡ τοῦ ξύλου ἑτέρα, ἀλλ' οὐ τρόπου ἑνοῦντος, καὶ διαιροῦντος αὐτά, καὶ οὐ τοῦ ἀριθμοῦ. ὥσπερ τοίνυν ἀδύνατον τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς θεότητος, εἰ καὶ ἥνωνται ἀλλήλαις, μίαν ὑπόστασιν εἰπεῖν, διὰ τὸ μὴ σύγχυσιν καὶ ἀφανισμὸν τῆς τῶν ὑποστάσεων διαφορᾶς ἐργάζεσθαι, οὕτω καὶ τὰς δύο φύσεις τοῦ χριστοῦ τὰς καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας, ἀδύνατον μίαν φύσιν εἰπεῖν. ἵνα μὴ ἀφανισμὸν καὶ σύγχυσιν καὶ ἀνυπαρξίαν τῆς αὐτῶν διαφορᾶς ἐργασώμεθα.

altera est,& natura ligni altera. alio modo uniente, & dirimente hæc: non autem numero. Quemadmodum igitur impossibile est tres deitatis hypostases (quanquam uniuntur) unam hypostasin dicere, propterea ne confusionem & abolitionem differentiæ hypostaseon inducamus, hunc in modũ & duas Christi naturas secundum hypostasin unitas, impossibile est unam naturam astruere, ne abolitionem & confusionem differentiæ earum operemur.

COMMENTARIVS.

QVemadmodũ nono & decimo ca.3.li. itidem & decimo quarti ipsius Ricardi de Trinitate ostenditur, quod Deus & homo substãtia & hypostasi quodã modo ex opposito respondent, qđ in Deo sit summa naturæ unitas, & personarũ pluralitas, in homine uero substãtiarum scilicet animæ & corporis sit pluralitas, & personæ unitas, & ex ijs quæ in hominis cõpositione cognoscimus, manuducimur quoquo pacto ad unitatem substãtiæ diuinæ in trinitate personarum intelligendã: ita hoc loco Damascenus ostendit supersanctã trinitatem & dispensationem carnis in Christo, ferè ex opposito sibi inuicem respondere: & ex unitate diuinæ substantiæ personarumq; discretione & distinctione, cognita ex primo libro, manuducit infirmitatem mentis nostræ ad intelligendam in Christo unitatẽ personæ & naturarum diuersitatem, ob proprietates utriusq; horum dissimiliter similes, & cum quadam dissimilitudine similiter ex opposito se habentes. Quod enim in supersancta trinitate, ipsius substantiæ est proprium, hoc in Christo, proportionaliter est proprium personæ. Et quod illic in tribus cõperitur hypostasibus, cõformiter hic in duabus reperitur naturis, seruata semper recta lege proportionis. Nempe quemadmodum in diuinitate, unica est natura diuina, nihilo minus tres sunt hypostases & personæ secundum ueritatem distinctæ, & suis personalibus proprietatibus ab inuicem discretæ, tamen immeantes inuicem, & sine confusione se inuicem habentes: ita in admiranda Christi incarnatione, una est duntaxat persona Deus & homo prorsus idem, non alius & alius, & tamen duæ sunt naturæ etiã post unionem manentes saluæ & integræ, suasq; naturales proprietates sine aliqua transmutatione seruantes. & huiusmodi naturæ sibi inuicem sine confusione indimobiliter immanent, ut non queat una ab altera separari aut diuelli. Porrò hanc primam utriusque propositorum conuenientiã explanans litera, dicit circa principium capitis: & omnia naturalia, substantialia & simpla dicimus. Vbi naturalia uocat naturales & communes diuinitatis proprietates, quæ scilicet naturam deitatis consequuntur, & singulis trium hypostaseon sine discretione conueniunt: quales sunt, potentia, bonitas, æternitas, immensitas, & cõsimiles. Et hæ quidem substantiales sunt: nam tametsi rationem fortasse habent accidentariam, eædem tamen sunt ipsi diuinæ naturæ eiusq; substantiã respiciũt: ut ex uicesima ꝓpositione primi libri Ricardi de Trinitate planum est. Eædem quoque diuinæ proprietates simplæ sunt. Nam non multiplicantur ad hypostaseon discretionem & numerum, cum non sit alia patris potentia, alia filij, alia spiritus sancti, sed una & eadem trium potentia: sic una & simpla bonitas, & sapientia. Differentia autem hypostaseon in his est personalibus proprietatibus, quod pater incausalis est, & à nullo habet originem: filius causalis & ex patre ut causa genitus: spiritus autem sanctus, ex utroque procedens. Quæ omnia ex primo libro iam dilucida euaserunt, & ex quinto quoque libro Ricardi de trinitate rationaliter, ut uia doctrinali, dinoscuntur. Cæterum ex ijs prius agnitis, apertissimè elucidat hoc loco Damascenus diuersitatem naturarum in Christo, & unitatem personæ, opposito ferè sese habent modo (ut iam paulo antè dictum est) ad ea quæ in summa diuinitate comperta sunt. In hac enim unitas naturæ, in Christo deitas: in hac hypostaseon discretio in Christo, unitas. Denique in hac, unitas substantiæ in personarũ pluralitate: in Christo uerò, substantiarum pluralitas in personæ unitate. At uerò si naturarũ diuinitatis ad Christi personam, & hypostases in deitate ad Christi naturas conferamus, magna ad inuicem conuenientia comperietur, & hic pluralitas, illic uerò unitas utrobique esse dignoscetur. Quod quidem in hoc toto capite litera exactissimè manifestat, Sicut enim in diuinitate, natura substantiaq; maximè est una, & tres sunt hypostases suis proprietatibus distinctæ, in se inuicem tamen immanentes, & sine confusione unitæ: ita in assumptione humanitatis à uerbo, una hypostasis, unusq; Christus, duas sortitus naturas integrè, quæ in se inuicem immeant, & suis proprietatibus distinctæ sunt. Siquidẽ una increata impassibilis, immortalis: altera creata passibilis, morte dissolubilis. Verùm hæc omnia per subiectã descriptionẽ planius elucescent.



Secūdò cōueniunt ad inuicem superdiuinæ hypostases in trinitate,& duę naturæ in Christo: quod sicut personæ diuinæ incōfusè uniuntur in una natura.nam cum unius sint substantiæ, adinuicem tamen seruant distinctionem,& indiuisibiliter discernūtur,cū ab inuicem separari non possint,propter substātiæ identitatem,& mutuā immansionem:& tamen discretionē habent personalem,singularibus proprietatibus agnitā: neq; numerus ipsarum pesonarum affert diuisionem diuinitatis,aut distantiā earum ab inuicem: neque aliquā ingerit alterationem aut permutationem deitatis,cū tres supernæ hypostases unus sit uerus Deus,ita duæ naturæ in Christo uniuntur in uno eodemq́ue supposito,sine tamen confusione aut cōmixtione earum,cum semp ab inuicem maneant secundū ueritatem distinctæ. Et quamuis sibi inuicem immaneant,& inseparabiliter in se cōmeent,tamen non habent in se inuicem uersionem neque transmutationem:nā hæc non fit illa,sed seruant utraque suas naturales proprietates, & numerū quidem constituunt diadis,sed numerus ille nō inducit diuisionem hypostaseos. Nā unus est Christus,uerus Deus & homo: nempe numerus rerum nō est causa unionis, aut diuisionis,ut ait litera. Sicut enim palmus,pes,mensura bicubita,aut tricubita,minimè causa est extensionis rerum quibus applicatur,siue cōiunctæ sint,siue diuulsæ ab inuicē, sed duntaxat ostendit & determinat magnitudinem aut protensionem eius quod mensuratur. Sic numerus non est causa unionis, aut diuisionis eorum quæ distincta sunt,sed solū designatiuus multitudinis ipsorū,siue sint unita,siue separata. Quod uel eo cōstat indicio:nā prius unitis, & deinde separatis idē accōmodatur numerus, ut quinquagenarius,quinquaginta lapidib. in unum cumulū congestis, & deinde ijsdem dispersis ab inuicem in agro:aut quinquaginta saxis in unum locum coactis,& alijs totidem,eodē tempore sparsim iacentibus in terra. Numerus itidem binarius applicatur igni & ligno,unitis in carbone:similiter & igni ligno separatim subsistentibus. Non est igitur numerus quoquo pacto causa unionis aut diuisionis rerum: Quòd uerò ignis in carbone,& lignū,unita sint,in separatis aūt igne & ligno,sint dirempta & dissecta,non ob numerū id accidit, ut qui utrobique sit idem, scilicet binarius: sed ob alium sese habendi hic & illic modum. Siquidem in carbone duæ illæ naturæ ad inuicem in unum sunt suppositum compactæ,atq; coalitæ. Cum uerò separatim subsistunt hic lignum, illic uerò ignis:ibi duæ quidē sunt naturæ, sed utraq; per se subsistens in suo indiuiduo & singulari,& diuulsa ab altera:quare diuersus subsistēdi modus unionis & dirēptionis naturarū causa est. Et sanè in Christo natura diuina & humana unitæ sunt,ut ignis & lignum in carbone: si modo summa liceat imis cōponere. Diuinitas uerò & humanitas non unitæ ut in Deo patre,& Petro,aut alio quouis puro homine sunt:ut lignum separatum ab igni,& è diuerso ignis distractus à ligno. Demum ex supradictis omnibus secundū analogiæ regulā & rectæ ꝓportionis legē colligit author, qđ sicut impossibile est tres diuinitatis personas esse unam personam: quia tunc abolerētur & confunderētur singulares earum proprietates,quibus ab inuicem discernuntur,ita etiam impossibile est duas in Christo naturas ponere unam esse na

turam, quia tunc abijcerentur, & ueritatem suam disperderent naturales earum proprietates, quibus ab inuicem suapte natura dirimuntur.

ΟΤΙ ΠΑΣΑ Η ΘΕΙΑ ΦΥΣΙΣ ΕΝ μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἥνωθη πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ οὐ μέρος μέρει. νγ.

Τὰ κοινὰ καὶ καθολικὰ, κατηγοροῦνται τῶν αὐτοῖς ὑποκειμένων μερικῶν· κοινὸν τοίνυν ἡ οὐσία, ὡς εἶδος· μερικὸν δὲ, ἡ ὑπόστασις. μερικὸν δὲ, οὐχ ὅτι μέρος τῆς φύσεως ἔχει, μέρος δὲ οὐκ ἔχει, ἀλλὰ μερικὸν τῷ ἀριθμῷ ὡς ἄτομον. ἀριθμῷ γὰρ, καὶ οὐ φύσει διαφέρειν λέγονται αἱ ὑποστάσεις. κατηγορεῖται δὲ ἡ οὐσία τῆς ὑποστάσεως, διότι ἐν ἑκάστῃ τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων, τελεία ἡ οὐσία ἐστί. διὸ οὐδὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ὑποστάσεις κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὰ συμβεβηκότα, ἅ τινά εἰσι τὰ χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα. χαρακτηριστικὰ δὲ ὑποστάσεως, καὶ οὐ φύσεως. καὶ γὰρ τὴν ὑπόστασιν ὁρίζονται, οὐσίαν μετὰ συμβεβηκότων. ὥστε τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος ἔχει ἡ ὑπόστασις, καὶ τὸ καθ' ἑαυτὴν ὑπάρξαι. ἡ οὐσία δὲ, καθ' ἑαυτὴν οὐχ ὑφίσταται, ἀλλ' ἐν ταῖς ὑποστάσεσι θεωρεῖται. πασχούσης τοίνυν μιᾶς τῶν ὑποστάσεων, πᾶσα ἡ οὐσία καθ' ἣν ἡ ὑπόστασις πεπονθέναι λέγεται, ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, οὐ μὴν τοίγε ἀνάγκη καὶ πάσας τὰς ὁμοειδεῖς ὑποστάσεις συμπάσχειν τῇ πασχούσῃ ὑποστάσει. οὕτω τοίνυν ὁμολογοῦμεν τὴν τῆς θεότητος φύσιν, πᾶσαν τελείως εἶναι ἐν ἑκάστῃ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, πᾶσαν ἐν πατρί, πᾶσαν ἐν υἱῷ, πᾶσαν ἐν ἁγίῳ πνεύματι. διὸ καὶ τέλειος θεὸς ὁ πατὴρ, τέλειος θεὸς ὁ υἱὸς, τέλειος θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος θεοῦ λόγου φαμὲν, πᾶσαν τε τελείαν τὴν φύσιν τῆς θεότητος ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, ἑνωθῆναι πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ οὐ μέρος μέρει. φησὶ γοῦν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. καὶ ὁ τούτου φοιτητὴς ὁ θεοφόρος καὶ τὰ θεῖα πολὺς Διονύσιος, ὅτι ὁλικῶς ἡμῖν ἐν μιᾷ τῶν ἑαυτῆς ἐκοινώνησεν ὑποστάσεων. οὐ μὴν δὲ λέγειν ἀναγκασθησόμεθα πάσας τὰς ὑποστάσεις τῆς ἁγίας θεότητος, ἤτοι τὰς τρεῖς, πάσαις ταῖς τῆς ἀνθρωπότητος ὑποστάσεσι καθ' ὑπόστασιν ἡνῶσθαι. κατ' οὐδένα γὰρ κεκοινώνηκε λόγον ὁ πατὴρ,

QVOD OMNIS DIVINA NATVRA, *in una suijpsius hypostaseon, unita est toti humanæ naturæ, & non pars parti.* Cap. VI.

QVæ communia & uniuersalia sunt, prædicantur de subiectis sibi particularibus. At quia substantia cōmunis est, particulare uerò hypostasis: particulare aũt, non quia partem naturæ habet, sed particulare numero ut indiuiduũ: numero enim & non natura differre dicuntur hypostases. prædicatur igitur substantia de hypostasi. Quapropter unaquæque hypostaseon eiusdem speciei perfecta substãtia est: quare non differunt abinuicem hypostases secundum substantiam, sed secundum accidentia, quæ quidem sunt charactericæ signalesq́ proprietates. Characterica autem, hypostaseos, non naturæ sunt: nam & hypostasin diffiniunt substantiam cum accidentib. quare hypostasis, quod commune est cum proprietate habet. Substantia uerò secundum seipsam hypostasis non est, sed in hypostasibus seruatur. Patiente igitur una hypostaseon omnis substantia, quatenus passa hypostasis, passa esse dicitur in una suijpsius hypostaseon: non tamen necesse est omnes eiusdem speciei hypostases simul pati cum hypostasi patiente. Sic igitur confitemur deitatis naturam omnem in una quaque suarum hypostaseon perfectè esse, omnem in patre, omnem in filio, omnem in spiritu sancto: quapropter & perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus spiritus sanctus. Sic & in humanatione, unius sanctæ trinitatis Dei uerbi, dicimus omnem & perfectam diuinitatis naturam, in una suijpsius hypostaseon unitam omni humanæ naturæ, & non partem parti. Ait enim diuinus Apostolus, quod in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: hoc est, in carne eius. Et eius discipulus deifer, & circa diuina plurimus, Dionysius Areopagita ait, quod penitus nobis in una suijpsius cōmunicauit hypostaseon. Nulla tamẽ nos cogit necessitas ut dicamus, omnes sanctę diuinitatis hypostases. i. tres, omnib. humanitatis hypostasibus secundũ hypostasin unitas esse. Nã nulla ratione cōmunicauit pater

& spi-

καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ σαρκώσει τοῦ θεοῦ λόγου εἰ μὴ κατ' εὐδοκίαν καὶ βούλησιν. πάσῃ δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει φαμὲν ἑνωθῆναι πᾶσαν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν. οὐδὲν γὰρ ὧν ἐφύτευσε τῇ ἡμετέρᾳ φύσει ὁ θεὸς λόγος, ἀρχῆθεν πλάσας ἡμᾶς, ἐγκατέλιπεν, ἀλλὰ πάντα ἀνέλαβε, σῶμα, ψυχὴν νοερὰν καὶ λογικὴν, καὶ τὰ τούτων ἰδιώματα. τὸ γὰρ ἑνὸς τούτων ἀμοιροῦν ζῶον, οὐκ ἄνθρωπος. ὅλον γὰρ ὅλος ἀνέλαβέ με, καὶ ὅλος ὅλῳ ἡνώθη, ἵνα ὅλῳ τὴν σωτηρίαν χαρίσηται. τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον. ἥνωται τοίνυν σαρκὶ διὰ μέσου νοῦ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ μεσιτεύοντος θεοῦ καθαρότητι, καὶ σαρκὸς παχύτητι. ἡγεμονικὸν μὲν γὰρ ψυχῆς τε καὶ σαρκὸς ὁ νοῦς. νοῦς δὲ, τῆς ψυχῆς τὸ καθαρώτατον, ἀλλὰ καὶ νοῦ θεός. καὶ ὅτε μὲν παραχωρεῖται ὑπὸ τοῦ κρείττονος, τὴν οἰκείαν ὁ νοῦς τοῦ Χριστοῦ ἡγεμονίαν ἐνδείκνυται· ἐκνικᾶται δὲ καὶ ἕπεται τῷ κρείττονι, καὶ ταῦτα ἐνεργεῖ, ἃ ἡ θεία βούλεται θέλησις. χωρίον ὁ νοῦς γέγονε τῆς καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ ἡνωμένης θεότητος, ὥσπερ δηλαδὴ καὶ ἡ σάρξ, οὐ σύνοικος. ὡς ἡ τῶν αἱρετικῶν ἐναγὴς πλανᾶται οἴησις (οὐ γὰρ ἂν μεδιμναῖον, λέγουσα, χωρήσῃ διμέδιμνον) σωματικῶς τὰ ἄϋλα κρίνουσα. πῶς δὲ θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, καὶ ὁμοούσιος τῷ τε πατρὶ καὶ ἡμῖν ὁ Χριστὸς λεχθήσεται, εἰ μέρος τῆς θείας φύσεως, μέρει τῆς ἀνθρωπίνης ἐν αὐτῷ ἥνωται φύσεως; λέγομεν δὲ τὴν φύσιν ἡμῶν ἐγηγέρθαι ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνεληλυθέναι, καὶ κεκαθικέναι ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καθὸ πᾶσαι αἱ τῶν ἀνθρώπων ὑποστάσεις ἀνέστησαν καὶ ἐκάθισαν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καθὸ πᾶσα ἡ φύσις ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσει. φησὶ γοῦν ὁ θεῖος ἀπόστολος, συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ. καὶ τοῦτο δὲ φαμὲν, ὅτι ἐκ κοινῶν οὐσιῶν ἡ ἕνωσις γέγονε. πᾶσα γὰρ οὐσία κοινή ἐστι τῶν ὑπ' αὐτῆς περιεχομένων ὑποστάσεων. καὶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν μερικὴν καὶ ἰδιάζουσαν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν. ἐπεὶ ἀνάγκη τὰς αὐτὰς ὑποστάσεις καὶ ὁμοουσίους καὶ ἑτεροουσίους λέγειν. καὶ τὴν ἁγίαν τριάδα, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ἑτεροούσιον, κατὰ τὴν θεότητα λέγειν. ἡ αὐτὴ τοίνυν φύσις ἐν ἑκάστῃ τῶν ὑποστάσεων θεωρεῖται. καὶ ὅτε εἴπωμεν τὴν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκῶσθαι κατὰ τοὺς μακαρίους Ἀθανάσιόν τε καὶ Κύριλλον, τὴν θεότητα

& spiritus sanctus incarnationi dei uerbi, nisi secundum acceptationem & uoluntatem. Ac omni humanæ naturę inquimus unitam esse omnem diuinitatis substantiam: nam nihil eorum quæ plãtauit in natura nostra Deus uerbũ, cum in principio plasmauit nos, deficit sed omnia assumpsit, corpus, animam rationalem & intellectiuam, & eorum proprietates. Quod enim unius horũ expers animal, non homo est. Totum enim totus assumpsit me: & totus toti unitus est, ut toti salutẽ largiretur. Nã quod in assumptum, est incurabile. Vnitum igitur est carni, mentis medio uerbum dei, mediantis inter dei puritatẽ, & carnis crassitiem. Principatũ eñ animæ & carnis, mens tenet: quid animæ, purissimum mentis uero, Deus. Et quando locum dat meliori, proprium mens principatum ostendit. cedit autẽ meliori, sequiturq; potiorem, & ea facit quæ diuinæ cõplacent uolũtati. Locus mens facta est diuinitatis, secundũ hypostasin ipsi unitæ, quemadmodum uidelicet & caro: non cohabitatur, eo modo quo hæreticorum scelesta errat opinio: Non (inquiunt) uas unius modij, duo modia capiet: corporaliter immaterialia iudicantes. Quo modo autẽ Deus perfectus, & homo perfectus, & cõsubstantialis patri & nobis, Christus diceretur, si diuinæ naturæ pars, humanæ naturæ parti in ipso unita esset? Dicimus autem naturam nostram surrexisse à mortuis, assumptam esse, & sedere ad dexterã patris, non quod omnes hominũ hypostases surrexerint, & sedeant in dextra patris, sed omnis natura in Christo hypostasi. Dicit eñ diuinus Apostolus, cõsurgere et sedere nos fecit in Christo. Et hoc etiã dicimus, q̃d ex communib. substãtijs unio facta est. Nã omnis substãtia cõmunis est omnium sub se contentarũ hypostaseon. Et fieri nõ potest, ut inueniat̃ particularis & propria natura, siue substãtia: quia necesse esset easdẽ hypostases, & cõsubstantiales & diuersarũ substantiarũ dicere, & sanctã trinitatem & cõsubstantialẽ & diuersi substantialẽ secundũ deitatẽ dicere. Eadẽ igit̃ natura in unaquaq; hypostaseon considerat̃. Et quãdo dicimus naturã uerbi incarnatã esse secundũ beatos patres Athanasiũ & Cyrillũ, diuinitatem

φαμὲν ἡνῶσθαι σαρκὶ. διὸ οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν, ἡ φύσις τοῦ λόγου ἔπαθεν. οὐ γὰρ ἔπαθεν ἡ θεότης ἐν αὐτῷ. λέγομεν δὲ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πεπονθέναι ἐν τῷ χριστῷ, οὐ μὴν πάσας τὰς ὑποστάσεις τῶν ἀνθρώπων ἐμφαίνομεν, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ὁμολογοῦμεν τὸν χριστὸν πεπονθέναι. ὥς τε φύσιν τοῦ λόγου λέγοντες, αὐτὸν τὸν λόγον σημαίνομεν. ὁ δὲ λόγος, καὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας κέκτηται, καὶ τὸ ἰδιάζον τῆς ὑποστάσεως.

dicimus unitã esse carni. Quapropter nequaquam dicere ualemus, naturam uerbi passam fuisse. nam diuinitas in ip so passa non est: sed dicimus humanam naturam passam esse in Christo, non ta men omnes hominũ hypostases osten dentes, & in humana natura Christum esse passum confitemur. Quare natu ram uerbi dicentes, ipsum uerbum si gnificamus: siquidem uerbũ, & quod commune substantiæ est habet, & quod proprium hypostaseos.

COMMENTARIVS.

SVbstãtia hoc loco, naturaq́ dicitur (quemadmodũ iam tertio aut quarto capite huius li bri prædictum est) species plurium hypostaseõ personarumq́ contentiua: hypostasis ue rò est Indiuiduum & unũ numero, sub natura substãtiaq́ contentum. Vt homo substãti est, Socrates indiuiduũ & particulare: nõ quidem quia naturæ humanæ unam partẽ habea & altera careat, est enim in Socrate & quolibet hominis indiuiduo tota natura humana, se quia unum est numero. Et sanè plura eiusdem speciei indiuidua solo numero differunt, no natura cum omnia, eadem natura scilicet speciei participent: ut Socrates, Plato, Cicero, natu ra humana. Et substantia, ut cõmune quiddam, de hypostasi, ut subiecto sibi particulari præ dicatur quẽadmodum homo de Socrate. Ex quo cõlequens est, unumquodq; indiuiduor eiusdem speciei perfectam, totamq́ substantiã habere, non eius partem solum, neq; ea inte se secundum naturã differre, sed solũ secundũ accidentia, ut colorem, figuram, formã, & cæ ras indiuiduales proprietates, quibus unius ab altero supposito discrimen internoscitur E hæc, charactericæ signalesq́ ꝓprietates dicuntur, qđ sint, ut characteres quidã impressi, a signa indita ad discerniculũ unius ab altero, & uelut naturales quædã notæ. Huiusmodi a tem accidentia & propria signa, non naturæ sunt discretiua, aut distinctiua, sed suppositor Siquidem figura, locus, aut ætas, non humanam dirimit naturã (cum ipsa secundum seipsa ab ijs omnibus absoluatur, & omnia hæc à se excludat (sed Ioannem Petrũ & Paulum, & cæ tera hominis indiuidua discernit. Hinc rectè authores diffiniũt hypostasin esse substantiã accidentib substantiã quidem, qua conuenit cum alia hypostasi: cum accidentib. uerò, qu una hypostasis dissidet ab alia. Et hypostasis habet id quod commune est, utpote substan & naturam, cum proprietate particulari: quemadmodum Petrus naturam humanam, cũ a cidẽta ijs proprietatibus. Substãtia uerò ut humana, secundũ seipsam, & in sua cõmuni rati ne considerata, non est hypostasis, ut Petrus & Paulus: sed in unaquaq; hypostasi, integra fectaq́ saluatur & cõsistit. Hinc fit, ut si Ioannes sanatur, pristinæq́ restituitur ualetudini, tota in eo natura humana sanetur, ratione ipsius indiuidui. Quòd enim particulari cõueni substantiæ, speciei q́ cõueniat oportet: non tamen necesse est ꝓpterea particulares omnes h mines simul sanari. Et cum particulare cõburitur lignũ, & tota in eo ligni natura absumit non tamen protinus unumquodq; lignum exuri necesse est. Porro hæc omnia ab human (quantum fas est) ad diuina trãsferendo, quæ de substantia & hypostasi hic pertractata su sicut in Ioãne tota est & perfecta natura humana, & tota in Petro, demũ omnis & tota in P lo (nulli enim illorum deest quicquã, ad humanitatis integritatem attinens, sed & Ioanne fectus est homo, & Petrus, & Paulus, neq; alia est natura humana in uno quàm alio eorũ, eadem prorsus secundum speciem: in proprietatibus aũt numeralibus & accidentarijs dif rentiam sustinent) ita tota natura diuina est in patre, & tota in filio, & tota in spiritu sancto, in qualibet trium hypostaseon omnis atq; perfecta. Neq; alia deitas in patre, alia in filio, in spiritu sancto, sed prorsus eadem, & maximè una, longè maiori & simpliciori unitate, q sit in particularibus hominib. humanæ naturæ unitas. Siquidẽ in rebus inferioribus ta taxat naturæ unitas secundũ speciem, in diuinis aũt unitas substantiæ secundum numer in proprietatibus personalibus sola est hypostaseon discrepantia. Et cum filius Dei uni est humanæ carni, tota itidem integraque diuinitas unita est humanitati. nam patiente (ut ctum est paulo antè) una hypostaseon, omnis totaq́ substantia secundũ eam & in ea pati Cui & id accedit, quòd diuinitas ipsa omnino simplex est & indiuidua, neque in partes u diuelli potest, ut una pars intelligatur unita carni, & altera nequaquam unita, sed cuicunq unitur, ut tota & integra illi uniatur necesse est. Nõ tamen idcirco oportet & Dei patris pe son

sonam & spiritus sancti, uniri humanitati. Perinde atque si Ioannes induitur amictu, & tota in eo natura humana induitur, non tamen propterea oportet & Petrum & Paulum simul indui. Quod deinde comprobat author testimonio beati Pauli, dicentis ad Colossenses capite secundo, quod in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vbi omnis plenitudo diuinitatis, dicitur tota perfectaque diuinitas: non eius particula quædam. Et hæc in Christo secūdum humanam naturam habitat corporaliter: quia unita est sacratissimo corpori & animæ eius in unitatem suppositi. & manet in eo unione excellentissima, & longè augustiore quàm habitet in iustis per gratiam: non quidem corporaliter sed solum spiritualiter neque per unionem substantiæ, sed per habitum gratiæ. Ad idem quoque comprobandum, citat testimonium beatissimi patris Dionysij: qui in prima parte secundi capit. libri de Diuinis nominibus ait: Est præterea discreta Iesu ex nobis sumpta, perfecta, immutabilis'que substantia: & quæque sunt assumptæ carnis substantialia sacraméta. Et rursum paulo pòst eodem loco: Discretum est autem à diuinis operibus in nos benignè manantibus, quod secundum nos atque ex nobis integrè & uerè substantiā sumpsit supersubstantiale uerbum, ea'que gessit & pertulit, quæ sunt humanæ ipsius assumptionis electa, atque præcipua. His enim neque pater neque spiritus ulla ratione communicat, nisi fortè quis asserat benignitate, clementia'que & cōmunione uoluntatis. Quod & decimotertio capite primi libri adductum est, ad declarandum, quod solus filius humanam assumpsit carnem, sicut & hic proponitur. In primo quoque huius libri capite, idem diffusius est explicatum. Demum & à beato Augustino aptis accomodis'que elucidatum exemplis rerum inferiorum: quibus ostendit, non oportere, si tota diuinitas atque perfecta, carnem suscepit in una suarum personarum, idcirco & patrem & spiritum sanctum carni unitum esse. Nempe (inquit) aliud anima, aliud ratio, & tamen in anima est ratio, & uita est anima. Sed aliud anima agit, aliud ratio. Anima uiuit, ratio sapit & ad animam pertinet uita, ad rationem sapientia. Et cum unum sint, anima sola suscipit uitam ratio sola sapientiam. & tamen nec anima sine ratione, nec ratio sine anima. Sic & pater & filius licet unum sint, & unus Deus sit, ad Christum solum pertinet caro, sicut ad solam rationē sapientia, licet non recedat ab anima. Ecce aliud. In sole, calor & splendor in uno radio sunt, sed calor exsiccat, splendor illuminat aliud suscipit splēdor, aliud calor. Et licet calor & splendor abinuicem non queant separari, suscipit splendor illuminationem, non feruorem: suscipit calor feruorem, non illuminationem. Aliud simul, aliud singulares agunt, & tamen ab inuicem non separantur. sic & filius suscepit carnem, & non deseruit patrem, nec se diuisit à patre. Suscepit inquam filius carnem in proprietate, sed tamen pater & spiritus sanctus non defuit maiestate. In diuinitate æqualitas, in carne sola filij proprietas, non autem ab eo patris aut spiritus sancti recessit aliquando diuinitas. Cum ergo una sit deitas, una sit diuinitas, impleuit quidem carnem Christi pater & spiritus sanctus, sed maiestate, non susceptione. Vis scire, quia cum eo fuit & pater, Non sum (inquit Dominus Iesus Christus) solus, sed pater mecum est. Audi & de spiritu sancto, quia cum eo erat, euangelista refert: Quia Iesus plenus spiritu sancto, regressus est ab Iordane. Ecce hic solus filius Iesus Christus suscepit carnem, & tamē pater & spiritus sanctus: carnem Christi deserere non potuerunt, quando in diuinitatis unitate manserunt. Consimiliter & totam perfectam'que humanitatem assumpsit Christus, & ueras omnes'que partes hominis, corpus scilicet & animam, naturales'que utriusque proprietates: non tamen in quouis humanæ naturæ supposito assumpsit humanam carnem, sed unicum, determinatum'que corpus tanquam domum sibi ædificauit æterna sapientia, ex uirgine parente formatum, & unicam itidem animam omnium spiritualium donorum plenitudine exuberantem sibi assumpsit. Neque quidem in utraque parte speciei humanæ aut utroque sexu nostrā sibi formam desumpsit, aut in sexu fœmineo: sed duntaxat uirili, ut par erat. Est enim sexus uirilis honoratior, dignior, & natura potentior: & supra muliebrem à Deo, naturæ'que lege constitutus. Caput enim mulieris uir, ut inquit Apostolus primæ epistolæ ad Corinthios capit. 11. Decuit autem Christum illam sibi assumere speciei humanæ partem, illum'que sexum, qui honorabilior esset & præstabilior, primatum'que teneret, ut qui à Deo cōstitutus erat caput super omnem ecclesiam, & ordo spiritualis gratiæ respōderet ordini naturæ. Ad hæc dignum fuit ipsam reparationem habere responsum ad primam, humani generis formationem. ut quomodo conditus primum est homo ita & foret instauratus. Atqui totius humanæ cōditionis atque creationis principium est uir. Fecit enim Deus ex uno, omne genus hominum: qui fuit ut radix totius humanæ propaginis. Ergo congruum fuit, & unum esse principiū totius reparationis humanæ: ex quo salus & redēptio in omnes tā uiros quàm mulieres proflueret. Huic accedit, quod reparatio debuit per eundem, consimilem'que fieri modū, per quem fuerat inducta præuaricatio. ut qui intulerat morbum, idem quoque conformitate sexus salutare afferret remedium. Atque præuaricatio & maledictio præsertim inducta est per uirū, cū dicat Apost. ad Rom. 5. ca. quod per unum hominē peccatū intrauit in mundū, & per peccatū mors. Ergo abolitio præuaricationis, & instauratio lapsus, rationabiliter debuit præstari per uirū. ut sicut per unū hominē mors, ita per unū hominē resurrectio mortuorū. & sicut in Adā omnes mo-

riuntur,ita in Christo omnes uiuificentur Et sicut per unius uiri inobedientiā peccatores cō stituti sunt multi:ita per unius obedientiā iusti constituētur multi. Cæterum quemadmodū mulier cooperata est ad lapsum,& ab ea inchoata est præuaricatio per cōsensum in suggestionem serpentis,& in uiro cōsummata per esum ligni : ita in reparatione generis humani,mulier inter omnes benedicta credendo uerbis angelicis,& consentiendo præstitit exordiū nostræ salutis.deinde Christus ex ipsa uerā carnē sumendo,cōpleuit opus nostræ redemptionis. Quocirca neq; utrunq; humani generis sexum assumere debuit:neq; de utroq;,more natiuitatis nostræ,cum hoc minus decens fuisset suæ maiestati,sed unum de altero, uirilem scilicet de muliebri. Ex quo sanè constat,utrumq; sexum ad nostram concurrisse redemptionem:sicut & uterq; præbuerat materiam & occasionem ad nostram damnationem. Et quemadmodum in omnes tam uiros quàm mulieres transfusa est damnationis pœna,ex hòc contagioso principio:ita sanè in omnes & uiros &mulieres deriuata est redēptionis gratia,ex hoc uno salutifero & saluifico principio. Vt omni ex parte sit conspicere,medicinam consimili respōsu morbo obuiasse. & admiranda Dei sapientia hostem antiquum per eadem esse deuictū,p quæ prius prostrauerat in mortem genus humanum. Ex hoc itidem constat, completam in Christo ex sola muliere esse perfectionem uniuersitatis,in modis deducēdi hominē ad ortū. Etenim tres primi prius exhibiti fuerant:& nihil erat reliquū,nisi ut Deus quartum superadderet,ad absoluendum illum quaternarium productionis.quod utiq; nō fecisset,si Christus alio modo conceptus fuisset. Horum quidem modorū primus est, nec de uiro nec muliere completus in Adam primo parente. Secundus de uiro, sine muliere,exhibitus in Eua,matre omnium uiuentium Tertius de uiro & muliere, in succedentibus per naturalē propagationē perspectus. Quartus deniq;,de muliere sine uiro,in solo Christo & admiranda eius conceptione cōsummatus & absolutus. Cæterū ut ad literæ reuertamur explanationē,qđ Christus totam assumpserit naturā humanā,utramq; uidelicet partem substantialem,& naturales earum proprietates,hac ratione confirmat author: quia huiusmòdi assumptio potissimum facta est,ut perdita salus homini redderetur:& qđ sauciatū esset in homine,hac salutari medicina curaretur. Cum igitur totus homo & quo ad substantiam & proprietates naturales atq; affectus,fuerit uulneratus: si quod horum non fuisset assumptum,neq; fuisset à morbo curatum. Enimuero si medicus quispiam ad caput & manus saucias manum medicatricem extēdat,non aūt ad pedes letali itidem uulnere affectos:is caput quidem curabit & manus,sed nō pedes,quod illis medicam manum non admouerit. Sic sanè,si Dei filius corpus humanum duntaxat assumpsisset,aut animā,uel utramq; partem substantialē,sed non earum proprietates:quicquid fuisset nō assumptum,haudquaq; curari potuisset, quia summus ille medicus curationis opē & malagma ad illud non adhibuisset. At quia homo nō modo in partib. substantiam suam constituentibus incurrit morbum & inordinationem,sed etiam in proprietatibus earum & affectibus pestifero serpentis antiqui afflatu, nihilque erat in eo non læsum, non uulneratum,non languidū,uenit benignissimus medicus,dignationeq; sua & substantiam & ꝓprietates hominis assumpsit,ut in se sanctificaret, ad rectitudinéq; reduceret omni ordinatissimaq; ipsorum affectuū & passionum in se ratione,nostrarū perturbationū obliquitates,& inordinationes curauit. Cui pro tāta benignitate semper à nobis meritò gratiæ debentur, quòd uerè languores nostros tulerit,& infirmitates nostras ipse portauerit,eiusq; liuore sanati simus. Siquidē quanto grauior & perniciosior fuit morbus latè in omnes grassatus,quāto dignior & maioris authoritatis medicus,quāto deniq; efficatior & præsentior medicina: tāto amplius astringimur,qui hæc suscepimus beneficia ad gratiarū actiones,laudes & honorē ipsi supremo medico persoluendum. Cæterū cum litera idipsum explicans dicit; totū enim totus assumpsit me:pronomen demonstrationis, me, tantundē ualet (ut annotat marginalis adiectio) atq; meā naturā, neq; singularē ibi demonstrat authoris hypostasin, tū quod manifestum est Dei filium nequaquam assumpsisse personam ipsius authoris, neq; eius corpus aut anima,tum etiam quod in hoc dispensationis admirandæ sacramento nō dicitur persona assumpsisse personam: quandoquidem ex duabus personis nunquam coalescit tertia ut integra,ex illis tanq; partibus cōpacta. Neque itidem natura assumpsit naturam,aut natura personam:nisi idipsum intelligatur ratione unius suarum hypostaseon: cum assumentionem denotat,ad hypostasin,suppositumq; pertinentē. Sed hypostasis diuina humanā naturā assumpsisse,confitenda est. At uerò quemadmodum in cæteris rebus perspectum habemus,extremū superius coniungi inferiori extremo,per mediū utriq; interiectum,ut lineæ in altū porrectæ supremā partem connecti infimæ per intermedias partes, utriq; extremitatū interiacentes:ita insuper admirabili unione uerbi diuini cū natura humana,uerbū Dei super excellēs & supereminens omnia,extremū cōpactū est carni tanq̄ alteri extremo in imo infimoq; gradu cōstituto,per mentē humanā:superiori extremo longè inferiorē,& inferiori extremo naturæ dignitate sublimiorē. Mēs aūt principatū animæ tenere dicitur, ut quiddam animæ purissimū,qđ per appositionē in litera dictū est:ut intelligatur mēs humana esse, quiddam animæ purissimū,& pars animæ purissima atq; præcipua:quēadmodū in duodecimo secūdi libri supradictū est. Mētis uero,Deus principatū tenet:qa lōgè & imꝓportionaliter est mēte eminentior

entior,ut qui sit ab omnib.ementissime exceptus. Quãdo aũt mẽs hominis cedit meliori & superiori,utpote Deo,ei penitus obtemperans,eiusq; monita & iussu capessens,tũc propriũ ostendit & seruat ipsa mens in carnem & animã principatum:quemadmodũ substracta Deo debita obedientia per præuaricationem,propriũ admisit ipsa mens principatũ, in subiectã carnem protinus aduersantem spiritui. Et propter huiusmodi unionem superexcellentẽ uerbi diuini,cum mente humana.nõ quidẽ locus corporalis & materialis, sed spiritualis & intellectualis:de quo sanè loco,cap.16.primi libri factus est sermo. Neq; fuit Deus mẽtis & carnis humanæ per incarnationem cohabitator,eo modo quo impietas hæreticorum cõfinxit. Vnde nonnulli hæretici,negantes Christi diuinitatem,dixerunt:Deum inhabitasse Christi mentem & carnem,duntaxat per gratiæ infusionem & communicationẽ,mansionemq; spiritualem,quo modo & corpora syncerè pureq; uiuentiũ dicuntur templũ Dei, & in cuiusq; iusti anima Deus habitare dicitur. Anima enim iusti(ut ait scriptura)sedes sapientiæ. Et in euangelio: Si quis diligit me,sermonem meũ seruabit,& pater meus diligit eũ,& ad eũ ueniemus,& mansionem apud eũ faciemus. Et in Apocalypsi: Ego sto ad ostium & pulso,si quis aperuerit mihi,intrabo ad illũ,& cœnabo cũ illo,& ille mecũ. Neq; unionem realem & naturalem filij Dei cum carne nostra admiserunt,quoniam non potest(inquiunt)quod minus est,uniri maiori,& illud totum continere:ut unius modij uas nõ potest duos modios uini complecti. Atqui caro & mens humana,quia minus est:& deitas longè maius & amplius. Non potest igitur(aiunt)tota deitas uniri carni. Verùm quamuis assumpta propositio & in materialibus & corporeis rebus locũ habeat,non tamen in immaterialibus & spiritualibus:cũ in hominis cõpositione,anima longè dignitate & plenitudine maior,angustiæ corporis coniungatur. Quare non solum secundum gratiæ habitudinem & participationem concedendus est filius Dei cohabitator esse mentis humanæ & carnis,sed & secundum uerã unionem in unam personã. Cæterum pro literæ contextu,id non prætermittendum, rectè apud grammaticos dici, hic modius,& hoc modium. Nempe Titus Liuius lib.3. Decados secundi belli Punici dicit: Ad fidem deinde lætarum rerum,effundi iussit in uestibulo curiæ annulos aureos,qui tãtus aceruus fuit,ut metientib. uisum fuerit,supra tres modios explesse. Plin.uerò libro trigesimo tertio Naturalis historiæ dicit: Neq; enim aliter potuissent trimodia illa annulorũ Carthaginẽ ab Hannibale mitti. Sic triangulus & triangulũ rectè dicimus,punctus & punctũ,& pleraq; talia. Sed id grammaticũ est. Deinde aliã rationem ducentem ad incommodum, contexit author,ad probandũ,quod Christus totam habuit diuinitatem,in una suarum personarum toti,perfectæq; humanitati coniunctam. Nam si naturæ diuinæ pars esset unita parti duntaxat humanæ naturæ,& non tota toti:tunc Christus neq; perfectus diceretur Deus, quia non totam haberet diuinitatem:neq; perfectus homo,quod non omnem nec totam haberet humanitatem. Tunc itidem Christus nec patri esset consubstantialis,cum ipse partem tantum, pater uerò totam haberet diuinitatem. Neq; suæ sacratissimæ matri & nobis cõsubstantialis foret:nam nosipsi totam habemus in nobis humanã naturã,Christus uerò partem solũ in se haberet. Hæc autem absurdissima sunt,& blasphemiæ proxima. At uerò propter huiusmodi cõmunicationem Christi nobiscum in ueritate totius naturæ humanæ, quæ Christus in seipso peregit,& nobis quoq; cõmunia facit,& eadem Deus in nobis fecisse dicitur. Vt quemadmodum Deus suscitauit Christũ à mortuis, & collocauit ad dexterã suã in cœlestibus: ita & nos corresuscitasse à mortuis dicitur, & constituisse ad dextrã suam. Vnde cum secundo ad Ephesios cap. dicit Apostolus,quod Deus cõresuscitauit nos,& cõsedere fecit in cœlestib. in Christo Iesu:nõ ibi pronomine Nos, hypostases nostras hominũq; supposita ostendit:quãdoquidem perspicuum est,nosipsos secundũ singularitatem personarum neq; resuscitatos esse neque ad patris dextrã sedere:sed nostram naturã demonstrat, quæ omnis tota atq; perfecta in Christo,& resuscitata est,& sedet in dextra maiestatis Dei patris. Cuius quidem naturæ cũ & nosipsi sumus participes,quod iã in capite præcessit,in membris quoq; factum(ut exponunt alij)dicitur:quia id reuera in illis futurum est,quod resuscitabuntur & consortes erunt regni. Conresuscitauit ergo(inquiũt)nos in spe,nõ rei in nobis exhibitione,sed exemplaris præmissione. Siquidem Christi resurrectio,nostræ resuscitationis, & ipsius ad dextrã patris consessus,nostræ quoq; exaltationis causa est & exemplar. Alia quoq; eiusdem dicti Apostolici, neque absurda quidem assignari potest ratio quod quemadmodum primus parens noster, singularis quidem fuit persona,quantũ ad suã substantiam, & tamen quodãmodo communis quantum ad rationem originis & principij:quia omnes homines deinde futuri,in ipso tanq; seminario quodã fuerunt secundũ originem,sicut fructus & arbor in semine. Et idcirco præuaricatio ab ipso cõmissa,in omnes secundũ reatum & pœnam pertransijt,tanq; uiciata radice inficeretur arbor tota & fructus: Ita & Christum Dominum nostrũ, si partes eius substantiales & proprietates singulares attendas,rectè admodum unicũ & particularẽ hominẽ dixeris. Si uerò rationem principij recõciliationis & reparationis totius humani generis conside res,& quod à Deo missus est, ut totus per ipsum mundus renouetur in spiritu : non iniuria quodam modo communem eum dicas,& uniuersalem hominem,ut ex quo omnes qui eum

recipiunt

recipiunt, prodeant renati secundum spiritum, & filij Dei. Idcirco quæcunque in ipso com pleta sunt opera, & in nobis quoque facta dicuntur, propter unionem naturæ quam habemu ad ipsum: & participationem gratiæ defluentem ab ipso in nos Dei filios. Hinc, cũ Deus pa ter Christum resuscitauit, & subuexit in cœlum, hanc quoque resuscitationis & consessus dig tatem nobis communicauit: ut in eo, secundum uirtutẽ subsistentibus, & ex eo regeneratio nem sortitis, atque spiritualem sumentibus originem, & ergo unum cum illo constituentibu quo Christi gratia & gloria in omnes illi adhærentes transiret. Id ipsum Cyrillus primo li bro Commentariorum in Euangelium Ioannis, exponens illud dictum euangelistæ, Et ha bitauit in nobis, his uerbis significat. Sumus (inquit) omnes in Christo, & communis hum næ naturæ persona in Christo reuixit. Propterea & Adam nominatur, quod per naturæ no stræ communitatem gloria & immortalitate omnes ita locupletat: sicut contrà, morte & uit peratione omnes Adam primus mulctauit. In omnibus igitur uerbum, per assumptionem unius habitauit: & cum unus filius Dei in uirtute secũdum spiritum sanctificationis defini tur, ad uniuersum genus humanum hæc dignitas funditur. Et sic per unum generis nostri a nos quoque illud peruenit. Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Quare in Christo quidem seruiens natura nostra, uerè liberata est, ad unionem ascendẽs mysticam, eius qui serui form induit. In nobis aũt, propter affinitatem carnis qua illi coniungimur qui similitudine illi ad præcipuum bonum suum conscendimus, Dij ac Dei filij per fidem constituti. Habitauit autem in nobis Dei uerbum, in templo uno: quod propter nos & de nobis sibi condidit: omnes in seipso habens, ut uno corpore patri (ut Paulus ait) reconciliaret. hæc Cyrillus. Po stremum & id aduerte: authorem cũ subnectit in litera, quod ex cõmunibus substantijs uni facta est: cõmunem ibi substantiam appellare naturam quæ plurium est, & multis conueni ut diuina substantia tribus summæ deitatis hypostasib. est cõmunis: & natura humana om bus hominum suppositis, in quibus sanè eadem est specie humanitas, eandemque sortita rati nem. Itaque in Christo facta est unio ex communibus ratione substantijs, natura scilicet diuin & humana: quarum utraque, pluribus est communis hypostasibus. Nempe propriam partic laremque ponere substantiam, siue naturam, repugnantiam claudit. Si enim in Ioanne (exem pli gratia) ponatur huiusmodi propria substantia, tunc ipse & Petrus erunt cõsubstantiale quia uterque homo: & simul erunt diuersarum substantiarum, quod unus propriam habe naturam, ab alterius natura discrepantem. Consimiliter si in Dei filio propria admitteretu deitas esse substantia, ipse & pater consubstantiales essent, propter eandem à patre cõmuni tam, & à filio susceptam diuinitatem in ratione originis: & tamen uterque simul diuersarum sent substantiarum, propter concessam in filio substantiæ proprietatem. Hæc aũt manifes inter se pugnant. Demum ut tantũ mysterium incarnationis, & humanis & angelicis lingu ineffabile, congruè & aptè pro tenuitate nostra possimus eloqui, & quoquo pacto depron re: Damascenus ostendit istam, Natura uerbi est incarnata, admittendam esse, & recipien quia tantundem ualet ac ista, Diuinitas in uerbo Dei unita est carni, quam absque ulla hæsi tione rectè dabunt omnes, haud secus quã hanc, Verbum caro factũ est. Nempe natura ue bi, siue diuinitas uerbi, nihil aliud re ipsa est, quam ipsum uerbum: etsi rationis aliquantu discrimen, quod hoc personam solam exprimit, illud uerò naturam in persona. Id tamen nu lum rei parit dissidium: nam etiam uerbum communem notat diuinam substantiam cum sonali proprietate, quæ filio Dei peculiaris est: scilicet nascibilitate & gignentia. Neque ide subit iudicium de propositione paulo antè data, Natura uerbi est incarnata, siue carni uni & de ista, Natura uerbi est passa, quæ prorsus est reijcienda. Nã passio, diuinitati cõpetere potest, cum sit impassibilis: neque illi uerè tribui. Vnio autem ad carnem, rectè congruere p test diuinitati, neque illi repugnat: cũ in dispensatione susceptæ carnis, duæ naturæ dican unitæ ad inuicem in una persona. At quoniã passibilitas humanæ est naturæ cõditio, acco modatè dixerimus, humanam naturã esse passam in Christo, aut Christum esse passum in mana natura. Et quoniam sobriè & cautè in hac materia loquendum est, secundum ration & formam locutionis antiquorum patrum accõmodandus est omnis noster sermo, sine in uatione aut permutatione illius: ne transgrediamur terminos antiquos, quos posuerunt p tres nostri. Cæterum de supradictis propositionib. & certa loquendi ratione in explicatio præsentis mysterij, latior fiet discussio, & sermo diffusior, in undecimo huius libri capite.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΙΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ λόγου ὑποστάσεως. νδ.

Προεῖναι μὲν οὖν ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως φαμὲν τὴν θείαν τοῦ θεοῦ λόγου ὑπόστασιν, ἁπλῆν τε ἀσύνθετον, ἄκτιστον, ἀσώματον, ἀόρατον, ἀναφῆ, ἀπερίγραπτον, πάντα ἔχουσαν

DE VNA DEI VERBI COMPOSITA HYPOSTASI. Cap. VII.

PRæcedere igitur intemporali ter & æternè dicimus, diuinam Dei uerbi hypostasin, simplicem incompositam, increatam, incor poralem, inuisibilem, intangibilem, incircumscriptam, omnia habentem quæcun

ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ὡς αὐτῷ ὁμοούσιον, τῷ δὲ τῆς γεννήσεως τρόπῳ καὶ σχέσει τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως διαφέρουσαν, τελείως ἔχουσαν, οὐδέποτε τῆς πατρικῆς ἐκφοιτῶσαν ὑποστάσεως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τῶν πατρικῶν κόλπων οὐκ ἐκστάντα λόγον ἀπεριγράπτως ἐνῳκηκέναι τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας παρθένου ἀσπόρως, καὶ ἀπεριλήπτως, ὡς οἶδεν αὐτὸς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ προαιωνίῳ αὐτοῦ ὑποστάσει ὑποστήσασθαι ἑαυτῷ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐν πᾶσι μὲν οὖν, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ἦν καὶ ἐν τῇ γαστρὶ ὑπάρχων τῆς ἁγίας θεοτόκου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ἐνεργείᾳ σαρκώσεως. σεσάρκωται τοίνυν ἐξ αὐτῆς προσλαβόμενος τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε, καὶ νοερᾷ. ὥστε αὐτὴν χρηματίσαι τῇ σαρκὶ ὑπόστασιν, τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ὑπόστασιν, καὶ σύνθετον γενέσθαι τὴν πρότερον ἁπλῆν οὖσαν τοῦ λόγου ὑπόστασιν, σύνθετον δὲ ἐκ δύο τελείων φύσεων θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ φέρειν αὐτὴν τῆς θείας τοῦ θεοῦ λόγου υἱότητος τὸ χαρακτηριστικὸν, καὶ ἀφοριστικὸν ἰδίωμα. καθ' ὃ διακέκριται τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ πνεύματος, τά τε τῆς σαρκὸς χαρακτηριστικὰ καὶ ἀφοριστικὰ ἰδιώματα, καθ' ἃ διαφέρει τῆς μητρὸς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων φέρειν δὲ καὶ τὰ τῆς θείας φύσεως ἰδιώματα, καθ' ἃ ἥνωται τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πνεύματι, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως γνωρίσματα, καθ' ἃ ἥνωται τῇ τε μητρὶ καὶ ἡμῖν. ἔτι δὲ διαφέρει τοῦ τε πατρὸς, καὶ τοῦ πνεύματος, τῆς τε μητρὸς καὶ ἡμῶν, κατὰ τὸ ὑπάρχειν θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτόν. τοῦτο γὰρ τῆς τοῦ χριστοῦ ὑποστάσεως ἰδιαίτατον ἰδίωμα γινώσκομεν. τοιγαροῦν ὁμολογοῦμεν αὐτὸν, ἕνα υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου τὸν αὐτὸν, ἕνα χριστὸν, ἕνα κύριον. τὸν μόνον μονογενῆ υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν, δύο αὐτοῦ τὰς γεννήσεις σέβοντες, μίαν τὴν ἐκ πατρὸς προαιώνιον ὑπὲρ αἰτίαν καὶ λόγον, καὶ χρόνον, καὶ φύσιν, καὶ μίαν τὴν ἐπ' ἐσχάτων δι' ἡμᾶς, καθ' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, δι' ἡμᾶς, ὅτι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. καθ' ἡμᾶς, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς καὶ χρόνῳ κυήσεως. ὑπὲρ ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἐκ σπορᾶς, ἀλλ' ἐξ ἁγίου πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας παρθένου, ὑπὲρ νόμον κυήσεως. οὐ θεὸν αὐτὸν μόνον κηρύττοντες

quæcunque habet pater: ut ipsi consubstantialem, modo generationis & habitudine, à paterna hypostasi differentem, perfectè immanentem, & non quandoque à paterna hypostasi digredientem. In nouissimis autem diebus, non discedens è sinu patris uerbum, incircumscriptè inhabitasse in utero sanctæ uirginis inseminaliter & incompræhensibiliter, ut ipse scit: & in ipsa plusquam æterna sua hypostasi, ex sancta uirgine suscepisse carnem. In omnibus igitur & super omnia erat, in utero sanctæ Deiparæ existens: sed in ipsa, per incarnationis operationem. Incarnatus igitur, ex ipsa carnem assumens primitias nostræ molis, carnem animatam anima, rationali & intellectuali, ut & eadem esset carni hypostasis, quæ & Dei uerbi hypostasis. Et composita facta est quæ prius erat simplex uerbi hypostasis: composita quidem ex duabus perfectis naturis, diuinitate scilicet & humanitate. Vt & ipsa ferat diuinæ Dei uerbi filiationis charactericam & discretiuam proprietatem, secundum quam discreta est à patre & spiritu: & charactericas, discretiuasque carnis proprietates, secundum quas differt à matre & reliquis hominibus. Ferat autem & diuinæ naturæ proprietates, secundum quas unitur patri & spiritui: & humanæ naturę cognitionis signa ac proprietates, secundum quas unitur matri & nobis. Præterea differt à patre & spiritu, à matre & nobis, secundum hoc quod ipse Deus est simul & homo: hoc enim, hypostaseos Christi maximè propriè proprium cognoscimus. Confitemur ergo, ipsum unum filium Dei etiam post humanitatis assumptionem, & filium hominis eundem unum Christum, unum Dominum, unigenitũ & uerbũ Dei, Iesum Christum Dominum nostrum: duas eius natiuitates uenerantes, unam ex patre ante secula, super causam, & sermonem, & tempus, & naturam: & alteram in nouissimis propter nos, secundum nos, & super nos. Propter nos, quia propter nostram salutem. Secũdum nos, quia factus est homo ex muliere, & tempore partus: Super nos, quia non ex semine, sed ex spiritu sancto, & ex sancta uirgine super partus legem. Et non Deum ipsum solum prædicamus,

spoliatum

γυμνὸν τῆς καθ' ὑμᾶς ἀνθρωπότητος, οὐδὲ μὴν ἄνθρωπον μόνον ψιλοῦντες αὐτὸν τῆς θεότητος, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, ὁμοῦ θεόν τε καὶ ἄνθρωπον. θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον. ὅλον θεὸν, καὶ ὅλον ἄνθρωπον. τὸν αὐτὸν ὅλον θεὸν, καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ὅλον ἄνθρωπον, καὶ μετὰ τῆς ὑπερθέου αὐτοῦ θεότητος. διὰ τοῦ εἰπεῖν τέλειον θεὸν, καὶ τέλειον ἄνθρωπον, τὸ πλῆρες καὶ ἀνελλιπὲς δηλοῦντες τῶν φύσεων. διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν ὅλον θεὸν καὶ ὅλον ἄνθρωπον, τὸ μοναδικὸν καὶ ἄτμητον δεικνύντες τῆς ὑποστάσεως. καὶ μίαν δὲ φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην ὁμολογοῦμεν, διὰ τοῦ εἰπεῖν σεσαρκωμένην, τὴν τῆς σαρκὸς οὐσίαν σημαίνοντες κατὰ τὸν μακάριον Κύριλλον. καὶ σεσάρκωται τοίνυν ὁ λόγος, καὶ τῆς οἰκείας ἀϋλότητος οὐκ ἐξέστη, καὶ ὅλος σεσάρκωται, καὶ ὅλος ἐστὶν ἀπερίγραπτος. σμικρύνεται σωματικῶς, καὶ συστέλλεται. καὶ θεϊκῶς ἐστὶν ἀπερίγραπτος, οὐ συμπαρεκτεινομένης τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, τῇ ἀπεριγράπτῳ αὐτοῦ θεότητι. ὅλος μὲν οὖν ἐστι θεὸς τέλειος, οὐχ ὅλον δὲ θεός. οὐ γὰρ μόνον θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος. καὶ ὅλος ἄνθρωπος τέλειος. οὐχ ὅλον δὲ ἄνθρωπος. οὐ μόνον γὰρ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ θεός. τὸ μὲν γὰρ ὅλον, φύσεώς ἐστι παραστατικόν· τὸ ὅλος δὲ, ὑποστάσεως. ὥσπερ τὸ μὲν ἄλλο, φύσεως· τὸ ἄλλος δὲ, ὑποστάσεως. ἐν πᾶσι μὲν ἦν καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα καὶ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς θεομήτορος, ἀλλ' ἐν ταύτῃ ἐνεργείᾳ σαρκώσεως.

Ἰστέον δὲ, ὡς εἰ καὶ περιχωρεῖν ἐν ἀλλήλαις τὰς τοῦ κυρίου φύσεις φαμὲν, ἀλλ' οἴδαμεν ὡς ἐκ τῆς θείας φύσεως ἡ περιχώρησις γέγονεν. αὕτη μὲν καὶ διὰ πάντων διήκει καθὼς βούλεται, καὶ περιχωρεῖ, δι' αὐτῆς οὐδέν. καὶ αὕτη μὲν τῶν οἰκείων αὐχημάτων τῇ σαρκὶ μεταδίδωσι, μένουσα αὐτὴ ἀπαθής. καὶ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν ἀμέτοχος. εἰ γὰρ ὁ ἥλιος ἡμῖν τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν μεταδιδοὺς, μένει τῶν ἡμετέρων ἀμέτοχος, πόσῳ μᾶλλον ὁ τοῦ ἡλίου ποιητής τε καὶ κύριος;

ſpoliatum humanitate ſecundum n: neque ſane hominem ſolum, ſpolian tes ipſum diuinitate, non alium & alii ſed unum & eundem ſimul & Deum & hominem, Deum perfectum & ho minem perfectum, totum Deum, & totum hominem: eundem & totum Deum cum carne ipſius, & totum ho minem cum ſuperdiuina eius deitate. Per hoc autem quod dicimus perfe ctum Deum, & perfectum hominem plenitudinem & indeficientiã natura rum declarantes. Per hoc uerò quod d cimus, totum Deum & totum hom nem, ſingularitatem & indiuiſionem hypoſtaſeos oſtendentes. Et unam na turam Dei uerbi incarnatam confite mur, per hoc incarnatam ſecundũ bea tum Cyrillum, carnis ſubſtantiam ſigi ficantes. Et incarnatum eſt igitur uer bum diuinusq́; logos, & à propria im materialitate non diſceſſit, & totus in carnatus eſt, & totus eſt incircumſcri ptus. Minoratur corporaliter & contr hitur, deitas autem eſt incircumſcrip ta non coextenſa carne eius cum inc cunſcripta eius diuinitate. Totus ig eſt Deus perfectus, ſed non totum D us: nam non ſolum Deus, ſed & homo Et totus homo perfectus, non totum autem homo: non ſolum enim homo ſed & Deus. Nam totum eſt naturæ præſentatiuum, totus autem hypoſ ſeos: quemadmodum aliud naturæ, ali alius uerò hypoſtaſeos. Sciendum in ſuper, quod & ſi ſe inuicem immea Domini naturas dicimus, ſcimus tam quod ex diuina natura immeatio pro uenit: nam omnia pertranſit, quema modum uult, & permeat omnia: p ipſam autem nihil. Et ipſa quidem p prias glorificationes carni trahit: cum ipſa maneat impaſſibilis, & immun paſſionum carnis. Nam ſi ſol nobis proprias actiones tradens, noſtrarum manet ex pers: quanto magis ſolis factor & dominus?

COMMENTARIVS.

NOnnulli hæreticorum, ut Paulus Samoſatenus, & Photinus eius conſectator, dixer Chriſtum ante ſacroſanctã uirginem Mariam eius matrem nullo modo fuiſſe, quia ip ſum nudum eſſe hominem poſuerunt, & Deum negauerunt. Conſtat autem quod ſe cundum humanam naturam non præceſſerit tempore ſacratiſſimam uirginem, ex qua ſpi tu ſancto obumbrante ſumpſit noſtræ carnis ſubſtãtiam. Alij uerò oppoſito prorſus mo ſentientes, ut Valentinus, & Apelles eius aſtipulator, dixerunt Chriſtũ omnimodè ante be tam uirginem fuiſſe: quia ipſum ſolum eſſe Deum aſtruxerunt, & uerum hominem eſſe ne ...

runt. At manifestum est, secundum diuinitatem Christū ante sæcula fuisse & ab æterno: quare & sacrosanctæ matris suæ temporalem ortum intemporali duratione longè antecessisse: Verum ecclesia catholica omnem hæreseos impietatem respuens, & solā ueritatis sinceritatē amplectens, haud dubiè cōfitetur, Christum & uerum esse Deū, & uerum hominem, & utriusq; naturæ propria integrè seruasse. Proinde secūdum diuinam naturam æternus est & intemporalis, ante semper sanctam uirginem, immo ante omnia sæcula uerè subsistens. Secundum humanam uerò naturam, & ut homo, post beatam uirginem fuisse dicēdus est, ex qua habuit ortum temporalem. Et quia unipsonalis est Christus, & idem prorsus secundū hypostasin Deus & homo, idcirco author simplicem & incompositā uerbi Dei hypostasin præcedere ipsam humanæ carnis assumptionem dicit, qđ ante huiusmodi unionem in carne, ipsa hypostasis filij Dei, in una duntaxat natura, scilicet diuina subsistebat, & non erat humanæ naturæ unita. Post assumptionem uerò humanitatis, ipsa filij Dei hypostasis, cōposita hic dicitur, quod duę naturæ perfectæ, diuina & humana, unitæ sunt in unā hypostasin, diuinitate tamen eius à sua indiuidua simplicitate, immutabilitate & incompositione, nequaquā discedente. Porrò cum uerbum Dei inhabitauit sacratissimæ uirginis uterū, fuit quidem in eo, peculiari quodā modo, scilicet per incarnationis operationem, & unionem cū carne humana: non tamen ideo desijt esse intimus patri, & intimè ei immanens, cū beatus Ioānes primo capite de uerbo Dei incarnato dixerit, Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et ipse Dei filius nostræ mortalitatis trabea indutus, dixit discipulis suis, Ioānis decimoquarto cap: Ego in patre, & pater in me est. Neq; itidem desijt in omnibus esse, in cœlo sursum, & in terra deorsum, in mari & in omnibus abyssis: neque super omnia, cū diuinæ maiestatis ab omnib. eminenter exceptæ celsitudine sit in immensum super omnia constitutus. Semper enim de ipso Dei filio uerū est, & tunc quoque fuit. quod Apostolus ad Ephesios capite quarto scribit, qđ unus Deus et pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Et sanctissimus illi uerbi diuini præco & præcursor, sublimitatē diuinæ maiestatis in Christo significans, dixit: Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur: q de cœlo uenit, sup omnes est. At quia hæc altissima mysteria longè excedunt tenuem nostræ mentis captū, quod ita sese habeant, credenda quidem uel firmissimè sunt: non tamē quomodo sese habeāt, & quo'nā pacto peragi potuerint, curiosius indaganda. Proinde profundiorem huiusce rei perscrutationem, rectè nobis prohibet Damascenus, dicens, Dei uerbū incomprehensibiliter inhabitasse uterū uirginis sanctæ, ut ipse scit: eo quidem dicto significās, nos ad eā scientiam pertingere minimè posse, & ab accuratiori tanti mysterij peruestigatione, supersedere prorsus debere. Quāuis itē uerbi Dei hypostasis, ante dispensationem carnis susceptā esset simplex, & in unica subsistēs natura, scilicet diuina, separataq; ab humanitate, & post susceptionē carnis esset cōposita. in duplicíq; natura consistens, diuina scilicet & humana, atq; unita humanitati, tamen post illam ineffabilem unionem una & eadē prorsus est hypostasis uerbi Dei quæ fuit ante unionem, neq; quoquo pacto deperdidit rationem & denominationem hypostaseos filij Dei, aut unitam. Si eīm alia persona fuisse poneretur per susceptionē carnis quā antè fuerit, tunc quatuor numerarentur & collocarentur in su\-ma diuinitate hypostases, utpote pater, filius, spiritus sanctus: & hypostasis, diuinā humanāq; naturā pfectè in se complectens, alia per hypothesin ab hypostasi filij Dei. Illud autē impiū est asserere, & prorsus execrandum. Atqui si idem prorsus secundū substantiā & unus est homo, prius nudus, & deinde uestimento amictus, qđ circūponit corpori, & si una manet substantia prius accidente uacans, & deinde accidentaria ꝓprietate ut albedine affecta: quare nō fatebimur unā esse filij Dei hypostasin, & omnino eandem, prius nō cōiunctā carni, postea uerò ipsam sustentātem? Se enim eundem prorsus esse, in Euangelio apertissimè declarauit, cū indutus forma nostræ carnis dixit Iudæis: Anteq̃ Abraham fieret, ego sum. & rursum: Ego & pater unū sumus. Alio itidem loco: Nemo ascendit in cœlum, nisi q descendit de cœlo. ubi seipsum significat, eundē q descendit de cœlo, ut nostram susciperet substantiam, & iterum ascendit peracta nostra redemptione. cū corpore glorioso ad cœlos. Denique idē patrem orans, inquit: Pater clarifica me ea claritate quam habui priusquā mundus fieret apud te. ubi liquido prodit seipsum, q loquitur, fuisse ante mundi constitutionē. loquebatur quidem ut homo, fuit autem ante mūdi facturam ut Deus. Sed quid opus est exēplis adducendis immorari: cū plurima passim in euangelijs ad id cōferentia occurrant. Deinceps quia hypostasis uerbi Dei est uerus Dei filius, & uerus hominis filius, uerus Deus & uerus homo (qđ incōcussa & solidissima fide, absq; hæsitatione tenendū est) idcirco hæc quatuor in se habet. Primò ꝓprietatē personalē & discretiuā diuinæ filiationis, qđ scilicet de substātia patris ante omnia secula est genita, & per illā differt à patre & spiritu sancto. Secūdò habet & carnis ꝓprietates discretiuas, quemadmodū unusquisq; hominū sortitus est, quo ab alio discrepat ut qđ hoc tempore & loco natus sit, ex matre semp uirgini. Et hisce ꝓprietatibus à matre benedicta & reliquis hominib. discrepat. Tertiò, habet diuinæ naturæ ꝓprietates, cōmunes ei cū patre & spiritu sancto: ut potentiā, sapientiam, bonitatem, æternitatem. Quartò, humanæ naturæ conditiones, communes eidem cū sacrosancta matre & cæteris hominibus: ut mortalitatem, pasibilitatem, sensum, rationē. Duo prima, hypostasin respiciūt: et discrimē faciūt à

S cæteris

cæteris eiusdem naturæ hypostasibus: duo secunda, naturam concernunt, & conuenientiã arguunt inter eiusdem naturæ supposita. Cæterum quemadmodum gemina in Christo est natura ita & duplex natiuitas: hæc æterna & intemporalis, ex substantia patris, & secundũ diuinitatem. Illa uerò temporalis & corporalis, ex matris substantia in sæculo, secundum humanitatem. Et hæc est supra naturæ legem & uires. Neque solũ natiuitatis, sed & conceptus ipse filij, & partus uirginis, longè supra naturæ metas collocatur. Certè ipse cõceptus filij Dei super naturæ legem fuit, quia nõ ex uiri cõsortio, sed superueniẽte spiritus sancti uirtute factus est, seruata sanctissimæ matris integerrima uirginitate. Perinde atque uirga Aaron frõduit, floruit & fructus protulit, sine seminis aut terræ adminiculo, uniusq; noctis interuallo, quod lõgiusculo tempore secundum naturæ iura absoluendum erat. Præsignauitq; uirgam illã fœcundissimam, quę egressura erat de radice Iesse, secundum Esaiæ oraculum, & productura florem suauissimum, super quem requiesceret spiritus Domini: qui & alio loco dicitur ascendere coram Domino tanquã uirgultũ, et sicut radix de terra sitienti, quia ex sacratissima uirgine corpus accepit, nõ fœcũdata humano commercio. Partus itidem & natiuitatis eiusdem filij Dei, supra naturæ legem cõpletus est: quia sine læsione aut uiolatione uirginitatis ac integritatis sacrosanctæ matris, quæ & in partu & post partum, cãdidissima & purissima uirgo semp existit, præsignata quidem per portam Ezechiel semper clausam, quam solus rex Israel, rex ille regum & Dominus omnium, ingressus & egressus est, occlusam tamẽ in suo ingressu & egressu semper illam conseruans: quemadmodũ (si summis ima conferre fas est) imago uultus humani speculum subit sine fractione, & rursum subtrahitur eidem absq; disruptione: & solaris radius sua subtilitate uitrũ penetrat, & rursum se cõtrahit absq; uitri læsiõe. Quis igitur dubitauerit, uerũ solẽ iustitiæ in suo ad nos exortu, sine maternæ integritatis iniuria ex sacratissimo thalamo suo ꝓdijsse? Porrò ꝑ hanc secundam natiuitatem & naturæ nostræ susceptionem filius Dei à propria immaterialitate, per primã natiuitatem à patre accepta, nõ discessit, ut inquit litera. Siquidẽ anima rationalis corpori humano coniũgitur, crasso & materiali, nõ tamen idcirco à sua spirituali natura & immateriali discedit. Non minus enim sua substãtia immaterialis est & inuisibilis, cũ corpori coniungitur, quã dirempta à corpore. Eodem ferè modo uerbum Dei unitum esse carni, confitendũ est, nõ tamen à suæ diuinitatis spirituali subtilitate discessisse. Et sacrosancta eius caro ut corporea & mole prædita, circũscripta fuit, conclusa loco uno, & cõtinentis ambitu: deitas aũt incircũscripta remãsit, omnẽ implens locũ, à nullo tamen conclusa: quare nõ fuit coextensa Christi caro deitati, neq; illi deitas. Perinde atq; si linea pedanea admoueatur lineæ in immensum protensæ, aderit quidem alicui particulæ lineæ infinitæ, nõ tamen illi toti interminæ coextendetur. Enimuero caro Christi, ut linea pedanea est, deitas uerò eiusdem tanquã linea infinita. Vt aũt aptus & accommodus ueritati habeatur sermo, ad hæc alta superadmirabilis unionis sacramenta exprimenda, in unũ hic animaduertendum: quòd in supersanctæ trinitatis mysterio, itidem & incarnationis, enunciando, totus, alius, & similia nomina, in masculino genere hypostasin & personam designant: in neutro uerò, naturam & eius ꝓprietates insinuant. Propterea in trinitate admittitur alius esse pater & alius filius, sed non aliud pater aliud filius, quia diuersa est patris & filij persona: nõ tamẽ alia unius & alterius substantia. E diuerso in susceptionis humanæ naturæ commercio, aliud Deus, & aliud homo: non tamen alius Deus, & alius homo, quia diuersæ sunt Dei hominis naturæ, non tamen personæ. Sic rectè dixerimus, quòd Christus est totus Deus perfectus, & totus homo perfectus, cum nihil eidem desit diuinitatis, neq; etiã humanitatis: non tamen totũ est Deus, cũ nõ solã habeat naturã diuinã, sed & humanã, neq; totũ est homo, cũ etiã diuinæ habeat naturæ cõmunionem. Deinde añotat author, qđ quãuis in quinto huius libri capite dictũ fuerit, duas in Christo naturas se inuicẽ immeare, & incõfuse unitas esse, huiusmodi tamẽ immeationis efficacia, ex diuina potissimũ natura ꝓuenit, ut quæ sit spiritualior, purior, subtilior & penetrantior: & eã ob causam ꝑmeat naturã humanã, efficacia suæ immensæ uirtutis. Et ꝓpter huiusmodi ꝑmeationem, natura humana & crassior & corpulentior dicitur etiam immanere naturæ diuinæ ꝓpter inseparabilem unius cũ altera connexionẽ. Quemadmodũ anima primũ ꝑmeat corpus ob spiritualem eius et incorporeã naturã. Et subinde corpus etiã ipsi animæ immanet inseiunctæ, ut nihil sit corporis, quin illi assit anima. Præcipua tamen immeandi ratio ex anima pendet. Sic lumen spiritualium rerum præferens naturam, etsi sensibile sit, immeat cœlos & elementa, quæ crassiorem sustinent materiã, illisq; sunt addicta. Cõsequenter aũt & huiusmodi corpora immanent lumini, qđ neq; loco, neq; spacij interuallo dissepárantur, sed utrũq; alterũ subit. Nihilominus immeatio illa potius ex lumine ꝓuenit: ut qđ sit tenuius & penetrãtius, minusq; feculentæ materiæ sentiẽs. Etenim qđ magis incorporeũ est & immateriale, potiorẽ immeãdi habet uim & uirtutem: qđ uerò magis ad materiæ cõditiones deuergit, immeationem potius ut substratũ alteri subiectũ suscipit. At uerò qa dignius alteri minus digno in eodem tertio coniunctum, cõmunicat illi suas dignitates ꝓ captu & modulo suo, & tamẽ ab illo nõ suscipit indignitates, neq; imꝑfectiones: hinc (ut notat litera) diuina natura humanæ suas tradit ꝓprias glorificationes, digniores q; denominationes & ꝓprietates, & tamẽ nõ sustinet carnis imꝑfectiones, neq; obnoxia est passionib. corporis. Enim

uero

uerò ſiquis regia maieſtate inſignis,& clariſsimo ſanguine natus, conſortem thori ſibi aſciſceret coniugem plebeiam & infimæ ſortis, obſcuroqúe loco progenitam, ſuæ uxori claras, ſibiqúe peculiares traderet denominationes, appellareturqúe illa regina & domina, titulisqúe uiri ſui honeſtaretur: non autem è diuerſo rex ipſe contraheret imperfectiones ſuæ ſponſæ, neque plebeius nuncuparetur, aut ignobilis: Sic anima corpori ſuas communicat uires, uegetatricem & ſenſitiuam, non tamen è diuerſo corporis ſortitur ignobilitatem, ut diſſectionem, mortalitatem, & ſenium. Et ſol ſubiectis corporibus ſuam impertit claritatem, uiuificamqúe uirtutem: non tamen corporum à ſe illuſtratorum ſordes, colluuiem aut putredinem ſuſcipit. Haud aliter Chriſti diuinitas ſanctiſsimam carnem reddit ſuarum perfectionum participem, ut quòd templum ſit & habitaculum diuinitatis, quòd ſignorum & miraculorum à deitate factorum cooperatoriũ fuerit & coniunctum inſtrumentum, quod filio Dei in unitate perſonæ unita, à carnis tamen paſſionibus & imperfectionibus manet aliena, neqꝫ ab ea contrahit aut mortalitatem, aut paſſibilitatem.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ, Η ΥΠΟ τὸ συνεχὲς ποσὸν ἀνάγονται αἱ τοῦ κυρίου φύσεις, ἢ ὑπὸ διωρισμένον. νε.

Εἰ δέ τις ἐρωτᾷ περὶ τῶν τοῦ κυρίου φύσεων, ἢ ὑπὸ τὸ συνεχὲς, ποσὸν ἀνάγονται. ἢ ὑπὸ τὸ διωρισμένον; ἐροῦμεν, ὅτι αἱ τοῦ κυρίου φύσεις, οὔτε ἓν σῶμά εἰσιν, οὔτε μία ἐπιφάνεια, οὔτε μία γραμμὴ, οὐ χρόνος, οὐ τόπος, ἵνα ὑπὸ τὸ συνεχὲς ἀναχθῶσι. ποσόν. ταῦτα γάρ εἰσι τὰ συνεχῶς ἀριθμούμενα. Ἰστέον δὲ, ὡς ὁ ἀριθμὸς τῶν διαφερόντων ἐστί. καὶ ἀδύνατον ἀριθμεῖσθαι, τὰ κατὰ μηδὲν διαφέροντα. καθ' ὃ δὲ διαφέρουσι, κατὰ τοῦτο καὶ ἀριθμοῦνται. οἷον ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος, καθ' ὃ μὲν ἥνονται, οὐκ ἀριθμοῦνται. τῷ λόγῳ γὰρ τῆς οὐσίας ἑνούμενοι, δύο φύσεις οὐ δύνανται λέγεσθαι. καθ' ὑπόστασιν δὲ διαφέροντες, δύο ὑποστάσεις λέγονται. ὥστε ὁ ἀριθμὸς, τῶν διαφερόντων ἐστί. καὶ ᾧ τρόπῳ διαφέρουσι τὰ διαφέροντα, τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ ἀριθμοῦνται. ἥνωνται μὲν οὖν αἱ τοῦ κυρίου φύσεις ἀσυγχύτως καθ' ὑπόστασιν, διῄρηνται δὲ ἀδιαιρέτως λόγῳ καὶ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς. καὶ ᾧ μὲν τρόπῳ ἥνωνται, οὐκ ἀριθμοῦνται. οὐ γὰρ καθ' ὑπόστασιν δύο εἶναι φαμὲν τὰς φύσεις τοῦ χριστοῦ. ᾧ δὲ τρόπῳ ἀδιαιρέτως διῄρηνται, ἀριθμοῦνται. δύο γάρ εἰσιν αἱ φύσεις τοῦ χριστοῦ, λόγῳ καὶ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς. ἡνωμέναι γὰρ καθ' ὑπόστασιν, καὶ τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν ἔχουσαι, ἀσυγχύτως ἥνωνται, τὴν οἰκείαν ἑκάστη φυσικὴν διαφορὰν διασώζουσα. τῷ τρόπῳ τοιγαροῦν τῆς διαφορᾶς καὶ μόνῳ ἀριθμούμεναι, ὑπὸ τὸ διωρισμένον ποσὸν ἀναχθήσονται. εἷς τοίνυν ἐστὶν ὁ χριστὸς, θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, ὃν προσκυνοῦμεν σὺν πατρὶ καὶ πνεύματι, μιᾷ προσκυνήσει

AD QVAERENTES, AN AD QVANtitatem continuam reducantur Domini naturæ, an ad diſcretam. Cap. VIII.

SI quis autem interrogat de Domini naturis, an ad continuam quantitatem, an ad diſcretam reducuntur: reſpondebimus, quod Domini naturæ neque unum corpus ſunt, neque una ſuperficies, neque una linea, neque locus, neque tempus, quo queant in continuam quantitatem reuocari. Hæc enim ſunt, quæ quantitati continuæ annumerantur. Et ſciendum, numerum eſſe differentium rerum: impoſſibile ſiquidem eſt numerari ea quæ ſecundum nihil differunt. ac ſecundum quod differunt, ſecundum hoc & numerantur: ut Petrus & Paulus ſecundum quod uniuntur, non numerantur. ratione enim ſubſtantiæ uniti, duæ naturæ dici non poſſunt: ſecundum autem hypoſtaſin differentes, duæ hypoſtaſes dicuntur. Quare numerus, rerum differentium eſt: & quo modo illæ ſunt differentes, eo quoque modo & numerantur. Vniuntur autem Domini naturæ, inconfuſè ſecundum hypoſtaſin: at diuiduntur indiuiſè, ratione & modo differentiæ. Quo modo unitæ ſunt, non numerantur: nam non dicimus duas ſecundum hypoſtaſin eſſe Chriſti naturas. Cæterum quo modo indiuiſibiliter diuiduntur, numerantur: nam duę ſunt Chriſti naturæ, ratione & modo differentiæ. Vnitæ enim ſunt ſecundum hypoſtaſin, & in ſe inuicem aſſeſſionem habentes, inconfuſè ſunt unitæ, propriam unaquæqꝫ differentiam ſeruãtes, modo igit̃ differentiæ ſolo numeratæ, ad diſcretam quantitatem reducunt̃. Vnus igit̃ eſt Chriſtus deus perfectus, & homo perfectus, quẽ adoramus cum patre et ſpiritu una adoratione

μετὰ τῆς ἀχράντου σαρκὸς αὐτοῦ, οὐκ ἀπροσκύνητον τὴν σάρκα λέγοντες. προσκυνεῖται γὰρ ἐν τῇ μιᾷ τοῦ λόγου ὑποστάσει, ἥτις αὐτῇ ὑπόστασις γέγονεν, οὐ τῇ κτίσει λατρεύοντες. οὐ γὰρ ὡς ψιλὴν σάρκα προσκυνοῦμεν, ἀλλ' ὡς ἑνωμένην θεότητι, καὶ ὡς εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν τοῦ θεοῦ λόγου, τῶν δύο αὐτοῦ ἀναγομένων φύσεων. δέδοικα τοῦ ἄνθρακος ἅψασθαι, διὰ τὸ τῷ ξύλῳ συνημμένον πῦρ. προσκυνῶ τοῦ Χριστοῦ τὸ συναμφότερον, διὰ τὴν τῇ σαρκὶ ἑνωμένην θεότητα. οὐ γὰρ τέταρτον παρεντίθημι πρόσωπον ἐν τῇ τριάδι. μὴ γένοιτο. ἀλλ' ἓν πρόσωπον ὁμολογῶ τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. τριὰς γὰρ ἔμεινεν ἡ τριὰς, καὶ μετὰ τὴν τοῦ λόγου σάρκωσιν.

cum immaculata carne eius. Neq; inadorabilem carnem esse dicimus: nam adoratur in una uerbi hypostasi, quæ & ipsi hypostasis facta est. Neq; creaturam colimus: nam non ut nudam carnẽ adoramus, sed continuam diuinitati, et ut in unam personam & unam hypostasin Dei uerbi duæ eius reuocatæ sunt naturæ. Timeo quidem carbonem tangere, propter ignem ligno cõiunctum: adoro Christi simul utrumq;, propter carni cõiunctam counitamq; diuinitatem. Neq; quartam in trinitate introduco personam (absit enim) sed unã personã cõfiteor Dei uerbi & carnis eius. Nam trinitas mansit trinitas, etiam post uerbi incarnationem.

COMMENTARIVS.

AD continuam quantitatem reduci non posse duas in Christo naturas, hinc liquet. Nã cui nulla specierum conuenit, neq; genus ipsum cõgruere potest. Sed ad nullam quantitatis continuæ speciem reuocari queunt duæ illæ naturæ. Non enim ad eas quæ extensionẽ & molem designant, ut lineam, superficiem, corpus, & locum. Nã diuina natura, dimensionis est expers, & incorporalis. Neq; ad eam quæ temporarię durationis mensuram, successionẽq; denotat, cũ diuinitas ipsa longè supra tempus omne sit supereminens, intẽporalis & æterna. Ad hæc, ut aliqua duo ad quantitatẽ continuã attineant, necessariũ est illa ad inuicem cõtinuari, & cõmuni termino coalescere, illoq; tanq̃ nexu & uinculo uniri: Id aũt neutiquã duabus in Christo naturis cõpetere potest. Non eñ secundum extensionẽ cõnectuntur ad inuicẽ. Nam tametsi natura humana secundũ corpus, partiũ habeat ꝓtensionẽ, & molem attollat: diuina tamen nequaquã sortitur huiusmodi conditionẽ: Atqui nõ potest inextensum extenso cõtinuari, ut neq; anima corpori, neq; punctũ lineæ: sed ut duo cõtinuentur ad inuicẽ extensione, utrũq; extensum sit oportet. Eadem quoq; ratione, neq; secundũ successionẽ durationis tẽporalis, coadunari ad inuicẽ poterunt duæ illæ naturæ: cũ una earũ temporalis sit ex suæ conditionis ratione: altera uerò æterna, & tempus omne supgrediens. At uerò qđ ad discretã reducãtur quantitatẽ duæ in Christo naturæ, ex eo ꝓbat author, quia numerus rerũ est differẽtiũ, aut re ipsa quidẽ differẽtiũ, ut Ioãnis, Petri, & Pauli numeratiuus est ternarius: aut ratione sola, ut sapientiæ, bonitatis, potentiæ, unitatis, & pfectionis in Deo dinumeratiuus est qnarius, quæ tamen solã inter se habẽt rationis distantiã. Et sanè secundũ qđ ea differunt quib. applicatur numerus, secundũ idipsum quoq; numerãtur, ut si re ipsa dissidẽt, secundũ rẽ etiã numero discernũtur: si ratione sola, solius rationis numerus facit discrimẽ. Si natura dirimũtur, quẽadmodũ homo &, equus, naturæ quoq; discerniculũ numerus cõstituet. Si hypostasi sola, nõ natura distinguũtur, & numerus ipse hypostaseõ designabit diuersitatẽ: ut in Socrate & Platone. Nã q̃ modo res ipsæ inter se differũt, eo quoq; modo numerãtur. Rursum ut tres plures inter se unitæ sunt, & ad unionẽ reductæ, secundũ eã rationem minimè numerãtur, quãdoquidẽ numerus est multitudo ex unitatib. aggregata: sed ut distinctæ sunt & multitudinis subeuntes rationẽ, numero digerũtur & secernũtur. Atq; duæ Christi naturæ unitæ sunt secundũ hypostasin, eo itaq; modo nõ numerãtur: ut cũ explicãtur nomine hypostaseos ipsas etiã naturas designãte, nõ duo dicũtur, sed unus. Siqdẽ in Christo nõ duo numerãtur, Deus & homo: q̃uis hoc nomẽ humanã, illud uerò diuinã insinuet naturã: sed unus & idem numero, Deus et homo Christus Iesus. Vt aũt incõfuse diuidũtur ipsæ Christi naturę, discretęq; indiuisibiliter & inseparabiliter distinguũtur, cũ scilicet nomine substãtiæ, essẽtiæq; explicãtur, numerãtur binario: sunt eñ duæ in Christo naturæ, diuina & humana, diuinitas & humanitas. Sic anima & corpus duæ in homine naturæ ut distinctæ cõsiderãtur, numero cõstringũtur: ut uerò unitæ in idẽ suppositũ minimè. Idẽ eñ homo est corporeus, & anima rationali animatus. Eodẽ q̃q; modo humana natura in Ioãne & uestes eius numerãtur, si rerũ natura attẽdamus: si uerò hypostasin, idẽ ꝓrsus est homo & uestitus. Demũ aq̃ natura & caliditas inducta, ut ab inuicẽ sunt distincta dinumerãtur, ut uerò unita in eodẽ, nequaq;: quẽadmodũ ꝓrsus idẽ est aqua & calidũ. Ex his cõstat, qd respõdendũ sit pcontantibus an Christus sit duo. Nẽpe si nomẽ illud numerale hypostaseõ designat numerũ, nequaq; duo dici debet, cũ nõ sit duo indiuidua aut supposita, quẽadmodũ sacer Athanas. in symbolo ait de Christo: q q̃uis Deus sit & homo, non duo tñ, sed unus est Christus. Nã sicut anima rõalis & caro unus est homo, ita deus & homo unus est Christus, Si uerò nomẽ illud numerale, naturas designet & numeret, neq; illa quidẽ admittenda.

admittenda, qđ scilicet Christus sit duæ naturæ, diuina & humana. Nã cũ Christus nomẽ sit hypostaseos, ipsæ duæ naturæ nomine essentiæ explicatæ, nõ aptè nec accõmodè de Christo dicũtur, etiã coniũctim sumptæ. Im ꝓpria em̃ ꝓrsus & repudiãda est hæc, Christus est diuina natura & humana, qđ nequaq̃ sit usui & locutioni sanctorũ patrũ cõformis: sed dicendũ potius, qđ in Christo duæ sunt naturæ, uel qđ Christus ex duabus naturis aut in duabus est subsistẽs. Qđ si alterã naturarũ seiunctim de Christo enũciare uolueris, nõ solũ ineptũ qd efficies, sed etiã omnino falsũ. Quis em̃ sanæ mẽtis admiserit, Christũ esse humanitatẽ, aut diuinitatẽ? Vt igitur cõgruus & aptus obseruetur sermo in diuinis rebus edisserẽdis: nominib. hypostaseos designatiuis potius substãtialia & essẽtialia nomina attribuẽda sũt: ut Christus est Deus, Christus est homo. Sũtq; im ꝓpria omnia loquẽdi de tã sublimib. mysterijs genera, nõ minus q̃ falsa reijciẽda, & explodẽda. Nõ igitur q̃quo pacto admittẽda est ista, Christus est duo, sed ꝓrsus asserendũ qđ Christus est unũ (suppositũ scilicet & indiuiduũ: nõ unũ naturæ unitate) aut potius qđ Christus est unus, cũ masculinũ genus admodũ sit accõmodũ ad hypostasin designandã. Et hoc postremo loquẽdi genere potissimũ utũtur autores: quos sedulò debemus in elocutionib. nostris imitari. Demũ autor circa calcẽ præsentis capitis ostendit carnẽ, id est, humanitatẽ Christi esse adorandã, ea summa ueneratione & reuerẽtia, q̃ Deo debetur: nõ quidem cum ꝑ seipsam cõsideratur, non habita ratione uerbi cui unitur in una hypostasi, sed ut attenditur cõiuncta uerbo in unitate ꝑsonæ, cui meritò debetur adoratio, honor, gloria, & benedictio. Et idipsum Apocalypsis cap. 5. satis insinuatur, cũ dicitur, Dignus est agnus q occisus est accipere uirtutẽ, & diuinitatẽ, & sapientiã, & fortitudinẽ, & honorẽ, & gloriã, & benedictionẽ, & omnẽ creaturã q̃ in cœlo est, & sup terram, & sub terra, & q̃ sunt in mari, & quæ in eo omes audiui dicentes, Sedẽti in throno & agno, benedictio, & gloria, & potestas, in sæcula sæculorũ. Vbi per sedentẽ in throno diuinitas, & ꝑ agnũ humanitas Christi designatur, cui nihilominus omnis creatura in cœlo, terra & mari dat benedictionẽ, honorẽ, gloriam & potestatẽ. Sed qui id fiat, nisi humanitas Christi ut unita uerbo, adoretur & glorificetur ab omni creatura cũ omni reuerentia & honore? Insuper eũ psalmi 98 locũ, Exaltate Dominũ Deũ nostrũ, & adorate scabellũ pedũ eius, quoniã sanctũ est: exponẽs Cassiodorus inqt Beatus Augustinus diligẽtissimus exquisitor, corpus Dñi qđ de Maria uirgine sumpsit, scabellũ diuinitatis eius asseruit debere sentiri ꝓpter naturã humanitatis, q̃ est dignatus assumere. Pedes aũt eius, stabilitatẽ diuinitatis significare uidẽtur, q̃ semp in naturæ suæ omnipotẽti gloria, tãq; ꝑ [illegible] indefecta stabilitas perseuerat. Huius ergo uerbi assumptũ corpus quãuis gloriosum, q̃uis ma[illegible]ũ, quãuis adorabile, tamẽ ꝓpter humilitatẽ humanitatis, scabellũ pedũ cõpetenter accipimus. Itaq; cũ admonemur adorare scabellũ pedũ Domini, sacratissimã Christi carnẽ dei tati unitã adoratione colere iubemur, quatenus cõiuncta quidẽ est eandem hypostasin. Perinde atq; purpura regis, cũ ea rex indutus est, unà cũ rege honoratur: q̃ tamẽ seiuncta, nõ eo digna censeretur honore. Et id quidẽ qđ ꝓponitur hoc loco, in primis rationi consonũ est, & ueritati conforme. Nam Christus etiã ut homo, adorandus est: & in scripturis adorari prædicatur, qđ idem quoq; sit Deus: ut psalmo 96. Adorate eum omnes angeli eius. quod &, beatus Paulus ad Hebræos scribens, adducit in testimonium ad excellentiam Christi demonstrandam. At humanitas & caro Christi considerata, quatenus unitur uerbo, iam reuocatur ad rationem unionis hypostaticę, & consideratur ut in unitate personæ conspirat cum uerbo Dei. Ergo cum huiusmodi attendimus considerationem, ipsa quoq; adoranda est singulari cultu & latria, quandoquidem hoc pacto semper aspicimus ipsius personæ dignitatem.

ΠΡΟΣ ΤΟ ΕΙ ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΦΥΣΙΣ ἀνυπόστατος, ἀπάντησις. ν ϛ.

Εἰ γὰρ καὶ μή ἐστι φύσις ἀνυπόστατος, ἢ οὐσία ἀπρόσωπος· ἐνυποστάτοις γὰρ καὶ προσώποις, ἥ τε οὐσία καὶ ἡ φύσις θεωρεῖται, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη τὰς ἀλλήλαις ἑνωθείσας φύσεις καθ' ὑπόστασιν, ἑκάστην ἰδίαν κεκτῆσθαι ὑπόστασιν. δύνανται γὰρ εἰς μίαν συνδραμοῦσαι ὑπόστασιν, μήτε ἀνυπόστατοι εἶναι, μήτε ἰδιάζουσαν ἑκάστη ἔχειν ὑπόστασιν, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀμφότεραι. ἡ αὐτὴ γὰρ τοῦ λόγου ὑπόστασις ἀμφοτέρων τῶν φύσεων ὑπόστασις χρηματίσασα, οὔτε ἀνυπόστατον αὐτῶν μίαν εἶναι συγχωρεῖ, οὔτε μὴν ἑτεροϋποστάτους ἀλλήλων εἶναι παραχωρεῖ. οὐδὲ ποτὲ μὲν τῆς δέ, ποτὲ

ADVERSVS EOS QVI DICVNT quod natura sit insubsistens. Cap. IX.

Enimuero si nõ est natura in hypostasi subsistẽs, neq; substãtia personalis erit. Nam in hypostasib. & personis, & substãtia & natura cõsiderantur. Sed nõ necesse, naturis inuicẽ secundũ hypostasin counitis, ut unaqueq; ꝓpriã habeat hypostasin (nã fieri potest ut in unã cõcurrant hypostasin) neq; eas insubsistẽtes esse, neq; unãquãq; propriã retinere hypostasin, sed unã eandemq; hypostasin habere utrãq;. Nam ipsius uerbi hypostasis, utriusq; naturarũ hypostasis existẽs, nullã insubsistentẽ esse permittit, neq; alterius esse hypostaseos. neq; quandoq; quidem huius, quandoq;

δὲ ἐκείνης, ἀλλ' ἀεὶ ἀμφοτέρων ἀδιαιρέτως καὶ ἀχωρίστως ὑπάρχει ὑπόστασις, οὐ μεριζομένη καὶ διαιρουμένη, καὶ μέρος μὲν ἑαυτῆς, τῇδε, μέρος δὲ τῇδε, διανέμουσα, ἀλλὰ πᾶσα ταύτης, καὶ πᾶσα ἐκείνης. ἀμερῶς καὶ ὁλοκλήρως ὑπάρχουσα. οὐ γὰρ ἰδιοσυστάτως ὑπέστη ἡ τοῦ θεοῦ λόγου σάρξ, οὐδὲ ἑτέρα ὑπόστασις γέγονε παρὰ τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ὑπόστασιν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὑποστᾶσα, ἐνυπόστατος μᾶλλον, καὶ οὐ καθ' αὑτὴν ἰδιοσύστατος ὑπόστασις γέγονε. διὸ οὐδὲ ἑτέραν ἐν τῇ τριάδι παρεισφέρει ὑπόστασιν.

uerò illius, sed semper utriusq; indiuisibiliter & inseparabiliter est hypostasis. Non secta & diuisa, partẽ quidẽ sui huic, partem uerò illi distribuens, sed tota huius, & tota illius impartibiliter & plenissimè existens. Non enim in propria subsistentia sustentata est Dei uerbi caro, neque in alia hypostasi facta est quàm in Dei uerbi hypostasi, sed in ipsa sustentata, & subsistens potius: neque secundum propriam subsistens hypostasin facta est. Quapropter neque insubsistens est, neque trinitati superaddit hypostasin.

COMMENTARIVS.

QVia nõnulli asseuerare tentarũt naturã esse insubsistentem, tanꝗ secretam & separatã ab omnibus hypostasibus, siue ea diuina sit, siue angelica, siue humana: improbat eos hic Damascenus ratione ducente ad incõmodum, hoc pacto. Si non est natura in hypostasi subsistens, neq; substantia personalis erit. Nam in hypostasib. & personis, & substantia & natura cõsiderantur. Dicunt enim substantia & natura, cõmunem essentiam & speciem, pluriũ singularium contentiuã: hypostasis uerò & persona singulare dicunt & unum numero quod huiusmodi naturã & substantiã habet, & intra se oritur. ut Socrates, Plato, Cicero hypostasis est singulariter discreta: humanitas uerò & animalitas, natura est & substantia, in personis quidem cõsiderata. Non enim reperitur animalitas nisi in singulis animaliũ indiuiduis. neq; humanitas nisi in hominũ indiuiduis & singulis omnibus. Atqui falsum est, nullã substantiam esse personalẽ, quia tunc nullum esset substantiæ indiuiduũ, singulare & unum numero, neq; aliquis homo particularis, quod extremæ est insaniæ asserere, & cõtra quotidianã experiẽtiã. Ergo & absurdum est ponere naturã esse insubsistentem, & in nulla hypostasi sustentatã. Nõ tamẽ oportet (inquit litera) si duæ naturæ inuicem secundũ hypostasin uniãtur: quod earum utraq; ꝓpriã habeat hypostasin, ab alterius hypostasi discrepãtem. Nẽpe corporis natura itidem & animæ humanæ in eadem uniuntur hypostasi, scilicet Ioanne. Neq; tamẽ insubsistentes sunt, cum in Ioãne & corpus subsistat & anima, neq; utraq; earum propriã habet hypostasin, immo neutra. neq; enim corpus per se hypostasin habet, neq; anima etiã propriã: sed ambæ uniuntur in eadem hypostasi hominis scilicet Ioanne. Cõsimiliter in igne, materia eius & caliditas duæ sunt naturæ unitę in uno, eodemq; ignis supposito, & in eo subsistentes & non habet earum unaquæq; propriã hypostasin, quinimmo neutra. Ita duæ in Christo naturæ reuera uniuntur in eadem hypostasi, in qua utraq; earũ est subsistens. & non habent suã propriamq; unaquæq; hypostasin. essent enim tunc duæ ibi hypostases, sicut & naturæ: quòd syncera fides & catholica professio penitus abnegat & refutat. Porrò quãuis ex rebus sensibilibus petit familiariaq; nobis & domestica hic proponãtur exẽpla ad intelligendũ quoquo pacto id quod omnem superat intellectũ & mentem: nõ tamẽ putãda sunt illi omniquaq; cum hoc ineffabili mysteria esse similia. nam humana natura non subsistit in hypostasi uerbi diuini, ut pars in suo toto, aut accidens in subiecto, sed modo quodã existendi nouo atq; mirabili. Itaq; ipsius uerbi hypostasis nullã naturarũ Christi (ut subiungit litera) permittit esse subsistentẽ: neq; ullã itidem earũ ꝑmittit esse diuersæ hypostaseos ab hypostasi alterius. Nempe nõ sinit diuinam naturã unius esse hypostaseos & humanã alterius, sed utrãq; eiusdem. Neq; etiã sinit diuinã naturã esse alterius hypostaseos ab hypostasi humanæ, neq; humanã naturam alterius esse hypostaseos ab hypostasi naturæ diuinæ: cum utriusq; naturæ sit una & eadem secũdum numerũ hypostasis. Neq; hypostasis uerbi Dei quãdoq; est hypostasis huius naturæ ut diuinæ: et quãdoq; illius naturæ ut humanæ, sed semper est hypostasis utriusq; naturę indissolubiliter. Neq; hypostasis ipsius, itidẽ uerbi est hypostasis secta & diuisa, partem quidem sui distribuens huic naturæ ut diuinæ, & partẽ distribuens illi naturæ scilicet humanæ. sed tota huius naturæ ut diuinæ existit, & tota illis naturæ scilicet humanę, sine aliqua naturarũ dissectione. Vnde cum aqua in se calorem susceperit quo prius caruit, ante illius susceptionem suppositũ quidem fuit, & ꝑ accidentariã affectionem nõ deꝑdit indiuidui rationẽ neq; denominationẽ, sed post susceptã caliditatem, adhuc aquæ manet singulare & indiuiduum, perinde atq; prius fuit: Inducta uero caliditas minima suppositũ est, cum nequaquã per se subsistat, sed in aquæ indiuiduo est consistens. Si ferrum itidẽ igneatur, candor ille & fulgor igneus non tollit rationẽ indiuiduam ferri, neque per se constituit substantiale indiuiduum, sed in ferro est subsistens. Haud aliter si incompræhensibile Dei mysterium potest his infirmarum rerũ exẽplis utcunq;

utcūq; elucidari, hypostasis uerbi Dei post assumptā carnē humanā haud minus mãsit hypo
stasis filij Dei atq; ante assumptionē fuerat, neq; ullo pacto p assūptionē illā decidit à ratione
& denominatiōe hypostaseos, q̄ antè habuerat, Et unita iā sibi carnæ, æquè secūda est in sum
ma trinitate persona & p se subsistens; atq; prius fuerat: quocirca nō est p dispensationē carnis
introducta in trinitate quarta psona, ut etiā in præcedēti capite dictum est. Natura uerò hu-
mana in Christo nō est secundū propriā subsistens hypostasin, neq; fuit unquā. Nō eñ ante
assumptionem à uerbo, constituit humanā hypostasin in utero beatæ uirginis: quia tūc ipsa
nō cōcepisset Deū, sed hominem nudū, qđ euangelicę ueritati & supradictis in 2. ca. huius li-
bri repugnat. Neq; in ipsa assumptione à uerbo, fuit hypostasis humana: nā si tūc admittitur
fuisse hominis psona, & post assumptionem desijsse esse persona, potius in assumptione à uer-
bo, ipsa psona humana cōsumebatur. Nō fuit ergo ibi uera assumptio psonæ, sed potius ab
sumptio. Deniq; assumptionē à uerbo, id humanū qđ assumptū est, fuit persona. Nempe cū
assumēs differat ab assumpto (nihil eñ, seipsum assumere potest) si illud qđ assumptū est à uer
bo, est psona, & q illud assumpsit similiter est psona, duæ in Christo erunt personæ, una assu-
mens & altera assumpta, sicut & duæ in eò sunt naturæ: & per consequens nulla ibi est unio:
quare neq; uerbi incarnatio. Ecce in quantum erroris barathrum deciderent, qui humanam
naturā in Christo ponerent in ppria subsistere & humana hypostasi, ipsumq́; cum Nestorio
in duo supposita diuiderent, unum diuinū & alterū humanum: cū ipse unicū sit suppositum
& unica hypostasis, scilicet diuina: duas tamen naturas cōplectens. At dices fortasse. Non'ne
in Christo integræ sunt & geminæ partes hominis substātialis, scilicet anima & corpus, cum
naturalib. utriusq; proprietatib. quibus discernitur ab alio quouis homine? Quare igitur ipse
secundum qđ homo, eadē ratione nō est psona, qua Ioānes, Petrus & Paulus? Nō inficiamur
Christo & homini adesse partes substātificas, & utriusq; earum pprietates, haud minus q̄ cui
uis aliorū hominum. Id tamen nō sufficit ad completā personæ rationē illi ascribendā sicut
alijs. Nempe in pfecta ratione sua persona importat fundamentū totius existentiæ naturalis,
in quo ultimate stabilitur natura: insup & pprietatē dignitatis, quod sit eorū q̄ in illa sunt u-
nione dignissimū & præstātissimū. Vtrūq; aūt horū deest humanæ naturæ in Christo: nō eñ
ipsa basis est & præcipuū stabilimentū existētiæ illius, cū seipsa nō subsistat, sed sustētetur in
hypostasi diuina, q̄ unica est utriusq; naturæ hypostasis & sustentaculū: quemadmodū cum
sæpius tum 2. cap. huius libri dicit Damascenus, qđ uerbi hypostasis facta est ipsi carni hypo
stasis. Nō habet itidē natura humana in Christo præcipuā nobilitatē, & dignitatē potiorē in-
ter cætera illius unionis extrema, sed digniori unitur, naturæ scilicet diuinæ, à qua tanq̃ prin
cipaliore & excellētiore illius unionis parte, meritò sumitur hypostaseos ratio & nūcupatio.
Cōueniunt etenim ipsi hypostasi uerbi duæ supradictæ cōditionis psonæ: tū, qđ principale
est illius existētiæ fulcimentū: sustentās in se modo quodā ineloqbili naturā humanā, tū, qđ
excellētiæ & dignitatis ultra cætera illius unionis mēbra, manifestā habet pręeminentiā. Ad
de qđ ipsa uerbi Dei hypostasis, ante carnis susceptionē habuit uerā & cōpletā rationē hypo
staseos: quā quidem p unionem cum carne nequaq̃ depdidit, aut ullum passa est detrimētum
atq; iacturā. quocirca & post assumptionem carnis eadem mãsit diuina hypostasis, nō demu
tata à suæ existentiæ ueritate, neq; destituta ipsius personæ integritate aut nuncupatione. Ex
quo facilè depræhendas causam, quare cum duę sunt in Christo unitæ naturæ, ab una earum
sumitur hypostaseos nomen & ratio, nō autem ab altera. Enimuerò Christus secundū quòd
Deus psona est, sed ut homo, nequaq̃ psona dici debet. Ex eodē etiā dilucidè dinoscas, quòd
obiectio superior inquisiuit, quare scilicet qsq; cęterorum hominū, humana rectè dicitur pso
na, nō aūt Christus. Nā in unoquoq; aliorū hominū, natura humana est primariū existentiæ
ipsorū fundamentū, & dignissimum qd eorum q̄ in ipso cōiūcta sunt, quorū utrunq; ostēsum
est naturæ humanæ in Christo deesse. Sed ex prædictis colliges protinus, minorē igitur di-
gnitatem esse in Christo secundū quòd homo est, q̄ in cæteris hominib. qa nō est in ipso di-
gnitas psonalis, neq; superexcellentiæ sup cætera illius unionis q̄ in ipso est extrema, q̄ tamē
ambo in alijs insunt hominib. & eximiā arguunt in ipsis præcellentiā. Fatemur qdem illā pso
nalem habitudinē & dignitatē, Christo ratione humanæ naturæ nō adesse, sed illā cōpensari
dicimus lōgè excellētiori & improportionaliter nobiliori dignitate scilicet quòd proprieta-
tem psonæ (qua per se, & sua solius ratione caret) habet in eminētiori atq; sublimiori, scilicet
in assumente persona diuina. Nónne quæso multò dignius est naturā humanā assumptā esse
à Christo in unitatem diuinæ personæ, quàm si ipsa permansisset duntaxat more aliorū ho-
minum intra metas suæ sortis, & personā constituisset humanā? Certè tanto præclarius, quā-
to diuina persona humanæ supereminet. At si rursum instes: si Christus ut homo nō est per-
sona hypostasisúe humana, sicut unusquisq; aliorum hominum: non igitur ipse secundum
eandem rationem dicitur homo qua cæteri, sed homonymè tantum & æquiuocè. Id prorsus
inficiamur, hominem alia ratione diffinitioneq́; substantiali dici de Christo & nobis. Siqui-
dem Christus dicitur homo, qa animal est rationale, aut quoniā substantia animata, ex corpo
re & anima rationali intellectiuaq́; constans, ut unusquisq; cęterorū hominum nō aliā ob ra-

tionem dicitur homo. Non est igitur hominis substantiali diffinitioni adijcienda alia particula, aut superaddendũ quippiam, quo Christo conueniat. Nam quamuis ob unionem naturæ humanæ cum diuina in una hypostasi, tollitur ipsi Christo ratio humanæ personæ, propter dignius superueniens ad quod euehitur, non tamen ob supradictam coniunctionem aufertur ei quicquam de ratione hominis, sed illa prorsus in ipso manet integra, & eadem cum nobis. Quemadmodum per hoc quòd diuina natura unita est humanæ, in unitate personæ, non habet uerbum diuinum aliam Dei rationem quàm ante incarnationem habuerat, aut quam nunc habeant pater & spiritus sanctus, qui carnem non susceperunt: sed eadem omnino & indemutata ratione Deus dicitur, qua prius, & qua utraq; cæterarũ summæ trinitatis personarum, Deus nuncupatur. Si deinde insistas, Christus ut homo, substantiale est indiuiduũ, ratione, intellectu, mente præditum: & singulari proprietate humana ab alijs discretum: igitur per diffinitionem personæ consequitur ipsum quatenus homo est, hypostasin & personã esse. Dicimus Christum quatenus homo est indiuiduum quidem esse, id est unicum & singulare atq; unum solum, sicut & quæuis res est indiuidua: non tamen indiuiduum, id est in se & per se subsistens: nam id unum ab altero sustentatur scilicet uerbo diuino. Vt aũt quippiam sit persona, debet hoc secundo modo esse indiuiduum, & non ab altero principaliore sustentari, neque in eo subsistere. Neq; similis est ratio de uerbo dei, quod eadem ratione post unionem ad carnem non debeat dici hypostasis. nam etsi unitur carni, non tamen ab ea sustentatur, neque illa tanquam principaliori nititur aut fulcitur, sed è diuerso eam fulcit. Quod si querere pergas, sit'ne dicendus Christus ut homo esse suppositum. Dicimus, si suppositum sumitur pro eo quod ut particulare communiori secundum rationem subijcitur, hoc modo Christum esse suppositum: est enim particulare hominis, & hic homo. Si uerò suppositũ dicatur qđ per se & in se subsistit atque in quo totũ esse rei stabilitur et fundatur, Christus ut homo, non dici debet simpliciter suppositũ, quia in eo natura humana unita est uerbo diuino, tanq̃ suo supposito, in quo principaliter subsistit. Dixi simpliciter, & sine adiunctione. Nam si adiunctũ quippiam fuerit diuinam notans hypostasin, non perperam dicetur suppositum. Vt rectè dixeris, Christus est suppositum humani diuinum, itidem & suppositum diuini humanum: non tamen aptè, Christus est suppositum humanum.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΡΙΣΑΓΙΟΥ. νζ.

Ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἐν τῷ τρισαγίῳ προσθήκην ὑπὸ τοῦ ματαιόφρονος Πέτρου τοῦ Κναφέως γεγενημένην, βλάσφημον ὁριζόμεθα, ὡς τέταρτον παρεισάγουσαν πρόσωπον, καὶ ἀνὰ μέρος τιθεῖσαν τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν, τὴν τοῦ πατρὸς ἐνυπόστατον δύναμιν, καὶ ἀνὰ μέρος τὸν ἐσταυρωμένον, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἰσχυρόν, ἢ παθητὴν τὴν ἁγίαν τριάδα δοξάζουσαν, καὶ συσταυροῦσαν τῷ υἱῷ τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἄπαγε ταύτην τὴν βλάσφημον καὶ παρέγγραπτον φλυαρίαν. ἡμεῖς γὰρ τὸ, ἅγιος ὁ θεός, ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἐκλαμβανόμεθα, οὐκ αὐτῷ μόνῳ τὸ τῆς θεότητος ἀφορίζοντες ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν θεὸν εἰδότες, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ τὸ ἅγιος ἰσχυρός, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τίθεμεν, οὐκ ἀπαμφιεννύντες τῆς ἰσχύος τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ τὸ, ἅγιος ἀθάνατος, ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τάττομεν, οὐκ ἔξω τῆς ἀθανασίας τιθέντες τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων πάσας τὰς θεωνυμίας ἁπλῶς καὶ ἀπολύτως ἐκλαμβάνοντες, καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον ἐκμιμούμενοι, φάσκοντα, ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς ὁ πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ,

DE ADDITIONE ET HYMNO qui trisagium dicitur. Cap. X.

Hinc additionem in trisagio ab insano, uaneq; sentiente Petro Gnapheo factam, diffinimus blasphemam esse, ut quartam inducentem personam, & ad partem ponentẽ Dei filium, patris subsistentem uirtutem: & ad partem eum qui crucifixus est, ut alium existentem præter fortem Deum, aut passibilem sanctam trinitatem glorificantem, & cum filio patrem ad spiritum sanctum crucifigẽtem. Facessant hæ blasphemiæ, & ascriptitiæ nugæ. Nos enim hoc, Sanctus Deus, de patre accipimus, non illi soli deitatis addeterminantes nomen, sed agnoscimus filium Deum, & spiritum sanctũ. & hoc, Sanctus fortis, de filio ponimus, nõ priuantes fortitudine patrem, & spiritum sanctũ. & hoc, Sanctus immortalis, de spiritu sancto subiũgimus, nõ extra immortalitatẽ patrem & filiũ statuentes: sed omnes has Dei denominationes, simpliciter & indissolubiliter accipimus. Et diuinum Apostolũ imitamur dicentem. Nobis autem unus Deus pater, ex quo omnia, & nos ex ipso

& unus

καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον, ὧδέ πη λέγοντα. ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα, τοῦ ἐξ οὗ καὶ δι᾽ οὗ καὶ ἐν ᾧ, μὴ φύσεις τεμνόντων. οὐδὲ γὰρ ἂν μετέπιπτον αἱ προθέσεις ἢ αἱ τάξεις τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ χαρακτηριζόντων μιᾶς καὶ ἀσυγχύτου φύσεως ἰδιότητας. καὶ τοῦτο δῆλον, ἐξ ὧν εἰς ἓν συνάγονται πάλιν εἴ τῳ μὴ παρέργως ἐκεῖνο ἀναγινώσκεται παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου, τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. ὅτι γὰρ οὐκ εἰς τὸν υἱὸν μόνον λέλεκται τὸ τρισάγιον, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα, μάρτυς ὁ θεῖος καὶ ἱερὸς Ἀθανάσιος Βασίλειός τε καὶ Γρηγόριος, καὶ πᾶς ὁ τῶν θεοφόρων πατέρων χορός. ὅτι περ διὰ τῆς τρισσῆς ἁγιότητος, τὰς τρεῖς τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὑποστάσεις τὰ ἅγια σεραφὶμ ἡμῖν ὑπεμφαίνουσι, διὰ δὲ τῆς μιᾶς κυριότητος τὴν μίαν τῆς θεαρχικῆς τριάδος οὐσίαν τε καὶ βασιλείαν γνωρίζουσι. φησὶ γοῦν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς σεραφὶμ συγκαλύπτεται καὶ δοξάζεται τρισὶν ἁγιασμοῖς, εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα καὶ θεότητα. ὃ καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν πρὸ ἡμῶν πεφιλοσόφηται κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα. φασὶ μὲν οὖν καὶ οἱ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συντάξαντες, ὅτι λιτανεύοντος τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει λαοῦ, διά τινα θεήλατον ἀπειλὴν ἐπὶ Πρόκλου τοῦ ἀρχιεπισκόπου γεγενημένην, συνέβη ἁρπαγῆναι παιδίον ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ οὕτω μυηθῆναι ὑπ᾽ ἀγγελικῆς τινὸς διδασκαλίας τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ αὖθις ἐπιστραφέντος τοῦ παιδίου καὶ τὸ μυηθὲν ἀπαγγείλαντος, ᾆσαι τὸν ὕμνον ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ οὕτω κοπάσαι τὴν ἀπειλήν. καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ δὲ καὶ μεγάλῃ καὶ οἰκουμενικῇ τετάρτῃ συνόδῳ, τῇ ἐν Χαλκηδόνι φημὶ, οὕτως ὑμνηθῆναι ὁ τρισάγιος οὗτος ὕμνος παραδέδοται. οὕτω γὰρ τοῖς πεπραγμένοις τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου ἐμφέρεται. γέλως οὖν ὄντως καὶ παίγνιον, τὸν δι᾽ ἀγγέλων μυηθέντα, καὶ τῇ τῆς ἐπαγωγῆς λήξει πιστωθέντα,

& unus Dominus Iesus Christus, per quẽ omnia, & nos per ipsum: & unus spiritus sanctus, in quo omnia, & nos in ipso. Sed & diuiniloquum Gregorium, ita aliquo in loco dicentem: Nobis quidem unus Deus pater, ex quo omnia: & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia: & unus spiritus sanctus, in quo omnia his particulis, ex quo, per quem, & in quo, naturas non diuidentibus. Nihil enim diuidunt hæ præpositiones, aut ordinationes nominum, sed designãt unius inconfusæ naturæ proprietates. Et id ex hoc cognoscitur, quod in unum rursus coniũguntur, si nõ in uanum istud apud Apostolum legitur: Ex ipso, et per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula, amen. Quod enim non ad filium solum dictum est hoc trisagium, sed ad trinitatem, testis est diuus & sacer Athanasius, Basilius, & Gregorius, & omnis deiferorum patrum chorus: quòd per trinã sanctitatẽ, tres supersubstantiales deitatis hypostases, sancta Seraphim insinuant: per unam autem dominationem, unam diuinæ principantis trinitatis substantiam, & regnum notificant. Dicit enim diuiniloquus Gregorius sic: Sancta sanctorum quæ ipsis Seraphim uelantur & glorificantur, tribus sanctificationibus in unam concurrũt dominationem & deitatem: quod & ab alio quodam ante nos sapientissimè dictum est, & optimè, & subtilissimè. Aiunt autem qui Ecclesiasticam historiam ordinarunt, quòd cum Constãtinopoli supplicationes faceret populus, ob minas quasdam diuinitus sub Proclo Archiepiscopo factas, raptum fuisse puerum è populo, & sic didicisse angelico quodam magisterio trisagiũ hymnum, Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis. Et mox reddito puero, quod edoctus fuerat annunciante, omnem multitudinem cantasse hymnum: & hoc pacto minas resedisse. Sed & in magna, & ex toto orbe uniuersali quarta Synodo (Chalcedonensem dico) sic cantatus esse trisagius hymnus dicitur. Sic enim in actis huius sanctæ Synodi inseritur. Ridiculum igitur est, & reuera ludibrium, hymnum per angelos edoctum, & inductarum minarum cessatione creditum, & tot

καὶ τῇ πρὸς τῶν δὲ ἁγίων πατέρων συνόδῳ κυρωθεῖσαν, καὶ βεβαιωθεῖσαν, καὶ πρότερον ὑπὸ τῶν σεραφὶμ ὑμνηθεῖσαν τρισάγιον ᾠδὴν, ὡς τῆς τρισυποστάτου θεότητος ἐμφαντικὴν, τῇ τοῦ κναφέως, οἷον καταπατηθῆναι ἀλόγῳ οἰήσει, καὶ δῆθεν διορθωθῆναι, ὡς τῶν σεραφὶμ ὑπερβάλλοντος. ἀλλ' ὢ τῆς αὐθαδείας, ἵνα μὴ λέγω τῆς ἀνοίας. ἡμεῖς δὲ οὕτω φαμὲν, κἂν δαίμονες διαῤῥήγνυνται. ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς.

& tot sanctorum patrũ cõcordia roboratum & firmatũ & prius à Seraphim decantatũ: dico aũt trisagiã odam, ter q; sanctum resonantem concentũ ueluti trisubsistentem deitatẽ, triumq; esse hypostaseon, subsistentiarumq; declarantẽ Gnaphei irrationabili opinione quasi conculcatũ iri, & demũ corrigi, tanq; ipse seraphim superexcedat. Sed qua in re? pertinacia & procacitate: ne amẽtiam dicam. Nos autem sic dicimus (etsi dæmones disrumpentur) Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.

COMMENTARIVS.

IN hoc loco, trisagium uocat hymnum Damascenus, hoc canticum, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. hoc modo nuncupatum, quod ter hagios continet, in trium diuinæ naturæ hypostaseon designationem. qui in latinum traductus, ita in catholica canitur ecclesia, atque in Dei laudem celebratur: Sãctus Deus, sanctus fortis, sanctus imortalis, miserere nobis. Huic autem sacratissimo hymno Petrus Gnapheus circa tẽpora authoris nõ recte de diuinis dominicę incarnationis sentiens mysterijs, ratus alium esse filium Dei, et alium hominis filiũ, ex sacrosancta uirgine natum, ponensq; duarum in Christo naturarũ unãquamq; in propria subsistere hypostasi: additionem facere temerarius attentauit, quartamq; particulam adijcere qua filium hominis passum mortẽ & crucifixum insinuaret, quod alium ipsum faceret à filio Dei, designato per eam particulã, Deus fortis. Verũ ex hac sua additione, quartã introducit in trinitate personã, non naturæ solum, sed & hypostaseos discrimen à filio Dei habentẽ. Qđ quidem inconueniens ut euitet, si eam quã adijcit personã dicit secundũ eam qua passa est naturam, patri & spiritui sancto coincidere, & sola personali proprietate ab eis discretionem sustinere, in oppositũ decumbens prioris dicti sui extremum, necessariũ est quod totam trinitatem passibilem fateatur, patremq; & spiritũ sanctũ itidem cum filio crucifixum: quod omnino blasphemũ est, & impiũ. Cæterũ tres illæ Dei denominationes, in hymno prius adducto positæ, scilicet Deus, fortis, & immortalis, simpliciter & indissolubiliter accipiũtur, ut subiũgit litera: quia quãuis per earum numerũ & ordinem designetur trium diuinarum hypostaseon & numerus & ordo, non tamen per earum significatũ, distinctio psonarum insinuatur: quod huiusmodi denominationes non uni attribuuntur personæ, cum cæterarũ exclusione ab eisdem: se ita accõmodantur uni, quod & cæteris non minus singulæ earũ conueniant. Et in prõptu ratio est, quia huiusmodi denominationes non designãt proprietates personales, quibus ab inuicem personæ diuinæ discernuntur, quemadmodũ gignẽs, genitũ, & procedẽs: sed substãtiales, siue essentiales diuinæ naturæ cõmunitates exprimũt, in quib. omes trinitatis psonæ cõueniunt, & indifferẽtes sunt. Ideo in singulari numero subnectitur uerbũ deprecatoriũ, miserere nobis, ad denotandũ diuinæ naturę (cui deitas, fortitudo, & immortalis, imprimis cõuenit) indiuiduã & simplicẽ unitatẽ. Neq; interiecta debet haberi cõiunctio copulans, inter nomẽ Sanctus tertio loco positũ, & immortalis, proximè subiunctũ nomẽ, ut pleriq; latinorũ legunt, dicentes, Sanctus & immortalis, miserere nobis. tum qđ in græco cantico nõ habeatur eo loco nota copulationis, tũ q̃d in duab. præcedẽtibus denominationibus, inter nomẽ sanctitatis & peculiarẽ denominationẽ, Deus & fortis, nõ interseratur huiusmodi cõnexionis particula: sed siue intermedia copula dicatur, sanctus Deus, sanctus fortis. Porrò id admodũ frequens est in scripturis, diuinarũ scilicet psonarũ numerũ & discretionẽ designari p aliquas particulas, quarũ tamẽ ratio, cuiq; triũ personarũ cõmunis est & congruens, quemadmodũ in illo beati Apostoli uerbo, ex primæ epist. ad Corinth. cap. 8. in litera adducto, similiter & altera ad Rom. cap. 11. In quorũ utroq;, hæ propositiones & ordinationes nominum, ex quo, per quem, in quo, ex ipso, per ipsum, in ipso, nihil diuidũt: quia non designãt personarũ diuinarum per proprietates (quas notant) distinctionẽ, aut discretam attributionem. Nõ minus eñ omnia ex filio aut spiritu sancto ortũ habent, q̃ ex patre: neq; minus omnia per patrem & spiritum sanctum constat, q̃ per filium· & æquè omnia in patre & filio continenter, atq; in spiritu sancto. Eã ob rem sanctissimus Paulus illis tributis ad Roma. 11. ca. certo ordine dispositis subiungit, Ipsi gloria in secula. q̃ designaret diuinæ naturæ unitatem, ex qua, p q̃, & in qua sunt omnia. Nihilosecius particula Ex quo, patrẽ denotat: qđ principiũ sit omniũ, non modo rerũ conditarũ, sed & filij, et spiritus sancti, q ex ipso sunt secundũ originẽ, et ab eo habent qđ omnia creata sunt ex eis. Per quem filio ascribitur, quod sapientia patris est, per quã condita sunt uniuersa, ut dicit Ioannes cap. 1. Omnia per ipsum (scilicet uerbum) facta

facta sunt. Et Apostolus ad Hebræos 1. Per quem fecit & secula. Deniq; in quo spiritui sancto
adaptatur, quia amor est & dilectio, qua omnia à Deo continentur, saluantur, & seruātur ob
immensam suam bonitatem. Sic tamen harum particularum unaquæq; uni accommodatur
personæ, quòd ab ea cæteræ non excludantur, neq; illa de cæteris negetur. Quemadmodum
potentia patri, sapientia filio, bonitas spiritui sancto attribuitur: & tamen harum triũ ꝓprie
tatum (nam substantiales sunt, sicut & prænominatæ) unaquæq; ꝑsonarum cuique uerissimè
congruit. Quod si quis contenderet, hymnum illum trisagium, & trinæ sanctitatis expressi-
uum, ad solum filium Dei referri debere, & non ad patrem aut spiritum sanctũ, idipsum refel
lit author deinceps in litera, authoritate sanctorum patrum suffultus, quorum sententia est,
qđ per trinam sanctitatis nominationem, designantur tres summæ trinitatis hypostases: &
per unam dominationem subinde expressam, ipsius supernæ diuinitatis unitas, unicumq; re
gnum. Fit autem huiusmodi trina sanctitatis expressio, & unius dominationis, qua de hic lo-
quitur Damascenus in illo hymno celeberrimo & cantico sanctorũ Seraphim Esaiæ sexto po
sito: quorũ alter clamabat ad alterũ, Sãctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Quod
etiam canticum. Apocalypsis quarto capite applicat, dicens: Et quatuor animalia, singula eo
rum habebant alas senas, & in circuitu & intus plena sunt oculis. Et requiem nõ habebant,
die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotẽs De hoc em̃ hym
no, hoc in loco disserit author: non de illo priore, Sãctus Deus, sanctus fortis, sanctus immor
talis, miserere nobis: cum in illo minimè fiat mentio de una dominatione tribus sanctitatis
nuncupationibus subiũcta, sicut in hoc posteriore. Cum deinde diuinum citat Gregoriũ Na
zianzenum dicentem, qđ sancta sanctorum, quæ ipsis Seraphim uelantur & glorificãtur, tri
bus sanctificationibus in unã concurrunt dominationem: ibi sancta sanctorum dicuntur al-
tissima diuinæ maiestatis arcana: quinimmo summa ipsa deitas, sanctitatis omnis fons exube
rantissimus, & super omnẽ sanctitatẽ eminentissimè excepta. Quæ quidem uelatur ipsis Sera
phim. nam ut 6. cap. dicit Esaias, iuxta Dominum sedentem super solium excelsum & eleua
tum, stabant duo Seraphim, sex alæ uni, & sex alæ alteri: duabus uelabãt faciem eius, & duab.
uelabant pedes eius, & duabus uolabant. Ea autem uelatio secundum sacratissimi patris Dio
nysij sententiã in 13. capite libri de Cœlesti hierarchia, designat moderatissimam abstinen-
tiam audacis & temerariæ inquisitionis abditorum Dei secretorum, quia cœlestes spiritus
cum ueneratione & reuerentia temperant ab ijs perscrutandis, quæ eorum cognitioni non
sunt indulta, neque permissa. Demum ipsa sancta sanctorum glorificãtur ab ipsis Seraphim.
nam ut modò adductum est ex Esaia, clamabant alter ad alterũ, & dicebant, Sanctus, sanctus,
sanctus Dominus Deus exercituum. At uerò quoniã supradictum hymnum trisagium (cu-
ius in exordio huius cap meminit) author memorat in quarta synodo uniuersali, utpote Cal
cedonensi fuisse cantatũ, id scitu non est indignũ. post nascentis ecclesiæ Christianæ exordiũ
quatuor fuisse concilia præcipua & summæ authoritatis. Primum Nicenum, trecentorũ &
octodecim patrum, sub Syluestro primo, summo pontifice, & Constantino, primo Romano
rum imperatore, cõtra Arrianam impietatẽ, negantẽ filium Dei esse patri coæternũ & cõsub
stantialem. Secundum Constantinopolitanum, centũ & quinquaginta patrum, sub Damaso
summo pontifice & Theodosio seniore, Romanorũ imperatore, contra Macedoniũ, negan-
tem spiritum sanctum esse Deum. Tertiũ Ephesinũ, sub Celestino primo pontifice maximo,
& Theodosio iuniore Romanorũ imperatore, ducentorũ patrum: in quo damnata est impij
Nestorij perfidia & blasphemia, astruentis sacratissimam uirginem Mariam non Dei, sed ho-
minis tantũmodo fuisse genitricem: ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis: Chri-
stumq; uerum Deum esse negaret. Quartũ fuit concilium Calcedonense, sexcentorum & tri-
ginta patrum, sub Leone primo, summũ moderante pontificatum, & Martiano principe Ro
manorum. In quo dãnata est Eutychiana hæresis, asserens Christũ post assumptã carnem hu-
manam non in duab. naturis subsistere: sed solã in eo diuinam naturam permanere, huma-
na in diuinam permutata. Ex cuius quarti concilij actis ac sanctionibus, author in litera ad-
ducit hymni trisagij approbationem. Quem & nos (inquit) cantandũ suscipimus, ex totius
ecclesiæ authoritate, etsi dæmones disrumpantur: id est, quãuis spiritus tenebrarũ & angeli sa
thanæ id ægerrimè ferant, indignẽtur & stomachẽtur, quòd sacratissimo illo hymno Deus u-
nitrinus à nobis laudatur, propter huiusmodi tamen indignationem, inuidiã, & æmulationẽ
non desistemus à tali diuinæ maiestatis prædicatione & celebratione. Proinde idipsum cũ a-
maritudine & uehementia animi zelantis honorem Dei, & contẽnentis hostes ac osores di-
uini nominis dictum putetur. Quale & id poetæ, Inuidia rumpantur ut ilia Codro.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΕΙΔΕΙ ΚΑΙ ΕΝ ΑΤΟ-
μῳ θεωρουμένης φύσεως καὶ διαφορᾶς, ἑνώσεώς τε καὶ σαρκώσεως, καὶ πῶς ἐκληπτέον τὴν μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην. ια.

Ἡ φύσις, ἢ ψιλῇ θεωρίᾳ κατανοεῖται (καθ' ἑαυτὴν γὰρ οὐχ ὑφέστηκεν) ἢ κοινῶς

DE NATVRA IN SPECIE ET IN
indiuiduo considerata, & de differentia unionis & incarnationis. Cap. XI.

Natura, aut sola cogitatione contemplatur (nam secundum seipsam non subsistit) aut communiter
in

ἐν πάσαις ταῖς ὁμοειδέσιν ὑποστάσεσι ταύτας συνάπτουσα, καὶ λέγεται ἐν τῷ εἴδει θεωρουμένη φύσις. ἢ ὁλικῶς ἡ αὐτὴ ἐν προσλήψει συμβεβηκότων ἐν μιᾷ ὑποστάσει. καὶ λέγεται ἐν ἀτόμῳ θεωρουμένη φύσις, ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ ἐν τῷ εἴδει θεωρουμένῃ. ὁ οὖν θεὸς λόγος σαρκωθεὶς, οὔτε τὴν ἐν τῇ ψιλῇ θεωρίᾳ κατανοουμένην φύσιν ἀνέλαβεν. οὐ γὰρ σάρκωσις τοῦτο, ἀλλ' ἀπάτη καὶ πλάσμα σαρκώσεως. οὔτε τὴν ἐν τῷ εἴδει θεωρουμένην· οὐ γὰρ πάσας τὰς ὑποστάσεις ἀνέλαβεν, ἀλλὰ τὴν ἐν ἀτόμῳ τὴν αὐτὴν οὖσαν, τῇ ἐν τῷ εἴδει. ἀπαρχὴν γὰρ ἀνέλαβε τοῦ ἡμετέρου φυράματος, οὐ καθ' ἑαυτὴν ὑποστᾶσαν καὶ ἄτομον χρηματίσασαν πρότερον, καὶ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ προσληφθεῖσαν, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτοῦ ὑποστάσει ὑπάρξασαν. αὐτὴ γὰρ ἡ ὑπόστασις τοῦ θεοῦ λόγου ἐγένετο τῇ σαρκὶ ὑπόστασις, καὶ κατὰ τοῦτο ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀτρέπτως δηλαδὴ, καὶ ἡ σὰρξ λόγος ἀμεταβλήτως, καὶ ὁ θεὸς ἄνθρωπος. θεὸς γὰρ ὁ λόγος, καὶ ὁ ἄνθρωπος θεὸς διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. ταὐτὸν οὖν ἐστιν εἰπεῖν φύσιν τοῦ λόγου καὶ τὴν ἐν ἀτόμῳ φύσιν. οὔτε γὰρ τὸ ἄτομον ἤγουν τὴν ὑπόστασιν κυρίως καὶ μόνως δηλοῖ, οὔτε τὸ κοινὸν τῶν ὑποστάσεων, ἀλλὰ τὴν κοινὴν φύσιν ἐν μιᾷ τῶν ὑποστάσεων θεωρουμένην καὶ ἐξεταζομένην. ἄλλο μὲν οὖν ἐστιν ἕνωσις, καὶ ἕτερον σάρκωσις. ἡ μὲν γὰρ ἕνωσις, μόνην δηλοῖ τὴν συνάφειαν. πρὸς τί δὲ γέγονεν ἡ συνάφεια, οὐκ ἔτι. ἡ δὲ σάρκωσις (ταὐτὸν δ' ἐστὶν εἰπεῖν καὶ ἐνανθρώπησις) τὴν πρὸς σάρκα, ἤτοι πρὸς ἄνθρωπον συνάφειαν δηλοῖ. καθάπερ καὶ ἡ πύρωσις τοῦ σιδήρου, τὴν πρὸς τὸ πῦρ ἕνωσιν. αὐτὸς μὲν οὖν ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ ἑρμηνεύων τὸ, μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, οὕτω φησίν· Εἰ μὲν γὰρ μίαν εἰπόντες τοῦ λόγου φύσιν, σεσιγήκαμεν, οὐκ ἐπενεγκόντες τὸ σεσαρκωμένην, ἀλλ' οἷον ἔξω τιθέντες τὴν οἰκονομίαν, ἦν αὐτοῖς τάχα που καὶ οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος, προσποιουμένοις ἐρωτᾶν· εἰ μία φύσις τὸ ὅλον, ποῦ τὸ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι; ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐσία; ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι τελειότης, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας ἡ δήλωσις εἰσκεκόμισται διὰ τοῦ λέγειν σεσαρκωμένην, παυσάσθωσαν καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες. ἐνταῦθα μὲν οὖν τὴν φύσιν τοῦ λόγου ἐπὶ τῆς φύσεως ἔταξεν· εἰ γὰρ

in omnibus eiuſdem ſpeciei hypoſta bus quas coniungit: & dicitur in ſpe ciei cōſiderata natura, aut uniuerſa & ipſa in acceptione accidentiū in un hypoſtaſi, dicitur in indiuiduo conſid rata natura. Deus igitur uerbum inca natum. Neq; ſola cogitatione contem platam naturam ſumpſit (nam nō ho incarnatio, ſed deceptio, & figmentum incarnationis) neque in ſpecie conſid ratam, quandoquidem non omnes h poſtaſes aſſumpſit: ſed in indiuiduo c ſideratam, & in eadem exiſtentem ſp cie. Primitias enim noſtræ maſſæ aſſu pſit, non quæ ſecundum ſeipſam ſubſi ſteret, & indiuiduum prius eſſet, & ab ipſo aſſumpta, ſed quæ in eius hyp ſtaſi ſubſiſteret. nā ipſa hypoſtaſis D uerbi, facta eſt carni hypoſtaſis. Et ſe cundum hoc uerbum caro factum, in uertibiliter ſcilicet, & caro uerbum transmutabiliter. & Deus homo. Deu enim uerbum, & homo Deus, propte unionem ſecundum hypoſtaſin. Idc igitur eſt dicere, naturā uerbi, & ea quæ in indiuiduo eſt naturam. Nam neque indiuiduum, id eſt hypoſta proprie & ſolummodo oſtēdit, nequ quod hypoſtaſeon commune: ſed co munem naturam in unam hypoſta on conſideratam, atq; inquiſitam. A ud igitur eſt unio, & aliud incarnati & unio quidem ſolam oſtendit coiu ctionem: ad quid autem coniunctio cta eſt, nondum oſtēdit. At incarnati ſiue idem dicendo, humanatio: ad ca nem, id eſt ad hominem coniunctio oſtēdit. quemadmodū & ignitio fer ad ignem coniunctionem. Ipſe igitu beatus Cyrillus in ſecūda ad ſui ſtim latorem epiſtola, interpretās unā na ram Dei uerbi incarnatā, ſic inquit: S enim unam dicentes naturā uerbi ta remus, non adiicientes incarnatam, ſe quaſi forinſecus locantes diſpenſatio nem, fuerit forſitan illis non inſualib lis ſermo, ſimulantibus interrogare: una natura totum, ubi perfectum in humanitate? aut quomodo in noſt ſubſtantia ſubſiſtit? Quia igitur & in humanitate perfectio, & noſtræ ac ſecun dum nos ſubſtātię declaratio inducta eſt, per hoc quod dictum eſt incarnatā, q ſcant arundinea uirga innixi. Ipſe igitur naturam uerbi, pro natura ſtatuit. Nam

ἀντὶ ὑποστάσεως τὴν φύσιν παρείληφεν, οὐκ ἄτοπον ἦν καὶ δίχα τοῦ σεσαρκωμένην τοῦτο εἰπεῖν. μίαν γὰρ ὑπόστασιν τοῦ θεοῦ λόγου ἀπολύτως λέγοντες, οὐ σφαλλόμεθα. ὁμοίως δὲ καὶ λεόντιος ὁ βυζάντιος ἐπὶ τῆς φύσεως τὸ ῥητὸν ἐνόησεν, οὐκ ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως. ἐν δὲ τῇ πρὸς τὰς θεοδωρήτου μέμψεις τοῦ δευτέρου ἀναθεματισμοῦ ἀπολογίᾳ, οὕτω φησὶν ὁ μακάριος κύριλλος. ἡ φύσις τοῦ λόγου, ἤγουν ἡ ὑπόστασις, ὅ ἐστιν αὐτὸς ὁ λόγος. ὥστε τὸ εἰπεῖν φύσιν τοῦ λόγου, οὔτε τὴν ὑπόστασιν μόνην σημαίνει, οὔτε τὸ κοινὸν τῶν ὑποστάσεων, ἀλλὰ τὴν κοινὴν φύσιν ἐν τῇ τοῦ λόγου ὑποστάσει ὁλικῶς θεωρουμένην. ὅτι μὲν οὖν ἡ φύσις τοῦ λόγου ἐσαρκώθη, ἤτοι ἡνώθη σαρκί, εἴρηται. φύσιν δὲ τοῦ λόγου παθοῦσαν σαρκί, οὐδέπω καὶ νῦν ἀκηκόαμεν, χριστὸν δὲ παθόντα σαρκὶ ἐδιδάχθημεν. ὥστε οὐ τὴν ὑπόστασιν δηλοῖ τὸ εἰπεῖν, φύσιν τοῦ λόγου. λείπεται τοίνυν εἰπεῖν, ὅτι τὸ σεσαρκῶσθαι μὲν, ἡνῶσθαι ἐστὶ σαρκί· τὸ δὲ σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον, αὐτὴν τὴν τοῦ λόγου ὑπόστασιν, ἀτρέπτως γενέσθαι τῆς σαρκὸς ὑπόστασιν. καὶ ὅτι μὲν ὁ θεὸς ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὁ ἄνθρωπος θεὸς, εἴρηται. θεὸς γὰρ ὢν ὁ λόγος, γέγονεν ἀμεταβλήτως ἄνθρωπος. ὅτι δὲ ἡ θεότης ἄνθρωπος γέγονεν, ἢ ἐσαρκώθη, ἢ ἐνηνθρώπησεν, οὐδαμῶς ἀκηκόαμεν. ὅτι δὲ ἡ θεότης ἡνώθη τῇ ἀνθρωπότητι ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων μεμαθήκαμεν. καὶ ὅτι ὁ θεὸς μορφοῦται, ἤτοι οὐσιοῦται τὸ ἀλλότριον, ἤτοι τὸ καθ' ἡμᾶς, εἴρηται. ἐφ' ἑκάστης γὰρ τῶν ὑποστάσεων, τὸ θεὸς ὄνομα τάττεται. θεότητα δὲ ἐπὶ ὑποστάσεως εἰπεῖν οὐ δυνάμεθα. θεότητα γὰρ τὸν πατέρα μόνον, ἢ τὸν υἱὸν μόνον, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀκηκόαμεν. θεότης μὲν γὰρ, τὴν φύσιν δηλοῖ. τὸ δὲ πατὴρ, τὴν ὑπόστασιν, ὥσπερ καὶ ἀνθρωπότης τὴν φύσιν, πέτρος δὲ τὴν ὑπόστασιν. θεὸς δὲ, καὶ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως σημαίνει, καὶ ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων τάττεται παρωνύμως, ὥσπερ καὶ ἄνθρωπος. θεὸς γάρ ἐστιν, ὁ θείαν ἔχων φύσιν· καὶ ἄνθρωπος, ὁ ἀνθρωπίνην. ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἰστέον, ὡς ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ' οὐδένα λόγον τῇ σαρκὶ τοῦ λόγου κεκοινώνηκεν, εἰ μὴ κατὰ τὰς θεοσημίας, καὶ κατ' εὐδοκίαν καὶ βούλησιν.

pro hypoſtaſi naturam cepit, nihil abſurdum erat ſine hac particula Incarnatam, dicere illud. Nam unam hypoſtaſin Dei uerbi abſolute dicentes, non erramus. Similiter autẽ & Leontius Byzantius pro natura dictum intellexit, non pro hypoſtaſi. Et in Apologia ad accuſationes ſecundæ deteſtationis Theodoriti, ſic inquit beatus Cyrillus: natura uerbi, id eſt, hypoſtaſis, quod eſt ipſum uerbum. Quare dicendo naturam uerbi, neque hypoſtaſin ſolam ſignificat neq; commune hypoſtaſeon, ſed communem naturam in uerbi hypoſtaſi uniuerſaliter cõſideratã. Quod igitur natura uerbi incarnata eſt, id eſt, unita carni, dictum eſt. Naturam autẽ uerbi paſſam carne, nondum nunc uſque audiuimus: at Chriſtum carne paſſum edocti ſumus: quare non hypoſtaſin oſtendit, dicendo naturam uerbi. Relinquitur igitũ ut dicat, quod ipſam incarnatam eſſe, eſt unitam eſſe carni: & carnem factam eſſe uerbum, eſt ipſam uerbi hypoſtaſin inuertibiliter factam eſſe carnis hypoſtaſin. Et quòd Deus homo factus eſt, & homo Deus, dictum eſt: Deus enim qui uerbũ eſt, homo intranſmutabiliter factus eſt. Quòd autem deitas homo facta ſit, aut incarnata, aut humanata, nullo pacto audiuimus: at quòd deitas unita ſit humanitati in una ſuijpſius hypoſtaſeon, dicimus. Et quod Deus formatur, id eſt quòd ſecundum ſubſtantiam alienum efficitur, quod ſcilicet ſecundum nos dictum eſt. Nam de unaquaq; hypoſtaſeon Deus nominatur: ſed deitatem dicere de hypoſtaſi nõ poſſumus. Nam deitatem, patrem ſolum, aut filiũ ſolum aut ſolũ ſpiritum ſanctũ, non audiuimus: deitas enim, naturã oſtendit: pater uerò, hypoſtaſin: quemadmodũ & humanitas, naturã: Petrus, hypoſtaſin. Deus aũt & cõmune naturæ ſignificat, & unamquãq; hypoſtaſeon denominat: nam Deus & diuinam naturam habens, & homo humanam. Et cũ his omnibus ſciendum, quod pater, & ſpiritus ſanctus nulla ratione carni uerbi communicant, niſi ſecundum diuina ſigna, & ſecundum acceptionem & uoluntatem.

COMMENTARIVS.

VT rectè intelligatur qđ omnẽ excedit intellectũ, diuinæ incarnatiõis myſteriũ, & quo modo natura uerbi unita eſt carni, proponit autor in primis naturã tripliciter cõſidera

T ri poſſe,

ri posse, scilicet aut sola cogitatiōe, aut in specie, aut in indiuiduo. Tūc quidē sola cogitatiōe cōsiderari natura dicitur, quãdo secundũ cōmunē eius ratione cōsideratur, ab indiuiduis animi cogitatione abstractã, & nulla indiuiduorũ eius habita cōsideratione. Et huiusmodi cogitatio solũ in animo locũ habet, nō in re. nulla eñ natura secundũ seipsam & re ipsa subsistit separata ab omnib. indiuiduis: ut, nō est inuenire naturã humanã abstractã ab hypostasibus hominũ, & p se subsistentē. Tunc uerò cōsideratur natura secũdũ speciē, & in specie, quãdo secundũ cōuenientē omnib. indiuiduis eius rationē attēditur, & ut ab omnib. participatur suis singularib. ut si quis naturã humanã, rationalē aut mortalē dixerit. Demũ natura in indiuiduo cōsiderari dicitur, quando attenditur ut in uno subsistens indiuiduo, cum singularibus eiusdem proprietatibus ei cōuenientib. & illud ab aliis discernentibus: ut natura Ioannis, Petri, aut Pauli. Cum itaq; dicimus uerbũ Dei nostrã sumpsisse naturã, id non accipiendũ est considerando naturam, primo modo. & sola cogitatione, cum tunc non esset secundum ueritatem incarnatio: sed solummodo illius effictio, siue inanis animi apprehensio. Neq; etiam considerando naturam secundo modo & secundum speciem, quoniam non in omnibus indiuiduis hominum, sed unico duntaxat huiusmodi sumptio naturæ facta est. Sed tertio modo in indiuiduo naturam attendendo, uerbum Dei naturã sumpsit humanam, scilicet in indiuiduo consideratam, & eiusdem speciei cum cæteris hominũ indiuiduis existentem. Idcirco cum dicimus naturam uerbi, neq; solam nominamus filii Dei personam, neq; solam naturã diuinam omnibus diuinis personis communem, sed substantiam diuinitatis communem, in una hypostaseon, scilicet uerbi consideratam. Si quis enim naturam Petri dixerit, neq; solam eo nomine ostendit Petri hypostasin, neq; solam naturam humanã Petro & omnibus hominibus communem, sed designat humanam naturam in Petro cōsideratam. Sic natura uerbi neq; solam naturam diuinam, neq; solam uerbi hypostasin explicat, sed naturam diuinitatis cum hypostasi diuina, utpote persona uerbi Dei, insinuat. Quod subiungit autor, aliud esse unionē & aliud incarnationem, intelligendum est illa duo aliud inter se esse ratione & intelligentia. Nam unio uniuersalius quiddam est, incarnatio specialius. Nempe unio id extremum non exprimit ad quod fit connexio: incarnatio uerò idipsum exprimit, utpote carnem uerbo unitam. perinde atq; coniunctio. non id nomen et cui ferrum cōiungitur: ignitio uerò ipsum ostendit igni uniri, eiusq; feruore & candore affici. Deinde discutit Damascenus huius propositionis sensum & ueritatē, natura uerbi est incarnata. ostendens quid cōtrouersiæ ob illã propositionē inter priscos & antiquos patres obortum sit. Sanè quia beatus Cyrillus in suis operibus scriptum reliquerat (ut cōiectare licet) in Christo naturã uerbi incarnatam: nōnulli eius æmuli & obtrectatores dixerunt eum hisce uerbis denotasse, solã in Christo esse naturam diuinã, & non humanam. Hanc ob rem interrogatione importuna percontati sunt ab eo, Si in Christo una natura, scilicet diuina, totum est, ubi ergo perfectum est eius in humanitate, aut perfecta in eo natura humana? aut quo modo Christus in humana natura subsistit? Quibus aduersariis respondet Cyrillus: quòd si solam ipse nuncupasset naturam uerbi, non adiiciendo particulam incarnatã, potuissent fortasse illorum uerborum occasione inducti in eam opinionem atq; existimationē, qđ uoluisset Cyrillus in Christo solã ponere naturã diuinam, & tunc rationabilis fuisset locus illis interrogationibus agitandis. At uerò, quia adiecit naturæ uerbi particulam, incarnatã, qua designauit carnem humanã uerbo in Christo unitam, & nostram ab eo substantiam assumptam, non habent æmuli unde eum meritò reprehendant. Proinde quiescant (inquit) arundinea uirga innixi, id est, suffulti ratione inualida & futili. Nihil eñ arũdinea uirga fragilius: qua qui innititur, ea protinus cōfracta decidit in terram. Haud secus cũ eo agitur qui ratione nihil roboris habente, sua dicta munire annititur. Deinceps compluribus antiquorum patrum authoritatibus ostendit Damascenus, quòd cum naturam uerbi dicimus, non hypostasin ipsam, subsistentiamq; diuinã significamus, sed ipsam essentiam atq; substantiã in una personarum suarum consideratam. Insuper idem propositum hac ratione confirmat. Naturam uerbi passam carne non dicimus: nam natura uerbi est natura diuina in uerbo subsistens, quæ reuera est impassibilis. Attamen rectè dixerimus, Christum esse passum carne. Non igitur prorsus idem sunt natura uerbi, & Christus. Atqui Christus solam nominat hypostasin filii Dei. Igitur natura uerbi non illam tantummodo denotat, sed aliam subit rationem. Siquidem cum aliqua duo ita se habent quòd uni eorum quicquam attribuitur quod idē negatur ab altero, haud dubiè illa inter se diuersa sunt. Atqui passum carne, haudquaq̃ naturæ uerbi attribuitur, cum ipsa minimè sit obnoxia passioni. Christo uerò idē uerè assignatur, ut apud beatũ Petrum primæ suæ Epistolæ quarto capite. Christo igitur in carne passo, & uos eadē cogitatione armamini. Nō sunt igitur prorsus idē, neq; eãdem sortiuntur rationē, natura uerbi, & Christus. At uerò Christus nomē est hypostaseos, ut ex superioribus liquet. Nō ergo natura uerbi, hypostasin designat: sed naturã diuinã in una suarũ hypostaseon atq; personarũ subsistentem, quod est propositum. Sed forsan insurges. actiones, passiones & operationes esse suppositorum, & non naturarum pluribus cōmunium: incarnatum aũt, humanatum, carni unitum, factum homo, designat actus atq; motus quosdã. igitur . . .

deb.

bent hypostasibus adaptari,& non naturæ uel substantiæ cõmuni. Quare non erit ista admittenda, natura uerbi est incarnata, si ibidem natura pro communi sumitur substantia. Aut si detur & tribuatur illa, natura uerbi ibi sumetur pro sola hypostasi,& secunda summæ trinitatis persona: horum aũt utrunq; prius dictis repugnat. Fatemur sanè aptiorem & cõmodiorẽ fieri sermonem per nomen naturale aut hypostaticũ, adiunctũ supradictis prædicatis, quàm per nomen naturæ. ut rectius dicimus, Deus est factus homo, incarnatus, humanatus: item uerbũ est factum caro, incarnatũ. humanatum: ꝙ natura uerbi est incarnata. Et adducta nunc obiectio probè ostendit, huiusmodi prædicata non esse adiungenda nominibus naturarũ in sua uniuersalitate sumptis, sine determinatione hypostaseos. ut nõ scitè nec propriè loquitur ꝗ dixerit, qđ deitas sit homo facta, aut incarnata, aut humanata. Nihilosecius nomen naturę sumptũ cũ determinatione & expressione hypostaseos, cuius est propriũ opus qđ enunciatur, aptè adiungitur supradictis prædicatis. Quandoquidẽ ob eã adiunctionẽ ꝑsonæ, ferè de hypostasi cẽsetur haberi sermo, qui fit de natura ad unã hypostasin determinata. quare nõ est hæc omnino respuẽda, natura uerbi est incarnata, humanata, aut carni unita. Si rursum obijcias, cũ natura uerbi dicatur incarnata,& natura uerbi idẽ sit re ipsa qđ deitas aut diuinitas, cõsequẽs uidetur & hãc admittendã esse, qđ deitas siue natura diuina sit incarnata aut humanata. In prõptu est respõsio, naturã uerbi & deitatẽ, idẽ designare & esse, sed diuerso modo. Nã deitas & diuinitas significãt naturã diuinã cõmuni & uniuersali ratione, nõ cõsideratã in aliqua determinata hypostasi, sed indifferentẽ ad quãlibet triũ ꝑsonarũ. Idcirco incarnatũ & humanatũ quæ exprimũt dispensationẽ susceptæ carnis à solo filio assumptã, ineptè illis nominib. naturarũ in sua generalitate sumptis attribuerẽtur. Natura uerò uerbi, significat naturã diuinã sub una personarũ cõsideratã & iã determinatã ad eã personã cui soli cõpetit incarnatio. Quocirca ꝓpriè & aptè fit illa elocutio: natura uerbi est incarnata, habita scilicet ratione hypostaseos expressæ, quæ totũ sermonẽ cõtrahit,& reddit uni ꝑsonæ addictũ: nõ minus ꝙ si solũ nomen personæ ibidẽ subijceretur. Eadẽ quoq; ratiõe in litera repudiãtur istæ, deitas est homo facta, aut incarnata, aut humanata:& tñ admittitur ista, deitas est unita humanitati in una sui ipsius hypostaseõ. quia prioris ꝓpositiones tribuũt incarnationẽ siue humanationẽ deitati naturæq; diuinæ, in suo ambitu & uniuersalitate sumptæ, quo modo illi nõ conuenit. Posterior uerò propositio, unionẽ humanitatis ascribit deitati, iã determinatæ ad unã hypostasin, in qua est facta huiusmodi coadunatio & admirãda unio. Porrò in omni disciplina sũmopere curãt authores, locutiones haberi ꝓprias & accõmodas: im ꝓprias uerò haud secus atq; falsas reijci,& ab usu doctrinali prorsus summoueri. Qđ cũ in alijs locis, tũ hic potissimũ studiosè Damascenus obseruat, accuratè ostendẽs quarũ ꝓpositionũ usus in hoc maximè arduo augustissimoq; mysterio, à diuinis patribus usurpatus est,& quarũ reiectitius. quo nos reddat summopere admonitos, in locutionib. huiusce rei, exactissimã cautionẽ circũspectionẽq; haberi debere. admittendasq; in usum nostrũ eas dũtaxat, quas ap ꝓbatis & uetustis authorib. receptas obseruatasq; didicimus: neq; alias ꝓ arbitratu nostro cõfingendas, aut efformandas. Siquidẽ celeberrimi sacrarũ literarũ expositores hãc ꝓpositionẽ, deitas est homo facta, aut incarnata aut humanata, nõ admittũt, hãc fortasse ob causam, quoniã posset cuiq ex enunciatio passim admissa opinionẽ ingerere, naturã diuinã secundũ unamquãq; suarũ hypostaseon unitã esse naturæ humanæ. cum non peculiariter, nec nominatim ea exprimatur persona, ad ꝙ propria pertinet assumptio carnis. At uerò, quia huiusce opinationis occasio tollitur adiectione expressa unius diuinæ subsistẽtiæ & personæ, nõ recusarũt antiq patres huius enũciationis usum, deitas est unita humanitati in una sui ipsius hypostaseõ: neq; huius, natura uerbi est incarnata. Ad hæc, nõ incõmodũ fortasse censebitur hãc simpliciter admittere deitas est unita humanitati, quæ secundũ rectæ ratiocinatiõis legẽ sequitur ad hãc, deitas est unita humanitati in una suiꝑsius hypostaseõ. Nã uniri, ꝓprietatẽ dicit & cõditionẽ naturæ, cũ rectè dicatur una natura alteri uniri, ut corpus animæ. deitas aũt & humanitas naturam insinuant ac nominant. Neq; tamẽ æqua ratione has admiserim, deitas est homo facta, deitas est incarnata aut humanata. nã hæc tria postrema, proprietatẽ dicunt supposito & personæ cõuenientem cũ singulari discretione. Idcirco nõ idem est iudicium de his ultimis ꝓpositionibus iurè refutãdis,& illa anteriore iam admissa. Quemadmodũ rectè negatur essentia diuina esse ingenita, aut genita, aut ꝓcedens: quoniã hæ ꝓprietates sunt personales,& non naturæ. Et tamẽ admititur essẽtia patris esse inaccepta, filij accepta,& spiritus sancti coaccepta: quoniã hæc prædicta de essentia & natura nõ absurdè dicũtur sicut ex annotatis 22. ca. sexti libri Ricardi de Trinitate perspicuũ est,& dilucidũ. Deinde recolligẽs author quæ superius explicata sunt, subiungit prius dictũ esse qđ Deus formatur, id est, nouã suscipit formã atq; naturã, ꝙ antè nõ habuit, quemadmodũ inquit Apostolus ad Philippenses 2. ca. Qui cũ in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus est se esse æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs, in ipsa scilicet incarnatiõe humanæq; naturę susceptione, de qua fit hic sermo. Et eo ipso Deus (ut hypostasin nominat filij Dei) efficitur alienũ secundum substantiã: quo-

niam aliam nouamq́ꝫ induit naturã,ſcilicet humanam,quæ prorſus alienum quid eſt à natura diuina. Efficitur inquã Deus alienũ ſecundum ſubſtantiã,quod ſcilicet eſt ſecundum nonam naturam ſumpſit humanam,alienam quidem ſecundum rei conditionem & diuerſitaà diuinitate,ſed noſtræ prorſus conſimilem ſubſtantiæ, Et ſcitè cõſultoq́ꝫ alienum dixit Damaſcenus in tertio genere,non alienus in primo:quo naturæ diuerſitatem innueret,nõ hypoſtaſeos. Nempe per diſpenſationẽ carnis non efficitur Deus alienus ſecundum ſubſtantiã, ſed idem prorſus manet qui prius erat. Et qui eundem Dei filium colimus ex patre ante ſecula genitum,& ex ſubſtantia matris in ſæculo natum,adimplemus quod præcipit Pſalmus 80 Iſrael ſi me audieris,non erit in te Deus recens,neqꝫ adorabis Deum alienũ. Ipſe nanqꝫ ꝓpter ſuſceptam noſtræ carnis ſubſtantiam,neqꝫ Deus eſt recens,neque alienus:ſed antiquus dierum,& æterno patri Deus coæternus. Poſtremũ quod deitas naturam diuinam inſinuat,pater hypoſtaſin:& Deus nunc coniunctè ſignificet commune naturæ diuinæ,nunc uerò unam quamque hypoſtaſeon diſcretè,ex 4. cap. huius libri amplius dinoſcas. item & ex annotatis decimi capitis primi libri. Similiter ex dicimotertio capite primi, & primo huius diffuſiuintelligas,quod pater & ſpiritus ſanctus nulla ratione carni uerbi cõmunicant,niſi ſecundũ diuina ſigna,id eſt miracula,quibus liquido ſignificauit Chriſtus & probauit ſuam diuinitatem,quæ quidem admiranda ſigna & pater operatus eſt,& ſpiritus ſanctus. Ipſe enim filius Dei ad diſcipulos conteſtatus eſt Ioannis decimoquarto capite: Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Et idem ad Phariſæos calumniatores: Porrò ſi in digito Dei (id eſt ſpiritu ſancto) eijcio dæmonia,profectò peruenit in uos regnum Dei.

ΚΑΤΑ ΝΕΣΤΟΡΙΑΝΩΝ, ΟΤΙ θεοτόκος ἡ ἁγία παρθένος. ιβ.

Θεοτόκον δὲ κυρίως καὶ ἀληθῶς τὴν ἁγίαν παρθένον κηρύττομεν. ὡς γὰρ θεὸς ἀληθὴς ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθείς, ἀληθὴς θεοτόκος ἡ τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον γεννήσασα. θεὸν γὰρ φαμὲν ἐξ αὐτῆς γεγεννῆσθαι, οὐχ ὡς τῆς θεότητος τοῦ λόγου ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐξ αὐτῆς, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λόγου τοῦ πρὸ αἰώνων ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντος, καὶ ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως ὑπάρχοντος σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς ἐνοικήσαντος, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀμεταβλήτως σαρκωθέντος, καὶ γεννηθέντος. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ψιλὸν ἐγέννησεν ἡ ἁγία παρθένος, ἀλλὰ θεὸν ἀληθινόν. οὐ γυμνόν, ἀλλὰ σεσαρκωμένον. οὐκ οὐρανόθεν τὸ σῶμα καταγαγόντα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος δι' αὐτῆς παρελθόντα, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ὁμοούσιον ἡμῖν σάρκα ἀναλαβόντα καὶ ἐν ἑαυτῷ ὑποστήσαντα. εἰ γὰρ οὐρανόθεν τὸ σῶμα κεκόμισται, καὶ οὐκ ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως εἴληπται, τίς χρεία τῆς ἐνανθρωπήσεως; ἡ γὰρ ἐνανθρώπησις τοῦ θεοῦ λόγου, διὰ τοῦτο γέγονεν, ἵνα αὐτὴ ἡ ἁμαρτήσασα καὶ πεσοῦσα καὶ φθαρεῖσα φύσις νικήσῃ τὸν ἀπατήσαντα τύραννον, καὶ οὕτω τῆς φθορᾶς ἐλευθερωθῇ. καθὼς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἐπειδὴ δι' ἀνθρώπου

QVOD VIRGO MARIA, THEOTOcos,id eſt deipara,deiq́ꝫ genitrix ſit dicenda,contra Neſtorianos. Cap. XII.

Deiparam, Dei genitricem, deiq́ꝫ parentem, & propriè & uerè ſanctam uirginem celebramus. Nam u uerus Deus eſt, qui ex ipſa natus eſt ita uera Dei genitrix. uerum Deum ex ipſa incarnatum genuit. Deum enim dicimus ex ipſa natum eſſe,non diuinitate, principium uerbi ut uerb eſſet, ex ea accipiente: ſed ut ipſo Dei uerbo ante ſæcula, ſine initio ex patr genito,& ſine initio & ſempiternè exiſtente cum patre & ſpiritu ſancto: i nouiſſimis temporibus propter noſtram ſalutem in utero eius inhabitante, & ex ipſa incommutabiliter incarnato & genito. Non enim hominem nudum genuit ſancta uirgo, ſed Deum uerum: non nudum, ſed incarnatum: non ex cœlo corpus traducen & ut per canalem tranſeuntem, ſed conſubſtantialem nobis carnem ſuſcipientem, in ſeipſo ſuſtentatam. Si en cœlitus corpus acceptum eſt, & no ex ea natura quæ ſecundum nos ſumptum eſt, quæ utilitas humanationis humanatio enim Dei uerbi propter hoc facta eſt,ut ipſa quę peccauit & cecidit, & corrupta eſt natura, uinceret eum qui ſe duxerat tyrannũ,& ſic à corruptione liberaret. Quẽadmodũ diuinus inquit Apoſtolus, Quoniã per homin mo

ὁ θάνατος, καὶ δι᾽ ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. εἰ τὸ πρῶτον ἀληθῶς, καὶ τὸ δεύτερον. εἰ δὲ καὶ λέγει, ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεύτερος Ἀδὰμ ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ, οὐ τὸ σῶμά φησιν ἐξ οὐρανοῦ, ἀλλὰ δῆλον ὡς οὐ ψιλὸς ἄνθρωπός ἐστιν. ἰδοὺ γὰρ καὶ Ἀδὰμ αὐτὸν ὠνόμασε, καὶ κύριον, τὸ συναμφότερον σημαίνων. Ἀδὰμ μὲν γὰρ ἑρμηνεύεται γηγενής. γηγενὴς δὲ δῆλον, ὅτι ἐστὶν ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις ἡ ἐκ χοὸς πλασθεῖσα. τὸ κύριος δέ, τῆς θείας οὐσίας ἐστὶ παραστατικόν. πάλιν δέ φησιν ὁ ἀπόστολος· ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, γενόμενον ἐκ γυναικός. οὐκ εἶπε διὰ γυναικός, ἀλλ᾽ ἐκ γυναικός. ἐσήμανεν οὖν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὡς αὐτός ἐστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεός, ὁ ἐκ τῆς παρθένου γενόμενος ἄνθρωπος. καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς παρθένου γεννηθείς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεός, γεννηθεὶς δὲ σωματικῶς, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ προδιαπλασθέντι ἀνθρώπῳ ἐνοικήσας, ὡς ἐν προφήτῃ, ἀλλ᾽ αὐτὸς οὐσιωδῶς καὶ ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος, ἤτοι ἐν τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ, ἐψυχωμένην σάρκα ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ ὑποστήσας, καὶ αὐτὸς γεγονὼς αὐτῇ ὑπόστασις. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ γενόμενον ἐκ γυναικός. πῶς γὰρ ἂν αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὑπὸ νόμον γέγονεν, εἰ μὴ ἄνθρωπος ἡμῖν ὁμοούσιος γέγονεν; ὅθεν δικαίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν ὀνομάζομεν. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα, ἅπαν τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας συνίστησιν. εἰ γὰρ θεοτόκος ἡ γεννήσασα, πάντως θεὸς ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθείς, πάντως δὲ καὶ ἄνθρωπος. πῶς γὰρ ἂν ἐκ γυναικὸς γεννηθείη θεὸς ὁ πρὸ αἰώνων ἔχων τὴν ὕπαρξιν, εἰ μὴ ἄνθρωπος γέγονεν; ὁ γὰρ υἱὸς ἀνθρώπου, ἄνθρωπος δηλονότι. εἰ δὲ αὐτὸς ὁ γεννηθεὶς ἐκ γυναικὸς θεός ἐστιν, εἷς ἐστι δηλονότι ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς κατὰ τὴν θείαν καὶ ἄναρχον οὐσίαν, καὶ ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκ τῆς παρθένου τεχθεὶς κατὰ τὴν ἠργμένην καὶ ὑπὸ χρόνον οὐσίαν, ἤτοι τὴν ἀνθρωπίνην. τοῦτο δὲ μίαν ὑπόστασιν δύο φύσεις, καὶ δύο γεννήσεις σημαίνει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Χριστοτόκον δὲ οὐδαμῶς φαμὲν τὴν ἁγίαν παρθένον, διότι ἐπ᾽ ἀναιρέσει τῆς θεοτόκος φωνῆς, ὁ μιαρὸς καὶ βδελυρὸς καὶ ἰουδαιόφρων

mors, per hominẽ reſurrectio ex mortuis. Si primum uerum, & ſecundum: ſiquidem dicit, primus Adam ex terra terrenus, ſecundus Dominus ex cœlo, non corpus dicit ex cœlo, ſed oſtendit quòd non nudus homo eſt. Ecce enim & Adam ipſum nominauit, & Dominum: & utrunque ſimul ſignificauit. Adam enim interpretatur terrigena. Terrigena autem inſinuat, quòd hominis natura ex terra plaſmata eſt. Dominus uero, diuinæ ſubſtantiæ eſt inſinuatiuum. Rurſus autem inquit Apoſtolus, miſit Deus filium ſuum unigenitum natum ex muliere: non dixit per mulierem, ſed ex muliere. Significauit igitur diuinus Apoſtolus, quòd ipſe eſt unigenitus filius Dei & Deus, qui ex uirgine natus eſt homo: & ipſe qui ex uirgine natus eſt, filius Dei, & Deus eſt. Natus quidem corporaliter ſecundum quòd homo factus eſt, non in præplaſmato homine inhabitans, quemadmodum in prophetis, ſed ipſe ſubſtantialiter & ueraciter factus homo, id eſt, in ſua hypoſtaſi, animatam carnem anima rationali & intellectuali ſuſtentans, & ipſe factus eſt illi hypoſtaſis: hoc enim deſignat, natum ex muliere. Quomodo enim ipſum Dei uerbum ſub lege factum eſt, ſi non homo nobis conſubſtantialis factum eſt? Vnde iure optimo & pro ueritate, Deiparam, incontaminatam nominamus Mariam: hoc enim nomen omne diſpenſationis myſterium commendat. Nam ſi deipara eſt quæ genuit, re uera Deus eſt qui ex ipſa genitus eſt, re uera etiam & homo. Quomodo enim ex muliere genitus natuſque Deus eſt, ante ſæcula hypoſtaſin habens: niſi homo factus eſt? Si autem ipſe qui ex muliere natus eſt, Deus eſt, unus eſt profectò qui ex Deo patre natus eſt ſecundum diuinam & ſine initio ſubſtantiam, & qui nouiſſimis temporibus ex uirgine natus eſt ſecundum initium habentem & temporalem ſubſtantiam, id eſt, humanam. Hoc autem unam hypoſtaſin, & duas naturas, & duas natiuitates Domini noſtri Ieſu Chriſti ſignificat. Chriſtiparam autem nequaquam dicimus ſanctam uirginem, quia ad renuendum uocabulum Theotocos, id eſt deipara & Dei genitrix: ſceleſtus & odibilis, & cũ Iudęis ſapiens

Νεςόριος, τὸ σκεῦος τῆς ἀτιμίας καὶ ὕβρει ἀτιμίας τῆς μόνης ὄντος τετιμημένης ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν θεότοκε, κἂν αὐτὸς διαῤῥήγνυνται σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ σατανᾶ, ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐξεύρατο, ὡς ἐπηρεαζομένην. χριςὸς γὰρ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς, καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀρχιερεύς. ταῦτα γὰρ τὰ χριόμενα, βασιλεία τε καὶ ἱερωσύνη. καὶ πᾶς θεοφόρος ἄνθρωπος, χριςὸς λέγεσθαι δύναται, ἀλλ᾽ οὐ θεὸς φύσει, ὡς καὶ Νεςόριος ὁ θεήλατος, τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα θεοφόρον εἰπεῖν ἐφρυάξατο. ἡμᾶς δὲ μὴ γένοιτο θεοφόρον αὐτὸν εἰπεῖν ἢ νοῆσαι, ἀλλὰ θεὸν σεσαρκωμένον. αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς παρθένου, προελθὼν δὲ θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως. ἤδη, καὶ αὐτῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ θεωθείσης, ἅμα τῇ εἰς τὸ εἶναι ταύτης παραγωγῇ, ὡς ὁμοῦ γίνεσθαι τὰ τρία, τὴν πρόσληψιν, τὴν ὕπαρξιν, τὴν θέωσιν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ λόγου. καὶ οὕτω νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, οὐ μόνον διὰ τὴν φύσιν τοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν θέωσιν τοῦ ἀνθρωπίνου, ὧν ἅμα ἡ σύλληψις καὶ ἡ ὕπαρξις τεθαυματούργηται, ἡ μὲν σύλληψις τοῦ λόγου, τῆς δὲ σαρκὸς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ ὕπαρξις, αὐτῆς τῆς θεομήτορος ὑπερφυῶς χορηγούσης τὸ πλασθῆναι τῷ πλάςῃ, καὶ τὸ ἀνθρωπισθῆναι τῷ θεῷ καὶ ποιητῇ τοῦ παντὸς θεοῦντι τὸ πρόσλημμα, σωζούσης τῆς ἑνώσεως τὰ ἑνωθέντα τοιαῦτα, οἷα καὶ ἥνωνται, οὐ τὸ θεῖον λέγω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ χριςοῦ, τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ καθ᾽ ἡμᾶς. οὔτε γὰρ γενόμενον πρότερον καθ᾽ ἡμᾶς, ὕςερον γέγονεν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἀλλ᾽ ἀεὶ ἐκ πρώτης ὑπάρξεως ἀμφω ὑπῆρξε, διὰ τὸ ἐξ ἄκρας συλλήψεως ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ τὴν ὕπαρξιν ἐσχηκέναι. ἀνθρώπινον μὲν οὖν ἐςι, κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, θεοῦ δὲ καὶ θεῖον ὑπερφυῶς. ἔτι δὲ καὶ τῆς ἐμψύχου σαρκὸς τὰ ἰδιώματα ἔσχε. κατεδέξατο γὰρ αὐτὰ ὁ λόγος οἰκονομίας λόγῳ, φυσικῆς κινήσεως τάξει, κατὰ ἀλήθειαν φυσικῶς γινόμενα.

Nestorius id adinuenit: ut uas contumeliæ, in contumeliam solius uerè honoratæ super omnem creaturã deiparæ tametsi ipse cum patre suo diabolo dirumpatur. Nã & Dauid rex Christus dicitur, & Aaron princeps sacerdotii: hæc enim ungebantur, regnũ & sacerdotiũ. Et omnis deifer homo Christus, id est, unctus dici potest, sed non natura Deus. Vnde & Deo odibilis Nestorius, natum ex uirgine deiferum dicere anhelauit. Nobis aũt absit, deiferum ipsum aut dicere, aut cogitare, sed Deũ incarnatum. Ipsum enim uerbum caro factũ est, conceptũ ex uirgine, præueniens quidẽ & assumptione Deus, & ipsa iam ab ipso deificata, quasi trib. simul factis unà cum deductione eius ad esse assumptione, existentia, & deificatione eius à uerbo. Et sic intelligenda & dicẽda deipara uirgo, nõ solũ propter naturã uerbi, sed etiam propter deificationẽ humanæ carnis: quorũ simul cõceptio & existẽtia, miro operata sunt modo: cõceptio quidẽ uerbi: carnis aũt in ipso uerbo existẽtia, ipsa Dei matre ineffabiliter suppeditãte plasmationẽ plasmatori, & humanationẽ Deo factori uniuersi, & deificãti quod assũpsit, saluãte unione ea quę unita sunt, talia, qualia uniebant: nõ quidẽ diuinũ dico solũ, sed & id quod humanũ Christi, & quod supra nos & quod secundũ nos. Neque enim factũ prius secũdũ nos, posterius factũ supra nos: sed semper ex præcipua hypostasi ambo substitêre, propterea quod ex ipso conceptionis articulo in ipso uerbo existentiã habuit. Quod igitur humanũ est secundũ propriã naturã tale est. Dei uerò & diuinũ, ineffabiliter & super naturã. Preterea & carnis animatæ proprietates gessit: illas aũt suscepit. dispensationis motus naturalis ratione, ordine secundum ueritatem naturaliter obseruato.

COMMENTARIVS.

AD confutandã impij Nestorij blasphemiam in sacrosanctam uirginem, obgarrientis ipsam nec concepisse nec genuisse Deum, sed nudum hominem, ut hac uia semper adstruendã Christi deitatem negaret, & solum fuisse hominẽ conuinceret: hoc loco probat Damascenus, ipsam & propriè & uerè dicendã esse deiparam, Dei matrẽ, Dei genitricẽ, Dei parentem. Propriè quidem, & non per translatitiam aliquam metaphoricamque locutionem, secundum quã quisquis Deũ in sua aut aliorũ mente, fide per charitatẽ operante generat, mater Dei quodã mystico & spirituali cognationis uinculo in scriptura dicitur, quẽadmodum Matthæi 12. ca. cuidã dicenti Domino nostro, Ecce mater tua & fratres tui foris stãt, quærẽtes te: respõdit Dominus, extẽta manu in discipulos suos, Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque fecerit uoluntatẽ patris mei q in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Atqui nõ solũ hoc modo spirituali, uerũ etiã & alio lõgè magis proprio & accõmodo, sãctissima uirgo, Dei mater est, utpote qd' ex se reuera corporaliter Deũ genuerit, & secũdũ ipsius rei (seclusa omni tralatione loco

ne locutiõis uerã exhibitionẽ. Vere itidẽ ſacroſanctã uirginẽ, Dei matrẽ celebramus: nã id ex
ſacrarũ literarũ promptuario comprobatum, exploratumq́ habetur. Siquidem Lucæ primo
cap. archangelus ad uirginẽ diuino partu conſecrãdã ait: Et quod ex te naſcetur ſanctum, uo
cabitur filius Dei. quibus quidem uerbis ſignificatur filius Dei naſciturus ex uirgine. Atqui
filius Dei, Deus eſt. Sacratiſſima igitur uirgo filium Dei & Deum genuit. Eodem quoq; loco
ſancta Elizabeth ſpiritus ſancti lumine afflata, exclamauit ad Mariam uirginem: Et unde mi
hi hoc, ut ueniat mater Domini mei ad me? Dominus aũt (ut paulo póſt affert Damaſcenus)
diuinæ ſubſtantiæ eſt inſinuatiuum. Igitur tam ſanctæ mulieris præconio, ſacroſancta uirgo
Dei mater prædicatur. Demum Eſaias capite nono: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus
eſt nobis, & uocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi
princeps pacis. Quo quidem uaticinio inſinuatur paruulus ille qui natus eſt nobis, Deus eſ
ſe fortis. Conſequens itaq; eſt, eam á qua natus eſt paruulus ille, Deũ fortem genuiſſe, & Dei
matrem eſſe. Quod & aliĳs ſcripturarũ locis deducere promptum illis erit, qui diligentius eas
euoluerint. Propterea tertia ſynodus uniuerſalis, atq; inter quatuor primas ſacroſanctas pa-
trum contiones tertio loco celebrata, ſcilicet Epheſina, diffiniuit ſacratiſſimam uirginem θεοτό
κον, id eſt, Deiparam, & Dei matrem eſſe nuncupandam. Idem quoq; deinde confirmatum eſt
temporibus Vigiliĳ ſummi pontificis per totius eccleſiæ ſecundam (ut ita dixerim) approba
tionem, & renouatam contra pullulantes hæreſes ſententiã. Nempe ea tempeſtate Conſtãti
nopoli quinta ſynodus habita eſt contra Theodorum, & omnes hæreticos, qui affirmabant
beatiſſimã uirginem, ſolum hominem, non etiam Deum & hominem peperiſſe. Qua quidẽ
in ſynodo ſtatutum eſt (authore Platina) ut beata uirgo θεοτόκος diceretur, quod Deum ſuo
partu nobis edidiſſet. Hac itidem de re, quod beata uirgo Deum concepit & genuit, nõnulla
ſuperius in 2 cap. huius libri annotata ſunt. Præterea Valentinus hæreticus, ſuiq́; ſectatores
Valentiniani ab eo dicti, aſſeuerarunt Chriſtum non ex ſemper ſancta matre naturã humanã
ſed ex cœli ſubſtantia corpus deſumpſiſſe, atq; per uirginem Mariam, more aquæ tranſeun-
tis per ſiphones & fiſtulam (de cuius materia nihil in ſuam traducit naturam) tranſitũ feciſſe.
Qui inter cætera innixi ſunt illi uerbo Domini noſtri ad Nicodemum, Ioannis 3. cap. Nemo
aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Rurſum & illi di
cto Apoſtoli primæ epiſtolæ ad Corinthios cap. 15. Primus homo de terra terrenus, & ſecun-
dus homo de cœlo cœleſtis. rati Chriſtum cœleſtem dictum, & cœlo delapſum, quód ex ma-
teriali cœli ſubſtantia corpus ſibi aptauerit. perperam interpretati ſcripturas, & á recta earũ
intelligentia longé aberrantes. Siquidem illa quam afferunt ſcripturæ expoſitio, utiq; uero
diſſonat: cum per deſcenſum de cœlo, cœleſtemq́; nũcupationem, ſumma eius diuinitas (quæ
inclinauit cœlos & deſcendit) unita noſtræ carnis infirmitati deſignatur. Ipſa enim diuinitas
præcipuam in cœlo ſedem habere, ob ſuam ſublimitatem dicitur, & ratione unionis hypoſta
ticæ ad carnem deſcendiſſe. Adde quod & cœleſtis homo dicitur Chriſtus ob eximiam uitæ
puritatem & munditiam, ad cœleſtium & ſupernorum ciuium imitationem propemodum
accedentem. Qui enim terrena omnia contempſit, & angelicam, immó ſuperiorem (ut ita di-
xerim) angelorum puritate uitam in terris egit, ſuo docens exemplo & uerbo, calcato mũdo
ad cœleſtia aſpirare, qualis niſi cœleſtis dici debeat? quemadmodum ediuerſó dicuntur terre
ni, qui uehementiore affectu, huius mundi delicĳs, honoribus aut opibus inhiant, nullo bo
norum cœleſtiũ deſiderio accenſi. Si enim beati Pauli cõuerſatio in cœlis erat, nónne & Chri
ſti? cuius animus ſupernorum & cœleſtium contemplatione ſemper erat occupatus. Non in
iuria igitur & cœleſtem hominem, Chriſtum ab Apoſtolo nuncupatũ putauerimus, ob cœ-
leſtem uitam ab eo edoctam, & opere exhibitam. Quod ſi pertinacius contenderint impĳ &
mendaces, Chriſtũ cœleſtem eſſe dictum, ob ſumptũ ex cœli ſubſtantia corpus: ut homines
eandem ob cauſam fateantur eſſe nuncupatos cœleſtes, opus eſt, cum eodem loco ſubiungit
Apoſtolus: Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Atqui id ſecũ
dum, prorſus abſurdum eſt: ſiquidem cœleſtes dicti ſunt homines, ob cœleſtis & ſpiritualis
uitæ conuerſationẽ, qua Chriſto aſſimilantur, conformesq́; euadũt. Ergo & primũ penitus
eſt abſonũ. porro confutatur horum ueſania & impietas, cum aliĳs permultis. tũ hac Dama-
ſceni ualidiſſima ratione, qđ ſi ex cœlo corpus ſuſcepiſſet Dominus noſter, illa ſuſceptio ni-
hil utilitatis attuliſſet cuiquã. Non enim cœlo: nam per præuaricationẽ lapſum nõ fuerat, ne
que reparatione indigebat. Neq; homini: nempe eius natura præuaricatrix & infirma, non
fuiſſet aſſumpta á uerbo, quare neq; curata. Haud ſecus ac medicus applicans fronti ſanæ &
incolumi cataplaſma, quod admouendum foret pedi ſaucio, uulnus letale pedis minimé ſa-
nat, neq; fronti affert adminiculũ. Et hoc pacto non aſſequeretur ſuũ finẽ ipſa incarnatio Do
mini, ad quem á diuina ſapientia & bonitate ordinata erat, ſcilicet humani generis redem-
ptionem. Id enim decreuit immẽſa diuinæ bonitatis magnitudo, quod ſicut per primum pa
rentem duplex nobis illata fuit mors, ſcilicet corporis & animæ: Corporis quidem, quia mo
riẽdi neceſſitas nobis eſt inflicta: Animæ uero, quia per culpã ſeparatio á Deo, & diuinæ gra
tiæ ſubſtractio, nobis etiam & toti humanæ poſteritati eſt irrogata. Ita per Chriſtum homi-
nem pro nobis factum, duplex reſurrectio ex mortuis nobis reddita: á morte inquam corpo
ris, ad uitam immortalem in conſummatione ſeculi obtinendam: & á morte animæ, ad ui-

tam spirituale gratiæ:ut duplici uulneri,duplex quoq; responderet antidotum. Ad confutã-
dam uero supradictorum patris mendacij satellitum sacrilegam insaniam: adducit deinde
Damascenus dictum Apostoli ex primæ epistolæ ad Corinthios decimoquinto capite sum-
ptum,quod pro suæ impietatis comprobatione assumpserãt,quo tela ipsorum in eos retor-
queat,& proprijs illos armis(ut aiunt)cõfodiat. Sanè in loco iam nominato nostra trãslatio
habet: Primus homo de terra terrenus,& secundus homo de cœlo cœlestis. Alia translatio,
qua usus est Damascenus,habet,ut hic adducit in litera: Primus Adam ex terra terrenus,secũ
dus Dominus ex cœlo. Vbi Christum nominat Apostolus & Adam, & Dominum: per id
utrumq;,id est utramq; Christi naturã subinsinuans: humanum quidem, cum uocat ipsum
Adam,eo nomine designans ex interpretationis ui atq; proprietate, Christum è terra geni-
tum, atq; nostram habere substantiam: quandoquidem Adam non tam proprium nomen
quàm commune,tantundem significat terrigena, siue de terra genitus:quod utique nomen
rectè congruit primo parenti,quòd ex limo terræ formatus legatur:& deinceps nobis omni
bus,eandem prorsus ex puluere terræ ducentibus originem. Diuinam uerò Christi naturam
significat ibi Apostolus,cum eum nuncupat Dominum: significans ea appellatione,diuini-
tatem eius omniũ dominatricem, & in excelso cœlorum habitaculo regnantem. Similiter &
per aliud Apostoli dictum ad Galatas quarto capite in litera adductum,significauit beatus
Paulus Christum uerum Deum,ex uirgine matre natum. Nempe dicens,quòd Deus filium
suum misit,Christum,Dei filium & Deum esse insinuauit: adijciens autẽ natum ex muliere,
eundem humanam ex matre substantiam sumsisse attestatur. Particula enim Ex,denotat ge-
nitum ex gignentis esse substantia. Idẽ quoq; & ad Romanos primo capite dilucidè aperuit
Apostolus,dicẽs:Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo,
qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Cum enim filium suum, ad patrem refe
rens,nuncupat ipsum,filium Dei &Deum explicauit:cum uerò subnectit,Qui natus est ei ex
semine Dauid secundum carnem, eundem uerum hominem ex stirpe Dauid progenitũ, &
humanam ex eo naturam sumpsisse demonstrat. Quinimmo & Dominus noster seipsum,&
hominis filium & Deum sæpenumero in euangelica lectione prodit, ut cum Matthæi nono
capite dicit: Vt aũt sciatis quia filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata:
quo quidem uerbo & humanitatem suam patefacit, cum se filium hominis uocat,& deitate
itidem suam liquidò ostendit,ad quã solam pertinet peccatorũ relaxandorum potestas,secũ
dum Esaiæ sententiã dicentis 43.cap.ex persona Dei. Ego sum qui deleo iniquitates uestras
Neq; erat filius Dei & Deus,in præplasmato(ut inquit litera)homine inhabitans,id est,an-
té formato,& perfectè integrèq; subsistente in utero uirginis,quã diuinitas illi uniretur. Nõ
eñ fuit prius formatũ corpus Christi,& anima illi unita,ut perfectus fuerit homo p se subsi-
stens,quẽ inhabitauerit Deus per gratiã,ut sanctos ꝓphetas & cęteros homines Deo dignos:
& deinde posterius diuinitas cõiuncta carni & animæ:sed simul corpus cõpletè figuratũ,illi
unita anima sanctissima, & utriq; uno eodẽq; momẽto cõiuncta diuinitas in unitate ꝑsonæ,
ut secũdo quoq; præsentis libri cap. supra dictũ est. Nõ igitur solũ in Christo habitauit Deus
per gratiã,ut in alijs hominib. sed etiã per deitatẽ unitã hypostaticè sanctissimæ eius carni
tanq̃ templo suo,in susceptione naturæ humanæ,qđ ei soli peculiare est,ac propriũ. Ideo A-
postolus ad Colossenses 2. cap. dicit de Christo,In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter: qđ de nullo alio dici queat. Quocirca sacrosancta uirgo Maria nõ solũ Dei ma
ter est & nuncupatur,qđ fœlicissimo partu Deum ediderit, genueritq; nobis:sed etiam quia
Deum cõcepit,non nudum hominẽ,sed uerum Deum & uerum hominem, ut præcedentia
quoque declararunt, Et hæc absolutissima est & completissima materni nominis ratio, qua
Dei mater uerè dicitur,quòd uerum Deum & cõcepit in utero, & peperit. Nempe si nudum
concepisset & purum hominem per se subsistentem,& in hypostasi humana sustentatum al-
quanto tempore,& deinde ante tempora partus à filio Dei assumptum,tum quidem uerum
Deum & hominem partu edidisset:nõ tamen idcirco adeò uerè & absolutè Dei genitrix dice
retur,atque nunc prædicatur ob hanc integram materni nominis rationem, qđ uerum De-
conceperit uirginali utero,eundemq; genuerit: quandoquidem à conceptu præcipuè sumi-
tur maternæ denominationis cõsideratio,in quo ex matris substantia formatur fœtus:secun-
do uero loco & consequenter à partu,quo in lucem editur, quod in ipso conceptu ex matris
propagine sumpsit exortum, Cæterum ut huiusce nuncupationis(qua almã uirginẽ,Deipa
ram optimo iure uocamus)dignitas & sublimitas eluceat,ostendit litera id augustissimũ no-
men nobis insinuare,quod unus & idẽ est qui ex Deo patre ante sæcula natus est,& ex uirgi-
ne matre in tẽpore natus,uerus Deus & uerus homo. Et hoc ipsum quod modo dictũ est, si-
gnificat unã hypostasin,duas naturas,& duas natiuitates Domini nostri Iesu Christi. Cõne
ctendo itaq; extrema medijs,& demũ inter se,si deipara est quæ genuit,reuera Deus est qui ex
ipsa genitus est,& reuera homo. Qđ si ex sancta uirgine genitus,Deus est homo, idẽ est à pa-
tre sine initio genitus,& à matre in nouissimis diebus mundo editus. Eundẽ aũt dicentes à pa
tre ante secula,& à matre in sæculo natũ: eandẽ Christi hypostasin,duas eius naturas,& duas
natiuitates significamus. Atq in ea cõfessione unius in Christo hypostaseos,duarũ eius natu
ra-

rarum &natiuitatum,totū dispensationis susceptæ carnis mysteriū compræhenditur,& com
mendatur.Igitur primū postremo connectentes,haud obscurè conspicimus, id nomen Dei
para,sanctæ uirgini attributū,omne dispensationis mysteriū complecti & continere.Itaq; di
gnissimum est & uenerationis plenū nomen deipara,& omnem dignitate excedens nūcupa-
tionem,quæ tantæ uirgini posset ascribi,quod in sua ratione tanta & tam ardua compræhen
dat sacramenta. Quicquid enim præstantiæ aut excellentiæ in alijs est eiusdem supersanctæ
uirginis denominationib.idem quoq; complicatur in hoc singulari nomine deipara,quo ip
se Deus includitur,omnem in se præstantiam & eminentiam superexcellēter implicans. Si
enim ipsam matrem saluatoris mundi & redemptoris humani generis appellas,si matrē sin-
gularem,eandem & uirginem fœcundam,si deniq; matrem regis angelorum,& cæteris id ge
nus ea dignis ipsam uocas nominibus, quæ profectò omnem nominum dignitatem super
greditur:hæc omnia concludis in ratione huius præcipui nominis deipara.& insuper hoc ip
so quiddam altius atq; sublimius indicas quàm alijs, quòd scilicet Dei sit mater,qui ex ipsa
carnem suscepit,quòd factura sui factoris,creatura creatoris,filia sui per creationem patris sit
genitrix,quòd Deū quem totus orbis nequit comprehendere suo incompræhēsibiliter clau
serit utero,quòd cœlo terraq; capacior eum uirgineis cōplexa sit uisceribus, qui cœlo altior
est,terra profundior,ubiq; præsens,nusq; conclusus,nullo difinitus æui curriculo,& in æter-
nitate semper indemutabilis,idemq; subsistens. At uerò quamuis deiparæ nomine honoran
dam,celebrandamq; omnino sanctā uirginem censeat Damascenus,nō tamen eandem Chri
stiparam sua tempestate appellandam putauit.hac quidem ratione & minimè negligenda in
ductus,quòd catholici patres synceritate fidei & doctrinæ insignes,non modo hæreticorum
impia refugiunt dogmata,sed & uocabula quibus usi sunt repudiant:quo semotiores sint,&
seiunctiores ab impijs illorū assertionib,atq; sententijs,dum ne in uerbis quidem & uocabu
lis cum ipsis communicare uolunt.Quia igitur Nestorius in beatam uirginem blasphemus,
Christiparam uocabat eandem uirginem,ut illius nominis prætextu,umbra & specie suam
palliaret occulteq; tegeret impietatem,contendens eo nomine designare ipsam nudū & solū
genuisse hominem,qui Christus dictus est,id est,unctus sancti spiritus oleo & charismate, in
ipsum abūde effuso:eo quidem modo quo sacerdotes,reges,ꝓphetæ,& iusti homines, Chri
sti nuncupati sunt,ob materialem aut spiritualem unctionem.Quinimmo & Cyrus rex Per-
sarū,licet à cultu ueri Dei alienus,apud Esaiam quinto & quadragesimo cap.Christus dicitur
quòd Domini nostri uerè Christi typum gesserit & figuram,cum à captiuitate Babylonica li
beratos Iudæos in urbem Solymam remisit:quemadmodū saluator noster ereptum è carce-
re principis tenebrarū & confusionis genus humanum, in cælestem reduxit hæreditatē & su
pernam Hierusalem,inquit enim Esaias loco supradicto: Hæc dicit Dominus Christo meo
Cyro,cuius appræhendi dexteram ut subijciam ante faciem eius gentes,& dorsa regū uertā:
oculatissimi & perspicacissimi patres depræhendentes uenenū sub melle,& anguē in herba la
titare,Christiparæ nomen admittere recusarunt. Si quis tamen intelligat Christi nomen,ut
duplicem naturā diuinā & humanam designat,in una hypostasi coniunctas(secundum q; ra
tionem prius quidem explicatam,soli Domino nostro Iesu Christo peculiare est & propriū)
nullum putetur inconueniens,semper sanctam uirginem Christiparam uocare: quia tantun
dē ualet hoc pacto,atq; si quis eam deiparā dixerit.Christus enim,Deus noster est. Et id qui-
dem nunc fieret,sine periculo conspirandi cū hæreticis in sententia aut uerbis, cū ipsius Ne-
storij impietas iam olim sit explosa,damnataq;,neq; amplius infestet ecclesiā.Quemadmodū
ea ciborū genera quibus tēpore morbi abstinendū est,depulso iam morbo, impunè sumi pos
sunt:& quæcunq; ob imminens quod timetur periculum cauentur aut uitantur, illo iā reie-
cto atq; deuitato,in usu assumi cohiberiq; citra discrimen poterunt.Deinde cū stomacho &
indignatione in Nestorium uerba exacuit Damascenus,ægrè ferens sacratissimæ uirginis ho
nori ab illo derogari:quæ uerò honorata est super omnē creaturā,tametsi ipse (inquit)cū pa-
tre suo diabolo disrumpatur. Sanè sola uirgo Maria uerè honorata est super omnē creaturā,
qđ ipsa una electa est,& præelecta,ut Dei sit mater,& substātiā subministret suo totiusq; mū
di cōditori,unde illi corpus humanū & tēplū diuinitatis efformetur. Id eñ nec angelicæ sub
stantiæ,nec cuiq; aliorū hominū,indultū est priuilegium, quod huiusmodi materna dignita
te polleat.quamuis ipse Nestorius cū diabolo patre suo (per imitationē scilicet,quemadmo
dum Iudæis à Domino dictum est, Vos ex patre diabolo estis,& desideria patris uestri uultis
implere)disrumpatur,indignetur,frendat dentibus & infremat, indignè ferēs sanctissimam
uirginem eo honorari titulo,illo exornari elogio.qđ Dei genetrix dicatur: & idcirco cōten-
dat oblatrare ipsam nudū,solumq; hominē genuisse,quo tāti honoris splendorē,nominisq;
dignitatē illi subducat Porrò queādmodū Nestorius sacrosanctā uirginē uoluit Christiparā
appellari,ut illius nominis umbra & colore suā obtegeret uesaniā,& instillaret animis huma
nis sui erroris uenenū:ita & Christū uoluit appellari deiferū, ut prætenta nominis excellētia
locū nancisci posset negādi Christū natura esse Deū, & naturali origine. Siquidē deifer dici-
tur homo,qui nō natura,sed diuinitatis participatione Deus est, qđ Deū habeat sui cordis
habitatorem & intimū hospitē:quemadmodū pollicetur Dominus noster Ioannis capit.14.

Si quis

Si quis diligit me, sermonē meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eū ueniemus, & mansionē apud eum faciemus. At quisquis talis fuerit, solus & nudus est homo, Dei denominationem sola participationis ratione sortitus. Atqui Christus non participatione, sed natura Deus est, & naturalis Dei filius, Deus de Deo genitus. Nō igitur deifer appellandus est, ut cōtendebat Nestorius, uolens illius nominis prætextu in Christo uerā negare diuinitatē, & solā humanitatē astruere: qđ utiq; impium est & blasphemū. Proinde ut quoquo pacto intelligamus quòd secundum datā intelligentiam non deifer dicendus est Christus, sed Deus humanatus siue incarnatus, subiungit autor in litera quòd uerbum Dei erat præueniens ipsam carnem, & in assumptione Deus: quia uidelicet nō prius formata fuit eius caro & animata, ac deinde à uerbo assumpta, sed simulatq; deducta sunt ad esse sanctū Christi corpus & anima à Dei uerbo assumpta sunt, & Deificata. Perinde atq; si calor inducatur in aquam prius algentem, non ante est per se subsistens caliditas & deinde aquæ adiecta, sed præuenit aqua calorem, quia prius aqua quā calor: & cum primum ad esse deducitur calor, sustentatur in aqua atq; in ea subsistit. Quare cū deductione carnis Christi adesse, simul ista tria facta sunt, assumptio eius à uerbo, existentia eiusdem carnis, & eius deificatio à uerbo. ut existentia carnis nec uno quidem momento antecesserit sui deificationē à uerbo, quemadmodū existētia caloris non præcedit sui susceptionē in subiecto. Idcirco horum duorū, uerbi scilicet & carnis simul conceptio & existentia, miro (ut ait litera) operata sunt modo. Siquidē simul facta est ipsius uerbi diuini in utero uirgineo conceptio, & sanctissimæ carnis Christi in ipso uerbo existentia per assumptionem: ut neutrū horū, alterū præcesserit. Neq; intelligenda est carnis deificatio, per conuersionē humanitatis in diuinitatem. Nam ut sæpius dictū est, diuersæ semper à ab inuicem distinctæ manserunt in Christo naturæ, sine confusione, aut unius in alteram permutatione: sed quia ad hypostasin uerbi caro unita est, nō quidem per se hypostasin faciens, sed in hypostasi filij Dei sustentata, ac ineffabiliter subsistens. Et semper ex præcipua hypostasi (ut subnectit litera) ambo substitere: qđ scilicet in Christo diuinū, est & supra nos, atq; quod humanum est in eo & secundum nos, siue natura diuina & humana Christi, quod tantundem ualet: nam tertium genus, naturæ explicatiuū est. Quæ ambæ naturæ subsistere in præcipua hypostasi uerbi Dei assumentis naturam humanam in unitate suæ personæ, eamq; sustentantis: non aūt in hypostasi hominis, cum illa præcipua non fuerit, sed sustentata potius à diuina hypostasi. Verū hæc sæpius in superiorib. explicata sunt, ut prorsus operosum fermè uideatur, & superuacaneum, eadem rursum & toties inculcare, nisi sæpius repetita literæ sententia efflagitaret expositionis iterationem. Quæ hic igitur contractius dicuntur, ex locis præcedentibus ubi eadem diffusius pertractantur, requirenda sunt.

ΠΕΡΙ ΙΔΙΩΜΑΤΩΝ ΤΩΝ δύο φύσεων ξ.

Τέλειον δὲ θεὸν ὁμολογοῦντες τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τέλειον ἄνθρωπον φαμὲν τὸν αὐτὸν, πάντα ἔχειν ὅσα ὁ πατὴρ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ πάντα ἔχειν ὅσα ὁ ἀδὰμ ὁ πρῶτος, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας. ἅτινά ἐστι, σῶμα καὶ ψυχὴ λογική τε καὶ νοερά. ἔχειν δὲ αὐτὸν καταλλήλως ταῖς δύο φύσεσι, διπλᾶ τὰ τῶν δύο φύσεων φυσικὰ, δύο θελήσεις φυσικὰς, τήν τε θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην. καὶ ἐνεργείας δύο φυσικὰς, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην. καὶ αὐτεξούσια δύο φυσικὰ, θεῖον τε καὶ ἀνθρωπίνον, καὶ σοφίαν τε καὶ γνῶσιν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην. ὁμοούσιος γὰρ ὢν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, αὐτεξουσίως θέλει καὶ ἐνεργεῖ ὡς θεός. ὁμοούσιος δὲ ὢν καὶ ἡμῖν, αὐτεξουσίως θέλει, καὶ ἐνεργεῖ ὡς ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς. αὐτοῦ γὰρ τὰ θαύματα, αὐτοῦ καὶ τὰ παθήματα.

DE PROPRIETATIBVS DVArum naturarum. Cap. XIII.

PErfectum Deum confitentes ipsum Dominum Iesum Christum & perfectū hominem eundem dicimus: & omnia habere quecunque pater preter ignascentiam, & habere omnia quæcunque Adam primus, sola excepta peccantia, quæ quidem sunt corpus, & anima rationalis, ac intellectualis. Habere etiam consentanee duabus naturis: duplicia duarum naturarum naturalia, duas uoluntates naturales, diuinam & humanā: & operatiōes duas naturales, diuinā & humanam: & duas liberas uolūtates naturales, diuinā et humanā: et sapientiam, & agnitionē diuinam & humanā. Nam cōsubstantialis Deo & patri existens, libera potestate uult & agit, tanquam Deus. Cōsubstantialis autem existens & nobis libera potestate uult & agit: quippe qui ipse idem homo sit. Ipsius enim miracula, ipsius & passiones.

COMMEN

COMMENTARIVS.

PRoloquium est,ab omnibus receptum in disciplinis principiū. Quorū diuersæ sunt naturæ,eorundē & differentes sunt naturales proprietates.quandoquidē cuiq; naturæ suę respondeant natiuæ & congenitæ proprietates. Rursum & id quoq; nō minorem habet principij uim. In quocunq; duæ manent naturæ post unionem integræ, saluæ & inconfusæ, in eodem quoq; integras manere utriusq; earū naturales proprietates:alioqui maneret in aliquo natura sine suis proprietatibus,quod utiq; absurdum est. Atqui in Christo natura diuina & natura humana,inter se diuersæ sunt,& permultum dissident, ut omnib.dilucidum est. Igitur utriusq; earum proprietates essentiales consimile inter se habent discrimen:ut una incircumscripta sit:intemporalis,æterna,increata,impassibilis,altera uerò circunscripta,temporalis,non æterna,creata,passibilis. Insuper in Christo Domino nostro duæ illæ naturæ manēt post unionem saluæ,incolumes,illabefactæ & integræ:ut tertium huius libri caput diffusius elucidauit:igitur in eodem & ipsarum naturarum substantiales proprietates manserūt incōfusæ & impermixtæ,in sua integritate & ueritate. Itaq; Christus ut Deus,habet omnia ad naturam essentiamq; spectantia, quæcunq; pater. Omnia (inquit ipse filius) quæcunq; habet pater mea sunt,& omnia mihi tradita sunt à patre meo. Rursum idem alio loco ad patrem: omnia mea tua sunt,& tua omnia mea sunt. Verùm hæc omnia sanè intelligēda sunt de proprietatibus naturalibus,& diuinam concernentibus substantiam. Nam personales & hypostaticæ proprietates,incommunicabiles sunt,& ita uni addictæ personæ, quòd alijs conuenire non possunt. Nimirum igitur,si ignascentiam,paternam proprietatem singularem & personalem,non habeat filius:ut quæ sit soli patri propria,ut neq; è diuerso nascentiam siue gignētiam,proprietatem peculiarem filio,habet pater:his enim discretæ sunt ab inuicem. hypostases diuinæ. Et quoniam Christus,perfectus est homo,omnia habet naturalia,tum substantialia,tum accidentaria,communem respicientia humanam speciem, quæcunq; Adam primus habuit,sola excepta peccantia,id est,peccandi facultate, potestateq; prolabendi in deterius, si modo ea potestas & non potius infirmitas dicenda sit. Quam quidem peccātiam,siue peccabilitatem (ut ita dixerim) Adam habuit in prima suæ naturæ conditione. Nam quamuis rectus,& magnæ dignitatis atque uirtutis,à Deo formatus sit,habuit tamen uoluntatem ad bonum & malum uertibilem,sicut & angelicæ substantiæ in suæ creationis exordio,quod & ipsa rei comprobauit experientia:nam sponte sua,à rectitudine & integritate primi status decidit. Huiusmodi autem peccantia,nequaquam fuit in Domino nostro. Nam non modo peccatum non fecit,nec inuētus est dolus in ore eius,sed etiam nec peccatum facere potuit. Quo enim pacto posset in Deum peccatum cadere,aut quæ conuentio lucis ad tenebras? aut qua ratione ualeret summæ bonitati hypostatice unita caro,ad malitiam decumbere? Quare cōprimant ora sua operepræcium est,& maiore post hac pietate religioneq; loquantur,qui postulant & sibi petunt admitti quòd uerbum Dei assumat naturam peccantem aut peccatricem,quæ aut labem peccati contraxerit,aut contrahere possit. Non enim minus absurda est petitio,atque si quis efflagitet summæ luci & immensæ,tenebrarum horrorem coniungi,aut summo calori frigus immisceri,quod ipsa rerum natura prorsus abhorret. Clamat namque Apostolus,Christum tentatum per omnia:pro similitudine absq; peccato. Et alio loco,in similitudinem carnis peccati immissum à Deo filium contestatur,quod eius sacratissima caro, eiusdem sit & consimilis naturæ cum carne nostra,quæ est caro peccati, & peccato obnoxia. In Christo autem nequaquam fuit caro peccati, sed caro quæ salutaris est medicina contra peccatum,& oblata ad ipsius peccati destructionem & deletionem. Et quoniā naturales proprietates utriusque naturæ , superstites manent & illabefactæ in Christo,etiam & propriæ ambarum actiones permanent incolumes in eo,& saluæ. Eam ob rem ipsius Christi miracula sunt,ut ait litera,ipsius itidem & passiones. Ipsius inquam ut Dei sunt miracula,ut actiones diuinæ:& ipsius eiusdem ut hominis sunt passiones, tormentorum perpessiones,cruciatuumq; tolerationes, ut actiones humanæ. Verùm hæc posterius euadent manifestiora.

ΠΕΡΙ ΘΕΛΙΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΑΥΤΕξουσίων τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. κεφ. α.

Ἐπειδὴ μὲν οὖν δύο φύσεις τοῦ χριστοῦ, δύο αὐτοῦ καὶ τὰ φυσικὰ θελήματα, καὶ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας φαμέν.

DE VOLVNTATIBVS ET ARbitrijs,liberisq; potestatibus Domini nostri Iesu Christi. Cap. XIIII.

QVa igit̄ Christi duæ naturę sunt duas eisdem & naturales uolūtates & naturales actiones dicimus. At

ἐπειδὴ δὲ μία τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ ἡ ὑπόστασις, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν φαμὲν, θέλοντά τε καὶ ἐνεργοῦντα φυσικῶς, κατ᾽ ἄμφω τὰς φύσεις, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς, καὶ ἅπερ ἐστὶ χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. θέλειν δὲ καὶ ἐνεργεῖν, οὐ διῃρημένως, ἀλλ᾽ ἡνωμένως. θέλει γὰρ καὶ ἐνεργεῖ ἐν ἑκατέρᾳ μορφῇ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας. ὧν γὰρ ἡ οὐσία ἡ αὐτὴ, τούτων καὶ ἡ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια ἡ αὐτή. ὧν δὲ διάφορος ἡ οὐσία, τούτων διάφορος καὶ ἡ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια. καὶ τὸ ἀνάπαλιν. ὧν ἡ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια ἡ αὐτὴ, τούτων καὶ ἡ οὐσία ἡ αὐτή. ὧν δὲ διάφορος ἡ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια, τούτων καὶ ἡ οὐσία διάφορος. διὸ δὴ ἐπὶ μὲν πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἐκ τῆς ταυτότητος τῆς τε ἐνεργείας καὶ τοῦ θελήματος, τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως ἐπιγινώσκομεν, ἐπὶ δὲ τῆς θείας οἰκονομίας ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ἐνεργειῶν καὶ τῶν θελημάτων καὶ τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν ἐπιγινώσκομεν, καὶ τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν εἰδότες συνομολογοῦμεν, καὶ τὸ τῶν θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν διάφορον. ὥσπερ γὰρ τῶν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς χριστοῦ φύσεων ὁ ἀριθμὸς εὐσεβῶς νοούμενός τε καὶ λεγόμενος οὐ διαιρεῖ τὸν ἕνα χριστὸν, ἀλλὰ σωζομένην καὶ ἐν τῇ ἑνώσει παρίστησι τῶν φύσεων τὴν διαφορὰν, οὕτω καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν οὐσιωδῶς προσόντων ταῖς αὐτοῦ φύσεσι θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν (κατ᾽ ἄμφω γὰρ τὰς φύσεις, θελητικὸς ἦν καὶ ἐνεργητικὸς) τῆς ἡμῶν σωτηρίας οὐ διαίρεσιν εἰσάγει. μὴ γένοιτο. ἀλλὰ τὴν αὐτῶν δηλοῖ καὶ μόνον, κἂν τῇ ἑνώσει, φυλακὴν καὶ σωτηρίαν. φυσικὰ γὰρ, καὶ οὐχ ὑποστατικὰ φαμὲν τὰ θελήματα καὶ τὰς ἐνεργείας. λέγω δὲ αὐτὴν τὴν θελητικὴν καὶ ἐνεργητικὴν δύναμιν, καθ᾽ ἣν θέλει καὶ ἐνεργεῖ τά τε θέλοντα καὶ ἐνεργοῦντα. εἰ γὰρ ὑποστατικὰ δῶμεν αὐτὰ, ἑτεροθελεῖς καὶ ἑτεροενεργεῖς τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς ἁγίας τριάδος εἰπεῖν ἀναγκασθησόμεθα. Ιστέον γὰρ ὡς οὐ ταυτόν ἐστι, θέλειν καὶ πῶς θέλειν. τὸ μὲν γὰρ θέλειν φύσεως, ὥσπερ καὶ τὸ ὁρᾶν. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις πρόσεστι. τὸ δὲ πῶς θέλειν, οὐ φύσεως, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας γνώμης. ὥσπερ καὶ τὸ πῶς ὁρᾶν, καλῶς ἢ κακῶς. οὐ γὰρ πάντες ἄνθρωποι ὁμοίως θέλουσιν, οὐδ᾽ ὁμοίως ὁρῶσι. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐνεργειῶν δώσομεν. τὸ γὰρ πῶς θέλειν, πῶς ὁρᾶν, πῶς ἐνεργεῖν, τρό-

At uerò quia duarum naturarũ una ipſius hypoſtaſis eſt, unum & eundem aſtruimus & uòlentem & agẽtem naturaliter, ſecundum ambas naturas: ex quibus, & in quibus, & quæ, Chriſtus Deus noſter eſt. uelle autem, & agere non diuiſè, ſed cõiunctè & unitè. Vult autem & facit utraq; forma, cum alterius diſpenſatione. Quorum enim ſubſtantia eadem, horum & uoluntas & actio eadem: & quorum differens ſubſtãtia, horum & differens uoluntas & actio. Et cõtrà, quorũ uoluntas & actio eadem, horum & ſubſtantia eadem: & quorum differens & uolũtas & actio, horum & ſubſtantia differens. Quapropter in patre & filio & ſpiritu ſancto, ex identitate actionis & uoluntatis, identitatem naturæ agnoſcimus. In diuina autẽ diſpenſatione, ex differentia actionum & uoluntatum, naturarũ differẽtiam appræhendimus. & naturarũ differentiã agnoſcentes cõfitemur & uoluntatũ & actionum diuerſitatẽ. Nam quemadmodum unius & eiuſdem Chriſti naturarum numerus, piè & religioſè intellectus & aſſertus, non diuidit unũ Chriſtũ, ſed ſaluã in unione repræſentat naturarũ differentiam: ſic & numerus ſubſtãtialiter coaſſiſtentiũ naturis uoluntatũ & actionũ. Secundum enim ambas naturas uolens & agens noſtrã ſalutẽ, non diuiſionem inducit (abſit enim hoc) ſed magis oſtẽdit ipſarum in unione cuſtodiã ac cõſeruationem: naturales em̃, & non hypoſtaticas perſonalesq; dicimus, & uoluntates & actiones. Dico aũt ipſam uoluntariam & actiuam uirtutem, ſecũdum quam uult & agit, & uires illas uelle & agere. Si enim illas dabimus hypoſtaticas & perſonales, aliud uolentes & aliud operantes, tres ſanctæ trinitatis hypoſtaſes dicere compellemur. Sciendum autem, quod non idem eſt uelle, & quoquo pacto uelle. Nam uelle naturæ eſt, quemadmodum & uidere. omnibus enim hominibus adeſt. Sed quoquo pacto uelle, nõ naturæ, ſed noſtri conſilĳ: quemadmodum quoquo pacto uidere, bene aut male: non em̃ omnes homines ſimiliter uolunt, neq; quoq; ſimiliter uident. Hoc etiã in actionib. aſſignabimus. nam quoquo pacto uelle, quoquo pacto uidere, quoquo pacto agere, m-

πος ἐστὶ τοῦ θέλειν καὶ ὁρᾶν καὶ ἐνεργεῖν χρήσεως, μόνῳ τῷ κεχρημένῳ προσόν, καὶ τῶν ἄλλων, αὐτὸν κατὰ τὴν κοινῶς λεγομένην διαφορὰν, χωρίζον. λέγεται οὖν τὸ μὲν ἁπλῶς θέλειν θέλησις, ἤτοι ἡ θελητικὴ δύναμις, λογικὴ οὖσα ὄρεξις καὶ θέλημα φυσικόν. τὸ δὲ πῶς θέλειν, ἤτοι τὸ τῇ θελήσει ὑποκείμενον, θελητὸν καὶ θέλημα γνωμικόν. θελητικὸν δέ ἐστι, τὸ πεφυκὸς θέλειν, οἷον θελητικὴ ἐστὶν ἡ θεία φύσις, ὡσαύτως καὶ ἡ ἀνθρωπίνη. θέλων δέ ἐστιν ὁ κεχρημένος τῇ θελήσει, ἤτοι ἡ ὑπόστασις, οἷον ὁ Πέτρος. ἐπειδὴ τοίνυν εἷς μὲν ὁ Χριστὸς, καὶ μία αὐτοῦ ἡ ὑπόστασις, εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ὁ θέλων θεϊκῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως. ἐπειδὴ δὲ δύο φύσεις ἔχει θελητικὰς, ὡς λογικὰς (πᾶν γὰρ λογικὸν θελητικόν τε καὶ αὐτεξούσιον) δύο θελήσεις ἤτοι θελήματα φυσικὰ ἐπ' αὐτοῦ ἐροῦμεν. θελητικὸς γάρ ἐστιν ὁ αὐτὸς κατ' ἄμφω τὰς αὐτοῦ φύσεις. τὴν γὰρ φυσικῶς ἐνυπάρχουσαν ἡμῖν θελητικὴν δύναμιν ἀνέλαβε. καὶ ἐπειδὴ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ὁ αὐτὸς ὁ θέλων καθ' ἑκατέραν φύσιν, τὸ αὐτοθέλητον λέγομεν ἐπ' αὐτοῦ, οὐχ ὡς μόνα θέλοντες, ἃ φυσικῶς ὡς θεὸς ἤθελεν (οὐ γὰρ θεότητος τὸ θέλειν φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ τὰ τοιαῦτα) ἀλλὰ καὶ τὰ συστατικὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, οὐκ ἐναντιότητι γνώμης, ἀλλ' ἐν ἰδιότητι τῶν φύσεων. τότε γὰρ ταῦτα φυσικῶς ἤθελεν, ὅτε ἡ θεία αὐτοῦ θέλησις ἤθελε, καὶ παρεχώρει τῇ σαρκὶ πάσχειν καὶ πράττειν τὰ ἴδια. ὅτι δὲ φυσικῶς πρόσεστι τῷ ἀνθρώπῳ ἡ θέλησις, ἐντεῦθεν δῆλον. ὑπεξαιρουμένης τῆς θείας, τρία εἴδη ζωῆς εἰσιν, ἡ φυτικὴ, ἡ αἰσθητικὴ, ἡ νοερά. τῆς μὲν οὖν φυτικῆς ἴδιον, ἡ θρεπτικὴ, ἡ αὐξητικὴ, ἡ γεννητικὴ κίνησις. τῆς δὲ αἰσθητικῆς, ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις. τῆς δὲ λογικῆς καὶ νοερᾶς, ἡ αὐτεξούσιος. εἰ οὖν κατὰ φύσιν πρόσεστι τῇ φυτικῇ ἡ θρεπτικὴ, καὶ τῇ αἰσθητικῇ ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις, κατὰ φύσιν ἄρα πρόσεστι καὶ τῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ, ἡ αὐτεξούσιος. αὐτεξουσιότης δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ἡ θέλησις. γεγονὼς τοίνυν ὁ λόγος σὰρξ ἔμψυχος, καὶ νοερὰ, καὶ αὐτεξούσιος, γέγονε καὶ θελητικός. ἔτι δὲ ἀδίδακτα εἰσὶ τὰ φυσικά. οὐδεὶς γὰρ λογίζεσθαι, ἢ ζῆν, ἢ

dus est usus uolendi & uidendi, & operandi, qui ei soli qui usus est adest, & ab alijs eundem secũdum communiter dictam differentiam separat. Dicitur igitur simpliciter uelle, uoluntas, id est, qua uelle possumus uirtus, quæ est rationalis appetitus, & naturalis uoluntas: quoquo pacto autem uelle secundum id quod uoluntati obijcitur affectabile uoluntate, & uoluntate apprehensibile. Et uoluntarium est, quod natum est uelle: ut uoluntaria est diuina natura, identidem & humana. Volens autem est, qui utitur uoluntate, id est, hypostasis, ut Petrus. Quia igitur unus est Christus, & una eius hypostasis, unus est & ipse uolens & diuinè & humanè. Et quia duas naturas habet uoluntarias, quippe qui rationalis (nam omne rationale, uoluntarium & liberæ potestatis) uoluntates duas, id est, naturales quibus uelle possit uires, in ipso dicimus. Voluntarius enim ipse est secundum utramq; naturam: nam quæ à natura nobis inest, talem ipse uoluntariam uirtutem sumpsit. Et quia unus est Christus, & idem uolens secundum utramque naturam: idem uoluntate affectabile ab ipso dicimus Non quòd ea sola uoluerit, quę naturaliter ut Deus uoluit (nam non est deitatis uelle comedere, bibere, & eiusmodi) sed quod & constitutiua naturæ uolebat, non contraria sententia ac uoluntate, sed naturarum proprietate. Tunc enim hæc naturaliter uolebat: quando diuina ipsius uoluntas uolebat & sinebat carnem affici, & agere quæ essent propria. Quod igitur homini naturaliter assit uoluntas, ea excepta quæ diuina est, hinc fuerit manifestum. Tres siquidem uitæ species sunt: uegetatrix, sensitiua, intellectiua. Vegetatrix autem peculiaris est, nutritiuus, augmentatiuus, & generatiuus motus. Sensitiuæ, qui secundum locum motus. Rationalis & intellectiuæ arbitrarius & liberæ potestatis. Si igitur secundũ naturam adest uegetatrici nutritiuus, & sensitiuæ secundũ locũ motus, igitur secundum naturam adest rationali & intellectiuæ, arbitrarius & liberæ potestatis motus. Atqui libera potestas, nihil aliud est nisi uoluntas. Factum igitur uerbũ caro animata & intellectiua, & liberæ potens factum est, & uoluntarium. Præterea & naturalia, quæ disciplina nõ uẽdicãtur: nullius enim cogitare, aut uiuere, aut

 esurire;

πεινῆν, ἢ διψῆν, ἢ ὑπνοῦν μανθάνει. οὔτε δὲ θέλειν μανθάνομεν, ὥστε φυσικὸν τὸ θέλειν. καὶ πάλιν εἰ ἐν τοῖς ἀλόγοις ἄγει μὲν ἡ φύσις, ἄγεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐξουσιαστικῶς κατὰ θέλησιν κινουμένῳ, ἄρα φύσει θελητικὸς ὁ ἄνθρωπος. καὶ πάλιν, εἰ κατ' εἰκόνα τῆς μακαρίας καὶ ὑπερουσίου θεότητος ὁ ἄνθρωπος γεγένηται, αὐτεξούσιος δὲ φύσει ἐστὶ θελητικὴ ἡ θεία φύσις. ἄρα καὶ ὁ ἄνθρωπος ὡς αὐτῆς εἰκὼν αὐτεξούσιος φύσει ἐστὶ θελητικός. τὸ γὰρ αὐτεξούσιον, θέλησιν ὡρίσαντο οἱ πατέρες. ἔτι δὲ εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐνυπάρχει τὸ θέλειν, καὶ οὐ τοῖς μὲν ἐνυπάρχει, τοῖς δὲ οὐκ ἐνυπάρχει, τὸ δὲ κοινῶς πᾶσιν ἐνθεωρούμενον, φύσιν χαρακτηρίζει ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀτόμοις, ἄρα φύσει θελητικὸς ὁ ἄνθρωπος. καὶ αὖθις, εἰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, ἡ φύσις οὐκ ἐπιδέχεται, ἐπίσης δὲ πᾶσιν ἐνυπάρχει τὸ θέλειν, καὶ οὐ τοῖς μὲν πλέον, τοῖς δὲ ἔλαττον, ἄρα φύσει θελητικὸς ὁ ἄνθρωπος, ὥστε εἰ φύσει θελητικὸς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ κύριος, οὐ μόνον καθὸ θεός, ἀλλὰ καὶ καθὸ ἄνθρωπος γέγονε, φύσει θελητικός ἐστιν. ὥσπερ γὰρ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνέλαβεν, οὕτω καὶ τὸ ἡμέτερον θέλημα φύσει ἀνείληφεν· καὶ κατὰ τοῦτο οἱ πατέρες, τὸ ἡμέτερον ἐν ἑαυτῷ τυπῶσαι αὐτὸν ἔφησαν θέλημα. εἰ φυσικὸν οὐκ ἔστι τὸ θέλημα, ἢ ὑποστατικὸν ἔσται ἢ παρὰ φύσιν. ἀλλ' εἰ μὲν ὑποστατικόν, ἑτερόβουλος οὕτως γε ἔσται ὁ υἱὸς τῷ πατρί. μόνης γὰρ ὑποστάσεως χαρακτηριστικόν, τὸ ὑποστατικόν. εἰ δὲ παρὰ φύσιν, ἔκπτωσις τῆς φύσεως ἔσται τὸ θέλημα. φθαρτικὰ γὰρ τῶν κατὰ φύσιν, τὰ παρὰ φύσιν. ὁ τῶν ὅλων γὰρ θεὸς καὶ πατήρ, ἢ καθὸ πατὴρ θέλει, ἢ καθὸ θεός. ἀλλ' εἰ μὲν καθὸ πατήρ, ἄλλο αὐτοῦ ἔσται τὸ θέλημα, παρὰ τὸ τοῦ υἱοῦ· οὐ γὰρ πατὴρ ὁ υἱός. εἰ δὲ καθὸ θεός, θεὸς δὲ ὁ υἱός, θεὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἄρα τὸ θέλημα φύσεως, ἤγουν φυσικόν. ἔτι εἰ κατὰ τοὺς πατέρας, ὧν τὸ θέλημα ἕν, τούτων ἐστὶ ἡ οὐσία μία, ἓν δὲ θέλημα τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, ἄρα μία καὶ ἡ αὐτὴ τούτων ἔσται καὶ ἡ οὐσία. καὶ πάλιν, εἰ κατὰ τοὺς πατέρας, ἡ τῆς φύσεως διαφορὰ τῷ ἑνὶ θελήματι οὐ διαφαίνεται, ἀνάγκη ἢ ἓν θέλημα λέγοντας φυσικὴν ἐν Χριστῷ μὴ λέγειν διαφοράν· ἢ φυσικὴν λέγοντας διαφοράν, ἓν θέλημα μὴ λέγειν.

esurire, aut sitire, aut dormire discit: sed & neq; uelle discimus, quare naturale est uelle. Et rursus, in irrationalib. ducit natura: at in homine ducit, libere secundũ naturalẽ uoluntatẽ moto. Igitur natura, uolũtarius homo. Cęterũ si secundũ imaginẽ beatę & super substantialis deitatis homo factus est, & liberè potens suapte natura & uolũtaria, diuina natura est: erit igitur & homo, ut ipsius imago, liberè potẽs natura & uoluntarius. Liberã enim potestatẽ atq; arbitriũ esse uoluntatẽ, nostri diffiniere maiores. Pręterea, si omnibus hominibus adest uelle, & nõ ijs quidẽ adest, illis uerò nõ adest: quod aũt cõmuniter in omnibus conspicit̃, illud naturã designat in ijs, quæ sub ipso sunt indiuiduis, natura igit̃ uolũtarius homo. Itẽ si à magis & minus natura nõ suscipit, sed æquè inest in omnib. uelle, & non his plus, illis minus: nõne hac ratione homo uoluntarius? & Dominus, nõ modo secundũ q̃d Deus uerũ, & secundũ quod homo, factus natura uolũtarius est? Quemadmodum enim nostrã naturam suscepit, sic & nostrã naturalem uolũtatẽ assumpsit, & secundũ hoc maiores etiam nostri dixerũt, nostrã in eo esse uoluntatatẽ. Si naturalis nõ est uoluntas, aut hypostatica est, aut præter naturam. Si hypostatica, sic alia uolens à patre erit filius: nam ad solã pertinens hypostasin, designat hypostaticũ. Si uerò præter naturã, prolapsio à natura erit uolũtas: nã ea quæ præter naturam, corruptiua sunt eorũ quæ sunt secundum naturam. Vniuersorum item Deus & pater: aut secundũ q̃d pater uult, aut secundũ quod Deus. Atqui si secundum quod pater, alia eius erit, præter filij uolũtatẽ: nõ enim pater, filius. Si aũt secundum quod Deus, Deus aũt filius, Deus & spiritus sanctus, ergo uoluntas erit naturę, id est naturalis. Præterea si secundum patres nostros, quorum uoluntas una, eorum & substantia una, & una sit uoluntas deitatis Christi, & humanitatis eius: ergo una & eadẽ horum (deitatis inquam & humanitatis) substantia. Et rursus, si secundum patres, naturæ differentia in una uoluntate non apparet, necesse est, aut unam uoluntatem dicentes, naturalẽ in Christo nõ dicere differentiam: aut si naturalem dicunt differentiã, unam uoluntatẽ nõ dicere.

Et

καὶ αὖθις, εἰ καθὼς φησὶ τὸ θεῖον εὐαγγέλιον, ἐλθὼν ὁ κύριος εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος, καὶ εἰσελθὼν εἰς οἶκον, οὐδένα ἠθέλησε γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν, εἰ τὸ θεῖον αὐτοῦ θέλημα παντοδύναμον. θελήσας δὲ λαθεῖν, οὐ δεδύνηται, ἄρα καθὸ ἄνθρωπος θελήσας οὐκ ἠδυνήθη, καὶ θελητικὸς ἦν καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ πάλιν ἐλθών φησιν εἰς τὸν τόπον, εἶπε, διψῶ. καὶ ἔδωκαν αὐτῷ οἶνον μετὰ χολῆς μεμιγμένον. καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν. εἰ μὲν οὖν καθὸ θεὸς ἐδίψησε, καὶ γευσάμενος οὐκ ἤθελε πιεῖν, ἐμπαθὴς ἄρα καὶ καθὸ θεός. πάθος γάρ, ἥ τε δίψα, καὶ ἡ γεῦσις. εἰ δὲ οὐ καθὸ θεός, πάντως καθὸ ἄνθρωπος ἐδίψησε καὶ θελητικὸς ἦν, καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, γενόμενος φησὶν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἡ ὑπακοή, τοῦ ὄντος θελήματός ἐστιν ὑποταγή, οὐ τοῦ μὴ ὄντος. οὐ γὰρ τὸ ἄλογον ὑπήκοον, ἢ παρήκοον λέξομεν. ὑπήκοος δὲ τῷ πατρὶ γενόμενος ὁ κύριος, οὐ καθὸ θεὸς γέγονεν, ἀλλὰ καθὸ ἄνθρωπος. καθὸ γὰρ θεὸς οὔτε ὑπήκοος, οὔτε παρήκοος. τῶν ὑπὸ χεῖρα γὰρ ταῦτα, καθὼς ὁ θεοφόρος ἔφη Γρηγόριος. θελητικὸς ἄρα καὶ καθὸ ἄνθρωπος ὁ Χριστός. φυσικὸν δὲ τὸ θέλημα λέγοντες, οὐκ ἠναγκασμένον τοῦτο φαμέν, ἀλλ᾽ αὐτεξούσιον. εἰ γὰρ λογικόν, πάντως καὶ αὐτεξούσιον. οὐ μόνον γὰρ ἡ θεία καὶ ἄκτιστος φύσις οὐδὲν ἠναγκασμένον ἔχει, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἡ νοερὰ καὶ κτιστή. τοῦτο δὲ δῆλον. φύσει γὰρ ὢν ἀγαθὸς ὁ θεός, καὶ φύσει δημιουργός, καὶ φύσει θεός, οὐκ ἀνάγκῃ ταῦτά ἐστι. τίς γὰρ ὁ τὴν ἀνάγκην ὑπάγων; δεῖ δὲ εἰδέναι, ὡς ἡ αὐτεξουσιότης, ὁμωνύμως μὲν λέγεται, ἄλλως δὲ ἐπὶ θεοῦ, καὶ ἄλλως ἐπὶ ἀγγέλων, καὶ ἄλλως ἐπὶ ἀνθρώπων. ἐπὶ θεοῦ μὲν γάρ, ὑπερουσίως. ἐπὶ δὲ ἀγγέλων ὡς συντρεχούσης τῇ ἕξει τῆς προχειρίσεως, καὶ παρενθήκην ὅλως χρόνου μὴ παραδεχομένης. ἔχων γὰρ φυσικῶς τὸ αὐτεξούσιον, ἀπαρεμποδίστως τούτῳ κέχρηται, μηδὲ τὴν ἐκ σώματος ἀντιπάθειαν ἔχων, μηδὲ τὸν προσβάλλοντα. ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, ὡς χρονικῶς τῆς ἕξεως προεπινοουμένης τῆς ἐγχειρήσεως. αὐτεξούσιος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ

Et iterum, ſi quemadmodum diuinũ inquit euangeliũ, ueniens Dominus in partes Tyri et Sidonis, & ingreſſus in domum, uoluit nullum ſe cognoſcere, & non potuit latere: ſi diuina eius uoluntas omnipotens, et uoluit latere, quomodo non potuit? Ergo ſecũdum quod homo uoluit, & non potuit: & uoluntarius fuit, etiam ſecundum quod homo. Et rurſus: Cum ueniſſet in locum, dixit, Sitio: & dederunt uinum cum felle mixtum: et cum guſtaſſet, noluit bibere. Si igitur ſecundũ quod Deus ſitiuit, & cum guſtaſſet noluit bibere: ergo ſecũdũ quod Deus, paſſionibus erat obnoxius. nam paſſio ſitis & guſtus: ſi autem non ſecundum quod Deus, reuera ſecundum quod homo ſitiuit: & uoluntarius erat, ſecundum quod homo. Et beatus Paulus Apoſtolus, Factus eſt (inquit) obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis: ſi obedientia, eius cuius eſt uoluntas, eſt ſubiectio, & non eius cuius non eſt (irrationale enim, aut obediens, aut inobediens non dicimus) & obediens factus eſt patri Dominus, non ſecundum quod Deus factus eſt, ſed ſecundum quod homo. Secundum enim quod Deus, neque obediens, neque inobediens. nam ſubiectorum ſunt hæc, ut diuinorum interpres inquit Gregorius. Voluntarium igitur ſecundum quod homo, Chriſtus. Naturalem autem uoluntatem dicentes, non coactam illam dicemus, ſed ſeipſa potẽtem & liberam: nam ſi quid rationale omnino, & liberè potens. Neq; enim ſolum diuina & increata natura, coactum nihil habet, ſed ne quidẽ intellectiua, & creata: quod quidẽ dilucidũ eſt. Nam natura bonus eſt Deus, & natura creator, & natura Deus, & non neceſſitate hæc eſt: quis enim neceſſitatẽ induceret? Et ſcire par eſt, liberam poteſtatem & arbitrium, homonyme dici: & alio modo in Deo, alio in angelis, & alio in hominibus. Nam in Deo ſuperſubſtantialiter dicitur. In angelis hoc modo, ut habitui aſſit prompta proſecutio, neq; interpolationẽ omnino temporis admittat. Nam habet naturaliter liberam poteſtatem, qua ſine impedimento uſi ſunt, nullam ex corpore reluctantiam habentes, neq; ſuggerentẽ hoſtẽ. At in hominib. ut tẽporaliter, premeditato proſecutionis habitu: libera eñ poteſtate eſt homo, &

φυσικῶς ἔχει τὸ αὐτεξούσιον. ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου προσβολὴν, καὶ τὴν τοῦ σώματος κίνησιν. διὰ οὖν τὴν προσβολὴν καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος, ἐφυστερίζει ἡ προχείρησις τῆς ἕξεως. εἰ οὖν θέλων ὁ Ἀδὰμ ὑπήκουσε, καὶ θελήσας ἔφαγεν, ἄρα πρωτοπαθὴς ἐν ἡμῖν ἡ θέλησις. εἰ δὲ πρωτοπαθὴς ἡ θέλησις, ταύτην δὲ μετὰ τῆς φύσεως ὁ λόγος σαρκωθεὶς οὐκ ἀνέλαβεν, οὐκ ἄρα ἔξω τῆς ἁμαρτίας γεγόναμεν. ἔτι δὲ εἰ ἔργον αὐτοῦ ἡ αὐτεξούσιος τῆς φύσεως ὑπάρχει δύναμις, ταύτην δὲ οὐκ ἀνέλαβεν, ἢ καταγνοὺς τῆς οἰκείας δημιουργίας, ὡς οὐ καλῆς, ἢ φθονήσας ἡμῖν, τῆς κατ᾽ αὐτὴν θεραπείας, ἡμᾶς μὲν τῆς παντελοῦς ἀποστερῶν θεραπείας, ἑαυτὸν δὲ ὑπὸ πάθος ὄντα δεικνὺς, τῷ μὴ θέλειν, ἢ τῷ μὴ δύνασθαι τελέως σώζειν. ἀδύνατον δὲ, ἕν τι σύνθετον ἐκ τῶν δύο θελημάτων λέγειν, ὥσπερ ἐκ τῶν φύσεων σύνθετον τὴν ὑπόστασιν. πρῶτον μὲν, ὅτι αἱ συνθέσεις, τῶν ἐν ὑποστάσει ὄντων, καὶ οὐ τῶν ἑτέρῳ λόγῳ, καὶ οὐκ ἰδίῳ θεωρουμένων, εἰσί. δεύτερον δὲ, ὅτι εἰ τῶν θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν σύνθεσιν λέξομεν, καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν ἰδιωμάτων σύνθεσιν εἰπεῖν ἀναγκασθησόμεθα, τοῦ ἀκτίστου καὶ τοῦ κτιστοῦ, τοῦ ἀοράτου καὶ ὁρατοῦ, καὶ τῶν τοιούτων. πῶς δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν θελημάτων σύνθετον θέλημα, προσαγορευθήσεται; ἀδύνατον γὰρ τὸ σύνθετον, τὴν τῶν συντεθέντων ὀνομάζεσθαι προσηγορίαν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἐκ τῶν φύσεων, σύνθετον φύσιν προσαγορεύσομεν, καὶ οὐχ ὑπόστασιν. ἔτι δὲ καὶ εἰ ἓν σύνθετον θέλημα ἐπὶ Χριστοῦ λέξομεν, θελήματι τοῦ πατρὸς αὐτὸν χωρίζομεν. οὐ γὰρ σύνθετον τὸ τοῦ πατρὸς θέλημα. λείπεται τοίνυν εἰπεῖν μόνην τὴν ὑπόστασιν τοῦ Χριστοῦ σύνθετον καὶ κοινὴν ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω καὶ τῶν φυσικῶν αὐτοῦ. γνώμην δὲ καὶ προαίρεσιν ἐπὶ τοῦ κυρίου λέγειν ἀδύνατον, εἴπερ κυριολεκτεῖν βουλοίμεθα. ἡ γνώμη γὰρ, μετὰ τὴν περὶ τοῦ ἀγνοουμένου ζήτησιν καὶ βούλευσιν, ἤτοι βουλὴν καὶ κρίσιν, πρὸς τὸ κριθὲν ἐστὶ διάθεσις, μεθ᾽ ἣν ἡ προαίρεσις ἐκλεγομένη, καὶ αἱρουμένη πρὸ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον. ὁ δὲ κύριος οὐ ψιλὸς ὢν ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ θεὸς καὶ πάντα εἰδὼς ἀνενδεὴς σκέψεως καὶ ζητήσεως καὶ βουλῆς ὑπάρχει καὶ κρίσεως, καὶ φυσικῶς τήν τε πρὸς τὸ καλὸν ἔχει οἰκείωσιν, καὶ τὴν πρὸς

naturaliter liberam habet potestatem. Habet etiam & ex diabolo suggestionem, & ex corpore motionem: propter igitur suggestiones, & onus corporis, prosecutio habitu posterior est. Si igitur uolens Adam obediuit, & cum uoluisset comedit, ergo in nobis primo patitur uoluntas. Et hanc cum natura uerbum incarnatum non suscepit, non ergo extra peccatum facti sumus. Præterea si opus eius libera potestas, naturæ est uirtus, & illam non assumpsit, aut denegauit proprio opificio ut non bonam, aut inuidit nobis curationem secundum ipsam: nos quidem omnimoda medela destituens, & seipsum passioni obnoxium monstrans, quod non uelit, aut non possit sanare. Impossibile est autem unum quippiam compositum ex duabus uoluntatibus dicere, hunc in morem quo duabus ex naturis compositam dicimus hypostasin. Primo quidem, quia compositiones sunt eorum quæ in hypostasi sunt, & non eorum quæ alia ratione, & non propria considerantur. Secundo, quia si uoluntatum & actionum compositionem dixerimus, & aliarum naturalium proprietatum compellemus compositionem dicere, creati & increati, uisibilis & inuisibilis, & similium. Et quo modo ex uoluntatibus composita, uoluntas nuncupabitur? Impossibile enim est, compositum eorum quæ componuntur appellationem subire: alioqui compositum ex naturis naturam nuncupabimus, & non hypostasin. Cæterum si unam compositam uoluntatem in Christo dixerimus, a uoluntate patris eum separabimus: nam non composita, patris eius uoluntas. Relinquitur igitur, ut dicamus solam hypostasin Christi compositam, & communem hunc in modũ naturis, quomodo & naturalibus eius. Gnomen autem & electionem in Domino dicere impossibile est, si proprie loqui uolumus: nam gnome est post inquisitionẽ quæ est de re ignota, & deliberationẽ, id est, consiliũ & iudiciũ, ad id quod iudicatum fuerit affectus: quẽ sequitur electio, sic dicta quod aliud præ alio eligat. Verũ Dominus non nudus est homo, sed & Deus, & omnia sciens, neq; indigẽs scrutatione, inquisitione & consilio existit, ac iudicio, & naturaliter ad bonũ habet familiaritatẽ, & a

τὸ κακὸν ἀλλοτρίωσιν. οὕτω γὰρ καὶ Ἡσαΐας προφήτης, ὅτι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον προελέσθαι πονηρά, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν. διότι πρὶν γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, τῷ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. τὸ γὰρ πρίν, δηλοῖ ὅτι οὐ καθ' ἡμᾶς ζητήσας καὶ βουλευσάμενος, ἀλλὰ θεὸς ὤν, καὶ θεϊκῶς κατὰ σάρκα ὑποστάς, τουτέστι καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος τῇ σαρκί, αὐτῷ τῷ εἶναι καὶ τῷ πάντα εἰδέναι, τὸ ἐκ φύσεως εἶχεν ἀγαθόν. φυσικαὶ γάρ εἰσιν αἱ ἀρεταί, καὶ φυσικῶς καὶ ἐπίσης πᾶσιν ὑπάρχουσιν, εἰ καὶ μὴ πάντες ἐπίσης ἐνεργοῦμεν τὰ τῆς φύσεως. ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν γὰρ εἰς τὸ παρὰ φύσιν διὰ τῆς παραβάσεως ἠλάσαμεν. ὁ δὲ κύριος ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἡμᾶς ἐπανήγαγε. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἡ ἄσκησις δέ, καὶ οἱ ταύτης πόνοι, οὐ πρὸς τὸ ἐπικτήσασθαι τὴν ἀρετήν, ἔξωθεν ἐπείσακτον οὖσαν ἐπενοήθησαν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν ἐπείσακτον καὶ παρὰ φύσιν κακίαν ἐκβαλέσθαι, ὥσπερ δὴ καὶ τὸν τοῦ σιδήρου ἰὸν οὐ φυσικὸν ὄντα, ἀλλ' ἐξ ἀμελείας ἐπιγινόμενον διὰ μόχθου ἐκβάλλοντες, τὴν φυσικὴν τοῦ σιδήρου λαμπρότητα ἐμφανίζομεν. ἰστέον δέ, ὡς τὸ τῆς γνώμης ὄνομα, πολύτροπον καὶ πολυσήμαντόν ἐστι. ποτὲ μὲν γὰρ δηλοῖ τὴν παραίνεσιν, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι. ποτὲ δὲ βουλήν, ὡς ὅταν φησὶν ὁ προφήτης Δαβίδ. ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην. ποτὲ δὲ ψῆφον, ὡς ὁ Δανιήλ, περὶ τίνος ἐξῆλθεν ἡ γνώμη ἡ ἀναιδὴς αὕτη. ποτὲ δὲ ἐπὶ πίστεως, ἢ δόξης, ἢ φρονήματος. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, κατὰ εἰκοσιοκτὼ σημαινόμενα λαμβάνεται τὸ τῆς γνώμης ὄνομα.

malo alienationem. Sic enim Esaias dicit, quòd priusquam sciat puer eligere mala, eligit bonum: quia antequã sciat puer bonum aut malum, dissuadetur malitia ex eo quod est eligere bonum. Priusquam enim ostendit, quòd non secundum nos inquirens & consultãs, sed Deus existens, & deitus quod secũdum carnem erat sustentans, hoc est secundum hypostasin coniunctus carni, ipso suo esse, & sciendo omnia, ex natura habuit bonum. Naturales enim sunt uirtutes, & naturaliter & ęque in omnibus insunt, etsi non omnes æque operemur ea quæ sunt naturæ: nam ex eo quod secundum naturã, in id quod præter naturam, per transgressionem lapsi sumus. Verùm Dominus ex eo quod præter naturam, ad id quod secundum naturam nos reparauit: hoc enim est Secundum imaginem, & secundum similitudinem. Et exercitatio & huiusmodi labores, non ad acquirendam uirtutem quę forinsecus sit inducenda, excogitati sunt: sed ad inductam & pręter naturam prauitatem expellendam. Quemadmodum & ferri rubiginem non naturalem existẽtem, sed ex negligentia contractam, per laborem detergentes, naturalem ferri splendorem nitescere faciamus. Sciendum est etiã, quòd nomẽ gnomes multimodum, & multisignificatiuum est. Quandoq; enim ostendit exhortationem, ut dicit Diuinus Apostolus, De uirginib. præceptum Domini non habeo, gnomen autem do. Quandoq; cõsilium, ut quando inquit propheta Dauid, Super populum tuum malignati sunt gnomen. Quandoq; suffragium, ut Daniel, A quo exiuit gnome inuerecunda? Et quandoq; pro fide, opinione, aut prudentia, & simpliciter dicendo, secundum plurima significata sumitur gnomes nomen.

COMMENTARIVS.

NVmerũ & distinctionẽ naturarũ, sequitur etiã numerus & differẽtia uolũtatũ atq; actio
nũ naturaliũ: sed unitatẽ aut pluralitatẽ hypostaseon, sequitur unitas aut pluralitas agẽ
tiũ, aut uolentiũ: quãdoquidẽ ipsius personæ est agere aut uelle. Itaq; quoniã in Chri
sto duæ sunt naturæ, in eodẽ duæ sunt uoluntates, & duplices actiones, ut singulæ naturæ re
spondeat sua uolũtas & ꝓpriæ actiones. Sed quia in Christo unita est hypostasis, & unus atq;
idẽ Deus & homo, unus est prorsus atq; idem, uolẽs diuinè & humanè: unus item & penitus
idẽ, agẽs diuinè & humanè. Quemadmodũ ipsius hominis duæ sunt partes substãtiales natu
ra differẽtes, scilicet anima & corpus, & earũ diuersæ uirtutes pariter & actiões. Corporis em
ẽ uirtus uegetatrix, sensitiua, & ꝓgressiua. animæ uerò, intellectiua, cõsultatiua, & electiua. rur
sum corporis actiões sunt, nutritio, augmẽtatio, uisio, auditio, ambulatio: quãdoquidẽ exer
cẽtur in corpore, Animæ uerò operatiões sunt, cõsideratio, contẽplatio, cõsultatio, & electio.

Nihilominus unus & idem est homo utriusq; partiũ functiones peragẽs, propter identitatẽ hypostaseos: siquidem prorsus idem homo, uidens & intelligens, audiẽs & animo consultãs, ambulans & eligens. Consimili penè ratione duæ sunt in Christo uoluntates & actiones, duabus eius naturis respondentes, unus tamen & prorsus idem est uolens & agens. Astruit itidem author unum & eundem scilicet Christum, uelle & agere non diuisè & separatim, ut diuina quidem opera agat sine humanorum concursu & coefficientia, & humana sine cooperatione diuinorum: sed asserit ipsum utraq; agere cõiunctè & unitè. Nam ad diuinas actiões tanquam assecla & cooperatrix instrumentaria cõcurrebat humanitas, & humanis actionib. simul coniuncta fuit coadiutrix diuinitas. Vt operationi miraculorũ annexa manuũ impositio, extensioq; ad languidos, aut uerborũ prolatio fuit. Consimiliter & locutioni humanæ Christi coniuncta fuit uirtus diuina, miracula operans. Quemadmodum actionib. corporis humani adest animæ uirtus coefficiens, sicut progressioni aut uisioni. Et cõtrà, actionib. animæ adminiculum præbet corpus, sensuum officio ea suggerẽs & suppeditãs, quæ intellectioni aut electioni animæ obijciantur. Porrò diuersas in Christo uolũtates esse actiones secundum utriusq; naturarum discrimen hac ratione cõuincit Damascenus: quia cũ substantia, naturaq; sit prior, uoluntas uerò & actio posterior: quorum natura est eadem, horũ & uoluntas & actio eadem, & è diuerso: quorũ uoluntas & actio eadem, horum & substantia eadem. Hic enim ex posteriori cognitio, ad prius natura cognoscendũ progredimur: illic uerò ordine naturæ, ex priori ad posterius agnoscendũ. Exinde exploratum habemus, trium superdiuinarum hypostaseon consubstantialiũ & consentialiũ eandem quoq; esse uoluntatem, & actionem ad extera prodeuntem. E' diuerso ex unius horum differentia ad aliorum differentiã astruendam procedimus. Nam quorum substantia naturaq; est differens, horum & uoluntas & actio differens: ut ex priori, in posteriorum proprietatem dinoscẽdam feramus. Et è diuerso: quorũ uoluntas & actio differens, horum quoq; natura sit diuersa: ubi posteriora ad prioris agnitionem nos inducunt. Atqui perspectum est ex dictis in tertio capite huius libri duas in Christo esse naturas, inter se omnino differentes & indiuisè discretas: neq; tamen idcirco diuisus est Christus, sed unus & idẽ Deus & homo subsistẽs. Igitur & duæ in Christo sunt uoluntates, diuina & humana, & duplices actiones illis respõdentes, utpote diuinæ prodeũtes à diuina uoluntate: & humanæ consequentes humanam uoluntatem. Neq; propterea Christum in duo dirimimus, sed in ipso uno & eodem, duarum uoluntatum & geminarum actionum ueritatem saluamus, permanentiamq; integram astruimus. Et ratio horũ præcipua est, quia uoluntates & actiones naturales sunt, naturamq; sequũtur, & non sunt personales neq; hypostaticæ. Si enim sumerẽtur secundum unitatem aut discretionẽ hypostaseon, tũc tres ponendæ essent in supersancta trinitate uolũtates, & triplices actiones, quemadmodum & tres sunt personæ: quare essent illæ tres aliud uolẽtes una quàm alia, similiter aliud & diuersum agentes una ab alia, qđ est absurdum. Porrò, quemadmodum calefactiua uirtus ignis est, secundum quam ignis calefacit: & illuminatiua, secundum quã illuminat, subiecto suscipiente denominationem actionis, ab insita uirtute ꝓficiscentis. Calefactiua itidẽ uirtus calefacit, & illuminatiua lumen diffundit: ubi actionẽ potentiæ & uirtuti à qua emanat comparamus. Ita uoluntariam dicimus uirtutem, secundum quam quis uult: & actiuam, secundum quã agit. Et uoluntariam quoq; uirtutem dicimus uelle actiuam, agere: designãtq; hæc uerba ꝓpriũ ac peculiarem supradictarum uirtutum actum. Cæterum sicut non idem est secundum rationem uelle, & aliquo modo uelle. Nam uelle, est uolendi uirtutẽ potentiamque habere: ergo naturæ est, cui indita est uoluntas, tametsi in præsentia nullã exerceat operationẽ. Sed aliquo modo uelle, est uolẽdi actum habere, certo quodam modo & circumstantijs determinatum. Ita & in actionibus idem discrimen assignãdum est: scilicet quod non prorsus idem est, agere & quoquo pacto agere. Nam agere simpliciter, est agere potentia, & uirtutem in se agendi habere, quãuis etiam actu nulla exerceatur operatio. Quoquo pacto aũt agere, est in præsentia operationem quampiam exercere, ut actu calefacere, illuminare, sanare. Itaq; adiectione particulæ, quoq̃ pacto, designatur modus & cõditio ipsius usus agẽdi: qui quidẽ modus, ei soli qui usus est, id est, ipsi soli utẽti adest: ut hoc secũdo loco in litera, usus, participiũ uideatur, ꝓ habẽte usum sumatur siue utẽte. Ideq; modus separat huiusmodi utentẽ ab alijs, quib. huiusmodi particularis circũstantia non cõuenit. ut si quempiã dixerimus honestè agere, modũ agendi illius designamus illi actui conuenientẽ, eumq; ab alijs actibus qui honesti nõ sunt, dirimentem. Rursum quoniã unus est Christus & idẽ uolens secundum utramq; naturam, idem esse uoluntate affectabile ab ipso, colligit author: id est, idem utriusque uoluntatis diuinæ scilicet & humanæ obiectum, & ab utraque pariter affectatũ: ut quod diuina affectauerit uoluntas, idem & humana: & quod humana desiderauerit uoluntas, idem quoque & diuina. Quod quidem uerum esse facilè perspicimus, si summã inter ambas concordiã accuratius attendimus: ut quicquid earum una expetierit, alterám protinus sine refragatione aliqua, reluctatione aut reclamatione itidem uoluisse concedamus. Non tamen ea sola uoluit Christus quæ naturaliter ut Deus uoluit. Cõplura siquidẽ naturaliter uoluit ut homo, quemadmodum cibum, potum, quietem, somnum, quæ diuinati neutiquã ascribi possunt. Attamen haud idcirco concesserim, aliud uoluntate humana affectatum, & aliud diuina. Nã uoluntate humana

na congrua humanæ naturæ & illi conseruandæ accommoda uolebat, non quidem uoluntate ac sententia contraria diuinæ uoluntati, sed naturali proprietate, quam nullo pacto impediuit diuina uoluntas: quinimmo hæc uoluit, ipsam humanam uoluntatem talia uelle, carneq; desiderio cibi & potus affici, & quæ sibi propria essent agere. E diuerso humana Christi uoluntas uoluit diuinam ea uelle, quæ diuinæ naturæ erant respondentia: ut signa facere, miracula operari, deitatis gloriam manifestare. quare summa inter eas erat consonantia, & cõspiratio sine aliquo dissidio. Porrò ad comprobandum Christum ut hominẽ fuisse uoluntarium, & liberæ potestatis arbitrio præditũ, sex rationibus deinde cõprobat author, ipsum hominem natura esse uoluntarium & uoluntatẽ habere. Quarũ prima est. Tres conspiciuntur uitæ species in rebus sensibilibus, scilicet uegetatrix in plantis, omniũ infima, & materiæ corporiq; omnino addicta. Sensitiua in animalibus rationis expertibus mediũ obtinens locũ, & quodam modo sensibili coniuncta materiæ, & quoquo pacto separata, cum rerũ species sine ipsarum materia intra se suscipiat. Et intellectiua in hominibus, suprema quidem & dignissima, atq; à materiæ consortio seiũcta. Cuiq; autem huius triplicis uitæ suus respõdet motus proprius ac peculiaris. Siquidem uegetatricis uitæ proprius est motus nutritiuus: sensitiuæ motus secundũ locũ quo animalia à se feruntur, excita ab appræhenso sensibili. Demum rationalis & intellectiuæ uitæ motus arbitrarius & uolũtarius, ut ex philosophia naturali cõpertum habetur. Atqui motus nutritiuus cum cæteris comitibus & annexis adest uitæ uegetatiuæ secundũ naturam, & motus secundum locum etiam sensitiuæ secundum naturã conuenit, potissimum perfectioribus animantibus. Igitur æquo iure & pari ratione motus arbitrarius & liberæ potestatis adest uitæ rationali & intellectiuæ secundum naturam. Est igitur homo natura uoluntarius, & uoluntatem habet secundum naturam sibi inditam, quod est propositum. Secunda ratio. Quæ disciplina non comparantur, naturalia sunt & nobis natura assunt: ut uiuere, sentire, esurire, sitire: nullo enim disciplinæ usu opus est, ut hæc nobis uendicemus. At neq; uelle doctrina discentiue usu habetur: ut permanifestum est. igitur ipsum uelle, nobis natura adest, & omnibus hominibus uolũtas est naturalis. Porrò quamuis ut rectè uelimus & secundum uirtutem disciplina morali nobis opus sit, quæ nos edoceat, quid'nam prosequi aut refugere debeamus: similiter ut ea uelimus quæ diuinæ maiestati sunt beneplacita & grata, debemus ediscere præcepta Dei, & mandata, quæ obseruãda præcepta: tamẽ ut simpliciter uelimus & absolutè, nullo doctrinæ aut disciplinæ indigeam, adminiculo: sicut neq; ut intelligamus aut ratione utamur. Tertia, In animalibus ratiõis expertibus, naturalis affectus & cupiditas ducit ipsa ad opus. Vt cum afficiuntur cibi aut potus desiderio, ferũtur ad ea sumenda: & cum concitantur ira, rapiuntur impetu naturæ ad uindictam expetendam. in homine uerò, ipsa natura, naturalisq; appetitus ducitur è uoluntate, ut liberè moderãte naturam suo imperio, & admittente hunc naturæ affectum aut eum refrenante, præscribẽte itidem legẽ & metã huic naturali cupiditati, ut cũ cibũ expetit homo: uoluntas ut domina aut permittit cibum aut negat, aut certos constituit limites intra quos sumẽdus est cibus. Igitur homo natura est uoluntate præditus. Quarta, Homo factus est secundũ imaginem summæ deitatis, sicut Genesis primum caput inquit. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostram. Rursum eodem loco, Et creauit Deus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ suam: ad imaginem Dei creauit illum. Neq; deperdita est illa Dei imago per lapsum & præuaricationem Adæ in anima hominis, ut contenderunt Origenistæ, tametsi obscurata fuerit & adumbrata. Sicut effigies regis insculpta nummo si deijciatur in cœnum, inquinatur quidẽ sed non aboletur. Nam longo post præuaricationẽ tempore, Genesis nono capite dictum est à Deo ad Noe. Quicunque effuderit sanguinem humanum, fundetur & sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. Et primæ epistolæ ad Corinthios undecimo capite, Vir quidem non debet uelare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est. Demum Iacobi tertio capite, In ipsa benedicimus Deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinẽ Dei facti sunt. Atqui Deus, natura est liberè potens & uoluntarius. Igitur & homo ad eius imaginem factus, est talis, & liberè uolens. Neq; quispiam consimili ratione contendere possit, bruta, plantas, & inanima, liberam uoluntatis potestatẽ esse sortita, ut homines. Nam non dicuntur illa ad imaginem Dei facta, ob suæ conditionis imperfectiorem gradum, & maiorem à Deo in naturæ habitudine conformitateq; distantiam: quamuis diuina illis non desint uestigia, quibus tanquam notis quibusdam & signis, omnia entiũ genera, hæc quidẽ plus, illa uerò minus, insignita sunt. Quinta, Velle nõ adest uni homini & abest alteri, sed omnibus hominibus communiter & indifferenter adest. Quod autem omnibus eiusdem speciei indiuiduis adest, illi speciei naturale est & congenitũ. Vt calefactiuũ in omnibus conspicitur ignis indiuiduis. Neq; enim quempiã dederis ignẽ particularẽ, cui uirtus calefaciẽdi defuerit: quare calefactiuũ naturã naturalẽq; ignis proprietatẽ designat. Et rationale, in omnib. cõperitur hominũ hypostasib. siquidem nõ huic adest homini, illi uerò nõ, cũ nullus sit hominũ expers rationis. Consequitur igitur rationale naturã hominis. Quare eodẽ iure & simili ratione uoluntas naturà adest homini, & non est illi addititia neq; aduentitia. Sexta ratio, Quæcunq; magis & minus non suscipiunt, sed æquè omnibus eiusdem naturæ indi-

uiduis competunt,natura illi speciei conueniunt. Vt rationale non uni homini plus, & ali
minus adest. omnes enim æquè ratione participant. Et risibile non his plus,illis minus ine
sed æquè omnibus. Consequuntur igitur rationale & risibile naturam hominis:quemadmo
dū & cæteræ substātificæ differentiæ,& propria speciei peculiaria. Atqui uelle, omnib.hom
nibus æquè adest,& non conuenit huic quidem plus,illi uerò minus. Igitur uelle ipsius natu
ræ est,eamq́; consequitur. Est itaq; homo, natura liberæ potestatis, & uoluntate dotatu
quod est propositum. Deinceps multis rationibus fulcit Damascenus,& munit id qđ in præ
senti cap. nititur comprobare,scilicet in Christo humanam esse uoluntatem,natura diuersam
à diuina uoluntate. Quarum prima est: Si uoluntas naturam non consequitur, ut diceren
aduersarij,tunc aut hypostatica est & personalis,aut præter naturam. Sanè tunc hypostatica
esset uoluntas,quando unam ab alia discerneret,diuideret'que personam,more aliarum per
sonalium proprietatum,& in diuersis hypostasibus alia & alia uoluntas foret. Quod si admi
teretur,tunc alia esset patris, alia filij uoluntas, sicut & persona. quare filius,alia esset uolen
quàm pater. Id autem absurdum est,& impiū. Non est igitur uoluntas personalis proprietas
Si uero uoluntas dicatur esse præter naturam, tunc erit naturæ discōueniens,& nata eam cor
rumpere. Quod enim est præter naturam,corrumpit illud quod secundū naturā existit:ut
morbus sanitatem,calor aquæ frigiditatem,& mors uitam. At falsum est,uolūtatem esse na
turæ destructiuam:cum & Deo assit,in quem non cadit destructio. Nō est igitur innaturali
uoluntas. Relinquitur itaq; tertium,scilicet ipsam uoluntatem esse naturalem, & naturam le
qui. Sicut igitur in Christo sunt duæ naturæ,ita & duæ uoluntates inter se diuersæ. Secunda
ratio: In diuinitate Deus pater,aut quatenus Deus. Si quatenus pater,cum ipse pater non si
filius,alia erit patris uoluntas à uoluntate filij:sicut & alia est persona patris,& alia filij. Id au
tem est inconueniens,& ijs quæ primo libro dicta sunt repugnās. Si uerò ipse pater uult qua
tenus est Deus,cum & filius sit Deus, & spiritus sanctus Deus,ipsa uolūtas consequetur na
turam,eritq́; naturalis. Et quoniam id secundum tribuendum est,patrem scilicet uelle ut De
us est:etiam & id dandum,uoluntatem diuinam comitari naturā diuinā. Quare sicut tota &
integra in filio est deitas, ita eidem adest diuina uoluntas. Et pari ratione ostendendum est,
quod quisque hominū,ut Ioānes aut Petrus,non uult ut hic homo,aut iste homo,sed ut ho
mo,uoluntatemq́; humanam etiam spectare ad naturam hominis,non ad indiuidualem pa
rticularemq́; proprietatem,ut modo discussum est. Cum itaq; in Christo sit tota & integra hu
manitas,in eodem quoq; est uoluntas humana secundum ueritatem,quare in ipso duæ sun
uoluntates omnino diuersæ. Tertia ratio: Quorum uoluntas est una, eorum & substantia
una:ut ex proloquio quadripartito paulo antè explicato cōstat. Igitur si una & eadem sit uo
luntas deitatis & humanitatis Christi,& eadē erit in ipso substantia diuinitatis & humanita
tis, illud autem impium est,& prius ostensis contrariū:cum probatæ sint in ipso duæ esse na
turæ. Ergo & absurdū est ponere,unam solam in ipso esse uolūtatem. Quarta ratio: Christus
in euangelio legitur uoluisse quædam,& non potuisse. ut apud Marcū cap. 7. Veniens in par
tes Tyri & Sidonis, ingressusq́; domum uoluit nullum se cognoscere,& non potuit latere.
Id autem non secundum diuinam uoluntatē fieri potuit,quia cum ipsa sit omnipotens,qui
quid uult,idipsum etiam potest. Omnia enim quæcunq; uoluit dominus,fecit, in cœlo & in
terra,in mari & in omnibus abyssis. Ergo quatenus homo,uoluit latere,& nō potuit. Igitur
ut homo,uoluntatem habuit propriam,& à diuina uoluntate diuersam. Similiter cum igno
miniosè cruci esset affixus,& siti confectus,se sitire contestatus est:& cum gustasset oblatū ui
num felli commixtum,noluit bibere. Atqui hoc ipsum etiam neq; secundum diuinam natu
ram,neq; uoluntatem accipiendum est,nam illa passionibus non est subiecta,neq; siti,neque
amarulento poculo quod recuset. Igitur secundum humanam naturam sitiuit,& humana uo
lūtate cum gustasset acetum, noluit bibere. Est igitur in Christo uolūtas humana alterius na
turæ & conditionis quàm diuina. Quinta ratio: Ad completam obedientiæ rationē primum
id exigitur,quod uoluntas ei assit qui sit obediens,qua alterius præceptū liberè perficiat. Ne
que enim obedientia est subiectio eius,cuius nō est uoluntas: quandoquidē hāc ob causam
bruta nequaquam obedientia dicuntur,quod uoluntatis sint expertia. Secundò requiritur
& ea conditio,qđ obediens sit subiectus cuiquā superiori,à quo mādatum accipiat cuiuspia
rei agendæ. Quare Deus,obediens non dicitur,quod non sit alteri maiori subditus. Cum ita
que Christus ab Apostolo dicatur obediens patri usq; ad mortem,nō ut Deus,sed ut homo
obedientiam præstitit,per secundam obedientiæ conditionem. Voluntatem itidem habuit
qua patri obediuit per primam eiusdem conditionem. Atqui ea uoluntas non fuit diuina,
cum secundum illam non competabat ipsi obedientia. Fuit igitur in eo humana uoluntas,
qua patris præcepta seruauit:quare secundum quod homo,libera uoluntatis potestate præ
ditus est. Verum enimuero diuina uoluntas in Christo & alijs summæ trinitatis duab. perso
nis nequaquam est coacta,sed seipsa potens,& summè libera. Natura enim uolens est Deus,
natura bonus, natura creator, natura Deus:& non est hæc,bonus inquam, creator & Deus,
necessitate. Siquidem necessitas inducitur duntaxat à potentiore,& maioribus freto uiri
bus,quibus alterius etiā obluctantis uires superet. Nullus autem uirtute Deū excedit,cuius
potestas

Potestas immensa. Non potest igitur quisquam illi necessitatē uiolētiamq; inducere. Ex eo autem quod Deo natura adest uolūtas, sicut bonitas & deitas, & tamen in eo minimè coacta est, sed maximè libera, immò summa libertas, rectò colligit hoc loco Damascenus, quòd naturalis uoluntas humana, naturamq; humanam substantialiter consequens, quæ Christo inesse ostensa est: nequaquam etiā coacta est, sed liberè potens. Alioqui imperfectior esset humana Christi uoluntas, quàm cuiusquam aliorum hominum, quæ in cæteris hominibus libera esse liquidò dinoscitur. Porrò quæ natura inanimis, uegetibus, & brutis assunt animātibus, necessitatem quandam habent annexam, quòd ea liberam non habent potestatem. In Deo autem, angelicis spiritibus, & hominibus necessitas coactioq; uoluntati repugnat, & si natura ipsis uoluntas cum libertate cōueniat. Et sanè in Deo primaria est & summa libertas, liberaq; potestas uoluntatis, qua omnia liberè potest, & efficit, pro suæ sapientiæ ratione. Et ex illo ut fonte immenso libertatis, deriuatur libera uis in cœlestes spiritus, pro captu & modo suæ cōditionis: & demum etiam in homines diffunditur huiusmodi libertatis participatio, tāquam in postremos talis communicationis limites, & claudētes metā finemq; huiusce propagationis. Siquidem infra hominem neq; uoluntas neq; naturalis libertas usquam comperitur. At uerò quamuis uoluntas Deo conueniat, & angelicis spiritibus atq; hominibus, diuersa tamen ratione (ut deinde annotat author) in unoquoque horum dicitur. Nempe in Deo super substantialiter dicitur, sicut & cætera quæ illi attribuuntur. Cum enim ipse sit supersubstantialis, & super omnem substantiam immensam supereminens, quæcunq; in eo sunt, etiā super substantialia sunt: & quamuis accidentariam uideātur rationē præ se ferre, sunt tamē omnia in eo supersubstantialiter. In angelis uerò, eminenter est uoluntas & excellenter, ut habitui assit prompta prosecutio. Vnde habitus hic ab authore dicitur uis illa uolēdi intima, intendēs proponēsq; quippiam efficere. Prosecutio uerò, progressio in opus, executioq; propositi ac instituti ipsius animi. Itaq; in cœlestibus spiritibus habitui semper adest prosecutio: quia qđ intima uoluntatis uirtute instituunt, id continuò ac sine temporis interuallo operi accōmodant, prompteq; perficiunt, quod nullum habeant usus ipsius uoluntatis obstaculū aut præpedimentum. In homine uerò, per præmeditationem uolūtas primū quicquam faciundum intra se ordinat ac disponit: deinde facto temporis aliquanto interstitio, idipsum qđ instituit prosequitur, & ad opus applicat. Quocirca uoluntas in eo dicitur esse temporaliter, & præmeditato prosecutionis habitu. Quod autem in homine prosecutio sit habitu posterior, & exterior actio ipsa intentione, causa est interdum suggestio dæmonis, rectas intētiones animo cōceptas exterminantis (ut quondā Pharao Aegyptius, pueros Israeliticos masculos iussit interfici) tollentisq; eas de corde nostro, ne fructum operis afferant (quemadmodū uolucres cœli semē secus uiam iactum absumpserūt) aut ingerentis animo nostro noxias & perniciosas, oppositasq; rectis & bonis propositis intentiones: ut inimicus ille homo, bono semini iacto in terram nocte superseminauit zizania. Nonnunquam itidē huiusce tarditatis & difficultatis operis causa est corpus nostrum, mouens ad ea quæ sensus deliniunt ac demulcēt uoluptate. Siquidem corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Sanè spiritus quidem promptus est, caro autē infirma, & cōcupiscit caro aduersus spiritum, ut non quæcunq; uolumus illa faciamus. Et beatus Paulus humani generis in peccatum prolapsi, grauemq; carnis pugnā sentientis, personam agens, sentit aliam legem in membris repugnantem legi mentis suæ. Sexta ratio, ostendens in Christo duas esse ponendas uoluntates, diuinam scilicet & humanā. Quemadmodum superiora declararunt, ex uoluntate prodit & proficiscitur obedientia, ex eadē etiā ortum sumit obediētia. Vt cum Adam obediuit mandato Dei, uolens quidem obediuit: & cū trāsgressus est præceptum, uolens etiam trāsgressus est: quare uoluntas omnium prima in nobis patitur, id est, afficitur passionib. ad turpe trahentib. & labe peccati contaminatur antequam homo exeat in opus. Primùm enim uoluntas trahit maculam iniquitatis, per intraneum in malitiam consensum: & deinde opere perpetratur peccatum. Itaq; uoluntas humani generis, & in primo parente & posteris fuit infecta sorde malitiæ. Et per aduersariorum hypothesin uolūtas humana nō est à Christo assumpta. Non est ergo uoluntas humana à peccato mundata: quare à peccato per Christum liberati non sumus, neq; extra peccati seruitutem constituti. Siquidem quicquid à Christo assumptum non est, id nec curatum nec mundatum est. Septima libera potestas, ipsius Dei opus est, quia à Deo nobis est indulta. Eadem, naturæ uirtus est: quia naturaliter nostram consequens substantiam. Quod si Christus illam liberam humanæ uolūtatis potestatem non assumsit, ut Deus denegauit eam proprio opificio, scilicet Christo homini à se formato, ut non bonam, quod absurdissimum est: non enim potest à summè bono aliquid non bonum emanare: quare libera potestas humanæ uoluntatis, opus Dei reuera bona erit. Aut Deus non dedit Christo humanam uoluntatem, ne per illam assumptionē nostræ uolūtatis obliquitas & inquinamenta expiarentur & purgarētur. Quare commoda nos medela destituisset, cum non sit alia medēdi uulneribus nostræ uoluntatis accōmodior uia, quā per idipsum quod à Christo uolūtas assumatur. Id uerò est asserere Deū perturbationibus corporeis, inuidiæ maliuolentiæq; obnoxium: quo nihil execrandum magis est, aut damnandum

Quod

Quod si subterfugium quærens & tergiuersationem dixerit aliquis ex duabus uoluntatibu
in Christo compositum esse quiddam unũ, sicut ex duabus naturis unita est una hypostasi,
& quod illud unum ex duabus conflatũ uoluntatibus, sit una uoluntas, quæ sola in Christo
statuatur. Respondet Damascenus, id nequaquam admittendum, unã scilicet ex duabus cõ-
positam in Christo esse uoluntatem, comprobans hoc ipsum quatuor rationibus. Quarum
prima est: Compositiones sunt eorũ quæ in hypostasi sunt: ad hypostasin enim attinet com-
positio unius ex pluribus. Atqui uoluntas non in hypostasi est, sed in natura. Nempe non
personalis & hypostatica est uoluntas, sed naturalis, & substantiam consequens. Et ipsa qui-
dem uoluntas, non propria consideratur ratione, sed alterius, scilicet naturæ cui substantia-
liter coassistit. Non est igitur duarum uoluntatum diuinæ & humanæ, in unum tertium in
Christo compositio. Secunda: Si ex duabus uoluntatibus in Christo sit compositum aliquid
unum, & ex duabus actionibus una in Christo constituta actio, tunc eodem iure & aliarum
proprietatum utramq; naturam consequentium & inter se ferè oppositarum, cogemur com-
positionem ponere. Siquidem par omnino ac eadem militat ratio, de aliarum proprietatum
naturam diuinam & humanã in Christo consequentium compositione: sicut de compositio-
ne duarum uoluntatum in unum tertium. Atqui non est ponenda compositio aliarũ natura-
lium proprietatum Christi in unum tertiũ. Quomodo enim ex oppositis & inter se pugnan-
tibus, creato & increato, æterno & temporali, incircumscripto & circumscripto, quicquam
unum componatur? Neque igitur duarum uoluntatum in unum tertium est compositio.
Tertia ratio: Impossibile est compositũ suscipere denominationẽ eorũ ex quibus compon-
tur, ut homo ex corpore & anima constitutus, neq; corpus dicitur neq; anima. & corpus qu-
tuor elementis conflatum, nullius elementorum nomen sortitur. & compositum ex natur-
non dicitur natura, sed hypostasis. Ergo ex duabus uoluntatibus in Christo compositũ, no
rectè uoluntas appellabitur. Qui igitur huiusmodi compositum confingunt, uoluntatem
Christo omnino tollunt. Quarta. Si dicatur in Christo esse una composita uolũtas, eo ipso
paratur à uoluntate patris, neq; ut Deus unam habet cum patre eandemq; uoluntatem: q-
doquidem uolũtas patris minimè est composita. Illud autem absurdum est & incõmodum
Ex quo demum colligitur in litera, solam Christi hypostasin esse compositã. & commun-
turis, atq; naturalibus eius proprietatibus. Sanè Christi hypostasis, composita est & comm-
nis naturis, quoniam utramq; naturam diuinam & humanam habet in una persona unita
Eadem quoq; communis est naturalibus utriusq; naturæ Christi proprietatib. quia eas in-
grè & inconfusè in se seruat, sicut & naturas: quemadmodum æternitatem temporalem d-
tionem, incircumscriptionem circumscriptionem, immaterialitatem materiæ molẽ & corp-
lentiam. Sola uerò Christi hypostasis est composita & cõmunis naturis & naturalib. eius p-
prietatibus, quia præter eam nihil aliud comperitur hunc in modum compositũ. & comm-
ne geminis naturis, neq; conflatum ex duabus uoluntatibus. Deinceps ostẽdit Damascenus
non ponendam esse in Domino Iesu Christo electionem, secundum eam rationem qua d-
nitur esse post inquisitionem de re ignota, & consultationẽ unius partis altera dimissa, a uo-
tate acceptatio. Nam cum ipse Deus sit, & omnia sciẽs, nihil ei est ignotũ, neq; inquisitione
diget ut quipiam ei sit perspectius. Neq; obuiat huic omnisciẽtiæ Christi illud Lucæ secũd-
cap. dictum, quod Iesus proficiebat sapientia, ætate & gratia apud Deum & homines. Nam
non secundum suæ sapientiæ accrementum proficiebat, quæ ab ipso conceptionis mom-
summa in eo fuit: sed eam (qua plenus erat) sapientiam, cæteris pro tempore paulatim dem-
strabat. Perinde atq; sol æquè semper lucidus, suam in subiecta corpora claritatem prius r-
missius, deinde copiosius diffundit. Quod sacratissimus pater Gregorius Nazianzenus lo-
cum illum edisserens, attestatur: Dicitur (inquit) Iesus secundum sapientiam proficere, non
quod ipsa suscipiat augmentum, quæ ab initio in ipso fuit perfecta: sed ex eo quod pau-
tim manifestabatur. Neq; itidem contra hunc locum militat illud dictum Christi, Marci de-
cimotertio capite: De die autem illo uel hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi p-
ter. Siquidem filius Dei etiam secundum quod homo, scit diem & horam iudicij: sed nõ no-
bis, & ad nobis reuelandum, quibus idipsum scire non expedit. Non est (inquit) uestrum n-
se momenta & tempora, quæ pater constituit in potestate sua. Et ergo sunt in ipso Christo
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi, id est, latentes, & nobis nõ patefacti. Pater au-
tem cœlestis quia diem illum non tacuit, neq; celauit, sed filio suo reuelauit, diem illum sci-
dicitur, etiam ad releuandum alteri. Aut ut diuinus sentit Hilarius, filius & spiritus sanctus
quia nõ sunt à se, de die illa nesciũtur à se. Pater autem qui à se est, scit à se. Proinde de die
& hora nescire se filius protestatur. Quòd uerò in Christo fuerit naturaliter, atq; ab ipso
ptus exordio boni agnitio, quinimmò omnium scientia, cõfirmat author uaticinio Esaiæ
septimo capite eius posito: utpote, Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & e-
gere bonum. In quo, butyri & mellis mãducatione (per quæ duo cibus omnis hominibus
us designatur, & infantili ætati accõmodus) Christus uerus homo demõstratur, & infantia
nobis suscepisse. Particula uerò Vt subinde posita, nõ causalitatẽ, sed consecutionẽ deno-

quinimmo

quinimmo eorum quæ simul extiterunt expressionem, ut sententia sit, ipsum puerum cum butyrum & mel comedet, uescetur&que infantiæ cibo, habiturum simul scientiam reprobandi malum, & eligendi bonum: quod&que infantili ætate habebit boni, mali&que discretionem. Aduertendum itidem, quod in eo literæ loco quo naturales dicit author esse uirtutes, non putādus est his uerbis Platonicorum dogma probare, & Origenistarum: qui post illos prolapsi sunt, asserentium animas humanas prius&que coniungerentur corpori, longo ante tempore à summo rerum opifice creatas esse, & uirtute scientia&que mirificè adornatas. Verùm ex immersione in corpus illius&que compage, hæc animi ornamenta situm duxisse, contraxisse labem & offuscationem: quæ assidui usus exercitio studio&que peruigili sit detergenda, donec pristinus illis decor reparetur. Hinc nostrum scire non esse nisi quoddam reminisci autumāt. Hæc sanè impia uesania non modo ab Aristotele acerrimè confutata est, sed & à fidei Christianæ syncera puritate penitus reiecta, atq; in 11. secundi libri cap. improbata. Neq; illi astipulatur hoc in loco Damascenus, sed uirtutes nobis naturales uocat, quia in principio naturæ nostræ in ipso Adam rectè institutæ, uirtutes homini insitæ cōgenitæ&que erant, ut naturales quædā perfectiones, quæ&que secundum naturam homini competerent. Verùm per transgressionem diuini mandati, prolapsum est genus humanum à naturali illa perfectione in pronitatem propensionem&que ad malum, & difficultatem ad bonum, seruata tamē in omnibus naturali ad eā perfectionem inclinatione. Quocirca labore & exercitio nobis opus est, non ad uirtutem forinsecus inducendam, cum sit nostræ naturæ consentanea, & illi à principio suæ conditionis indita: sed ad propellendum id quod in nobis est præter naturam, reducendum&que animū in id quod secundū naturā. Perinde atq; perlucida gemma, offuscato natiuo splendore, per immersionem in lutum detergēda solum est, quo naturalis illi fulgor redeat & restituatur. Idcirco cum dicit litera supradictam explicans sententiam, Hoc enim est secundum imaginē: sensus est, hoc ipsum quod in nobis est secundum naturam, est secundum imaginem & similitudinem Dei, ad quam factus est homo. Ea siquidem imago, rectissima ac perfectissima in homine condita est, & secundum naturam: sed per transgressionem, in id quod est contra naturam prolapsa est, & deniq; per incarnationis mysterium, rursum ex eo quod est contra naturam in id quod secundum naturam reparata. Postremum & id annotari dignum, quòd inter significationes nominis Gnomes, author hic ponit ipsum nonnunquam designare suffragium: utitur&que Danielis testimonio dicentis, A' quo exiuit gnome inuerecunda. Nostra uerò translatio, secundo Danielis cap. sic habet: Et Daniel interrogauit eū qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sentētia à facie regis esset egressa. Ex quo loco exemplum literæ uidetur depromptum. Vnde speciem prudentiæ, quam Aristoteles gnomen appellat, latini sententiam nuncupant, ut sextus Ethicorum ostendit.

ΠΕΡΙ ΕΝΕΡΓΕΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ κυρίῳ ἡμῶν ἰησοῦ χριστῷ. ξβ.

Δύο δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας φαμὲν, ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. εἶχε γὰρ ὡς μὲν θεὸς καὶ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος ὁμοίως τὴν θείαν ἐνέργειαν. καὶ ὡς ἄνθρωπος γενόμενος, καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἐνέργειαν. ἰστέον δὲ, ὡς ἄλλο ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ ἄλλο ἐνεργητικόν, καὶ ἄλλο ἐνέργημα, καὶ ἄλλο ὁ ἐνεργῶν. ἐνέργεια μὲν οὖν ἐστιν, ἡ δραστικὴ καὶ οὐσιώδης τῆς φύσεως κίνησις. ἐνεργητικὸν δὲ, ἡ φύσις ἐξ ἧς ἡ ἐνέργεια πρόεισιν. ἐνέργημα δὲ, τὸ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα. ἐνεργῶν δὲ, ὁ κεχρημένος τῇ ἐνεργείᾳ, ἤτοι ἡ ὑπόστασις. λέγεται δὲ καὶ ἡ ἐνέργεια ἐνέργημα, καὶ τὸ ἐνέργημα ἐνέργεια, ὡς καὶ τὸ κτίσμα κτίσις. οὕτω γὰρ φαμὲν, πᾶσα ἡ κτίσις, τὰ κτίσματα δηλοῦντες. ἰστέον ὡς ἡ ἐνέργεια, κίνησις ἐστι, καὶ ἐνεργεῖται μᾶλλον ἢ ἐνεργεῖ, καθώς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ.

DE ACTIONIBVS QVAE SVNT in Domino nostro Iesu Christo. Cap. XV.

Duas autem actiones dicimus in Domino nostro Iesu Christo. habuit em̄ ut Deus, & patri cōsubstantialis similem, diuinam&que actionē: & ut homo factus, & nobis consubstantialis, humanæ naturæ actionem. Sciendum igitur, quod aliud est actio aliud actiuum: aliud actus, & aliud agens. Actio enim est efficax & substantialis naturæ motus. Actiuum, natura ipsa, ex qua actio prodit. Actus, actionis absolutio, & res ipsa gesta. Agēs autem, quod utitur actione, id est, hypostasis. Dicit etiā actio actus, & actus actio: quēadmodū creatio creatura: sic enim dicimus, omnis creatio, omnes creaturas ostēdentes. Sciendū etiā, q̄d actio motus est, & fit magis quàm agat, quemadmodum deiloquus inquit Gregorius in sermone de spiritu sancto.

si qui-

εἰ δὲ ἐνέργειά ἐστιν, ἐνεργηθήσεται δηλονότι, καὶ οὐκ ἐνεργήσει, καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι παύσεται. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ ζωὴ ἐνέργειά ἐστιν, καὶ ἡ πρώτη τοῦ ζώου ἐνέργεια. καὶ πᾶσα ἡ τοῦ ζώου οἰκονομία, ἥ τε θρεπτικὴ καὶ αὐξητικὴ, ἤγουν φυτικὴ, καὶ ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις, ἤγουν αἰσθητικὴ, καὶ ἡ νοερὰ, καὶ ἡ αὐτεξούσιος κίνησις. δυνάμεως δὲ ἀποτέλεσμα, ἡ ἐνέργεια. εἰ οὖν ταῦτα πάντα θεωροῦμεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἄρα καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν ἐπ' αὐτοῦ φήσομεν. ἐνέργεια λέγεται, τὸ πρῶτον ἐν ἡμῖν συνιστάμενον νόημα. καὶ ἔστιν ἁπλῆ καὶ ἄσχετος ἐνέργεια, τοῦ νοῦ καθ' αὑτὸν ἀφανῶς τὰ ἴδια νοήματα προβαλλομένου, ὧν χωρὶς οὐδὲ νοῦς ἂν κληθείη δικαίως. λέγεται δὲ πάλιν ἐνέργεια, καὶ ἡ διὰ τῆς προφορᾶς τοῦ λόγου φανέρωσις καὶ διάπλασις τῶν νενοημένων. αὕτη δὲ οὐκ ἔτι ἄσχετός ἐστι καὶ ἁπλῆ, ἀλλ' ἐν σχέσει θεωρουμένη, ἐκ νοήματος καὶ λόγου συντεθειμένη. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ σχέσις ἣν ἔχει ὁ ποιῶν πρὸς τὸ γινόμενον ἐνέργειά ἐστι. καὶ αὐτὸ τὸ ἀποτελούμενον, ἐνέργεια λέγεται. καὶ τὸ μέν ἐστι ψυχῆς μόνης, τὸ δὲ ψυχῆς σώματι κεχρημένης, τὸ δὲ σώματος νοερῶς ἐψυχωμένου, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα. ὁ νοῦς γὰρ προθεωρήσας τὸ ἐσόμενον, οὕτω διὰ τοῦ σώματος ἐργάζεται. τῆς ψυχῆς τοίνυν ἐστὶν ἡ ἡγεμονία. κέχρηται γὰρ καὶ ὡς ὀργάνῳ τῷ σώματι, ἄγουσα τοῦτο καὶ ἰθύνουσα. ἑτέρα δέ ἐστιν ἡ τοῦ σώματος ἐνέργεια, ἀγομένου ὑπὸ τῆς ψυχῆς καὶ κινουμένου. τὸ δὲ ἀποτέλεσμα τοῦ μὲν σώματος, ἡ ἁφὴ καὶ ἡ κράτησις, καὶ ἡ τοῦ ποιουμένου οἱονεὶ περιέξις. τῆς δὲ ψυχῆς ἡ τοῦ γινομένου οἱονεὶ μόρφωσις καὶ σχηματισμός. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ μὲν τῶν θαυμάτων δύναμις, τῆς θεότητος αὐτοῦ ὑπῆρχεν ἐνέργεια, ἡ δὲ χειρουργία καὶ τὸ θελῆσαι καὶ τὸ εἰπεῖν, θέλω, καθαρίσθητι, τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ ὑπῆρχεν ἐνέργεια. ἀποτέλεσμα δὲ, τῆς μὲν ἀνθρωπίνης, ἡ τῶν ἄρτων κλάσις, τὸ ἀκοῦσαι τὸν λεπρὸν, τὸ θέλω, τῆς δὲ θείας, ὁ τῶν ἄρτων πληθυσμὸς καὶ ἡ τοῦ λεπροῦ κάθαρσις. δι' ἀμφοτέρων γὰρ, διά τε τῆς ψυχικῆς ἐνεργείας καὶ τῆς τοῦ σώματος, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν συγγενῆ καὶ ἴσην ἐνεδείκνυτο αὐτοῦ τὴν θείαν ἐνέργειαν. ὥσπερ γὰρ τὰς φύσεις ἡνωμένας γινώσκομεν τὴν ἐν ἀλλήλαις ἐχούσας περιχώρησιν. καὶ τὴν τούτων διαφορὰν οὐκ ἀρνού-

ſi quidem actio eſt, agetur ſcilice non aget, & ſimulatq; acta fuerit, qui ſcet. Agnoſcere etiam oportet, quòd uita actio eſt: & actio animalis. eſt om nis animalis diſpenſatio, ſiue nutritiua, ſiue augmentatiua, id eſt, uegetatrix, & motus ſecundum locum, & ſecun dum ſenſum, & mentem, & libera, ar bitrariaq; motio: & quicquid ab ali qua uirtute perficitur, actio dicitur. S igitur hæc omnia in Chriſto intuemur igitur & in ipſo humanam actionem aſtruemus. Actio etiam dicitur prima in nobis conſtituta intelligentia, & e ſimplex & ſine habitudine actio: men te ſecundum ſeipſam occultè propri as intelligentias porrigente, ſine qui bus ne mens quidem, intellectus uer ſtè uocabitur. Dicitur & rurſus actio ipſa per prolationem ſermonis mani ſtatio, & intelligentiarum explicatio Et ipſa non amplius ſine habitudine & ſimplex, ſed in habitudine conſidera & ex intelligentia & ſermone compo ſita. Sed & ipſa habitudo, quam hab faciens ad id quod fit, actio eſt. Et pſum etiam quod perficitur, abſol turq;, actio dicitur. Et hoc quidem ſ us animæ eſt: hoc autem animæ u tis adminiculo corporis: hoc, corpo intellectualiter animati : hoc autem eſt quod actione abſoluitur. nam m præconcipit quod futurum, & ſic p corpus operatur. Eſt igitur princip tus animæ: nam utitur & organo co pore, ducẽs ipſum atque regens. Al autem eſt corporis actio, quod duc tur ab anima, ac mouetur: quod autem à corpore perficitur, tactus eſt, & co nentia, & facti ueluti circundatio: an mæ uerò ueluti facti formatio & fig ratio. Sic & in Domino noſtro Ieſu Chriſto miraculorum uirtus, diuinita tis ipſius fuit actio: manus impoſitione medela, & uelle dicere, uolo mundare, eius humanitatis fuit actio. Et ab ei humanitate perfectum, & res geſta it, panum fractio, & quòd à leproſo ditum, uolo. At uerò à diuinitate geſtum, panum multiplicatio, & leporoſi mun datio: per utraſque enim & animæ & corporis actiones, unam & eandem conge am & ęqualem demonſtrat ſui ipſius diuinam actionẽ. Quemadmodum enim un tas naturas cognoſcimus, & ſe inuicem immeantes, & earum differentiã nõ neg mus

μεθα, ἀλλὰ καὶ ἀριθμοῦμεν, καὶ ἀδιαιρέτους ταύτας γινώσκομεν, οὕτω καὶ τῶν θελημάτων καὶ τῶν ἐνεργειῶν καὶ τὸ συναφὲς γινώσκομεν, καὶ τὴν διαφορὰν αὐτῶν γινώσκομεν, καὶ ἀριθμοῦμεν, καὶ διαίρεσιν οὐκ εἰσάγομεν. ὃν τρόπον γὰρ ἡ σὰρξ καὶ τεθέωται, καὶ μεταβολὴν τῆς οἰκείας οὐ πέπονθε φύσεως, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ θέλημα, καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ τεθέωνται, καὶ τῶν οἰκείων οὐκ ἐξίστανται ὅρων. εἷς γάρ ἐστιν ὁ τοῦτο κἀκεῖνο ὤν, καὶ οὕτως κἀκείνως, ἤτοι θεϊκῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως θέλων καὶ ἐνεργῶν. δύο τοίνυν τὰς ἐνεργείας ἐπὶ χριστοῦ λέγειν ἀναγκαῖον, διὰ τὸ διπλοῦν τῆς φύσεως. ὧν γὰρ ἡ φύσις παρηλλαγμένη, τούτων διάφορος ἡ ἐνέργεια. καὶ ὧν ἡ ἐνέργεια παρηλλαγμένη, τούτων ἡ φύσις διάφορος. καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ὧν ἡ φύσις ἡ αὐτή, τούτων καὶ ἡ ἐνέργεια ἡ αὐτή. καὶ ὧν ἡ ἐνέργεια μία, τούτων καὶ ἡ οὐσία μία, κατὰ τοὺς θεηγόρους πατέρας. ἀνάγκη τοίνυν δυοῖν θάτερον, ἢ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ χριστοῦ λέγοντας, μίαν λέγειν καὶ τὴν οὐσίαν. ἢ εἴπερ τῆς ἀληθείας ἐχόμεθα, καὶ δύο τὰς οὐσίας εὐαγγελικῶς τε καὶ πατρικῶς ὁμολογοῦμεν, δύο καὶ τὰς ἐνεργείας καταλλήλως αὐτοῖς ἑπομένους συνομολογεῖν. ὁμοούσιος γὰρ ὢν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἴσος ἔσται καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν. ὁμοούσιος δὲ ὢν ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἴσος ἔσται καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν. φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Γρηγόριος ὁ Νυσσαέων ἐπίσκοπος· ὧν ἡ ἐνέργεια μία, τούτων πάντως καὶ ἡ δύναμις ἡ αὐτή. πᾶσα γὰρ ἐνέργεια δυνάμεώς ἐστιν ἀποτέλεσμα. ἀδύνατον δὲ ἀκτίστου καὶ κτιστῆς φύσεως μίαν φύσιν, ἢ δύναμιν, ἢ ἐνέργειαν εἶναι. εἰ δὲ μίαν χριστοῦ τὴν ἐνέργειαν εἴποιμεν, τῇ τοῦ λόγου θεότητι προσάψομεν τῆς νοερᾶς ψυχῆς τὰ πάθη, φόβον φημί, καὶ λύπην, καὶ ἀγωνίαν. εἰ δὲ λέγοιεν, ὡς περὶ τῆς ἁγίας τριάδος διαλεγόμενοι οἱ πατέρες οἱ ἅγιοι ἔφασαν, ὧν ἡ οὐσία μία, τούτων καὶ ἡ ἐνέργεια μία, καὶ ὧν διάφορος ἡ οὐσία, τούτων διάφορος καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ὡς οὐ χρὴ τὰ τῆς θεολογίας ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν μετάγειν, ἐροῦμεν, εἰ ἐπὶ τῆς θεολογίας μόνον εἴρηται τοῖς πατράσι, καὶ οὐκέτι καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν τῆς ἐνεργείας ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ τῆς αὐτῆς, οὐδὲ τῆς αὐτῆς ἔσται οὐσίας. τίνι δὲ ἀπονεμοῦμεν, τό, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, καί, ἃ ἂν

mus, sed & numeramus, & easdem inseparabiles agnoscimus: sic & uoluntatum & actionum coniunctionem cognoscimus, & differentiã agnoscimus, & numeramus, & diuisionem haudquaquam inducimus. Et quemadmodum caro deificata est, & transmutationem suæ naturæ non est passa: hunc in modum & uoluntas & actio, & deificatę, & proprios nõ egressæ terminos. Vnus enim est hoc & illud existens, id est, deitùs & humanitùs uolens & agens. Duas igitur actiones in Christo astruere necessarium est, propter duplicem naturam. Nam quorum natura diuersa, illorũ diuersa actio: & quorũ diuersa actio, illorum & diuersa natura. Et è diuerso: quorum natura est eadem, horum & actio est eadem: & quorum actio una, horum quoq; & substantia una est, secundũ diuinorũ interpretes patres. Necesse est igiť duorũ alterũ aut unã actionẽ in Christo dicentes, unã dicere & substantiã: aut si ueritati adheremus, & duas substãtias secundũ euãgeliũ & patres nostros cõfitemur duas etiã actiões identidẽ illos sequẽtes cõfiteri. Cõsubstãtialis eñ existẽs Deo & patri secũdũ diuinitatẽ, ęqualis erit & secundũ actionem: & consubstantialis nobis existens secundũ humanitatẽ, æqualis erit secũdũ actionẽ. Dicit eñ beatus Gregorius Nyssaenorũ episcopus, quorũ actio una, horũ omnino & uirtus eadẽ: nã omnis actio uirtutis est pfectio. Atq; impossibile est increati & createę naturę unã naturã, aut uirtutẽ, aut actiõem esse. Si uerò unã Christi actionẽ dicamus, diuinitati uerbi ascribemus intellectualis animæ affectus, timorẽ inq;, & tristitiã, & agoniã. Quod si dicat qs, ut de sancta trinitate disputãtes sancti patres dixerũt: quorũ substãtia una, horũ & actio una: & quorũ diuersa substãtia, horũ differens & actio, & quod non oportet ea quæ theologiæ sunt, circa dispensationem quærere. Respondemus, si in theologia dictũ est solum à patribus, & non est etiã post incarnationem eiusdem actionis filius cum patre, neq; eiusdem erit substantiæ. Cui igitur attribuimus, hoc Pater meus usq; modò operatur, & ego operor: &, Quęcũq;

βλέπει τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. καὶ εἰ ἐμοὶ πιστεύετε τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε. καὶ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. καὶ ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει, ζωοποιεῖ. ταῦτα γὰρ πάντα οὐ μόνον ὁμοούσιον καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν τῷ πατρὶ δείκνυσιν αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας. καὶ πάλιν, εἰ ἡ περὶ τὰ ὄντα πρόνοια οὐ μόνον πατρὸς καὶ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, ἐνέργεια δὲ τοῦτό ἐστιν, ἄρα καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐνεργείας τῷ πατρί. εἰ δὲ ἐκ τῶν θαυμάτων τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα τῷ πατρὶ τὸν Χριστὸν ἔγνωμεν, ἐνέργεια δὲ θεοῦ τυγχάνει τὰ θαύματα, ἄρα καὶ μετὰ σάρκωσιν τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ἐστὶ τῷ πατρί. εἰ δὲ μία ἐνέργεια τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, σύνθετος ἔσται. καὶ ἔσται ἑτέρας ἐνεργείας παρὰ τὸν πατέρα, ἢ καὶ ὁ πατὴρ συνθέτου ἐνεργείας ἔσται. εἰ δὲ συνθέτου ἐνεργείας, δηλονότι καὶ φύσεως. εἰ δὲ εἴποιεν, ὅτι τῇ ἐνεργείᾳ πρόσωπον συνεισάγεται, ἐροῦμεν, ὅτι εἰ τῇ ἐνεργείᾳ πρόσωπον συνεισάγεται, κατὰ τὸ εὔλογον ἀντιστροφήν, καὶ τῷ προσώπῳ ἐνέργεια συνεισαχθήσεται. καὶ ἔσονται, ὥσπερ τρία πρόσωπα, ἤτοι ὑποστάσεις τῆς ἁγίας τριάδος, οὕτω καὶ τρεῖς ἐνέργειαι. ἢ ὥσπερ μία ἡ ἐνέργεια, οὕτω καὶ ἓν πρόσωπον καὶ μία ὑπόστασις. οἱ δὲ ἅγιοι πατέρες συμφώνως εἰρήκασι, τὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας, καὶ τῆς αὐτῆς εἶναι ἐνεργείας. ἔτι δέ, εἰ τῇ ἐνεργείᾳ πρόσωπον συνεισάγεται, οἱ μήτε μίαν, μήτε δύο Χριστοῦ τὰς ἐνεργείας λέγειν θεσπίσαντες, οὔτε ἓν πρόσωπον αὐτοῦ λέγειν, οὔτε δύο προσέταξαν. καὶ ἐπὶ τῆς πεπυρακτωμένης δὲ μαχαίρας, ὥσπερ αἱ φύσεις σώζονται τοῦ τε πυρὸς καὶ τοῦ σιδήρου, οὕτω καὶ δύο ἐνέργειαι, καὶ τὰ τούτων ἀποτελέσματα. ἔχει μὲν γὰρ ὁ μὲν σίδηρος τὸ τμητικόν, τὸ δὲ πῦρ τὸ καυστικόν, καὶ ἡ τομὴ μὲν τῆς τοῦ σιδήρου ἐνεργείας ἐστὶν ἀποτέλεσμα, ἡ δὲ καῦσις τῆς τοῦ πυρός. καὶ σώζεται ἡ τούτων διαφορὰ ἐν τῇ κεκαυμένῃ τομῇ, καὶ ἐν τῇ τετμημένῃ καύσει, εἰ καὶ μήτε ἡ καῦσις τῆς τομῆς δίχα γίγνοιτο μετὰ τὴν ἕνωσιν, μήτε ἡ τομὴ δίχα τῆς καύσεως. καὶ οὔτε διὰ τὸ διπλοῦν τῆς φυσικῆς ἐνεργείας δύο πεπυρακτωμένας μαχαίρας φαμέν, οὔτε διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας, σύγχυσιν τῆς οὐσιώδους αὐτῶν διαφορᾶς ἐργαζόμεθα.

uidet patrem facientem, eadem & filius similiter facit: &, Si mihi non creditis, operib. meis credite: &, Opera quæ ego facio, testimonium perhibẽt de me: &, Quemadmodum pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Hęc enim omnia non solum consubstantialẽ patri post incarnationem ostendunt ipsum, sed & eiusdem esse actionis. Et rursus, si circa entia prouidentia est, non modo patris & spiritus sancti, sed & filij etiã post incarnationẽ, & hęc actio est: igit & post incarnationẽ eiusdẽ est actionis cum patre. Si autem ex miraculis eiusdem existentẽ substantię cũ patre Christũ cognouimus, actio uero Dei sint miracula, profecto post incarnationem, eiusdẽ actionis est cũ patre. Si aũt una actio diuinitatis eius et carnis eius cõposita erit, & erit altera actio ab ea quę patris, aut & pater cõpositę actionis erit: si uero compositæ actionis, igitur & naturæ. At uero si quis dicat, quod cũ actione persona inducitur: respondebimus, si cũ actione persona inducitur, rationabiliter recurrit, ut cũ persona actio inducatur: & erunt quemadmodum tres personæ, id est, hypostases sanctæ trinitatis, sic & tres actiones: aut quemadmodum una actio, sic et una persona, ac una hypostasis. Sancti autem patres concorditer dixerunt, quæ eiusdem sunt substantiæ, & eiusdem esse actionis. Præterea si actioni persona coinducitur, qui neq; unã, neq; duas Christi actiones dicendum autumant, neq; unam personam eius dicendam, neque duas statuerũt. Et in ignito quidem gladio, quemadmodum naturæ saluãtur ignis & ferri, sic & duæ actiones, & perfectiones eorum. Habet enim ferrum incidẽdi uirtutem, & ignis urendi: & inciso, actionis ferri perfectio, absolutoque operis: combustio uero, ignis. Et saluatur horum differentia in combusta incisione, & in incisa combustione: tametsi neque combustio sine incisione fiat post unionem, neque incisio sine combustione. Et neq; propter duplicitatem naturalis actionis, duos ignitos gladios dicimus: neq; propter singularitatem igniti gladij, confusionẽ substantialis eorum differẽtię inducimus.

Sic

οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ, τῆς μὲν θεότητος αὐτοῦ, ἡ θεία καὶ παντοδύναμις ἐνέργεια, τῆς δὲ ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, ἡ καθ' ἡμᾶς. ἀποτέλεσμα δὲ τῆς μὲν ἀνθρωπίνης, τὸ κρατηθῆναι τὴν χεῖρα τῆς παιδὸς, καὶ ἑλκυσθῆναι· τῆς δὲ θείας, ἡ ζωοποίησις. ἄλλο γὰρ τοῦτο, κἀκεῖνο ἕτερον, εἰ καὶ ἀλλήλων ἀχώριστοι ὑπάρχουσιν ἐν τῇ θεανδρικῇ ἐνεργείᾳ. εἰ δὲ διὰ τὸ μίαν εἶναι τὴν τοῦ κυρίου ὑπόστασιν, μία ἔσται καὶ ἡ ἐνέργεια, διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν μία ἔσται καὶ ἡ οὐσία· καὶ πάλιν, εἰ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τοῦ κυρίου εἴποιμεν, ἢ θείαν ταύτην λέξομεν, ἢ ἀνθρωπίνην, ἢ οὐδετέραν. ἀλλ' εἰ μὲν θείαν, θεὸν μόνον αὐτὸν γυμνὸν τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος λέξομεν. εἰ δὲ ἀνθρωπίνην, ψιλὸν αὐτὸν ἄνθρωπον βλασφημήσομεν. εἰ δὲ οὐδὲ θείαν, οὐδὲ ἀνθρωπίνην, οὐδὲ θεὸν οὐδὲ ἄνθρωπον, οὐδὲ τῷ πατρὶ οὐδὲ ἡμῖν ὁμοούσιον. ἐκ γὰρ τῆς ἑνώσεως, ἡ καθ' ὑπόστασιν ταυτότης γέγονεν. οὐ μὴν δὲ καὶ ἡ διαφορὰ τῶν φύσεων ἀνῄρηται. τῆς δὲ διαφορᾶς σωζομένης τῶν φύσεων, σωθήσονται δηλαδὴ καὶ αἱ τούτων ἐνέργειαι. οὐ γάρ ἐστι φύσις ἀνενέργητος. εἰ μία τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἡ ἐνέργεια, ἢ κτιστὴ ἔσται, ἢ ἄκτιστος. μέσον γὰρ τούτων οὐκ ἔστιν ἐνέργεια, ὥσπερ οὐδὲ φύσις. εἰ οὖν κτιστή, κτιστὴν μόνην δηλώσει φύσιν. εἰ δὲ ἄκτιστος, ἄκτιστον μόνην χαρακτηρίσει οὐσίαν. δεῖ γὰρ πάντως κατάλληλα ταῖς φύσεσιν εἶναι τὰ φυσικά. ἀδύνατον γὰρ ἐλλιποῦς φύσεως ὕπαρξιν εἶναι. ἡ δὲ κατὰ φύσιν ἐνέργεια, οὐ τῶν ἐκτὸς ὑπάρχει. καὶ δῆλον, ὅτι οὔτε εἶναι, οὔτε γινώσκεσθαι τὴν φύσιν δυνατὸν, ἄνευ τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας. δι' ὧν γὰρ ἐνεργεῖ ἕκαστον, τὴν οἰκείαν φύσιν πιστοῦται. ὅπερ ἐστὶ μὴ τρεπόμενον. εἰ μία Χριστοῦ ἡ ἐνέργεια, ἡ αὐτὴ τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ποιητική. οὐδὲν δὲ τῶν ὄντων ἐν τοῖς κατὰ φύσιν μένον, τὰ ἐναντία ποιεῖν δύναται. οὐ γὰρ τὸ πῦρ ψύχει καὶ θερμαίνει, οὐδὲ ξηραίνει καὶ ὑγραίνει τὸ ὕδωρ. πῶς οὖν ὁ φύσει ὢν θεὸς, καὶ φύσει γενόμενος ἄνθρωπος, τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη μιᾷ ἐνεργείᾳ ἀπετέλεσεν; εἰ οὖν ἀνέλαβεν ὁ Χριστὸς νοῦν ἀνθρώπινον, ἤγουν ψυχὴν νοεράν τε καὶ λογικὴν, διανοηθήσεται πάντως, καὶ ἀεὶ διανοηθήσεται. ἐνέργεια δὲ νοῦ, ἡ διάνοια. ἄρα καὶ καθὸ ἄνθρωπος ἐνεργὴς ὁ Χριστὸς, καὶ ἀεὶ ἐνεργής. ὁ δὲ πάνσοφος καὶ μέγας ἅγιος Ἰωάννης ὁ

Sic & in Christo, diuinitatis eius, diuina & omnipotens actio: humanitatis autem eius quæ secundum nos. Absolutio autem humanitatis, quod tenuit puellam manu, & erexit. Diuinitatis, uiuificatio. Aliud enim hoc, & illud aliud: etsi abinuicem inseparabiles sunt in deiuira actione. Insuper, si propter unam esse Christi hypostasin, una erit & actio, propter unam hypostasin, una erit & substantia. Et rursus, si unam actionem in Domino dicamus, aut diuinā illam dicemus, aut humanam, aut neutram. Atqui si diuinā, Deum solum ipsum, nudū ea quæ secundum nos humanitate dicemus. Si autem humanam, nudum ipsum esse hominem blasphemabimus. Si autem neque diuinam neque humanam, neque Deum neq; hominem, neque patri neque nobis consubstantialem. Ex unione quidem secundum hypostasin identitas facta est, non tamen differentia naturarum sublata. Differentia uerò naturarum saluata, saluantur uidelicet & ipsarum actiones: nam non est natura inefficax, actionisq; exors. Si una dominatoris Christi actio aut creata erit, aut increata: media enim harum non est actio, quemadmodum neq; natura. Si igitur fuerit creata: creatam solum ostendet naturā. Sin creata, increatam solum designabit substātiā. Oportet enim omnino alterna & cōmeantia esse naturis naturalia: nam impossibile est, defectuosæ naturæ existentiā comperire. Si aūt secūdum naturam actio, non eorum est quæ nō habēt naturam. Et manifestum, quod neq; esse neq; fieri naturā possibile est sine actione: per quod enim agit quodq;, propriæ naturæ fidē facit, quod quidē est non mutatum, lapsumq;. Si una Christi actio, eadem erit diuinorum & humanorū effectiua. Atqui nihil quod in iis quæ secūdū naturā sunt maneat, contraria agere potest: non enim ignis frigefacit & calefacit, non exiccat & humectat aqua. Quomodo igitur natura Deus existens, & natura factus homo, miracula & passiones una actione absoluit? Si mentem humanam Christus assumpsit, id est, animā rationalē & intellectiuā, intelligit omnino, & semper intelliget: actio enim mētis, intellectio. Igitur secundum quod homo, aget Christus, et semper aget. Magnus reuera & omni sapiētia locuples diuinus Ioānes

Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν πράξεων, δευτέρῳ λόγῳ, οὕτω φησίν· οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, καὶ τὸ πάθος αὐτοῦ πρᾶξιν καλέσας. ἐν τῷ γὰρ τὰ πάντα παθεῖν, ἐποίησε τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκεῖνο ἔργον, τὸν θάνατον καταλύσας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐργασάμενος. εἰ πᾶσα ἐνέργεια, φύσεως τινὸς οὐσιώδης ὁρίζεται κίνησις, ὡς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ διειλήφασι, ποῦ φύσιν τίς οἶδεν ἀκίνητον; ἢ παντελῶς ἀνενέργητον; ἢ ἐνέργειαν εὕρηκεν οὐ φυσικῆς δυνάμεως ὑπάρχουσαν κίνησιν; μίαν δὲ φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν θεοῦ καὶ ποιήματος, οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν δοίη κατὰ τὸν μακάριον Κύριλλον. οὔτε ζωοποιεῖ τὸν Λάζαρον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις. οὔτε δακρύει ἡ θεϊκὴ ἐξουσία. τὸ μὲν γὰρ δακρύειν τῆς ἀνθρωπότητος ἴδιον. ἡ δὲ ζωὴ, τῆς ἐνυποστάτου ζωῆς. ἀλλ᾽ ὅμως κοινῶς ἀμφοτέρων ἑκάτερα, διὰ τὸ ταυτὸν τῆς ὑποστάσεως. εἷς μὲν γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἓν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, ἤτοι ἡ ὑπόστασις. ἀλλ᾽ ὅμως ἔχει δύο φύσεις τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ. ἐκ μὲν οὖν τῆς θεότητος ἡ δόξα φυσικῶς προϊοῦσα, ἑκατέρου κοινὴ διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ἐγένετο ταυτότητα. ἐκ δὲ τῆς σαρκὸς τὰ ταπεινὰ ἑκατέρῳ κοινά. εἷς γάρ ἐστι καὶ ὁ αὐτὸς ὁ τοῦτό τε κἀκεῖνο ὢν, ἤγουν θεὸς καὶ ἄνθρωπος, καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε τῆς θεότητος καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος. τὰς μὲν γὰρ θεοσημίας ἡ θεότης εἰργάζετο, ἀλλ᾽ οὐ δίχα τῆς σαρκός. τὰ δὲ ταπεινὰ, ἡ σάρξ, ἀλλ᾽ οὐ χωρὶς τῆς θεότητος. καὶ πασχούσῃ γὰρ τῇ σαρκὶ συνημμένη ἦν ἡ θεότης, ἀπαθὴς διαμένουσα, καὶ τὰ πάθη ἐπιτελοῦσα τὰ σωτήρια. καὶ ἐνεργούσῃ τῇ τοῦ λόγου θεότητι, συνημμένος ἦν ὁ ἅγιος νοῦς, νοῶν καὶ εἰδὼς τὰ τελούμενα. τῶν μὲν οἰκείων αὐχημάτων, ἡ θεότης τῷ σώματι μεταδίδωσιν, αὐτὴ δὲ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν διαμένει ἀμέτοχος. οὐ γὰρ ὥσπερ διὰ τῆς σαρκὸς ἡ θεότης τοῦ λόγου ἐνήργει, οὕτω καὶ διὰ τῆς θεότητος ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἔπασχεν. ὄργανον γὰρ ἡ σὰρξ τῆς θεότητος ἐχρημάτιζεν. εἰ καὶ τοίνυν ἐξ ἄκρας συλλήψεως οὐδ᾽ ὁτιοῦν διῃρημένον ἦν τῆς ἑκατέρας μορφῆς, ἀλλ᾽ ἑνὸς προσώπου αὐτοῦ παντὸς χρόνου πράξεις ἑκατέρας μορφῆς γεγόνασιν, ὅμως αὐτὰ ἅπερ ἀχωρίστως γεγόνασι κατ᾽ οὐδένα τρόπον συγχέομεν. ἀλλὰ τί, ποίας εἴη μορφῆς, ἐκ τῆς τῶν ἔργων ποιότητος αἰσθανόμεθα. ἐνεργεῖ τοίνυν ὁ Χριστὸς καθ᾽ ἑκατέραν αὐτοῦ τῶν φύσεων,

Chrysostomus, in interpretatione actuum, sermone secũdo sic inquit: Nequaquam autem quispiã peccauerit, passionem eius actionẽ uocans. In sufferendo enim omnia, egit magnum illud & admirabile opus, mortem dissoluens, & alia cuncta operatus. Si omnis actio, naturę alicuius substantialis diffinitur motio, ut ij qui circa hęc studiosi sunt accepere, ubi naturam quis uidit immotricẽ, aut inefficacem omnino, aut actionem reperit, quæ nõ esset naturalis uirtutis motio? Atqui unam naturalem operationem Dei & creaturæ, nequaquam is, qui probè sapit, dederit, secundum beatum Cyrillum. Neq; enim uiuificat Lazarum humana natura, neque lachrymatur diuina potestas: nam lachrymæ, humanitatis propriæ: uiuificatio autem, hypostaticæ uitæ. Attamen, utrunq; communiter utriq; cõuenit naturæ, ob identitatem hypostaseos: nam unus est Christus, & una est eius persona, id est, hypostasis: ueruntamen duas habet naturas, diuinitatis uidelicet & eius humanitatis. Ex diuinitate igit̃ gloria naturaliter proficiscit̃ utriusq; cõmunis, propter hypostaseos factã identitatem. Ex humanitate uerò procedunt humilia utriq; cõmunia: nam unus est & idem, & hoc & illud existens, id est, Deus & homo. Et eiusdẽ sunt, & ea quæ diuinitatis, & ea quæ humanitatis: nã diuina signa, diuinitas operabat̃, sed non sine carne. & caro humilia: sed nõ sine diuinitate. Patienti enim carni coniuncta erat diuinitas impassibilis manens, & passiones perficiẽs salutares: & operanti Dei uerbi diuinitati coniuncta erat sancta anima, intelligẽs & uidens quæ perficiebant̃. Igitur proprias glorificationes diuinitas corpori trãsfundebat, at ipsa permanebat passionũ carnis immunis. Non enim quemadmodũ per carnẽ diuinitas uerbi operabat̃, hunc etiam in modũ per diuinitatẽ eius, caro patiebat̃: nam caro diuinitatis organũ erat. Etsi igitur ex illa extrema & sublimi conceptione nihil imminutũ fuit ex utraq; forma, sed unius personæ omni tẽpore, actiones utriusq; formæ fuerũt, tamẽ ea quæ inseparabiliter fiebant, nullo modo cõfundimus: sed quid, cuius fuerit formę, ex operũ qualitate intelligimus. Agit igit̃ Christus secundũ utriusq; naturam,

& agi

καὶ ἐνεργεῖ ἑκατέρα φύσις ἐν αὐτῷ, μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, τοῦ μὲν λόγου κατεργαζομένου ἅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου διὰ τὴν αὐθεντίαν καὶ ἐξουσίαν τῆς θεότητος ὅσα ἐστὶν ἀρχικὰ καὶ βασιλικά, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος ὅσα ἐστὶ τοῦ σώματος πρὸς τὸ βούλημα τοῦ ἑνωθέντος αὐτῷ λόγου, οὗ καὶ γέγονεν ἴδιον. οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὰ φυσικὰ πάθη τὴν ὁρμὴν ἐποιεῖτο, οὐδ' αὖ τὴν ἐκ τῶν λυπηρῶν ἀφορμὴν καὶ παραίτησιν, ἢ τὰ ἔξωθεν προσπίπτοντα ἔπασχεν, ἀλλ' ἐκινεῖτο κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως, τοῦ λόγου θέλοντος καὶ παραχωροῦντος οἰκονομικῶς πάσχειν αὐτῷ, καὶ πράττειν τὰ ἴδια, ἵνα διὰ τῶν ἔργων τῆς φύσεως, πιστωθῇ ἡ ἀλήθεια. ὥσπερ δὲ ὑπὲρ οὐσίαν οὐσιώθη ἐκ παρθένου κυηθείς, οὕτω καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον τὰ ἀνθρώπων ἐνήργει, ἐπὶ ἀστάτου ὕδατος γηΐνοις ποσὶ πορευόμενος, οὐ γεωθέντος τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τῇ τῆς θεότητος ὑπερφυεῖ δυνάμει συνισταμένου πρὸς τὸ ἀδιάχυτον, καὶ βάρει ὑλικῶν ποδῶν μὴ ὑπείκοντος. οὐκ ἀνθρωπίνως γὰρ ἔπραττε τὰ ἀνθρώπινα, οὐ γὰρ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ θεός, ὅθεν καὶ τὰ τούτου πάθη ζωοποιὰ καὶ σωτήρια. οὐδὲ θεϊκῶς ἐνήργει τὰ θεῖα. οὐ γὰρ θεὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος· ὅθεν δι' ἁφῆς καὶ λόγου καὶ τῶν τοιούτων, τὰς θεοσημίας εἰργάζετο. εἰ δὲ λέγει τις ὡς οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ λέγομεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀντιδιαστελλομένη τῇ θείᾳ ἐνεργείᾳ πάθος λέγεται ἡ ἀνθρωπίνη ἐνέργεια, κατὰ τοῦτο μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ λέγομεν, ἐροῦμεν, ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ οἱ μίαν φύσιν λέγοντες, οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἀνθρωπίνης ταύτην λέγουσιν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀντιδιαστελλομένη ἡ ἀνθρωπίνη φύσις πρὸς τὴν θείαν φύσιν παθητικὴ λέγεται, ἡμεῖς δὲ μὴ γένοιτο τὸ τῇ πρὸς τὴν θείαν ἐνέργειαν διαστολῇ, πάθος τὴν ἀνθρωπίνην προσαγορεῦσαι κίνησιν. οὐδενὸς γὰρ καθόλου φασὶν ὕπαρξις ἐκ παραθέσεως ἢ ἐκ συγκρίσεως γινώσκεται ἢ ὁρίζεται. οὕτω γὰρ ἀλληλαίτια εὑρεθήσονται τὰ ὄντα πράγματα. εἰ γὰρ διὰ τὸ ἐνέργειαν εἶναι τὴν θείαν κίνησιν ἡ ἀνθρωπίνη πάθος ἐστί, πάντως καὶ διὰ τὸ ἀγαθὸν εἶναι τὴν θείαν φύσιν, πονηρὰ ἔσται ἡ ἀνθρωπίνη. καὶ κατὰ τὴν σὺν ἀντιθέσει ἀντιστροφήν, διὰ τὸ πάθος λέγεσθαι τὴν ἀνθρωπίνην κίνησιν, ἡ θεία κίνησις ἐνέργεια λέγεται.

& agit utraq; in ipso natura cum alterutrius cõmunicatione: uerbo quidẽ operante ea quæ sunt uerbi propter authoritatem & potestatem diuinitatis, quæcunq; sunt præcipua & regia: corpore uero absoluente quæcunq; sunt corporis munia, ad uoluntatem uerbi, quod ipsi counitur, cuius & factũ est proprium. Non enim à seipso ad naturales passiones alacritatẽ operabatur, neque ipsam ex tristibus occasionem & refutationẽ, aut ea quæ extrinsecus accidunt passus est: sed mouebatur secundum obsequiũ naturæ, uerbo uolente & permittente secũdum dispensationem pati ipsam & agere propria, ut per opera naturæ crederetur ueritas. Nam quemadmodum super substantiã substantialiter de uirgine natus est: sic & super hominem ea quæ hominum sunt operabat̃, super instabilem aquam terrenis pedibus ambulãs: non terrena facta aqua, sed supernaturali diuinitatis potentia, consistente ad indefluxibilitatem, & grauitati materialiũ pedum non cedẽte. Non enim humanitus faciebat humana: nam nõ homo solum, sed & Deus: unde & passiones eius uiuificantes, & salutares. Neq; deitus operabatur diuina: nam non Deus solũ, sed & homo. Vnde per contactũ, & sermonẽ, & id genus similia, diuina signa operabatur. Et si quispiam dicat, quòd non ad tollendã humanã actionẽ unam actionẽ in Christo dicamus: sed quia humana actio, distinguẽdi modo à diuina actione, passio dicit̃: secũdum hoc unã in Christo actionem dicimus. Refellemus, quia et hac ratione, qui unam naturã dicũt: nõ ad tollendã humanam illã dicũt: sed quia distinguẽdi modo, humana natura ad diuinã naturam passiua dicitur. Nobis aũt absit, distinctione ad diuinã actionem, passionẽ appellare humanã motionẽ. Nã nullius (ut uniuersaliter dicat̃) existentia, ex collatione aut cõparatione cognoscit̃, ac diffinitur: sic enim altera causa & circulo comperirentur res existere. Nã si propterea quod actio diuina sit motio, humana passio est reuera & quia bona est diuina natura, mala erit humana. Et secundũ cõuersionẽ ex cõtrapositione, oppositoq; modo collatione facta, q̃a passio dicit̃ humana motio, diuina motio actio dicit̃.

καὶ διὰ τὸ πονηρὰν εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀγαθὴ ἔσται ἡ θεία. καὶ πάντα δὲ τὰ κτίσματα, οὕτως ἔσται πονηρά, καὶ ψεύσεται ὁ εἰπών, καὶ εἶδεν ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. ἡμεῖς δέ φαμεν, ὅτι οἱ ἅγιοι πατέρες πολυτρόπως τὴν ἀνθρωπίνην ὠνόμαζον κίνησιν, πρὸς τὰς ὑποκειμένας ἐννοίας. προσηγόρευσαν γὰρ αὐτὴν καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ διαφορὰν, καὶ κίνησιν, καὶ ἰδιότητα, καὶ ποιότητα, καὶ πάθος, οὐ κατὰ ἀντιδιαστολὴν τῆς θείας, ἀλλ' ὡς συνεκτικὴν μὲν καὶ ἀναλλοίωτον δύναμιν, ἐνέργειαν δέ, ὡς χαρακτηριστικὴν καὶ τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ὁμοειδέσιν ἀπαραλλαξίαν ἐμφαίνουσαν. διαφορὰν δέ, ὡς ἀφοριστικήν. κίνησιν δέ, ὡς ἐνδεικτικήν. ἰδιότητα δέ, ὡς συστατικὴν καὶ μόνῃ αὐτῇ καὶ οὐκ ἄλλῃ προσοῦσαν. ποιότητα δέ, ὡς εἰδοποιόν. πάθος δέ, ὡς κινουμένην. πάντα γὰρ τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ μετὰ θεόν, πάσχει τῷ κινεῖσθαι, ὡς μὴ ὄντα αὐτοκίνησις, ἢ αὐτοδύναμις. οὐ κατὰ ἀντιδιαστολὴν οὖν (ὡς εἴρηται) ἀλλὰ κατὰ τὸν δημιουργικῶς αὐτοῖς ἐντεθέντα παρὰ τῆς τὸ πᾶν συστησαμένης αἰτίας λόγον. ὅθεν καὶ μετὰ τῆς θείας συνεκφωνοῦντες αὐτήν, ἐνέργειαν προσηγόρευσαν. ὁ γὰρ εἰπών, ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, τί ἕτερον πεποίηκεν; ἢ ὁ εἰπών, καὶ γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀπόσιτος μείνας, ὕστερον ἐπείνασεν. ἐδίδου γὰρ τῇ φύσει ὅτε ἤθελε, τὰ ἴδια ἐνεργεῖν. ἢ οἱ διάφορον ἐν αὐτῷ φάσκοντες ἐνέργειαν, ἢ οἱ διπλῆν, ἢ οἱ ἄλλην καὶ ἄλλην. ταῦτα γὰρ δι' ἀντωνυμίας, δύο τὰς ἐνεργείας σημαίνουσι. δι' ἀντωνυμίας γὰρ πολλάκις ὁ ἀριθμὸς ἐνδείκνυται, καὶ διὰ τοῦ εἰπεῖν, θεῖον δὲ καὶ ἀνθρώπινον. ἡ γὰρ διαφορά, διαφερόντων ἐστὶ διαφορά. τὰ δὲ μὴ ὄντα, πῶς διοίσουσιν;

& quia mala est humana natura, bon[a] erit diuina. Atq; omnes creaturæ h[o]c pacto erũt malę, & mendax erit qui d[i]xit: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Nos aũt dicimus, Sa[n]ctos patres multifariam humanã nom[i]nasse motionẽ, secundũ subiectarũ in[]telligentiarũ exigentias. Vocauerun[t] enim ipsam, & uirtutem, & actionẽ, & differentiã, & motionẽ, & proprietat[em], & qualitatem, & passionem: non secu[n]dum distinctionem ex opposito ad d[i]uinam actionem: sed ut cõhabitualem & indemutabilem uirtutem. Action[em] autem, ut signatricem, & in omnibu[s] eiusdẽ speciei immutabilitatẽ demon[]strantem. Differẽtiam, ut definitricem. Motionem, ut ostensoriam. Propriet[a]tem, ut constitutiuam, & soli speciei & non alij assistentem. Qualitatẽ, ut spe[ci]ficã. Passionẽ, ut motã. Nã omnia qu[æ] ex Deo & post Deũ, id patiũtur, ut fa[ci]cet moueanť: quippe quæ non sint p[er] seipsa motio, & per seipsa uirtus. N[on] igiť secundũ ex opposito distinctione[m] ut dictũ est: sed secundũ rationem c[on]creationis modo illis inditam, ab om[ni]um opifice causa. Vnde & illam pr[o]ciantes, unà cũ diuina, actionẽ nunc[u]pauerunt. Qui enim dixit, operab[atur] utraq; forma, cũ alterutrius cõmun[io]ne, quid aliud fecisse uidetur, quã q[ui] dixit: Et cũ ieiunasset quadraginta d[ie]bus, postea esuriijt? Dabat enim natu[ræ] quando uolebat propria operari: si[ue] diuersam in ipso dicant actionem, si[ue] duplicem, siue aliam & aliam: hæ enim nominum adiectiones, duas actiones sig[ni]ficant: nam & per huiusmodi, pronominationes, frequenter numerus ostendit[ur] ut per hoc quod dicimus diuinum & humanũ. Differentia enim rerum differen[]tium est differentia: quæ autem non sunt, qui fit ut differant?

COMMENTARIVS.

OStensurus hoc loco Damascenus duas in Christo esse actiones, sicut uolũtates & na[tu]ras, uarias adducit actionis & actus significationes, ex 22. & 23. cap. præcedẽtis libri ... pspectiores & exploratiores. Inter actionẽ tamẽ et actũ hãc ãnnotat hic differentiã ... uis plerũq; soleãt p eodẽ sumi: quòd actio, motus est, & formę alicuius acqsitio siue pductio ... ut calefactio aquæ, illũinatio aeris. Cõpleto uerò motu, forma tota acqsita, dicitur actus ... caliditatis aquæ, aut sanitas post absolutã medicationẽ. Atq motus ipse, re ipsa nihil aliud ... quã forma substãtialis, aut accidẽtaria: quæ paulatim atq; sẽsim tẽpore motus acqritur, ut ca[]lefactio re ipsa est ille calor, q pedetẽtim in aqua progignitur. Ipsa igitur actio (si quid nãceps[]sa sit, attẽdimus) magis fit quã agat. Quare sacer Gregorius Nazianzenus rectè cõfutat po[nen]tes spiritũ sanctũ esse actionẽ, eo ipso qď tũc ageretur, & nõ ageret: & cũ primũ absoluta ess[et] eius aspiratio, ptinus cessaret: quãdo quidẽ absoluto motu, mobile natura qescit. Vtrũq; au[]tẽ prædictorũ falsũ est, cũ enim omni efficax sit eius uirtus, & omniũ artifex, imensusq; ag... uigor, quo modo agetur spiritus à quopiã? Insup nõ modo cũ spirat, adest pijs mẽtibus, & ... in animas sanctas se trãsfert, sed & mansionẽ facit apud eos qui digni habẽtur eius cõform... ha...

haud minus quàm pater & filius ad iuſtos ueniũt, & mãſionẽ apud eos faciũt. Rurſum in alia ſignificatiõe, uita uegitatiuæꝙ potẽtiæ operatio, naturalis actio dicitur, ut uiſio, auditio, ambulatio, uolatio. Deniꝙ intellectus operatio, ſimiliter & uolũtatis, actio dicitur, ut cognitio mẽtis, & libera uolũtatis motio. Sed hęc omnia triplicis uitę opera, uegetatio, ſẽſatio, & animi motio, in Chriſto cõperiũtur, ut euãgelica lectio apertiſsimè declarat: Eſt igitur in ipſo uerè humana actio, cõſequẽs humanã naturã & uolũtatẽ. Adiũgit & aliã actionis ſignificantiã, qua dicitur prima in nobis cõſtituta intelligẽtia, id eſt, ipſa rerũ intellectarũ notio in animo noſtro efformata atꝙ cõcepta. Et ea ſimplex eſt, & ſine habitudine, id eſt cõnexione aut ratione ad aliud: quoniã ex alio minimè dependet, aut ad alterũ colligantiã cõſpirationẽꝙ habet: ſed ab ipſa mẽte in penetralibus animi effigiatur, nullo uocis aut ſcripturæ uſui officioꝙ alligata, neꝙ alterius earũ cõpoſitionẽ requirẽs. Siquidẽ pfecta eſt mẽtis notio, neꝙ uoce neꝙ ſcripto explicata. Prolatio uerò, & ſermõis explicatio, cõpoſita dicitur: qa nõ ſolũ habet (ut pfecta ſit) uocis elocutionẽ, quã ingerat auribus, ſed & intelligẽtiæ notionisꝙ annexionẽ, q̃ animo loquentis latitantẽ depromit, & in audientis mentẽ trãsfundit. Alioqui uocẽ quidẽ auribus hauriet audiẽs, quid nã uerò ea deſignetur, prorſus ignorabit. Neceſſaria ſiquidẽ eſt cum uoce, notionis ipſius cõnexio, ut paretur animo intelligentia. Demum actio dicitur interdũ illud opus qđ perficitur & cõpletur. Et illa eſt multifida & multiplex. Quædã enim eſt, ubi illud qđ perficitur & abſoluitur, eſt ipſius animæ ſolũ: ut intellectio, aut uolũtatis intima operatio. Quædã eſt animæ utẽtis adminiculo corporis, ut uiſio, auditio, progreſsio, quæ ab anima fiunt, organi corporei officio. Quædã etiã eſt actio: ubi id quod peragitur & exercetur eſt corporis intellectualiter animati: ut latẽtis intelligentiæ per ſermonẽ explicatio & expreſsio. Siquidẽ id ſolũ conuenit corpori animato anima intellectuali & rationali, cũ rationis expertia huiuſmodi elocutione uacẽt. Demũ quædam cõperitur huiuſce generis actio, quæ eſt idipſum quod actione abſoluitur & cõſumatur: ut domus diceretur hoc pacto ędificatoris actio, quia eſt illud qđ ædificatione expletur. Siquidẽ mens ipſa ante omnia in animo cõſtituit, & apud ſe cõſiderat quid nã ſit agendũ, deinde per corpus, illud accõmodat ad opus: quare agendi principatus & præcipua cauſa animæ eſt adſcribenda, cũ utatur corpore tanquã inſtrumẽto, ad id exercendũ quod inſtituit. Secundo uerò loco corpus agere dicitur, ut organũ qđ mouetur ab anima & ducitur, quare ſupprincipalẽ habet & ſecundariã agendi rationem. Et quemadmodũ alia eſt natura corporis, & alia animæ, quamuis eundẽ totum hominẽ conſtituant: ita alia eſt natura & ſpecie actio corporis, & alia animæ, quãuis utrũꝙ alteri ſit adiumẽto ad agendum, per ſe quidẽ inſufficiens, & alterius indigens auxilio. Porrò, quemadmodum architectus primùm animo ſecũ figurat domũ, & in ſingulas digerit partes, quo quæꝙ loco cõſtituenda ſit, apud ſe reputãs atꝙ efformãs: deinde eius præcepto manu operarij accingũt ſe operi, moliuntur ædificiũ, fundamenta locant, parietes extruunt, & tectũ ſuperimponũt: eſtꝙ architectus ipſe, præcipuus artifex: reliqui uerò ut eius organum, exequẽtes artis opus. Ita ſanè anima rationalis, quicquid corpore adminiſtrandum eſt, figurat primũ, & in ſuis effigiat penetralibus: deinde tactu admotioneꝙ manuum ad opificium, continentiaꝙ & cõpræhenſione materiali, circundationeꝙ ſenſibili, idipſum corpus & inſtrumentũ animæ explet, quod prius anima extenſe & imaterialiter in ſe figurauit. Proinde rectè dicit hoc loco Damaſcenus: Quod autem à corpore perficitur, tactus eſt continentia, & facti uelut circundatio: animæ uerò, ueluti facti formatio & figuratio. Vnde in homine anima rationalis efficiendi primatum, primariamꝙ agẽdi authoritatem obtinet, mouetꝙ corpus ut ſuum organum, cuius uſu & miniſterio ſuas exercet functiones. Siquidem in omni efficientium genere, inſtrumentum inferiorem habet agendi rationem, quàm id cuius eſt inſtrumẽtum. Haud aliter in Chriſto diuinitas præcipuum efficiens, humanitate eius & coniuncto organo unitoꝙ utebatur ad diuinas actiones perficiendas: neque ſolũ corporis, ſed & animæ officio miracula operabatur. Siquidem ſanaturus leproſum (ut octauo capite Mathæus ſcribit) extendit manum ſuam, dixitꝙ illi: Volo, mundare. atque continuo ſanatus eſt languidus. Vbi repẽtina leproſi curatio, diuinitatis eſt unum opus, per animæ actionem, utpote uolũtatis operationẽ, & corporis itidem uſum, ſcilicet locutionem, & manus extenſionem, demonſtratum atꝙ expletũ. Cæterum præcipuam huius capitis propoſitionem quã hic intendit aſtruere, utpote duas in Chriſto eſſe actiones, diuinam & humanã, permultis rationibus deinde munit, primùm quidem aſſertorijs, & deinde ducentibus ad incommodum. Prima ratio. Sicut in Chriſto duas fatemur naturas, unitas adinuicem ſine confuſione, atque ab inuicẽ differentes: ita & duas fateri debemus uoluntates & geminas actiones illis reſpondẽtes, coniunctas quidem in eodem, ſalua tamen ſemper earũ differentia. Secunda. Sicut humana natura à uerbo aſſumpta nõ eſt tranſmutata à ſuæ naturæ cõditione, ita uolũtas humana & actio diuinitati cõiunctæ, nõ deſeruerunt naturalem ſuam conditionẽ, neꝙ prætergreſſæ ſunt metas ſuæ naturæ cũ fuerit unus. Quorum natura diuerſa, horum & diuerſa actio, ut in præcedẽti cap. latius dictum eſt, in quo poſitæ rationes ad probãdum duas in Chriſto eſſe uoluntates, hic conſimiliter repetuntur ad oſtendendũ propoſitũ. Atqui duæ in Chriſto ſunt naturæ, ut ſuperiora probauerunt.

Igitur & geminæ actiones. Quarta ratio. Si unam in Christo ponimus actionem, unicã in eo-
dem ponere substantiam cogemur: quia quorum actio una, horũ & substantia una. Atqui id
falsum est, & prius ostensis repugnans. Reliquum est igitur ut duas in eo ponẽtes naturas, du-
as itidẽ fateamur eidẽ cõuenire actiones. Quinta ratio. Quia Christus est cõsubstantialis patri
secundũ diuinitatem, æqualis est illi secundum diuinam actionẽ: ergo consimili iure quia no-
bis consubstantialis est secundum humanitatem, erit æqualis nobis & conformis secundũ a-
ctionem humanam. Sunt igitur duplices in Christo actiones. Sexta ratio. Quorũ actio una,
eorum & uirtus eadem: cum omnis actio, uirtutis sit perfectio. Nempe in omnibus cùm cor-
poralibus tum spiritualibus entium generibus, uirtus gratia actionis est ordinata atque insi-
ta, ut uisiua uirtus ad uidendum, auditiua ad audiendum. Quòd si actione destituta uirtus
su erit torpida, ociosaq́ permanebit: ut uirtus oculi nunquam exercens uisionẽ. Est itaque a-
ctio, ipsius uirtutis perfectio, ut finis, eius quod est ad finẽ: & productio fructus tempestiui,
perfectio est feracis & fœcundæ arboris. Atqui impossibile est naturæ creatæ & increatæ, tẽ-
poralis & æternæ, compositæ & simplicis, circumscriptæ & incircũscriptæ, eandẽ esse uirtu-
tem, ut protinus liquet. Igitur & impossibile est, unam earum esse actionem. Septima ratio.
Si unicam in Christo ponimus actionẽ, tunc diuinitati Christi attribuere cogemur animæ ra-
tionalis affectus & passiones, ut timorem, tristitiam, mortis recusationem. At horũ omnino
expers est diuinitas, ut quæ sit impassibilis. Igitur huiusmodi affectiones illi conueniunt se-
cundum hominem, & humanam actionem aliam à diuina. Deinceps dissoluit author obie-
ctionem cauillumq́ aduersariorum, qui dicere fortasse possent, filium Dei ante assumptionẽ
carnis eiusdem fuisse actionis cum patre, nõ autẽ post incarnationem: sed tunc ut alterius e-
à patre substantiæ, scilicet humanæ, ita & alterius actionis ab eo, utpote humanæ, neque di-
nam actionem Christo post dispensationẽ carnis susceptæ amplius conuenisse. Sanè id obie-
ctantibus est admittendũ, Christum post unionem humanitatis alterius esse & substantiæ &
actionis à patre, utpote humanæ: simul tamen & id adijciendum, Christum post assumptã hu-
manæ carnis formam, eiusdem etiã fuisse naturæ & actionis cum patre, scilicet diuinæ: quan-
doquidem ratione assumptionis neque naturam, neque actionem diuinã deperdidit. Quod
luculenter ostendit author hoc loco testimonijs euangelicis, à Christo cũ nobiscum in terr.
diuersaretur dictis, quibus apertè significat se eandem cum patre actionem habere: quæ sane
dicta non nisi diuinitati attribui possunt. Itaque cum dicit litera, quod non oporteat ea quæ
theologiæ sunt, circa dispensationem quærere: eo itẽ & altero deinde subsequente loco, theo-
logia pro diuinitate sumitur & deitate. ut sentẽtia sit, quod nõ oporteat ea opera quæ diui-
tatis sunt, circa humanæ naturæ cõditionem quærere, aut filio Dei incarnato diuinam actio-
nẽ amplius attribuere. Id sanè obijciunt cauillatores. Alterius uerò loci, scilicet, si in theolo-
gia dictum est solum à patribus, sensum est: si à patribus dictum est, filium eiusdẽ fuisse actio-
nis cum patre, tunc quidem quando in sola subsistebat deitate, non autem post incarnatio-
tunc post assumptam carnem non eiusdem esset substantiæ filius cũ patre, qđ est falsum,
post assumptionem nostræ naturæ dixerit Christus, Ego & pater unũ sumus. Planè hunc lo-
cum antiquarum traductionum prima sic habet: Et quod nõ oportet, quod theologiæ, ad di-
spẽsationem transferre. Dicimus, si de theologia dictum est solum à patribus: & nõ adhuc e-
tiam post incarnationem, eiusdẽ actionis filius cum patre. Secunda uerò ita habet: Et qđ n.
oporteat quæ theologiæ sunt, de dispensatione assumere. Dicimus, si de diuinitate tantũ di-
ctum est à patribus, & non eiusdem paternæ operationis est filius post incarnationẽ. Ex qui-
bus quidẽ uerbis, huius loci sentẽtia clarior euadit, & theologiæ nomẽ pro diuinitate ibi
accipi, dilucidũ est: cum in posteriore traductione diuinitas nominetur, ubi in priore, theolo-
giæ nuncupatio legitur: quod certè indicium est, unum pro altero sumi. Itaque Christũ post
incarnationem eiusdem fuisse actionis secundum diuinitatẽ cum patre, nonnullis author ra-
tionibus corroborat. Prima, Christus post incarnationẽ dixit: Pater meus usq; modo opera-
tur, & ego operor: Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientẽ:
Quæcunque pater facit: & filius consimiliter facit: & cõsimilia in litera abundè adducta, quæ
non nisi de diuina actione possunt intelligi. Siquidẽ eadem & consimiliter operari ut pater
operatur, suscitare mortuos & uiuificare, ad solam spectant diuinitatẽ. Igitur post incarnatio-
enim Christus eiusdem cum patre fuit actionis diuinę: sicut et ante susceptã carnẽ. Quomodo
nim id locum haberet & ueritatẽ, Pater in me manens ipse facit opera, nisi de diuinis intelli-
gatur operibus? cum humana opera neque patri congruerint, neque à patre in Christo facta
fuerint. Secunda ratio. Gubernatio mundi & prouidentia circa rerum conditarum conserua-
tionem & moderationem, non solum patris est & spiritus sancti: sed & filij, cũ de diuina sapi-
entia (quæ filius est) dictum sit, quòd attingit à fine usque ad finẽ fortiter, & disponit omnia
suauiter. Et huiusmodi gubernatio ac dispositio rerum non minus facta est à Deo, & creatu-
ris præstita post incarnationem, quám ante cum stabili fœdre, iugiq́ tenore illa ad finem us-
que mundi sit duratura: huiusmodi autem prouisio circa rerũ conseruationẽ & gubernatio-
nem, est actio, ut notum est. Igitur Christus etiam post incarnationem eiusdem est actionis
cum patre. Tertia ratio. Miracula à Christo facta liquidò produnt, ipsum post incarnatio-
eiusdem

eiusdem fuisse cum patre substantiæ, scilicet diuinæ: quandoquidē deitatis gloriā suo fulgo-
re declararunt, usqueadeo ut ex operum contemplatione induxerit Iudæos Christus ad cre-
dendum se uerum esse Deū. Si mihi (inquit) nō creditis, operibus credite. Opera quæ ego fa-
cio ipsa testimonium perhibent de me. At uerò miracula sunt actiones diuinæ, omnē quippe
creatam uirtutem superexcedūt: igitur post incarnationē Christus eiusdem adhuc fuit actio
nis cū patre, non minus quàm ante. Quòd si quis cauillādi cupidus dicat, deitatis & humani
tatis Christi eandem esse actionem, & unam omnino, eo ipso refellendus est, quòd tunc huius
modi actio composita esset ex diuina & humana actione, neque simpliciter una illarū, nec al
tera, sed permixta ex utraque: quare illa actio erit alia ab actione patris, aut etiā pater compo
sitæ fuerit actionis. Vnde tandem consequens erit, non solum Christum, sed & patrē ipsum
compositæ esse naturæ, hæc autē omnia absurda sunt, & à uero longè abhorrentia, ut superi-
us ostensum est.. Rursum siquis insurgat, cū actione personam induci debere: quare si in Chri
sto duas ponimus actiones, diuinam & humanā, & duas itidem in eo personas poni debere:
quod prius dictis obuiat, Tunc sanè cum actione induceretur persona, quando numerum a-
ctionum sequeretur multiplicatio personarum, & quot essent in aliquo actiones, totidem in
eodem essent personæ: ut si una actio, una persona: si duæ actiones, duæ itidem personę. Id au
tem falsissimum est: nā in uno quoq; homine duæ sunt actiones, una animæ, & altera corpo-
ris: & tamē unica hypostasis. & in Christo duæ sunt actiones, diuina & humana, nihilominus
una est persona. Quòd si quis pertinacius contendat, cum actione, personam induci, ergo (in-
quit autor) è diuerso etiam cum persona inducitur actio, ut ad numerum personarum multi-
plicētur actiones: quemadmodum ex eo quòd cum natura inducitur actio, cōsequens est cō-
uerso ordine & cum actione naturā introduci. Atqui in summa trinitate tres sunt hypostases
erunt igitur in eadem & tres diuersæ actiones, ut cuique personarū sua respondeat actio. Ita-
que alia erit actio patris, alia filij, alia spiritus sancti. At quorū actiones sunt differentes, eorū
& naturæ inter se differunt: trium igitur diuinarum hypostaseon erunt tres diuersæ naturæ,
quo nihil absurdius. Aut siquis dicat contrario modo, in diuinitate unam esse actionē, & cū
actione personā induci: igitur in diuinitate unica erit persona & hypostasis: quod nō minus
à uero abhorret. Secundo: si cum actione persona inducitur qui putant neque unam neq; du-
as in Christo ponendas esse actiones, neque unam eius personā, neque duas esse statuendas,
confiteri deberent. Id autem falsum est, præsertim quantum ad priorem particulam, quoniā
catholici & rectè de fide orthodoxa sentiētes, non putant unam in Christo constituendā esse
actionem, sed duas, & tamen unicam in eodem astruendā esse personā religiose fatentur. Qui
uerò duas in Christo ponendas esse actiones negaret, aut qui nec unam, nec duas, in eodē con
fitendas esse actiones arbitraretur, longè à ueritatis aberraret calle. Nimirum igitur, si ad hāc
suam positionem absurdum quicquam consequeretur. Enimuero ad rectè intelligendū quo
nam pacto in Christo unitas est personæ, & tamen duæ naturæ, & geminæ actiones, sūmope-
re annotanda est autoris manuductio, deinde subiuncta de gladio ignito, qui unicus est &
singularis, attamen in ipso duæ sunt naturæ omnino diuersæ, ignis & ferri, per naturales suas
proprietates longè differentes, & tamen in eodem coniunctæ, & duæ itidē diuersæ ibi sunt a-
ctiones naturales, illis naturis respondentes, scilicet illuminatio & sectio, adinuicē ita coniun
ctæ, ut una sine alia fieri nequeat, nihilominus suam seruant naturalē distinctionē. Si qui ue-
rò proteruius & peruicacius obniti uellent, unicam in Christo actionē esse contendētes, acer-
rimè sequētibus rationibus eos impetit, aggreditur & cōuincit Damascenus. Prima, Si ꝓp-
ter unicā Christi hypostasin unica in eo ponēda est actio, cōsimili ratione propter unicā eius
personam una in eodem cōstituenda esset natura. Cū actione enim inducitur natura, & è cō-
trario. At hoc falsum est, cū sæpius dictum sit, Christum uni personalem & bisubstantialē es-
se. Igitur & illud falsum est, quod priore ꝓponitur loco. Et reuera aut unica in Christo collo-
canda est actio, itidem & unica natura, aut duæ in eo astruēdæ naturæ, similiter & duæ actio
nes. At primum non est quoquo pacto admittendum. Reliquum est igitur, secundū recipere.
Secūda, Si unica in Christo dicitur esse actio, aut illa solum erit diuina, aut solū humana, aut
neq; diuina, neq; humana. Si primum detur, ipse solum Deus erit, & nō homo. Qui em̄ homo
esse posset omni humana actione destitutus? Si attribuatur secūdū, Christus solū erit homo,
& nō Deus. Cui em̄ diuina nō competit actio, nequaquā Deus est. Si admittatur tertiū, Chri-
stus neq; Deus erit, neq; homo, ut qui diuinæ actionis pariter & humanę esset expers. Vnum
qđq; aūt horum triū prorsus falsum est, cum secūdum catholicā ueritatē & fidē, Christus, ue-
rus sit Deus, & uerus homo. Tertia ratio, Si unica in Christo ponitur actio, aut ea creata erit,
aut increata. Non em̄ poterit media actio aliqua inter istas cōfingi, quę scilicet neq; creata sit,
neq; increata, sicut neq; inter creatā naturā & increatā, media aliqua inuenitur natura. Si detur
illa actio esse creata, illa solā in Christo demōstrabit naturā creatā, quare non erit in eo natura
increata atq; diuina: aut illa actiōis erit exors, quorū utrūq; incōueniēs. Si dicatur esse huius-
modi actio Christi increata, ergo solā ostēdit in eo naturā increatā, quare loco in eo nō habe-
bit natura creata, atq; humana, aut illa propria uacabit actione, quod nimirum est absurdum.
Oportet enim naturalia utpote naturales proprietates atque actiones, ipsis naturis cōmeare,

& apto

& apto nexu respondere. Sunt autem naturalia, alterna & commeantia naturis qui naturarum consequuntur conditionem & denominationem. E' diuerso itidem & naturæ ipsarũ actionem sortiuntur appellationem, & reciprocam nuncupationẽ. Siquidem si natura est diuina & incerata, actio quoque eius & diuina fuerit, & increata. Et contrà, si actio diuina: & natura à qua proficiscitur, diuina. Sic si actio humana est, & natura, & si natura humana, & actio quoq; eius erit humana. Et ut paucis agamus, qualis natura, talis & actio, & è diuerso. Neque dixerit quispiam, naturam comperiri sine actione illi propria: nam ea defectuosa foret & imperfecta, cum omnis natura ad actionẽ ut suam perfectionem ordinetur. Impossibile est autem defectuosam inuenire naturam, cui scilicet desit quicquam ad suam integritatem complementumq; requisitum: quandoquidem illa derogaret perfectioni summi opificis, & aliquam in eo argueret aut imbecillitatem, aut maliuolentiam. Si enim uoluit & nõ potuit illi naturæ mancæ integram adijcere perfectionem citra deficientiã, inualidus fuit & impotens. Si uerò potuit quidem, sed noluit hunc naturæ defectum tollere, & completam illã efficere: non uideretur à maliuolentia alienus, quæ summæ bonitati derogat. Quòd si potuit quidẽ, & uoluit, sed per obliuionem aut negligentiã, ignorantiamúe prætermisit, tunc impingitur ipsi rerũ omniũ authori atque inuritur nota negligentiæ, incuriæ & imperitiæ in suo opere: qđ summæ ipsius sapientię omnino repugnat. Verũ cũ Dei perfecta sint opera, ut dicit scriptura, omnibus indubitatum esse debet, nullã à Deo defitientem in necessarijs naturam prodici posse. Esset aũt natura deficiens & manca, si propriam non haberet obsignatam actionẽ. Nempe eo ipso quod quippiam actionẽ exercet suæ naturæ consentaneam, cognoscimus in illo naturã integram esse & saluam, non uiciatã, nec labefactam. Cum uerò naturalẽ huiusmodi functionẽ peragere amplius non ualet, id nobis argumento est, naturam à suo statu demutatam prolapsamq; esse. Cui quidẽ authoris dicto, astipulatur & Aristoteles in Metheoris sentẽtia: Quæcũq; (inquit) suum propriũ opus efficere possunt, uerè sunt. ut uerus est oculus, que uidere potest: & uera serra, quæ secat. At oculus q uidere nequit, nõ uerè est oculus sed homonymè, ut oculus mortuus. Et lignea serra quæ secare nõ ualet, non uerè est serra, sed imago serræ, & serra æquiuocè. Quarta ratio. Si una duntaxat esset Christi actio, ut dicerent aduersarij, illa esset diuinorum operũ pariter & humanorum effectiua. At nihil secundum naturam contrariorum effectuũ est per se productiuum, modò ea in quæ fit actio, eodem modo sese habeant, & disposita sint. Quòd enim nix natura frigefaciens, contrectãtes se manũ calefaciat: id accidentariò euenit; & per antiperistasin contrariorumq; circumstantiã. Quòd sol itidem niuem & ceram soluat in liquorem, & lutum induret, propter subiectorũ & eorum quæ patiuntur diuersam dispositionem contingit. Non potest igitur Christus, una & eadẽ actione miracula & passiones, mortisq; tolerationem perficere: siquidem ea inter se contraria sunt. Nempe miracula immẽsæ sunt potestatis & uirtutis: passiones uerò, mortalitatis & infirmitatis, p nobis susceptæ: Quinta ratio. Christus assumens naturam humanã, assumpsit omnia quæ sunt ipsius hominis essentialia & naturalia: quare & mentem humanam, animamq; rationalem & intellectiuam. Propria autem intellectus operatio, est intellectio: sicut propria oculi actio ipsa est uisio. Igitur Christus ut homo intellectionem exercuit, & sine ulla quidẽ intermissione, ut qui in lege Domini meditabatur die ac nocte: quare ut homo actionẽ habuit, & quod amplius est, continuam. Sanè in nobis, intelligendi uirtus atque potentia, actionem suam longo tẽpore antecedit: adest enim illa à nostræ natiuitatis exordio: hæc uerò duntaxat, cũ discretionem & plenum perfectumq; rationis usum attigimus. Insuper & in nobis intellectio est interpolata & qbusdã uicissitudinibus intercisa, nũc enim intelligimus, nunc uerò ab intellectione feriamur & quiescimus. In Christo uerò ab ipso sacratissimæ cõceptionis articulo simul fuit uirtus intellectiua humana & eius actio, ut ne momẽto quidẽ potẽtia præcesserit actũ. Neque interrupta fuit illa mẽtis Christi operatio, aut aliquibus interpolata alternationibus. sed iugis & cõtinua, toto suæ uitæ decursu nulla actione corporis aut durissimæ mortis perpessione impedita, perinde atq; oculus semper apertus, nullisq; obuelatus palpebris, in clarissimũ solis sidus præsentem iugiter intẽtus. At uerò præter humanum intellectũ ponẽdus etiam est in Christo intellectus diuinus, & intellectio itidẽ diuina, cõsequens naturam eius diuinã, quod ijsdem omnino rationibus promptũ erit cuiuis ostendere, quibus duas in Christo ponẽdas esse uolũtates præcedẽte cap. pbatũ est. Sexta ratio, Beatus Ioannes Chrysostomus dicit nequaquã aberrare à ueritate, q passionẽ Christi, actionẽ esse posuerit. Passionẽ inquã, id est tolerationem mortis, & perpessionẽ iniuriarũ, flagellorum, spinarum, & clauorũ pro salute nostra. Quæ sanè passio, optimo iure pro Chrysostomi sententia actio dicitur, quoniam ea passiones eruit à potestate tenebrarũ, recõciliauit patri, effecit filios adoptionis, hæredesq; ... ni, traduxitq; in cœlestem patriã. Quis autẽ negauerit hæc, redemptionem inquã humani generis, saluationẽ eius & liberationẽ à morte, actiones mirificas esse, & efficaces? Atq passio ... & mortis toleratio humanitatis est, nõ est em̃ diuinitas passioni subiecta, Christo igitur secundũ quod homo, ascribenda est actio humana. Septima: Actio naturalis diffinitur esse alicuius naturæ substantialis motio. Neq; deprehendi potest in tota rerũ uniuersitate natura, nullam habens propriam motionem, agendiq; efficaciam, aut aliqua actio, quæ nõ sit naturalis ...

tutis motio.Igitur humana in Chriſto natura,& propria eius uirtus ſuam habuit propriã a-
ctionẽ,ſicut & in cæteris hominibus habere conſpicitur:quare Chriſtus ut homo, peculiarẽ
habuit actionem.Certè Deus ipſe efficaciſsimus & abſolutiſsimus eſt actus, ſẽper agens, &
omnis actionis fons primarius atque exuberantiſsimus:qui omni naturę à ſe cõditæ impreſ
ſit immenſæ ſuæ uirtutis actiuæ ueſtigia,cõmunicauitq́; cuique pro modo ſuæ conditionis
agendi uim,quo omnia declararent ſe ab ipſo ſupremo actu duxiſſe originẽ,illiq́; in actione
utcunq́; aſsimilarentur. Hinc perfectiora entia,eiq́; propinquiora,maiorẽ ſortita ſunt agẽdi
efficaciam,ut ſpiritualia & immaterialia,quæ proinde continuã habent ac perpetem ſine in-
tercìſione operationẽ,ſine reluctamine ,contrarietate,aut difficultate.Inferiora uerò & à pri
mo uigoris immenſi principio diſtantiora,minòrem habent agendi uim & languidiorem:
quemadmodum corporalia & naturalia entia, non perpetuã,ſed frequenti quiete interce-
ptam habentia actionem,& in ſua actione contrariorum pugnantiã, obluctamenq́;, ſimul &
difficultatem. Si itaque naturã quis dederit immotricem atque inefficacem, illa carebit ueſti
gio uirtutis actiuæ,neque ſe prodet ab illo ſummo actu,agendiq́; uigore emanaſſe:quod non
minus eſt incommodum,quàm à ſummè bono authore quicquam effluxiſſe non bonũ. Ad
hæc,illa natura torpida eſſet ocioſa & defectuoſa,actione ſcilicet deſtituta:qđ in uniuerſo lo
cum non habet. Octaua ratio. Nunquam admittendum eſt, unam eſſe operationem Dei &
creaturæ:ſicut neque unam eſſe utriuſque naturã. Nõ minus enim naturales actiones,quàm
naturæ ipſæ ab inuicem diſtant & diſſentiunt.Itaque ſuſcitatio Lazari à diuinitate Chriſti fa-
cta,nequaq̃ humana eſt actio:& lachrymatio Chriſti in illa ſuſcitatione,quæ humana eſt ope
ratio,nequaquã diuina cenſeri debet. At uero quoniam hæ duæ naturæ in una conueniunt
hypoſtaſi(unus enim & idem eſt Chriſtus, ſuſcitãs Lazarũ & lachrymans)utraque operatio
communiter utriuſque eſt naturæ,unius quidẽ propriæ,& tanquã effectricis illius: alterius
autem per communicationem & cooperationem.ut ſuſcitatio ipſius eſt diuinitatis,ad eã ta-
men coöperata eſt humanitas:& lachrymatio,humanitatis eſt,concurrit tamen ad ipſam per
cooperationem diuinitas. Nulli quippe dubiũ eſt,quod ex anima rationali hominis enaſca-
tur uita utriuſque partis ſubſtãtialis:quæ quidẽ animæ ꝓpria eſt & naturalis,corpori autem
propter unionẽ ad animã cõmunicata,& in ipſum ab anima trãsfuſa.Ex corpore uerò homi
nis procedunt naturæ humanæ imperfecta,utriq́; itidẽ cõmunia,paſsibilitas,affectionis diſ-
ſolutio,& cætera id genus.Inſuper agit anima ſuas actiones peculiares,non tamẽ ſine corpo-
ris adminiculo:& corpus ſuas abſoluit operationes, ipſius animæ adiutorio. Demũ anima
cõmunicat corpori ſuas perfectiones,uitam,motũ,ſenſum:non tamẽ à corpore uiciſsim ſuſci
pit illius imperfectiones,inciſionem,defluxum partium,ſubſtantiæ ſuæ interitum.Eodẽ pla
nè modo à diuinitate procedit gloria,utriq́; in Chriſto naturæ cõmunis:diuinitati quidẽ na
turalis,humanitati autem cõmunicata. Ab humanitate uerò Chriſti procedunt noſtræ natu
ræ infirma,utrique itidem communia:diuinitati quidem,non per illorum paſsionẽ,ſed coo-
perationem. Nõ enim patiebatur diuinitas in Chriſto infirmitates noſtras,ſed ſimul illas cũ
humanitate in natura humana operabatur. Et ſanè quæcunque ardua & ſublimia hic diſſe-
runtur de diuinæ naturæ & humanæ actionibus,quó nã pacto ſimul erant cõiunctæ per ma-
nuductionem actionum corporis & animæ rationalis,aptè intelligi poſſunt,animã diuinita
ti,corpus autẽ humanitati adaptando. Porrò dicitur in litera uerbum diuinum operatũ eſſe
quæcunq́; ſunt præcipua & regia,id eſt quæcunq́; ſunt auguſta,poteſtatẽq́; & authoritatẽ di
uinam præ ſe ferentia opera:ut eſt ſanatio languidorum ſolo uerbi imperio,q́; alia quæ regio
more imperatiuã oſtendunt uirtutẽ.Erat enim docẽs (inquit euangeliſta)ut poteſtatẽ habẽs,
& nõ ut eorũ ſcribæ & phariſæi.In poteſtate q̊q́; imperauit ſpiritus imũdis,& exierũt ab ob
ſeſsis. Vẽtis & mari imperauit,& obedierũt ei:unde in admirationẽ ducti ſũt uniuerſi. Corpꝰ
uerò Domini noſtri,humanaq́; eius natura (quæ nomine corporis hic intelligitur)nõ à ſeip-
ſa,ſecluſaq́; diuinitatis operatiõe,aut naturalib. afficiebatur paſsionib. cõmiſeratiõe,triſtitia,
pauore:tædio,aut recuſabat ſubire triſtia,ut bibere calicẽ paſsiõis, mortẽq́; guſtare:aut paſ-
ſa eſt ea quæ forinſecus ei ſunt illata,ut flagella,ſpinas,crucẽ,à ſe ipſa. Sed in omnib. his huma
næ naturæ operibus cõcurrit & diuinitas,uolẽs humanã naturã hiſce paſsionib. affici,recuſare
triſtia,mortẽq́; ſubire. Quæcunq́; igitur humana in Chriſto natura peregit,cũ diuinæ naturę
cõmunicatione abſoluta ſunt:quia uolẽdo humanã naturã agere ꝓpria,ſimul cũ illa in taliũ a
ctione cõmunicauit. Quẽadmodũ enim ſupꝫ naturã & eius metas de uirgine natus eſt,& ſub-
ſtãtialiter quidẽ nã uerã ab ea ſubſtãtiã humanã ſuſcepit:itaq́; hominũ ſũt opera,interdũ ſu-
pꝫ hominẽ ꝑfecit,& ſupra humanæ naturæ ſortẽ:ut ambulationẽ,quæ hominis eſt operatio,
ſuper aquas fluidas & liquidas,qđ ſupra hominẽ eſt. Nonnunquã uerò quæ hominũ ſunt,ſe
cundũ hominẽ operatus eſt,quo naturæ humanæ ueritas ex ſuis innoteſceret actionib. ut am
bulationẽ ſupꝫ terrã. quẽadmodũ cõiũcta diuinitas innotuit ex humanis actionib. ſupra ho-
minẽ factis,ut ambulatione ſupꝫ aquas. Cæterũ nõ arbitrandũ eſt,Dominũ noſtrũ, cũ pedib.
aquas calcauit,ſine põdere terreſtri tũ corpus habuiſſe,quẽadmodũ Theodorus impius ſcri-
ptum reliquit,corporale põdus nõ habuiſſe Dominũ ſecundũ carnẽ,ſed abſq́; põdere ſuper
mare ambulaſſe. At contrarium illius fides catholica prædicat. Nam beatiſsimus pater Dio-
nyſius

nysius dicit,quòd nõ infusis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus,de bulauit super undã Nempe in epistola ad Gaium(quæ ordine quarta ponitur)ait:Itaq; à magnitudinis celsitudine Iesus ad nostra etiam ueraciter infirma descendens, ultra huma modũ substantiam nostræ carnis accepit,ac supra hominẽ quæ sunt hominis gessit. Cuius euidens indiciũ est uirgo excellentis miraculi nouitate cõcipiens,& a qua instabilis ac fluid materialium terrenorũq; pedũ sustinens pondus,nec cedens,sed supermundana admirãd potentia costans,ad materiæ solidioris imaginẽ. Idẽ quoq; parte prima 2 cap. de Diuinis minibus inquit. Ignoramus tamen quomodo ex uirgineis sanguinibus altero quàm natu iure formatus est:quoue pacto siccis pedibus corporale põdus habẽtibus materiæq; gra tem,liquidam perãbulauit instabilẽq; substantiã. Et sacratissimus Hieronymus: Qui put Domini corpus ideo non esse uerum,quia super molles aquas quasi molle & aereũ incesse respondeãt quomodo ambulauerit Petrus,quem utiq; uerum hominẽ nõ negabunt.Et nẽ si credimus ferrũ,qđ securi exciderat,precibus Helisæi prophetæ natasse super aquas uata grauitate ferrea:& eo pacto restitutũ ei cui elapsum fuerat,ut quarto Regũ sexto ca scribitur:quid nõ credemus,filiũ Dei seruata grauitate corporea super aquas ambulasse prehensi quidem sunt à Domino discipuli de imbecillitate fidei,cũ uidentes Dominũ su aquas ferentẽ uestigia,putabant phantasma esse,& modicæ fidei uocati sunt,& quare du rent interrogati. Nos autem hæc omnia facta legentes,in parẽ adhuc incidemus errorem confingemus in eo corpus fuisse aereũ,sublata naturali grauitate. Quod qui ponunt,uid tur idipsum excogitasse ad extenuandum id signum & diuinũ opus:ne cui uideatur mir ipsum super aquas incessisse,cum corpus tunc grauitatis fuerit expers:sicut nec nouum aut naturæ insolitũ,quod aer super aquas suspẽsus agitetur,& huc illucq; feratur. Neq; a illæ in soliditatem terrenam commutatæ sunt,aut densitatẽ terrestrem contraxerunt:quo ambulatio super aquã sic affectã,tanquã glacie constrictã aut congelatã,nõ fuisset supra ræ uim,ut neq; progressio super terrã facta. Et ergo illud cõmentũ de soliditate terren adinuentũ putari deberet etiã ad negandũ miraculũ,& imminuendã diuinæ uirtutis tionẽ. Sed seruata suæ naturæ instabilitate,fluore & liquiditate Dominũ cœli terræq; po non cedentes aquæ sustinuerunt:sicut & rubri maris & Iordanis aquæ non sunt à suæ natu proprietate demutatæ,cũ populo Israelitico transitũ præstiterunt, quandoquidẽ poste solitũ reuersæ sunt cursum. Neq; Iordanis etiã unda alias induit qualitates,cũ prophetis liæ & Helisæo ad tactũ pallij Heliæ uiam patefecerunt,quàm antẽ habuerit:quoniã facto rũ transitu consueto cursu per suũ ferebatur alueũ. Enimuerò propter huiusmodi alterna nẽ,& mutuã cooperationẽ,qua utraq; in Christo natura operabatur sibi propria cũ alter cõmunicatione. ipse Christus(ut ait litera)non humanitus faciebat humana,id est secund lam naturã humanã,& more aliorum hominum: nam & illa coefficiebat diuinitas, uiuif & nobis salutares reddẽs passiones,quas corpus eius sanctũ tolerabat. Neq; itidem Chri diuina operatus est signa deitùs,& per solam naturã diuinã,ut pater aut spiritus sanctus:C perabatur enim illi & natura humana,ut diuinitatis organõ & instrumentum. Quòd sic aduersarius unam actionem in Christo poni,non quidem ad sustollendã actionem eius h manã,sed quia humana actio in eo(ut denotetur distingui per ipsam uocis & nominis diu sitatẽ,à diuina actione)dicitur passio:quare una sola in Christo est actio,scilicet diuina, q nomen actionis retineat & seruet. Respondet author,non esse id admittendũ quòd hum in Christo operatio nominetur passio, propter distinctionẽ à diuina actione. Nã nullius natura cognosci debet ac diffiniri ex collatione & comparatione eius ad alterũ,à quo ex posito distinguatur,& secundũ distinctionẽ ex contrario differre dinoscatur,ut scilicet o sita ei ad alterius denominationẽ detur nuncupatio. Nã hoc pacto sicut ex cõparatione primũ diffiniretur secundum,ita ẽ diuerso ex comparatione ad secundũ dinosceretur pri & sic quædam esset causarum reciproca alternatio & circulatio,quã prohibẽt rectæ disc næ. Insuper si hac ratione cognoscendi creaturæ secundũ distinctionẽ & denomination ex oppposito,ponãtur à natura diuina differre,& hæc bona sit,consequẽs est creaturas om malas esse,& naturã humanã malã. Siqdẽ bono, oppositũ malũ. Quo modo igitur uerũ qđ Geneseos primo dicitur: Vidit Deus cũcta quæ fecerat,& erãt ualde bona. Simili ratione ut claritas lunæ dinoscatur esse alia diuersaq; à claritate solis,& claritas solis sit lu porteret lunæ claritatẽ esse & denominari tenebras,cũ luci sint oppositæ tenebræ:& hoc p cto multa colligi possẽt absurda,ex cõsimili lege raciocinãdi,quæ protinus ridicula & se produnt. Quomodo autẽ humanã motionem sancti patres multifariam explicauerunt inceps differit author,septem illius nuncupationes, & cuiusq; illarũ rationẽ suo ordine rens. Siquidem ipsam motionem humanã primo uocauerunt antiqui uirtutẽ, quòd ca bitualis sit & indemutabilis omnino ab humana substãtia,sicut uirtus à natura quã co tur. Secundò,eam dixerunt actionem quòd signet,declaretq; naturã à qua proficiscitur omnibus eiusdem speciei indiuiduis indifferentiam demonstret. Tertiò differentiã, q finiat determinetq; conditionem,metã & limites suæ naturæ,inducatq; discrimẽ ip tis ab alio quouis alterius speciei. Quartò,antiqui humanam operationẽ uocauerunt

nem, quòd illabefactam suæ naturæ uirtutem ostendat. Cuiusque nanque rei motio naturã eius integram indemutatamque monstrat. Quintò, eam uocarunt proprietatẽ, quòd humanæ speciei propria sit & peculiaris, ab alijs eam dirimens, diuersamque constituens. Sextò, eandem dixerunt qualitatem, quòd species sit & forma accidentaria hominis, eũ qualitate affectũ reddens. Septimò, autores humanam actionem appellarunt passionem: non quidem ob eam, quam modo reiecti & improbati confinxerunt, rationẽ, scilicet propter distinctionem ex opposito ad diuinam actionẽ: nam confutata est, & futilis ostẽsa, illa ratio: sed quia omnis actio & motio humana mouetur ab actione & uirtute diuina. Siquidẽ posteriora mouentia sine primo nullam habent mouendi uim: Deus autẽ primaria uirtus mouens, creata uerò omnia posteriora sunt & inferiora mouentia: quo circa non solũ hominis, sed & cuiusuis rei creatæ actio à diuina actione potestateque mouetur, & illa adiutrice absoluitur. Et quoniã antiqui patres rectè de mysterio dispensationis susceptæ carnis sentientes, dixerunt in Christo nũc diuersam esse actionẽ, nunc duplicẽ, nunc aliã & aliã, hæ uocũ adiectiones, additionesque horũ nominum, diuersa, duplex, alia & alia, factæ ad id nomen actiones duas in Christo actiones designant. Nam per huiusmodi accessiones nominum, & præpositiones, numerus quidam ostenditur: quemadmodum per hæc nomina, diuinum & humanum, duarũ in Christo subsistentium naturarum numerus declaratur. Cum itaque diuersa in Christo dicitur actio, siue alia & alia, denotatur humana actio differens esse ab eius diuina actione. Atqui differentia rerum existentium est differentia: quæ enim non sunt, nullo pacto differre dicuntur. Est igitur in Christo diuina actio: & est etiam humana actio in eodem discrepans à diuina, quod est propositum in hoc capite præsertim intentum, scilicet quòd in Christo geminæ sunt actiones, duabus naturis respondentes.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ, ΕΙ ΔΥΟ φύσεων καὶ ἐνεργειῶν ὁ ἄνθρωπος, ἀνάγκη ἐπὶ Χριστοῦ τρεῖς φύσεις, καὶ τοσαύτας λέγειν τὰς ἐνεργείας. ιϛʹ.

Ὁ μὲν καθ' ἕκαστα ἄνθρωπος ἐκ δύο συγκείμενος φύσεων, ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ ταύτας ἀμεταβλήτους ἔχων ἐν ἑαυτῷ, δύο φύσεις εἰκότως λεχθήσεται. σώζει γὰρ ἑκατέρων καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν τὴν φυσικὴν ἰδιότητα. οὔτε γὰρ τὸ σῶμα ἀθάνατον, ἀλλὰ φθαρτόν· οὔτε ἡ ψυχὴ θνητή, ἀλλὰ ἀθάνατος· οὔτε τὸ σῶμα ἀόρατον, οὔτε ἡ ψυχὴ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρατή. ἀλλ' ἡ μὲν λογικὴ καὶ νοερὰ καὶ ἀσώματος. τὸ δὲ παχύ τε καὶ ὁρατὸν καὶ ἄλογον. οὐ μιᾶς δὲ φύσεως τὰ κατ' οὐσίαν ἀντιδιαιρούμενα. οὐ μιᾶς ἄρα οὐσίας ψυχή τε καὶ σῶμα. καὶ πάλιν· εἰ ζῶον λογικὸν θνητὸν ὁ ἄνθρωπος, πᾶς δὲ ὅρος τῶν ὑποκειμένων φύσεων ἐστὶ δηλωτικός, οὐ ταὐτὸν δὲ κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον τὸ λογικὸν τῷ θνητῷ, οὐκ ἄρα μιᾶς φύσεως εἴη ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸν τοῦ οἰκείου ὁρισμοῦ κανόνα. εἰ δὲ λέγεταί ποτε μιᾶς φύσεως ὁ ἄνθρωπος, ἀντὶ τοῦ εἴδους τὸ τῆς φύσεως παραλαμβάνεται ὄνομα, λεγόντων ἡμῶν ὅτι οὐ διαλλάττει ἄνθρωπος ἀνθρώπου κατά τινα φύσεως διαφοράν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν σύστασιν ἔχοντες πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐκ ψυχῆς

AD EOS QVI DICVNT, SI DVArum naturarum & actionum est homo, necesse est in Christo tres naturas, & totidem actiones astruere. Cap. XVI.

Vnusquisque sanè homo ex duabus componitur naturis, anima & corpore: & has intrãsmutabiliter in seipso continens, duas habere naturas rationabiliter dicetur: saluat enim utriusque etiam post unionem, naturalem proprietatem. Nam neque corpus immortale, sed corruptibile: neque anima mortalis, sed immortalis: neque corpus inuisibile, neque anima corporalibus oculis cõspicua, sed rationalis, & intellectiua, & incorporea. illud uerò crassum, & uisibile, & irrationale. Non unius autem naturæ, ea quæ secundum substantiam ex opposito diuiduntur: non unius ergo substantiæ anima, & corpus. Et rursus, si animal rationale mortale, homo, & omnis definitio, subiectarum naturarum est indicatiua, & non sit idem secundum naturæ rationem, rationale mortali, non fuerit profectò unius naturæ homo, secundum propriæ definitionis regulam. Si uerò dicatur aliquando unius naturæ homo, pro specie sumitur naturæ nomen. Cum dicere soleamus, quòd non differt homo ab homine secundum aliquam naturæ differentiam, sed eandem substantiam habent omnes homines

συντεθειμένοι καὶ σώματος, καὶ δύο ἕκαστος φύσεις τελοῦντες, ὑφ' ἕνα πάντες ὁρισμὸν ἀνάγονται. καὶ οὐ παράλογον τοῦτο, ὁπότε καὶ πάντων τῶν κτιστῶν ὡς γεννητῶν, μίαν φύσιν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος ἔφησεν ἐν τῷ κατὰ τῶν βλασφημούντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λόγῳ οὕτωσὶ λέγων. ὅτι δὲ ἄνω τῆς κτίσεώς ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἄλλο μὲν παρὰ τὴν τῶν γενητῶν φύσιν. ἴδιον δὲ τῆς θεότητος, ἔξεστι πάλιν συνιδεῖν. πᾶν γάρ, ὃ κοινῶς καὶ ἐν πολλοῖς θεωρεῖται, οὐ τινὶ μὲν πλέον, τινὶ δὲ ἔλαττον ὑπάρχον, οὐσία ὀνομάζεται. ἐπεὶ οὖν πᾶς ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς ἐστι συντεθειμένος καὶ σώματος, κατὰ τοῦτο μία φύσις τῶν ἀνθρώπων λέγεται. ἐπὶ δὲ τῆς ὑποστάσεως τοῦ κυρίου οὐ λέγειν δυνάμεθα μίαν φύσιν. αἵ τε γὰρ φύσεις σώζουσι καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἑκάστη τὴν φυσικὴν ἰδιότητα, καὶ εἶδος χριστῶν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. οὐ γὰρ ἐγένετο ἄλλος χριστός, ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, θεός τε καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός, καὶ πάλιν· οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἕν, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν ψυχῆς τε καὶ σώματος ἕν. τὸ μὲν γὰρ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἕν, τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἀπαραλλαξίαν ἐνδείκνυται· τὸ δὲ κατ' οὐσίαν ψυχῆς τε καὶ σώματος ἕν, αὐτὸ τὸ εἶναι αὐτῶν λυμαίνεται, εἰς ἀνυπαρξίαν αὐτὰ παντελῆ ἄγον. ἢ γὰρ τὸ ἓν εἰς τὴν τοῦ ἑτέρου μεταποιηθήσεται οὐσίαν, ἢ ἐξ ἑτέρων ἕτερον γενήσεται, καὶ ἀμφότερα τραπήσονται, ἢ ἐπὶ τῶν ἰδίων ὅρων μένοντα, δύο φύσεις ἔσονται. οὐ γὰρ ταὐτὸν κατ' οὐσίας λόγον τὸ σῶμα τῷ ἀσωμάτῳ. οὐκ ἀνάγκη τοίνυν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου μίαν φύσιν λέγοντας οὐ διὰ τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσιώδους ποιότητος ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀναγομένων ἀτόμων, μίαν καὶ ἐπὶ χριστοῦ φύσιν λέγειν ἔνθα εἶδος περιεκτικὸν πολλῶν ὑποστάσεων οὐκ ἔστιν. ἔτι δὲ πᾶσα σύνθεσις ἐκ τῶν προσεχῶς συντεθέντων συντεθεῖσθαι λέγεται. οὐ γὰρ λέγομεν τὸν οἶκον ἐκ γῆς καὶ ὕδατος συντεθεῖσθαι, ἀλλ' ἐκ πλίνθου καὶ ξύλων. ἐπεὶ ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνθρωπον λέγειν ἐκ πέντε τοὐλάχιστον συγκεῖσθαι φύσεων, ἔκ τε τῶν τεσσάρων στοιχείων καὶ ψυχῆς. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ οὐ τὰ μέρη τῶν μερῶν σκοποῦμεν

ex anima & corpore cõpositi, & duabus quisq; naturis perfecti. sub una omnes ratione cõtinẽtur. Et nõ id quidẽ præter rationem. cũ & omniũ creaturarũ ut generabiliũ unũ naturã sacer Athanasius dicat. in sermone aduersus blasphemãtes spiritũ sanctũ. sic inquiẽs: Quoniã aũt supra creaturã est spiritus sanctus. & aliud præter generabiliũ naturã: propriũ enim diuinitatis est, ea quæ retro, futuraq; sunt, cõscire. Enimuero omne q communiter & in multis cõspicitur, nõ in alio quidẽ plus, in alio uero minus existens, substãtia naturaq; nominatur. Quia igitur omnis homo ex anima et corpore coalitus est, secundũ hoc ipsũ una dicitur hominũ natura. In hypostasi autẽ Christi haudquaq̃ dicere ualemus unã naturã. Nã naturæ saluãs etiã post unionẽ unaquæq; naturalẽ proprietatẽ & speciẽ Christorũ inuenire nõ possumus. Nõ ẽm factus est alius Christus ex diuinitate & humanitate, idẽ Deus & homo. Et rursus: Nõ est idẽ, secundũ speciẽ hominis unũ esse, & secundũ substãtiã animę & corporis, unũ esse. Nã secũdũ speciẽ hominis unũ esse, hoc in omnib. hominib. incõmutabilitatẽ demonstrat. Secũdum uerò substantiam animæ & corporis unum esse, hoc esse istorum lædit, ad inexistẽtiam omnimodam ista adducens. Nam aut unum in alterius trãsmutabitur substantiã, aut ex ipsis, alterius naturæ aliud generabitur, & ambo mutabuntur: aut erunt in proprijs manentia terminis: & sic duæ naturæ erunt, & non unũ secundũ substantiam: non enim idem secundum substantiæ rationem, corpus incorporeo. Non necesse est igitur eos qui dicunt unam in homine naturam, nõ propter identitatem substãtialis qualitatis animæ & corporis, sed propter incommutabilitatem indiuiduorum sub una specie reductorum unam & in Christo naturam dicere, ubi non est speciem multarum contentiuam hypostaseon comperire. Ad hæc autem: Omnis compositio ex continuò compositis coalescere dicitur (nõ enim dicere solemus, domũ ex terra & aqua cõpositam esse, sed ex laterib & lignis) quia necesse esset hominẽ dicere ex quinq; ad minimũ conflatũ, cõpositumq; esse naturis, ex quatuor elemẽtis, & anima. Sic & in Domino nostro Iesu Christo, non partes partiũ cõsideramus

ἀλλὰ τὰ προσεχῶς συντεθέντα θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα. ἔτι δὲ εἰ δύο φύσεις, τὸν ἄνθρωπον λέγοντες, τρεῖς φύσεις ἐπὶ χριστοῦ λέγειν ἀναγκασθησόμεθα, καὶ ὑμεῖς ἐκ δύο φύσεων τὸν ἄνθρωπον λέγοντες ἐκ τριῶν τὸν χριστὸν δογματίσητε φύσεων· ὁμοίως καὶ περὶ ἐνεργειῶν. κατάλληλον γὰρ ἀνάγκη τῇ φύσει, τὴν ἐνέργειαν εἶναι. ὅτι καὶ δύο φύσεων ὁ ἄνθρωπος λέγεταί τε, καὶ ἔστι, μάρτυς ὁ θεολόγος Γρηγόριος· φύσεις μὲν γὰρ δύο φάσκων, θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα καὶ ἐν τῷ περὶ βαπτίσματος δὲ λόγῳ, τοιάδε φησίν· διττῶν δὲ ὄντων ἡμῶν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ὁρατῆς, τῆς δὲ ἀοράτου φύσεως, διττὴ καὶ ἡ κάθαρσις δι' ὕδατος καὶ πνεύματος.

ſed è uicino compoſita, deitatem & humanitatem. Prẹterea ſi duarum naturarum hominem dicimus, & nos tres in Chriſto naturas dicere neceſſe eſt, & uos quoque ex duabus naturis hominem dicentes, ex tribus Chriſtum dogmatizatis naturis. Similiter autem & de actionibus. Nam alternam & cum natura remeantem, actionem eſſe neceſſe eſt. Quòd autem homo duarum naturarum dicatur, & ſit, teſtis eſt deiloquus Gregorius. Duæ enim naturæ (dicit) Deus & homo, quia & duę naturæ, anima & corpus. Et in ſermone de baptiſmate, talia dicit: Cum nos duplices ſimus, ex anima (dico) & corpore, hoc quidem uiſibili, illa uerò inuiſibili natura, duplex eſt & purgatio, per aquam & ſpiritum.

COMMENTARIVS.

QVoniam propter duas in Chriſto naturas, diuinam & humanam, etiam poſt unionẽ diſtinctas, oſtenſum eſt, præcedenti capite duplices in Chriſto actiones eſſe ponẽdas: & omnis homo ex duabus cõſtituitur naturis inter ſe diuerſis, & actiones differentes ſortitis, anima ſcilicet & corpore, quæ in Chriſto quoq; non defuerunt, cũ ſit uerus homo: nõ nulli colligere uoluerunt, tres in Chriſto ponendas eſſe naturas, diuinitatẽ, animã & corpus: & triplices illi attribuendas eſſe actiones, ut cuiq; naturarum ſua reſpondeat actio. Hos improbat, & refutat hoc loco ſacer Damaſcenus: non quia falſum quid, aut alienũ à ueritate aſſerant, ſed quia numerum naturarum non eo quo debent modo & ordine ſumunt. Attendũt enim ita dicentes, partes partium naturam humanam in ſuas partes diſſecantes, animã & corpus: cum ſolum conſiderare deberent & numerare proximas totius partes, naturam ſcilicet diuinã & humanam: quę per analogiam hic partes dicuntur, ut ſuperius diſcuſſum eſt. Quocirca aptius & rectius loquuntur, qui duas ſolum in Chriſto naturas nominãt. Enimuero uerum eſt, quòd triplicis in Chriſto naturæ aſſertores aſſumunt unumquenq; uidelicet hominem ex duabus naturis ſpecie ac proprietate plurimum diſcrepãtibus componi: ut dilucidè litera oſtẽdit, longè diuerſas & ferè ex oppoſito cõſtitutas animæ & corporis proprietates enumerans: inſuper & per ſubſtantialem hominis diffinitionẽ, quòd animal eſt rationale mortale, huiuſmodi differentiam naturarum comprobans: eo ipſo quòd geminæ iſtæ differentiæ rationale & mortale, naturarum ex quibus conſtituitur homo explicatiuæ & indices, nos eiuſdẽ naturæ rationẽ deſignent. Siquidem rationale naturã denotat hominis conſtitutiuã, rationis participẽ ſcilicet animam intellectiuã, quæ minimè mortalis eſt, aut fato obnoxia. A qua quidem parte & totus homo cõſequenter rationalis denominatur, perinde atq; à formæ ſubſtantialis ignis ui motiua aut combuſtiua, totus ignis mouere dicitur, aut cõburere. Mortale uerò deſignat alteram hominis partẽ ſubſtantialem, morti ſubiectam & putredini, utpote corpus minimè rationis capax. A' quo totus itidem homo reſoluẽdus in mortẽ dicitur, & puluerem, ut ob materiam ignis dicitur ignis ipſe moueri, & ſurſum emicare. Conſtat autẽ haſce duas partes, animam & corpus, minimè eiuſdẽ conditionis eſſe, aut proprietatis, quinimmo plurimum inter ſe diſcrepare. Quòd ſi quis inſurgat, nos dicere ſolere, unumquenque hominem cum alio unius & eiuſdem eſſe naturæ, neque unum ab altero natura differre: quo modo igitur in uno homine diuerſæ ponentur naturæ? Vtrunq; ſanè horum uerum eſt, ſed ſecundum aliam naturæ acceptionem, itidem & aliam collationem atque comparationem. Siquidẽ cum unius natura dicitur homo, ibi naturæ pro ſpecie ſumitur, quæ multorum indiuiduorũ ſub una eademq; communi ratione & cõtentiua: & tunc unus homo ad alterum confertur, dicunturq; omnes homines unus homo: quia in eadem ſpecie humana conueniunt, communionemq; habent huius rationis; quòd quiſq; eorum ex corpore & anima rationali cõponitur. Idcirco ambas unius hominis partes aſſentiales, ad ambas conſimilesq; alterius partes, ita dicẽtes cõparamus. Cũ uerò dicitur homo ex duabus naturis cõſtitui, naturã ſumimus ꝓ parte ſubſtantiã alicuius conſtituente, & unã hominis partem ad alterã eiuſdem eſſentialem cõparamus partem. Neq; id abſurdum cuiquam uideatur, naturam interdum ꝓ ſpecie ſumi, ut dictũ eſt, cum nonnunq; etiã accipi inueniatur pro genere, rationẽ multis ſpeciebus cõmunem deſignãte; quemadmodũ ſumitur in eo Athanaſij dicto, quo unã dicit eſſe

naturam omniũ creaturarũ, quatenus generabiles sunt, id est creabiles, formabiles à Deo, & producibiles. Non enim hic id nomen generabile, secundum peculiarem & propriã philosophiæ naturali sumitur rationẽ, cũ & spiritualia quoq; ut mentes humanas & angelicas suo cõplectatur ambitu. Horũ eñ omniũ una cõmunis ratio est, quòd à Deo suæ existentiæ principiũ susceperunt. Porrò quod proprium sit diuinitatis, futura certò cognoscere, ut adducit Athanasius, attestatur & Esaias capite 41. dicens: Annunciate quæ uentura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis uos: quasi argumentũ diuinitatis esse idipsum constituens, si uentura sine ambiguitate dinoscantur. Atqui spiritus sanctus futura proculdubio noscit, nõ illorum ex superiore aliqua substantia (quemadmodũ angelici spiritus) notionẽ mutuamus, sed alijs, ut Prophetis & Apostolis eam primò cõmunicans, quẽadmodũ de eo dixit Dominus discipulis. Et quæ uentura sunt annunciabit uobis. Et beatus Petrus ait: Non uoluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Prophetia aũt certa est futurorũ denũciatio. Est igitur spiritus sanctus uerè Deus, & nõ creatura, ut Macedonio & sua scelerata cohors falsò cõmẽti sunt. At uerò siue hoc, siue illo modo sumatur natura, nequaq; in Christo dicere possumus unã esse naturã. Non enim unã naturã cõponentẽ: quia duo in eo naturæ diuina & humana saluant in eo post unionẽ, & seruant utræ suas naturales proprietates, ut suprà dictũ est: quare integræ in ipso semper saluæq; subsistũ. Neq; in Christo ponere possumus unã naturam, id est speciẽ. Nam ad hanc una cõmunis requiritur ratio, & quæ in multis conspiciatur indiuiduis. Christi aũt ratio, scilicet cõpositi ex diuinitate & humanitate in una coniunctis hypostasi, nequaq; pluribus cõgruit singularibus, sed uni & soli Domino nostro, ut superius cap. 3. huius libri amplius declaratũ est. Hinc manifestũ est, latã esse differentiã inter hæc duo, secundũ speciẽ hominis unũ esse & secundũ substantiã animæ & corporis unũ esse. Nam primũ in natura cõperitur, & omnib. conuenit hominibus. Sunt enim omnes homines unũ secundũ speciẽ hominis, cũ omnes in eadẽ specie cõmuniq; hominis ratione coincidant. Secundũ uerò neutiq; inueniri potest: nã id esset unã & eandẽ corporis animæ esse substantiã: & animã esse corpus, ac corpus esse animã: qđ haudquaquã fieri potest. Et ergo hoc, scilicet secundũ substantiã animæ & corporis unũ esse, lædit & offendit ipsum esse istorũ (ut habet litera) scilicet animę & corporis, adducẽs ista duo hominis constitutiua ad omnimodã inexistentiã. Nam si unũ in alterius substantiã transmutatur, illud ad inexistentiã redigitur, & si ex ipsis ambobus ad inuicẽ cõfusis, alterius naturæ aliud adgignitur, amborũ tollitur existentia. Ex supradictis aũt rectè colligit autor, quòd dicentes unã esse in homine naturã, non quidẽ propter substãtialẽ identitatẽ animæ & corporis, quoniã illa est impossibilis, sed ꝓpter conuenientiã omniũ hominũ in una ratione specifica, non debent eadẽ ratione asserere unã esse in Christo naturã, id est speciẽ & rationẽ specialẽ: quoniam non possunt plura huiusmodi rationis, secundũ q; hic dicitur Christus, indiuidua inueniri. Deinde ostendit etiã nõ aptè, neq; accõmodè eos de Christo disserere, qui tres in eo contendunt astruẽdas esse naturas. Nam omnis cõpositio (ait) ex cõtinuò cõpositis coalescere debet. Dicuntur quidẽ continuò cõposita parte immediatæ, proximoq; & primariæ totius, & non partes partiũ. Vt ligna & lapides, propinquæ sunt partes domus: anima & corpus hominis. Remotæ uerò & mediatæ partes. sunt partes partiũ, & nõ solũ totius: ut aqua & terra, ex quibus cõficiuntur lateres, partes sunt domus, è remoto constitutæ & distantes: & quatuor elementa, ex quibus coalescit corpus, partes sunt mediatæ hominis. Omnis aũt cõpositio ex partibus, nõ per saltũ & interstitiũ sumptis, sed proximè toti coheren[t]ib. cõstituenda est, & explicanda. Quare in Christo cõsiderandæ sunt, & cõcedendæ duæ naturæ præcipuę ex quib. [...]tur, scilicet diuinitas & humanitas: nã humanitas duas insuper naturas cõplectitur, anima[m] & corpus. Neq; has necesse est in Christo nominatim, & ut numerũ augeant, per seriẽ dinumerare: nõ quidẽ quia ei nõ assint, sed qđ rei cuiuspiã cõpositionẽ exprom̃ẽtes, ineptè partiũ partes asserimus. Eadẽ quoq; ratione tametsi in Christo alia sit animæ rationalis, & alia corporis actio, sicut & in nobis, nõ tñ tres in Christo actiones cõstituere debemus, deitatis, animæ & corporis. Nã animæ actio itidẽ & corporis humana est actio, & sub humana cõtinetur ut c[o]muniori: quare cum diuina sufficit in eo humanã ponere actionẽ, ut duas præcipuas, & duabus primarijs naturis respondentes. Propterea consequenter confutat autor eos, aduersus quos hoc in capite disceptationẽ suscipit: ducens ipsos ad id incõmodi, ad quod alios trahere & urgere nitebãtur, hoc modo: Si ex eo quòd hominẽ ex duabus naturis ponimus, necesse est nos in Christo tres naturas fateri: ergo simili prorsus ratione qua uosipsi cauillũ mouentes dicitis hominem cõstitui ex duabus naturis, anima & corpore, debetis itidem confiteri Christum ex tribus esse naturis: quod si non admittitis, neq; nos illud admittere cogemur, non quidem ob naturarum deficientiam, sed non aptam earum explicationem, & numerationem. Nempe cum hominem ex duabus naturis coalitum asserimus, proximas & primarias totius partes animã & corpus designamus, quæ propria est & apta expressio. Dicẽtes uerò Christum ex tribus esse naturis, partes unius præcipuarũ partium, & minus quidẽ aptè [nu]meramus, Proinde hæc propositio potius refutanda esset, & illa recipienda. Demum quemadmodum

admodùm homō ex duabus conflatur naturis, ut satis superq́; notū est: ita & duplex ei congruit purgatio: hæc per aquā, illa per spiritū. Purgatio per aquā, uisibilis est, & uisibili hominis naturæ respōdet, scilicet corpori, cuius sordes abluit. Et hāc purgationē solā præstitit suo baptismo Ioannes, ꝓtestatus se in aqua baptizare. Purgatio uerò per spiritū sanctū, inuisibilis est, & inuisibili respondens naturæ hominis utpote animę, cuius inquinamenta detergit. Et hæc à Christo nobis est exhibita, qui idcirco in spiritu baptizare dicitur: aut nullo adiecto baptizare simpliciter prædicatur, qđ hæc purgatio præcipua sit, & longè præstantissima: illa uerò imago & symbolū huius. Vnde Lucas in Actis apostolorū ca. 1. Ioannes quidē baptizauit aqua: uos aūt baptizabimini spiritu sancto nō multos hos dies. Et Ioannes ca. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnūDei. Cuius quidē baptismatis purgationis typus & figura fuit diluuiū Noe, mare rubrū à filijs Israel pertransitū. Iordanis etiā sub Iosue à populo Israelitico transmissus, & Naaman Syrus à lepra per septuplicē in Iordane lotionē curatus, Sed hæc omnia ex decimo capite quarti libri futura sunt clariora.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΕΘΕΩΣΘΑΙ ΤΗΝ ΦΥ-
σιν τῆς τοῦ κυρίου σαρκὸς, καὶ τὸ θέλημα. ξζ.

Χρὴ εἰδέναι, ὡς οὐ κατὰ μεταβολὴν φύσεως, ἢ τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ σύγχυσιν, ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου τεθεῶσθαι λέγεται, καὶ ὁμόθεος καὶ θεὸς γενέσθαι, ὥς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος. ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. καὶ θαῤῥῶ λέγειν, ὁμόθεος. καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι τὸ χρῖσαν, καὶ θεὸν τὸ χριόμενον. ταῦτα γὰρ οὐ κατὰ μεταβολὴν φύσεως, ἀλλὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἕνωσιν τὴν καθ᾽ ὑπόστασιν λέγω, καθ᾽ ἣν ἀδιασπάστως τῷ θεῷ λόγῳ ἥνωται, καὶ τὴν ἐν ἀλλήλαις τῶν φύσεων περιχώρησιν, ὡς φαμὲν καὶ τὴν τοῦ σιδήρου πύρωσιν. ὥσπερ γὰρ τὴν ἐνανθρώπησιν χωρὶς μεταβολῆς καὶ τροπῆς ὁμολογοῦμεν, οὕτω καὶ τὴν θέωσιν γενέσθαι τῆς σαρκὸς δοξάζομεν. οὔτε γὰρ διότι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, τῶν ὅρων ἐξέστη τῆς οἰκείας θεότητος, οὔτε τῶν προσόντων αὐτῇ θεοπρεπῶν αὐχημάτων. οὔτε μὴν ἡ σὰρξ θεωθεῖσα, τῆς οἰκείας ἐτράπη φύσεως, ἢ τῶν αὐτῆς φυσικῶν ἰδιωμάτων. μεμενήκασι γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, αἵ τε φύσεις ἀσύμφυρτοι, καὶ αἱ τούτων ἰδιότητες, ἀλώβητοι. ἡ δὲ τοῦ κυρίου σὰρξ τὰς θείας ἐνεργείας ἐπλούτησε διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον ἀκραιφνεστάτην ἕνωσιν, ἤτοι τὴν καθ᾽ ὑπόστασιν, οὐδαμῶς τῶν κατὰ φύσιν ἰδίων ὑποστᾶσα ἔκπτωσιν. οὐ γὰρ κατ᾽ οἰκείαν ἐνέργειαν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἡνωμένον αὐτῇ λόγον, τὰ θεῖα ἐνήργει, τοῦ λόγου δι᾽ αὐτῆς τὴν οἰκείαν ἐνδεικνυμένου ἐνέργειαν. καίει μὲν γὰρ ὁ πεπυρακτωμένος σίδηρος οὐ φυσικῷ λόγῳ τὴν καυστικὴν κεκτημένος ἐνέργειαν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς πρὸς τὸ πῦρ ἑνώσεως ταύτην κεκτημένος. ἡ αὐτὴ τοιγαροῦν θνητή τε ἦν δι᾽ ἑαυτὴν,

DE DEIFICATIONE NATVRAE
carnis Domini, & uoluntatis. Cap. XVII.

Est scire operæprecium, quòd non secundum transmutationem naturæ, aut uersionem, aut alienationem, aut confusionem, caro Domini deificata dicitur, simul Deus, & Deus facta, ut diuiniloquus inquit Gregorius: quorum hoc quidem deificauit, illud uerò deificatum est, ausim dicere homotheon, id est simul Deum & hominem fieri, quod ungit: & Deum, quod unctum. Hęc enim non secundum transmutationem, sed secundum dispensatoriam unionem. Secundum hypostasin dico secundum quam inseparabiliter Deo uerbo unitur, & in se inuicem naturarum ingressionem, immansionem'que, quemadmodum dicimus ferri ignitionem. Nam ut humanationem sine transmutatione & uersione confitemur: ita & factam deificationem carnis glorificamus. Neque enim idcirco, quòd uerbum caro factum est, à terminis propriæ diuinitatis excessit, neque ab ijs, quæ diuinitati adsunt, Deo decentibus glorificationibus. Sed & neque caro deificata, à propria uersa est natura, aut à naturalibus proprietatibus: manserunt enim & post unionem naturæ inconfusæ, & earū proprietates illæsæ. Caro autem Domini, diuinis actionibus ditata est propter purissimam ad uerbū unionem, id est hypostasin, nequaquam naturalium proprietatum excidentiam sustinens. Non enim secundum propriam actionem, sed propter unitum sibi uerbum diuina operatur, uerbo per eam, propriam manifestāte actionem. Nam & urit ignitum ferrum, non naturali ratione ustiuam possidens actionem, sed ex unione ignis ad ferrum illud obtinet. Ipsa igitur mortalis erat propter seipsam,

 & ui-

καὶ ζωοποιὸς διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. ὁμοίως καὶ τὴν τοῦ θελήματος θέωσιν, οὐχ ὡς μεταβληθείσης τῆς φυσικῆς κινήσεως, λέγομεν, ἀλλ' ὡς ἡνωμένης τῷ θείῳ αὐτοῦ καὶ παντοδυνάμῳ θελήματι, καὶ γεγονότος θεοῦ ἐνανθρωπήσαντος θέλημα. ὅθεν θέλων μὲν λαθεῖν, οὐκ ἠδυνήθη δι' ἑαυτοῦ, εὐδοκήσαντος τοῦ θεοῦ λόγου δειχθῆναι ἐν αὐτῷ ἀληθῶς ὑπάρχον τὸ ἀσθενὲς τοῦ ἀνθρωπίνου θελήματος. θέλων δὲ, τὴν τοῦ λεπροῦ ἐνήργησε κάθαρσιν, διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον θέλημα ἕνωσιν. Ἰστέον δὲ, ὡς ἡ θέωσις τῆς φύσεως, καὶ τοῦ θελήματος, ἐμφαντικώτατον καὶ δεικτικώτατόν ἐστι τῶν τε δύο φύσεων, καὶ τῶν δύο θελημάτων, ὥσπερ γὰρ ἡ πύρωσις οὐ μεταβάλλει τὴν τοῦ πυρωθέντος φύσιν εἰς τὴν τοῦ πυρὸς, ἀλλὰ δηλοῖ τό τε πυρωθὲν καὶ τὸ πυρῶσαν, καὶ οὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ δύο ἐστὶ δηλωτικόν· οὕτω καὶ ἡ θέωσις οὐ μίαν φύσιν ἀποτελεῖ σύνθετον, ἀλλὰ τὰς δύο καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. φησὶ γοῦν ὁ θεολόγος Γρηγόριος· ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. ὧν γὰρ εἰπὼν, καὶ τὸ μὲν, καὶ τὸ δὲ, δύο ἔδειξεν.

& uiuificans propter unionem ad uerbum secundum hypostasin. Simili quoque pacto & uoluntatis deificationem, non ut transmutata naturali motione, dicimus, sed ut unita diuinæ ipsius & omnipotenti uoluntati, & facta Dei humanati uoluntas. Vnde cum uoluit latêre, non potuit, Deo uerbo complacente per seipsum demonstrare, in ipso ueraciter esse humanæ uoluntatis infirmitatem. Volens autem, leprosi operatus est emundationem, propter unionem ad diuinam uoluntatem. Sciendum autem, quòd deificatio naturæ & uoluntatis, quàm apertissimè manifestatiuum est & demõstratiuum duarum naturarum, & duarum uoluntatum. Nam perinde atque ignitio non transmutat igniti naturam, in eam quæ est ipsius ignis, sed ostendit quod ignitur, & quod ignit, & nõ unius, sed duorum est ostensiua: ita & deificatio non unam naturam cõstituit compositam, sed duas, & unionem secundum hypostasin. Dicit enim diuiniloquus Gregorius: Quorum hoc quidem deificauit, illud uerò deificatum est: quorum dicẽs, & hoc quidem, illud uerò, duo demonstrauit.

COMMENTARIVS.

Qvemadmodum Deum humanatum dicimus, & Dei humanationem, non quidem conuersionẽ diuinitatis in carnem, sed propter unionem Dei ad humanam naturam: ita carnẽ Christi deificatam fateri debemus, siue carnis deificationẽ, ob carnis ad uerbum unionẽ in una hypostasi, assumptionemq́; humanitatis in Deum, non aũt ob transmutationẽ aut uersionẽ carnis in diuinitatẽ. Itaq; in unione illa dispensatoria, & Dei fuit humanatio, & carnis deificatio: quæ duo solum habẽt rationis discrimen, ob terminorũ distinctionem, & diuersam designationẽ. Nam Dei humanationem dicentes, Deum hominem factũ insinuamus: cõstituimusq́; Deum ut primum huius diuinæ operationis terminũ, hominem tanquam secundum: & exinanitionis motũ explicamus, quo inclinauit Deus cœlos, & descendit. Sed carnis deificationem nominantes, carnẽ à uerbo assumptam denotamus: collocantes carnem tanquam primũ huius ineffabilis motionis terminum: Deum uerò ut secundum, ad quod tendat huiusmodi motus, & altissimam sublimationẽ glorificationemq́; exprimimus, qua imum ad summum est subuectum, quemadmodũ in priore enunciatione summum ad imum denotabatur inclinatum. Quocirca quod ungit utpote diuinũ Christi, hominem factum admittere debemus. & quod ungitur scilicet humanum ipsius Christi, factum esse Deum. Sicut enim sanctissimi patres hanc recipiunt, Deus est factus homo, ob uerbi Dei humanationem: ita & hãc, Homo est factus Deus, ob carnis naturæq́; humanæ (quæ tota nomine carnis intelligitur) deificationẽ. Summopere tamen expetunt rectam & piã utriusq; propositionis intelligentiã, seclusa omni importunitate sophistica, exponibiliũq; inculcatione, quæ à diuinis & arduis sensib. explicandis eliminari prorsus debent & reijci. Quis enim non iure stomachabitur, & indignè feret, ad hanc diuinã aquilæ euangelicæ propositionẽ, Verbũ caro factũ est (quã audiẽtes reuereri debemus, & cũ pietate atq; religiõe genua flectere, caput inclinare) sophisticas adduci expositiones, & sophismatũ ineptias ab omni disciplina explodendas. Meminisse aũt nos decet id, qđ tertio huius libri cap. superius annotauit autor, qđ Christus ungẽs est ut Deus sua deitate corpus, unctus aũt ut homo: nã ipse est hoc & illud. siquidem unctio, deitas humanitatis. Ex quo qdẽ loco literæ, qđ hic adducitur, facilè puiũ fit intellectu, nã eundẽ expetit sensum. Vnde ut modò dicta exactius intelligãtur, scirè operæpreciũ est, in hominis cõpositiõe corpus ipsum fit animatũ, ob ingressionẽ, immeationẽ, atq; immansionẽ ipsius anime, carnẽ humanã animãtis: neq; fit carnis animatio, p trãsmutationẽ, uersionẽ carnis in animã. E' diuerso anima rationalis informãs corpus, dicitur ab eo (si i. a loqui licet) corpora: nõ quia in corporis cõuertatur substãtiã, sed qđ seruata naturali sua existẽtia, un... corp...

corpori in eadẽ hypostasi: nec̨ tollit hæc animæ corporatio naturales eius actiões, aut ꝓprietates. Intelligatur itac̨ Dei uerbi humanatio, ut animæ corporatio: & carnis Christi deificatio, ut corporis animatio & actiões actionib. respõdẽtes sumãtur, cõferãturq̨ ad inuicẽ: & facilius eorũ omniũ quæ in hoc disseruntur capite patebit intelligẽtia. Manifestũ itidẽ euadet, qđ sacratissima Christi caro, ꝓpter seipsam naturalẽq̨ suã cõditionẽ mortalis erat. Propter unionẽ uerò sui ad uerbũ, eadẽ erat uiuificãs: aut corporaliter, quia mortuos ad uitã reuocabat, scilicet puellã, adolescentẽ, & Lazarũ, tanq̨ deitatis organũ. aut spiritualiter: quia sua passiõe humanũ genus uitæ restituebat, & quotidie dignè eã sumẽtes uiuificat per gratiã. Panis (inquit) quẽ ego dabo, caro mea est ꝓ mũdi uita. Quomodo em̃ nõ est uiuificãs caro, de qua dictũ est: Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ habet uitã æternã. Et iterũ: Panis uerus est, q de cœlo descẽdit, & dat uitã mundo. Et quis est ille panis uerus? is utiq̨ de quo ipsa ueritas testatur, Caro mea uerè est cibus. Cætera quæ hoc in capite disseruntur, apertã habẽt & facilẽ intelligentiã, poterũtq̨ haud magno impendio ex supra dictis haberi clara. Nã more suo plerac̨ eorũ quæ ante discussit, hic repetit autor, quo repetita tenacius menti hæreãt.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΘΕΛΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ αὐτεξουσίων νοῶν τε καὶ γνώσεων, καὶ σοφιῶν. ξϛ.

Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον λέγοντες τὸν χριστὸν πάντως πάντα δώσομεν, τά τε τοῦ πατρὸς, φυσικὰ, τά τε τῆς μητρός. γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, ἵνα τὸ νικηθὲν νικήσῃ. οὐκ ἀδύνατος γὰρ ἦν ὁ τὰ πάντα δυνάμενος, καὶ τῇ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει, ἐξελέσθαι τοῦ τυραννοῦντος, τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἦν ἐγκλήματος τῷ τυραννοῦντι ὑπόθεσις, ἄνθρωπον νικήσαντι, καὶ ὑπὸ θεοῦ βιαζομένῳ. αὐτὸν οὖν τὸν πεσόντα, νικητὴν ἀναδεῖξαι βουληθεὶς ὁ συμπαθὴς θεὸς καὶ φιλάνθρωπος, ἄνθρωπος γίνεται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαλούμενος. ὅτι δὲ λογικὸν καὶ νοερὸν ζῷον ὁ ἄνθρωπος, οὐδεὶς ἀντερεῖ. πῶς οὖν ἄνθρωπος γέγονεν, εἰ σάρκα ἄψυχον ἢ ψυχὴν ἄνουν ἔλαβεν; οὐ τοῦτο γὰρ ἄνθρωπος. τί δὲ καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀπωνάμεθα, τοῦ πρωτοπαθήσαντος μὴ σεσωσμένου; μηδὲ τῇ συναφείᾳ τῆς θεότητος ἀνακεκαινισμένου τε καὶ νενευρωμένου; τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον ἀθεράπευτον. ἀναλαμβάνει τοίνυν ὅλον τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ τούτου κάλλιστον, ὑπὸ ἀῤῥωστίαν πεσὸν, ἵνα ὅλῳ τὴν σωτηρίαν χαρίσηται. νοῦς δὲ ἄσοφος ἐστερημένος γνώσεως οὐκ ἂν εἴη ποτέ. εἰ γὰρ ἀνενέργητος, καὶ ἀκίνητος, καὶ ἀνύπαρκτος πάντως. τὸ οὖν κατ' εἰκόνα ἀνακαινίσαι βουλόμενος ὁ θεὸς λόγος, γέγονεν ἄνθρωπος. τί δὲ τὸ κατ' εἰκόνα, εἰ μὴ ὁ νοῦς; τὸ κρεῖττον οὖν παρεὶς, τὸ χεῖρον ἀνέλαβε, νοῦς γὰρ ἐν μεταιχμίῳ ἐστὶ θεοῦ, καὶ σαρκὸς τῆς μὲν ὡς σύνοικος. τοῦ θεοῦ δὲ ὡς εἰκών. νοῦς οὖν νοῒ μίγνυται, καὶ μεσιτεύει νοῦς θεοῦ καθαρότητι, καὶ σαρκὸς παχύτητι. εἰ γὰρ ψυχὴν ἄνουν ὁ κύριος ἀνέλαβεν,

ADHVC DE VOLVNTATE ET libero arbitrio, intelligẽtia, cognitione & sapientia. Cap. XVIII.

Deum perfectum & hominẽ perfectum dicentes Christum, omnino cuncta tribuemus & patris naturalia, & matris. Nam factus homo est, ut quod uictum uincat. Non enim impotens erat, qui omnia potest, & omnipotenti potestate, & uirtute eripere à tyrannice detinente hominem. Sed accusationis & querelę erat materia tyrannizanti, qui uicerat hominem, si à Deo uim pateretur. Eum ipsum igitur qui lapsus est, uictorem demonstrare uolens, miserator Deus, & amator hominum, homo factus est, simile simili reparatus. Quòd autem rationale animal, & intellectuale, homo, nemo reclamat. Quomodo igitur homo factus, carnem inanimatam, aut animam intellectualem assumpsit? non hoc enim homo. Quid autem ab humanatione utilitatis accipimus, eo qui primò passus fuerat non saluato, neque coniunctione diuinitatis renouato & roborato? quod enim assumptione destitutum est, incurabile est. Assumpsit igitur totum hominẽ, & quod eius optimum, quod ob infirmitatem ceciderat, ut toti salutem condonaret. Mens autem sine intelligentia, & priuata cognitione fuerit nunquam: nam si inefficax, omni operatione destituta, & immobilis, & inexistens omnino fuerit. Quod secundum suam imaginem est, renouare uolens Deus uerbum, homo factus est. Quid autem secundũ imaginem, nisi mens? quod melius igitur relinquens, deterius assumpsit? Mens enim intermedia est Dei & carnis: huius quidem, ut inhabitatrix: Dei uerò, ut imago. Mens igitur menti miscetur, & intermediat mens puritati Dei, & crassitiei carnis. Si enim animam intellectualem, menteq̨ carẽtem Dominus assumpsit,

ἀλόγου ζώου ψυχὴν ἀνέλαβεν, εἰ δὲ σάρκα γενέσθαι ὁ εὐαγγελιστὴς ἔφη τὸν λόγον, ἰστέον ὡς παρὰ τῇ ἁγίᾳ γραφῇ, ποτὲ μὲν ψυχὴ λέγεται ὁ ἄνθρωπος, ὡς τὸ ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς εἰσῆλθεν Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον. ποτὲ δὲ σάρξ, ὡς τό· ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. οὐ σὰρξ τοίνυν ἄψυχος, οὐδὲ ἄνους, ἀλλ᾽ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ κύριος. φησὶ γοῦν αὐτὸς, τί με διαίρεις ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; ἀνέλαβε τοίνυν σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε, καὶ νοερᾷ· ἡγεμονικῇ μὲν τῆς σαρκός, ἡγεμονευμένῃ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου θεότητος. εἶχε μὲν οὖν φυσικῶς, καὶ ὡς θεός, καὶ ἄνθρωπος τὸ θέλειν. εἵπετο δέ, καὶ ὑπετάσσετο τῷ αὐτοῦ θελήματι, τὸ ἀνθρώπινον μὴ κινούμενον γνώμῃ ἰδίᾳ, ἀλλὰ ταῦτα θέλον, ἃ τὸ θεῖον αὐτοῦ ἤθελε θέλημα. παραχωρούσης γὰρ τῆς θείας θελήσεως, ἔπασχε τὰ ἴδια φυσικῶς. ὅτε μὲν γὰρ παρῃτεῖτο τὸν θάνατον, φυσικῶς τῆς θείας αὐτοῦ θελησάσης θελήσεως, καὶ παραχωρησάσης, παρῃτήσατο τὸν θάνατον, ἠγωνίασέ τε, καὶ ἐδειλίασε. καὶ ὅτε ἤθελεν ἡ θεία αὐτοῦ θέλησις, αἱρεῖσθαι τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ θέλησιν τὸν θάνατον, ἑκούσιον αὐτῇ τὸ πάθος ἐγένετο. οὐ γὰρ καθὸ θεὸς μόνον, ἑκουσίως ἑαυτὸν παρέδωκεν εἰς θάνατον, ἀλλὰ καὶ καθὸ ἄνθρωπος. ὅθεν τὴν κατὰ τοῦ θανάτου τόλμαν καὶ ἡμῖν ἐχαρίσατο. οὕτω γοῦν πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους φησί· πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. δηλονότι ὡς ἄνθρωπος τὸ ποτήριον πίνειν ἔμελλεν· οὐ γὰρ ὡς θεός. ὡς ἄνθρωπος τοίνυν θέλει τὸ ποτήριον παρελθεῖν. ταῦτα τῆς φυσικῆς δειλίας τὰ ῥήματα. πλὴν, μὴ τὸ ἐμὸν γενέσθω θέλημα ἤτοι καθὸ σοῦ ἑτεροούσιός εἰμι, ἀλλὰ τὸ σόν. ἤτοι τὸ ἐμόν, καθὸ σοὶ πέφυκα ὁμοούσιος. ταῦτα δὲ τῆς εὐτολμίας πάλιν τὰ ῥήματα, πρότερον γὰρ τῆς φυσικῆς ἀσθενείας πειραθεῖσα κατ᾽ αἴσθησιν τὴν ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τοῦ σώματος, καὶ φυσικὴν συμπάθειαν παθοῦσα ἡ τοῦ κυρίου ψυχή, ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπου γενομένου κατ᾽ εὐδοκίαν αὐτοῦ, αὖθις τῷ θείῳ νευρωθεῖσα θελήματι τοῦ θανάτου καταῤῥήνεται. ἐπειδὴ γὰρ ὁ αὐτὸς ὅλος ἦν θεὸς μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καὶ ὅλος ἄνθρωπος μετὰ τῆς αὐτοῦ θεότητος, αὐτὸς ὡς

irrationalis animantis animam assumpsit, quod si sic: quo pacto dicit Euangelista, uerbum carnem factum esse? Sciendum autem, quòd in sacra scriptura quandoque anima dicitur homo, ut hic: In septuaginta quinque animabus intrauit Iacob in Aegyptum. Quandoque autem caro dicitur homo, ut hoc in loco: Et uidebit omnis caro salutare Dei. Non caro igitur inanimata, neque mente destituta, sed homo factus est Dominus. Inquit enim ipse: Quid me cædis hominem, qui ueritatem uobis locutus sum? Assumpsit igitur carnem animatam anima rationali & intellectuali: moderatrix siquidem ipsa carnis est, moderata uerò à uerbi diuinitate. Habuit igitur naturaliter & ut Deus & ut homo uoluntatem: comes erat, & subijciebatur uoluntati eius humanitas non amota proprio iudicio, sed hæc uolebat, quæ diuina eius uoluntas uolebat. Nam permittente diuina uoluntate patiebatur propria naturaliter. Quando enim renuebat mortem naturaliter, diuina eius uolente uoluntate & permittente, renuebat mortem, agonizabat, & pauebat. Et quando uoluit diuina eius uoluntas, ut humana ipsius uoluntas eligeret mortem, uoluntaria ipsi passio facta est. Non enim secundum quod Deus, solum uolūtariè se ipsum tradidit in mortem, sed & secundum quod homo: unde & contra mortem nobis audaciam præstitit. Sic enim ante salutarem passionem dixit: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: perspicuum quòd ut homo calicem bibiturus erat, non enim ut Deus. Vt homo igitur uolebat ut calix transiret. hæc naturalis timoris uerba. Veruntamen non mea fiat uoluntas, id est, secundum quod tibi sum dissubstantialis, alteriusque substantiæ: sed tua, id est mea & tua secundum quod sum tibi consubstantialis hæc bonæ audaciæ uerba. Prius enim à naturali infirmitate tentata, & secundum sensum eam quæ in separatione à corpore compassionem passa anima Domini, & ueraciter hominis facti: secundum placitum bonæ uoluntatis eius, iterum diuina uoluntate roborata, aduersus mortem audaciam cepit. Enimuero quia ipse totus erat Deus cum humanitate eius, & totus homo cum eius diuinitate, & ipse ut homo

ἄνθρωπος ἐν ἑαυτῷ, καὶ δι' ἑαυτοῦ, ὑπέταξε, τὸ ἀνθρώπινον τῷ θεῷ καὶ πατρί, τύπον ἡμῖν ἑαυτὸν ἄριστον καὶ ὑπόγραμμον διδοὺς, καὶ ὑπήκοος τῷ πατρὶ γέγονεν. αὐτεξουσίως δὲ ἤθελε τῷ θείῳ καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ θελήματι. πάσῃ γὰρ λογικῇ φύσει, πάντως ἐμπέφυκε τὸ αὐτεξούσιον θέλημα. εἰς τί γὰρ ἕξει τὸ λογικὸν, μὴ αὐτεξουσίως λογιζόμενον; τὴν μὲν γὰρ φυσικὴν ὄρεξιν, καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὁ δημιουργὸς ἐνέσπειρε πρὸς σύστασιν τῆς οἰκείας φύσεως ἠναγκασμένως αὐτὰ ἄγουσαν. λόγου γὰρ ἀμοιροῦντα οὐ δύναται ἄγειν, ἀλλ' ἄγεται ὑπὸ τῆς φυσικῆς ὀρέξεως. ὅθεν ἅμα ἡ ὄρεξις γένηται, εὐθέως καὶ ἡ πρὸς τὴν πρᾶξιν ὁρμή. οὐ γὰρ λόγῳ ἢ βουλῇ ἢ σκέψει ἢ κρίσει κέχρηται. ὅθεν οὔτε ὡς ἀρετὴν μετιόντα ἐπαινεῖται, καὶ μακαρίζεται, οὔτε ὡς κακίαν πράττοντα κολάζεται. ἡ δὲ λογικὴ φύσις, ἔχει μὲν τὴν φυσικὴν ὄρεξιν κινουμένην, ὑπὸ δὲ τοῦ λόγου ἀγομένην τε καὶ ῥυθμιζομένην, ὥστε φυλαττόντων τὸ κατὰ φύσιν. τοῦ γὰρ λόγου τὸ προτέρημα, τοῦτό ἐστιν, ἡ αὐτεξούσιος θέλησις· ἥν τινα φυσικὴν ἐν τῷ λογικῷ φαμὲν κίνησιν. διὸ καὶ ὡς ἀρετὴν μετιοῦσα, ἐπαινεῖται, καὶ μακαρίζεται· καὶ ὡς κακίαν μετιοῦσα, κολάζεται. ὥστε ἤθελε μὲν αὐτεξουσίως κινουμένη ἡ τοῦ κυρίου ψυχὴ, ἀλλ' ἐκεῖνα αὐτεξουσίως ἤθελεν, ἃ ἡ θεία αὐτοῦ θέλησις ἤθελε θέλειν αὐτήν. οὐ γὰρ νεύματι τοῦ λόγου ἡ σὰρξ ἐκινεῖτο. καὶ Μωσῆς γὰρ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι, νεύματι θείῳ ἐκινοῦντο, ἀλλ' ὁ αὐτὸς εἷς ὢν θεός τε καὶ ἄνθρωπος, κατὰ τὴν θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἤθελε θέλησιν. διὸ οὐ γνώμῃ, φυσικῇ δὲ μᾶλλον δυνάμει, αἱ δύο τοῦ κυρίου θελήσεις διέφερον ἀλλήλων. ἡ μὲν γὰρ θεία αὐτοῦ θέλησις, ἄναρχός τε καὶ παντουργὸς ἦν ἑπομένην ἔχουσα τὴν δύναμιν, καὶ ἀπαθής. ἡ δὲ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ θέλησις, ἀπὸ χρόνου τε ἤρξατο, καὶ αὐτὴ τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη ὑπέμεινε. καὶ φυσικῶς μὲν, οὐ παντοδύναμος ἦν. ὡς δὲ τοῦ θεοῦ λόγου ἀληθῶς καὶ κατὰ φύσιν γενομένη, καὶ παντοδύναμος.

homo, in seipso & per seipsum, subiecit, quod humanum erat Deo, formam nobis optimam & exemplum relinquens: & obediẽs patri factus est. Libere autẽ uolebat, & diuina & humana uoluntate. Nam omni rationali naturę omnino insita est liberæ potestatis uoluntas: ad quid enim haberet rationale, si non libere uteretur? Nam & ipse rerum opifex animantibus rationis expertibus naturalem appetitum indidit, ad conseruationem propriæ naturæ, necessitatis modo illas agentem. Rationis enim expertia non possunt ducere, sed à naturali appetitu ducũtur: unde simul atq; appetitus ortus est, ilico & ad operationem motus: non enim ratione, consilio, consideratione, aut iudicio utuntur. Vnde & neq; ut uirtutem participantia laudantur, & beatificant: neq; ut uitium admittentia puniunt. At rationalis natura naturalem habet appetitum à ratiõe motũ ductumq; & regulatum, ad ea custodiẽda quę sunt secundum naturam. Rationis aũt priuilegium hoc est, liberæ potestatis uoluntas, liberumq; arbitrium: quã quidẽ in rationali naturalem dicimus motionẽ. Quapropter ut uirtutẽ participans laudatur, & beatificatur: ut uero prauitatẽ uitiũq; participans, punit. Quare libere uoluit mota Domini anima, sed illa libere uoluit, quæ diuina eius uoluntas uoluit illã uelle. Nõ eñ spiritu, uerbi caro mouebat: nam & Moses & sancti omnes spiritu diuino mouebantur, sed idem ipse unus existẽs Deus & homo, secundũ diuinã & humanam uolebat uoluntatẽ. Idcirco nõ gnome habituq; consulendi, sed magis naturali uirtute, duæ Christi uoluntates differebãt inuicẽ & impassibilis Nam diuina eius uoluntas sine principio erat, & omniũ efficax consequentẽ habens uirtutem. Humana uerò eius uoluntas à tempore cœperat, & ipsa naturales & innoxias passiones sustinuit. Et naturaliter non omnipotens erat: ut aũt Dei uerbum secundum ueritatem & naturam facta, omnipotens.

COMMENTARIVS.

Sicut in primo huius libri capite iam dictum est, Dei filius, homo factus est ob suã misericordiam, ut simile simili repararet: hominem scilicet reparatum à diabolo, & prolapsum in potestatem eius restauraret per hominem diaboli uictorem, & lapsorũ erectorẽ. Qui fortior superueniens, fortem armatum custodientem atriũ suum, & in pace possidentem humanam propaginem deuicit, spolia eius abstulit, ac uniuersa eius uasa diripuit. At ipsum autem Christum ueniens princeps mundi huius, non inuenit in eo quicq;, sed uirtute ipsius electus est foras, & factum est de eo iudicium. Hanc plane similis per simile reparationem innuit Apostolus ad Romanos cap. 5 dicens: Igitur sicut per unius delictũ in omnes homines

in con-

in cōdemnationem, ſic per unius iuſtitiam, in omnes homines iuſtificationem uitæ. Sicut enim per inobedientiã unius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per unius obeditionem, iuſti conſtituentur multi. Vt aũt huiuſmodi reparatio congruenter fieret, operæprecium fuit, & cõgruum, quòd Chriſtus totum perfectumq́ꝫ aſſumeret hominẽ, partes eius ſubſtantiales, & earum naturalia. Quare neque carnem aſſumpſit inanimatam: nam illa minimè eſt caro humana. Neque itidem aſſumpſit animam intellectu carentem, cum illa nequaquam ſit anima humana. Sanè ab humanatione, incarnationeq́ꝫ uerbi nihil utilitatis accepiſſemus, ſi is ſaluatus non fuit per huiuſmodi diſpenſatoriã unionẽ, qui primò paſſus fuerat uulnera & plagas à principe tenebrarum inflictas, quiq́ꝫ ſauciatus fuerat per ſubdolam dæmonis ſuggeſtionem, & conſtitutus diuini mandati tranſgreſſor. Non fuit autem ille ſaluatus, niſi totus homo à uerbo fuiſſet aſſumptus, & uerũ ſcilicet corpus: nam ſecundũ illud fuerat etiam ſauciatus homo, & uera itidem mens humana: ſiquidem fuerat & homo uulneratus in mẽte, parteq́ꝫ intellectiua, quæ Deo neglecto, malè ſuadenti ſerpenti fuit credula. Quare ſi animam rationalẽ & intellectualem non aſſumpſit Chriſtus, non eſt ſecundũ illã homo curatus aut renouatus, neqꝫ quicquam ei cõduceret uerbi Dei humanatio: hæc aũt abſurda. Et ita de corpore nectas argumentum. Rurſum, quòd humanam mentẽ uerè aſſumſerit Dei filius, alia quoqꝫ ratione corroborat autor, quia Deus, homo potiſſimũ factus eſt, ut renouaret in homine id qđ eſt ſecundũ ſuam imaginẽ: nã id ipſum per præuaricationẽ labefactum & corruptũ fuerat Nihil aũtem in homine eſt ſecundum imaginem Dei, niſi mens, propter quam in prima hominis formatione dictum eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non enim corpus humanũ, ſecundum imaginem Dei eſt factum: neqꝫ uegetatrix in homine uirtus, neqꝫ ſenſitiua, appetitiua, aut motiua: hæc enim omnia homini cũ animantibus rationis expertibus communia ſunt, quæ nullo pacto uiua Dei imagine ſunt inſignitæ. Sed ſola in homine mens, ſuprema animæ rationalis uirtus, ſignatũ habet ſupra ſe lumen diuini uultus, impreſſamq́ꝫ habet ſui conditoris imaginẽ. Aſſumpſit igitur Dei filius etiam mentẽ humanã. Quod quidem qui pertinacius negare pergeret, uiolentius urgeretur ratione autoris ſubiuncta: ſcilicet qđ tunc Dei filius in ſua incarnatione reliquiſſet id quod in homine præſtantius eſt & melius: aſſumſiſſet aũt illud qđ deterius eſt, & imperfectius. Aut reliquiſſet animã longè digniorẽ corpore, & carnẽ inanimatam aſſumſiſſet: quemadmodum aſtruere moliuntur ueritatis inimici: contra quos hic aciem inſtruit Damaſcenus. Aut reliquiſſet animam rationalem & intellectualem, multo præſtantiorem alia quauis anima, & aſſumſiſſet animam uegetatricẽ aut ſenſitiuam, deterioris inferiorisq́ꝫ conditionis quã ſit rationalis. Illud autem diuinæ derogaret ſapientiæ, quæ cum in omnibus operibus ſuis quàm decentiſſimam ſeruet rationem, quanto magis in hoc opere, omnium maximè arduo, & ſublimi. Indecens igitur fuerit, Deo id aſcribere, quòd corpus ſine anima, aut animam ſine mente aſſumpſerit. Per hoc utique quòd reuera mentem humanã aſſumpſit Dei filius, mens menti (ut habet litera) miſcetur: mens ſcilicet humana menti diuinæ. Tantæ ſiquidem ſubtilitatis atqꝫ ſimplicitatis eſt diuina natura, ut eã corpori craſſo, feculento, ac de limo terræ formato uniti nõ congruit, niſi mediante rationali ſubſtãtia, animaq́ꝫ intellectuali: quæ ut nexus eſt & uinculum, collinimentumq́ꝫ quoddã ſupremi ſpiritus & infimi corporis, ea duo extrema ut intermediũ quoddã colligans, & inter ſe connectens: hoc quidem extremo, ſuperius & natura eminentius: illo uerò, longè inferius & demiſſius. quemadmodum & ſexto capite huius libri amplius elucidatum eſt. Et quoniã medij natura eſt, cũ utroqꝫ extremo partim conuenire, & partim ab eo differre, in medio Dei & carnis conſtituta mens, cũ Deo conuenientiam habet quòd eius eſt imago, per ſignatum ſuper eam lumẽ diuini uultus: & naturæ quoque ſpiritualis, ſicut & Deus ſpiritus eſt. Differt autem à Deo mens, quòd creatura eſt, & ſuæ exiſtentiæ ſortita principium. Cum altero uerò extremo ſcilicet carne cõuenit mens, qđ per naturalem colligantiam, & nexum à Deo inſtitutum, ipſam inhabitat, & cum ea totũ conſtituit hominem. Differẽtiam autem ſuſtinet mens à carne, quòd incorporea eſt, immaterialis, & morte indiſſolubilis. Porrò per unionem naturalẽ mente cum carne in hominis compoſitione, proximè manu ducitur tanquam exemplo domeſtico & familiari nobis prŏpoſito, ad intelligendũ quoquo pacto ſuperadmirabilẽ unionẽ naturæ diuinæ cũ humana in Chriſto. Siquidẽ in homine, natura ſpiritualis ſcilicet anima rationalis coniuncta eſt naturæ corporali ſcilicet carni ad conſtitutionẽ totius, ut ex eo concipiamus, ſupereminentem omnia deitatem immenſa uirtute diuina uniri poſſe inferiori naturæ, ſcilicet humanæ, Qui eñ potuit adaptare carnẽ, ut ad tantum eueheretur dignitatis gradum, quo ſuſcipiendæ animæ rationali & intellectiuæ eſſet accõmoda: cur & id non poterit, quòd humana natura ad illud ſuſtollatur faſtigium, ut diuinæ formæ in unius hypoſtaſeos conſortio conſpiret? Qui itidem pręſtare potuit, quòd natura ſpiritualis cum corporali unã compleantꝫ hominis hypoſtaſin: quare non ualebit & hoc exhibere, qđ diuina natura uniatur humanæ in unã & ſingularẽ perſonam? Itaqꝫ quod anima rationalis ad corpus in homine, id diuinitas ad humanitatem in benigniſſimo noſtro redemptore. Neqꝫ ab re dictũ putetur in eccleſiaſtico ſymbolo, qđ ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo; ita Deus & homo unus eſt Chriſtus. Et planè in

tota rerum creaturarũ multitudine, nulla propinquior aut congruentior sumi põtest manuductio ad inenarrabile incarnationis mysterium, quàm unio mẽtis cum carne in homine. Verùm in annotatis tertij capitis huius libri super hac re nonnulla quoqꝫ facta est mentio. Insuper quoniam Christus animam rationalem assumpsit, & naturales eius uires, intellectum scilicet & uoluntatem: proprium iudicium intellectus humani (nam ad intellectum ipsum propriè attinet iudicium, sententiaqꝫ & dijudicatio rerũ, & nullo pacto ad uoluntatem) nõ amotum est à Christo. Sicut enim reuera intellectum habuit humanum anima Christi rationalis: ita & iudicium humanum, discretionemqꝫ ac sententiam: quæ tamen discors nõ erat diuinæ sententiæ: sed comes & subiecta, id solum ostendens affectandum, quod diuinæ (quæ semper rectissima est) uoluntati complaceat. Humana etiam Christi uoluntas diuinæ eius uoluntati semper conformis fuit. Nam quando recusabat & horrebat mortem, id diuina uolente uoluntate & permittente eam agere propria, naturaliter faciebat. Et cũ uoluit diuina uoluntas humanam uolũtatem sponte acerbam mortẽ amplecti, & suscipere, tunc humana uoluntas passionem ipsam uoluntariè elegit, & subijt. Quemadmodũ ait Esaias ca. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit. Voluit inquam ut Deus. Paulus ad Galatas capite secundo. Quód autem uiuo, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Et ad Ephesios capite quinto: Estote imitatores Dei, sicut filij Clarissimi, & ambulate in delectiõe, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationem & hostiã Deo in odorem suauitatis: traditio aũt spontaneam designat exhibitionem. Voluit itidem ut homo. Nam sæpius tentarunt eũ cõprehendere Iudæi, sed nemo misit in eum manus, quia nondũ uenerat hora eius. Mortem suam & genus mortis sæpius prædixit, traditorem discipulum bucellæ inditio præmonstrauit, comprehensuris eum Iudæis ultrò se obuium obtulit, potentifica uoce sua illos in terrã prostrauit, & deinde ijsdem potestatem ut ipsum caperent permisit. Cum uoluit capi, nõ potuit: rursus cum uoluit, captus est. Quid hæc omnia quæso designant, nisi perspicuũ uoluntariæ suæ passionis argumentum? Eodem accedit illud Apostoli uerbum ad Philippẽses secundo capite: Christus factus est pro nobis obediens usqꝫ ad mortẽ, mortem aũt crucis. Obediens quidem ut homo, quemadmodum ex superioribus innotescit. Obedientia uerò solũ est eorum, quæ spõte & uoluntariè fiunt. Voluntariè igitur ut homo mortẽ crucis pertulit. Rursum apud Ioannem capite decimo dixit Dominus ad Iudæos: Potestatem habeo ponẽdi animam meam, & iterum sumendi eam. Nemo tollit eam à me, sed ego ponó eam. Spõte itaqꝫ animam suam pro ouibus suis posuit. Siquidem potuisset rogare patrem Christus (ut ipse Petro cõtestatus est) & exhibuisset ei plusquam duodecim legiones angelorum, quorũ præsidio fuisset à Iudeorum manibus ereptus. Quód igitur patrem nõ rogauerit, sed morti se libenter obtulerit, sponte sua factum est. Vnde & audaciam nobis contra mortem præstitit, ut inquit litera: inuictissimisqꝫ martyribus, quód animam suã pro fidei testificatione intrepidè morti exponerent, uirtutẽ adiecit. In eum etenim ut obiectũ oculis exemplar intuentes corpora sua, propriamqꝫ uitam cõtra naturæ conditionem & inclinationem interriti tormentis omnibus obiecerunt, ut fortissimum ducem strenui milites sequerentur: qui cũ eos in agone præcesserit, facilius idem iter ingressi sunt. Vnde & rectè ait beatus Ioannes Chrysostomus, quód Christus mortem gustauit, ut timorem mortis fideles uincerent. ut enim (inquit) medicus nõ habens necessitatem, ex cibis ægroti degustat, ut persuadeat ægroto prõptius cibos illos accipere: sic & Dominus, cũ omnes homines mortẽ timerent, persuadẽs eis ut fiducialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortẽ, nullã habens mortis necessitatẽ. Attamen ut uerũ se hominem Christus declaret, naturalesqꝫ affectus humanos assumpsisse: sustinuit secundum animam prius quidem refutare quodam modo, & deinde spõte capessere mortem. Siquidem anima rationalis propter unionem ad corpus, naturalẽ habet inclinationem ad ipsum perens id saluare & cõseruare. Quare secundum sensum, uitamqꝫ sensitiuã, cum patitur caro quicquam molestum, anima illi compatitur, & naturaliter exhorret sui dissolutionẽ & separationem a corpore. Et sacratissima Domini nostri anima, ut humana in ea manifestaretur conditio, & naturalis proprietas, hãc in principio passa est cõdolentiã ad corpus, & resuscitationẽ separationis ab eo. Postmodum uerò eadem à diuina uoluntate & uirtute confortata, submisit se penitus diuino arbitrio atqꝫ beneplacito, eiqꝫ se totã integro sponteqꝫ subiecit. Sicut igitur spontanea fuit transgressio per inobedientiam: ita spontanea pro nobis satisfactio per promptam obedientiam atqꝫ reparatio. Neque id de humana Christi uoluntate, cum autore in litera sentire incommodum est: eam scilicet primo recusasse mortem ex propria infirmitate, deinde liberè elegisse eandem ex diuina uirtute & confortatione. Quemadmodum si quis puerum tenellæ ætatis solum ire sinat sine ductore & præside, is needum ualens pedibus progredi, collabetur in terrã, ut infantilis illa & puerilis imbecillitas expostulat. Deinde porrecta ei manu ductoris erectus, supra uires ætatis rectè progredietur sine lapsu, innixus uiribus sui ducis, quem sine offendiculo sequetur. Et de hac quoqꝫ materia in ... capite secundi libri habitus est sermo. Enimuero sententiæ autoris in litera explicatæ astipulatur Cyrillus quarto li. cõmentariorũ in Ioannẽ, exponens illud uerbũ Domini nostri: Quia descendi de cœlo, nõ ut faciã uolũtatẽ meã, sed uoluntatẽ eius qui misit me, patris:

& hoc

& hoc pacto differens. Quid autem erat quod uoluntarium & non uoluntariũ Christo fuisse dicimus? Iudæorum in illum iniuriæ, flagella, sputa, calũniæ, mors ipsa. Hæc enim propter nos passus est Christus. Nam si potuissemus nos saluari (quod illi studio erat) absq; passione omnino sua noluisse certè opprobria illa pati. Verùm quoniã libera uoluntatis potestate usi Iudæi omnino censuerunt, tot tantaq; illi facere, admittit pasſionem propter nos: & facit uoluntarium sibi, quod per se erat inuoluntarium, propter humani generis utilitatẽ, patre assentiente ac comprobante: hinc enim maximè immensam diuinæ naturæ bonitatẽ inspicimus, quòd etiã id propter salutẽ nostrã non recusauerit, quod per se erat abijciendũ. Quòd autem non uoluntarium quodã modo Christo erat crucis patibulum, uoluntarium autem propter uoluntatẽ patris & propter salutem nostrã, inde facilè disces. Cum enim ad passionem accessurus esset, patrem in orationis habitu alloquebatur, dicens: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamẽ non ut ego uolo, sed ut tu. Ea enim ratione qua uerbum Dei Deus est, & ipsa naturaliter uita: nemo ambiget, quòd nullo modo mortẽ formidauit. Caro aũt factus, permittit carni ut sua patiatur. Et ideo ut uerè homo, præsentẽ iam in ianuis mortẽ timescit, ac dicit: Si possibile est, trãseat à me calix iste. Verùm quoniã aliter fieri non potest, fiat non ut ego uolo, sed ut tu. Vides quemadmodũ natura humana etiã in ipso Christo, sua patitur & formidat? sed à coniuncto sibi uerbo ad conuenientẽ Deo fortitudinẽ & robur reducitur: doceturq;, ne quod sibi uidetur, sed diuinã uoluntatẽ sequatur, & illùc semper tendat, quò uoluntas Dei perducit, hæc, ipsa ueritas ita se habere cõfirmat. Spiritus enim (inquit) promptus, caro aũt infirma. Nõ enim ignorauit Christus, nõ parũ à dignitate abesse diuina, quòd mors timenda uideatur: propterea imbecillẽ quidẽ naturaliter esse carnẽ dixit, promptum aũt spiritum, qui sciebat nihil esse mali, calumnijs iniuriãtium uexari. Perspicis non fuisse propter carnẽ uoluntariam Christo mortem: fuit tamen uoluntaria, quoniã propter eam secundũ uoluntatem patris salus & uita hominibus donata est. hæc Cyrillus. Porrò ex hac uoluntaria acerbissimæ mortis perpessione Christus formã nobis optimã (ut habet litera) & exemplũ reliquit: quemadmodũ beatus Petrus primæ epistolæ capite secundo inquit: Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplũ, ut sequamini uestigia eius. Et reuera optimã nobis formam reliquit nostram uoluntatem abnegandi, & diuinam in omnibus sine contradictione sequendi. Exemplum identidem obedientiæ & admirandũ & imitandum proposuit optimus uitæ nostræ dux, uirtutumq; Dominus, ut promptã Deo obedientiã hilariter exhibeamus. Si enim is, qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, uirtutum omnium promptuariũ, absolutissimumq; exemplar, non homo solũ, sed & Deus, splendor gloriæ & figura substãtiæ paternæ, imagoq; Dei inuisibilis, non suã uenit facere uoluntatẽ, sed eius qui misit eum patris, orauitq; ut non sua, sed patris uoluntas fieret: quid nos in iniquitatibus concepti, & bibentes tanquam aquã, iniquitatem, qui uerè dicere non possumus, Peccatum non habemus, præstare Deo debemus, nisi promptissimè illi obedire, nostramq; omnino subijcere uoluntatem? Cæterũ, quoniã cuiusq; uoluntatis proprium est, liberam habere potestatem, & diuina in Christo uolũtas & humana, huiusmodi libertatẽ agẽdi sortita est, liberamq; facultatem. Et eo ipso differt uoluntas à naturali appetitu, brutis animalibus indito, quòd hic necessitate & impetu quodam naturali fertur in actionẽ: ut, cum primum appetitus & concupiscentia in illis exortus sit & excitatus, continuò fiat & ad operationem motus. Nẽpe ut in libro tertio de anima tradit Aristoteles, sensus modò exterior, modò interior apprehendens obiectũ ut bonũ, & appetitus huiusmodi apprehensionẽ sequens: in animalibus rationis expertibus efficiunt motũ secundum locum, quo à seipsis mouentur, & per se. Idcircò cum primũ in huiusmodi animalibus surgit appetitio incitans ad prosequendum quippiã naturæ accõmodum, aut delectabile, continuò naturali necessitate consequitur motus ad locum, quo illud habeatur: quia non est in eis appetitu superior uirtus, cohibens ipsum à prosecutione: sicut in hominib. ratio habet moderamẽ cupiditatis, quę etiã actu appetentem frenat, & coercet ab ijs quæ honestati sunt repugnantia. Quòd si interdum appetibile quippiam bruto obijcitur, ad quod prosequendũ non mouetur, ut panis cani saturato: id eo uenit, quòd appetitus in ipso non instimulatur, nec agitatur ad illud concupiscendum, neq; ibidem est appetitio, quare nec motio secundũ locum appetentiam sequens. Sed & hæc prius discussa sunt in uicesimo septimo capite secundi libri, circa annotationes ad literã. Demũ & id annotare fuerit operæpreciũ, circa eã literæ sententiã paulo post subiunctã. Non enim spiritu uerbi caro mouebatur: quòd, quemadmodũ dicit Matthæus capite quarto, ductus est Iesus à spiritu in desertũ, ut tentaretur à diabolo: spiritu utiq; sancto, cuius septiformi charismate secundum Esaiæ oraculũ repletus est: & septẽplex illa unctio septem sunt mulieres apprehendentes uirũ unum in die illa suæ sacratissimæ conceptionis: quinimo spiritus ei datus est non ad mensurã, & ex eius plenitudine accepimus omnes, gratiã pro gratia. Et alius item euangelista, Et expulit eum spiritus in desertũ. Et sanè omnibus uel sine testimonij comprobatione persuasum esse debet, omnes Domini nostri actiones spiritu sancto dirigente absolutas esse. Non tamẽ spiritu, uerbi caro mouebatur eo modo, quo

cæteri

cæteri homines sancti. Siquidem illi spiritum sanctum habuerunt illapsum mentibus eorum, inspirationem futurorum, directorem & gubernatorem operum ipsorum, intimumq; ad omnia bona motorē. Christus uerò præter id mouendi genus, alterū habuit lōgè sublimius: utpote quòd caro eius mouebatur à diuinitate illi unita in una hypostasi, quod nulli cæterorū hominum congruit: quare non solum spiritu mouebatur, nec eo quidem pacto quo cæteri. Et hanc esse literæ sententiam atque intelligentiam, continuò subiuncta uerba declarant. Rursum ad id rectè intelligendum quod protinus in litera subnectitur, scilicet quòd non gnome, habituq; consulendi, sed magis naturali uirtute duæ Christi uoluntates differebant inuicem: animaduertere par est, quòd si diuina in Christo uoluntate non consultante, humana eiusdem uoluntas, inquisitoria deliberatione quicquam suarum actionum exercuisset, habuissent quidem illæ duæ uoluntates habitu consulendi discrimen. At cum in humanam Christi uoluntatem (sicut & diuinam) consultatio non cadat, sicut nec ignorantia, quemadmodum secundo libro etiam ostensum est, non habent id inter se discriminis: sed naturali sua conditione ab inuicē discrepant, quia diuina uoluntas suapte natura efficacissima est, & uirtutem habens omnia efficiendi quæ uelit. Quæcunque enim uult, eadem & potest. Humana uerò Christi uoluntas non hanc sua natura habet omni efficacem uirtutem, sed ut uerbo iuncta.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΑΝΔΡΙΚΗΣ ἐνεργείας ξθ.

Ὁ μακάριος Διονύσιος, καινήν τινα θεανδρικὴν ἐνέργειαν φήσας τὸν Χριστὸν ἡμῖν πεπολιτεῦσθαι, οὐκ ἀναιρῶν τὰς φυσικὰς ἐνεργείας μίαν ἐνέργειαν ἔκ τε τῆς ἀνθρωπίνης καὶ τῆς θείας γεγενημένην φησίν (οὕτω γὰρ ἂν καὶ μίαν φύσιν εἴπομεν καινὴν ἐκ θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης γεγενημένην. ὧν γὰρ ἐνέργεια μία, τούτων καὶ οὐσία μία κατὰ τοὺς ἁγίους πατέρας. ἀλλὰ θέλων δεῖξαι τὸν καινὸν καὶ ἀπόρρητον τρόπον τῆς τῶν φυσικῶν τοῦ Χριστοῦ ἐνεργειῶν ἐκφάνσεως, τῷ ἀπορρήτῳ τρόπῳ τῆς εἰς ἄλληλα τῶν τοῦ Χριστοῦ φύσεων περιχωρήσεως, προσφόρως καὶ τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ πολιτείαν, ξένην καὶ παράδοξον, καὶ τῇ φύσει τῶν ὄντων ἄγνωστον, καὶ τὸν τρόπον τῆς κατὰ τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν ἀντιδόσεως. οὐ γὰρ διῃρημένας φαμὲν τὰς ἐνεργείας, οὐδὲ διῃρημένως ἐνεργούσας τὰς φύσεις, ἀλλ' ἡνωμένως ἑκάστην μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἐνεργοῦσαν ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν. οὔτε γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως ἐνήργησεν. οὐ γὰρ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος. οὔτε τὰ θεῖα, κατὰ θεὸν μόνον. οὐ γὰρ ἦν γυμνὸς θεός, ἀλλὰ θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος. ὥσπερ γὰρ τῶν φύσεων, καὶ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπιστάμεθα, οὕτως καὶ τῶν φυσικῶν θελημάτων τε καὶ ἐνεργειῶν. Ἰστέον τοίνυν, ὡς ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ποτὲ μέν, ὡς ἐπὶ τῶν δύο φύσεων τὸν λόγον ποιούμεθα. ποτὲ δέ, ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου. καὶ τοῦτο δὲ κἀκεῖνο, ὡς μίαν ἀναφέρεται ἔννοιαν. αἱ γὰρ δύο φύσεις, εἷς ἐστι Χριστός, καὶ ὁ εἷς Χριστός,

DE DEI VIRILI ACTIONE. Cap. XIX.

Beatus Dionysius nouam quandam theandricam deiuiramque actionem Christū nobis administrasse dicens, non auferens naturales actiones: unam actionem ex diuina & humana factam dicit. Sic enim & unam naturam diceremus nouam, ex diuina & humana factam: nam quorum actio una, horum & substātia una secundum sanctos & deiferos patres nostros. Verùm hoc dicit, uolens insinuare nouum & ineffabilem modum manifestationis naturalium Christi actionum, ineffabili modo commeationis & immansionis inuicem naturam Christi consentaneè, & administrationem eius secundum hominem, extraneam, admirabilem, & naturæ entium incognitam, & modum alternatæ dationis secundum ineloquibilem unionem. Non diuisas enim dicimus actiones, neq; diuisè agentes naturas, sed unitè unāquanq; cum alterius communicatione agentem idipsum quod proprium habuit. Neq; enim humana humanè operabatur (quandoquidem non nudus erat homo) neq; diuina secundum Deum solū: nā non erat nudus Deus, sed Deus simul existens & homo. Quemadmodum enim naturarū unionem, & naturalē differentiā scimus, ita & uolūtatū, & actionū. Animaduertēdū igiť est, φ de Domino nostro Iesu Christo, quādoq; ut de duab. naturis sermonē agitam⁹: quādoq; uerò ut de una persona, & hoc & illud in unā referim⁹ intelligētiā. Nā duæ naturæ, un⁹ est Christus: & un⁹ Christus

δύο φύσεις ἐστὶ ταυτὸν οὖν ἐστιν εἰπεῖν· ἐνεργεῖ ὁ Χριστὸς καθ' ἑκατέραν τῶν αὐτοῦ φύσεων, καὶ ἐνεργεῖ ἑκατέρα φύσις ἐν τῷ Χριστῷ, μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας. κοινωνεῖ τοίνυν ἡ μὲν θεία φύσις, τῇ σαρκὶ ἐνεργούσῃ διὰ τὸ, εὐδοκίᾳ τῆς θείας θελήσεως παραχωρεῖσθαι πάσχειν, καὶ πράττειν τὰ ἴδια, καὶ διὰ τὸ, τὴν ἐνέργειαν τῆς σαρκὸς πάντως εἶναι σωτήριον. ὅπερ οὐ τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς θείας· ἡ δὲ σὰρξ τῇ θεότητι τοῦ λόγου ἐνεργούσῃ, διά τε τὸ ὡς δι' ὀργάνου τοῦ σώματος τὰς θείας ἐκτελεῖσθαι ἐνεργείας, καὶ διὰ τὸ ἕνα εἶναι τὸν ἐνεργοῦντα θεϊκῶς τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνως. εἰδέναι γὰρ χρὴ, ὡς ὁ ἅγιος αὐτοῦ νοῦς καὶ τὰς φυσικὰς αὐτοῦ ἐνεργεῖ ἐνεργείας, νοῶν καὶ γινώσκων, ὅτι ἐστὶ θεοῦ νοῦς, καὶ ὅτι ὑπὸ πάσης προσκυνεῖται τῆς κτίσεως, καὶ μεμνημένος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ διατριβῶν τε καὶ παθῶν. κοινωνεῖ δὲ ἐνεργούσῃ τῇ τοῦ λόγου θεότητι καὶ διεπούσῃ καὶ κυβερνώσῃ τὸ πᾶν νοῶν καὶ γινώσκων καὶ διέπων οὐχ ὡς ψιλὸς ἀνθρώπου νοῦς, ἀλλ' ὡς θεῷ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος, καὶ θεοῦ νοῦς χρηματίσας. τοῦτο οὖν δηλοῖ ἡ θεανδρικὴ ἐνέργεια, ὅτι ἀνδρωθέντος θεοῦ, ἤγουν ἐνανθρωπήσαντος, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ ἐνέργεια θεία ἦν, ἤγουν τεθεωμένη καὶ οὐκ ἄμοιρος τῆς θείας αὐτοῦ ἐνεργείας· καὶ ἡ θεία αὐτοῦ ἐνέργεια οὐκ ἄμοιρος τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ ἐνεργείας. ἀλλ' ἑκατέρα σὺν τῇ ἑτέρᾳ θεωρουμένη. λέγεται δὲ ὁ τρόπος οὗτος, περίφρασις, ὅταν τις δύο τινὰ, διὰ μιᾶς περιλάβῃ λέξεως. ὥσπερ γὰρ μίαν τὴν τετμημένην καῦσιν λέγομεν, καὶ τὴν κεκαυμένην τομὴν τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας, ἄλλην δὲ ἐνέργειαν φαμὲν τὴν τομὴν καὶ ἄλλην τὴν καῦσιν, καὶ ἄλλης καὶ ἄλλης φύσεως· τοῦ μὲν πυρὸς τὴν καῦσιν, τοῦ δὲ σιδήρου τὴν τομήν· οὕτω καὶ μίαν τοῦ Χριστοῦ θεανδρικὴν ἐνέργειαν λέγοντες, δύο τὰς ἐνεργείας νοοῦμεν τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ, τῆς μὲν θεότητος αὐτοῦ, τὴν θείαν· τῆς δὲ ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, τὴν ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν.

duæ naturę. Idem igitur est dicere: Agit Christus secundum utranque suiipsius naturarum, & agit utraque in Christo natura, cum alterius communicatione. Communicat igitur diuina natura carni agenti: quapropter bonæ uolūtatis diuinę beneplacito permittebatur pati & agere quæ propria erant. Et propter quod actio carnis omnino erat salutaris, non humanæ actionis erat, sed diuinæ. Caro autem (diuinitate uerbi agente) propter hoc ut organo corpore diuinas perficiebat actiones, & propter hoc ipsum etiam quod unus erat agens, diuinè simul & humane. Neque latêre decet, quod sancta eius mens naturales eius operatur actiones, intelligens & agnoscens quod est Dei mēs, & quod ab omni adoratur creatura, & reminiscens conuersationem eius in terra, & passionum. Communicat autem operanti diuinitati uerbi, dispensanti & gubernanti uniuersum intelligēs, & cognoscens, & dispensans, non ut nuda hominis mens, sed ut Deo secundum hypostasin counita, & Dei mens constituta: hoc enim ostendit deiuirilis actio, quod sit Deiuiri facti, id est, humanati. Et humana eius actio, diuina erat, id est, deificata, & minime diuinæ actionis immunis. Et diuina eius actio nō immunis humanæ actionis, sed utraque conspecta est. Dicitur autem tropus hic periphrasis, id est, circunlocutio, quando quis duo quædam per unam complectitur dictionem. Quemadmodum enim unam incisam combustionem dicimus & combustam incisionem igniti gladij, sed aliam actionem dicimus incisionem, & aliam ustulationem, & alterius ac alterius naturæ esse: ignis quidem, ustulationem combustionemq́; ferri uero, incisionem: sic unam Christi deiuirilem actionem dicētes, duas actiones naturarum eius intelligimus, diuinitatis quidem eius, diuinam: & humanitatis eius, actionem humanam.

COMMENTARIVS.

Beatus pater Dionysius in una epistolarum suarum ad Caium, quæ ordine quarta ponitur, ait de Domino nostro Iesu Christo: Nanque, ut breuiter dixerim, neque homo ille erat, non quasi nō homo, humanæq́; conditionis exors: sed ueluti ex hominib. ultra homines, ac super hominem homo ueraciter factus. Iam quoq; neq; diuina ut Deus, neque ut homo humana perficiens: sed Deo homine facto, nouam quandam ac inusitatam ex diuinitate atq; humanitate permixtā operationē nobiscū quidē cōuersatus ostēdens. Hāc aūt operationē autor hic uocat theādricā, atq; deiuirā; eādemq; dicere possemus (si lubet) diuini humanā, siue humanidiu-

manidiuinã,qđ humana actio in Christo diuinã quoq; uirtutẽ habuit coeffectricẽ, & diuina actio in eodem humanam etiam uim habuit more organi cooperatricẽ.Itaq; cũ autor in litera dicit,qđ beatus Dionysius nõ auferẽs naturales auctiones,unã actionẽ ex diuina & humana factã dicit,particula negatiua nõ,& in participiũ auferens,& in sequẽs uerbũ dicit,ferri intelligenda est,ut sententia sit,q̃d beatus Dionysius per deiuirilis actionis assertionẽ, neq; naturales à Christo aufert actiones,diuinã scilicet & humanã: neq; unã dicit actionẽ esse factã ex diuina & humana. Alioq & unã in Christo cogeremur ponere naturã ex diuina & humana cõpositã,q̃d prius ostẽsis omnino repugnat. Sed diuinæ sapiẽtiæ plenissimus Dionysius ea positione & sentẽtia,suã utriq; naturæ actionẽ ꝓpriã relinquẽs,utranq; factã dicit cũ alterius cõmunicatione,unione & cõiũctione,ut diuinã actionẽ cũ humanæ actiõis.cõmunione: more organi & instrumẽti coniuncti diuinã actionẽ absoluẽtis,ut in miraculorũ operib. liquidò factũ cõstat:& humanã itidẽ actionẽ in Christo factã insinuat cũ diuinæ actionis cooperatione & unione,cũ omnis in Christo humana actio expleta fuerit diuinæ uolũtatis beneplacito, eaq; ipsam fieri uolẽte:quare omni humanæ actioni cõiũcta fuit diuinæ uolũtatis actio,quæ eadẽ & diuina est actio. Itaq; omnis in Christo diuina actio humanata(ut ita dixerim)cẽsenda est,& omnis humana actio deificata:queadmodũ de naturis dictũ est. Perinde atq; si quis audiens uoces ab alio ꝓlatas,intelligat simul:aut uidẽs scripturã ad institutionẽ literariã attinẽtẽ,& simul atq; eã lectitat intelligens,habet intellectionẽ & sensationẽ nõ confusas ad inuicẽ, neq; in unã cõflatas tertiã actionẽ,sed abinuicẽ distinctas:& tamẽ sine separatiõe sic unitas,ut intellectio sit cõiũcta sensus operatiõi,ad cognitionẽ mẽtis adminiculariæ:& sensuũ disciplinæ actio,uisio inq; & auditio,cõnexa intellectioni,ut uideatur ibidẽ & intellectio esse sensitiua,& sensatio intellectiua. Eadẽ pariq; ratiõe se habet deiuirilis actio,quæ similiter per sectionẽ & ustionẽ ferri igniti potest apta manu ductione cõcipi,quarũ operationũ utraq; cũ alterius fit adiumento & cõmunione:tñ ambæ inter se naturæ discrimẽ habẽt,& dissidiũ. Et cũ deinde litera subiũgit de Christo, Neq; eñ humana humanè operabatur:intelligẽda est eo loco particula solũ,paulo post in sequẽte sentẽtia expressa, & æqua similiq; ratiõe hic intelligẽda. Siquidẽ ꝓ humanæ naturæ cõditiõe humana operabatur:at ea humana opera nõ solũ humana efficiebat uirtus,sed & illi diuina cooperabatur, uolẽs quidẽ humana omnia eo q̃ fiebant modo exerceri. Omitto qđ nõnulla opera humana supra hominẽ operatus est,ut ambulatiõnẽ supra aquas,absconsionẽ sui à cõspectu uolẽtiũ ipsum lapidare, & exitũ de tẽplo,transitũ per mediũ æmulorũ præcipitare eũ conatiũ,locutionẽ,extensionẽ manuũ, & cõtactũ sanitates inducẽtẽ. Cũ uerò postea subnectit, Et hoc & illud in unã referimus intelligẽtiã:id ita accipiendũ est,ut hoc,referat ꝓpinquius,secũdoq; loco positũ,scilicet qđ de Christo sermonẽ agitamus ut de una persona:dicẽtes ipsum unũ & eundẽ Deũ esse,& hominẽ. Illud uerò,distãtius refert & primo positũ loco,scilicet qđ de eo ut de duab. naturis loquimur,dicẽtes quidẽ in eo duas esse naturas,diuinã & humanã. Nã ut fides catholica naturarũ diuersitatem in Cristo ponit,ita & personæ unitatem. Et ut sacer Athanasius inquit: Quòd deus & homo unus est Christus:sic unus & idem, Deus,& homo. Enimuero propter huiusmodi actionem utriusq; naturæ cũ alterius cõmunicatione,nõ humanæ fuit actionis,sed diuinæ:qđ actio sacratissimæ carnis Christi omnino erat salutaris & fructuosa humano generi:cui Dominus noster sanctissimæ carnis suæ actionibus cõtra morbũ spiritualem,medicamentũ attulit & salutem præparauit antidotũ cõtra uirus serpentis: & summopere ꝓfuit,diuina id efficiente uirtute, quæ actiones illas omnes per cõmunionem,cooperationem & unionem,maximè reddit efficaces. Et potissimũ actionem illã oblationis spõtaneæ ad mortem,in qua factus est ꝓpitiatio ꝓ peccatis nostris:nõ nostris aũt tãtũ,sed etiã totius mũdi:factus etiã est nobis sanctificatio, & redemptio. Nã,ut beatus Petrus ait,peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ eiusq; liuore sanati sumus. Nõ eñ solũ mortuus est Dominus noster ꝓ gente, (ut ait Ioãnes cap.11)sed ut filios Dei,qui erãt dispersi,cõgregaret in unũ Et nimirũ ipse est granũ illud frumenti,quod cadens in terrã per mortis acerbitatem:& emortuũ,multũ fructũ attulit, utpote totius naturæ nostræ lapsæ reparationem,mortis interitũ,uitæ restaurationem. Propter eandem quoq; cõmunicationem mutuã,& cõiũctionem actionũ, Cristus diuinas perficiebat actiones corpore ut organo ad eas exercendas utens. Siquidem actio,à præcipua primariaq; causa effectrice profecta,& ipsi quoq; secũdo agenti atq; instrumentario secundũ denominationem ascribitur. Vt cũ adminiculo securis lignũ secat,& ipsa itidem securis lignũ dicitur secare,sicut & calamus scribere. Et cũ mẽs humana organo uocis & linguæ suas exꝓmit notiones:& ipsa etiã uox & lingua mentem explicare rectè dicitur. Atqui sacratissimũ Christi corpus,ut organũ fuit coniunctũ & instrumentũ diuinitatis sua explentis opera. Quare & caro Christi ut coefficiens & cooperãs,diuinas etiã perfecisse actiones admittenda est,& miracula deitatem attestãtia peregisse. Demũ & id animaduertere nõ erit indignũ, qđ sancta Christi mens,intellectusq; humanus,& naturã eius humanã cõsequens(siquidẽ de ea hic sermonem agitat autor,& non de mente eius diuina,haud aliter ab humana mente distincta,q̃ uolũtas diuina ab humana dirimitur)in Christo ipso cõsidente ad dextrã maiestatis Dei patris,actiones habet suæ naturæ cõsentaneas,utpote cognitiões spirituales & memorationes eorũ,quæ dispensatione carnis Christus egit,quãdo in terris uisus est,& cũ hominib. cõuersatus.& iugem Dei cõtemplationẽ atq; uisionẽ, Vt cõiuncta aũt diuinæ menti,quinimo facta Dei mẽs

ſimul cum ipſa mente diuina admirabili prouidentia totum gubernat uniuerſum, omniaq; ſuauiſſime diſpenſat atq; diſponit. Eadem quoq; mens humana ab omni adoratur creatura, non quidem ut nuda, & ſeparata intellectu à Chriſti diuinitate, ſed ut eidem in una hypoſtaſi unita: quemadmodum cap. 5. huius libri dicta eſt caro Chriſti eſſe adoranda etiam cultu Deo debito, propter inſeparabilem eius coniunctionem in una perſona cum deitate ſemper glorificanda.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΚΑΙ ΑΔΙΑ-βλήτων παθῶν. Κ. Ι.

Ὁμολογοῦμεν δὲ, ὅτι πάντα τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη τοῦ ἀνθρώπου ἀνέλαβεν. ὅλον γὰρ τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου ἀνέλαβε, πλὴν τῆς ἁμαρτίας. αὕτη γὰρ οὐ φυσική ἐστιν, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἡμῖν ἐνσπαρεῖσα, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου ἐπισπορᾶς, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ αὐτεξουσίῳ προαιρέσει ἑκουσίως συνισταμένη, οὐ βίᾳ ἡμῶν κρατοῦσα. φυσικὰ δὲ καὶ ἀδιάβλητα πάθη εἰσὶ, τὰ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, ὅσα ἐκ τῆς ἐπὶ τῇ παραβάσει κατακρίσεως, εἰς τὸν ἀνθρώπινον εἰσῆλθε βίον· οἷον, πεῖνα, δίψα, κόπος, πόνος, τὸ δάκρυον, ἡ φθορά, ἡ τοῦ θανάτου παραίτησις, ἡ δειλία, ἡ ἀγωνία, ἐξ ἧς οἱ ἱδρῶτες, οἱ θρόμβοι τοῦ αἵματος, ἡ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως ὑπὸ τῶν ἀγγέλων βοήθεια, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἅτινα πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις φυσικῶς ἐνυπάρχουσι. πάντα τοίνυν ἀνέλαβεν, ἵνα πάντα ἁγιάσῃ. ἐπειράσθη, καὶ ἐνίκησεν, ἵνα ἡμῖν τὴν νίκην πραγματεύσηται, καὶ δῷ τῇ φύσει δύναμιν, νικᾶν τὸν ἀντίπαλον, ὅπως ἡ φύσις ἡ πάλαι νικηθεῖσα, δι᾽ ὧν προσβολῶν ἐνικήθη, διὰ τούτων νικήσῃ τὸν πάλαι νικήσαντα. ὁ μὲν οὖν πονηρὸς ἔξωθεν προσέβαλεν οὐ διὰ λογισμῶν, ὥσπερ καὶ τῷ Ἀδάμ. κἀκείνῳ γὰρ οὐ διὰ λογισμῶν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ὄφεως. ὁ δὲ κύριος τὴν προσβολὴν ἀπεκρούσατο, καὶ ὡς καπνὸν διέλυσεν, ἵνα προσβαλόντα αὐτῷ τὰ πάθη, καὶ νικηθέντα καὶ ἡμῖν εὐκαταγώνιστα γένηται. καὶ οὕτως ὁ νέος Ἀδὰμ, τὸν παλαιὸν ἀνασώσηται. ἀμέλει τὰ φυσικὰ ἡμῶν πάθη κατὰ φύσιν καὶ ὑπὲρ φύσιν ἦσαν ἐν τῷ Χριστῷ. κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἐκινεῖτο ἐν αὐτῷ, ὅτε παρεχώρει τῇ σαρκὶ πάσχειν τὰ ἴδια· ὑπὲρ φύσιν δὲ, ὅτι οὐ προηγεῖτο ἐν τῷ κυρίῳ τῆς θελήσεως τὰ φυσικά. οὐδὲν γὰρ ἠναγκασμένον ἐπ᾽ αὐτοῦ θεωρεῖται, ἀλλὰ πάντα ἑκούσια. θέλων καὶ ἐπείνησε, θέλων ἐδίψησε, θέλων ἐδειλίασε, θέλων ἀπέθανεν.

DE NATVRALIBVS ET INNOCVIS *paſſionibus.* Cap. XX.

Confitemur autẽ, quòd omnes naturales & innoxias paſſiones aſſumpſit. Nam totũ hominẽ, & omnia quæ ſunt hominis aſſumpſit, præter peccatum. Hoc enim non naturale eſt, nec ab opifice nobis inditũ, ſed ex diabolo reſperſum, in noſtra liberè poteſtatis electione ſpontaneę conſtitutũ, non uiolẽtia nobis dominãs. Naturales aũt & innocuæ paſſiones ſunt eæ, quæ nõ in noſtra poteſtate ſitæ ſunt: quæcunq; ex condemnatione ob tranſgreſſionẽ in humanam ingreſſæ ſunt uitã: ut fames, ſitis, pœna, labor, lachrymæ, corruptio, mortis recuſatio, timor, agonia, ex qua ſudores, guttę ſanguinis, & ob naturæ infirmitatem ab angelis confortatio, & eiuſmodi: quę quidem cũctis hominibus naturaliter inſunt: omnes itaq; accepit, ut omnes ſanctificet. Tẽtatus eſt, & uicit, ut nobis uictoriam pararet, & daret naturę uirtutem uincendi aduerſarium, ut natura olim uicta, per quas ſuggeſtiones uicta fuiſſet, per illas uinceret & antiquum uictorẽ. Malignus igitur deforis ſuggerebat, nõ per cogitationes, quemadmodũ ipſi Adã: etenim illi nõ per cogitationes, ſed per ſerpentem. Dominus autem ſuggeſtionẽ repellebat, & ueluti fumũ diſſoluebat, ut ſuggeſtiuę ipſi paſſiones expugnatę, & uictę, nobis etiã facilè expugnabiles euadãt: & ſic nouus Adã, antiquũ repararet ad ſalutẽ. Deniq; naturales noſtrę paſſiones, ſecũdũ naturã & ſuper naturã fuerũt in Chriſto. Secundũ naturẽ quidẽ: nã mouebãtur in ipſo, quãdo ſinebat carni ut pateretur propria. Super naturã uero, quòd non præcedebant in Domino uoluntatis naturalia. Nihil enim in ipſo coactũ conſpicitur, ſed omnia ſpontanea. Volẽs enim eſuriuit, uolens ſitiuit, uolẽs timuit, & uolẽs mortuus eſt.

COMMENTARIVS.

Voniã Apoſtolus ad Hebræos 2. cap. dicit, quod debuit Chriſtus per omnia fratrib. aſſimilari: & quarto capite eiuſdem epiſtolæ conteſtatur, quò non habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatib. noſtris tentatum per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato: ideo hoc loco rectè diſſerit autor, quòd omnes naturales & innoxias paſſiones noſtras Chriſtus, cum humanam indueret naturam, aſſumpſit: & quid naturales innocuæq; paſſiones ſint, & definitione pariter & exemplo dilucidat. Veruntamẽ ut idipſum, quòd hic

hic uniuersaliter ꝓponitur, ad particularia descēdendo exactius discutiatur: operæ preciũ est scire, qđ quædā sunt passiones naturales ortũ habētes ex culpa & transgressiōe primorũ parentũ: nō tñ sunt de se pertrahētes impellentesq́; ad culpā, sed potius materiā præstāt exercēdæ uirtutis: ut fames, sitis, defatigatio, mortalitas. Et eiusce generis passiōes reuera inuocuas decuit Christũ assumere. Vnde esuriȷ́t, sitiuit, defatigatus ē, mortu9 ē ꝓ nobis, ut sacræ literæ satis attestātur. Aliæ uerò sunt passiones, naturales quidē, si naturā lapsam attēdimus: innaturales uerò, si rectitudinē eius cōsideramus, nō tantũ ex culpa ꝓdeuntes & præuaricatione ꝓtoplastorũ, uerũ etiā ad culpā occasionē & uiā præbētes, aut culpæ añexæ, ut sunt ꝓcliuitas ad malũ, tarditas ad bonũ, peccatũ, fomes irritamēta malorũ suggerēs, & cætera id gēus. Istas aũt nō cōgruũ fuit Christũ assumere, quia fuit minister iustitiæ, omnino segregatus à peccato quādoquidē peccata mũdi uenit tollere: & idcirco nulli labi aut maculæ peccati, fomētoq́; ad culpā ꝓuocāti debuit esse obnoxius, aut addictus. Rursum passiones primi generis, quæ scilicet dũtaxat sunt ex culpa, nō tamē inclināt, nec inducunt animũ ad culpā: duplices sunt: hæ quidē naturales, illæ uero personales. Naturales, cōmunionesq́; passiones sic dicũtur, quæ respiciũt totā naturā humanā in uniuersum, & omnib. humanæ speciei singularib. cōueniũt: ut fames, sitis, mors, & similes. Personales uerò passiōes sunt, quæ respiciũt atq; cōcernũt aliquas personas peculiariter, secũdũ suarũ cōplexionũ dispositionem, aut ꝓpriā corporis formationē, neq; singulis conueniũt hominũ indiuiduis: sicut diuersa morborũ genera, cæcitas, surditas, claudicatio, mēbrorũ captio, & similes. Quoniā aũt Christus uenerat humanā naturā redimere cōmuniter, & sine personarũ distinctione, par fuit ipsum naturales duntaxat & non personales passiones sibi asciscere. Hinc nec morbos cōtraxit, nec deformitates corporis, quæ plerunq; hominib. ob impedimētũ aliqđ naturæ aut fortuitò accidũt. At uerò, quoniā molestiā naturæ ingerētes, & dolorificas Christ9 assumpsit passiōes ꝓ nobis, nō aũt uiciosas & peccātiæ affines, ut modò dictũ ē, scite dicit autor in litera, q̃d omnia quæ sunt hominis assũpsit, præter peccatũ. Hoc em̄ nō naturale est, nec ab opifice nobis inditũ. Sanè quāuis sensus & cogitatio hominis ab adolescētia sua ꝓna sint ad malũ, ex uirium inferiorũ ad superiores rebellione, læsioneq́; naturæ ob trāsgressionē: illa tñ ꝓnitas nō naturalis est, neq; primæ institutioni hominis cōsentanea: sed præter & cōtra hominis naturā irrepsit, uiciauitq; eius rectitudinē. Vt sinistra ualetudo & ad morbũ ꝓnitas atq; infirmitas nō corporis naturā consequitur, sed præter illius contēperamentũ accidit, rectāq; illius dispositionē dissoluit. Et acedo, in q̃ uertitur dulcissimũ uinũ, præter uini cōditionē euenit, illius naturā corrũpēs. Peccatũ aũt ab opifice nobis inditũ nō esse, liquidũ omnib. est (cũ nō possit à sũme bono malũ proficisci) & sapiētis quoq; testimonio, cōprobatũ, Deus (inquit) mortē nō fecit, nec lætatur in perditiōe uiuorũ. Impij aũt manib. & uerbis accersierũt illā, & æstimātes illā amicā defluxerũt, & spōsiones posuerũt ad illā. Inuidia aũt diaboli mors introiuit in orbē terrarũ. Vbi nō solũ de morte corporis, sed & animæ, quæ per peccatũ est, fit mētio: de qua dictũ est, Homo quidē per peccatũ occidit animā suā. Et rursum: Anima q̃ peccauerit, ipsa morietur. Siquidē animæ mors, intulit primũ mortē corporis, estq́; illa huius causa, ut radix uirulēta fructus uenenosi, dicēte Apostolo: Quoniā per unũ hominē peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors. & iterũ: Stipēdia peccati mors. Porro queādmodũ ad nostrā utilitatē Christus ꝓ sua benignitate & misericordia has passiōes assumpsit, ut eas cōsecraret in se, ac sanctificaret, & æternæ salutis operatorias nobis efficeret, meritoriasq́; uitæ, ita & cætera dispensationis carnis opera peregit ad fructũ spiritualē, ꝑfectũq; uirtutũ nobis cōparādũ. Vnde & tentari sustinuit, ut per quas tētationes in principio natura humana uicta fuerat ab antiquo serpente, per easdē quoq; in nouo homine ipsa eundē uinceret impostorē. Siquidē fuit natura nostra in primo parēte uicta per suggestionē gulæ suadentē pomi ueτiti esum: similiter & superbiæ, deorũ assimilationem promittentē, demũ & auaritiæ, boni & mali scientiā pollicentē, ad immoderatāq; illius appetentiā inducentē, ut tertiũ Geneseos caput fidem facit. Et ijsdem prorsus suggestionib. ipsa in Christo uictrix fuit diaboli, qui de gula eum primò tentauit, suadens ut lapides in panem conuerteret. De uana gloria, cũ constitutũ supra pinnaculũ templi, ut deorsum se præcipitem daret, hortatus est. Deniq; de auaritia, cũ regnorum mundi concupiscentiā suggereret, sui adoratione consequendorũ. Et in unoquoq; horũ trium uiciorũ idem uictus est, qui quōdam uicerat. Vsus est autem tentator in Adam & Christum eodem & consimili tentationis genere, diuerso tamen à ratione modoq́; tentandi, quo assiduè infestamur. Siquidem hostis antiquus per serpentē exteriori suggestione suadebat Adæ, comedere de ligno uetito, & nō per intrinsecas immissiōes aut cogitationes. Similiter & Domino nostro extrinsecus suggerebat suæ malitiæ uenenũ, non aũt importunis cogitationib. interius eũ pulsabat: quoniā in unoq; ipsorum erat recta ordinatio & obedientia corporis ad animā, & uiriũ animæ inferiorum ad superiores. At uerò in nobis caro concupiscit aduersus spiritum &, spiritus aduersus carnem, & inimici hominis domestici eius. Idcirco præter exteriores tētationes. quæ obijciũtur ab ijs quæ extra nos sunt, quotidie sustinemus interiores & occultas infestatiōes inimici per prauarũ cogitationũ immissionē, irreptionē, & suggestionē. Cæterum, quamuis in Christo eædem & consimiles fuerint passiones naturales, quales & in nobis: non tamen eædem

prorsus modo fuerunt in eo sicut in nobis. Primò quidem, quia in nobis harũ naturaliũ passionum motiones præueniunt uoluntatis actionem, & anticipant: quandoquidem inuiti etiam & nolentes sitimus, esurimus, & corrumpimur. In Christo uerò passiones ipsæ non præcedebant naturalia, naturalemq́ue uoluntatis motionem: sed sequebantur, & comitabantur. Nam cum uoluit esuriuit, & mortuus est. Quadraginta enim dierum illorum curriculo, quibus ieiunauit, non esuriit: quia noluit. sed cum ieiunium illud quadragenarium absoluisset, postea esuriit: quia tunc uoluit, ut se uerum declararet hominem. Idem quoque de se ait Ioannis decimo capite: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Secundò, quia istæ passiones sunt nobis necessitate inflictæ, easq́ue ex peccato originali cõtrahimus ob primam transgressionem irrogatas, tãquam hæreditarias & noxias primæui morbi reliquias. Christus uerò, non conditionis humanæ necessitate eas habuit, cum peccati omnino fuerit expers: sed sola miserationis uoluntate eas assumpsit. Quo fit, ut cum Apostolus dicit ad Hebræos secundo capite de Christo: qđ debuit per omnia assimilari fratribus suis: uerbum Debuit, nõ debitũ naturalis necessitatis aut obligationis ibi insinuat, sed concedentiæ potius, & congruitatis, ex spontanea Christi uoluntate profectæ. Non enim ex peccato (ut iam dictum est) hos defectus habuit Christus: quia sine peccato cõceptus est, & natus, atque in terris conuersatus: sed ex sola miserationis uoluntate, de nostro in se transtulit ueram infirmitatem: sicut accepit ueram carnem, quam sine omni infirmitate assumere potuit: sicut & absq́ue culpa eandem suscepit. Verùm tanto cumulatiores illi gratias debemus, & maiore ipsi sumus beneficio astricti, quanto benigniorem nobis, & abundantiorem dignationem hac in re exhibuit.

ΠΕΡΙ ΑΓΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΔΟΥΛΕΙΑΣ. ΚΑ.

Δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὴν μὲν ἀγνοοῦσαν καὶ δούλην ἀνέλαβε φύσιν. καὶ γὰρ δούλη ἐστὶν ἡ ἀνθρώπου φύσις τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν θεοῦ, καὶ οὐκ ἔχει τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν. ἐὰν οὖν (κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον) χωρίσῃς τὸ ὁρώμενον τοῦ νοουμένου, δούλη τε λέγεται καὶ ἀγνοοῦσα ἡ σάρξ. διὰ δὲ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν, κατεπλούτησεν ἡ τοῦ κυρίου ψυχὴ τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς θεοσημείας. ὥσπερ γὰρ ἡ σὰρξ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν οὐκ ἔστι ζωοποιός, ἡ δὲ τοῦ κυρίου σὰρξ ἑνωθεῖσα καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ τῷ θεῷ λόγῳ, τῆς μὲν κατὰ φύσιν θνητότητος οὐκ ἀπέστη, ζωοποιὸς δὲ γέγονε, διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. καὶ οὐ δυνάμεθα λέγειν, ὅτι οὐκ ἦν καὶ ἔστιν ἀεὶ ζωοποιός. οὕτως ἡ μὲν ἀνθρωπίνη φύσις οὐσιωδῶς οὐ κέκτηται τῶν μελλόντων τὴν γνῶσιν. ἡ δὲ τοῦ κυρίου ψυχὴ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν θεὸν λόγον ἕνωσιν, καὶ τὴν ὑποστατικὴν ταυτότητα, κατεπλούτησεν, ὡς ἔφην, μετὰ τῶν λοιπῶν θεοσημειῶν, καὶ τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν. Ἰστέον δὲ, ὅτι οὐδὲ δοῦλον αὐτὸν λέγειν δυνάμεθα. τὸ γὰρ τῆς δουλείας καὶ τῆς δεσποτείας ὄνομα, οὐ φύσεως εἰσὶ γνωρίσματα, ἀλλὰ τῶν πρός τι, ὥσπερ τὸ τῆς πατρότητος, καὶ τὸ τῆς υἱότητος. ταῦτα γὰρ οὐκ οὐσίας, ἀλλὰ σχέσεώς εἰσι δηλωτικά. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ἀγνοίας εἴπομεν, ὅτι ἐὰν ἰσχναῖς ἐπινοίαις

DE IGNORANTIA ET SERVITUTE. Cap. XXI.

Par est ut agnoscamus, quòd ignorantẽ & seruã assumpsit naturam. Nã & hominis natura, serua Dei est, qui fecit illã, & nõ habet eorũ quæ uentura sunt cognitionẽ. Si igit̃ secũdũ diuiniloquũ Gregoriũ separaueris quod uidet̃, ac eo quod intelligitur, serua uidebit̃ & ignorãs caro. At propter hypostaseos identitatẽ, & inseparabilẽ unionẽ, locupletata est Domini anima futurorũ cognitione, ut & reliquis diuinis signis. Queadmodũ ẽm hominũ caro secundũ propriã naturam nõ est uiuificãs, & Domini caro quę unita est secũdũ hypostasin ipsi Deo uerbo, à mortalitate secundũ naturã nõ destitit. Viuificans aũt facta est, propter unionẽ ad uerbũ secundũ hypostasin: & nõ possumus dicere quod nõ fuit, sed est semper uiuificãs. Sic humana natura substãtialiter nõ obtinet futurorũ cognitionẽ. Domini aũt anima propter ipsã ad Deũ uerbũ unionẽ & hypostaticã identitatẽ, diues facta est (ceu dixi) cum reliquis diuinis signis, etiã futurorũ cognitione. Sciendum aũt, quòd neq́ue seruũ ipsum dicere debeamus: nã seruitutis & dominij nomina, non naturę sunt nomenclaturæ, cognitionisq́ue signa, sed ad aliquid. quemadmodum paternitatis & filialitatis nomina: hæc enim non substantiæ, sed habitudinis sunt indicatiua. Quemadmodum igitur de ignorantia dicimus quòd si tenuib. cogitationib. id est,

ἤτοι νοῦ λεπταῖς φαντασίαις, δοῦλος τὸ κτιστὸν ἐκ τοῦ ἀκτίστου, δούλη ὑπάρχει ἡ σάρξ, εἰ μὴ ἡνώθη τῷ θεῷ λόγῳ. ἅπαξ δὲ ἑνωθεῖσα καθ' ὑπόστασιν, πῶς ἔσται δούλη; εἷς γὰρ ὢν ὁ χριστὸς οὐ δύναται δοῦλος ἑαυτοῦ εἶναι καὶ κύριος. ταῦτα γὰρ οὐ τῶν ἁπλῶς λεγομένων εἰσὶν ἀλλὰ τῶν πρὸς ἕτερον. τίνος οὖν ἔσται δοῦλος; τοῦ πατρός; οὐκοῦν οὐ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, καὶ τοῦ υἱοῦ εἰσιν εἴπερ τοῦ πατρός ἐστι δοῦλος, ἑαυτοῦ δὲ οὐδαμῶς. πῶς δὲ περὶ ἡμῶν λέγει ὁ ἀπόστολος, ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱὸς, δι' αὐτοῦ υἱοθετηθέντων, εἴπερ αὐτὸς δοῦλός ἐστι; προσηγορικῶς οὖν λέγεται δοῦλος, οὐκ αὐτὸς ὢν τοῦτο, δι' ἡμᾶς δὲ δούλου μορφὴν εἰληφὼς, καὶ δοῦλος μεθ' ἡμῶν κεκλημένος. ἀπαθὴς γὰρ ὢν, δι' ἡμᾶς ἐδούλευσε πάθεσι, καὶ διάκονος τῆς ἡμῶν σωτηρίας γέγονεν. οἱ δὲ λέγοντες αὐτὸν δοῦλον, διιστῶσι τὸν ἕνα χριστὸν εἰς δύο καθάπερ Νεστόριος. ἡμεῖς δὲ δεσπότην αὐτὸν φαμὲν καὶ κύριον πάσης τῆς κτίσεως, τὸν ἕνα χριστὸν, τὸν αὐτὸν ὁμοῦ θεόν τε καὶ ἄνθρωπον καὶ πάντα εἰδέναι. ἐν αὐτῷ γὰρ εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως οἱ ἀπόκρυφοι.

id est minutis phantasijs, creatum ab increato diuidas, serua est caro, nisi unita esset Deo uerbo. Semel autem unita secundum hypostasin, quomodo serua erit? Vnus enim existens Christus, nõ potest seruus suipsius esse, & dominus: nam hæc, non simpliciter dictorum, sed ad alterũ: cuius igitur erit seruus? Patris? Ergo non omnia quæcunque habet pater, & filij sunt: si quidem patris est seruus, suipsius nequaquam est. Quomodo aũt de nobis dicit Apostolus: Quare nõ amplius est seruus, sed filius per ipsum in adoptionem filiorum: si quidem ille seruus? Appellationem igitur serui subit, nõ quod ipse sanè existat hoc, sed quòd propter nos formã serui accepit, & seruus nobiscũ uocatus. Impassibilis enim existens, propter nos subditus passionibus, & minister nostræ salutis est. Qui uerò dicunt ipsum seruum, dirimunt unum Christum in duo: quemadmodum Nestorius. Nos autem dominatorem ipsum dicimus, & Dominum omnis creaturæ, unum Christum, eundemq́ Deum simul ac hominem, & omnia scientem. Nam in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

COMMENTARIVS.

CVm in principio huius capitis dicit autor, qđ Christus ignorãtẽ & seruã assumpsit naturã, id naturæ humanæ à Christo assumptæ nõ attribuitur rãtiõe illius peculiaris substãtiæ humanæ, quæ fuit uerbo copulata unione hypostatica: sed quãtũ ad alias hypostases, & personas humanas, specie illi cõsimiles. Vt sentẽtia sit, q̊d nostrã assumpsit naturã, ignorãtẽ & seruã, nõ in seipso Christo, sed in nobis. Enimuero si humili loco nata, & ex infima plebe, asciscatur in regis uxorẽ, eiq́ cõnubio iũgatur, secũdũ suã cõsiderata originẽ, plebeia diceretur, & ignobilis: ut uerò regalib. nuptijs illustrata, & regina dicitur, & domina. neq́ plebeia nũcupãda est, neq́ abiecta: nã præclaris uiri sui titulis nobilitatur. Et corpus quidẽ nostrũ, si secũdũ suã attẽdatur existẽtiã, nõ cõsiderata eius ad animã uniõe, exanime diceretur, exangue & inanimatũ. Si uerò perspiciatur ut animæ unitũ, & ab ipsa uiuificatũ, animatũ est uegetũ, & animæ motionib. honestatũ. Sic sanctissima Christi caro, si per se & seclusa uniõis ratione attẽderetur, serua quidẽ esset, & ignorãs. Vniõe uerò ipsius ad uerbũ inspecta, quæ in dissolubilis est, nec seruã, nec ignorãs dici debet. Nõ serua quidem, quia cũiuncta uerbo Dei, qđ omnib. dominatur: eadẽ q̊q; ratiõe eius sortitur excellẽtiã, & omniũ dominatiõe insignitur. neq́ ignorãs, q̃a unita filio Dei, qui est sapiẽtia patris, & in q̊ õẽs thesauri sapiẽtiæ & scientiæ sunt abscõditi, omnisciẽtia etiã locupletatur, & eo splẽdore honoratur. Proinde rectè & ꝓbè dicit Gregorius, ut adducit litera: Qđ, si separaueris id qđ uidetur, scilicet humanã in Christo naturã, oculis mortaliũ peruiã & cõspicuã, ab eo qđ intelligitur, scilicet diuina eiusdẽ natura, sola mẽtis acie, & intimo obtutu animi conspiciẽda, intelligẽdo scilicet humanã naturã ratiõe & cogitatiõe abstractã in Christo à diuina: tũc ipsa secundũ ꝓpriã cõsiderata cõditionẽ, & serua diceretur, & ignorãs. At q̊niã natura humana, ubi semel unita fuit diuinitati nunq́ ab ea fuit per diuortiũ disseparata: huiusmodi separatio secundũ intellectũ & rationẽ facta, nunquam ueritati ipsius rei responderet, neq́ uerò esset consona: quare nunquam debemus humanam in Christo naturã aut ignorantem aut seruam dicere. Quòd autem propter unionem cũ uerbo Dei quippiã cõpetat humanæ Christi naturæ, quod alias ei nõ competeret, hac ratione cõprobat autor, ducta à simili. Perspicuum est, humanã in nobis naturã, mortalem esse, & nequaquã uiuificãtem. Et humana in Christo natura per unionem ad uerbum, mortalitatem quidẽ in principio non abiecit: facta est tamen uiuificãs, mortuosq́ resuscitãs, & eis uitam reddens. Quos enim uult filius, uiuificat: & qui audierint uocem filij Dei, uiuẽt. Viuificãs itidẽ spiritualiter, & liberãs à peccato, quæ mors est animæ. Ego (inquit Dominus

noster)sum resurrectio,& uita.Qui credit in me,etiā si mortuus fuerit,uiuet:sed de hoc in an-
te præcedenti capite factus est sermo.Ita planè humana natura, de se nō habet certā futurorū
agnitionē.Ipsa aūt in Christo unita uerbo,& illā obtinet,& omniū scientiā. Quomodo ergo
ignorantia in Christo locū habebit:aut quomodo ipse ignorans dici poterit: Cōsimiliter ut
pergit autor discutere,neq; Christus iure potest dici seruus. Nā hæc nomina dominus & ser-
uus,nō naturæ sunt nomēclaturæ,id est notæ,& termini atq; signa:siue nō sunt nomina clau-
dentia naturæ significantiā,aut naturā designantia:neq; signa sunt cogitationis naturæ.Do-
minus em̄ & seruus nō quid sit res,indicāt,sed q̄ ad alterū sortiatur habitudinē,perinde atq;
pater & filius :sunt enim ad aliquid,& eorū esse est ad aliud quodā modo se habere. Si igitur
abstractione mentis & cogitatione separauerit quispiā increatū à creato, diuinā scilicet natu-
rā in Christo ab humana,esset Christi caro serua,nisi unita foret Deo . Verùm ꝓpter huius-
modi unionem hypostaticā uindicatur à nomine seruitutis, & nequaquā serua denominari
debet:qđ nonnullis astruit autor in litera rationib.Primò:Quia Dominus & seruus simpli-
citer & absolute nō dicuntur,sed ad alterū:est itaq; omnis seruus,alicuius seruus, utpote Do-
mini. At cuius seruus dicetur Christus?an suiipsius?Id aūt absurdū,quia tunc etiā suiipsius es-
set dominus:siquidē seruus ad dominū refertur:quare idem ad seipsum dominus esset & ser-
uus,& idem seiipso superior & inferior,quo nihil ineptius. Secundò, Si dicāt aduersarij,Chri-
stū non suipsius esse seruum,sed patris:hoc urgendi sunt argumento:Filius(ut admittūt)pa-
tris est seruus,& tamen nō est seruus,sicut ostensum est: ergo non omnia quæcunq; habet pa-
ter,sunt filij:qđ est contra illud dictum Domini in euangelio,Omnia quæcunq; habet pater
mea sunt. Siquidem pater haberet hōc pacto dominatum in filiū, quem filius nō haberet in
seipsum. Sed instabit calumniator,hāc rationem inualidā esse,& eo modo facilè refelli posse:
Christus secundū diuinitatem est filius patris, & non est filius suiipsius. Nihil enim suiipsius
est principium:ergo non omnia quæ habet pater,etiā filij sunt : quandoquidem pater habet
paternitatem in filium,quam tamen filius non habet in seipsum. Verùm,si pensiculatius at-
tendamus,nō similis est utrobiq; ratio in hac & illa illatiōe. Nam pater & filius nomina sunt
personalia,& proprietates singulares designantia,quibus diuinæ hypostases ab inuicem di-
scernuntur:& hæ quidem incommunicabiles sunt, ut quæ uni personæ cōueniunt, alijs ne-
quaq; conuenire possint,Idcirco de illis minimè intelligenda est euangelica sententia, Omnia
quæ habet pater,mea sunt:sed duntaxat de ijs quæ naturā diuinā essentiamq; respiciūt, & tri-
bus diuinis personis cōmunia,indifferentiaq; sunt.Inter quæ reponi debet & numerari do-
minium,siue dominus,cū designet cōmunem essentialemq; ꝓprietatem .Dicit enim in sym-
bolo suo Athanasius:Dominus pater,Dominus filius ,Dominus spiritus sanctus: & tamen
non tres Domini,sed unus est Dominus.Rectè ergo colligitur adductum in secunda ratione
inconueniens,quia de naturali ꝓprietate ducitur argumentū,ut fieri debuit. Tertiò:Si Chri-
stus ut homo seruus est,quemadmodum ueritatis calumniatores oblatrāt,quo igitur pacto
nos seruitute exemit,& filios adoptionis effecit?Non enim potuisset ipse seruus, alios exter-
nis filios reddere. Attamen,secundum diuini Pauli sententiā,missus est à Deo filius natus ex
muliere,factus sub lege,ut adoptionem filiorum reciperemus . Deinde de unoquoq; nostrū
subiungit:itaq; non est seruus,sed filius:quòd si filius,& hæres per Deum,Cum itaq; id bene-
ficij nobis filius Dei præstiterit,quòd non receperimus iterū spiritū seruitutis in timore, sed
spiritum adoptionis filiorū Dei,in quo clamamus Abba pater.& filij sunt liberi, nequaquā
Christus ut homo,seruus est existimādus.Quo enim pacto alijs præstiterit,qđ ipse prior nō
haberet?Sed obijciet quispiam,in sacris litteris sæpenumero Christū appellari seruum:ut in
Psalmo 85 explicante orationem Christi ad æternum patrem: Saluum fac seruum tuum De-
us meus,sperantem in te.Et iterum eodem loco,Lætifica animam serui tui:quia ad te Domi-
ne animam meam leuaui. Rursum Psal.108.qui etiam est de Domino nostro, Qui insurgūt in
me,confundantur:seruus aūt tuus lætabitur.Deniq; Psal.115.qui itidem est de Christo Domi-
no,O Domine quia ego seruus tuus:ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, & alijs plerisq; in
locis. Quomodo ergo nō appellabimus eum seruum,quem uidemus in scripturis toties eo
nomine nuncupatū?Respondet autor in litera,Christū sæpius in sacris literis seruū appella-
tū,nō quidem ob seruitutis cōditionem ei conuenientē, sed qđ formā serui acceperit,natu-
rā scilicet humanā,quæ ex sua cōstitutione serua est Deo,& subiecta. In Christo tamen longè
supra seruitutem ad omniū rerū dominationē & principatū mirificè sublimata est, propter
unionē eius hypostaticā cū Deo . Nempe in ipso superior natura & diuina,minimè deducta
est & deflexa ad imperfectiones inferioris naturæ & humanæ.ut sæpius dictū est: sed è diuer-
so inferior atq; demissior natura nostra,ad dignitates,honores,& præclaros titulos superio-
ris,eminentiorisq;,est exaltata. Quia igitur diuina in Christo natura omniū est dominatrix
& princeps,cōtulit & illud suæ humanitati, ut ratiōe unionis etiā sit omniū domina,habeat-
q; dominationē in cœlo,& in terra.Idcirco nō solū ut Deus,sed etiā ut homo, dominator est
Christus,& omnis creaturæ dominus,& ab ipso quidē sacratissimæ cōceptiōis suæ momēto
atq; articulo.Dedit em̄ ei pater(ut ipse in euāgelio attestatur)potestatē omnis carnis,& dedit
ei ōia pater in manus:datāq; sibi esse potestātē,Christus ꝓfitetur,in cœlo,& in terra. Hæc autē
autoritas

autoritas & dominatio, declarata est propalã atq; apertius post eius passionem & resurrectionem, quãdo uoce apostolorũ promulgata est in nomine eius per omnem terrã fidei ueritas. Et idcirco propter humilitatem & obediẽtiã eius in mortis tolerãtia, dicit apostolus ad Philippenses, patrem exaltasse eũ, & dedisse ei nomẽ quod est super omne nomen, quia tunc illã exaltationem & nominis insignitionem manifestauit hominib. quamuis ab ipso exortu & conceptu exaltatus uerè fuisset, & nomine diuinitatis donatus, qđ & Deus diceretur & homo: & idem uerè esset Deus, & homo. Sed ne gratis & præter scripturæ autoritatẽ hæc dicta uideantur, audiatur beatissimus Paulus ad Hebræos 1. cap, hanc omnium dominationem & superexaltationem Christo ut homini attribuens, cum inquit: Et cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Quod ex Psalmo 96 desumpsit testimonium, ubi propheta in spiritu de Christo Domino secundum dispensationẽ carnis ita loquitur: Annũciauerũt cœli iustitiã eius, & uiderunt omnes populi gloriam eius. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & læta est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Quoniã tu Dominus altissimus super omnem terrã, nimis exaltatus es super omnes deos. Et Stephanus in actis apostolorũ 7. capit. libere proclamat: Ecce uideo cœlos apertos, & filiũ hominis stantem à dextris uirtutis Dei. Rursum Paulus ad Ephesios primo, de patre æterno scribit: Secundũ operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dextram suã in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem, & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiã in futuro. Et Apocalypsis quinto cap. Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem, & dignitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Rursum eodem loco, ab omni creaturà, ista laus Christo describitur decantata: Sedenti super throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Deniq; Danielis septimo dicitur. Ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerũt eũ. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnũ eius, quod non corrumpetur. Ex quibus satis constat, Christum Dominum super omnia esse exaltatum, non modo secundum diuinitatem, uerum etiam secundum humanam naturam pro nobis assumptã. Sed obijciet fortasse quisquã, Christum ea exhibuisse opera, quæ serui sunt, & uenisse in mũdum ut seruiret. Quod suo ipsius comprobatur testimonio, dicentis Matthæi 20 cap. Non uenit filius hominis ministrari, sed ministrare, & dare animã suam in redemptionem pro multis. Et apud Lucam cap. 22. Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Non igitur præter rationem fecerit, qui eum seruum appellabit. Respondendum est, id Christi ministerium, quod cum uerbo, tum exemplo exhibuit mundo, nõ fecisse debitæ subiectionis, sed gratuitæ dignationis: qua cum dominus sit omniũ, ita se exinanire sustinuit, & eò humilitatis deuenire, ut more serui inter nos diuersari dignatus sit, quo ab ipso nos humiliandi exemplũ sumeremus. quod plane oculis nostris proposuit, cũ ablutis & detersis humili obsequio discipulorum pedibus, dixit Vos uocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis, sum etenim: si ergo laui pedes uestros ego magister, & dominus, quãto magis debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis: ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Vbi se dominum esse, aperte professus est & contestatus.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΚΟΠΗΣ.
§ θ.

Προκόπτειν δὲ λέγεται σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι· τῇ μὲν ἡλικίᾳ αὔξων· διὰ δὲ τῆς αὐξήσεως τῆς ἡλικίας, τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ σοφίαν εἰς φανέρωσιν ἄγων. ἔτι δὲ, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι προκοπὴν, καὶ τὴν τελείωσιν τῆς τοῦ πατρὸς εὐδοκίας, ἤγουν τὴν τῶν ἀνθρώπων θεογνωσίαν τε καὶ σωτηρίαν, οἰκείαν προκοπὴν ποιούμενος, καὶ οἰκειούμενος πανταχοῦ τὸ ἡμέτερον. οἱ δὲ προκόπτειν αὐτὸν λέγοντες ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι, ὡς προσθήκην τούτων δεχόμενον, οὐκ ἐξ ἄκρας ὑπάρξεως τῆς σαρ-

DE PROFICIENTIA.
Cap. XXII.

Proficere autem dicitur sapientia, & ætate, & gratia. Aetate quidem, crescens: per incrementum autem ætatis, sapientiam quæ ipsi inerat, in apertum promens. Item & proficientiam hominum & consummationem in sapientia & gratia, bona patris uoluntate, id est, Dei agnitionem & hominum salutem, propriam proficientiam faciebat: omnifariam quod nostrum est, sibi peculiariter asciscens. Qui uerò proficere ipsum dicunt sapientia, & gratia, ut horum accessionem additionemq; subinde suscipientẽ, non ex extrema carni-

κὸς γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν λέγουσιν, οὐδὲ τὴν καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσιν πρεσβεύουσι. Νεστορίῳ δὲ τῷ ματαιόφρονι πειθόμενοι, σχετικὴν ἕνωσιν καὶ ψιλὴν ἐνοίκησιν, τερατεύοντες, μή γινώσκοντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. εἰ γὰρ ἀληθῶς ἡνώθη τῷ θεῷ λόγῳ ἡ σὰρξ ἐξ ἄκρας ὑπάρξεως, μᾶλλον δὲ ἐν αὐτῷ ὑπῆρξε, καὶ τὴν ὑποστατικὴν πρὸς αὐτὸν ἔσχε ταυτότητα, πῶς οὐ τελείως κατεπλούτησε πᾶσαν σοφίαν, καὶ χάριν; οὐκ αὐτὴ τῆς χάριτος μεταλαμβάνουσα; οὐδὲ κατὰ χάριν, τῶν τοῦ λόγου μετέχουσα, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὴν καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσιν, τῶν τε ἀνθρωπίνων, τῶν τε θείων τοῦ ἑνὸς χριστοῦ γεγονότων (ἐπειδὴ ὁ αὐτὸς ἦν ὁμοῦ θεός τε καὶ ἄνθρωπος) τὴν χάριν καὶ τὴν σοφίαν καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὴν πληρότητα τῷ κόσμῳ πηγάζουσα.

nis existentia, unionē factam astruūt, neq; secundum hypostasin adorant unionem. à Nestorio uana sapiente persuasi, habitudinariam unionē, & nudum incolatum falsò prædicant: non cognoscentes neque ea quæ dicunt, neq; de quibus differunt. Nam si uerè unita est Deo uerbo caro extremæ existentiæ, magis profectò in ipso existet, & hypostaticā ad ipsum habebit identitatem. Quomodo ergo non perfectè deitata est omni sapientia & gratia? nō ipsa quidem per gratiam participans ut nos, neq; secūdum gratiam ea quæ uerbi sunt participās: sed potius propter unionem secundum hypostasin, humana & diuina unius Christi facta participat. Sed & quia ipse erat Deus simul & homo, gratiam & sapientiam, & omnium bonorum plenitudinem, mundo irrigat.

COMMENTARIVS.

Beatus Lucas secundo capite dicit de Christo domino, qđ proficiebat sapientia, & ætate & gratia apđ Deum & homines: qđ de profectione & de profectu ætatis nullam habet ambiguitatem, qđ factus fuerit in eo per temporū interualla, successionemq; graduū ætatis. De ꝓficientia uerò in sapientia, & gratia, gemina insinuatur in litera expositio. Prior quidem, qđ quāuis ab ipso suæ cōceptionis articulo plenus fuerit sapientia & gratia, eā tamen paulatim & per ætatis incrementū manifestabat hominibus: ut ampliorem ostendit in duodecimo ætatis anno, cū in templo cōsedit in medio doctorū, quā tēpore ætatis præcedente, & longè uberiorem tricesimo uitæ suæ anno, cū publice & palā locutus est mūdo, q; unquam antea patefecerat: tametsi semper in eo fuerit æqualis. Et hæc intelligentia dicti euangelici latius discussa est decimotertio cap. huius libri. Secunda uerò supradictæ sententiæ, de ꝓficientia Christi expositio est: qđ quemadmodū singularis amor præceptoris in discipulū efficit, ut discipuli in scientia ꝓfectus, proprius magistri existimetur: & proficere quodā modo dicatur præceptor in discipulo, quem ad literarū proficientiā subuehit. Sicut item pater in filium generosæ indolis affectus, quem bonis instituit moribus, proficere dicitur, cū sua institutione proficientē filiū reddit: sic Christus optimus humanæ uitæ magister, hominūq; amator, & pater dulcissimus, ob eximiam suam charitatem in nosipsos, hominū in Dei cognitione uirtutisq; opere profectum, suū reputans, profecisse sapientia & gratia hoc secūdo modo dictus est, qđ in illis alios proficientes effecerit. Si enim hominū insipientiā, suam esse dixit, qui tamen est Dei uirtus & sapientia: & si membrorū delicta, sua esse pronunciauit, qui peccatū non fecit, propter habitudinem, connexionem, & affinitatē capitis ad membra, ac è diuerso. Dicit enim Christus psalm. 21. Longè à salute mea, uerba delictorū meorū. Et psalm. 68. Deus, tu scis insipientiā meā, & delicta mea à te non sunt abscondita: multo potiore iure, proficere & sapientia & gratia dicetur, quia talē ꝓficientiā hominib. impartit: & quæ nostra sunt, ob syncerum dilectionis affectū, sua facit, & dicit. Homines enim cū Christo, in sapientia & gratia quoquo pacto conspirant, ac conueniūt. In insipientia uerò & delicto, nosipsi cū Christo nullo pacto coincidimus, cum in ipso hæc locum non habeant. Quòd si quis cōtēdat pertinacius Christū profecisse sapientia & gratia per accessionem utriusq;, in illo sensim incrementa sumentis: is facilè confutatur eo ipso, qđ Lucas secundo capite post enarrationem oblationis Christi in templo subiungit: Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Si utiq; in tenella illa ætate plenꝰ erat sapiētia: quo pacto quasi per temporū curricula accreuit ei sapientia? Ioānes item dicit, Christū esse uisum à mortalib. quasi unigenitū à patre, plenū gratiæ & ueritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Deniq; repleuit eū ab ipso exortꝰ primordio spiritus sapiētiæ, ut dixerat Esaias: quo igitur pacto quadā successiōe & subinde crementū cœpit in eo sapientia & gratia? Qđ qui nituntur asserere, nō putāt in Christo factā esse unionē diuinitatis cū extrema carnis existētia, siue natura humana: q; autor extremā carnis existentiā hic uocat, ob corpus materiale & crassum eiusdē, ꝓrsus secundū substantiam naturæ cum terra, aliarumq; rerū naturaliū materia, & proinde inter substantias postremo loco constitutū. Est enim materia minoris dignitatis, quam forma, & totū compositū. Iidem quoq; dicentes Christum sumpsisse incrementū sapientiæ

secundum

ſecundum temporum ſpacia, non adorant unionem deitatis cum humanitate factam ſecundum unam hypoſtaſin & perſonam in Chriſto, quia non confitentur eum eſſe uerum Deũ & hominem, ſed hominem ſolum. Similiter ijdem, habitudinariam unionem & nudum incolatum prædicant, quia cum Neſtorio Chriſtum ut nudum hominẽ conuerſatum, in terra dicũt: & propter ſolã ad Deum habitudinẽ in conformitate gratiæ & participatione, Deũ ipſum nũcupatum eſſe credunt, unitumqúe duntaxat Deo per gratiæ ſuſceptionẽ: quod ſuperius in tertio cap. huius libri improbatum eſt. Idcirco horum oppoſitum potius eſt ſentiendum, unitam ſcilicet uerbo Dei carnem in identitate perſonæ, & ideo eam omni ſapientia & gratia cumulatam eminentiore modo & perfectiore quàm noſipſi. Siquidẽ ſol iſte ſenſibilis lucidus dicitur & clarus, non quòd ab alio ſplendorem participet aduentitium, & qui ſubinde illi adimatur: ſed quia intrinſecum habet iubar, à ſua ſubſtantia indimobile: & ipſe ut fons quidam luminis, in ſubiecta corpora ſuæ lucis radios ubertim diffundit. Aer uerò clarus eſt ſola participatione claritatis à ſole ſuſceptæ, & facilè ab eo dimobilis. Eadem ſanè ratione ſacratiſſima Chriſti caro omni ſapientia & gratia ditata eſt propter ineffabilem ad Dei uerbum unionẽ: & deinceps in omnem creaturam rationalem copioſe dona gratiarum diffudit, ut caput in membra: nam ex eius plenitudine accepimus omnes. Cœleſtes uerò ſpiritus, angelicæq; ſubſtantiæ & homines ſola participatione diuinorum munerum, ſapientia & gratia locupletati ſunt.

ΠΕΡΙ ΔΕΙΛΙΑΣ. ϑ.

Τὸ τῆς δειλίας ὄνομα διπλῆν ἔχει τὴν ἔννοιαν. ἔστι γὰρ δειλία φυσική, μὴ θελούσης τῆς ψυχῆς διαιρεθῆναι τοῦ σώματος, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἐντεθεῖσαν αὐτῇ φυσικὴν συμπάθειάν τε καὶ οἰκειότητα, δι' ἣν φυσικῶς φοβεῖται καὶ ἀγωνιᾷ καὶ παραιτεῖται τὸν θάνατον. ἧς ὅρος· κατὰ φύσιν δειλία ἐστί, δύναμις κατὰ συστολὴν τοῦ ὄντος ἀντεκτική. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τὰ πάντα, τοῦ εἶναι καὶ οὐ τοῦ μὴ εἶναι τὴν ἔφεσιν ἔχει φυσικῶς. τούτων δὲ κατὰ φύσιν ἴδιον, ἡ πρὸς τὰ συστατικὰ ὁρμή, καὶ ὁ θεὸς λόγος τοίνυν ἄνθρωπος γενόμενος ἔσχε ταύτην τὴν ἔφεσιν, ἐν μὲν τοῖς συστατικοῖς τῆς φύσεως τὴν ὁρμὴν ἐνδειξάμενος, βρώσεώς τε καὶ πόσεως ὕπνου τε ἐφιέμενος, καὶ φυσικῶς ἐν πείρᾳ τούτων γενόμενος. ἐν δὲ τοῖς φθαρτικοῖς, τὴν ἀφορμήν, ὡς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ἑκουσίως τὴν πρὸς τὸν θάνατον συστολὴν ποιήσασθαι. εἰ γὰρ καὶ νόμῳ φύσεως ἐγίνετο τὰ γινόμενα, ἀλλ' οὐ καθ' ἡμᾶς ἠναγκασμένως. ἑκουσίως γὰρ τὰ φυσικὰ θέλων κατεδέξατο. ὥστε αὐτὴ ἡ δειλία, καὶ ὁ φόβος, καὶ ἡ ἀγωνία, τῶν φυσικῶν ἐστι καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν, καὶ μὴ ὑποκειμένων ἁμαρτίᾳ. ἔστι πάλιν δειλία, ἡ ἐκ προδοσίας λογισμῶν συνισταμένη καὶ ἀπιστίας, καὶ τοῦ ἀγνοεῖν τὴν τοῦ θανάτου ὥραν· ὡς ὅταν νυκτὸς δειλιῶμεν, ψόφου τινὸς γινομένου. ἥτις παρὰ φύσιν ἐστίν. ἣν καὶ ὁριζόμενοι λέγομεν· παρὰ φύσιν δειλία ἐστί, παράλογος συστολή. ταύτην ὁ κύριος οὐ προσήκατο. διὸ οὐδὲ ἐδειλίασέ ποτε, εἰ μὴ ἐν τῷ τοῦ πάθους

DE TIMORE. Cap. XXIII.

Timoris nomẽ duplicem habet intelligentiam. Nam eſt timor naturalis, nolente anima ſeparari à corpore, propter naturalem inditam illi à rerum conditore à principio compaſſionem, & familiaritatem: propter quam naturaliter timet, agonizat, & renuit mortem. Cuius definitio eſt: Secundum naturam timor eſt contractionis uirtus, ipſius appetitiua eſſe. Nam ſi ex nihilo ad eſſe deducta ſunt omnia à rerum opifice ipſius eſſe, & nequaquam non eſſe naturaliter habent deſiderium. Eorum autem quæ ſecundum naturam ſunt proprius eſt motus ad ea quæ conſtituunt atque ſaluant. Deus igitur uerbum, homo factus, habuit hoc deſiderium, in ijs quæ naturæ erant conſtitutiua motuum declarans, cibi & potus & ſomni appetens, & naturaliter harum rerum experientia uſus. In corruptiuis autem reformidationem, ut in tempore paſſionis contractionem ad mortem, ſpontaneè factam. Nam & ſi lege naturæ ea quæ geſta ſunt fiebant, non tamen more noſtro coactæ: ſponte enim naturalia uolens ſuſcepit. Quare ipſe timor & pauor & agonia, naturales ſunt & innocuæ paſſiones, & nequaquam ſubiectæ peccato. Eſt rurſus timor qui ex errore cogitationum prouenit & diffidentia, & ex eo quòd quis mortis horam ignoret: ut quando nocte timemus ſtrepitu aliquo facto, qui quidem præter naturam eſt. Quem & definientes dicimus: Præter naturam timor, eſt irrationalis contractio. Hunc autẽ Dominus non ſuſtinuit, ideo nõ timuit unq̃, niſi paſſionis tempore

καιρῷ, εἰ καὶ οἰκονομικῶς ἑαυτὸν συνέστελλε πολλάκις. οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν καιρόν. ὅτι δὲ ἀληθῶς ἐδειλίασε, φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγῳ, διὰ τοῦτο ὁ κύριος ἔλεγεν. νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. τὸ δὲ νῦν, τοῦτό ἐστιν, ὅτε ἠθέλησεν. ὅμως μὲν τοι τὸ ὂν ἐπιδείκνυται. οὐ γὰρ τὸ μὴ ὂν ὡς παρὸν ὠνόμαζεν, ὡς δοκήσει γινομένων τῶν λεγομένων. φύσει γὰρ καὶ ἀληθείᾳ τὰ πάντα ἐγίνετο, καὶ μεθ' ἕτερα. οὐδαμῶς δὲ θεότης πάθος προσίεται, δίχα πάσχοντος σώματος, οὐδὲ ταραχὴν καὶ λύπην ἐπιδείκνυται, δίχα ψυχῆς λυπουμένης καὶ ταρασσομένης. οὔτε ἀδημονεῖ καὶ προσεύχεται, δίχα νοήσεως ἀδημονούσης καὶ προσευχομένης. ἀλλὰ γὰρ κἂν μὴ ἡττήματι φύσεως συνέβαινε γινόμενα, ἀλλ' ἐπιδείξει ὑπάρξεως ἐγίνετο τὰ γινόμενα. τὸ δὲ ἡττήματι φύσεως μὴ συμβαίνειν τὰ γινόμενα τὸ μὴ ἀκουσίως ταῦτα ὑπομένειν, δηλοῖ.

tempore, & ſi diſpenſatiuè in ſemetipſo infremuit ſępe: nõ enim ignorabat tempus. Quòd autem uerè timuerit, aſſerit ſacer Athanaſius in ſermone aduerſus Apollinarium. Propter hoc Dominus dicebat: Nunc anima mea turbata eſt, nunc autem: hoc eſt, quando uoluit. Attamẽ id quod erat oſtendit: non enim quod non erat, ut præſens nominauit, quaſi opinione fierent ea quæ dicebantur: natura enim & ueritate omnia geſta ſunt. Et poſt alia dicit: Nequaquam diuinitas paſſionem admittit, ſeorſum patiẽte corpore. Neque turbationem & triſtitiã oſtendit, ſeorſum turbata & contriſtata anima. Neque anxiatur, & orat, ſeorſum mente anxiata & orante. Verũ enimuero non delicto naturæ contingebant quæ dicta ſunt, ſed ad oſtenſionem exiſtentiæ facta ſunt: & quòd naturæ delicto quę fiebãt non contingerẽt, hoc oſtendit illa non inſpontaneè facta.

COMMENTARIVS.

Dvo timoris genera definit autor in litera. Quorum primum rectè dici poteſt timor naturalis: qui naturalis, eſt reformidatio eorum quæ ſuſtollunt uitam & eſſe naturæ, inferuntq; moleſtiam aut dolorẽ nobis. Nempe rationalis anima tantã habet natura inditã ſibi ad corpus affectionem & affinitatẽ, ut illi coniuncta reformidet ſui diſſolutionẽ, nexusq; ſeparationem: & ſeparata naturale habeat deſiderium atque appetitum ad iteratã cum corpore nunquam poſtea diſſolubilem unionem. Et cum huiuſmodi à Deo inditam deſiderium, ocioſum eſſe non poſſit. & uanum ipſum explebitur in extrema reſurrectione, & uniuerſali corporum reſuſcitatione, ſecundum diuinæ legis ordinationem demum futura. Huiuſmodi autem deſiderium animarum ad corpus rurſum aſſumendũ, Apocalypſis ſexto capite inſinuat. Et cum aperuiſſet (inquit) ſigillũ quintum, uidi ſubtus altare animas interfectorum propter uerbum Dei, & propter teſtimonium quod habebãt. Et clamabant uoce magna, dicentes: Vſque quo Domine ſanctus & uerus, non iudicas & non uindicas ſanguinem noſtrum de ijs qui habitant in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ & dictũ eſt illis, ut requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorũ, qui interficiendi ſunt ſicut & illi. Et nõ modò homines & animalia rationis expertia, ſed & omnia entiũ genera habent naturalem appetitum ad eſſe, ſtudentq; ſe conſeruare à corruptione, ſaluareq; quantum poſſunt: quo imitentur ipſum ſummum ens, à quo ſumpſerunt originem: aſſimilenturq; ei in exiſtentiæ atque entitatis gradu. Hinc uidemus aquam minutatim ſparſam, in guttas ſe colligere, atq; in figurã ſe reducere ſphæricam: imò quoad poteſt, guttã guttæ rurſum cõtinuari ac coniungi, ut ſub eo habitu figuræ aquæ collectio commodius conſeruetur. Hinc rurſum uniri petunt & coniungi, partes mutili colubri, ſi quoquo modo poſſent: quia unitæ melius ſaluitur in uita, & conſeruantur ab interitu. Cæterũ in definitione timoris naturalis poſita in litera, & alio deinde ſequente loco literæ, item & definitione timoris præter naturam, cõtractio ſumitur pro reluctatione cõtra ſuũ contrariũ, ob quã cõſtringitur & colligitur in unũ tota naturæ uirtus, ut imminẽti malo ualentius reſiſtat. Nẽpe cũ ingruit timor naturalis mortis, natura pro uiribus obluctatur ſuo contrario: & uires ſuas omnes contrahit, atque adunat, ut unitius illi ſuo hoſti contra nitatur: huiuſmodi autem reluctatio in aduerſarium, hic contractio nuncupatur & ferè ſemper timori annexa eſſe deprehenditur. Altera autẽ traductio, loco contractionis ponit trepidationem, neq; id abſurdè: nam huiuſmodi contractioni, quam infert timor, ferè ſemper coniuncta eſt trepidatio, qua formidamus imminens illud malũ nobis grauiſſimum, moleſtiſſimumq; futurum. Et ſanè timoris proprium eſt, trepidationem inducere. hinc illud poetæ, Nos pauidi trepidare metu. Secundũ timoris genus, quod ab autore deſcribitur in litera, dici poteſt timor ſenſitiuus, quòd ipſius ſenſus aut imaginationes & plerunque intellectus ſequatur apprehenſionem, à ſenſu tamen primum exortam. Et hic timor definitur eſſe

esse reformidatio cuiuspiā mali, qđ creditur futurū, & ꝓprias uires superaturū. Et id plerūq; uenturū putatur: nō tamē superueniet, aut grauius putatur illius periculū, q̄ reuera erit. Idcirco ex errore cogitationū ꝓuenire dicitur, aliter existimātiū quā res se habebit: nāq; homines interdū metuūt grauiora pericula ueris. Huius uerò timoris, nosipsi ob graues animi, & immoderatos affectus, plerūq; causam ꝓbemus. Quia eñ plus æquo ad honores, opes, uoluptates aut sensibilis huius uitæ amorē afficimur, timemus ijs quæ ardēter cōcupiscimus priuari, facilè in uanas incidimus suspiciones, putamusq; alios nobis insidias struere: quib. qđ uehemētius æquo amamus adimāt atq; surripiāt. Et quo ardētius quicq; taliū amamus, eo grauius timemus: qui uerò remissis afficiūtur perturbationib. minus eo timore ꝑcellūtur, qui sæpenumero uanus est, Trepidauerūt (inquit Psalmus) timore, ubi nō erat timor. Et, ut ait Sapiēs, Fugit impius nemine ꝑsequēte. Nihil eñ meticulosius animo alicuius mali sibi cōscio.

Denique, ut Pelignus ait poëta,
Sic timet insidias, qui se scit ferre uiator,
Quod timeat, tutum carpit inanis iter.

Porrò primum timorem natura nobis insitum habuit Dominus noster, & manifesto ostendit indicio, quādo imminēte hora passionis cœpit cōtristari, & mœstus esse: cœpit itē pauere, & tædere: quemadmodū habet euangelium. Est enim is timor, innocua & naturalis passio. Constat autē ex uicesimo cap. huius libri, tales passiones Christum suscepisse. Secūdum uerò timorē nequaquā habuit Christus, quia plerunq; præter rationem accidit, ex ignorātia ueri, suspicione, aut uana opinatione: quæ omnia à Christo lōgè fuerunt aliena. Attamen legitur nonnunquā Christū infremuisse spiritu, ut Ioannis cap. 11. Iesus autem infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Et paulo pòst eodem loco: Iesus autem rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentū. Fremuit quidem dispensatiuè, & ex dispensatione carnis susceptæ, spōte sua sola dignatione: quia motum indignationis in se excitauit in principē huius mūdi, per quē inducta fuit mors, haud multo pòst foras eijciendum, & in Iudæorū incredulitatem, quos ad calumniandū eius opera, quā credendum, propensiores cognouit. Turbauit autem semetipsum, quia non ab extrinseco turbatus est, (nullus enim alius ipsum turbare potuit) sed à se ipso solo. Vnde liquidò cōstat, quòd uolens turbatus est, uoluntate præueniente eam turbationē, quinimmo excitante ipsam, & intra rectæ rationis metas cōtinente. Sic, & uolens mortem timuit: & quando uoluit, timuit, utpote instante passionis hora: quæ tametsi à cōceptionis exordio illi esset cognitissima nunq; tamen ante eā timuisse legitur, ob unā hanc rationē, quia noluit. Quin potius ardentissimo affectu aduentare horā passionis desiderauit, eius dilationē ægrè pertulit, conquestus eā tantū prorogari, ob feruētissimū nostræ redemptionis peragendæ desideriū. Nam Lucæ 12. cap. dicit, Baptisma habeo baptizari (scilicet sacri sui sanguinis perfusione, quo totus in passione maduit) & quomodo coartor usq; dum perficitur? Rursum Lucæ 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscū antequā patiar. Quid aliud quæso tantopore desiderauit, uerus amator hominū, nisi aduentū illius horæ, quæ iam in ianuis erat, qua seipsum pro nobis offerret hostiā Deo? Id uehemens desideriū prodit æstū illū, & diuini amoris ardorē, quo totus flagrabat Christus, & inflāmabatur, ut nostrā cōsummaret salutē. Cæterū quanq; infremuit Dominus, & turbauit seipsum, consimilesq; animi affectus naturā consequētes humanā in se uerè ostendit: illis tamen nequaquā agitata fuit diuinitas, ut paulo post latius ostendetur, & autor hic in litera comprobat autoritate Athanasij hanc continente sententiam, quòd nequaquā diuinitas passionē admittit: sed corpus seorsum passum est: non quidem quia tempore passionis à diuinitate separatum fuerit, sed quia diuinitate nō habuit passionis sociā & participem, neq; diuinitas turbationē & tristitiā ostendit, sed sola Christi anima turbata est, & contristata, diuinitate (licet animæ coniuncta) illarū passionū immuni permanente. Neq; diuinitas Christi anxiatur, & orat, cū in eā passibilitatis expertē cadere nō possint huiusmodi affectiones: sed mēs Christi seorsum atq; separatim anxiata fuit, & orauit: nō quidē qđ à diuinitate fuerit dirēpta, sed qa anxietatis participatio nō fuit diuinitati cōmunicata: nō eñ cōmunicauit diuinitas cum anima in anxietate toleranda.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ προσευχῆς. οα.

Προσευχή ἐστιν, ἀνάβασις νοῦ πρὸς θεόν, ἢ αἴτησις τῶν προσηκόντων παρὰ θεοῦ. πῶς τοίνυν ὁ κύριος ἐπὶ Λαζάρου καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους προσηύχετο; οὔτε γὰρ ἀναβάσεως τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐδεῖτο ὁ ἅγιος αὐτοῦ νοῦς, ἅπαξ καθ' ὑπόστασιν τῷ θεῷ λόγῳ ἡνωμένος, οὔτε τῆς παρὰ θεοῦ αἰτήσεως.

DE DOMINI ORATIONE. Cap. XXIIII.

ORatio est accensio mentis in Deū aut decentiū à Deo petitio. Quo modo igit̃ Dominus in suscitatione Lazari, & passionis tēpore orabat? Nō eñ ascēsiōe ad Deū sancta eius mēs indigebat, semel secundum hypostasin Deo uerbo unita, neq; petitiōe à Deo:

 nam

εἷς γάρ ἐστιν ὁ Χριστός, ἀλλὰ τὸ ἡμέτερον οἰκειούμενος, πρόσωπον, καὶ τυπῶν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἡμέτερον, καὶ ὑπογραμμὸς ἡμῖν γινόμενος, καὶ διδάσκων ἡμᾶς παρὰ θεοῦ αἰτεῖν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνατείνεσθαι, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ νοῦ ὁδοποιῶν ἡμῖν τὴν πρὸς θεὸν ἀνάβασιν. ὥσπερ γὰρ τὰ πάθη ὑπέμεινεν, ἡμῖν τὴν κατ' αὐτῶν νίκην βραβεύων, οὕτω καὶ προσεύχεται, ἡμῖν ὁδοποιῶν, ὡς ἔφην, τὴν πρὸς θεὸν ἀνάβασιν, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν πᾶσαν δικαιοσύνην πληρῶν, ὡς ἔφη πρὸς Ἰωάννην, καὶ καταλλάττων ἡμῖν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν ἑαυτοῦ τοῦτον τιμῶν, καὶ δεικνύς, ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος. ὅτε μὲν γὰρ ἔλεγεν ἐπὶ Λαζάρου· πάτερ εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου, ἐγὼ δὲ ᾔδειν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν περιεστηκότα ὄχλον εἶπον, ἵνα γνῶσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας, οὐ πᾶσι σαφέστατον πέφυκεν, ὅτι ὡς ἀρχὴν ἑαυτοῦ καὶ αἰτίαν τιμῶν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ δεικνὺς ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος, ταῦτα ἔφησεν. ὅτε δὲ ἔλεγεν· πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ, οὐ παντί που δῆλόν ἐστιν, ὡς διδάσκων ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ αἰτεῖν τὴν βοήθειαν, καὶ τὸ θεῖον τοῦ ἡμετέρου προκρίνειν θελήματος. καὶ δεικνὺς ὡς ἀληθῶς τὰ τῆς ἡμετέρας ᾠκειώσατο φύσεως. ὅτι τε κατὰ ἀλήθειαν δύο θελήματα, φυσικὰ μὲν καὶ τῶν αὐτοῦ κατάλληλα φύσεων, ἀλλ' οὐχ ὑπεναντία κέκτηται. πάτερ φησίν, ὡς ὁμοούσιος, εἰ δυνατόν, οὐχ ὡς ἀγνοῶν. τί δὲ τῷ θεῷ ἀδύνατον; ἀλλὰ παιδαγωγῶν ἡμᾶς τὸ θεῖον τοῦ ἡμετέρου προκρίνειν θελήματος. τοῦτο γὰρ μόνον ἀδύνατον, ὃ θεὸς οὐ βούλεται, οὐδὲ παραχωρεῖ. πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ, ὡς μὲν θεός, ταυτοθελὴς ὢν τῷ πατρί. ὡς δὲ ἄνθρωπος, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος φυσικῶς ἐνδείκνυται θέλημα. τοῦτο γὰρ φυσικῶς παραιτεῖται τὸν θάνατον. τὸ δέ, θεέ μου, θεέ μου ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; τὸ ὑμέτερον οἰκειούμενος ἔφησε πρόσωπον. οὔτε γὰρ θεὸς αὐτοῦ ὁ πατήρ, εἰ μή γε διαιρεθέντος ἰσχναῖς τοῦ νοῦ φαντασίαις τοῦ ὁρωμένου ἐκ τοῦ νοουμένου τάσσοιτο μεθ' ἡμῶν, οὔτε δὲ κατελείφθη ποτὲ ὑπὸ τῆς οἰκείας θεότητος, ἀλλ' ἡμεῖς ἦμεν οἱ ἐγκαταλελειμμένοι καὶ παρεωραμένοι.

nam unus est Christus. Verum nostrã in se exprimebat personam & typum: quod nostrum est, in seipso formabat, nobis factus exemplũ, & edocens nos à Deo quærere, & ad ipsum attendere, & per sanctam eius mentem nobis sternens uiam, ad Deum ascensum. Quemadmodum enim passiones sustinuit, nobis uictoriam aduersus ipsas brauium comparans: sic & orauit, nobis uiã sternens (ceu dictum est) ascensionem in Deum, & pro nobis omnem iustitiam implens, ut dicebat ad Ioannẽ, nobisq; per seipsum reconcilians patrem, & ut principium & causam suijpsius ipsum honorans, & insinuãs, quòd non est cõtrarius Deo. Nam & quando dixit in suscitatione Lazari: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me: ego autem sciebam, quoniã semper me audis: sed propter astantẽ turbam dixi, ut cognoscant, quoniam tu me misisti: non omnibus perspicuum fuit, quòd ut principium sui & causam honorabat patrem & ostendebat, quòd non est Deo contrarius. Quando uerò dicebat, Pater si possibile est, transeat à me calix iste, ueruntamen non ut ego uolo, sed ut tu: non undique manifestum erat, quòd docebat nos, in tentationib. à solo Deo quærendum esse auxilium, & diuinam nostræ præferendam esse uoluntati: & ostendebat, quòd ea quæ nostræ naturæ sunt, sibi peculiaria faciebat, appropriabatq;: quodq; secundum ueritatẽ duas uoluntates, & naturis eius cõsentaneas, nõ autem aduersantes possedit. Pater dixit, ut cõsubstantialis. Si possibile, dixit, nõ ignorãs (quid enim Deo impossibile) sed erudiens nos, diuinam nostræ preponere uoluntati: hoc enim solum impossibile, q̃d Deus non uult, neq; permittit. Hoc, Veruntamen non ut ego uolo, sed ut tu: quòd ut Deus quidem cõuoluntarius est patri: ut homo uerò humanitatis naturaliter commonstrat uoluntatem: hæc autem naturaliter renuebat mortem. Istud porrò, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? nostram peculiariter uendicãs naturam dixit Neq; enim Deus eius pater, nisi subtilibus mentis imaginationib. diuiso eo quod uidetur ab eo quod intelligitur, ipse nobiscum ordinetur: neq; derelictus unq; est à propria deitate, sed nos sumus qui derelicti sumus, & despecti

Quare

ὥστε τὸ ἡμέτερον οἰκειούμενος πρόσωπον, ταῦτα προσηύχετο.

Quare nostram induens appropriãsq́ personam, hæc orabat.

COMMENTARIVS.

CHristi ad patrẽ oratio frequens, & assidua (nam & ascendisse in mõtem legitur, ut solus oraret, & pernoctasse in oratione Dei) non ex indigentia processit, ut nostra, qui multorũ sumus indigi. Quomodo em̃ plenissima illa bonorũ spiritualiũ in Christo exuberantia, indigentiam aliquã perfectionis, aut gratiæ admitteret? Verè tamen ei conuenit completa orationis definitio hîc assignata, & longè quidem perfectius, quàm cæteris hominib. Nam fuit in ipso, ascensio mentis in Deum per affectum, & desiderij subleuationẽ, quãdo intentissimè alijs posthabitis ferebatur, toto cogitatu, & conatu in Dei uenerationẽ, & adorationem. Hinc in Psalmis sæpius inducitur Christus patrẽ orans dixisse: Ad te Domine leuaui animã meã. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis: lætifica animam serui tui: quoniã ad te Domine animam meã leuaui. Sed dices forsitan: Christus mentem suam nunquam habuit à Deo deflexam, sed iugiter & indefesse in eam intentã, ut Psalmo 15. dicit, Prouidebã Dominũ in conspectu meo semper. quomodo ergo tempore orationis habuit ascensionem mentis in Deum, cũ non semper orauerit, & tamẽ eius mens semper in Deum fuerit eleuata? Esto, quòd mentem sanctissimam Christus assiduè habuerit intentam in Deum per meditationẽ, quia in lege eius meditabatur die ac nocte, & iugem contemplationem nullo quidem actu corporeo intermissam: quia oculi eius semper ad Dominũ. Non tamen incessanter habuit mentẽ in Deum eleuatã per confessionẽ diuinæ laudis, uenerationemq́ & cultum Dei, cum sæpius alijs sanctis operib. eius mens fuerit occupata. Ad orationis autem rationẽ exigitur huiusmodi eleuatio mentis in Deum, per laudationem Dei, adorationẽ eius, & honorationẽ. Nec minus secunda in definitione orationis posita particula, Christo cõgruit, ut pote decentium à Deo petitio. Sicut enim nõ sibi, sed nobis orauit: ita neque pro se, sed pro nobis decentia à Deo petiuit. Vbi aũt pro alijs quicquã à Deo petimus, haud minus seruatur integra orationis conditio, atq; si pro nobis peteremus. Docemur enim & iubemur orare pro persequentibus & calumniantibus nos: itẽ & orare pro nobis inuicem ut saluemur. Huic accedit, quòd Christus etiã multa pro seipso petiuit, ut liberationẽ à Iudæis persequentib. Psalmo 21. & 68 accelerationẽ resurrectionis, Psalmo 15. sui ipsius clarificationem, Ioãnis 17. & alia pleraq;, in Psalmis & Euangelijs ad manuum occurrentia. Verùm sciscitabere forsan. Cum Christus indigentia aut penuria diuinorum munerũ non fuerit adactus adorandum, cur igitur orauit? Non enim frustra fuisse putanda est, aut præter rationẽ, eius oratio. Rationabilis utiq; fuit & legitimis causis facta semper eius oratio. Nam aut orãs, æterno patri gratias egit de maximis & plurimis susceptis beneficijs: ut Matthæi undecimo capite, exultãs in spiritu dixit: Confiteor tibi Domine pater cœli, & terræ, quoniã abscondisti hæc à sapientib. & prudentib. & reuelasti ea paruulis. Et miracula facturus sæpenumero in cœlũ suspexisse dicitur, & patri gratias egisse. Aut pro mẽbris suis orationẽ Deo fudit ut pro discipulis patrem rogauit, quòd seruaret eos à malo: Ioannis decimoseptimo capite. Et pro persecutoribus suis orauit, ut pater illis ignosceret: Lucæ uicesimotertio. Aut pro seipso orauit: ut ab inimicis liberaretur, à patre glorificaretur, morte deuicta suscitaretur ad uitã perennẽ, & ad immortalitatis gloriã demum transferretur: ut decimoseptimo capite Ioannis. Psalmus 15. 21. 68. 85. & pleriq; alij cõtinentes orationẽ filij ad patrẽ, secundum susceptæ humanitatis dispensationẽ (non enim ut Deus orauit, sed ut homo) liquido declarant. At quoniã in omni oratione sua Christus Iohannis undecimo capite, se auditum dixit à patre: Ego (inquit) sciebã, quia semper me audis: id animaduertere par fuerit, & congruum, quòd Christus in omni oratione sua procedente ex uoluntate humana, ut subiecta, & conformi diuinæ uoluntati: illicq; per summã obedientiam concordante exauditus est: ut ipse Lazarum resuscitaturus ad patrem cõtestatur. Et Apostolus ad Hebræos quinto capite, de Christo dicit, quòd cũ clamore ualido, & lachrymis exauditus est ꝓ sua reuerẽtia. In oratione uerò progrediẽte ex uolũtate humana dimissa suæ naturæ, & permissa agere, & pati propria, ad suã declarandã conditionẽ, non est exauditus, quia nõ orauit huiusmodi oratione, ut exaudiretur: sed ut exemplũ nobis daret, in tribulatione confugiendi ad Deum, & nostrã uoluntatẽ diuino arbitrio subijciendi. Talis aũt fuit oratio, quam ingruente passionis hora fecit ad patrẽ, quòd calix à se trãsferretur: de qua Psalmus 21. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiã mihi. Porrò illã in cruce orationem Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? Psalmo 21. contentam, & Matthæi 27. Marci uerò 15. cap. descriptã, Christus ad patrem fecit (ut hic sentit autor) non pro seipso, neq; propriã agens personã. Non enim (inquit) ut Deus ita orauit. Nam patrẽ æternũ, Deum suũ uocat: non est aũt pater, propriè filij Dei, & Christi, ut Deus est, Deus: sed pater & filius, unus sunt Deus. Insuper Christus, ut Deus nunquã à patre derelictus dici posset, cum sit semper in patre manens. Neq; ut homo hanc ad patrem Christus orationẽ (ait) fecit: quãuis pater, eius ut hominis, Deus rectè & sæpe dicatur: quia nunquã derelictus est Christus, ut homo à propria deitate, quare nec à deitate patris, cũ eadẽ sit prorsus utriusq;

deitas. Sed nostrã sibi assumens & approprians personam, ita orauit: seq; derelictũ dicit, quia nos derelicti fuimus & deserti à Deo, quem priores dereliqueramus. Quemadmodũ in eodẽ loco Psalmi, ubi sequitur, lõgè à salute mea uerba delictorũ meorũ: sua dicit delicta, quę sunt humani generis, ut ea sibi attribuat propter affinitatẽ capitis ad mẽbra, quæ sunt membrorum. Verùm sentiunt alij, Christum hanc orationẽ etiã pro seipso fecisse: fatenturq; ingenuè cum autore, quòd nõ dicitur Deus pater Christum deseruisse hora passionis, quia subtraxerit ei diuinitatem, aut dissoluerit unionem in eo deitatis, & humanitatis. Mansit enim semper deitas carni coniuncta: cũ dicat Apostolus, Quod si cognouissent, nunquã Dominũ gloriæ crucifixissent. quare & cũ cruci affixus est, etiã fuit Dominus glorię, propter diuinitatẽ nunquã à carne separatã. Sed dereliquit Christum, ut hominẽ Deus Pater secundũ horum sententiã, quia potestati persequentiũ eum exposuit, defensionemq; quã præstare potuisset, illi subtraxit, sinens illũ etiã extrema pati. Non enim potuisset Iudæorũ sæuitia, adeò in Christũ inualuisse, nisi permissione diuinæ maiestatis eũ tradẽtis manib. illorũ: quẽadmodũ Pilato dixit Dominus Ioannis 19. ca. Non haberes potestatẽ aduersus me ullam, nisi tibi datum esset desuper.

ΠΕΡΙ ΟΙΚΕΙΩΣΕΩΣ. οβ.

Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς δύο οἰκειώσεις εἰσί, μία φυσικὴ καὶ οὐσιώδης, καὶ μία προσωπικὴ καὶ σχετική. φυσικὴ μὲν οὖν καὶ οὐσιώδης, καθ' ἣν διὰ φιλανθρωπίαν ὁ κύριος τήν τε φύσιν ἡμῶν καὶ τὰ φυσικὰ πάντα ἀνέλαβε, φύσει καὶ ἀληθείᾳ γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τῶν φυσικῶν ἐν πείρᾳ γενόμενος. προσωπικὴ δὲ καὶ σχετική, ὅτε τις τὸ ἑτέρου ὑποδύεται πρόσωπον διὰ σχέσιν, οἶκτον φημὶ ἢ ἀγάπην, καὶ ἀντ' αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖται λόγους μηδὲν αὐτῷ προσήκοντας, καθ' ἣν τήν τε κατάραν καὶ τὴν ἐγκατάλειψιν ἡμῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ ὄντα φυσικά, οὐκ αὐτὸς ταῦτα ὢν ἢ γενόμενος, ᾠκειώσατο, ἀλλὰ τὸ ἡμέτερον ἀναδεχόμενος πρόσωπον, καὶ μεθ' ἡμῶν τασσόμενος. τοιοῦτον δὲ ἐστὶ, καὶ τὸ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα.

DE APPROPRIATIONE. Cap. XXV.

Neque latendũ est, quòd duæ sunt appropriatiões. Vna naturalis & substãtialis, & altera psonaria & habitudinalis. Naturalis igitur & substãtialis, ea est secundũ q; Dominus ob clementiã & hominũ miseratione, naturam nostrã, & naturalia cuncta assumpsit, natura & ueritate factus homo, & naturalia expertus. Personaria autẽ & habitudinalis, quãdo quis alterius subinduit personam ob habitũ, dico ob miserationem, aut charitatẽ: & ut pro se, qui pro illo sunt, facit sermones, nihilo illi congruentes. Secundum q; appropriationẽ, maledictionẽ & derelictionẽ nostrã, & huiusmodi, non quę illi naturalia essent (neq; enim ipse hęc factus est) appropriauit, sed nostrã in se præ se ferens naturam, & nobiscũ ordinatus. Tale autẽ est, & quòd pro nobis factus maledictum.

COMMENTARIVS.

PRopter ea quæ capite præcedenti dicta sunt, qđ interdũ nostrã sibi in operib. suis Christus personã ap̃priauit, autor duplicẽ hoc loco appropriationẽ in Christo factã distinguit. Vnã naturalẽ, & substantialẽ, qua ea Christo accõmodantur, quæ ob susceptionem nostræ substantiæ ei uerè conueniunt, & pro sua illi persona naturaq; attribuuntur. Vt appriatio p̃prietatũ naturaliũ animæ, & corporis humani, & uerè Domino nostro cõuenientiũ & nõ secundũ phantasiã, aut allegoriã. Similiter ap̃ppriatio innocuarũ passionũ, famis, sitis, defatigationis, lachrymarũ, timoris, & cæterarũ id genus, quæ in Euãgelio Christo attribuuntur. Alia est ap̃ppriatio psonaria, & habitudinalis, quãdo scilicet ea attribuũtur Christo, quæ nõ ei, sed nobis cõueniunt: ex ardẽtissimo aũt charitatis feruore, ea imperfecta quæ mẽbrorũ sunt, sua facit. & de mẽbris quidẽ loquens, ut de seipso loquitur: sibi ea ascribẽs, quæ illi minimè cõpetere possunt. Vbi Psal. 21. Lõge à salute mea uerba delictorũ meorũ. Rursum Psal. 68. Deus tu scis insipientiã meã, & delicta mea à te nõ sunt abscõdita. Vbi insipiẽtia, & delicta ap̃ppriãtur Christo, nõ qđ ei insint, sed nobis: quoniã miseriã ex abundãtia cõmiserationis suã facit, & dicit. Quẽadmodũ benignus medicus assidẽs ægroto, ut suũ in eũ affectũ exprimat, infirmi languorẽ in se trãsfert, gemit, suspirat, dolet ut ęgroti socius. Secundũ huiusmodi etiã appropriationẽ loquitur Apostolus, ad Galatas 3. cap. dicens: Christus nos redemit de maledicto legis, factus p̃ nobis maledictũ: quia scriptũ est, Maledictus omnis homo qui pẽdet in ligno, ut in gẽtib. benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu. Vbi Christus maledictũ p̃ nobis factus esse dicitur, qđ ut reus & malefactor mortẽ in cruce sustinuit, quasi p̃ suo puniretur crimine. Is tñ per quẽ benedictio nobis reddita, & maledictio per primos illata parẽtes in benedictionẽ uersa, nihil in se maledictionis habuit. Itaq; nõ p̃ se nobis, maledictũ factus est. Simile est & id Apostoli secundæ epistolæ ad Corinthios cap. 5. Eum qui peccatum non cognouit, pro nobis peccatum fecit, quòd ipse hostia est pro peccato hominũ quæ sanè hostia, nomine peccati, in sacra scriptura plerunq; designatur, ut in Osee de sacerdotibus dicitur, quòd pecca-

peccata populi comedent) Deo Patri oblata non pro se, sed pro nobis peccatum factus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΘΟΥΣ, ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ, τοῦ κυρίου, καὶ τῆς ἀπαθείας τῆς αὐτοῦ θεότητος. ογ.

Αὐτὸς οὖν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, πάντα ὑπέμεινε σαρκί, τῆς θείας καὶ μόνης ἀπαθοῦς αὐτοῦ φύσεως, ἀπαθοῦς μενούσης. τοῦ γὰρ ἑνὸς χριστοῦ, τοῦ ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος συντεθειμένου, ἐν θεότητί τε καὶ ἀνθρωπότητι ὄντος πάσχοντος, τὸ μὲν παθητὸν, ὡς πεφυκὸς πάσχειν, ἔπασχεν, οὐ συνέπασχε δὲ τὸ ἀπαθές. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ παθητὴ οὖσα, τοῦ σώματος τεμνομένου, αὐτὴ μὴ τεμνομένη, συναλγεῖ καὶ συμπάσχει τῷ σώματι. ἡ δὲ θεότης ἀπαθὴς οὖσα, οὐ συνέπασχε τῷ σώματι. ἰστέον δὲ, ὅτι θεὸν μὲν σαρκὶ παθόντα, φαμὲν· θεότητα δὲ σαρκὶ παθοῦσαν, ἢ θεὸν διὰ σαρκὸς παθόντα οὐδαμῶς. εἰ γὰρ ἡλίου δένδρῳ ἐπιλάμποντος, ἡ ἀξίνη τέμνοι τὸ δένδρον, ἄτμητος καὶ ἀπαθὴς διαμένει ὁ ἥλιος· πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀπαθὴς τοῦ λόγου θεότης καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένη σαρκὶ, τῆς σαρκὸς πασχούσης ἀπαθὴς διαμένει, καὶ ὥσπερ εἴ τις πεπυρακτωμένῳ σιδήρῳ ἐπιχέει ὕδωρ, ὃ μὲν πέφυκε πάσχειν ὑπὸ τοῦ ὕδατος (τὸ πῦρ λέγω) σβέννυται, ἀβλαβὴς δὲ διαμένει ὁ σίδηρος· οὐ πέφυκε γὰρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος διαφθείρεσθαι· πολλῷ μᾶλλον τῆς σαρκὸς παθούσης, ἡ μόνη ἀπαθὴς θεότης τὸ πάθος οὐ προσήκατο, καὶ ἀχώριστος αὐτῆς διαμένουσα. οὐκ ἀνάγκη γὰρ παντελῶς καὶ ἀνελλιπῶς ἐοικέναι τὰ παραδείγματα. ἀνάγκη γὰρ ἐν τοῖς παραδείγμασι, καὶ τὸ ὅμοιον θεωρεῖσθαι, καὶ τὸ παρηλλαγμένον, ἐπεὶ παράδειγμα. τὸ γὰρ ἐν πᾶσιν ὅμοιον, ταυτὸν ἂν εἴη καὶ οὐ παράδειγμα, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν θείων. ἀδύνατον γὰρ ἐν πᾶσιν ὅμοιον εὑρεῖν παράδειγμα, ἐπί τε τῆς θεολογίας, ἐπί τε τῆς οἰκονομίας.

DE PASSIONE CORPORIS *Christi, & impassibili eius diuinitate.*
Cap. XXVI.

Ipsum igitur Dei uerbũ, omnia sustinuit carne, diuina eius sola natura, impassibili perdurãte. Nã uno Christo, ex deitate & humanitate cõposito, in deitate & humanitate existente, patiente, hoc quidẽ passibile, ut natũ erat pati, patiebatur, at non simul patiebatur, quod erat impassibile. Nã anima passibilis existens, inciso corpore, ipsa non incisa cõdolet, & cõpatitur patienti corpore. At diuinitas impassibilis existens, non cõpatiebatur corpori. Et id sciendũ, quod dicimus Deum carne passum: diuinitatẽ aũt carne passam, aut Deũ per carnẽ passum, nequaquam. Nã quemadmodũ sole arborẽ super illucẽte, si securis incidat arborẽ incisus & impassibilis perseuerat sol: multo magis impassibilis uerbi diuinitas, secundũ hypostasin carni copulata, carne patiente impassibilis perseuerabit. Et quemadmodũ si quis ignito ferro superinfundat aquã, quod quidẽ natũ est pati, ab aqua (ignis dico) extinguitur: incolume uerò manet ferrũ, non natũ enim est ab aqua corrumpi. Multo magis carne passa, sola impassibilis diuinitas, passionẽ non admittit, inseparabilis ab ipsa permanens. Nõ tamen necesse est omnimode, & sine quocunque defectu, exempla imaginem referre: quãdo quidem necesse est, in exẽplis, & simile cõtemplari & dissimile. Alioqui nõ esset exemplũ (nã quod in omnib. simile, idem profectò fuerit, nõ exemplũ) & maximè in diuinis. Impossibile enim est in omnibus, simile inuenire exemplum, siue in sermone qui de Deo, siue in dispensatione carnis scilicet assumptæ.

COMMENTARIUS.

Quamuis Christus uerè uulnera, plagas & mortẽ passus sit, ut indubitato confitetur fides catholica, nõ tamen secundũ utranque naturã in ipso inconfuse unitã hæc sustinuit, sed duntaxat secundũ humanã, ut quæ sola sit passibilis. Diuinitas aũt quia sua sponte natura est impassibilis, ab omni passionis iniuria credi debet fuisse aliena. Et quemadmodũ ait Cassiodorus in explanatione Psalmi 21 Passus est impassibilis, per passibilem quã suscepit humanitatẽ, immortalis mortuus est: & qui nũquam moritur, resurrexit. De quo loco pater Cyrillus ita pulchrè locutus est: Gratia uerò Dei pro omnib. gustauit mortẽ, tradens ei proprium corpus, quamuis naturaliter ipse uita sit, & resurrectio mortuorũ. Similiter & beatus Ambrosius: Idem patiebatur: & non patiebatur: moriebatur, & nõ moriebatur: sepeliebatur, & non sepeliebatur: resurrexit, & non resurrexit: Sic & hominẽ dicimus hodieque pati, mori, sepeliri, cũ tamen anima eius nullo fine claudatur: Hæc Cassiodorus. Haud tamẽ putetur in illis uerbis esse cõtradictio. aut sensus repugnantia, quoniã non ad eandem referuntur naturã. Affirmatiua enim uerba ad humanã: negatiua uerò ad diuinam accommodantur substantiam. Nempe idem Christus patiebatur secundum humanitatẽ, & non patiebatur secundũ diuinitatẽ: & ita de cæteris. Quinimmo simpliciter ista est recipienda, & catholicè tribuẽda, Christus est passus, mortuus & sepultus, quia eã sacræ literæ enunciant, astruũt, asserunt. Sed

& ipsa hanc secum admittit in ueritate, Christus nō est passus secundū deitatem, non est mortuus secundum diuinitatem, non est sepultus secundum diuinam naturā, ut quæ sepulchro cōcludi, cōtineriq; nequiuerit. Verùm nemo est uel mediocriter dialecticis institutus, qui nō apertè perpendat, inter datas propositiones nullā esse contradictionē, aut sententiæ pugnātiam, cum non secundū idem fiat utriusq; comparatio. Cæterum ad familiarē manu ductionem, qua intelligatur propositum, ponit litera exemplū de corpore, & anima humana. Sanè quòd inciso corpore nostro anima illi intimè coniuncta non incidatur, symbolum quoddā est, & exemplum diuinitatis non sustinentis passionem, quamuis caro ei coniuncta, passioni fuerit exposita: nomine carnis totam naturam humanam intelligendo. Nam non modò corpus, sed sacratissima Christi anima patiebatur, ut totus homo saluus fieret. Tristis est (ait) anima mea usq; ad mortem. Quòd uerò patiente corpore incisionem, anima illi compatiatur, & condoleat: in eo dissimile est exemplū ab eo, cuius proponitur declaratiuum. Nam neq; compassa est, neq; condoluit diuinitas carni patienti, cum sit suapte natura, ab omni passibilitate, quinimmo & mutatione prorsus aliena. Porrò quòd humanitate Christi patiente tormenta & mortem, diuinitas fuerit impassibilis, præsignatum est, & insinuatum ablatione immolationeq; ipsius Isaac facta ab Abraham. In qua Isaac ereptus fuit à gladio, angelo inclamante ne extenderet pater in eum manus: & aries hærens cornibus inter uepres, immolatus pro Isaac. Quippe in ea figura, mysticoq; sacrificio, Isaac diuinitatis gerit typum, nullū molestiæ, aut passioni obnoxiæ. Aries uerò humanitatem Christi oblatam pro peccato designat, tāquam ouis enim ad occisionē ductus est: qui quidē cornib. hæsisse inter uepres traditur, quia Christus ut homo inter duo brachia crucis suspensus est, siue duabus crucis extremitatib. cornuū speciem gerentibus affixus. Et inter spinas peccatorum nostrorum suspēsus est, ut ait Hieremias: Spinis peccatorum suorū circundedit me populus hic. Alij uerò hunc arietem in uepribus hærentem, Christum ante crucifixionē spinis coronatū intelligunt. Et hæc sanè, sicut & illa, rectè est allegoricæ explanationis intelligentia. Vnde genesis uicesimosecundo capite dicit litera, quòd angelus Domini de cœlo clamauit, dicens: Nō extendas manū tuā super puerum, neq; facias illi quicq;. Vbi glosa literæ interiecta reddens rationē præcepti angelici, inquit: Quia caro crucifigi, diuinitas non potuit tangi. Idem quoq; quod hoc capite ostēdendū proponitur, designatū est Leuitici decimoquarto capite, ubi mundatus à lepra iubetur offerre pro se duos passeres uiuos, quorū unū immolari curabat, alterū aūt uiuum dimittere præcipiebatur, ut in agrum auolet. Nempe per duos passeres, glosa eodē loco intelligendas esse dicit Christi diuinitatē, & humanitatem. Per passerem uiuū qui immolari præcipitur, significari asserit, id quod in Christo passibile est, & occidi potest: utpote eius humanitatem, mori pro nobis destinatam, atq; addictam. Deniq; per alterum passerē, qui uiuus dimissus est auolare in desertū, glosa accipi debere, sentit diuinitatē Christi impassibilem, & ab omni passionis molestia liberam suapte natura, atq; alienam. Non itaq; sensit Christi diuinitas passionis dolores, ut neq; alter passerum liber abire dimissus, interitum aut mortis inflictionē sustinuit, in illa immolatione pro immundatione lepræ. Deniq; idem mysterium, arduumq; sacramentum humanitatis in Christo passæ, & diuinitatis à passione immunis atq; expertis, sub occulto figuræ uelamine inuolucrisq; imaginis, ac umbræ, designatur Leuitici decimosexto capite, ubi describitur ritus purgationis totius populi, obseruandus in die expiationis solenni. In quo quidē ritu inter cæteras cerimonias illud quoq; adijcitur, qđ Aaron suscipere debeat ab uniuersa multitudine filiorum Israel, duos hircos pro peccato, quos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, mittens super utrunq; sortem, unā Domino, alterā capro emissario. Cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: cuius aūt in caprum emissarium, statuet eum uiuum coram Domino, ut fundat preces super eo, & emittat illum in solitudinem. Nempe Christus quia pro totius mundi expiandis peccatis oblatus est, hircus pro peccato non absurdè nuncupatur. Duorum aūt hircorū is qui missa sorte immolabatur, sanctissimam Christi carnem significat, pro peccatis nostris oblatā, & grauissima passam supplicia. Is uerò super quem uenit emissionis sors, Christi diuinitatē insinuat impassibilem, & ab omni passionis irrogatione longè semotam. Quod & glosa eodem loco comprobat dicens: Quia Christus Deus & homo secundum humanitatē passus, secundum diuinitatē impassibilis, sumuntur duo hirci, & statuuntur coram Domino in ostio tabernaculi. Ipse em̄ est uerū ostium, quod ducit ad ostiū tabernaculi testimonij, qđ est in cœlis. Mittit Aaron super utrunq; sortem, qua diuinitatē & humanitatem diuidi intelligamus, ut hęc patiatur, illa con fortet patientem: unā Domino, alteram capro emissario, Christo scilicet. Et paulo post subiungit. Et abijt hircus emissarius in solitudinem, id est Christi diuinitas in sinum Patris, quò nullus accedit nisi ipse & spiritus sanctus. Abijt ergo, quia operādi uirtutē cohibuit, & portauit iniquitates nostras, nō ut haberet, sed ut cōsumeret: Deus em̄ ignis cōsumens est. Et rursum: Abijt in solitudinē, de qua dicitur, Terra deserta, inuia, & inaquosa. Ibi hostis locū nō habet, ubi Deus manet. In cœlū enim diuinitas tempore passionis abijsse dicitur, non locū mutās, sed quodāmodo uirtutē cohibens, ut possent impij cōsummare passionē. Cæterū alio sensibili exēplo, deinde autor manu ducit imbecillitatem nostrā ad rectè intelligendū quo modo

modò id fieri possit, quòd carne mortẽ patiente diuinitas illi coniuncta mãserit impassibilis, exemplo inq̃ solaris radij arborẽ superillucentis, & tamen ad arbores dissectionẽ non sustinẽtis diuisionem: ex quo uerè colligit, multo magis carne patiente diuinitatẽ fuisse passionis immunem. Nempe solaris radius arbori superfusus extensus est ratione subiecti cui adest, & in diuersas partes diuiduus: quare potius uideretur, dissecare debere, & incidi simul cũ arbore cui coextẽditur, q̃ diuinitas omnino simplex, indiuidua, & molis expers, pati cum carne cui cõiungitur in una hypostasi. Siquidẽ lõgè maius est discriminis interuallũ inter deitatẽ, & humanitatẽ, q̃ inter radiũ solis, & arborẽ. Similiter magis uideretur, ferrũ posse dissolui ꝑ aquã superfusam extinguentẽ feruorem eius igneum & candorẽ, quàm diuinitas pati per carnem: cum illic corpori corpus conferatur, & diuturnitate temporis possit ferrũ molliri aut cauari aqua instar lapidũ: nã & ferreus assiduo consumitur annulus usu. Si itaq; ferrũ aqua infusa nõ dissoluitur, sed solus in ferro ignis extinguitur, multo magis carne patiente, diuinitas passionẽ nõ sustinuit. Nõ tñ necesse est (ut probè admonet autor in litera) hæc exẽpla rerũ sensibiliũ aut cõsimilia, omniquaq; & inuniuersam rei ꝓpositæ similitudinẽ habere, ut nullũ inter ea sit discrimẽ. Qđ & beatus Hieronymus in expositione fidei catholicæ attestatur, cũ ait, Ad hoc primo omniũ illud dicimus, cũ etiã in externis rebus præferũtur exẽpla, nõ per omnia seruare possunt similitudinẽ rei illius, cui præbere putãtur exẽplũ: sed unius alicuius partis, ꝓ qua uidentur assumpta, similitudinẽ tenẽt: quẽadmodũ exẽplo fermẽti & retis (quorũ utroq; in Euãgelio regnũ cœlorũ cõparatur) idẽ deinde diffusius explicat. Post quæ demũ subiũgit: Ex quibus cõstat exẽpla non in omnib. ijs quorũ exempla sunt esse similia. Alioqui si eadem essent omnia, iam non exempla dicerentur, sed ipsæ potius res de quibus agitur uiderentur.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΧΩΡΙΣΤΟΝ ΔΙΑΜΕΙναι τὴν τοῦ λόγου θεότητα τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ τοῦ κυρίου, καὶ μίαν διαμεῖναι ὑπόστασιν. οζ.

Ἀναμάρτητος ὢν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ) οὐχ ὑπέκειτο θανάτῳ, εἴπερ διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν ὁ θάνατος. θνήσκει τοίνυν, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον ἀναδεχόμενος, καὶ ἑαυτὸν τῷ πατρὶ προσφέρει θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν. αὐτῷ γὰρ πεπλημμελήκαμεν, καὶ αὐτὸν ἔδει τὸ ὑπὲρ ἡμῶν λύτρον δέξασθαι, καὶ οὕτως ἡμᾶς λυθῆναι τῆς κατακρίσεως. μὴ γὰρ γένοιτο τῷ τυράννῳ, τὸ τοῦ δεσπότου προσενεχθῆναι αἷμα. πρόσεισι τοιγαροῦν ὁ θάνατος καὶ καταπιὼν τὸ τοῦ σώματος δέλεαρ, τῷ τῆς θεότητος ἀγκίστρῳ περιπείρεται, καὶ ἀναμαρτήτου καὶ ζωοποιοῦ γευσάμενος σώματος, διαφθείρεται, καὶ πάντας ἀνάγει οὓς πάλαι κατέπιεν. ὥσπερ γὰρ τὸ σκότος τῇ τοῦ φωτὸς ἐπαγωγῇ ἐξαφανίζεται, οὕτως ἡ φθορὰ τῇ τῆς ζωῆς προσβολῇ ἀπελαύνεται, καὶ γίνεται πᾶσι ζωή, φθορὰ δὲ τῷ φθείραντι. εἰ καὶ τέθνηκε τοιγαροῦν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ τοῦ ἀκράντου διῃρέθη σώματος, ἀλλ' ἡ θεότης ἀχώριστος ἀμφοτέρων διέμεινε, τῆς τε ψυχῆς φημὶ καὶ τοῦ σώματος. καὶ οὐδ' οὕτως ἡ μία ὑπόστασις, εἰς δύο ὑποστάσεις διῄρηται. τό τε γὰρ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ κατὰ ταὐτὸν ἐξ ἀρχῆς, ἐν τῇ τοῦ λόγου ὑποστάσει ἔσχον τὴν ὕπαρξιν.

QVOD INSEPARABILIS PERmansit diuinitas uerbi ab anima & corpore in morte Domini, & quòd una permansit hypostasis. Cap. XXVII.

Insons & impeccabilis existens Dominus noster Iesus Christus (peccatũ em̃ nõ fecit, qui tollit peccatũ mũdi: neq; inuentus est dolus in ore eius) non subijciebatur morti: siquidem per peccatũ in mundũ introiuit mors: moritur igit̃, pro nobis mortẽ suscipiens: & seipsum patri hostiã, sacrificiũq; offerẽs pro nobis. Ipsi em̃ deliquimus, & ipsum oportuit redẽptionis preciũ pro nobis suscipere, & ita nos à condemnatione absolui: absit em̃ tyranno, ut abstineret à Domini sanguine. Intercessit igitur mors, & transglutiens illicientẽ corporis escam, diuinitatis hamo transfixus est: & insons & uiuificum gustans corpus perit: sed & omnes restituit, quos olim eglutiuerat. Nam quemadmodum tenebrę, illato lumine disparent: Sic & corruptio percussa uita profligatur, & fit omnibus uita: ei uerò qui corrumpit, corruptio. Et quã quã mortuus est ut homo, & sancta eius anima ab incontaminato separata corpore: non tamẽ diuinitas ab utroq; separata remansit, ab anima inquam & corpore. & neq; sic una hypostasis, in duas desecta est hypostases. Nam & tũc corpus & anima secundũ idem à principio in uerbi hypostasi habebant existentiã,

καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ἀλλήλων διαιρεθέντα ἕκαστον αὐτῶν ἔμεινε, τὴν μίαν τοῦ λόγου ὑπόστασιν ἔχοντα. ὥστε ἡ μία τοῦ λόγου ὑπόστασις, τοῦ τε λόγου, καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος ὑπῆρχεν ὑπόστασις· οὐδέποτε γὰρ οὔτε ἡ ψυχή, οὔτε σῶμα ἰδίαν ἔσχον ὑπόστασιν, παρὰ τὴν τοῦ λόγου ὑπόστασιν, μία δὲ ἀεὶ τοῦ λόγου ὑπόστασις, καὶ οὐδέποτε δύο, ὥστε μία ἀεὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ὑπόστασις. εἰ γὰρ καὶ τοπικῶς τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ κεχώριστο, ἀλλ' ὑποστατικῶς διὰ τοῦ λόγου ἥνωτο.

& ipſis in morte ab inuicē ſeparatis, u-nūquodq; eorū māſit, unā uerbi habēs hypoſtaſin. Quare una uerbi hypoſta-ſis, & uerbi, & animæ, & corporis fuit hypoſtaſis: nunq̃ eñ neq; anima, neq; corp9 propriā habuere hypoſtaſin, præ ter eā quę uerbi eſt hypoſtaſis. Vna eñ ſemper uerbi hypoſtaſis, & nunq̃ duę: quare una ſemper Chriſti hypoſtaſis. Quo fit, ut etſi localiter anima à corpo-re ſeparabatur, hypoſtaticè tamen per uerbum uniebatur.

COMMENTARIVS.

IMpeccabilem fuiſſe Chriſtum Dominū, facilè ex eo conuincit autor, quia uenit tollere pec cata mundi. Quomodo enim calor igneus habens admixtā ſecum aliquantā frigoris aſpe-ritatē, poterit funditus extirpare algorē ab aqua? & ſi lux rutilans denſas ſit depulſura te-nebras ut nullū habeat partem tenebrarum, ſed ſit lucida tota neceſſe eſt. Haud aliter qui to-tius mundi peccata tollere uenit, quomodo in ſe peccati labem ſuſtinere poſſit, aut corrupte lam uiciorum? Porrò albedo quiddam in ſe habet decoris, & ſpectabilis gratiæ, quòd luci ſic admodū conformis: non tamen ſui ad alia trāsfuſione nocturnas abigit ab aere tenebras. Sol uerò non ſolū lucis in ſe habet ſplendorē, ſed illius inſuper extra ſe propagatione, à mundo noctis opaca propellit: & idcirco maiorem habet claritatis perfectionem, qđ & alia reddat lu ciformia. Eadē fermè ratione in nōnullis diuino munere præſeruatis fuit immunitas à pecca to, nō tamen poteſtas diffundendi illā ſynceritatem in alios, neq; à cæteris tenebras peccato-rum effugandi. In Domino aūt noſtro non ſolum fuit impeccantia, ſed etiā ſynceriſſimæ ſuæ puritatis transfuſio in mentis aliorū, nocte peccatorum contenebratas: ſuſtulit enim & detar ſit peccata mundi. Quare eximia & ſumma in eo fuit peccati carentia & exuberantia purita-tis exundantis in alios: ſicut & pleniſsimus fons eſt, qui ob aquarū affluentiā deriuat in pro xima loca aquarū ſuarum ſcaturiginem. Et hic planè affluctior eſt, & copioſior, q̃ alter fons continens intra ſuos limites quā abundè profluentem, neq; eam ad extera irriganda propa-gans. Cæterum propter huiuſmodi impeccabilitatem, minimè fuit debitor mortis: quando quidem illa per peccatum inductum eſt mundo: pro ſua autem indignatione, illā ut nos uiui ficaret ſuſcepit. Et quoniā mortis habens imperiū, procurauerat Chriſto mortem, ad quam non erat obligatus, deſtructa mors eſt: tyrannus proſtratus: & quos detinuerat captiuos, libe rati ſunt. Sic ſanè hoſtis antiquus transglutiens (ut ait litera) illicientē dominici corporis eſca diuinitatis hamo transfixus eſt. Cui aſtipulatur & beatus Gregorius, exponens in Moralib. illud dictū beati Iob quadrageſimo capite poſitū, In oculis eius quaſi homo capiet eū. Quis neſciat (inquit) qđ in hamo eſca oſtēditur, aculeus occultatur. Eſca eñ prouocat, ut aculeus pungat: Dominus itaq; noſter ad humani generis redemptionē huc ueniens, uelut quendā de ſe in necem diaboli hamū fecit. Aſſumpſit eñ corpus, ut in eo diabolus quaſi eſcā ſuā, mor tem carnis appeteret. Quam mortē, dū in illo iniuſtè appetit, nos, quos iuſtè tenebat, amiſit. In hamo ergo eius incarnationis captus eſt: quia dum in illo appetit eſcā corporis, transfixus eſt aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad ſe deuoratorem duceret: ibi diui nitas, quæ perforaret. Et ibi aperta infirmitas, quæ prouocaret: ibi occulta uirtus, quæ rapto ris faucē trāsfigeret, in hamo igitur captus eſt, quia inde interijt, unde deuorauit. Eandēque que igitur ſententiā innuit idē in explanatione huius ſententię Iob 40. ca. Nunquid capies le uiathā hamo, aut perforabis armilla maxillā eius. Cæterū per mortē Chriſti humano generi eſt uita reddita, quia mortē noſtrā moriendo deſtruxit, ſecundum prophetæ uaticiniū, Ero mors tua o mors: & uitā nobis amiſſam reſtituit, aſperſione ſui ſanguinis nos peccato mor-tuos uiuificans. Eadē Chriſti mors facta exterminatori & corruptori generis humani, corru ptio: quia Chriſtus per mortē ſuā (ut ait Apoſtolus) deſtruxit eū, qui mortis habebat impe-riū. Quòd aūt uerè mortuus eſt Chriſtus ut homo, & anima eius à corpore ſeparata, manife ſtè tradit eloquiū Euāgelicū. Nam & in Patris manus cōmendauit ſpiritum ſuū, & inclinato capite emiſit ſpiritū. Quòd uerò diuinitas per huiuſmodi mortem à neutra partiū, neq; ani-ma ſcilicet, neq; corpore fuerit ſeiuncta, ſed utriq; manſerit unita, hoc ipſo dilucidum eſt. & perſpicuum: quia quod Chriſtus ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, neque unquam factum eſt diuortium illius admirandæ unionis uerbi Dei, cū ſacratiſſima eius anima, & corpore: ſed indiſſolubile permanſit illud coniunctionis uinculū, nullo intercedēte repudio, aut diſſidio in huiuſmodi fœdere. Quomodo eñ ſanctiſſima eius anima deſcendens ad inferna, uectes & reos carceris inferni confregiſſet, proculcaſſet glorioſo triumpho poteſtates, & principatus tenebrarum, eduxiſſetq; uinctos antiquos patres de tenebris, & umbra mortis, niſi ſuiſſet

eidem

eidē animæ inseparabiliter cōiuncta diuinitas,cuius uirtute hæc peracta sunt? Quid insuper prohibuisset,sanctum Christi corpus uidere corruptionē,si non illi affuisset conuersatrix diuinitas semper unita manēs? Nempe tunc forma cadaueris subijsset sanctum Christi corpus ut in aliorum hominum morte usu uenit,& induxisset illi putrefactionē. Quam quidē necessarium fuisset iterum expelli in Christi resurrectione,& iterata animæ ad corpus unione,diuinitatisq; rursum ad utranq; illarum partium coniunctionem fieri oportuisset. Sed quomodo recte intelligas diuinitatem iterum assumpsisse humanitatem in ipso resurrectionis momento,& illius partibus iterata unione coniunctam atq; compactam? Tunc sanè rursum uerbum caro factum esset.& renouatum incarnationis sacramentum,quod per mortē fuisset interruptum. Verùm cum diuinitas sit impassibilis, & per illatā carni mortē nihil passa detrimenti,quid ipsam quæso diremit ab anima,& corpore, ut nudū maneret hominis mortuū corpus,& anima diuinitate nuda? Tunc certè & ipsa diuinitas quicq; sustinuisset(ut ita dixerim)molestiæ aut iniuriæ per mortē, & diuulsa fuisset ab ijs partib. quibus prius uniebatur: quod aliquid passibilitatis præ se ferre uidetur: Neq; tamē per separationē animæ Christi à corpore,& deitatē utriq; immanentē atq; unitā,una hypostasis in duas desecta est hypostases ut rectè cēset autor,& discutit. Nēpe sicut ante carnis susceptionē erat uerbi Dei hypostasis,pseipsam sustinēs:ita post assumptionē carnis eadē mãsit uerbi hypostasis,neq; deperdita diuinæ hypostaseos ratione,neq; in aliud quippiā translata. Corpus eñ,& anima in Christo unita,ppriā non cōstituerunt hypostasin,neq; personā humanā:sed in hypostasi uerbi sustentabantur,ut ex prædictis in 9.huius libri cap. perspicuum est. Quare post separationē sacratissimæ animæ à corpore,neq; anima Christi propriā habuit hypostasin,sed hypostasi uerbi Dei innitebatur.& uniebatur:neq; corpus etiā propriā habuit hypostasin,sed hypostasi uerbi cōiunctū erat. Atqui eadē omnino est uerbi diuinitas cōiuncta animæ separatæ à corpore,& cōiuncta corpori dissoluto ab anima:est eñ simplex deitas,& indiuidua,neq; in partes dissecabilis. Quare & unica mãsit post mortē uerbi hypostasis,utriusq; partiū hominē cōstituentiū in se sustentās,licet ab inuicē direptarū. Sed forsitan obijciet quispiā, Superius dictū est, diuinitatē fuisse unitā carni per mentē animãq; rationalem: soluto aūt medio, soluuntur & extrema. Igitur cū anima Christi fuit separata à carne,etiā deitas à carne seiuncta fuisse ponēda est. Respondendū est,assumptionē illam habere ueritatē de medio necessitatis connectente extrema,non aūt de medio congruitatis. Anima aūt solum erat mediū congruitatis uniens deitatē cum carne. Insuper ipsa anima Christi non solū erat tale mediū,ratione coniunctionis secundū actum,uerumetiā secundum habitum. Itaq; licet anima non esset unita carni in morte,erat tamen illi unibilis,& paulo pòst unienda,& per hoc caro etiā unibilis deitati. Quòd si rursum instes,diuinitatē non esse unibilem naturæ irrationali, & insensibili,ut superiora probarunt. Caro aūt Christi post mortē,& irrationalis erat,& insensibilis: non igitur illi fuit unita,diuinitas. Adhibenda est responsio,quòd quãuis sanctissima Christi caro post mortem esset sensus & rationis expers,habebat tamen ordinem & habitudinem ad animam, quæ rationem & sensum in se habet. Et si iterum contendas,illud non sufficere,scilicet quòd aliquid sit possibile ad unionem animæ rationalis.& dispositum ad hoc quòd congruū sit ipsum uniri cum diuinitate. Fatendum quidem est,quòd illud proculdubio non suffecisset in primordio incarnationis,immo simul decuit diuinitatem uniri corpori & animæ,ut coniunctis. Secus autem est sentiendum in ministerio nostræ redemptionis,quod quidem debuit consummari per mortē:ratione cuius æquum fuit,ut illa quæ prius ualde congruenter coniuncta erant,non minus congruè essent ad tēpus diuisa, caro uidelicet, & anima. Et pro illo tempore admodum sufficiebat ipsi carni unitas habitualis.& secundum habitudinem ad animam,loco congruitatis reddentis eam idoneam ad unitatem actualem cum diuinitatis natura. Si deinde scisciteris,cum omnis unio terminetur ad aliquid unū,ad quod unū finitur huiusmodi unio deitatis cum carne, an scilicet faciat unum in natura: quod minimè uidetur tribuendū, cum alia sit natura deitatis,alia carnis natura: an potius unū in persona. Respondendum est, quòd huiusmodi unio terminatur ad unum in persona:nā caro tunc uniebatur diuinæ naturæ in unitatē hypostaseos,& personæ filij Dei:nō quidem quòd illa hypostasis diceretur carnis,qa esset caro:sicut filius Dei,hypostasis dicitur hominis,& etiā homo:sed hypostasis carnis dicitur,quia habebat carnē in se sustentatā: unde illa poterat dici caro uerbi Dei. Et consimili ratiōe anima Christi uniebatur deitati post separationē à carne,in unitate hypostaseos uerbi Dei,qđ quidē tū dicebatur hypostasis animæ,qa habebat animā sibi hypostaticè unitā quæ propter hanc coalescentiā dici potuit anima uerbi Dei,quēadmodū hoc loco satis apertè insinuat Damascenus. Sed forsan insistes,Ioãnis decimo cap. dictū esse à Christo,ut filio Dei, Potestatē habeo ponēdi,id est deponendi animā meā:ergo filius Dei animā in morte deposuit.& in morte fuit ut anima à uerbo separata. Dicendū est. illud fuisse uerbū filij Dei,ratione carnis assumptæ,ut etiā testatur Augustinus.qđ si instes, carni nō cōpetere animā ponere, cū nō habeat autoritatē aut potestatē super ipsam. Respondendū est,quod id ipsum carni attribuitur,ratione manentis in se deitatis. Est eñ eo in opere deponēs & id unde deponit deponēs animam est uirtus diuina. Vnde uerò deponit eam,est caro assumpta. Voluit enim

Christus animam suã separari non à uerbo, sed à carne sua, & in resurrectione animã suam ite
rum sumi à carne, non à uerbo. Ex prædictis omnibus colligit autor, quòd quamuis anima
& corpus Christi in morte abinuicẽ localiter separabantur, tamen hypostaticè per uerbum
adhuc uniebantur, quia utraq; earum partium etiam separatarum, unam uerbi habeat hypo
stasin. Ob illam tamen unionẽ animæ & corporis separatorum, in una uerbi hypostasi, nõ est
concedendus Christus in triduo fuisse homo, quo iacuit in sepulchro. Nempe ad uerã homi
nis rationẽ, non sufficit coniunctio partium substantificarum ad aliquod tertiũ: sed insuper
requiritur earũ inter se cõpages & unio, utq; anima sit uiuificãs & uegetãs corpus. quod mi
nimè locũ habuit in Christo post mortem. Perinde atq; si intelligamus ferrum bipedale igni
tum, candore per totum diffusio, quod diuidatur in duo pedalia. Facta quidem molis distra
ctione illa duo pedanea uniuntur ad eandem ignitionem, non tamen amplius bipedaneum
constituũt, quòd inter se nõ continuentur. Quocirca si quis insurgat contra id quod postre
mò dictum est, hac ratione: Quotiescunq; anima & corpus uniuntur in unam hypostasin, fa
ciunt hominẽ. Atqui in triduo anima & corpus Christi uniebantur in unã hypostasin scilicet
uerbi, ut paulo antè dictum est: fuit igitur in triduo Christus homo. Illi hac responsione sa
tisfaciẽdum est, quòd bifariam anima & corpus possunt uniri in unã hypostasin. Primò hoc
pacto, quòd illa hypostasis sit ex eis constituta: & talis quidem sit hypostasis, quæ tempora
lis existat & localis. Et hoc modo nõ possunt anima & corpus uniri in eãdẽ hypostasin, quin
uniantur adinuicẽ, & quin faciant hominem. Secundò uerò, possunt illa duo uniri in eandẽ
hypostasin, ita tamen qđ illa hypostasis ex eis unitis non cõstituatur, quinimmo ipsa etiã lo
caliter separentur. Et huiusmodi unio in eandem hypostasin nõ necessariò cõstituit hominẽ,
quia non est ibi unio per constitutionẽ naturæ & mutuam partium immeationem, atq; im
manentiam. Et quoniam hoc secundo modo, anima & corpus in triduo erant, unita in eandẽ
hypostasin: non conficitur, quòd tunc Christus fuerit homo. Quòd si insultãs obieceris, Quæ
cunq; coniuncta sunt, cum eodem tertio, illa quoq; inter se coniuncta esse debere: sicut quæ
sunt eadem uni tertio, illa inter se sunt eadem. Cum igitur anima Christi, & corpus coniun
cta fuerint post mortem in eandem hypostasin uerbi, & inter se quoq; cõiungebantur, & con
stituebant hominem. Non est recipienda ea propositio q̃ in fronte proponis. Nam cũ uidea
tur speciem habere proloquij, prorsus est falsa. Datæ enim lineæ a b c, diuisæ in tres tertias, a
& c extremas, & b mediam: extremæ partes a & c coniunguntur ad unum, & eandem partem
mediam b, & tamen inter se nequaquã sunt coniunctæ, cum interstes illis sit tota pars media
b. Sic in homine caput & pes eidem coniunguntur animæ, cum eadem sit anima hominis in
capite & pedibus, nihilo secius inter se minimè coniunguntur. Si præterea obieceris, conten
dens ostendere Christum in triduo fuisse hominem. Hanc admittunt omnes catholici, Chri
stus in triduo iacuit in sepulchro: aut ergo id fuit secundum quod Deus, aut secundum qđ
homo. Non aũt secundum quod Deus, nam sepultura Deo non competit, Iacuit igitur in se
pulchro secundũ quod homo: & per cõsequens in triduo illo fuit homo. Respondendũ est, lo
cutionem illã propositã esse ueram per synecdochen. Dicitur enim Christus iacuisse in sepul
chro, quia pars humanitatis eius iacuit in sepulchro. Vnde nec iacuit ibi secundũ qđ homo,
nec secundum quod Deus, sed secundum aliquid hominis. Sicut ergo ex eo quòd Petrus est
in tumulo, non recta fit illatio, quòd Petrus est homo, ita nec in proposito. Si deniq; insistas,
Christus in tumulo non desijt esse sacerdos, cũ sacerdos sit in æternum secundum ordinem
Melchisedec. Erat autem Christus sacerdos, secundum quod homo. Igitur & in tumulo non
desijt esse homo. Non est tribuenda primo loco proposita enunciatio, Sacerdotiũ enim Chri
sti dicitur fuisse sempiternum, non quia semper fuerit sacerdos in actu: sed quia illi sacerdotiũ
nullum successit. Si demum ita insurgis, Quod habet animã rationalem sibi unitam, est ratio
nale: Christus autem habebat animam rationalem sibi unitam in triduo mortis, ut ostensum
est: igitur tunc erat rationalis, & per cõsequens erat homo. Nõ simpliciter tribuenda est ipsa
prima propositio: sed solũ admittenda, si intelligatur de unione quæ est formæ ad materiã.
Hoc aũt modo nõ uniebatur anima Christi ipsi Christo in triduo, sed solũ unione hypostati
ca: ideo nõ sequitur id qđ colligitur, scilicet qđ fuerit rationalis. Neq; per attributionẽ alter
nã mutuamq; attributorũ alternationẽ est illa propositio tribuenda: quoniã propria partiũ
hominis attributa & prædicata nõ possunt cõmunicare hypostasi uerbi, nisi mediãte toto cõ
iuncto atq; cõposito. Et quoniã Christus tunc nõ erat homo, ideo nec poterat dici albus ra
tione corporis, nec rationalis ratione animæ. Nec per synecdochẽ rectè potuit tunc Christus
aut albi aut rationalis habere denominationẽ, uidelicet qđ habebat corpus albũ, aut animã
rationalem: cum id solum posset admitti conuenire uerbo Dei ratione totius compositi hu
mani, quod tunc non erat.

ΠΕΡΙ ΦΘΟΡΑΣ ΚΑΙ διαφθορᾶς. οε.

Τὸ δὲ φθορᾶς ὄνομα, δύο σημαίνει· σημαί-
νει γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα πάθη,

DE DISSOLVTIONE ET CORRV ptione Cap. XXVIII.

DIssolutionis nomẽ duo designat:
nã significat huiusmodi passiões,
famem,

πεῖναν, δίψαν, κόπον, τὴν τῶν ἥλων διάτρησιν, θάνατον, ἤτοι χωρισμὸν ψυχῆς ἐκ τοῦ σώματος, καὶ τὰ τοιαῦτα. κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον φθαρτὸν τὸ τοῦ κυρίου σῶμα φαμέν. πάντα γὰρ ταῦτα ἑκουσίως ἀνέλαβε. σημαίνει δὲ ἡ φθορὰ καὶ τὴν τελείαν τοῦ σώματος εἰς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη στοιχεῖα, διάλυσιν καὶ ἀφανισμόν. ἥτις μᾶλλον ὑπὸ πολλῶν διαφθορὰ ὀνομάζεται. ταύτης πεῖραν τὸ τοῦ κυρίου σῶμα οὐκ ἔσχεν, ὥς φησιν ὁ προφήτης Δαβίδ. ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. ἄφθαρτον μὲν οὖν τὸ τοῦ κυρίου σῶμα λέγειν κατὰ τὸν ἄφρονα Ἰουλιανὸν καὶ Γαϊανόν, κατὰ τὸ πρῶτον τῆς φθορᾶς σημαινόμενον, πρὸ τῆς ἀναστάσεως, ἀσεβές. εἰ γὰρ ἄφθαρτον, οὐχ ὁμοούσιον ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ δοκήσει καὶ οὐκ ἀληθείᾳ γεγόνασιν, ἃ γεγονέναι φησὶ τὸ εὐαγγέλιον, τὴν πεῖναν. τὴν δίψαν, τοὺς ἥλους, τὴν τῆς πλευρᾶς νύξιν, τὸν θάνατον. εἰ δὲ δοκήσει γέγονε, φενακισμὸς καὶ σκηνή, τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον. καὶ δοκήσει καὶ οὐκ ἀληθείᾳ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ δοκήσει καὶ οὐκ ἀληθείᾳ σεσώσμεθα. ἀλλ᾽ ἄπαγε. καὶ οἱ ταῦτα λέγοντες, τῆς σωτηρίας ἀμοιρείτωσαν. ἡμεῖς δὲ τῆς ἀληθοῦς σωτηρίας ἐτύχομεν καὶ τευξόμεθα. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον τῆς φθορᾶς σημαινόμενον, ἄφθαρτον, ἤτοι ἀδιάφθορον ὁμολογοῦμεν τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, καθὼς ἡμῖν οἱ θεοφόροι πατέρες παραδεδώκασι. μετὰ μέντοι τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ σωτῆρος ἀνάστασιν, καὶ κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον, ἄφθαρτον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα φαμέν. καὶ τῷ ἡμετέρῳ γὰρ σώματι τήν τε ἀνάστασιν καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἀφθαρσίαν, ὁ κύριος διὰ τοῦ ἰδίου ἐδωρήσατο σώματος, αὐτὸς ἀπαρχὴ τῆς τε ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἀφθαρσίας, καὶ τῆς ἀπαθείας, ἡμῖν γενόμενος. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος.

famem, ſitim, laborẽ, clauorum confoſſionem, mortẽ, id eſt, animæ à corpore ſeparationẽ, & id genus alia. Secundũ quod ſignificatũ, corpus Domini diſſolutioni obnoxiũ dicimus: omnia enim hęc uolũtariè ſuſcepit. Significat etiam & diſſolutio perfecta corporis in ea (ex quibus cõpoſitũ fuerat) elemẽta diſſipationẽ, interitũ, & diſparentiam: quæ quidẽ magis à compluſculis corruptio nominatur. Cuius experientiã Dominicũ corpus minimè ſenſit, ut inqt propheta Dauid: Quoniã nõ derelinques animã meam in inferno, nec dabis ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Igitur indiſſolubile Domini corpus dicere ſecũdum inſipientes Iulianũ & Gaium, ſecũdum primũ diſſolutionis ſignificatũ ante reſurrectionẽ, impiũ eſt. Nam ſi indiſſolubile, nõ conſubſtantiale nobis: ſed opinione, & nõ ueritate facta ſunt, quę facta eſſe teſtať Euangeliũ, famẽ, ſitim, clauorũ fixuras, lateris apertionẽ, & mortẽ. Si autẽ opinione facta ſunt, fraus igiť & deceptio eſt diſpẽſationis myſteriũ: & opinione, non ueritate factus eſt homo: & opinione igitur, & nõ ueritate ſaluati ſumus. Sed hæc faceſſant, & qui talia dicũt, ſalutis expertes fiãt: nos uerò uerã ſalutẽ adipiſcamur, ac cõſequamur. Secũdo aũt diſſolutionis ſignificato, indiſſolubile, id eſt, incorruptibile confitemur Domini corpus, quẽadmodũ nobis deiferi patres tradiderũt. Attamẽ poſt reſurrectionẽ ex mortuis, ſecundũ primũ ſignificatũ, indiſſolubile dominicũ corpus aſſeueramus. Nãq; & noſtro corpori reſurrectionẽ, & poſtea indiſſolutionẽ, Dominus per propriũ donauit corpus, ipſe primitiæ & & reſurrectionis & indiſſolutiõis, incorruptioniſq;, & immortalitatis nobis factus. Oportet enĩ corruptibile hoc, induere incorruptionẽ, inquit diuinus Apoſtolus.

COMMENTARIVS.

CAſſiodorus hũc decimiquinti pſal. locũ exponens: Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno, nec dabis ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ, ait: Hoc nõ facilè iudices trãſeundũ. Nã cũ in 29. pſal. reperies. Quæ utilitas in ſanguine meo, dũ deſcẽdero in corruptionẽ: iſtud quaſi uidetur eſſe cõtrariũ. Qđ tali ratione diſſoluitur. Ibi ſe dicit deſcẽdere in corruptionẽ, cũ affigẽtiũ clauorũ & lãceæ irruptione penetratur: quia & ipſa ſoliti corporis trãſuerberatio, nõ immeritò quædã, ꝓbatur dicta corruptio. Hic uerò corruptionẽ, id eſt putrefactionẽ, iuſtè negaŕ fieri, quæ carnaliter carnẽ uaſtat humanã. Tertio enĩ die, cũ reuiuificari ꝓmeruerit carnẽ, ꝓbata eſt, nõ potuiſſe corrũpi. Vbi duas corruptionis ſignificãtias Caſsiodorus innuit, eaſdẽ cũ acceptionib. diſſolutionis in litera poſitis. In quarũ quidẽ acceptionũ prima Chriſti corp9 ante reſurrectionẽ erat diſſolubile, & corruptiõi obnoxiũ, pagẽdũ ad redẽptionis noſtræ ꝑ paſſionẽ eius myſteriũ. Nã ſi corpus Chriſti hoc modo fuiſſet indiſſolubile, nõ fuiſſet nobis cõſubſtãtiale, ut ait litera. Quorũ enĩ ſubſtãtia eſt eadẽ, & ꝓprietates naturales et actiões ſunt eadẽ. Igitur ex oppoſito quorũ ꝓprietates & actiões ſunt diuerſæ & ſubſtãtia ẽ diuerſa. At ſi Chriſti corpus ante reſurrectionẽ fuiſſet indiſſolubile ſecũdũ primũ diſſolutiõis

significatum,

significatum, & impassibile, aliam sortitũ fuisset proprietatē, quàm corpora nostra hoc modo dissolubilia. atq; passioni obnoxia. Fuisset igitur & alterius substantiæ, neq; uerã ex sacratissima matre sua sumpsisset humanam naturã nobis cõformem, neq; nobis ut fratribus per omnia fuisset assimilatus quod prorsus est absurdũ, & blasphemum. Quòd si obijcias: Corpus Christi post resurrectionem factũ est indissolubile in prima acceptione, & omnino impossibile, & tamen idcirco non desijt esse nobis consubstantiale, atq; cõnaturale. Ergo quãuis corpus Christi sic fuisset indissolubile ante passionem, atq; impassibile, ex eo non cõficeretur ipsum esse nobis dissubstantiale. Respondendum est, non eandē utrobiq; rationē militare, & causam manere. Nam post resurrectionē corpus Christi indissolubile fuit per gratiã, diuinãq; uirtutem operatricem. Et hoc modo indissolubile, eiusdē est substantię cum eo quod dissolubile est per naturam. Si uerò ante passionem Christi corpus eius fuisset indissolubile, id per propriã fuisset naturam. Modò indissolubile secundũ naturam, alterius omnino est substantiæ, ab eo quòd natura est dissolubile. Post resurrectionem uerò sanctum Christi corpus fuit indissolubile primo modo: quandoquidē nostris corporib. huiusmodi indissolutionē & resurrectionem præstabit ipse, qui est primitiæ resurrectionis, & indissolutionis, ut ait Apostolus primæ epistolæ ad Corinthios capite decimo quinto: Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiũ: quoniã quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorũ & sicut in Adã omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur. Eodem etiã loco colligit Apostolus ex eo quòd Christus resurrexit, & nos quoq; resurrecturos: quoniã Christi resurrectio, nostræ resuscitationis est causa: & incorruptio sui corporis post resurrectionē, nobis itidem præstitit, quòd extremã illã regenerationem, incorruptione corporũ donaremus. Siquidem qđ in nostro præcessit capite, exemplar est, & causæ eorũ quæ in mēbris subsecutura sunt. Et hoc pacto in omnib. ipse Christus est, primũ tenens, & in se primũ ostendens, quid in nobis demũ futurũ sperare debeamus: quoniã (ut inquit Apostolus tertio capite ad Philippenses, reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratũ corpori claritatis suæ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΤΩ ΑΔΗ καθόδου. ος.

Κάτεισιν εἰς ᾅδην ψυχὴ τεθεωμένη, ἵνα ὥσπερ τοῖς ἐν γῇ, ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλεν ἥλιος· οὕτω καὶ τοῖς ὑπὸ γῆν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ καθημένοις, ἐπιλάμψῃ τὸ φῶς. ἵν' ὥσπερ τοῖς ἐν γῇ εὐηγγελίσατο εἰρήνην, αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι γέγονεν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, τοῖς δὲ ἀπειθήσασιν ἀπιστίας ἔλεγχος. οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου. ἵνα αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. καὶ οὕτω τοὺς ἀπ' αἰώνων λύσας πεπεδημένους αὖθις ἐκ νεκρῶν ἀνεφοίτησεν, ὁδοποιήσας ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν.

DE DESCENSV AD INFEROS, Cap. XXIX.

DEscendit in infernum anima deificata, ut quemadmodum ijs qui in terra, iustitiæ ortus est sol: sic & ijs qui sub terra in tenebris & in umbra mortis sedebant, lux infulgeret: Et ut quemadmodum in terra euangelizauerat pacem, captiuis remissionem, cæcis uisum, & ijs qui crediderunt factus est causa salutis æternæ, incredulis autem, infidelitatis improprium & redargutio: sic & ijs qui in inferno: ut ipsi omne genu flectatur, cœlestium, & terrestrium, & infernorum. Atque hoc pacto à seculo compeditos soluens, rursus ex mortuis redijt, nobis uiam pandens ad resurrectionem.

COMMENTARIVS.

ANima Christi deitati coniuncta descendit in infernũ, locumq; imum, in quo erant iusti, qui detinebãtur ibidem ob reatũ peccati primi parentis, & uulgò solet Limbus patrũ appellari. Descendit, inq̃, non secundum solã uirtutis suæ operationem, & manifestationē, in uinctorũ liberatione, & aduersariorum expoliatione: quod utique si uoluisset, facere potuisset: sed etiã secundum præsentiæ exhibitionem & assistentiã, ut reuera fuerit sanctissima Christi anima diuinitati unita (ut prædictum est) præsens. seq; ipsam exhibens eo loco, quo sancti patres aduentum eius præstolantes detinebantur. Et in hoc magnũ nobis declarauit suæ dignationis & benignitatis argumentum, quòd eos dignatus fuerit & sustinuerit sua uisitare præsentia, quos solo imperio, & uerbo potentifico potuisset è tenebris & umbra mortis educere. Descendit item ad inferna, non illorũ claustris detinendus: sed inde suos erepturus, & uectes ferreos atri carceris cõfracturus. Perinde atq; potentissimus rex ob singularē animi affectũ, quem gerit in captiuos, cũ eos posset absens solo uerbi præcepto liberare, præsentiã tamen suã illis offert, carceremq; ingreditur, nõ quidem coniiciendus in uincula, aut compedib. constringendus: sed alios inde liberaturus, manibusq; suis eorũ catenas soluturus, Et queãdmodũ huiusmodi exhibitio præsentiæ animæ Christi, cessit antiquis patribus in

bus in maiorem consolationem: ita & aduersarijs atque dæmonibus in grauiorem confusionē. quos ut in terra uicerat, & eiecerat in natura hominis assumpta: ita & anima eius de eisdē triumphauit apud inferos, ipsos inuitos spoliando. Vt eñ dicit beatus Paulus secūdo capite ad Colossenses: Christus expolians principatus & potestates, traduxit cōfidenter palam triū phans illos in seipso. Quod autē secundū ueritatē, & præsentiam descēderit ad inferna, liquidò constat ex eo loco Psal. 15. paulo antè adducto, Quoniam non derelinques animam meam in inferno: quod non nisi de anima, quæ in inferno aliquando fuerit, nō tamē ibidē derelicta, aptè quispiā dixerit. Et beatus Petrus ad Iudæos in Actis Apostolorū 2. cap. de Christo cōtestatur: Quē Deus suscitauit à mortuis, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Præterea Psalmo 29. Christus ad patrē dicit: Domine abstraxisti, uel (ut alia habet traductio) eduxisti ab inferno animā meam. ubi manifestè indicat, se ad infernū descendisse: alioqui inde eductus nō esset. Insuper Psalmo 70. Christus Dominus ad patrē dicit: Cōuersus uiuificasti me, & de abyssis terræ iterū reduxisti me: id est, de ꝓfunda uoragine inferni suscitās me, rursus in uitā me reuocasti. Et Zacharias cap. 9. ad Christū Dominū: Tu quoq; in sanguine testamēti tui, eduxisti uinctos de lacu in quo nō erat aqua. Rursum Paulus ad Ephesios 4. cap. dicit: Quòd aūt ascēdit, quid est nisi quia descēdit primū in inferiores partes terræ? id est, ad inferos, ut exponit glosa, cuius probatio præmissa est, quia captiuā duxit captiuitatē q̄ inde traxit. Et beatus Ambrosius eundē Apostoli locū ad literā exponēs, continuò uerbis Apostolicis subnectit: Verū est quia ideo descendit, ut ascenderet. Non sicut homines, qui ad hoc descēderūt, ut illic remanerēt. Ex sentētia eñ tenebātur apud inferos: quæ sentētia saluatorē tenere nō poterat, quia uicit peccatū. Triumphato ergo diabolo, descēdit in cor terræ, ut ostēsio eius prædicatio esset mortuorū, ut & quotquot cupidi eius essent, liberarētur. Nec poterat uicēdere, qui ad hoc descēderat, ut ui potestatis suæ calcata morte, cū capitiuis quorū causa pati se permisit resurgeret. Ex quibus planè uerbis constat, Apostolū eo loco sermonē facere de Christi descensu ad inferos. Et nos quidē dedita opera, cōsulto'que hæc testimonia citauimus (tametsi & ex alijs plerisque scripturæ locis idem colligi posit) ad comprobandum Christi ad inferos secundū animam descensum, ut dilucidè ostendamus, eūdem, ex sacrarum literarum autoritate, sententia'que colligi, & deduci posse, & occludantur ora eorū qui contendunt, scripto'que reliquerunt, illum fidei nostræ articulū ex sacræ scripturæ litera minime haberi: Quoniam quæcunque (aiunt) autoritates scripturæ ad id astruendū adducuntur, possunt ad aliā sententiā quàm Christi ad inferos descensum detorqueri, atque deflecti. Quamuis autem id quoquo modo proteruiendo fieret (quod tamē non nisi magna cum absurditate effici posse uidetur) licet etiam grauissima Damasceni hoc loco astruētis hūc Christi ad inferos descensum, repudiaretur autoritas: tamen necessariū est eos (modò catholici esse, & dici uelint) fidem habere huic articulo, quòd Christus descendit ad inferna, in symbolo Apostolorū a beato Philippo adiecto. Hæc eñ uel sola, cessantibus cæteris assertionibus, approbatio sufficit, ut quisq; indubitata mente adhæreat huiusce articuli ueritati. Porrò qđ Christus in terris apparēs fuerit incredulis, infidelitatis imꝓperiū, & redargutio, ut habet litera, haud difficile est cognitu. Nempe si suam præsentiā exhibeat medicus ægroto, opem'q; suam fideliter polliceatur eidem, si modò dictis ipsius & monitis obtemperet: hāc tamen opis medicæ benignam oblationem, ex animi peruersitate aspernetur ægrotus, medicū contumelijs prosequatur, & abijciat, id huiusmodi languido improperiū est, & redargutio, quòd oblatā ultro medici curā admittere recusauerit. Sic sanè cum cœlestis medicus uenit saluū facere quod perierat, & non est receptus ab incredulis, illa Christi uisitatio cedit ipsis in maius improperiū, & ex inde grauius ueniunt redarguendi. Quod & Simeon ille iustus innuit, cum dixit puerū Iesum esse positum in ruinā multorum, & signū cui cōtradicetur. Et Dominus noster apud Ioannem capite decimoquinto, idē expressit, cū ait, Si nō uenissem, & locutus eis non fuissem, neque opera in eis fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatū nō haberent: nunc autem excusationē nō habent de peccato suo. Et sæpius alijs in locis Euangelij hanc incredulitatem Iudæis Dominus exprobat.

SANCTI PATRIS IOANNIS DAMASCENI DE ORTHOdoxa fide liber quartus.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ἀνάστασιν. οϛ.

Μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, πάντα μὲν τὰ πάθη ἀπέθετο, φθορὰν λέγω, πεῖναν τε καὶ δίψαν, ὕπνον καὶ κάματον, καὶ τὰ τοιαῦτα· εἰ γὰρ καὶ ἐγεύσατο βρώσεως μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἀλλ' οὐ νόμῳ φύσεως. οὐ γὰρ ἐπείνασεν, οἰκονομίας δὲ τρόπῳ, τὸ ἀληθὲς πιστούμενος τῆς ἀναστάσεως. ὡς αὐτή ἐστιν ἡ σὰρξ ἡ παθοῦσα καὶ ἀναστᾶσα. οὐδὲν δὲ τῶν τῆς φύσεως μερῶν ἀπέθετο, οὐ σῶμα, οὐ ψυχήν, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν, θελητικήν τε καὶ ἐνεργητικὴν κέκτηται· καὶ οὕτως εἰς οὐρανοὺς ἀνεφοίτησε· καὶ οὕτως ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθέζεται, θέλων θεϊκῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως τὴν ἡμῶν σωτηρίαν· καὶ ἐνεργῶν θεϊκῶς μὲν τὴν τῶν ὅλων πρόνοιάν τε καὶ συντήρησιν, καὶ κυβέρνησιν· ἀνθρωπίνως δὲ, μεμνημένος τῶν ἐπὶ γῆς διατριβῶν, ὁρῶν τε καὶ γινώσκων, ὡς ὑπὸ πάσης προσκυνεῖται τῆς λογικῆς κτίσεως· γινώσκει γὰρ ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ, ὅτι τε καθ' ὑπόστασιν τῷ θεῷ λόγῳ ἥνωται, καὶ συμπροσκυνεῖται ὡς θεοῦ ψυχὴ, καὶ οὐχ' ὡς ἁπλῶς ψυχή. καὶ τὸ ἀναβῆναι δὲ ἐκ γῆς εἰς οὐρανὸν, καὶ τὸ καταβῆναι δὲ πάλιν, ἐνέργειαί εἰσι περιγραφομένου σώματος· οὕτω γὰρ πάλιν ἐλεύσεται φησὶ πρὸς ἡμᾶς, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.

DE IIS QVAE POST RESVRRECtionem. Cap. I.

Post autem resurrectionem à mortuis, omnes deposuit passiones, dissolutionem dico, famem, sitim, somnum, laborem, & id genus talia. Nam etsi gustauit cibum post resurrectionem, non tamen naturali lege (non enim esuriit) sed dispensationis modo, ueritatis suæ resurrectionis fidem inducens, & confirmãs quòd ipsa eadem caro quæ passa est, resurrexit. Nullam siquidẽ partium naturæ reliquit, non corpus, non animam, sed & corpus & animã rationale, & intellectiuam, uoluntariamq; & actiuam possedit. Et sic in cœlum ascendit, & sic in dextera patris sedet, uolens & diuinè & humanè nostràm salutem operans: diuinè quidem uniuersorum prouidentiam & cõseruationem & gubernationem: humanè uerò, memorans conseruationum quas in terra gessit, uidens & agnoscẽs quòd ab omni rationali creatura adoratur. Agnoscit enim sancta eius anima, quòd secũdum hypostasin unita est Deo uerbo, & quòd simul adoratur ut Dei anima, & non ut simpliciter anima. Sed & ascensio ex terra in cœlum, & iterũ descensio & aduentus actiones sunt circumscripti corporis: sic enim rursus ueniet ad nos (inquit) quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

COMMENTARIVS.

Quoniam quod mortale fuerat in Christo Domino ante mortẽ, per resurrectionẽ induit immortalitatẽ: & quod prius corruptibile, incorruptionem, peracta triũphali resurrectione nõ indiguit gloriosum eius corpus cibo, potu, somno, & cæteris id genus prædictis uitæ adminiculis: quæ tantisper nobis necessaria sunt, dũ nostrũ corpus quod corrũpitur aggrauat animã, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitãtem. Nẽpe de iustis ad cœlestis patriæ sortem assumendis, dicit Apocalypsis, qđ nõ esurient, neque sitient amplius, neque cadet super eos sol, neq; ullus æstũs, & mors ultra nõ erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et quoniam quod corporale est, absorbebitur à spirituali, perinde atque ferrũ secundũ substantiã manens, ab igni inducente illi candorem, atque indefatigabiliter glorificatum corpus spirituales exercebit operationes, quonã pacto somnus in illo haberet locũ, qui natura datus est ad reparandas uires asidua uigilia defessas. Aut quomodo habitãtes in domo illa Domini, q in secula seculorũ laudabũt eũ, seruiẽtq; ei die ac nocte in templo eius, aliq̃ p somnũ habebũt interpolationẽ diuinæ laudis, aut uisionis beatificę? Qđ si fames, sitis, somnus, & similes uitæ mortalis cõditiões, à mẽbris auferentur p resurrectionis gloriã, quid factũ credere debemus in Christo capite nostro? cuius resurrectio ut cęteris prior (surrexit eñ Christus à mortuis, primitię dormiẽtiũ) ita est gloriosior atq; præclarior, ut cæterarũ causa. Cur aũt post resurrectionẽ Dominus cũ discipulis mãducauerit, explanat uenerabilis pater Beda his uerbis: Hac in re fratres cauẽda est hæresis stulta Cherinthianorum

rum,ne quis uidelicet pueriliter deſipiens æſtimet uel mediatoris Dei & Domini noſtri cor
pus excitatũ à mortuis ſuſtentaculo eguiſſe ciborũ, uel noſtra poſt reſurrectionẽ corpora in
uita & conuerſatione ſpirituali eſcis reficienda carnalibus: ubi diuinæ contẽplatio claritatis
eſurire & ſitire,ſicut & bonorũ cæterorum penuriam pati,nullatenus ſinit. Simpliciter itaq;
& piè ſentiẽdum eſt,immortale iam factum poſt reſurrectionem corpus Dominicũ, nullam
quidem neceſsitatem,attamen facultatẽ habuiſſe uefcendi.Ideóq; ubi oportunitas probãdæ
ſubſtãtiæ naturalis exigebat,cibis eſſe refectũ. ꝗ nimirũ cibi nullũ ſaginæ adiumentũ(ut mor
talium corporib.ſolẽt)illi præbuerint.ſed quomodo in ignẽ miſſa aqua, ita mox cõeſti cibi,
ſpiritu ali eius ſunt uirtute abſumpti.Itaque guſtauit Chriſtus cibũ poſt reſurrectionẽ,ut ꝑ ef
fectũ comeſtionis ueritas pateſceret carnis:quemadmodũ ait beatus Gregorius. Siquidẽ ad
inſinuandam ueritatẽ reſurrectionis,non ſolũ tangi, ſed & conueſci uoluit:nõ quòd uel ipſe,
uel nos poſt reſurrectionẽ cibo debeamus indigere,ſed ut corpus nõ ſpiritũ eſſe manifeſtaret
manducauit poteſtate, non neceſsitate. Aliter enim abſorbet aquã terra ſitiens,aliter ſolis ra-
dijs calens:illa,indigẽtia:iſte,potẽtia.Proinde Petrus apoſtolus ad cõprobandã reſurrectionẽ
Dominicã,id adducit tanquã efficax argumentũ,dicẽs ad Corneliũ Centurionẽ. Hũc Deus
ſuſcitauit tertia die,& dedit eũ manifeſtum fieri non omni populo,ſed teſtib. præordinatis à
Deo,nobis qui mãducauimus & bibimus cũ illo poſtquã reſurrexit à mortuis. Porrò quòd
huiuſmodi mãducatio diſpẽſatoria fuerit, & per dignationẽ atq; benignã cõdeſcẽſionẽ,hinc
liquet.Nam cum eſſet poſt reſurrectionẽ in ſtatu uitæ imortalis & ſufficiẽtiæ, excludẽtis om
nẽ cibi indigentiã, dignatus eſt tamen exhibere operationẽ ſtatus inferioris atq; uitæ morta
lis,prætẽdentẽ indigentiæ conditionẽ,ut nos ſuſtolleret ad ſublimitatẽ reſurrectionis ſuæ,ue
ritatẽq; capiendã.Perinde atq; ſi quiſpiã in montis culmine cõſtitutus,ad ima deſcẽderet, ut
manu porrecta ijs qui in demiſsiore ſunt loco, eos ad faſtigia mõtis ſecũ ſubleuaret. Itaq; no-
ſtræ infirmitati hac manducatione Chriſtus mirũ in modũ cõſuluit, fidẽq; roborauit. Inſuꝑ
huiuſmodi mãducatiõe(ut habet litera)cõfirmauit Chriſtus,qđ ipſa eadẽ caro quæ paſſa eſt,
reſurrexit. Eadẽ inꝗ ſecundũ ſubſtantiã,ſed altera ſecundũ gloriã.Ad qđ credendũ,& alterũ
nobis in corroboratione præbuit argumẽtũ,ſcilicet ſuorũ uulnerũ cicatrices. Vt ẽm idẽ om-
nino ſecundũ naturã corpus ſe habere oſtẽderet,qđ antea habuerat,cũ illud abolitis paſsio-
nis indicijs oſtẽdere diſcipulis poſſet,ſi uoluiſſet,certè utiq; diſpẽſationis gratia(ut ait Beda)
paſsionis in eo maluit indicia reſeruare,utpote uulnerũ manibus pedibus & lateri inflictorũ
ſigna atq; ueſtigia.ut diſcipuli ꝗ hæc uidebãt,manifeſtè poſſent dinoſcere,nõ ſpiritũ ſine cor-
pore,ſed corpus eſſe ſpirituale qđ uidebãt: & idẽ ꝓrſus qđ cruci fuerat affixũ,atq; uulnerib.
affectũ.Alterã uerò corporis eſſe gloriã cõſtat. Nã iam immortale, incorruptibile impaſsibi-
leq; redditũ fuerat,& clauſis iãuis ad diſcipulos introgreſſum.Id beatus quoq; Gregorius cõ
probat,dicẽs:Palpandã carnẽ Dominus præbuit,quã clauſis iãuis introduxit,ut eſſe poſt re-
ſurrectionẽ oſtẽderet corpus ſuũ eiuſdẽ naturæ & alterius gloriæ.Qđ & in beatis poſt reſur-
rectionem haud dubiè futurũ eſt.At uerò nõ fuerũt huiuſmodi ſeruatæ uulnerũ cicatrices in
corpore Chriſti ad deformitatẽ aut horrorẽ,ꝙn potius ad gloriã & in teſtimoniũ uictoriæ de
principe huius mũdi,quẽ acri duello ſuperatũ eiecit foràs. & in eo prælio ſuſceptarũ plaga-
rũ ſigna monumentũ ſunt uirtutis,& ſuæ gloriæ incrementũ.Quẽadmodũ etiã dicit beatus
Auguſtinus,in ſacris martyrum corporib.poſt reſurrectionẽ ꝑmanſuras notas quaſdã & ſtig
mata inflictorũ illis uulnerũ,quæ futura ſunt ipſis in decorẽ,gloriã, & mirabilẽ ornatũ.Porrò
ſicut ꝑ diſpenſationẽ Dominus noſter poſt reſurrectionẽ exhibuit mãducationẽ,& ſuorũ uul
nerũ indicia ad ſuæ reſurrectionis teſtificationẽ:quæ quoniã omniũ prima erat, & inductura
fidẽ de omniũ reſurrectione mortuorũ,indigebat euidẽtioribus indicijs,& plurib. approba-
tionib.& idcirco nõ oportet ea duo in cuiuſuis aliorũ reſurrectione etiã exhiberi, quoniã nõ
eadem militat ratio,cum iã ſolida iacta ſint fundamenta fidei de reſurrectione mortuorũ.Ita
& claritatem eximiã, qua corpus ſuum fuit dotatum ab ipſo reſurrectionis momento,qua &
cæteri filij regni dotabuntur,quãdo fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum, dignatio
ne quadã diſpenſatoria occultauit:ut redderet corpus ſuum conſpicuum diſcipulis, quos de
legit tanti myſterij præcones,& exinde cognoſcerent eadem lineamenta & figurã quam ante
paſsionem habuerat, inducerenturq; ea ratione facilius ad credendum,reuera Chriſtũ idem
reſumſiſſe corpus,quod ante mortem habuerat. Quod ſi claritatem illã glorioſi corporis ſui
Chriſtus explicuiſſet,quemadmodũ in ſua transfiguratione,quãdo reſplenduit facies eius ſi
cut ſol,& ueſtimẽta eius facta ſunt alba ſicut nix,nõ potuiſſent in ipſum intẽdere imbecilles
oculi mortalium:quoniã perſtricti fuiſſent,& hebetati nimio illo ſplendore cœleſtis irradia-
tionis:& longè quidem minus,quàm potuerint filij Iſrael defigere aciem oculorum in uultũ
Moſi,ex diuturna Dei famliaritate ſplendentem luce inſolita,& claro fulgore nitentẽ.Deni-
que quòd ſacratiſsima Chriſti anima adorãda ſit ut unita uerbo unione hypoſtatica, iã in dẽ
cimonono ſecundi libri capite dictũ eſt,inſuꝑ & ex octauo capite præcedentis li-
bri perſpicuum ſatis euaſit:ubi diſcuſſum eſt,quónam modo
ſanctiſsima Chriſti caro ſit adoranda.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚ ΔΕΞΙΩΝ ΤΟΥ πατρὸς καθέδρας. ο κ.

Ἐκ δεξιῶν δὲ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς κεκαθικέναι φαμὲν τὸν χριστὸν σωματικῶς. οὐ τοπικὴν δὲ δεξιὰν τοῦ πατρὸς λέγομεν. πῶς γὰρ ὁ ἀπερίγραπτος τοπικὴν σχοίη δεξιάν; δεξιὰ γὰρ καὶ ἀριστερὰ, τῶν περιγραφομένων εἰσί. δεξιὰν δὲ τοῦ πατρὸς λέγομεν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῆς θεότητος. ἐν ᾗ ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς πρὸ αἰώνων ὑπάρχων, ὡς θεὸς καὶ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθεὶς, καὶ σωματικῶς κάθηται, συνδοξασθείσης τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. προσκυνεῖται γὰρ μιᾷ προσκυνήσει μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως.

DE SESSIONE IN DEXTERA PATRIS. *Cap. II.*

Adextris autem Dei patris sedere dicimus Christum corporaliter. Verum non localem dexteram patris dicimus. Quo pacto enim qui incircũscriptus est, localem habeat dexteram? Localis enim dextera & sinistra, eorũ quæ circunscribuntur existunt. Dexteram igitur patris, intelligimus gloriã & honorificẽtiam deitatis, in qua Dei filius ante secula existẽs ut Deus, & patri consubstantialis, in nouissimis tẽporibus incarnatus est, et corporaliter sedet, conglorificata carne eius. Adoratur enim una adoratione cum sua carne ab omni creatura.

COMMENTARIVS.

Confessum Christi ad dexterã patris intelligere debemus, sublimationẽ eius & exaltationem in beatitudine cœlesti super omnem creaturam, & ad æqualẽ cũ patre honorificentiam subleuationẽ: ad quã nostrã subuexit sibi unitã naturam. Nunc enim Christus non solũ ut Deus, sed etiã ut homo propter idẽtitatẽ hypostaseos, gloriã & honorẽ habet sup omnia. Exaltauit eñ illũ Deus propter humiliationẽ & obedientiã usq; ad mortẽ: & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus gloria est Dei patris ut scribit Apostolus 2. cap. ad Philippenses. Et ad Ephesios 1. cap. dicit quod pater Christum constituit super omnem principatũ & potestatẽ, dominationem & uirtutẽ, & super omne nomẽ qđ nominatur nõ solũ in hoc seculo, sed etiã in futuro. Huic astipulatur & Chrysostomus, exponens illud uerbũ Apostoli ad Hebræos cap. 1. de Christo: Sedet ad dexterã maiestatis in excelsis. In excelsis, inquit, dicens, nõ loco cõcludit Deũ, sed ostendit hominẽ Christũ omnibus altiorẽ & eminentiorẽ. Sic & per dextrã, nõ Deũ deformauit, sed similitudinẽ honoris demõstrauit. Consessus eñ nihil demõstrat aliud, nisi honoris æqualitatem, & qđ sublimatus est Christus ad ęqualitatem patris. Si eñ humano more loquamur, nõ posset quispiã augustæ autoritatis & insigni dignitate prædicus, alterũ sibi familiarẽ maiori honore afficere, aut illũ euidentius sibi potestate adæquare, quã si ipsum ad dexteram suã asciuerit, & sibi collateralem collocauerit. Porro nõnulli cõsessum Christi ad dextrã patris insup interpretantur (nec absurdè qdem) iudiciariam potestatem uniuersorũ ipsi à patre traditã, à quo constitutus est iudex uiuorum & mortuorũ. Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudiciũ dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificãt patrem. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Enimuero iudicis est, cũ causam examinat, & fert sententiã, sedere, ad maturitatem animi & prudentiam discussionis propositæ rei exprimendã. Proinde angeli continuò post ascensionem Christi, discipulis denunciarunt futurũ eius aduentum ad iudicium, dicentes: Hic Iesus qui assumptus est à uobis, sic ueniet, quemadmodũ uidistis eũ euntem in cœlũ.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ, ΕΙ δύο φύσεις ὁ χριστὸς, ἢ καὶ τῇ κτίσει λατρεύετε, φύσιν κτιστὴν προσκυνοῦντες, ἢ μίαν φύσιν προσκυνητὴν λέγετε, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον. οθ.

Τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι προσκυνοῦμεν, ἀσώματον μὲν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ νῦν τὸν αὐτὸν σεσαρκωμένον καὶ γενόμενον ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ εἶναι θεόν. ἡ τοίνυν σὰρξ αὐτοῦ κατὰ μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν, ἂν διέλῃς ἰσχναῖς ἐπινοίαις τὸ ὁρώμενον ἐκ τοῦ νοουμένου, ἀπροσκύνητός ἐστιν ὡς κτιστή, ἑνωθεῖσα δὲ τῷ θεῷ λόγῳ δι' αὐτὸν, καὶ ἐν

AD EOS QVI DICVNT: SI DVAE *naturæ Christus, aut creaturam colitis, naturam creatam adorantes, aut unam naturam adorabilem dicitis, & unam inadorabilem. Cap. III.*

Filium Dei cum patre & spiritu sancto adoramus, incorporeũ quidẽ ante humanitatis assumptionẽ, & nũc eundem incarnatũ, & factũ hominem, & cũ hoc Deũ existentem. Caro igitur eius secũdum ipsius naturam (si subtilibus cogitationibus dispescas quod uidetur, ab eo quod intelligitur, cogitationeq; humanitatem à diuinitate prescindas) inadorabilis est ut creatura, unita autem Deo uerbo, propter ipsum & in ipso

αὐτῷ προσκυνεῖται. ὃν τρόπον γὰρ ὁ βασιλεὺς καὶ γυμνὸς προσκυνεῖται καὶ ἐνδεδυμένος, καὶ ἡ ἁλουργίς, ὡς μὲν ψιλὴ ἁλουργὶς πατεῖται καὶ περιῤῥίπτεται· βασιλικὸν δὲ γενόμενον ἔνδυμα, τιμᾶται καὶ δοξάζεται. καὶ εἴ τις αὐτὴν προοικτρώσειεν, θάνατον ὡς τὰ πολλὰ κατακρίνεται. ὡς δὲ καὶ ξύλον ψιλὸν, οὐκ ἔστι τῇ ἀφῇ ἀπρόσιτον· πυρὶ δὲ προσομιλῆσαν, καὶ ἄνθραξ γενόμενον, οὐ δι᾽ ἑαυτὸ, διὰ δὲ τὸ συνημμένον πῦρ, ἀπρόσιτον γίνεται. καὶ οὐχ ἡ τοῦ ξύλου φύσις ὑπάρχει ἀπρόσιτος, ἀλλ᾽ ὁ ἄνθραξ ἤτοι τὸ πεπυρακτωμένον ξύλον, οὕτω καὶ ἡ σάρξ, κατὰ μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν, οὐκ ἔστι προσκυνητή, προσκυνεῖται δὲ ἐν τῷ σεσαρκωμένῳ Θεῷ λόγῳ, οὐ δι᾽ ἑαυτὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἡνωμένον αὐτῇ καθ᾽ ὑπόστασιν Θεὸν λόγον. καὶ οὐ φαμὲν ὅτι σάρκα προσκυνοῦμεν ψιλὴν, ἀλλὰ σάρκα Θεοῦ, ἤτοι σεσαρκωμένον Θεόν.

ipso adoratur. Eo namque modo, quo rex & nudus adoratur, & indutus, & purpura ut nuda purpura: & cõculcatur, & proijcitur, facta autem regis amictus, honoratur & glorificatur. & si quis illã proterere præsumpserit, persæpe morte mulctatur. Et quemadmodum lignum nudũ, non est tactui inaccessibile, atq; igni coniunctum, & carbo factum, non propter seipsum, sed propter coniunctum ignem, inaccessibile sit: & non ut ligni natura, tactu inaccessibile est, sed ut carbo, id est, quando ignitum est lignum. sic & caro, secundum sui naturam non est adorabilis: adoratur autem in incarnato Deo uerbo, nõ propter seipsam, sed propter coniunctum ipsi secũdum hypostasin Deum uerbum. Et non dicimus quòd carnem adoramus nudam, sed carnem Dei, id est, incarnatum Deum.

COMMENTARIVS.

QVæ octauo præcedentis libri capite dicta sunt de adorãda Christi sacratissima carne, apertiorem reddunt huius loci intelligentiam. Siquidem ibidem determinatũ est, & idem quoq; hic reperitur, quòd sanctissima Christi caro absolutè & secundũ se considerata, & non quatenus diuinitati unita, nequaquã est adoranda: quia ea ratione, creatura est, cui minimè exhibendus est adorationis cultus. Et hoc modo ipsam cõsiderantes, dispesceremus subtilibus cogitationibus animiq; diremptione & abstractione, quod uidetur, ab eo quod intelligitur: scilicet humanitatem Christi corporeis oculis peruiã & sensibilem, ab eiusdem deitate, solo intellectus obtutu comprehendenda. Si uerò eadem cõsideretur ut unita uerbo hypostatica unione, & eandem cum eo personam constituens, reuera adoranda est propter ipsum uerbum cui unitur, ut præcipuam adorationis causam, & in ipso quoque uerbo, cũ quo in unum personali unitate coalescit. Et hanc q̃dem determinationem duabus manuductionibus, scilicet purpuræ regiæ & ligni igniti, autor in litera clarius elucidat. Ex q̃bus facilè diluitur cauillus aduersariorum in ipsius capitis titulo annotatus, annitentium probare, si duas in Christo naturas astruimus, aut creaturam nos colere, aut unam in Christo naturã nos ponere adorabilem, & unam inadorabilem. Quibus planè respõdendum est, nos duas in Christo naturas post unionẽ saluas & integras ingenuè fateri, ut tertio præcedentis libri capite latius est agitatum: non tamen idcirco creaturam nos colere, aut naturã creatam (scilicet humanitatem Christi) secundum se propriam'q; substantiã cõsideratam, sed in ratione & habitudine ad uerbum Dei, cui in eadem unitur hypostasi: quandoquidem Christi caro propter ipsum Dei uerbũ & in ipso adoratur. Quare neque in Christo unam dicimus naturam adorabilem scilicet diuinam, & alteram inadorabilem utpote humanam, sed utramque adorabilem: unam quidẽ propter se, & suapte natura: alteram uerò nõ secundum se, sed propter unionem cum uerbo. Si enim à uerbo separata foret, non esset hoc pacto adoranda. Cæterum quia nunquam separabitur ab eo, sed indissolubiliter illi permanet unita, ut uerbo coniuncta semper adoranda colendaq; est. Qđ & beatus Augustinus attestatur, exponens illud Psalmi 98. Adorate scabellũ pedum eius, quoniam sanctũ est. In Christo (inquit) terra est, id est caro, quæ sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Hæc sine impietate à uerbo Dei assumpta adoratur à nobis: quia nemo carnem eius uerè mãducat, nisi prius adoret. sed qui adorat, non terrã intuetur, sed illum potius cuius scabellũ est, ꝓpter quem adorat. Enimuero permulta sic inuenias in rerũ natura, quæ per se talia nõ sunt, coniũcta tamen alteri, propter ipsum fiunt talia. Nempe corpus humanum si ipsum nudum & anima destitutum intelligas, neq; animatum est, neq; uiuens: propter animã autem, cui coniungitur, uitæ fontem & originem, uiuificatur corpus & uegetatur: & quamdiu animæ fuerit compactum, uiuens dici debet, & uegetum. Et plerunq; minus dignũ perfectiori digniori'q; coniunctum accipit ipsius dignioris perfectiones atq; præclaras conditiones, & non cõmunicat illi suas imperfectiones. Sic ferrum per se consideratum, & sumptum, tãgibile quidem est, densum & opacum: si uerò fuerit ignitum, & insito feruore ignis incandens, minimè iã tactui peruium est, aut impunè manu contrectabile, iam lucidum & igneo candore relucens. Quod

si ferrum intelligas eo pacto candens, ut nunquam posſit cãdor ille ſeparari à ferro, illud ſem per erit intractabile, ſemper igneum & exurẽs. Per huiuſmodi igitur ferrum, Chriſti carnem, per ignis autem candores, ipſius diuinitatem accipe.

ΔΙΑ ΤΙ Ο ΥΙΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ἐνηνθρώπησε, καὶ οὐχ ὁ πατὴρ· οὐδὲ τὸ πνεῦμα, καὶ ἐνανθρωπήσας κατώρθωσε. π.

Πατὴρ ὁ πατὴρ καὶ οὐχ υἱός· υἱὸς ὁ υἱός, καὶ οὐ πατήρ· πνεῦμα ἅγιον τὸ πνεῦμα καὶ οὐ πατὴρ οὐδὲ υἱός. ἡ γὰρ ἰδιότης, ἀκίνητος. ἢ πῶς ἂν ἰδιότης μένοι, κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα; διὰ τοῦτο ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται, ἵνα μένῃ ἡ ἰδιότης ἀκίνητος. υἱὸς γὰρ ὢν τοῦ θεοῦ, υἱὸς ἀνθρώπου γέγονε, σαρκωθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ οὐκ ἐκστὰς τῆς υἱϊκῆς ἰδιότητος. ἐνηνθρώπησε δὲ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵν' ἐφ' ᾧπερ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, πάλιν αὐτῷ χαρίσηται. ἐποίησε γὰρ αὐτὸν κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ, νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἤτοι ἐν ἀρεταῖς τέλειον, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπου φύσει. αὗται γὰρ οἱονεὶ χαρακτῆρες τῆς θείας ὑπάρχουσι φύσεως, τὸ ἀμέριμνον καὶ ἀπερίσπαστον, καὶ ἀκέραιον, τὸ ἀγαθόν, τὸ σοφόν, τὸ δίκαιον, τὸ πάσης κακίας ἐλεύθερον. ἐν κοινωνίᾳ μὲν οὖν ἑαυτοῦ καταστήσας τὸν ἄνθρωπον. (ἐπ' ἀφθαρσίᾳ γὰρ τοῦτον ἐποίησε. διὰ τῆς ἑαυτοῦ κοινωνίας, ἀνήγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸ ἄφθαρτον. ἐπειδὴ δὲ διὰ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς, τοὺς τῆς θείας εἰκόνος χαρακτῆρας ἐζοφώσαμέν τε, καὶ συνεχέαμεν, καὶ ἐν κακίᾳ γενόμενοι, τῆς θείας κοινωνίας ἐγυμνώθημεν. τίς γὰρ μετουσία φωτὶ πρὸς σκότος;) καὶ ἔξω τῆς ζωῆς γενόμενοι, τῇ τοῦ θανάτου φθορᾷ ὑπεπέσομεν, ἐπειδὴ μετέδωκε τοῦ κρείττονος, καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν, μεταλαμβάνει τοῦ χείρονος, τῆς ἡμετέρας λέγω φύσεως, ἵνα δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἀνακαινίσῃ μὲν τὸ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν, διδάξῃ δὲ καὶ ἡμᾶς τὴν ἐνάρετον πολιτείαν. ταύτην δι' ἑαυτοῦ ποιήσας ἡμῖν εὐεπίβατον, καὶ τῇ τῆς ζωῆς κοινωνίᾳ, ἐλευθερώσῃ τῆς φθορᾶς, ἀπαρχὴ γενόμενος τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως, καὶ τὸ ἀχρειωθὲν καὶ συντριβὲν σκεῦος ἀνακαινίσῃ, ἵνα τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου λυτρώσηται πρὸς θεογνωσίαν ἡμᾶς καλέσας, καὶ νευρώσῃ καὶ παιδεύσῃ δι' ὑπομονῆς καὶ ταπεινώσεως καταπαλαίειν τὸν τύραννον. πέπαυται γοῦν ἡ τῶν δαιμόνων θρησκεία· ἡ κτίσις τῷ θείῳ ἡγίασται αἵματι, βωμοὶ καὶ ναοὶ εἰδώλων καθῄρηνται, θεογνωσία πεφύτευται,

PROPTER QVOD FILIVS HOmo factus eſt: nõ pater aut ſpiritus ſanctus, & quid humanatus direxit. *Cap. IIII.*

Pater qui pater, & non filius: filius, qui filius, & non pater: ſpiritus ſanctus, qui ſpiritus, & neq; pater, neque filius. Proprietas enim, immutabilis: aut quo pacto proprietas manere queat, ſi mutetur et decidat? Propter quod filius Dei, filius hominis fit, ut maneat proprietas immobilis: filius enim Dei exiſtens, filius hominis factus eſt, incarnatus ex ſancta uirgine, & non deſtitit à filiali proprietate. Humanitas autem eſt filius Dei, ut in quo fecerat hominem, rurſus ei illud elargiretur. Fecit enim illum ad imaginem ſuiipſius, intellectualem, & liberæ poteſtatis, & ad ſimilitudinem ſuam, id eſt uirtutibus conſummatũ, quantũ hominis ferebat natura. Hæ enim uirtutes, ueluti characteres, ſignaculaq; diuinæ exiſtunt naturæ, impartibile, immobile, ſimplex, bonum, ſapiens, iuſtum, ſecurũ, ab omni prorſus malitia liberũ. Ad conſortiũ enim ſuiipſius condiderat hominem: in corruptione enim fecerat illum propter ſuiipſius communionem, illum ad incorruptibilitatem adducẽs. Poſteaq; uerò per tranſgreſsionem præcepti, diuinæ imaginis characteres obliterauimus, & confudimus. in malitia conſtituti, diuina communione iuſtè priuati ſumus: quæ enim participatio lucis ad tenebras? et extra uitã locati, ſub mortis corruptiõe peſſundati ſumus. Quia igitur nos melioris participes fecerat, & non cuſtodiuimus, aſſumpſit Deus quod deterius, noſtram dico naturam, ut per ſeipſum, & in ſeipſo renouaret: quod ſecundum imaginem & ſimilitudinem: & doceret nos uirtute perfectam conuerſationem, quam per ſeipſum faceret nobis facilè peruiam: & conſortio uitæ liberaret nos à corruptione: primitię factus noſtræ reſurrectionis, ut inutile factum & confractum uas repararet, ut à tyrannide diaboli redimeret, ad Dei agnitionem nos uocans: & ut roboraret, & erudiret, per patientiam & humilitatem ſuperare tyrannũ. Ceſſauit igitur dæmonum mortifera cultura, creatura diuino ſanctificata eſt mundataq; ſanguine. Aræ & templa idolorũ deſtructa ſunt: Dei cognitio plantata eſt,

trinitas

τριὰς ἡ ὁμοούσιος ἡ ἄκτιστος θεότης λατρεύεται, εἷς θεὸς ἀληθινός, δημιουργὸς τῶν ἁπάντων καὶ κύριος. ἀρεταὶ πολιτεύονται, ἀναστάσεως ἐλπὶς διὰ τῆς χριστοῦ ἀναστάσεως δεδώρηται, φρίττουσι τοὺς πάλαι ὑποχειρίους ἀνθρώπους οἱ δαίμονες, καὶ τόγε θαυμαστὸν ὅτι ταῦτα πάντα διὰ σταυροῦ καὶ παθῶν καὶ θανάτου κατώρθωται, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τὸ εὐαγγέλιον τῆς θεογνωσίας κεκήρυκται, οὐ πολέμῳ καὶ ὅπλοις καὶ στρατοπέδοις, τοὺς ἐναντίους τροπούμενον, ἀλλ' ὀλίγοι γυμνοὶ πτωχοὶ καὶ ἀγράμματοι, διωκόμενοι, αἰκιζόμενοι, θανατούμενοι, σταυρωθέντα σαρκὶ, καὶ θανόντα κηρύττοντες, τῶν σοφῶν, καὶ δυνατῶν κατεκράτησαν. εἵπετο γὰρ αὐτοῖς τοῦ σταυρωθέντος ἡ παντοδύναμος δύναμις. ὁ θάνατος ὁ πάλαι φοβερώτατος ἥττηται, καὶ τῆς ζωῆς νῦν ὁ στυγητὸς καὶ μισητὸς πάλαι προκρίνεται. ταῦτα τῆς χριστοῦ παρουσίας τὰ κατορθώματα, ταῦτα τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τὰ γνωρίσματα. οὐ γὰρ ὡς διὰ μωσέως, ἕνα λαὸν ἐξ αἰγύπτου καὶ τῆς φαραὼ δουλείας, θάλασσαν διατεμὼν διέσωσε, πᾶσαν δὲ μᾶλλον τὴν ἀνθρωπότητα, ἐκ φθορᾶς θανάτου καὶ πικροῦ τυράννου τῆς ἁμαρτίας ἐρρύσατο, οὐ βίᾳ ἄγων πρὸς ἀρετὴν, οὐ γῇ καταχωννὺς, καὶ πυρὶ φλέγων, καὶ λιθοβολεῖσθαι προστάσσων τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ πρᾳότητι, καὶ μακροθυμίᾳ πείθων τοὺς ἀνθρώπους αἱρεῖσθαι τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῖς ὑπὲρ ταύτης ἐναμιλλᾶσθαι πόνοις, καὶ ἐνηδύνεσθαι. πάλαι μὲν γὰρ ἁμαρτάνοντες, ᾐκίζοντο, καὶ ἔτι τῆς ἁμαρτίας ἀντείχοντο, καὶ θεὸς αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία λελόγιστο. νῦν δὲ ὑπὲρ εὐσεβείας, καὶ ἀρετῆς, αἰκισμοὺς αἱροῦνται, καὶ στρεβλώσεις, καὶ θάνατον. εὖγε ὦ χριστὲ θεοῦ λόγε καὶ σοφία καὶ δύναμις, καὶ θεὲ παντοκράτωρ τί σοι τούτων ἁπάντων οἱ ἄποροι ἡμεῖς ἀντιδοίημεν; σὰ γὰρ ἅπαντα. καὶ αἰτεῖς παρ' ἡμῶν οὐδὲν, ἢ τὸ σώζεσθαι, αὐτὸς καὶ τοῦτο διδούς. καὶ λαμβάνεις χάριν εἰδὼς, δι' ἄφατον ἀγαθότητα. σοὶ χάρις ὑπὲρ τὸ εἶναι δεδωκότι, καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρισαμένῳ, κἀκ τούτου παραπεσόντας, αὖθις ἐπαναγαγόντι πρὸς τοῦτο, διὰ τῆς ἀφάτου συγκαταβάσεως.

trinitas consubstantialis, increata natura colitur, unus Deus uerus, opifex omnium & Dominus, uirtutes regũt: resurrectionis spes per Christi donata est resurrectionem. Horrent quondam sibi subiectos homines ipsi dæmones: & quod admirabile est, hæc omnia per crucem, passiones, & mortem directa sunt, mirificeq́; operata. In omnem terram Euangelium prędicatum est, non bello, & armis, & militum copijs aduersarios in fugam uertens: sed pauci, nudi, pauperes, & illiterati, persecuti, uerberati, mortificati, crucifixum carne, & mortuum prædicantes, sapientibus & potentibus præualuerunt. Sequebatur enim eos crucifixi uirtus omnipotens. Mors quondam terribilissima uincitur: & quæ olim perosa & odibilis, uitæ præfertur: hæ Christi præsentia directiones, hæc uirtutis ipsius documenta. Non enim ut per Mosem, unum populum ex Aegypto & Pharaonis seruitute mare diuidens saluauit: sed magis humanitatem omnem ex corruptione mortis, & amara peccati tyrannide exemit. Non uiolentia ducens ad uirtutem, non terra suffodiens, igne comburens, aut lapidare præcipiens peccantes: sed mansuetudine, & magnanimitate hominibus suadens diligere uirtutem, & pro illa certare in laboribus & delectari. Nam olim peccantes uerberabantur, & adhuc amplectebantur peccatum, & Deus illis imputabat peccatum: nunc autem pro pietate & uirtute uerbera eligunt, & tormenta, & mortem. Euge ô Christe, Dei uerbum, & sapientia, & uirtus, & Deus omnipotẽs, quid tibi pro his omnibus nos pauperes retribuemus? Tua enim omnia, & à nobis petis nihil, nisi saluare. Ipse etiam hoc das, & accipientibus gratiam habes, propter ineffabilem bonitatem tuam. Tibi gratia, quòd esse dedisti, & bene esse elargitus es, & eos qui ex illo deciderint, rursus erigens ad illud propter ineffabilem condescensionem & misericordiam.

COMMENTARIVS.

Cur filius Dei humanam susceperit naturã, non pater aut spiritus sanctus, rationem assignat autor in litera, ut diuinæ personæ proprietas singularis, ob assumptam humanam formam neutiquam mutetur & decidat à sua ratione, sed semper maneat eadem secundũ denominationẽ post unionẽ cũ humanitate, sicut antè fuerat. Nẽpe cũ filius Dei etiã factus est filius hominis: ꝑsonalis ꝓprietas eius qua discernitur à cæteris ꝑsonis, scilicet filiatio, nequa

quam eſt eñariata:ſed manet in eo incõfuſa atq; impermixta gignẽtia & naſcibilis. Quòd ſi pater in diuinis humanã induiſſet naturã, aut ſpiritus ſanctus, mutata fuiſſet in eis ſingularis ꝓprietas, & decidiſſet. Deſtitiſſet eñ pater ab innaſcentia atq; ingignentia, paterna ꝓprietate, cum foret natus & genitus ſecundum hominem. Et ſpiritus ſanctus itidẽ à ſua demutatus fuiſſet proprietate. nam cũ minimè natus aut genitus dici debeat, ſed ineffabiliter ꝓcedens, ipſe carne aſſumpta & natus diceretur, & genitus. Itaq; decentius fuit eũ qui natiuitate æterna genitus eſt ſecundũ diuinitatem, & temporali quoq; generatione ſecundũ hominem naſci, quo in eodem ſine confuſione gignentia reſpondeat gignentiæ, & filiatione filiatio. Cæterę rationes ad comprobandã rem propoſitam attinentes, in primo cap. libri præcedentis diffuſius ſunt explicatæ: & inibi dictũ eſt abundè, quare filius potius, quàm pater, aut ſpiritus ſanctus, incarnatus eſt. Deincèps quid filius Dei humanã indutus formam direxerit, quidúe beneficij contulerit in hominem, ſecundo loco explanans autor, dicit ipſum ea potiſsimum ratione incarnatũ, ut repararet & reformaret in homine quod in prima ipſa conditione illi indiderat: & rurſus ei impartiret, quod prius in creatione dederat, ſed per prẹuaricationem labefactum fuerat. Siquidem creauit hominem Deus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Imaginẽ quidem (quantum ad naturales animæ uires) intellectum, uoluntatem, memoriam fœcũdam. Similitudinem uerò, quantum ad uirtutem aſsimilationem, quibus in exordio ꝓductionis ſuę inſigniuerat hominem, conſummatumq́; & decoratum reddiderat, quantũ ipſius ferebat natura. Quod quidem poſtremum dictum, nõ putetur ab autore ocioſè eſſe adiectũ, aut ſuperuacuè, ſed legitima & iuſta ratione. Enimuero ſi quiſpiam egregia forma inſignis ſuam efformet in ſpeculo effigiem, aut ſuam imaginem in tabula depingi iubeat, quã proximè uiui uultus expreſsiuam, quantam ſinit natura ſpeculi aut tabulæ, cômunicabit illi ſuum decorem & natiuam pulchritudinem: nunquam tamen tantam formæ præſtantiam quantã in ſe habet, trãsfundet in extera, quòd nõ ſunt uiuæ illius ſpeciei omnimode capacia, neq; ſuſceptiua. Ita ſanè ſummus rerum autor ſuper omnem pulchritudinẽ & perfectionẽ eminentiſsimè collocatus, homini primùm cõdito, ſuæ indulſit ſimilitudinis participationem, quantũ hominis natura patiebatur, impreſsitq́; illi ſuæ diuinitatis ſignacula, immortalitatem, ſimplicitatẽ, bonitatem, ſapientiam, iuſticiã, uirtutem, & cætera id genus: non tamen adeo expreſſè & exactè, ſicut in ipſo reperiuntur ſignata: quia excedunt modum & captũ ipſius hominis. Quocirca non ea impartibilitas in homine, nec imobilitas, aut bonitas plantata eſt, quæ in Deo, ſed illius diuinæ, indiuiduæq; ſimplicitatis, immobilitatis, & iuſtitiæ, tenue admodũ & umbratile ſimulachrum. At quoniam hãc Dei imaginem nobis in ipſo exortu inditam labefactauimus per peccatũ, & ab illa diuina ſimilitudine longè excidimus, per auerſionem prorſus diſsimiles ei facti, iniuſti, improbi, impij: ipſe ut hanc ruinam noſtrã repararet, aſſumpſit (ſicut dicit litera) quod deterius eſt, non quidem ſecundũ malitiam (nam nullius in Deo peccati locus eſt) ſed ſecundum imperfectionem atque naturæ conditionem. Siquidem impotentiã noſtræ naturæ aſſumpſit Dei filius & fragilitatem, ut uirtutem priſtinã nobis repararet. Mortalitatem & paſsibilitatem ſpõte ſuſcepit, ut morte & paſsione ſua in nobis mortem deſtruens, immortalitatem & impaſsibilitatem humano generi conferret. Similitudinem etiam carnis peccati, ueram tamen carnem induit, ut totius mũdi peccata tollens, amiſſam bonitatem nobis reſtitueret. Quinimmo ut uno uerbo claudantur omnia, imperfectiones noſtras in ſe ſuſtinuit, ut ad perfectionem nos reduceret. languores enim noſtros ipſe tulit (ut ait Eſaias) & dolores noſtros ipſe portauit. Poſuit eñ Deus in eo iniquitates omniũ noſtrùm, & liuore eius ſanati ſumus. Porrò cum ſubiungit litera, Chriſtum factum eſſe primitias noſtrę reſurrectionis, ut inutile factum & confractum uas repararet: alludere uidetur ad id quod Hieremias 18. cap. cõmemorat, ſe (inquam) iuſſu Domini deſcendiſſe in domum figuli, qui faciebat opus ſuper rotam: & diſsipatum eſt uas quod ipſe faciebat de luto manibus ſuis. Conuerſusq́; fecit illud uas alterum, ſicut placuerat in oculis eius ut faceret. Nempe figulus iſte, ſummus eſt rerum autor, qui noſter fictor & plaſtes eſt, ſicut dicit propheta: nos autem lutum manuũ eius, & figmentum. Sicut enim lutũ in manu figuli, ſic uos in manu mea, dicit Dominus. Is planè primò uas ſolidum & integrum compoſuit, quãdo formauit hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ. Cæterum fas illud confractum eſt, nõ fictoris, ſed ipſius uaſis culpa, quando Adam poſt ſuggeſtionem diaboli declinauit, & inutilis factus eſt cũ tota poſteritate ſua, quam tyranni iugo ſecum ſubegit. Denique figulus noſter uas illud comminutum & inutile reparauit atque renouauit, quando per ſalutiferum diſpenſationis ipſius carnis myſterium, humanum genus ab æternæ mortis exitio liberauit. Deinde cumulatiſsima bona ex Chriſti incarnatione & morte nobis prouenientia enumerans autor, dicit quod per hanc benignam Dei miſericordiam, qua uiſitauit nos oriens ex alto, ceſſauit inprimis dæmonum mortifera cultura. Sanè cum Moſes eduxit populum Iſraeliticum ex Aegypto, dicuntur omnia Aegypti ſimulachrà corruiſſe, & eorum templà aut fulmine tacta, aut terræ motu diuina uirtute diruta fuiſſe. Quod triceſimo tertio capite Numeri explicatum eſſe, nonnulli contendunt, cum ibidem dicitur: Nam & in dijs eorum exercuerat ultionem.

ultionem. Id itaq; figura erat cultus idolorum prorsus extirpandi: cū uerus legifer Dominus noster (cuius Moses typū gerebat) genus humanū ex Aegypto spirituali, tenebris scilicet & umbra mortis, carcereq́; & ergastulo peccati, & à durissimo principis huius mūdi imperio ꝑ Pharaonē significato, liberaret. Quod utiq; futurū & prophetæ pronunciauerāt, ut Zacharias cap. 13. Erit in illo die, dicit Dominus, exterminabo nomina simulachrorū à terra, & nō erit eorū memoria. Et Esaias cap. 19. Et mouebuntur manu facta Aegypti à facie eius, & cor eorū uincietur in eis. Idē quoq; eodē loco: Ecce ascēdet Dominus super nubē leuē: & ingredietur Aegyptū, & mouebūtur simulachra Aegypti. Etenim super nubē leuē ascēdit Dominus, quādo carnem de intemerata uirgine nullo peccati pōdere prægrauata, animo in cœlestibus semper suspensa, & superni luminis illustrata splēdore sumpsit. Aegyptū tūc ingressus est, quādo humanæ carnis trabea indutus subijt hāc tenebrarū uallē, ut eam cœlestis gratiæ luminæ perfunderet. Et tunc cōmota sunt idola Aegypti, quoniā per aduentū eius & euangelicā ꝓmulgationem, superstitiosus & pestifer idolorū cultus est exterminatus. Idem quoq; & Daniel futurum uidit in spiritu, cū cōspexit lapidē excisum de mōte sine manibus (qui Christū significabat) percussisse statuā, quatuor præcipuorū regnorū in quibus idolorū cultura maximè inualuerat designatiuā, & eā prorsus cōminuisse. Demū Ezechiel cap. 30. Disperdā simulachra, & cessare faciā idola de Memphi, & dux non erit amplius de terra Aegypti. Hāc aūt futuram culturæ idolorū cessationē præcognouerunt, fortasse demonū ministerio, & sapientes gentilium, atq; deplorarūt. Quos acerrimè cōfutat beatus Augustinus, octaui lib. De ciuitate Dei, cap. 23. & sumpto ex ipsis argumento, nostrā religionē mundā esse & immaculatā mirū in modum cōfirmat. Cuius quidē sinceræ religionis si plantatio prima inspicitur, cognoscitur ꝓfectò euāgelij diuulgatio & disseminatio Christianæ fidei, omnino fuisse diuinę uirtutis opus. Si enim attendere libet, ꝑ quid humanæ salutis cōpletū est mysteriū, protinus occurrit crux sancta, Iudæis quidē scandalū, & gentibus stultitia: nobis aūt Christum cōfitentibus salus & uita, per quā, stultū ipsius Dei, sapiētius est omnibus hominibus. Ludibria uerbera, uincula, mortes athletarū Christi, operata sunt uitā, fidē, salutē, regniq́; cœlestis hæreditatē in credentibus. Si uerò per quos in toto terrarū orbe euangelicū semen dispersum est, totus mundus ad Christū cōuersus, placet intueri, illicò se offerunt apostoli, nudi quidē mūdi opibus, sed locupletissimi diuitijs cœlestibus. Illiterati quantū ad humani studij exercitiū, sed sapiētissimi infusione cœlestis spiritus, & omnē mundi sapientiā eminentissimè transcendentes. Inualidi q̄dē corpore & uiribus mūdi, sed fortissimi animo, cōstantiaq́; uirtute munitissimi. Reges, tyrannos, principes, & omnem mundi uiolentiam deuicerunt: facti fortes in bello, nō cōtrà pugnando, sed tolerando, omnē aduersariorum ueritatis rabiē, immanitatē, & persecutiones ꝓstrauerunt. Iidē quoq; pauci, nā duodecim à Domino in id delecti ministeriū, uniuersum mundum sub Christi misere iugū, triumphatores egregij, et quibusuis belli ducibus præstātiores. Non enim morientes reliquerunt hostibus uictoriā, more imperatorū gerentiū bella huius mundi: sed sua morte aliorū animas uiuificabāt, & insignē cœlo triumphū mūdo deuicto inferebant. Sed quid hæc mira & pleraq; similia, à Marsilio Ficino, uiro utiq; doctissimo in lib. De religione Christiana studiosè collecta, aliud attestātur, nisi qđ manus Domini fecit hæc omnia, & dextera Domini fecit hāc uirtutē & mirabilia? Deniq; si cōsiderare placitū fuerit ad quos diffusa fuerit & delata hæc salutis operatio, è uestigio totus occurrit mūdus, nō particularis aliquis populus, queādmodū duce Mose olim solus populus Israeliticus ex Aegypto liberatus est. Enimuero nunquā figura ad sui exemplaris assurgit dignitatē, sed semper minus quiddā habet, atq; ab illius ꝑfectione decidit: alioq nō figura, sed rei ipsius esset ueritas. Atq; Moses populū Israeliticū ex fornace ferrea Aegypti liberans, & Iosue eundē populū profligatis Chananæis in terrā promissionis inducens, formā quandā & figurā præferebant Domini nostri, à grauissimo diaboli iugo homines sua passione & morte liberatis, & in terram uiuentium cœlestemq́; Hierusalē repromissam diligentibus Deū, diuictis hostibus ꝑducentis. Nō igitur ad omnimodam huius liberationis & introductionis à Christo factæ ꝑfectionē illi ambo pertigerunt, sed longè citra illā substiterūt. Siquidē id in populo uno peculiari & delecto à Deo corporaliter exercuerunt, quod saluator noster spiritualiter toti humano generi præstitit. Et quidem Esaias futurū prædixit, patrē cœlestem, ad filiū ita loquentē inducens: Parū est ut sis mihi seruus ad suscitādas tribus Iacob, & feces Israel cōuertēdas: dedi te in lucē gentiū, ut sis salus mea usq; ad extremū terrę. Insup Moses ab hominū dura seruitute liberauit Israel, Christus uerò à pessimorū dæmonū potestate nos eruit. Deniq; Moses populū suum à tēporali eripuit exitio, & quod tandē interuētu mortis erat finiendū. Christus uerò ab æterna morte, dānatione perpetua nos exemit. Vt omni ex parte cognoscatur ipsius Christi in homines beneficētia lōgè maior fuisse, quā Mosi in Israeliticā plebē cura, ꝓuidentia & sollicitudo. Itaq; magnas filio Dei unigēito gratias debemus, quòd esse nobis dederit per creationē, atq; deductionē ad ortū. Adhuc maiores ei persoluere astringimur gratiarum actiones, quòd insuper bene esse nobis elargitus sit per reparationē nostri lapsus, uiuifica sua morte atque salutifera factam. At uerò maximas eidem debemus reddere gratias, quòd præter omnia hæc, cum ex illo bene esse quod in nobis reparauit exciderimus per peccatum, & spontaneam à Deo

auersionem

auersionē: rursum nos erigit benignissima suæ misericordiæ manu ad illud bene esse per salutaria sacramenta, quæ cōstituit tanquā languidæ animæ nostræ medicamēta, deperditæ uirtutis pristiniq́ue decoris restitutiua, & cōtra peccati uenenū efficacissima antidota. Demū non est illud prefūctoriè trāseundū, quod autor in litera circa finē capitis annotat, magnū scilicet esse discrimē inter leges aliarū nationū, & nostræ religionis cultū. Nā aliæ nationes iubēt inuitos ad cultū suū & cerimonias adigi, & recusantes tormētis affici, aut morte mulctari. quē admodū gētiles, fortissimos martyres elaborarunt supplicijs, lapidatione, flagris, carcere, fame compellere ad suorū deorum culturā. Christus aūt uiolentū nō exigit obsequiū: neq́ue cruciatibus quempiā uult cōstringi ad suæ legis obseruationē, sed ut totius benignitatis fōs, spontanea promptitudine & uolūtario cuiusq́ue arbitrio iubet quæq́ue diuinæ legis obseruare instituta. Ad hæc, leges ciuiles itidem & Mosaica, infligit uerbera, graues pœnas & mortē propter catis cōmissis, & præuaricatione legis. E diuerso cultores legis euangelicæ, pro confessione fidei, integritare iustitiæ, & ueritatis defensione susceperunt tormēta, uerbera, & uulnera, nō inuiti, sed gaudentes, & prōpto animo. Ibant (inquit Lucas in actis apostolicis) apostoli gaudētes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΠΕΡΩΤΩΝΤΑΣ, εἰ ὑπόστασις τοῦ χριστοῦ κτιστή ἐστιν, ἢ ἄκτιστος. πα.

Ἡ ὑπόστασις τοῦ θεοῦ λόγου πρὸ τῆς σαρκώσεως, ἁπλῆ ἦν καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀσώματος, καὶ ἄκτιστος· σαρκωθεῖσα δὲ αὕτη, γέγονε καὶ τῇ σαρκὶ ὑπόστασις, καὶ γέγονε σύνθετος ἐκ θεότητος ἧς ἀεὶ εἶχε, καὶ ἐξ ἧς προσείληφε σαρκὸς· καὶ φορεῖ τὰ τῶν δύο φύσεων ἰδιώματα, ἐν δυσὶ γνωριζομένη ταῖς φύσεσιν. ὥστε ἡ αὐτὴ μία ὑπόστασις, ἄκτιστός τε ἐστὶ τῇ θεότητι, καὶ κτιστὴ τῇ ἀνθρωπότητι, ὁρατή καὶ ἀόρατος. ἐπεὶ ἀναγκαζόμεθα, ἢ διαιρεῖν τὸν ἕνα χριστὸν, δύο τὰς ὑποστάσεις λέγοντες· ἢ τὴν τῶν φύσεων ἀρνεῖσθαι διαφορὰν, καὶ τροπὴν εἰσάγειν, καὶ σύγχυσιν.

AD INTERROGANTES, AN hypostasis Domini creata sit, an increata. Cap. V.

Hypostasis Dei uerbi, ante incarnationem simplex erat, & incomposita, incorporea, & increata. Incarnata autem facta est, & carnis hypostasis, & composita facta est ex deitate, quā semper habuit, & ex ea quā assumpsit carne: & fert duarum naturarum proprietates, in duabus cognita naturis. Quare ipsa una hypostasis, increata est diuinitate, & creata humanitate, uisibilis & inuisibilis. Quia alioqui compellimur aut diuidere unum Christū, duas hypostases dicentes: aut naturarum negare differentiam, & uersionem inducere, & confusionem.

COMMENTARIVS.

Ex antedictis in 7. cap. tertij libri (cui hoc caput materiæ conformitate respōdet) quæ hic dicūtur, facile peruia sunt, & intellectui patentia. Docet enim hoc loco autor, quonā pacto adhibēda est respōsio importunitati interrogantiū, an hypostasis Christi Domini creata sit, an increata. Quibus planè non est una danda responsio: nā ad eā semper cōsequi uideretur incommodū. Si enim creatā esse Christi hypostasin quis dederit, cū illa sit Deus, inferret illico calumniator, Deū esse creatū. Si uerò respōderit quispiā, eā esse increatā, colligeret protinus importunus ueritatis insectator, hominē esse increatū, quādoquidē ipsa sit homo. Proinde ob duarū in eadē uerbi Dei hypostasi naturarū proprietates, sine cōfusione & uersione salvas & integras, respōdendū est, eandē uerbi psonā diuinitate increatā, humanitate uerò creatā esse. illa inuisibilē incircumscriptā, æternam: hac aūt uisibilē, circūscriptā, temporalem. Neq́ue illa inter se pugnantiā habent, quia nō secundū eandem attendūtur naturā: sed tanquā opposita sine omni oppositione admirāda coalescunt cōcordia, & nouo fœdere in eodē supra naturæ uires conspirant. Consimili penè ratione interrogāti, an homo ratione partium suarum substantialium mortalis sit, an immortalis, caro an spiritus: danda foret respōsio, corpore quidē mortalem esse & carnalem, anima uerò immortalē atq́ue spiritualem. Neq́ue simpliciter & unice unum aut alterum membrū respondendum est, ne in captionem sophisticam incidatur, aut fallaciam plurimum interrogationum, quæ censentur ut una.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΠΟΤΕ ΕΚΛΗΘΗ χριστός. πβ.

Οὐχ' ὥς τινες ψευδηγοροῦσι, πρὸ τῆς ἐκ παρθένου σαρκώσεως ὁ νοῦς ἡνώθη τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ ἐκ τότε ἐκλήθη χριστός· τοῦτο τῶν Ὠριγένους ληρημάτων τὸ ἄτοπημα, προϋπάρξιν ψυχῶν δογματίσαν-

QVANDO VOCATVS EST Christus. Cap. VII.

Non ut quidam falso astruunt, ante incarnationem ex uirgine, anima unita est Deo uerbo, & ex tunc uocatus est Christus. Hæc enim est ex Origenis deliramētis absurda pronunciatio, præexistētiā animarū dogmatizantis. Nos

τος. ἡμεῖς δὲ χριστὸν γεγεννῆσθαί τε καὶ κεκλῆσθαι φαμὲν τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ, ἀφ' οὗ ἐν γαστρὶ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου ἐσκήνωσε, καὶ σὰρξ ἀτρέπτως ἐγένετο, καὶ ἐχρίσθη ἡ σὰρξ τῇ θεότητι. χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος, ὥς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, καὶ ὁ ἱερώτατος δὲ ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων Κύριλλος πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράφων, τάδ' ἔφησεν· χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι, μήτε τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, ἀνθρωπότητος δίχα, μήτε μὴν τὸν ἐκ γυναικὸς ἀποτεχθέντα ναόν, οὐχ ἑνωθέντα τῷ λόγῳ, χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομάζεσθαι. ἀνθρωπότητι γὰρ καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν ἀπορρήτως συνενηνεγμένος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, νοεῖται χριστός. καὶ πρὸς τὰς βασιλίδας οὕτως· τινὲς φασὶν ὅτι τὸ χριστὸς ὄνομα, πρέπει καὶ μόνῳ καὶ ἰδίᾳ, καὶ καθ' αὐτὸν νοουμένῳ καὶ ὑπάρχοντι τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς γεννηθέντι λόγῳ· ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδιδάγμεθα φρονεῖν, ἢ λέγειν. ὅτε γὰρ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, τότε καὶ ὠνομάσθαι λέγομεν αὐτὸν χριστὸν Ἰησοῦν. ἐπειδὴ γὰρ κέχρισται τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, ἤτοι τῷ πνεύματι παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ταύτῃ τοι χριστὸς ὀνομάζεται. ὅτι δὲ περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἡ χρίσις, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων. καὶ Ἀθανάσιος δὲ ὁ πανοίδιμος ἐν τῷ περὶ τῆς σωτηριώδους ἐπιφανείας λόγῳ ὧδέ πη λέγει· ὁ προϋπάρχων θεὸς πρὸ τῆς ἐνσάρκου ἐπιδημίας, οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ θεὸς ἦν πρὸς τὸν θεὸν ἀόρατος καὶ ἀπαθὴς ὤν. ὅτε δὲ γέγονεν ἄνθρωπος τὸ χριστὸς ὄνομα διὰ τῆς σαρκὸς προσάγεται, ἐπειδὴ ἀκολουθεῖ τῷ ὀνόματι τὸ πάθος καὶ ὁ θάνατος. εἰ δὲ καὶ ἡ θεία φησὶ γραφή· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως. ἰστέον ὡς πολλάκις κέχρηται ἡ θεία γραφὴ τῷ παρῳχηκότι χρόνῳ ἀντὶ τοῦ μέλλοντος. ὡς τὸ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· οὔπω γὰρ ὤφθη οὐδὲ συνανεστράφη θεὸς ἀνθρώποις, ὅτε ταῦτα ἐλέγετο καὶ τὸ, ἐπὶ τὸν ποταμὸν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν. οὐδέπω γὰρ ταῦτα ἐγεγόνει.

tis. Nos autem filium & uerbũ Dei & genitum & uocatum Christum dicimus: ex quo in sanctæ uirginis utero conceptus est, & caro incommutabiliter factus est, & unita est caro diuinitati: unctio enim ipsa, ad humanitatẽ attinet, ut diuiniloquus ait Gregorius; & sacerrimus Alexãdrinorum Cyrillus ad regẽ Theodosium scribens. hæc autẽ dicit: Oportere enim dico, neq; uerbũ quod ex Deo absq; humanitate, neq; ex muliere natum hominẽ & templũ non unitum uerbo, Iesum Christũ nominare. Nam humanitati secũdum dispensatiuam unionem ineffabiliter cõiũctum quod ex Deo est uerbum, intelligitur Christus. Et ad reginas sic. Quidam dicũt quòd nomẽ Christus couenit soli & propriè secundũ seipsum intellecto, & existẽti ex Deo patre genito uerbo. At nos nõ sic docemus, aut sapere, aut dicere: nã quãdo uerbũ caro factũ est, tũc & ipsum nominatũ esse dicimus Christum Iesum: quia profectò unctus est oleo lætitię, id est, spiritu sancto à Deo patre: & hac q̃q; causa Christus nominatur. Quòd autẽ unctio circa humanitatem sit: nequaq̃ dubitauerit quispiã eorũ, qui recta sapere sunt consueti. Et celebratissimus Athanasius in sermone salutaris Epiphaniæ hoc pacto dicit: Pręexistẽs Deus ante aduẽtũ in carnẽ, non erat homo, sed Deus erat apud Deũ patrẽ inuisibilis & impassibilis existẽs. Quando uerò factus est homo, nomẽ Christus inductũ est, et quia sequitur nomẽ passio & mors. Siquidẽ diuina scriptura affirmat, propter hoc unxit te Deus Deus tuus oleo lætitię: sciendũ diuina scriptura sæpenumero utitur pręterito tẽpore ꝓ futuro: ut Post hæc in terra uisus est, & cũ hominib. cõuersatus est: nondũ enim uisus fuerat, neq; cum hominibus cõuersatus, quãdo hæc dicebantur. & Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion, nondũ hęc facta cõtigerant.

COMMENTARIVS.

QVęadmodũ in 12. cap. 2. lib. iã dictũ est, Origines Platonicorũ (ut nõnulli cęsent) dogmatib. nimiũ tribuẽs, cũ qb. idẽ sensisse uidetur in hoc pręexistẽtię animarũ articulo, posuit animas humanas lõge tẽporis interuallo anteq̃ corporib. unirẽtur, in cœlo creatas fuisse, & ibidẽ aut bona opera, aut praua ꝑpetrasse: ob peccatorũ uerò tũc cõmissorũ punitionẽ, deinde in hũc mũdum detrusas, et corporib. tãq̃ carceri colligatas, in q̃ ueterũ malorũ pœnas luerẽt. Quẽadmodũ annotat beatus Hieron. in epist. Periarchõ Origenianę reprehẽsoria, errorũq; illius declaratiua: et Epiphanius in epist. ad Ioãnẽ Hierosolymitanũ, à Hieron. in latinũ traducta. Verũ hic error impius syncerĩtati catholicę fidei repugnat, & aduersatur: quę animas nostras tũ primũ creari à Deo tradit, cũ suo corpori debitis orgãis disposito quæq; earũ infũditur, & eodẽ ꝓrsus momẽto corporib. humanis infũdi, cũ creãtur; secũdũ illã Psal. 32. sentẽtiã, qui fin-

qui finxit sigillatim corda eorũ. Porrò beatus Hieron. in sermone de assumptione sacrosan-
ctæ uirginis Mariæ cõscripto ad Paulũ, & Eustochiũ, Dominũ nostrũ in sacris literis etiã Chri
stum appellatum ante ineffabilem cũ carne unionẽ astruit, ut primæ epistolæ ad Corinthios
cap. 10. Neq; tentemus Christũ, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.
Et in epistola Iudæ: Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundò eos qui non crediderũt
perdidit. Hic enim dicit Iesum duce Mose saluasse populũ de Aegypto: illic uerò, filios Israel
tentasse Christũ in deserto, quorũ utrumque longo ante Dominicam incarnationem tem-
pore factũ esse constat. Insuper Ecclesiasticus dicit in laudem Dauid regis: Christus purgauit
peccata ipsius, & exaltauit in æternũ cornu eius. Mãifestũ est aũt, peccata Dauid, adulteriũ, ho
micidiũ & numerationẽ populi, diutius ante assumptionẽ carnis à Deo esse purgata. Rursum
apostolus ad Ephesios 1. cap. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi qui benedi
xit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo: sicut elegit nos in ipso, ante
mũdi cõstitutionẽ, ut essemus sancti & ĩmaculati in cõspectu eius in charitate. Vbi dicit Pau
lus, nos à Deo patre electos esse ante mũdi cõstitutionẽ in Christo. Cui & illud astipulatur di
ctum Pauli ad hebræos cap. 13. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Verũ idipsum nõ
ea astruit ratione Hieronymus, qua illi, qui in huius capitis exordio improbãtur: quia scilicet
sacratissima Christi anima fuerit unita diuinitati, antequã coniungeretur eius corpori: quan
doquidem id falsissimum est, cum non fuerit eius anima ante corpus, sed ꝓpter has duas po
tissimũ rationes. Primò qdẽ ad designandã unitatẽ, & idẽtitatẽ hypostaseos uerbi Dei ante
assumptionẽ carnis, & post illius unionẽ: qđ´q; nõ alius Deus, & alius homo: sed idẽ prorsus
qui prius solũ Deus nũc Deus sit, & homo, secũdũ id Domini nostri uerbũ, Ioãnis 8. cap: An
tequã Abrahã fieret, ego sũ. Itaq; ut hæc hypostaseos unitas uerius & expressius designetur,
scriptura idẽ Christi nomẽ filio Dei, & ante & post unionẽ cũ carne tribuit. Neq; illud quidẽ
à ueritate abhorret, sed cõsequio quodã ex mãifestis ꝓpositionib. colligitur, Christũ scilicet
esse æternũ, & fuisse ante secula. Nã filius Dei, æternus est, & fuit ante secula. Christus autẽ fili
us est Dei. Est igitur ipse Christus æternus, & fuit ante secula, quatenus scilicet Deus est, & se
cũdũ diuinitatẽ, queãdmodũ secũdũ eandẽ rationẽ rectè tribuimus, qđ´ Christus manet in æ
ternũ. Secũdò illud ipsum in sacris literis obseruatum dicit Hieronymus in loco supradicto:
Ad insinuandũ quod licet ante aduentũ Christi in carnẽ, nõ fuerit exhibita re ipsa unctio hu
manitatis assumptæ à diuinitate, à qua sumptũ est, & inditũ Christi nomẽ: fuit tamen à Deo
prædefinita, prædeterminata atq; præordinata, & nõ minori certitudine futura, atq; si cõple
ta fuisset. Itaque ad comendandũ mysteriũ huiusce unionis, futuræ quidẽ secundũ exhibitio
nẽ, sed à Deo præuisæ ab æterno sacræ literæ, ipsum nũcupauerũt Christũ ante assumptionẽ
carnis. Sicut & ꝓphetarũ oracula futurũ quippiã denũciantia, sub præteriti tẽporis ratione
sæpenumero cõtexta sunt, ad denotandã rei futuræ, perinde atq; præterita foret, certitudinẽ.
Nõ igitur hæc Hieronymi dicta reclamãt, aut refragãtur huic loco: sed uel maximè cõsentiũt.
Et ingenuè fatendũ est secundũ Cyrilli in litera adductã sententiã, neq; solũ uerbũ sine carne,
neq; solã carnẽ sine uerbo, Christũ appellari debere: sed Dei uerbũ carni unitũ, eo nomine ho
norandũ, quod (ut in præcedẽte libro dictũ est) duarũ naturarũ diuinitatis, & humanitatis, in
una uerbi persona unitarũ, est designatiuum, neque sola deitate id nomen definiendum est,
cum nõ hanc solã in sua ratione claudat, neque sola humanitate, sed utraq; simul unitis. Pe
rò in ipsis Cyrilli uerbis templũ uerbi uocatur sacratissima Christi caro, purissimũ diuinita
tis tabernaculũ, atq; receptaculũ, in quo, secundũ Apostolũ, habitat omnis plenitudo diuini
tatis corporaliter. Nã & Dominus noster suũ sacratissimum corpus templum uocauit, cum
ait Iudæis, Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. quod quidẽ uerbum cum
aduersarij perperam intelligerẽt, Euãgelista perhibet Christũ dixisse de templo corporis sui.
Ea autem caro sola intellecta, & ut non unita deitati, non dicitur Christus, quia ei deesset un-
gens diuinitas. Sicut & uerbũ Dei solũ, & per seipsum consideratũ, sicut fuit ante incarnatio
nem, etiam Christi nomen sortiri nõ debet: quia nõ adesset uncta humanitas. Sed ex utraque
natura unita hypostasis diuina, hoc nũcupanda est nomine. perinde atque sensibili oleo quis
unctus dicitur, cũ eo delibutus est per corpus ipsum diffuso. antequã uerò illo perfũdatur, &
si uerè existat secundũ substantiã, ita dici non debet. Neque cuiquam id ambiguum esse de-
bet, in Domino nostro Iesu Christo humanitatem unctam esse, non diuinitatẽ. A´ quo enim
ungeretur diuinitas? an à seipsa? Atqui nihil seipsum ungit, sicut nec ꝓducit. Neq; aliud quip
piam reperias, quod illam ungere possit, quid enim in creaturis ponetur, deitati unctionem
cõferre? Qđ´ si quis Christi diuinitatem cõtendat pertinacius unctã esse, ergo & patris & spi-
ritus sancti uncta diuinitas, quo nihil absurdius. Eadem eñ est trium diuinarum hypostase-
on deitas, eadem´que diuinitas. Non igitur circa Domini nostri diuinitatẽ, sed humanitatẽ so
lum, facta est unctio. Cæterũ quòd Christi nomen sequatur passio, & mors, quemadmodum
in litera attestatur sacer Athanasius, hinc liquet, quoniã dignissimũ illud tamen inductum
est, & Domino nostro attributũ, ob naturam humanã ab eo assumptam, & diuinitatis unctio
ne perfusam. Passio itidem & mors eidẽ ratione carnis, & mortalis, & passibilis inflicta sunt,
cum

cum deitas in ipſo fuerit immortalis,& impaſſibilis. Conſtat itaq; paſſionem,& mortem Domini,ſequi nomen Chriſti: cũ propter idem utpote naturam humanam, & Chriſtus appellatus ſit,& paſſus,& mortuus.& prius ob unionem carnis cum uerbo, dictus ſit Chriſtus: deinde uero paſſionem & mortem ſuſtinuerit: quo fit, ut paſſio & mors ſecundum temporis ordinem ſequantur prædictum nomen. Demũ & id annotandũ cenſet autor, Chriſti nomen Pſalmo 44. Dei uerbo eſſe attributum, cum dicitur ibidem: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortib. tuis. Quinimo in pleriſq; alijs Pſalmorũ locis, Dominũ noſtrum Chriſtum appellatum eſſe, perſpicuum eſt, longo quidẽ temporis interſtitio anteq̃ fieret admirabilis uerbi Dei cum carne unio: ut Pſalmo ſecundo: Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius. Et Pſalmo 88. Tu uero repuliſti & deſpexiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum. Rurſum Pſalmo 131. Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui. Eodem quoq; loco: Illuc ꝑducã cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Sed in omnibus his & alijs ſcripturæ locis futura humanitatis à deitate unctio, quaſi facta & præterita deſignatur, ob infallibilem uenturæ rei certitudinem. Quemadmodum frequentiſſimum hunc morem ſacræ obſeruant literæ, quod lõgo poſt tẽpore futura tanq̃ completa & tranſacta explicant: quo deſignent, ea non minus certum habitura euentum, q̃ ſi iam exacta completaq; forent. Idem quoq; & rerum geſtarũ ſcriptores nõnunquam factitant, cum ducem ad futurum bellũ (cuius tamẽ incertus eſt exitus) militũ animos excitantem deſcribunt, & hiſce uerbis utentem: Si acri animo, & ſtrenui fueritis milites, iam uicimus: ubi præteriti temporis pro futuro fit commutatio, ad ingenerandam animis militum tantam uictoriæ futuræ fiduciam, & ſpem atq; ſi in manibus haberetur, & corã adeſſet

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΡΕΡΩΤΩΝΤΑΣ ΕἸ δύο φύσεις ἐγέννησεν ἡ ἁγία θεοτόκος, καὶ εἰ δύο φύσεις ἐπὶ σταυροῦ ἐκρέμαντο. κεφ. ζ.

Φύσεως μέν ἐστι, τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν διὰ τοῦ ἑνὸς ν γραφόμενον. ὅπερ δηλοῖ τὸ ἄκτιστον καὶ κτιστόν. τὸ δὲ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν οὐ φύσεως ἀλλ' ὑποστάσεως. ἤγουν τὸ γεννηθῆναι καὶ μὴ γεννηθῆναι. ὅπερ διὰ τῶν δύο νν ἐκφέρεται. ἔστι μὲν οὖν ἡ μὲν θεία φύσις ἀγένητος, ἤτοι ἄκτιστος. πάντα δὲ τὰ μετὰ τὴν θείαν φύσιν, γενητά, ἤγουν κτιστά. θεωρεῖται τοίνυν ἐν μὲν τῇ θείᾳ καὶ ἀκτίστῳ φύσει, τὸ μὲν ἀγέννητον ἐν τῷ πατρί. οὐ γὰρ ἐγεννήθη. τὸ δὲ γεννητὸν ἐν τῷ υἱῷ. ἐκ πατρὸς γὰρ ἀϊδίως γεγέννηται· τὸ δὲ ἐκπορευτὸν ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ἑκάστου δὲ εἴδους ζώων, τὰ μὲν πρῶτα, ἀγέννητα, ἀλλ' οὐκ ἀγένητα, γεγόνασι γὰρ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, οὐκ ἐγεννήθησαν δὲ ἐξ ὁμοίων. γένεσις μὲν γὰρ κτίσις ἐστί, γέννησις δὲ ἐπὶ μὲν θεοῦ ἐκ μόνου πατρός, ὁμοουσίου υἱοῦ πρόοδος. ἐπὶ δὲ τῶν σωμάτων, ἡ ἐκ συναφείας ἄρρενός τε καὶ θηλείας, ὁμοουσίου ὑποστάσεως πρόοδος. ὅθεν γινώσκομεν, ὡς οὐκ ἔστι φύσεως τὸ γεννᾶσθαι, ἀλλ' ὑποστάσεως, εἰ γὰρ φύσεως ἦν, οὐκ ἂν ἐν τῇ αὐτῇ φύσει τὸ γεννητὸν ἐθεωρεῖτο καὶ τὸ ἀγέννητον. ὑπόστασιν τοίνυν ἐγέννησεν ἡ ἁγία θεοτόκος, ἐν δυσὶ γνωριζομένην ταῖς φύσεσι, θεότητι μὲν ἐκ πατρὸς γεννηθεῖσαν ἀχρόνως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν χρόνων ἐξ αὐτῆς σαρκωθεῖσαν, καὶ σαρκὶ τικτομένην. εἰ δὲ οἱ ἐρωτῶντες, αἰνίττοιντο,

AD INTERROGANTES SI DVAS *naturas concepit ſancta deipara, an duæ naturæ in cruce pependerint.*

Cap. VII.

NAturæ autem eſt ingenitum, & genitum, eo in ſignificatu, quo increatum & creatum oſtendũt. Sed in alio ſignificato ingenitum, & genitum, non naturæ ſed hypoſtaſeos ſunt, id eſt, genitum & non genitum eſſe. Eſt igitur diuina natura, ingenita, id eſt, increata: omnia uero præter diuinam naturam genita, id eſt, creata. Conſideratur igitur in diuina & increata natura, alio in ſignificatu ingenitum in patre: non enim genitus eſt, & genitum in filio: nam ex patre, ſempiterne genitus eſt, procedens autem in ſpiritu ſancto. Vniuſcuiuſque autem ſpeciei animalium prima, ingenita: nam facta prodierunt à mundi opifice, non autem generatione ex ſimilibus propagata. Nam geneſis creatio eſt: generatio autem in Deo, ex ſolo patre conſubſtantialis filij profectio eſt: in creaturis uero, ex concurſu maris, & fœmine, ſimilis ſubſtantiæ indiuidui procreatio. Vnde cognoſcimus, non eſſe naturæ, genitum eſſe, ſed hypoſtaſeos: ſi enim naturæ eſſet, nequaquam in ipſa natura genitum contemplaretur, & ingenitum. Hypoſtaſin igitur genuit ſancta deipara in duabus agnitam naturis, diuinitate quidem ex patre intemporaliter genitam: in ultimis autem temporibus in tempore ex ipſa genitam, & carne partu editam. Si autem qui interrogant, obſcure dicent,

ὅτι ὁ γεννηθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου, δύο φύσεις ἐστὶ, φαμὲν· ναὶ δύο φύσεις ἐστί. θεὸς γάρ ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος. ὁμοίως καὶ περὶ τῆς σταυρώσεως, ἀναστάσεώς τε, καὶ ἀναλήψεως. οὐ φύσεως γὰρ ταῦτα ἐστὶν, ἀλλ' ὑποστάσεως. ἔπαθεν οὖν ὁ χριστὸς ἐν δυσὶ φύσεσιν ὤν, τῇ παθητῇ φύσει, ἐσταυρώθη γε. σαρκὶ γὰρ ἐπὶ σταυροῦ ἐκρέματο, καὶ οὐ θεότητι. ἐπεὶ εἰ εἴπωσιν ἡμῖν ἐρωτῶσι, δύο φύσεις ἀπέθανον; οὐχὶ ἐροῦμεν. οὐκ οὖν οὐδὲ δύο φύσεις ἐσταυρώθησαν. ἀλλ' ἐγεννήθη ὁ χριστὸς, ἤτοι ὁ θεὸς λόγος, ἐνανθρωπήσας, ἐγεννήθη σαρκὶ, ἐσταυρώθη σαρκὶ, ἔπαθε σαρκὶ, ἀπέθανε σαρκὶ, ἀπαθοῦς μενούσης αὐτοῦ τῆς θεότητος.

quòd qui ex sancta Dei parẽte genitus duæ naturæ est, fatemur: certè duæ naturę est: Deus enim ipse & homo. Similiter aũt & de crucifixione, resurrectione, & assumptione, nõ naturę hęc sunt, sed hypostaseos. Passus igitur est Christus in duab. naturis existẽs, passibili natura. Crucifixus est eñ carne, & carne in cruce pendebat, & non diuinitate. Quia dicãt nobis, cũ interrogabimus an duæ naturæ mortuę sunt? nõ dicẽt. igitur neq; duę naturę crucifixę sunt. Sed genitus est Christus, id est, Deus uerbũ homo factus est, genitus est carne, crucifixus ẽ carne, passus ẽ carne, mortuus est carne, impassibili manẽte eius diuinitate.

COMMENTARIVS.

Sicut ex nono capite primi libri (cui hoc caput ab eorũ quæ pertractãtur affinitatẽ respondet) perspicuũ iã euasit, ingenitũ & genitũ homonyma sunt, & duplicẽ habent acceptionem. Primò ingenitum dicitur qđ increatum est, & genitum quod creatum: & tunc naturæ sunt propria atq; discretiua. Nam sola diuina natura hoc modo ingenita est, & omnis natura creata genita. Secundò ingenitũ dicitur indiuiduũ, & unũ numero, qđ ex alterius substãtia eiusdẽ cum eo naturæ nõ est productum. Et genitum è diuerso, qđ ex alterius secundum naturam consimilis substantia suam habet originem. Et secundum hanc significationem illa duo non sunt naturæ propria, aut discretiua: sed hypostaseon duntaxat, atq; indiuiduorum diremptionem designant. Nam duorum eiusdem naturæ & speciei singularium, unum ingenitum est, & alterum genitum: ut pater ingenitus, filius aũt ei consubstãtialis est genitus. & prima animalium indiuidua in exordio productionis rerũ fuerũt ingenita, cũ non fuerint ex aliorum substantia suum sumpserunt exordium. Vnde qđ hic litera dicit, Nam genesis creatio est, ita intelligendũ est. Genesis, id est, pductio primorũ indiuiduorum uniuscuiusq; speciei animaliũ (de illis enim ibi habetur sermo) est creatio, quia est ex nihilo à non esse ad esse deductio: quare huiusmodi prima animaliũ indiuidua, ingenita sunt, quia ex simili secundum substantiam singulari, minimè prodierunt. Porrò quòd genitũ in secundo significatu non sit naturæ proprietatem designans, sed hypostaseos, consequenter autor hac ratione conuincit. Nam si genitum esse, id est, ex altero indiuiduo consimilis substantiæ, pductũ, naturæ esset discretiuũ, non inueniretur in eadem natura, unum quidem suppositum hoc modo genitum, alterum uerò ingenitum, quia omnibus eiusdẽ naturæ conueniret hac ratione genitum. At qui in una eademq; natura comperimus, unum indiuiduum genitum, & alterum ingenitum, ut in diuina, patrem ingenitũ, & filiũ genitum. Et in natura animalium, indiuiduum, quod primò productũ deprehẽdimus esse ingenitũ, ut primũ hominem, equũ, leonem. Alia uero eiusdem speciei indiuidua, deinde producta, perspicimus esse genita. Non igitur genitum in eo secundo significatu naturam dirimit, & seiugat, sed tantum hypostasin, personalemq; designat proprietatem. Deinceps autor ad diluendam inquisitionem in titulo capitis ppositi progrediens, qua à nõnullis interrogabatur, an sacrosancta uirgo duas cõcepit naturas, & an duæ naturæ in cruce pependerũt: ostendit inficiatoriã responsionem, & negatiuã potius illi quæstioni adhibendã, qđ admodum impropria sit, & inepta. Nempe huiusmodi interrogatio id naturis in Christo attribuit, & accõmodat, quod est hypostaseos, scilicet nasci & in cruce pendere. Siquidẽ actiones & passiones suppositorũ sunt, & indiuiduis asciscì debent, non naturæ: quare concipi, nasci, crucifigi, pati, mori, resurgere, ascendere, & cætera id genus, non sunt diuinæ naturæ quoquo pacto ascribenda, sed ipsi hypostasi atq; personæ, cũ adiectione ablatiui denotantis naturã humanã, secundũ q; hæc ipsi hypostasi competunt. Quocirca non est admittendũ, deiparã Mariã duas concepisse, aut genuisse naturas. Non enim diuinam naturam aut concepit (si rectè loqui contendamus) aut genuit, sed tribuendũ est eã Christum in duabus existentẽ naturis, carne cõcepisse, & genuisse. Neq; itidẽ recipiendũ est, duas naturas Christi in cruce pependisse, cũ diuina in Christo natura nequaquam in cruce pependerit, crucifixaq; fuerit: sed concedendum est, Christum duas naturas complexum carne siue secundum carnem in cruce pependisse, & esse crucifixum, ut ablatiuus ille adiectus designet hæc in Christo secundum humanitatem gesta esse, diuinitatemq; eius, horum omnium fuisse immunem atq; exortem.

Quoniam

ΠΩΣ ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΣ ΛΕΓΕ-
ται ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, κη.

Πρωτότοκός ἐστιν ὁ πρῶτος γεννηθεὶς, εἴτε μονογενὴς, εἴτε καὶ πρὸ ἄλλων ἀδελφῶν. εἰ μὲν οὖν ἐλέγετο ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ πρωτότοκος, μονογενὴς δὲ οὐκ ἐλέγετο, ὑπενοήσαμεν ἂν κτισμάτων αὐτὸν εἶναι πρωτότοκον, ὡς κτίσμα τῶν ἄρχοντα. ἐπειδὴ δὲ καὶ πρωτότοκος, καὶ μονογενὴς λέγεται, δεῖ δὲ καὶ ἀμφότερα τηρῆσαι ἐπ' αὐτοῦ. πρωτότοκον αὐτὸν φαμὲν πάσης κτίσεως, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ κτίσις ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς μόνος ἀχρόνως γεγεννημένος, εἰκότως υἱὸς μονογενὴς πρωτότοκος καὶ οὐ πρωτόκτιστος λεχθήσεται. ἡ γὰρ κτίσις οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ θελήματι αὐτοῦ, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη. πρωτότοκος δὲ, ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. μονογενὴς γὰρ ὢν καὶ ἐκ μητρὸς (ἐπειδήπερ μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς, παραπλησίως ἡμῖν, καὶ ἄνθρωπος γέγονε, γεγόναμεν δὲ καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ υἱοὶ θεοῦ, υἱοθετηθέντες διὰ τοῦ βαπτίσματος) αὐτὸς ὁ φύσει υἱὸς τοῦ θεοῦ, πρωτότοκος ἐν ἡμῖν τοῖς θέσει καὶ χάριτι υἱοῖς θεοῦ γενομένοις, καὶ ἀδελφοῖς αὐτοῦ χρηματίσασι, γέγονεν. ὅθεν καὶ ἔλεγεν, ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν. οὐκ εἶπε πατέρα ἡμῶν, ἀλλὰ πατέρα μου φύσει δηλονότι, καὶ πατέρα ὑμῶν χάριτι. καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν. καὶ οὐκ εἶπε θεὸν ἡμῶν, ἀλλὰ θεόν μου, ἂν διέλῃς λεπταῖς ἐπινοίαις, τὸ ὁρώμενον ἐκ τοῦ νοουμένου, καὶ θεὸν ὑμῶν, ὡς δημιουργὸν καὶ κύριον.

QVOMODO PRIMOGENITVS, DIcitur unigenitus filius Dei.
Cap. VIII.

Primogenitus est, qui primus genitus est siue unigenitus, siue ante alios fratres. Si igitur diceret̃ filius Dei primogenitus, & non etiã diceret̃ unigenitus, suspicari possemus creaturarũ ipsum esse primogenitũ, tanq̃ ipse esset creatura. Quia uerò & primogenitus, & unigenitus dicit̃, oportet ambo in ipso saluare. Primogenitum dicimus ipsum omnis creaturæ, quia ipse ex Deo, & creaturæ ex Deo: sed ipse ex substantia Dei & patris, solus intẽporaliter genitus: & idcirco non ab re unigenitus. Primogenitus & nõ primi creatus: nã creatura non est ex substantia patris, sed uoluntate eius ex nihilo ad esse deducta. Primogenitus autẽ in multis fratrib. nã & unigenitus ex matre existit. Posteaquã participauit sanguine & carne, sicuti & nos, & homo factus est, facti sumus etiã & nos per ipsum filij Dei, adoptati per baptismũ. Ipse uerò natura filius Dei, primogenitus in nobis, adoptione & gratia filijs Dei factis, & fratrib. eius existentib. factus est. Vnde dicebat, Ascẽdo ad patrem meũ, & patrẽ uestrũ: & Deũ meũ & Deũ uestrum. Nõ dixit patrem nostrum, sed patrẽ meũ, natura uidelicet: & patrem uestrũ, gratia. Et Deum meum, & Deum uestrũ: nõ aũt dixit Deum nostrum, sed Deum meũ: diuiso subtilibus cogitationibus eo quod uidetur, ab eo quod intelligitur: & Deum uestrum, ut artificem & dominum.

COMMENTARIVS.

Propria & frequentius usitata primogeniti ratio ea est, q̃ autor in principio capitis explicat, secũdũ q̃ ille ante quẽ nõ est alius genitus, dicitur primus esse genitus, atq; primogenitus: siue post ipsum alij geniti sint, ut post Ruben alij filij Iacob: siue nullus post illũ genit9, ut post Dominũ nostrũ nullus ex sacratissima uirgine Maria nat9 ẽ: quare ipse secũdũ carnẽ & primogenit9 est, & unigenitus: sicut etiã in diuinitate patris est primogenitus, & unigenitus: est enim omnis unigenitus etiã primogenitus, non aũt ẽ diuerso. Et hãc in sacris literis esse frequẽtissimã primogeniti rationem atq; acceptionẽ, ꝓbat apertissimè inter cæteros beatus Hieronym. in lib. cõtra Heluidiũ de perpetua uirginitate sacrosanctæ uirginis Mariæ. Qui ueritatis inimicus ex eo Lucæ Euãgelist. dicto qđ Maria peperit filiũ suũ primogenitũ astruere conatus est, ipsã post natiuitatẽ Christi alios ex Ioseph filios cõnubiali lege peperisse, q̃rũ collatiõe, Dominus noster primogẽitus diceretur: existimãs eũ solũ primogenitũ dici debere, post quẽ alij sunt geniti: quæ q̃dẽ secũda primogeniti significatio, lõgè cõtractior est, & strictior q̃; altera, paulo antè posita. Quisquis eñ hoc secũdo modo primogenitus est, etiam secundũ primã significationẽ est primogenitus, & nõ ẽ diuerso: cũ unigenitus quispiã sit primo modo primogenitus, & nõ secũdo. Nã prima acceptio primogeniti cõplectitur tã unigenitũ, q̃ eũ qui primus est, & nõ unicus. Verũ hanc Heluidij ratiũculã dissoluit Hieronymus, negans in prædicto Euãgelistæ dicto plerisq; alijs scripturæ locis, eã esse primogeniti acceptionem q̃ prætẽdit aduersarius: neq; ibi primogenitũ dici post quẽ alij ex ijsdẽ parẽtib. sunt geniti, ut uoluit Heluidius, sed ante quẽ nullus alius genitus est. Cũ eñ Exodi 13. cap præceperit

(inquit) Deus sanctificandũ esse, & offerẽdũ sibi omne primogenitũ, si is ex usu scripturæ dũtaxat primogenitus dicatur, qui ante alios fratres suos genitus est: ergo cũ natus fuisset cuiq; ex filijs Israel puer primo loco & ordine, nõ esset ille tũc offerendus Deo, sed expectandũ tẽpus quoad illi aut fratres nati essent, aut sorores, cũ tunc primũ constaret illũ esse primogenitũ, quando post ipsum geniti sunt & alij. Id aũt manifestè falsum est, quare colligendũ est, primogenitũ nõ ita accipi debere in usu scripturæ sicut accipit Heluidius, sed primo modo. Cæterũ cũ primo ad Colossenses capite Apostolus dicit de Domino nostro Iesu Christo, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: nõ ibi partitio putetur notari, aut cõnumeratio fieri filij Dei cũ creaturis, tanq; ipse inter creaturas esset primogenitus, & creaturarũ numero ascribẽdus. Hæc eñ Apostoli uerba de diuinitate ipsius Christi intelligẽda sunt, super omnẽ creaturã improportionaliter eminente. Sed potius antecessio generationis eius æternæ à patre ante creaturarũ ꝓductionẽ designatur, ut primogenitus omnis creaturæ dicatur, qđ ante omnẽ creaturã ex patris substãtia Dei filius genitus est, secundũ diuinitatẽ, & anteq; creatura aliqua subsisteret: secũdũ Illud Psal. 109. Ex utero ante luciferũ genui te. Id quidẽ æterna patris sapiẽtia de seipsa attestatur octauo Prouer. ca. cũ inquit: Dominus possedit me in initio uiarũ suarũ, anteq; quicq; faceret à principio: ab æterno ordinata sum, & ex antiquis anteq̃ terra fieret. Nondũ erãt abyssi, & ego iã concepta erã, ante omnes colles ego parturiebar. Insuper Ecclesiastici 24. cap. ipsa diuina sapiẽtia suã explicãs originẽ dicit: Ego ex ore altissimi ꝓdiui, primogenita ante omnẽ creaturã. Insuper quoniã octauo ad Romanos cap. dicitur ab Apostolo Dominus noster primogenitus in multis fratrib. annotatu nõ erit indignũ, quòd per id qđ primũ est in aliquo genere, posteriora reducũtur ad alicuius operis perfectionẽ. Vt per lucẽ primò uisibilẽ, diffusionẽq; luminis ab ea emanãtis, colores redduntur conspicui, oculisq; nostris peruij. Et per principia prima disciplinarũ, suæ cõgnitionis claritatẽ non aliunde suscipiẽtia, ꝓpositiones ipsæ & theoremata suæ ueritatis spendorẽ accipiũt. Haud secus per Dominũ nostrũ cui suprema & dignissima cõuenit filialitatis ratio, & ex q̃ omnis filialitas in cœlo, & in terra nominatur, ut qui sum̃i patris filius sit naturalis, & ex patris substantia genitus, nobis omnib. (quib. humanæ naturæ participatione factus est frater, neq; cõfunditur teste Apostolo ad Hebræos 2. ca. nos fratres uocare, cũ dicit: Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Et Ioannis uicesimo cap. Vade ad fratres meos, & dices: Ascendo ad patrẽ meũ, & patrẽ uestrũ: Deũ meũ, & Deũ uestrũ) data est filialis adoptio, quæ posterior est filiatiõis ratio. Et per ipsum, adoptionẽ filiorũ recipimus, quãdo per baptismũ in ipso renati sumus & regenerati. Itaq; rectè in multis fratrib. primogenitus dicitur, quia inter eos qui sunt adoptiui, ipse primatũ habet, & dignitatis principatũ, qđ filius sit Dei naturalis, & cõsubstãtialis. Vnde in uerbis illis Domini, Mariæ Magdalenæ post resurrectionẽ ab eo dictis, Ascendo ad patrẽ meũ, & patrẽ uestrũ, Deũ meũ, & Deũ uestrũ: Christus duplicẽ naturã suam innuit. Diuinã quidem, cũ dicit Patrem meũ, natura scilicet, & cuius natura filius est: qđ utiq; nõ nisi secundũ diuinã natiuitatẽ, qua ante secula ex patre natus est, accipi potest. At uerò qui ꝓprius filij est pater natura, etiã pater noster est, sed gratia: & creationis, quia ipse fecit nos, & nõ ipsi nos: & adoptionis, quia dedit nobis potestatẽ filios Dei fieri, atq; ut adoptionẽ filiorum reciperemus. Humanã uerò naturã suam insinuauit ijsdem uerbis Christus, cum Deũ patrem, Deum suum appellat: non quidem secundũ diuinitatis Christi rationem, quoniã si illã attendas, Deus pater non rectè Deus Christi diceretur: siquidẽ ipse cũ filio suo unus est Deus: sed secundũ humanã naturã, Deũ patrẽ, Christus suũ uocat Deũ: quoniã ut homo, formatus est ab eo, factus, & ꝓductus. Et consimili quoq; ratione Deus pater, noster Deus dicitur, quoniã ab eo factus, & productus. Et consimili quoq; ratione Deus pater, noster Deus dicitur, quoniã ab eo creati sumus, atq; ad esse perducti. Attestatur idem Cyrillus lib. Cõmentariorũ in Ioannẽ, illũ euangelij locũ sic exponens: Nõ cõturberis cũ Christus patrẽ Deũ nominat suũ: sed diligenter cõsidera, patrẽ quidẽ suũ esse natura: Deum aũt nostrum ut creatorẽ, & Dominũ. Sed qđ sibi natura inest, nobis largitur, ut quemadmodũ diximus, communiter patrẽ appellemus: & qđ nostrũ est, quoniã naturã nostrã assumpsit, sibi rursus accommodat, cũ Deum nominat suum. Et paulo post subiungit: Itaq; cum Christus, Deus simul & homo sit, propter alterum sublimis, propter alterum humilis natura est. Nõ conturberis igitur cum dicentem audias, Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: Deum meum, & Deum uestrum. Nam ut natura filius patrẽ, ut aũt uerè homo, Deũ suum appellat. Hæc Cyrillus.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΡΩΤΩΝΤΑΣ, ΗΥΠΟ τὸ συνεχὲς ποσὸν ἀνάγονται, ἢ ὑπὸ τὸ διωρισμένον, αἱ δύο φύσεις. π ι.

Αἱ τῶν κυρίου φύσεις, οὔτε ἓν σῶμά εἰσιν, οὔτε ἐπιφάνεια μία, οὔτε γραμμή, οὐ τόπος, οὐ χρόνος, ἵνα ὑπὸ τὸ συνεχὲς ποσὸν ἀναχθῶσι. ταῦτα γάρ ἐστι, τὰ συνεχῶς ἀριθμούμενα. ἥνωνται δὲ αἱ τοῦ κυρίου φύσεις,

AD INTERROGANTES, AN AD *quantitatem continuam reducuntur duæ naturæ, an ad discretam. Cap. IX.*

Domini naturæ neq; unũ corpus sunt, neq; superficies, neq; linea, neq; locus, neq; tempus, quo possint in quantitatẽ continuã reuocatũ iri. Hæc eñ sunt, quæ quãtitati cõtinuæ adnumeramus. Vniunt aũt Domini naturæ incon-

ἀσυγχύτως καθ' ὑπόστασιν, καὶ διῄρηνται ἀδιαιρέτως, λόγῳ καὶ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς, καὶ ᾧ μὲν τρόπῳ ἥνωνται, οὐκ ἀριθμοῦνται. οὐ γὰρ λέγομεν δύο ὑποστάσεις εἶναι τὰς φύσεις τοῦ χριστοῦ. ἢ δύο κατὰ τὴν ὑπόστασιν. ᾧ δὲ τρόπῳ ἀδιαιρέτως διῄρηνται, ἀριθμοῦνται. δύο γάρ εἰσι φύσεις, λόγῳ καὶ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς. ἡνωμέναι γὰρ κατ' ὑπόστασιν, καὶ ἐν ἀλλήλαις περιχωροῦσαι, ἀσυγχύτως ἥνωνται, τὴν εἰς ἀλλήλας μεταβολὴν οὐ δεξάμεναι, τὴν οἰκείαν ἑκάστη φυσικὴν διαφορὰν, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν διασώζουσαι. τὸ γὰρ κτιστὸν, διέμεινε κτιστόν. καὶ τὸ ἄκτιστον, ἄκτιστον. τῷ δὲ τρόπῳ τοίνυν τῆς διαφορᾶς καὶ μόνῳ ἀριθμούμεναι ὑπὸ τὸ διωρισμένον ποσὸν ἀναχθήσονται. ἀδύνατον μὲν τὰ κατὰ μηδὲν διαφέροντα ἀριθμεῖσθαι. καθὸ δὲ διαφέρουσιν, κατὰ τοῦτο ἀριθμοῦνται, οἷον ὁ πέτρος καὶ ὁ παῦλος, καθὸ μὲν ἥνωνται, οὐκ ἀριθμοῦνται. τῷ λόγῳ γὰρ τῆς οὐσίας ἑνούμενοι δύο φύσεις οὔτε εἰσίν, οὔτε λέγονται. καθ' ὑπόστασιν δὲ διαφέροντες, δύο ὑποστάσεις λέγονται. ὥστε ἡ διαφορὰ, αἰτία τοῦ ἀριθμοῦ.

inconfuſe, ſecundum hypoſtaſin, & indiuiſibiliter diſcretę ſunt, ratiōe & modo differētię, Et quo modo unitę ſunt, non numerantur: nō eñ dicimus duas hypoſtaſes eſſe Chriſti naturas, aut duo eſſe ſecundum hypoſtaſin. Quo autē modo indiuiſibiliter diſcretę ſunt numerantur: nam duæ ſunt naturæ, ratione & modo differentiæ: unitæ enim ſunt ſecundũ hypoſtaſin, & in ſe inuicē immanētes, inconfuſe coniunctę ſunt, tranſmutationem inuicē non ſuſcipiētes, propriā unaquæq; naturalē differētiam etiam poſt unionē ſeruātes. Nam creatũ manet creatũ: & increatũ, increatũ. Modo igitur differentiæ, & ſolo quidem adnumeratæ, ad quantitatē diſcretā reuocabunt. Nā impoſſibile, ſecundum nihil differentia numerari: ſecundũm autē q̃d differũt, ſecundũ illud & numerant. Vt Petrus & Paulus, ſecundũ quod uniunt, nō numerantur. ratione enim ſubſtātię uniti, duæ naturæ neq; dicuntur. At uerò ſecũdum hypoſtaſin differentes, duę hypoſtaſes, duoq; indiuidua dicuntur. Quare differentia, numeri cauſa eſt.

COMMENTARIVS.

Væ octauo præcedentis libri capite ſunt dicta, reddũt totũ hoc caput illuſtrius & clarius. Siquidē in utroq; eorũ oſtēdit autor Domini naturas, diuinā & humanā, ad quātitatē cōtinuā minimè reduci debere, q̃d diuina natura à mole corporea, & ſucceſſiōe tēporaria lōgè ſit aliena: ſed ad quātitatē diſcretā, q̃d numero diſcernũtur, binariũq; naturarũ cōſtituunt. Nō tamē quouis modo & ratiōe, geminæ illæ naturæ diſcretionē ſuſcipiũt. Nā ut habet litera, q̃modo unitæ ſunt, nō numerātur. Quia eñ duæ Chriſti naturæ in una eadēq; hypoſtaſi ſunt unitæ, citra tamē confuſionē omnē, aut trāſmutationē unius in alterā, nō cōſtituunt numerũ hypoſtaſeon, neq; duas cōponũt hypoſtaſes. Vt aũt diſcretæ ſunt, & indiſtanter, quinimò indiſſolubiliter abinuicē diſtinctæ (ſiquidē una illarũ nō eſt altera) numerātur, & duo dicũtur: attēdēdo differentiā earũ ſecũdũ ꝓpriā cuiuſq; ſubſtantiā, & naturales ꝓprietates: ſunt enim diuina natura & humana, duæ in Chriſto naturæ: quocirca ratione & modo differentiæ, ad diſcretā reuocari quātitatem dicuntur. Perinde atq; in homine corpus & anima quatenus uniũtur in eadē hypoſtaſi, nō numerātur ſecũdũ hypoſtaſin, neq; duo cōſtituũt indiuidua. Attendendo uerò ſub ſubſtātialem earũ partiũ differentiā, & q̃d alia corporis, alia animæ ſit natura atq; ſubſtātia, numerātur inter ſe, & duæ hominis partes dicuntur. Semper eñ differentia (ut in calce capitis dicit litera) numeri eſt cauſa. Quæ nāq; nihil inter ſe ſuſtinēt diſcriminis, numero nō digerũtur, neq; diſcernũtur: ut Petrus unus idēq; homo, nulla numeri ſpecie dinumeratur. Quæ uerò differũt abinuicē, eo ipſo q̃ differunt, numerũ admittunt: ut Petrus & Paulus. Eſt igitur differentia, ipſius numeri cauſa. Non aũt è diuerſo rectè poſuerimus numerũ eſſe cauſam differentiæ. Nempe tametſi nullus rebus differentib. accommodaretur numerus, nihilo ſecius diſſidium inter ſe, diſcrepantiamq; haberent. Quemadmodum dimenſio & rerũ extenſio, menſurationis eſt cauſa: quæ eñ dimenſionis & molis ſunt expertia, nullo menſuræ ſenſibilis genere dimetiri queunt. Non aũt contra, menſuratio cauſa eſt extenſionis rerum, ut quæ nulla eis applicata menſura, nō minus ſecundũ molem protēdātur.

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΙ ΒΑπτίσματος. κ α.

Ὁμολογοῦμεν δὲ, ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. τὸ γὰρ βάπτισμα τὸν τοῦ κυρίου θάνατον δηλοῖ. συνθαπτόμεθα γοῦν τῷ κυρίῳ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος. ὥσπερ οὖν ἅπαξ ἐτελέσθη

DE FIDE ET BAPTISMATE. Cap. V. X.

Onfitemur autem unum baptiſma in remiſsionem peccatorum, & in uitam æternam. Baptiſma ſiquidem, Domini mortē inſinuat: conſepulti enim ſumus Domino per baptiſma, ut inquit diuinus Apoſtolus. Quemadmodum igitur ſemel completa

ὁ τοῦ κυρίου θάνατος, οὕτως καὶ ἅπαξ δεῖ βαπτίζεσθαι. Βαπτίζεσθαι δὲ κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδασκομένους τὴν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμολογίαν. ὅσοι τοίνυν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα βαπτισθέντες, μίαν φύσιν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι διδαχθέντες, αὖθις ἀναβαπτίζονται, οὗτοι ἀνασταυροῦσι τὸν χριστὸν, ὥς φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος. ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, καὶ τὰ ἑξῆς, αὖθις ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν χριστὸν καὶ παραδειγματίζοντας. ὅσοι δὲ μὴ εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα ἐβαπτίσθησαν, τούτους δεῖ ἀναβαπτίζεσθαι. εἰ γὰρ καὶ φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὅτι εἰς χριστὸν καὶ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν, οὐχ οὕτω δεῖν γίνεσθαι (φησὶ) τοῦ βαπτίσματος τὴν ἐπίκλησιν, ἀλλ᾽ ὅτι τύπος τοῦ θανάτου τοῦ χριστοῦ ἐστὶ τὸ βάπτισμα. διὰ γὰρ τῶν τριῶν καταδύσεων, τὰς τρεῖς ἡμέρας τῆς τοῦ κυρίου ταφῆς σημαίνει τὸ βάπτισμα. τὸ οὖν εἰς χριστὸν βαπτισθῆναι δηλοῖ, τὸ πιστεύοντας εἰς αὐτὸν βαπτίζεσθαι. ἀδύνατον δὲ εἰς χριστὸν πιστεῦσαι, μὴ διδαχθέντας τὴν εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμολογίαν. χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὃν ἔχρισεν ὁ πατὴρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὥς φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ Ἡσαΐας, ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου· πνεῦμα κυρίου ἐπ᾽ ἐμὲ οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με. τὴν μέντοι ἐπίκλησιν τοὺς οἰκείους μαθητὰς ὁ κύριος διδάσκων ἔλεγε· Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐπειδὴ γὰρ ἐπ᾽ ἀφθαρσίᾳ πεποίηκεν ἡμᾶς ὁ θεὸς, παραβάντας δὲ τὴν σωτήριον αὐτοῦ ἐντολὴν, φθορᾷ θανάτου κατεδίκασεν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακὸν, συγκαταβὰς δὲ τοῖς δούλοις ὡς εὔσπλαγχνος καὶ καθ᾽ ἡμᾶς γεγονὼς τῆς φθορᾶς διὰ τοῦ ἰδίου πάθους ἐλυτρώσατο, ἐπήγασεν ἡμῖν ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ἀχράντου αὐτοῦ πλευρᾶς πηγὴν ἀφέσεως, ὕδωρ μὲν εἰς ἀναγέννησιν καὶ ἔκπλυσιν τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς φθορᾶς, αἷμα δὲ ποτὸν ζωῆς ἀϊδίου πρόξενον. ἐντολάς τε ἡμῖν δέδωκε δι᾽ ὕδατος ἀναγεννᾶσθαι καὶ πνεύματος, δι᾽ ἐντεύξεως καὶ ἐπικλήσεως, τῷ ὕδατι ἐπιφοιτῶντος τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐπειδὴ γὰρ διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς τε καὶ σώματος, διπλῆν ἡμῖν δέδωκε καὶ τὴν κάθαρσιν δι᾽

est Domini mors, sic semel oportet baptisari iuxta Domini uerbum, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, instructos confessione patris, & filij, & spiritus sancti. Quicunq; igitur in patre, & filio, & spiritu sancto baptisati sunt, & unam naturam diuinitatis in tribus hypostasibus edocti, & rursus rebaptisantur, illi iterum crucifigūt Christum, ut inquit diuinus Apostolus: impossibile le nanque est eos qui semel illuminati sunt, renouari in pœnitentiam, iterato crucifigentes sibiipsis Christum, & ludibrio subijcientes. Quicunque uerò in sancta trinitate baptisati non fuerint illos rebaptisari oportet. Nam tametsi dicit Apostolus, quòd in Christo & in morte eius baptisati sumus, non sic oportet (ait) innouationem baptismatis fieri, sed quòd typus & repræsentatio sit mortis Christi baptisma: nam per tres immersiones: tres dies sepulturæ Domini repræsentat baptismus. In Christo igitur baptisari, significat credētes in eum ablui. Atqui impossibile est in Christum credere, non edoctos confessionem in patrem, & filium, & spiritum sanctum. Nam Christus est filius Dei uiuētis, quem unxit pater spiritu sancto, ut inquit diuinus Dauid: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præparticipib. tuis. Et Esaias ex persona Domini: Spiritus sanctus super me, propter quod unxit me. Inuocationem autem proprios discipulos ipse Dominus edocens, dixit: Baptisantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quia enim corruptioni obnoxios fecit nos Deus, cum salutare eius transgrederemur mandatum, corruptione mortis nos mulctauit. Vt autem non immortale foret malum, descendit ad seruos ut miserator, & homo factus, à corruptione per propriam redemit passionem, & scaturire nobis ex sancto, & incontaminato latere eius fontem remissionis, aquam in regenerationem & ablutionē peccati & corruptionis, sanguinem uerò potum, uitæ æternæ causam. Et præcepta nobis dedit, per aquam regenerari & spiritum spiritu sancto per imprecationē, & inuocationē aquę superuenienti. Nā cum duplex esset homo, ex anima & corpore, duplicē & nobis indulsit purgationē per aquam

ὕδατός τε καὶ πνεύματος. τοῦ μὲν πνεύματος, τὸ καθ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐν ἡμῖν ἀνακαινίζοντος. τοῦ δὲ ὕδατος, διὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, καθαίροντός τε τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς φθορᾶς ἀπαλλάττοντος. καὶ τὴν μὲν τοῦ θανάτου εἰκόνα ἐκπληροῦντος τοῦ ὕδατος, τὸν δὲ τῆς ζωῆς ἀῤῥαβῶνα, παρεχομένου τοῦ πνεύματος. ἀπ' ἀρχῆς γὰρ πνεῦμα θεοῦ τοῖς ὕδασιν ἐπεφέρετο. καὶ ἄνωθεν ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ τῷ ὕδατι, ὡς ἐστι καθαρτήριον. ἐπὶ Νῶε δι' ὕδατος ὁ θεὸς τὴν κοσμικὴν ἁμαρτίαν κατέκλυσε. δι' ὕδατος πᾶς ἀκάθαρτος κατὰ τὸν νόμον καθαίρεται, καὶ αὐτῶν τῶν ἱματίων πλυνομένων τῷ ὕδατι, ἔδειξεν Ἠλίας τὴν χάριν τοῦ πνεύματος συμμεμιγμένην τῷ ὕδατι. ὕδατι φλέξας τὴν ὁλοκαύτωσιν. καὶ σχεδὸν ἅπαντα κατὰ τὸν νόμον ὕδατι καθαρίζονται. τὰ γὰρ ὁρατὰ σύμβολα τῶν νοουμένων εἰσίν. ἡ μέντοι ἀναγέννησις, κατὰ ψυχὴν γίνεται. πίστις γὰρ υἱοθετεῖν οἶδε καίτοι ὄντας κτίσματα διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀνάγειν μακαριότητα. ἡ μὲν οὖν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις, πᾶσιν ὁμοίως διὰ τοῦ βαπτίσματος δίδοται, ἡ δὲ χάρις τοῦ πνεύματος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, καὶ τῆς προκαθάρσεως. νῦν μὲν οὖν διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαμβάνομεν, καὶ ἀρχὴ ἑτέρου βίου γίνεται ἡμῖν ἡ παλιγγενεσία καὶ σφραγὶς, καὶ φυλακτήριον, καὶ φωτισμός. χρὴ δὲ πάσῃ δυνάμει ἀσφαλῶς τηρεῖν ἑαυτοὺς καθαροὺς ἀπὸ ῥυπαρῶν ἔργων, ἵνα μὴ πάλιν ὥσπερ κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέψαντες, δούλους πάλιν ἑαυτοὺς τῆς ἁμαρτίας ποιήσωμεν. πίστις γὰρ χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστιν, ὁμοίως καὶ ἔργα χωρὶς πίστεως. ἡ γὰρ ἀληθὴς πίστις, διὰ τῶν ἔργων δοκιμάζεται. βαπτιζόμεθα δὲ εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα, ὅτι αὐτὰ τὰ βαπτιζόμενα χρήζει τῆς ἁγίας τριάδος, εἰς τὴν αὐτῶν σύστασίν τε καὶ διαμονήν. καὶ ἀδύνατον μὴ συμπαρεῖναι ἀλλήλαις τὰς τρεῖς ὑποστάσεις. ἀχώριστος γὰρ ἡ ἁγία τριάς. πρῶτον βάπτισμα, τὸ τοῦ κατακλυσμοῦ εἰς ἐκκοπὴν ἁμαρτίας. δεύτερον, τὸ διὰ τῆς θαλάσσης καὶ τῆς νεφέλης. σύμβολον γὰρ ἡ μὲν νεφέλη τοῦ πνεύματος, ἡ θάλασσα δὲ τοῦ ὕδατος. τρίτον τὸ νομικόν. πᾶς γὰρ ἀκάθαρτος ἀπελούετο ὕδατι, ἔπλυνέ τε τὰ ἱμάτια, καὶ οὕτως εἰσῄει εἰς τὴν παρεμβολήν. τέταρτον, τὸ Ἰωάννου, εἰσαγωγικὸν ὑπάρχον, καὶ εἰς μετάνοιαν ἄγον τοὺς βαπτιζομένους, ἵνα εἰς χριστὸν πιστεύσωσιν.

aquam uidelicet & ſpiritum. Spiritu quidem, quòd ſecundum imaginem & ſimilitudinem in nobis renouante: aqua uerò, per ſpiritum gratiæ, corpus à peccato purificante, & à corruptione eximente: & imaginem mortis explente aqua, arrham autem uitæ tribuente ſpiritu. In principio enim ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Et ſuperna ſcriptura teſtimonium fert aquæ, quòd ipſa eſt purgatio. ſub Noe enim per aquam Deus mundi peccatũ deleuit. Per aquam omnis immundus ſecundum legem purificatur, & indumẽtis per aquam lotis. Monſtrauit Helias gratiam ſpiritus, aquæ immixtam, aqua comburente holocauſta. Et ferè omnia ſecundum legem aqua purificãtur: nam uiſibilia, intelligibiliũ ſigna ſunt. ueruntamen regeneratio ſecundum animam fit: fides enim filiorũ adoptionẽ nouit: quippe qui ſint creaturæ per ſpiritum, & in antiquam reuocati beatitudinẽ. Peccatorum igitur remiſſio omnibus æquè per baptiſma donata eſt: gratia uerò ſpiritus ſancti, ſecũdũ proportionẽ fidei, & puritatis. Nũc igitur per baptiſma, primitias ſpiritus ſancti accipimus: & initium alterius uitæ fit in nobis, id eſt, primitiæ regenerationis, & ſignaculum & tutela, & illuminatio, & ſanctificatio. Oportet autẽ omni uirtute ſecurè ſeruare nos ipſos puros ab inquinatis operibus, ut non rurſus inſtar canum ad propriũ reuertentes uomitũ, ſeruos iterum noſmet ipſos ſubijciamus peccato. Fides enim ſine operib. mortua eſt, ſimiliter & opera ſine fide: nã uera fides per opera cõprobatur. Baptiſmus aũt in ſancta trinitate, quia ea quæ baptiſma ſuſcipiũt, opus habent ſancta trinitate ad ſuiipſorum conſtãtiã, & perſeuerantiã: & impoſſibile eſt, non ſimul eſſe inuicẽ tres hypoſtaſes: inſeparabilis eñ ſancta trinitas. Primum baptiſma fuit diluuij, in abſciſſionẽ peccati. Secũdũ, q̃d per mare & nubẽ: ſignum eñ erat nubes, ſpiritus: mare uerò præferebat aquã. Tertium q̃d legale. omnis eñ immũdus abluebatur aqua, lauabat ueſtimenta, & ſic ingrediebat caſtra. Quartũ, Ioannis introductorium exiſtens, & ad pœnitentiam adducens baptiſatos, ut in Chriſtũ credãt.

ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς φησὶ βαπτίζω ὕδατι. ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, αὐτὸς ὑμᾶς, φησὶ, βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί. προκαθαίρει οὖν ὁ Ἰωάννης ἐπὶ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ ὕδατος. πέμπτον, τὸ τοῦ κυρίου βάπτισμα, ὃ αὐτὸς ἐβαπτίσατο. βαπτίζεται δὲ, οὐχ ὡς αὐτὸς χρῄζων καθάρσεως, ἀλλὰ τὴν ἐμὴν οἰκειούμενος κάθαρσιν, ἵνα συντρίψῃ τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἵνα κλύσῃ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πάντα τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ ἐνθάψῃ τῷ ὕδατι, ἵνα ἁγιάσῃ τὸν βαπτιστὴν, ἵνα πληρώσῃ τὸν νόμον, ἵνα τὸ τῆς τριάδος ἀποκαλύψῃ μυστήριον, ἵνα τύπος καὶ ὑπογραμμὸς ἡμῖν πρὸς τὸ βαπτίζεσθαι γένηται. βαπτιζόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς, τὸ τέλειον τοῦ κυρίου βάπτισμα τὸ δι᾽ ὕδατός τε καὶ πνεύματος. πυρὶ δὲ λέγεται βαπτίζειν Χριστός. ἐν εἴδει γὰρ πυρίνων γλωσσῶν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ἐξέχεεν, ὥς φησιν αὐτὸς ὁ κύριος, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. ἢ διὰ τὸ τοῦ μέλλοντος πυρὸς κολαστικὸν βάπτισμα. ἕκτον, τὸ διὰ μετανοίας καὶ δακρύων, ὄντως ἐπίπονον. ἕβδομον, τὸ δι᾽ αἵματος καὶ μαρτυρίου, ὃ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐβαπτίσατο, ὡς λίαν αἰδέσιμον καὶ μακάριον, ὅσον δευτέροις οὐ μολύνεται ῥύποις. ὄγδοον, τὸ τελευταῖον, οὐ σωτήριον, ἀλλὰ τῆς μὲν κακίας ἀναιρετικὸν (οὐκέτι γὰρ κακία, καὶ ἁμαρτία πολιτεύεται) κολάζον δὲ ἀτελεύτητα. σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰ, κατεφοίτησε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὸν κύριον, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου ὑποδεικνύον βαπτίσματος, καὶ τιμῶν τὸ σῶμα. ἐπεὶ καὶ τοῦτο, ἤγουν τὸ σῶμα, τῇ θεώσει θεός· ἅμα που ἄνωθεν εἴθισται περιστερὰ λύσιν κατακλυσμοῦ εὐαγγελίζεσθαι. ἐπὶ δὲ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους πυροειδῶς κάτεισι. θεὸς γὰρ ἐστίν. ὁ δὲ θεὸς, πῦρ καταναλίσκον ἐστί. τὸ ἔλαιον βαπτίσματι παραλαμβάνεται, μηνύον τὴν χρίσιν ἡμῶν, καὶ χριστοὺς ἡμᾶς ἐργαζόμενον, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ ἡμῖν ἐπαγγελλόμενον διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔλεον. ἐπεὶ καὶ κάρφος ἐλαίας τοῖς ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ περισωθεῖσιν, ἡ περιστερὰ κεκόμικεν. ἐβαπτίσθη Ἰωάννης τὴν χεῖρα ἐπιθεὶς ἐπὶ τὴν θείαν τοῦ δεσπότου κορυφὴν, καὶ τῷ ἰδίῳ αἵματι. οὐ χρὴ ὑπερτίθεσθαι, τὸ βάπτισμα, ὅτε δι᾽

Ego enim (inquit) uos baptiso in aqua: qui autem post me ueniet, ipse uos in spiritu sancto baptisabit, & igni. Prępurificabat igitur Ioannes per aquam ad spiritum. Quintum, quod est Domini baptisma, quo & ipse baptisatus est. Baptisatur autem, non quòd ipse egeret purificatione, sed nostram sibi appropri ans purificationem, ut contereret capita draconum in aqua, ut dilueret capita draconum in aqua, ut dilueret peccatum, & omnem ueterem Adam sepeliret in aqua: ut sanctificaret baptistam, & impleret legem, ut trinitatis reuelaret mysterium, ut forma & exemplum nobis ad baptisandum fieret. Baptisamur enim & nos perfecto Christi baptismate: quod est per aquã & spiritum. Igne autem dicitur baptisare Christus: nam in specie ignearum linguarum super sanctos Apostolos spiritus sancti gratiam effudit, ut inquit ipse Dominus. Quoniam Ioannes quidem baptisauit aqua, uos autem baptisabimini in spiritu sancto & igni, non post multos hos dies: aut propter futuri ignis punitorium baptisma. Sextum, quod per pœnitentiam & lachrymas, uerè laboriosum. Septimum, quod per martyrium & sanguinem, quo & ipse pro nobis Christus baptisatus est: ualde uenerandum & beatum, quatenus succedentibus non coinquinatur sordibus. Octauum, quod & ultimum, non salutare, sed malitiæ exitiosum (nam non amplius prauitas & peccatum dominantur) punit enim sine fine. Corporaliter in columbæ specie descẽdit sanctus spiritus super Dominum, primitias nostri baptismatis insinuans, & honorans corpus: quia & hoc, id est, corpus, deificatione Deus est, & simul quia olim assueta columba diluuij cessationem nunciauit. Super autẽ sanctos apostolos in forma ignis descendit, quia Deus est: Deus autem ignis consumens est. Oleum in baptismate assumitur, unctionem significãs & Christos, id est, unctos nos efficiẽs, & misericordiam Dei nobis annuncians per spiritum sanctum: quia & ramum oliuę ijs qui ex diluuio saluati sunt, columba tunc attulit. Baptisatus est Ioãnes, manũ apponẽs super diuinũ, & incõtaminatũ Domini uerticẽ, & proprio sanguine. Nõ oportet differre baptisma, quando per opera,

ἔργων ἡ πίστις τῶν προσιόντων μαρτυρεῖται. ὁ ἐν δόλῳ προσιὼν τῷ βαπτίσματι κατακριθήσεται μᾶλλον, ἢ ὠφεληθήσεται.

opera, fides uenientium testimonium habet. Qui autem in dolo uenit ad baptisma, cōdemnabitur potius, quàm in de utilitatem suscipiat.

COMMENTARIVS.

VNũ baptisma nos cõfiteri debere, edocet beatus Paulus 4. ad Ephesios ca. dicẽs: Vnus Dominus, una fides, unũ baptisma. Quod quidẽ potissimũ unũ dicitur, quia circa eundem hominẽ nunq̃ iterãdũ est, cũ typũ gerat mortis Christi, q̃ semel tantũ pertulit ꝓ nobis. Et intelligendũ istud est de baptismo fluminis, qui præsertim in usu scripturæ baptismatis nomine designatur. Præter quod est baptismus (ut uulgo appellant) flaminis, quo per spiritũ sanctũ abluimur atq; perfundimur. Et hunc susceperunt Apostoli in die Pentecostes, sicut pollicitus illis fuerat Dominus cœlos ascẽsurus: Vos aũt baptisabimini spiritu sancto, nõ post multos hos dies. Insuper est & baptismus sanguinis, quo abluũtur martyres qui sanguinẽ suũ ꝓ Christo fuderũt. Et hoc baptismi genus (sicut & prius cætera duo) in se suscepit Dominus noster in sua acerbissima passione, & se suscepturũ insinuauit Lucæ 12. cap. cum ait: Baptisma habeo baptisari: & quomodo coartor, usq; dũ perficitur? Hæc aũt duo postrema baptismatis genera sæpius iterari queũt: cũ possit idẽ frequenter spiritu sancto per interualla repleri, & in agone martyrij sanguinẽ suũ ꝓ fide catholica nõ semel fundere. At uerò suscipitur baptisma fluminis (de quo præcipua hic agitur determinatio) in remissionẽ peccatorũ: quia eius uirtute omnia peccata prius admissa quantũuis grauia aut multa, cuiuscunq; etiam fuerint generis, siue origine scilicet, siue ꝓpria uoluntate contracta, abolẽtur: queãdmodũ Naaman Syro septies in Iordane se lauanti omnis lepræ macula ablata est, & restituta caro munda ut pueri. Confitemur itidem unũ baptisma in uitã æternã, quia baptismatis susceptione, uitæ æternæ patet homini introitus: sicut super saluatorem nostrũ in Iordane baptisatũ cœli aperti sunt. Efficimur & per baptismũ, filij Dei per adoptionẽ, qđ designauit uox paterna super Christũ facta, contestans ipsum esse filiũ Dei uerũ, & naturalem Deũ. & in baptismate fluminis rite suscepto spiritũ sanctũ accipimus: qđ idem idẽ significatũ est per spiritũ sanctũ in specie columbæ descendentẽ super Christũ, cũ in Iordane baptisaretur. Porrò per baptisma dicimur consepulti Domino, ut dicit Apostolus, id est, ei sepulto, conformati atq; assimilati. Siquidem sepultus Dominus, prioris uitæ operationes naturales amplius non exercuit, sed more sua earũ functionib. est destitutus. Vbi aũt à mortuis resurrexit, ad alterũ uitæ statum conditionemq; traductus est, utpote immortalem, incorruptibilem atq; impassibilẽ. Idcirco post resurrectionẽ apparens discipulis (ut scribit Lucas ca. 24.) dixit eis: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cũ adhuc essem uobiscũ: significãs, se nõ amplius esse cũ eis in cõformitate status, & conditionis uitæ sicut fuerat ante mortẽ, sed iã ad alteram uiuendi sortem translatum: neq; seipsum negauit esse, tunc cũ eis quantũ ad corporalem præsentiã, ut qui ipsis coràm loqueretur. Ita sanè per baptismum cum rectè suscipitur, moriuntur in nobis priores actus peccati: & uetus homo noster destruitur, atq; demergitur cum exercitu Pharaonis in profundum maris. Deinde renati in Christo, ad nouã transferimur uitã spiritualem, qua uirtutum exercentur operationes, & Dei præcepta à nobis obseruãtur. Et hoc pacto Christo cõresurgimus: quãdo (ut ait Apostol.) sicut Christus resurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Cæterũ qđ non sit iterandũ baptisma, cõprobat autor per sententiam Apostoli ex sexto ad Hebræos cap. Per q̃ nequaquã prohibet Paulus in ijs, qui susceperunt baptismum, & postmodum prolapsi sunt in uitia, reconciliationem per salutarem pœnitentiã. Vt Nouatus suiq; sectatores autumarunt, astruentes collapsis in peccata post baptisma denegandã esse ueniã & remissionem, diuinæq; misericordiæ fontem nostræ fragilitati cõtra Dei sententiã obstruentes. Sed intendit Apostolus hisce uerbis, illos qui illuminati sunt gratia suscepti baptismatis, & à pristina rectitudine per uitia deciderũt, rursum renouari nõ posse per iteratã baptismatis susceptionem. Est enim id regenerationis, renouationisq; sacramẽtũ: nõ enim denuò ab eodem debet baptisma suscipi. Qui nãq; illud tentarent (dicit Apostolus) rursum sibimetipsis Christũ cruci figerent, & cõtemptui haberent, nõ rei exhibitiõe, sed signi: quia iterãtes baptismũ, qui mortis Christi figura est, signo illo atq; indicio demõstrarẽt Christũ secundò aut tertio ꝓ nobis crucifixũ & mortuũ, qđ nimirũ in Christi contemptũ & ludibrium uerteretur. Debet aũt baptisatio, in nomine sanctæ trinitatis, Patris, & filij, & spiritus sancti fieri, quemadmodum discipulos edocuit Dominus Matthæi 28. cap. Quare si qui in sancta trinitate baptisati nõ sunt, iurè rebaptisandi sunt, quemadmodũ habet litera, ut fuerunt illi de quib. in Actis Apostolorũ 19. cap. agitatur sermo. Qui cũ ꝓfiterentur se neq; si spiritus sanctus est audiuisse, sed Ioãnis baptismate se dũtaxat esse ablutos, iussi sunt à Paulo baptisari. Neq; ibi fuit baptismi iteratio, sed ueri baptismi prius nõ habiti collatio. Qui uerò in nomine Domini nostri Iesu Christi baptisati legũtur in Act. Apost. 8. cap. & decimo, alijsq; plerisq; in locis, quod quidẽ spiritu sancto dirigente factitatum est, quo nomẽ Christi incre-

dulis

dulis despectum, honoratius haberetur, & celebrius, non fuerant rebaptisandi. Nã & hi in c
fessione trinitatis baptisati sunt. Nomen enim Christi explicatum, & patrem insinuat unge
tem, & filium unctum, & spiritum sanctum quo unctus est. Neque illud ociosè prætereund
est, fontem baptismalem habuisse efficatiam suam, sicut & significãtiã ex scaturigine aquæ de
latere Domini nostri, lancea post mortem transfixo. Fuit enim illa scaturitio fontis remissio
nis, & regenerationis nostræ in Christo, per quẽ in aqua & spiritu renascimur Deo. Sicut &
emanatio sanguinis eodẽ tempore ex latere Christi, designauit suum præciosum sanguinẽ re
lictum nobis in potum, & causam uitæ æternæ, in dignissimo uidelicet & omniũ sacrorũ ex
cellentissimo eucharistiæ sacramẽto, in quo sacratissimã carnem suam ad manducandum no
bis reliquit, & sanguinem in potũ, ut hoc spirituali cibo refecti ad uitam perduceremur æter
nam. Caro (inquit) mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus: qui manducat meã car
nem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Præceptũ autem dedit nobis Deus re
generari per aquam & spiritum, cum Ioannis cap. 3. dixit Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit
ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et spiritus quidem sanctus re
nouat id in nobis qđ est secundum imaginem, & similitudinẽ Dei. Nam si imago regis im
pressa nummo demergatur in lutum, secundũ substantiam quidem manet imago, sed labefa
ctata & offuscata luto. Si uerò abluatur aqua nũmus, pristinus illi imagini redditur decor. Ita
sanè imago & similitudo Dei, animæ nostræ indita, per originalis culpæ labẽ cum corpori im
funditur, inquinatur, & maculam contrahit: quæ quidem macula per salutare baptismatis la
uacrum uirtute spiritus prorsus aboletur. Et quoniã nõ modò in anima, uerum etiã & in cor
pore sunt primæuæ huius, & à prima origine cõtractæ luis uitiositates, & sordes, eas aqua ba
ptismalis abluit à corpore, ipsum sanctificans, ut deinceps Dei uiui sit templũ. Et ea ratione
purificare corpus (ut ait litera) & à corruptione peccati eximere dicitur: nã à mortis naturalis
lege minimè quempiã eximit. Rursus aqua lauacri baptismalis præfert, atq; repræsentat ima
ginem mortis Christi. Nam Christũ ꝓ nobis mortem perpessum terra sepulchri condidit:
eum qui baptismo abluitur, aqua cui immergitur contegit, & sepelit. Spiritus aũt sanctus i
baptismo datur, ut arrha & pignus futuræ gloriæ, post mundi huius exiliũ semper habenda.
Siquidẽ nunc minutula datur particula eius, quod tũc exuberantissimè & supereffluẽter n
bis communicandũ est. Proinde id donũ spiritus tantillũ, alludendo ad morem ementium
arrha uitæ dicitur. Id ostendit & Apostolus, primo ad Ephesios capite scribens: Signati est
spiritu ꝓmissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redẽptionẽ acquisitionis, i
laudẽ gloriæ ipsius. Quòd aũt aqua sit purificationis instrumentũ, & Dei ordinatione ad p
gandas peccatorum sordes adminiculũ adhibitũ, multifariã ostẽdit autor in litera: in pri
per id quòd sub Noe aquarum eluuione peccatum mundi abstersum est. Vnde Petrus Ap
stolus primæ epistolæ tertio capite dicit diluuium ipsum sub Noe factũ, baptismi Christi
pum & figuram gessisse, his uerbis: Quando expectabant Dei patientiã in diebus Noe, cum
fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & uo
nũc similis formæ saluos facit baptisma, nõ carnis dispositio sordiũ, sed cõscientiæ bonæ in
terrogatio in Deum. Similis formæ dicit baptisma, id est, per omnia assimilatũ illi arcæ: q
quicquid ibi carnaliter gestum est, hic spiritualiter impletur. Qui enim illic arca continebã
tur, salui facti sunt, aquæ superducti: qui uerò hic in Ecclesia baptismo abluuntur, etiam salu
tur. Illa nanq; arca præferebat ecclesiæ imaginẽ & umbrã, extra quam non est salus uitæ. P
bat item deinde Damascenus aquam uim habere purgatricem exemplo Heliæ prophetæ
quod tertij Regum 18. cap. traditur. Is enim cum ligna super altare recens constructũ, & bo
in frusta concisum composuisset, iussit impleri quatuor hydrias aqua, & lignis ipsis atq; sa
ficio superfundi. Rursum id secũdò & tertiò fieri præcepit, ut cucurrerint aquæ circũ altare, &
fossa aquæductus repleta fuerit. Immissus aũt ad preces Heliæ ignis de cœlo, totũ holoca
stum aqua perfusum absumpsit, circũfluentẽ aquã lambens. Præbuit igitur aqua etiã fom
tũ igni consumenti holocaustũ, & eã ob rẽ rectè hic dicitur aqua cõbussisse holocaustũ. Dein
ceps quis sit baptismi effectus, & efficatia, autor in litera adaperit: qđ scilicet per ipsum om
nibus æqualiter cõfertur remissio peccatorum: sancti aũt spiritus gratia, cuiq; secundũ ratio
nem atq; mensuram fidei, & interioris puritatis. Vnde si multi ad unum corpus lucidum o
culos conuertãt, hi quidem propinquiores ipsi perlucido corpori, illi uero distãtiores, in om
nib. æque depellitur tenebrarum obscuritas, luminis autem infusio fit secundum ꝓportio
nem propinquitatis, & distantiæ ab ipso lucido. Nam ꝓpinquiores, plus luminis, cæteri ue
rò minus participant. Similiter si complusculi eundẽ accesserint ignẽ, diuersa tamẽ ad illũ in
tercapedine constituti, hi quidẽ maiore interstitio, illi uerò minore ab eo distantes, in omni
illis æqualiter est frigoris expulsio: quandoquidẽ nihil in ipsis pristinæ frigiditatis perman
at: sed non æqua in omnib. est caloris inductio: nam uiciniores igni, amplius, alij uerò minus
caliditatis suscipiunt. Ita planè in omnib. baptismo ablutis æqua est peccatorũ resecatio, atq;
obiectio: gratiæ aũt infusio, secundũ proportionẽ dispositionis factæ, & habitæ ad ipsam su
scipiendã. Siquidẽ maiorẽ animi puritatẽ consecuti, abundatiorẽ recipiunt gratiã: ut defæ
catior aer, plus luminis & splendoris à sole. Verũtamen hæc tãta baptismi uirtus nihil no
afficet

afferet adiumenti, nisi solliciti fuerimus nos sedulò seruare mundos ab operibus peccati. Qđ item studiose admonet beatus Petrus, secundæ epistolæ, secundo capite dicens: Si eñi refugiẽtes coinquinationes mũdi in cognitione Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora, deteriora priorib. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud ueri ꝓuerbij, Canis reuersus ad suũ uomitum, & sus lota in uolutabro luti. Cum aũt post acceptũ baptisma sequimur præcipites, passiones desiderij nostri, subijcimus iterũ nos seruos peccato. Nam qui facit peccatũ, seruus est peccati, A' quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Superamur aũt à uitio, qđ dominari in nobis sinimus. Quod ubi ignauia & negligentia nostra contingit, irrita fit uirtus suscepti prius baptismatis. Nam ut habet Ecclesiasticus cap. 34. Qui baptisatur à mortuo, & iterum tangit mortuũ, quid proficit lauatio illius? Nihil sanè amplius, quàm eius ablutio qui prius luto sordidus, & deinde abstersus, rursus se eidem luto inuoluit. Deinceps octo dinumerantur à Damasceno baptismatis genera: quorum primum fuit cataclysmus, & diluuiũ sub Noe, uindicem Dei irã in peccatores exercẽs, de quo paulo antè factus est sermo. Secundũ uerò fuit per mare & nubẽ, cũ populus Israeliticus duce Mose transiuit mare rubrũ, deductus à Deo per lucidæ nubis beneficiũ tempore diurno: de qua deductione loquitur Psalmus 77. Et deduxit eos in nubem diei, & tota nocte in illuminatione ignis. De hoc uerò secundo baptismate dicit beatus Paulus primæ epistolæ ad Corinthios capite decimo; Nolo enim uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptisati sunt in nube, & mari. Baptisatos quidẽ eos dicit Paulus in Mose, quia cum ab Aegypto liberarentur ducatu Mosi, gerebant in se, & exprimebãt figurã nostri baptismi, quinimmo eorũ qui Christianorũ baptismo abluuntur. Siquidem mare Aegyptios submergens, totũq; Pharaonis exercitũ fluctib. obruens, aquã præsignabat baptismalẽ, qua tota uitiorũ caterua cũ uetustate hominis demergitur. Nubes uerò à diurno æstu Israelitas, ut umbraculum ꝓtegens, illosq; ab Aegyptijs dirimens, ut nõ ualerent eos accedere, spiritum sanctum denotat, refrigeriũ & temperiem contra cupiditates uitiorũ præstantem, nosq; à sathanæ insidijs eripientem. Vnde & in transfiguratione Domini apparauit nubes lucida Apostolos obumbrans, ut scribit Matthæus cap. 17. quæ omniũ sententia, spiritũ sanctũ monstrabat. Tertiũ baptisma scilicet legale, quo immundus abluebatur aqua purificationis, ut Leuiticus sæpissimè faciendũ sancit, significabat partim quidẽ baptismũ legis euangelicæ, partim uerò sacramentũ pœnitentiæ, quo abluimur ab inquinamentis nostris sponte contractis, per contritionem, confessionem, & satisfactionẽ. Quartũ baptisma erat Ioannis, introductorium quidem ad baptisma Christi. Quippe Ioannis baptisma non nouæ legis sacramentũ habitũ est, sed præparatorium duntaxat ad Christi baptisma, qđ prænunciabat. Non solum enim nascendo & prædicando, Christi natiuitatem præcurrebat & prædicationẽ Ioannes, sed & baptisando, eius baptisma: quo per assuefactionẽ facilius disponerẽtur homines ad lauacrum Christi capessendũ. Proinde introducto Christi baptismate cessauit Ioannis baptisma: sicut inducta ueritate cessat imago, & umbra. Quoniam aũt suo baptismate Ioannes corpora duntaxat abluebat, animã aũt intus à peccatorũ sordibus non tergebat, qđ tamen præstat Christi baptisma: ideo Ioannes in aqua se baptisare professus est, Christũ aũt in spiritu sancto & igni. Et alibi sine adiectione Christũ baptisare contestatus est, quòd præcipuus sit autor uirtutis, & efficaciæ baptismi in nobis. Super quem (inquit Ioannes cap. 1.) uideris columbã descẽdentẽ, hic est qui baptisat. Itaq; si Ioannis baptisma ad Christi lauacrũ conferatur, imperfectũ dicitur, qđ alteram duntaxat hominis partem purificaret. Christi uerò, perfectũ, quòd & animã, & corpus, quinimmo totũ hominem abluat. Ioannis itẽ baptismati tanq̃ dispositioni successit aliud, tanq̃ habitus & perfectio. Christi uerò baptismo nullus alius successurus est, quòd finis sit, & consummatio omniũ aliorum baptismatum. Quintum est baptisma Christi & ab ipso institutũ, tanq̃ introitus & ianua aliorũ omniũ sacramentorũ. Et quoniam Dominus noster nõ solũ docere uenit, sed & facere, suo ipsius baptismo (ut hic rectè asserit autor) baptisatus est; quod quidem & sacræ exprimũt literæ, cũ eũ describũt à Ioanne in Iordane fuisse baptisatũ. Tametsi enim à Ioãne alijs datũ baptisma, introductoriũ fuerit ad baptisma Christi, atq; disponẽs, & idcirco nõ Christi, sed Ioannis baptisma dictũ sit: illud tamẽ qđ à Ioanne ipsi Christo est exhibitũ, ob singularẽ eius excellentiã, trinitatis scilicet supersanctæ in eo reuelationẽ, cœlorũ apertionẽ, & spiritus sancti apparitionẽ (quæ in alijs à Ioanne factis baptisationib. exhibita non sunt, ut quæ corpus tantũ abluebãt, gratiã aũt non conferebãt) non Ioãnis, sed Christi baptisma est denominãdum. Nã sequentia in præsentis literæ cõtextu liquidò ꝓdũt, autorẽ de Christo baptisato à Ioanne, id quod præmisit intellexisse. Siquidẽ à Ioanne in Iordane ablutus Christus, baptistam suũ sanctificauit, legẽq; impleuit: quemadmodũ Ioãni ex humilitate, baptisandi ministeriũ illi exhibere recusanti respondit: Sine: sic enim decet nos implere omnẽ iustitiam. Tunc identidẽ trinitatis reuelatũ est mysteriũ. Nam uox patris de cœlo intonans, filio suo unigenito testimoniũ perhibuit, & spiritus sanctus in specie columbæ super eum descẽdit. Deniq; tunc Christus forma, & exemplum suscipiendi baptismatis,

nobis

nobis factus eſt,ut à capite inchoatum,&ſanctificatũ baptiſma,in omnia membra ſanctifica
tionẽ transfunderet. Et ita factus eſt Chriſtus primitiæ baptiſatorũ baptiſmo Chriſti,ut ſit
in omnibus ipſe primatũ tenens.Neq; Dominus noſter huiuſmodi ſuſcepit baptiſma, qđ
indigeret purificatione,qui fons eſt totius puritatis,& mũditiæ:ſed ut noſtræ purificatiõis
qua indigemus,formã & exẽplũ traderet,ut etiã capita draconũ in aqua cõtereret:uirtuteq;
baptiſmi,antiqui ſerpentis uires confringeret:quemadmodũ Pſalmus 73. de ipſo decantat,
Contribulaſti capita draconum In aquis:Tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam
populis Aethiopũ.Non itidem abſurdũ uideri debet quod modò adductum eſt,baptiſma
ſcilicet Chriſto collatũ,à Ioanne fuiſſe Chriſti baptiſma,& nõ baptiſma Ioãnis.Nã ſicut diſ-
poſitio tũ maximè perficitur,cũ habitũ perfectũ attingit,& in habitus cõditionẽ coaleſciti-
ta Ioãnis baptiſmus ante præparatorius,in Chriſto cõſumatus eſt,& ad ſuæ perfectiõis ſum
mã peruenit.In Chriſto nanq; baptiſato attigit Ioãnis baptiſatio metã ſuæ diſpoſitiõis om
nium ablutionũ à Ioanne factarũ digniſſima,& perfectiſſima:neq; inferiori nomine (quoa-
liæ,in cæteris factæ)denominãda Ioannis baptiſma,ſed pro rei dignitate,ſuperiori nomine
digna,ut ſicut alterius fuit rationis,& altioris q̃ reliquæ:ita quoq; à digniori ſcilicet uerita-
te,ipſa nomẽ ſortiatur:quandoquidẽ in Chriſti à Ioãne baptiſatione,præparatio & introdu
ctio in ueritatẽ,& rei exemplaris exhibitionẽ eſt cõmutata. Meritò itaq; ea ipſa ablutio,Chri
ſti baptiſma & fuit,&dicitur.Præterea in ſacris literis Chriſtus dicitur etiã igni baptiſare,ut
Mathæi tertio cap.atteſtatur, & Acta Apoſtolorũ in 1.cap.quòd in ſpecie linguarũ ignearũ
miſit ſpiritũ ſanctum in apoſtolos:quemadmodum de ſeipſo cõteſtatus eſt, ignem ueni mit
tere in terrã,& quid uolo niſi ut ſuccendatur?Et in cœlũ aſcenſurus apoſtolis pollicitus eſt,
ipſos propediem baptiſandos eſſe in ſpiritu ſancto,&igni.Quod quidẽ dictũ non ita accipiẽ
dũ eſt,quaſi Apoſtoli ante tẽpus aſcenſionis Dominicæ, quo hæc ad eos uerba habita ſunt,
nõ fuerint Chriſti baptiſmate abluti.Nã,ut inquit Auguſtinus,credibile eſt diſcipulos Chri
ſti,cũ primùm ad eius aſciti ſunt ſocietatem,eius baptiſmo eſſe baptiſatos,ut haberet bapti-
ſatos ſeruos,per quos cæteros baptiſaret.Nec defuit humilitatis miniſter, qui etiã pedes eo-
rũ lauit.Certum eſt enim (inquit) nullum ad corpus Chriſti pertinere niſi baptiſatũ,præter
eos quib.paſſio reputatur ꝓ baptiſmo.Scriptum itidẽ eſt, quando Paulus baptiſatus eſt,&
nõ eſt ſcriptũ,quãdo alij apoſtoli baptiſati ſunt:ſed debemus intelligere eos baptiſatos eſſe,
ꝓpter illud,Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua,& ſpiritu ſancto,nõ poteſt introire in regnũ Dei:
itaq; quòd apoſtoli ſecundũ Chriſti promiſſum baptiſandi erant ſpiritu ſancto, intelligẽdũ
eſt de effuſione exuberantiori gratiæ ſpiritus ſancti in eos futura ſenſibili indicio in die Pen
tecoſtes ꝓximè ſequente,cũ chariſmatũ ſpiritus primitias exũdantiore copia acceperũt.De-
inde & alterã aſſignat autor cauſam,quare Chriſtus dicitur baptiſare igni,ꝓpter ſcilicet futu
ri ignis punitoriũ baptiſma. Vbi futurũ ignẽ punitoriũ intelligit Damaſcenus,aut eum quo
totus conflagrabit mundus in cõſumatione ſeculi,cũ uenturus eſt Dominus ad iudiciũ. De
quo Pſalmus 49. Deus manifeſtè ueniet,Deus noſter,&non ſilebit.Ignis in conſpectu eius ex
ardeſcet,& in circuitu eius tempeſtas ualida.Et Pſalmus 96.Ignis ante ipſum præcedet,&in-
flãmabit in circuitu inimicos eius.Rurſum Petrus Apoſtolus ſecundæ epiſtolæ ſuæ tertio ca
pite,Adueniet aũt dies Domini,ut fur,in quo cœli magno impetu tranſient, elementa uerò
calore ſoluentur,terra aũt & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.Cũ igitur hæc omnia diſſolui
da ſint,quales oporret uos eſſe in ſanctis conuerſationib.& pietatibus,expectantes & prope
rantes in aduentum diei Domini?per quem cœli ardentes ſoluentur,& elementa ignis ardo-
re tabeſcent.Et ignis ille punitorius erit peccatorũ,tunc in hominibus inualeſcentiũ, quãdo
quoniam abundabit iniquitas,refrigeſcet charitas multorũ:ſicut prius diluuiũ per aquã pu
niuit temporis illius peccata,quando omnis caro corruperat uiã ſuam. Aut per futurũ igni
punitorium intelligit hoc loco Damaſcenus purgatoriũ ignem,quo animarũ in æternæ hæ
reditatis ſortem aſciſcendarum ſordes eluũtur,cum corpore exutæ quippiã adhuc expiãdũ
habent anteq̃ in cœleſtem ciuitatem,quam nihil coinquinatũ intrat, admittantur. De quo
Apoſtolus primæ ad Corinthios epiſtolæ cap.3. Si quis aũt ſuperædificat ſupra fundamen-
tum hoc,aurum,argentũ,lapides precioſos,ligna,fœnum,ſtipulam,uniuſcuiuſq; opus mani
feſtum erit.Dies enim Domini declarabit,qua in igne reuelabitur: & uniuſcuiuſq; opus qua
le ſit,ignis probabit. Si cuius opus manſerit qđ ſuperædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius
opus arſerit,detrimentum patietur:ipſe aũt ſaluus erit,ſic tamen quaſi per ignẽ. De igne ſi-
quidem purgatorio ibidẽ loquitur Apoſtolus,qui punitorius eſt, & expiatorius malorũ in
hoc mũdo nõ abolitorũ.Sextũ baptiſma in litera expreſſum,eſt baptiſma pœnitẽtiæ, quo la
chrymis abluuntur cõmiſſa in Deo peccata.Eo uerè baptiſata eſt illa mulier prius in ciuitate
peccatrix,ſed deinde Domini amãtiſſima,cui dimiſſa ſunt peccata multa,q̊niã dilexit multũ
cũ lachrymis rigauit pedes Domini,& extersit capillis.Eodẽ &Petrus ablutꝰ,cũ poſt trinã ne
gationẽ & galli cãtũ egreſſus foras fleuit amarè. Deniq; eodẽ & ſanctꝰ ꝓpheta purgatꝰ ẽ,qui
graues pœnitẽtiæ labores q̊s ſubiturꝰ erat enarrauit dicẽs: lauabo per ſingulas noctes lectũ
meũ,lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo. Septimũ ẽ baptiſma martyrij,&effuſionis ſanguis ꝓ
ueritate,&iuſtitia. q̊ & ipſe Chriſtꝰ ꝓ nobis(ut iã dictũ eſt) baptiſatus eſt,quãdo ſcilicet ſuo
precioſo

precioſo ſanguine pro noſtra redemptione undiq; perfuſus eſt. Et illud quidem baptiſma nõ ſolũ ſponte pro noſtra ſalute pertulit, ſed & ipſum ardentiſſimè antequã aduentaret affectauit, ut eximiam ſuam in nos & incredibilem declararet charitatẽ. Baptiſma, inquit, habeo baptiſari: & quomodo coartor, uſq; dum perficitur? Vbi baptiſma uocat ſui ſacratiſsimi ſanguinis effuſionẽ, & per totũ corpus aſperſionẽ. At uerò inter baptiſma fluminis & iſtud ſanguinis baptiſma id diſcrimen eſt: quòd baptiſma quinti generis ſiue fluminis in confeſſione trinitatis ſuſceptum ſequentib. inquinari poteſt culpis. Neq; ſecundũ Iouiani deliramẽta (quæ copioſè & acerrimè à Hieronymo confutantur) baptiſatus Chriſti baptiſmo redditur impeccabilis, aut à futuro in malũ prolapſu ſecurus aut alienus. Baptiſma uerò ſanguinis nõ poteſt futuris cõtaminari ſordibus, quia morte abſoluitur, quæ in Domino obdormiẽtes reddit extra ſtatum & conditionẽ peccandi conſtitutos. Octauũ & ultimũ baptiſma ab autore hic enumeratum eſt baptiſma executoriũ diuinæ iuſtitiæ in impios, qui detrudentur in ignem æternum cũ diabolo & angelis eius, de quo Ioannes Baptiſta Matth. ca. 3. dicit: Cuius uentilabrũ in manu ſua, & permundabit aream ſuã: & congregabit triticũ in horreũ ſuum, paleas aũt cõburet igni inextinguibili. Porrò illud baptiſma in tenebris exteriorib. in terminũ, ubi erit fletus & ſtridor dentiũ, ubi uermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur, non ſalutare eſt, quia ſalutẽ ijs qui eo puniuntur non confert: ſed malitiæ exitioſum eſt, quia autores malitiæ intolerabili ſupplicio cruciat, & imponit finẽ prauitati & peccato ex integro cõmittendis, ut prius cõmiſſa ſunt, quãuis cõtractas antea culpas nunq; eluat aut expiet. Siquidẽ in dãnatis æterno ſupplicio, prauitas & peccatum dicitur nõ dominari amplius, quia noua ibi perinde atq; prius peccata nõ perpetrantur, tametſi antè cõmiſſa nunq; abradantur. Poſtremũ annotandum proponit autor, quòd cũ Dominũ noſtrum baptiſauit ſanctus Ioannes in Iordane, tunc etiam ipſe Ioannes baptiſatus eſt baptiſmo ſpiritus ſancti, cuius chariſmata abundãtius & uberius quã antè ſuſcepit, ſanctificatus à Domino, nouo ſanctificationis priuilegio, ex cõtactu ſacratiſſimi corporis Domini, & baptiſandi miniſterio, in eũ exhibito. Nõ quidẽ quòd prius ſpiritum ſanctũ non habuerit Ioannes, quo ex utero matris repletus fuit, præſentemq; Dominũ inſolita exultatione cognouit: ſed quia nouo alioq; genere, & affluẽtius, tũc ſpiritu ſancto repletus fuerit. Fuit itaq; in illa Chriſti baptiſatione, mutua utriuſq;, Chriſti inq; & Ioannis, in alterũ baptiſmi collatio & acceptio. Quippe Chriſtus à Ioanne baptiſatus eſt flumine, & eũ baptiſauit ſpiritu. E diuerſo Ioannes Chriſtũ baptiſauit in flumine, & baptiſatus eſt ab eo ſpiritus ſancti largiori effuſiõe. Cũ uerò Ioãnes ab impio Herode capite obtrũcatus eſt in carcere ꝓ ueritate & iuſtitia, tunc baptiſmate ſanguinis & martyrij inſuper baptiſatus eſt.

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ. πϛ.

Ἡ μέντοι πίστις διπλῆ ἐστιν. ἔστι γὰρ πίστις ἐξ ἀκοῆς. ἀκούοντες γὰρ τῶν θείων γραφῶν, πιστεύομεν τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος. αὕτη δὲ τελειοῦται πᾶσι τοῖς νομοθετηθεῖσιν ὑπὸ τοῦ χριστοῦ, ἔργῳ πιστεύουσα, εὐσεβοῦσα, καὶ τὰς ἐντολὰς πράττουσα τοῦ ἀνακαινίσαντος ἡμᾶς. ὁ γὰρ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πιστεύων, ἢ κοινωνῶν διὰ τῶν ἀτόπων ἔργων τῷ διαβόλῳ, ἄπιστός ἐστι. ἔστι δὲ πάλιν πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, ἢ ἀδίστακτος καὶ ἀδιάκριτος ἐλπίς, τῶν τε ὑπὸ θεοῦ ἡμῖν ἐπηγγελμένων, καὶ τῆς τῶν αἰτήσεων ἡμῶν ἐπιτυχίας. ἡ μὲν οὖν πρώτη, τῆς ἡμετέρας γνώμης ἐστίν, ἡ δὲ δευτέρα, τῶν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος. ἰστέον δέ, ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος περιτεμνόμεθα ἅπαν τὸ ἐκ γενέσεως κάλυμμα, ἤτοι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἰσραηλῖται πνευματικοί, καὶ θεοῦ λαὸς χρηματίζομεν.

DE FIDE. Cap. XI.

Fides tamen duplex eſt: nam eſt fides ex auditu. Audientes enim diuinas ſcripturas, credimus doctrinæ ſpiritus, quæ quidem perficitur omnib. quæ legiſlatione à Chriſto poſita ſunt, opere credens, pietate exercens, & præcepta eius faciens qui renouauit nos. Qui enim ſecundum traditionem catholicæ eccleſiæ credit, ſed communicat operibus diabolo, infidelis eſt. Eſt autem rurſus & fides eorum quæ ſperantur ſubſtantia, rerum argumentum quæ non uidentur, indubitabilis & indijudicabilis ſpes, tam eorum quæ à Deo nobis promiſſa ſunt, quàm aſſecutionis noſtrarum petitionum. Prima igitur noſtræ uoluntatis eſt, ſecunda chariſmatum ſpiritus. Sciendum autem, quòd per baptiſma circuncidimur, omne quod à generatione contraximus indumentum, id eſt, peccatum: & Iſraelitæ ſpirituales, & Dei populus euadimus.

COMMENTARIVS.

Dvplicem fidem hoc loco distinguit autor. Prima est acquisititia, quã per doctrinã acquirimur, cum edocemur articulos fidei: aut audiẽtes uerbum Dei discimus, quæ nobis credenda proponuntur. De hac aũt loquitur Apostolus ad Romanos decimo capite dicens: Quomodo credent ei, quẽ non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Ergo fides ex auditu est, auditus aũt per uerbum Christi. Et huiusmodi fides ut habeatur efficax, debet bonis operibus cõprobari, & diuinorũ obseruatione mandatorum fulciri: quoniam, ut dicit beatus Iacobus secundo suæ epistolæ capite. Fides sine operibus mortua est. Et Matthæi septimo capite dicit Dominus: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uoluntatẽ patris mei, introibit in regnũ cœlorũ. Per eos quidem qui Christum Dominũ appellãt, confessio fidei intelligitur: sed inefficax ad æterni regni introitum, nisi diuinæ uoluntatis cõpletio, & operatio bona accesserit eidem. Idcirco de ijs qui in ore quidẽ credunt, sed operibus à fidei pietate abhorrent, dicit Paulus primo capite ad Titũ: Qui dicunt se nosse Deum, factis aũt negant. Et huiusmodi fides primi generis, nostræ est uoluntatis. quoniã ut dicit Augustinus, cætera potest homo nolens, credere autem non nisi uolens. Altera aũt est fides infusa animis eorum qui baptisma suscipiunt, & una de numero charismatũ spiritus sancti, inspirantis eam cordibus fidelium: quam Apostolus undecimo ad Hæbreos capite describit, quod est sperandarũ substantia rerũ argumentũ non apparentium. Vnde ibi dicitur fides substantia rerũ sperandarum, quòd fundamentũ sit, & primaria causa sperandi futuram in nobis beatitudinem. Si quis enim nõ credat, Deũ esse bonorum retributorem, aut uitã æternam esse, quomodo is afficietur desiderio uitæ æternæ cõsequendæ? Hinc Apostolus eodem loco ad Hebręos dicit, quòd oportet accedentem ad Deũ credere, quia est, & quòd inquirentibus se remunerator est. Est itaq; fides ut dux, spes uerò ut comes eius, & eam cõsequens, quinimò ex eius principijs oriens. Proinde in litera præsente paulo pòst fides dicitur spes indubitabilis, tã eorũ quæ à Deo nobis ꝓmissa sunt, scilicet æternorum bonorũ: quã assecutionis nostrarum petitionũ (quas cum in nomine eius facimus in fide nihil hæsitantes, protinus assequimur) eo quòd fides spem aggignat, eiusq; fundamenta iaciat. Dicitur rursum fides argumentum non apparentiũ, quòd cõprobatio sit certissima & nulla ambiguitate uacillans, eorum quæ nec sensu, nec ratione naturali apparent: quinimò super sensum omnẽ & rationis captum longè eminent. Et id sanè argumentũ soli innititur dicentis autoritati, quæ summa est ueritas, neq; ab ea falsum prodire potest: ut neq; à summa luce tenebræ, nec à calore frigus. Si enim tanta Pythagoræ, ab auditoribus ueneratio tributa est, autore Valerio, ut quæ ab eo acceperant, in disceptationẽ dubitationẽq; adducere nefas crederent: & interpellati ad reddendã suorũ dictorũ causam, id solum respõdebant, illum sic dixisse, nullam aliam afferentes rationem, quã præceptoris testimonium, qui tamen uanitati subiectus erat, ut & cæteri homines: nam omnis homo mendax. Quid ergo fidei adhibendũ est Deo, qui summè uerax est, & in quem mendacium, error, aut fallacia cadere non potest? Re uera ei dicenti, & nobis loquenti in scripturis, indubitatò credendũ est: nec eorum quæ credẽda proponit, curiosior indaganda est est ratio. Deinde ostendit Damascenus, affinitatẽ quandam inter baptismum quo abluitur, & circuncisionem spiritualem, qua præcidũtur à nobis noxia & superflua uitiorũ, quod utiq; etiam fit in baptismo. Vnde Israelitæ secundum carnẽ circuncisi sunt, carnali circuncisione & manu facta, quæ figura & umbra tantũ erat circuncisionis spiritualis & mysticæ in nobis cũ baptisamur cõpletæ. Siquidem in lotione baptismali abraditur à nobis, & abijcitur uetustas peccati, ab origine prima contracti, & efficimur Israelitæ spirituales, filij scilicet Abrahæ, Isaac & Iacob, nõ quidem secundũ carnem, sed spiritũ, utpote per fidei bonorumq; operum imitationem. De qua spirituali & multũ honoranda cognatione loquitur Apostolus ad Romanos nono cap. dicens: Nõ eñ omnes (inquit) qui ex circũcisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ: neq; qui semẽ sunt Abrahæ, omnes filij. Sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi sunt filij Dei: sed qui filij sunt repromissionis, æstimantur in semine. Et beatus Ioãnes Baptista ad Scribas & Pharisęos increpitans ait, capite Matthæi 3. Nolite dicere in cordibus uestris, Patrem habemus Abraham. Potens eñ est Deus de lapidib. istis suscitare filios Abrahæ: id est, de duris gentilium præcordijs imitatores fidei & operũ Abrahæ efficere. Similiter Iudæis gloriantib. quòd ex fornicatione nati nõ essent: sed patrem haberẽt Abraham, respondit Dominus noster: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Quibus uerbis denotauit, spiritualẽ illã affinitatem cũ sanctis patriarchis & in imitatione fidei & bonorũ operum, longè esse præstantiorem & acceptiorem Deo, quàm carnalem cognationem, operũ æmulatione consectationeq; uacuam. Hinc commendat Zachæum prius publicanorum principem, sed deinde abiecto pondere diuitiarum uerè effectũ Christi discipulũ, benignus hominum amator dicens: Salus hodie huic domui facta est, eo quòd ipse sit filius Abrahæ: ubi non carnis propaginem respexit Dominus, sed fidei & uirtutum imitationem.

ΠΕΡΙ ΣΤΑΥΡΟΥ, ΕΝ Ω ΕΤΙ καὶ περὶ πίστεως. πκ.

Ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί· τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις θεοῦ ἐστιν. ὁ μὲν γὰρ πνευματικὸς πάντα ἀνακρίνει, ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. μωρία γάρ ἐστι τοῖς μὴ πίστει δεχομένοις, καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ παντοδύναμον τοῦ θεοῦ λογιζομένοις, ἀλλ' ἀνθρωπίνοις καὶ φυσικοῖς λογισμοῖς ἐξερευνῶσι τὰ θεῖα. πάντα γὰρ τὰ τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ φύσιν εἰσὶ καὶ λόγον καὶ ἔννοιαν. εἰ γάρ τις λογίσηται ὅπως ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι, τίνος τε ἕνεκεν παρήγαγεν ὁ θεὸς τὰ πάντα, καὶ φυσικοῖς λογισμοῖς φθάσαι βουληθῇ, οὐ καταλαμβάνει. ψυχικὴ γάρ ἐστιν ἡ γνῶσις αὕτη, καὶ δαιμονιώδης. εἰ δέ τις πίστει χειραγωγούμενος, ἀγαθὸν καὶ παντοδύναμον, καὶ ἀληθές, καὶ σοφόν, καὶ δίκαιον τὸ θεῖον λογίσηται, εὑρήσει πάντα λεῖα καὶ ὁμαλά, καὶ ὁδὸν εὐθεῖαν. ἐκτὸς γὰρ πίστεως, ἀδύνατον σωθῆναι. πίστει γὰρ πάντα τά τε ἀνθρώπινα, τά τε πνευματικὰ συνίστανται. οὔτε γὰρ γεωργὸς ἐκτὸς πίστεως τέμνει γῆς αὔλακα. οὐκ ἔμπορος μικρῷ ξύλῳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τῷ μαινομένῳ τῆς θαλάσσης πελάγει παραδίδωσιν. οὐ γάμοι συνίστανται, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἐν τῷ βίῳ. πίστει νοοῦμεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει παρῆχθαι. πάντα τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα πίστει κατορθοῦμεν. πίστις δέ ἐστιν, ἀπολυπραγμόνητος συγκατάθεσις. πᾶσα μὲν οὖν πρᾶξις καὶ θαυματουργία τοῦ χριστοῦ, μεγίστη καὶ θεία, καὶ θαυμαστή. ἀλλὰ πάντων ἐστὶ θαυμαστότερον ὁ τίμιος αὐτοῦ σταυρός. δι' οὐδενὸς γὰρ ἑτέρου ὁ θάνατος κατήργηται, ἡ τοῦ προπάτορος ἁμαρτία λέλυται, ὁ ᾅδης ἐσκύλευται, ἡ ἀνάστασις δεδώρηται, δύναμις ἡμῖν τοῦ καταφρονεῖν τῶν παρόντων καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου δέδοται, ἡ πρὸς τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα ἐπάνοδος κατώρθωται, πύλαι παραδείσου ἠνοίχθησαν, ἡ φύσις ἡμῶν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ κεκάθικε, τέκνα θεοῦ καὶ κληρονόμοι γεγόναμεν εἰ μὴ διὰ τοῦ σταυροῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. διὰ σταυροῦ γὰρ ταῦτα πάντα κατώρθωται. ὅσοι γὰρ ἐβαπτίσθημεν εἰς χριστόν, φησὶν ὁ ἀπόστολος, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν. ὅσοι δὲ εἰς χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, χριστὸν ἐνεδυσάμεθα. χριστὸς δέ ἐστι θεοῦ δύναμις, καὶ θεοῦ σοφία. ἰδοὺ ὁ θάνατος τοῦ χριστοῦ, ἤτοι ὁ σταυρός,

DE CRVCE VBI ET ADHVC de fide. Cap. XII.

Sermo crucis, ijs qui pereunt ſtultitia eſt: nobis autem qui ſalute reſpiramus, uirtus Dei eſt. Nam ſpiritualis omnia dijudicat, animalis uerò homo non ſuſcipit ea quę ſpiritus ſunt. ſtultitia enim ijs qui fidem non ſuſcipiunt, & bonitatem & omnipotentiam Dei non exiſtimant, ſed humanis & naturalibus cogitationibus diuina ſcrutantur. Omnia enim Dei, ſunt ſuper naturam, adhuc & ſuper ſermonem & mentē. Quis enim cogitauerit, quo pacto ex nihilo ad eſſe, & cuius gratia deduxerit Deus uniuerſa? ſi naturalibus cogitationibus inuenire uoluerit, non apprehendet: animalis enim eſt hæc indagatio, & dæmonica. Si quis uerò fide manuductus, bonitatem, omnipotentiam, ueritatem, ſapientiam, iuſtitiam & diuinitatem cogitet, inueniet omnia leuia & plana, & uiam rectam. Sine enim fide, impoſſibile eſt ſaluari. nam fide omnia & humana & ſpiritualia cōſtant. Neque enim agricola ſine fide incidit terræ ſulcum, neque mercator paruo ligno ſuam ipſius animam inſano maris pelago committit, non nuptiæ fiunt, non aliud quicquam in uita, ſine fide. Fide intelligimus: ex nihilo ad eſſe omnia Dei uirtutute deducta eſſe omnia & diuina & humana fide dirigimus. Fides autem, eſt inſcrutabilis conſenſus. Omnis igitur actio & miraculiſica operatio Chriſti: maxima, diuina & ſummè admiranda, omnium tamen admirabiliſſimum eſt precioſa ipſius crux. Per nullū etiā aliud mors primi parentis deſtructa eſt, primi parentis peccatum ſolutum, infernus ſpoliatus, reſurrectio donata, uirtus nobis contemnendi præſentia mortemq́ ipſam elargita ad antiquam beatitudinem regreſsio reparata, portæ paradiſi patefactæ, natura noſtra in dextris Dei ſedens, filij Dei & hæredes facti, niſi per crucē Domini noſtri Ieſu Chriſti. Per ipſam enim hæc omnia mirificè ſunt impleta. nam quicunque baptiſati ſumus in Chriſto, ut inquit Apoſtolus, in morte eius baptiſati ſumus: & quicunque in Chriſto baptiſati ſumus, Chriſtum induimus. Chriſtus autē eſt Dei uirtus & ſapiētia. Ecce mors Chriſti, id eſt, crux

τὴν γενομένην ὑπόστατον τοῦ θεοῦ σοφίαν καὶ δύναμιν ἡμᾶς περιέβαλε. δύναμις δὲ θεοῦ ἐστιν, ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, ἢ ὅτι τὸ δυνατὸν τοῦ θεοῦ, ἤγουν ἡ κατὰ τοῦ θανάτου νίκη δι' αὐτοῦ ἡμῖν πεφανέρωται, ἢ ὅτι ὥσπερ τὰ τέσσαρα ἄκρα τοῦ σταυροῦ διὰ τοῦ μέσου κέντρου κρατοῦνται καὶ συσφίγγονται, οὕτως διὰ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως, τό τε ὕψος καὶ τὸ βάθος, μῆκός τε καὶ πλάτος, ἤτοι πᾶσα ὁρατή τε καὶ ἀόρατος κτίσις συνέχεται. οὗτος ἡμῖν σημεῖον ἐδόθη ἐπὶ τοῦ μετώπου, ὃν τρόπον τῷ Ισραὴλ ἡ περιτομή. δι' αὐτοῦ γὰρ οἱ πιστοὶ τῶν ἀπίστων ἀφιστάμεθα καὶ γνωριζόμεθα. οὗτος θυρεὸς καὶ ὅπλον καὶ τρόπαιον κατὰ τοῦ διαβόλου. οὗτος σφραγίς, ἵνα μὴ θίγῃ ἡμῶν ὁ ὀλοθρεύων, ὡς ἡ γραφή φησι. οὗτος τῶν κειμένων ἀνάστασις, τῶν ἑστώτων στήριγμα, ἀσθενῶν βακτηρία, ποιμαινομένων ῥάβδος, ἐπιστρεφόντων χειραγωγία, προκοπτόντων τελείωσις, ψυχῆς σωτηρία καὶ σώματος, πάντων τῶν κακῶν ἀποτρόπαιον, πάντων τῶν ἀγαθῶν πρόξενος, ἁμαρτίας ἀναίρεσις, φυτὸν ἀναστάσεως. ξύλον ζωῆς αἰωνίου. αὐτὸ μὲν οὖν τὸ τίμιον ξύλον ὡς ἀληθῶς, καὶ σεβάσμιον, ἐν ᾧ ἑαυτὸν εἰς θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς προσενήνοχεν, ὡς ἁγιασθὲν τῇ ἀφῇ τοῦ ἁγίου σώματός τε καὶ αἵματος, εἰκότως προσκυνητέον, ὡς ἥλους, τὴν λόγχην, τὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτοῦ σκηνώματα· ἅτινά εἰσιν ἡ φάτνη, τὸ σπήλαιον, ὁ Γολγοθᾶς, ὁ σταυρός, ὁ ζωοποιὸς τάφος, ἡ Σιὼν τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ἀκρόπολις, καὶ τὰ ὅμοια, ὥς φησιν ὁ θεοπάτωρ Δαβίδ, εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσομεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. ὅτι δὲ τὸν σταυρὸν λέγει, δηλοῖ τὸ ἑπόμενον· ἀνάστηθι κύριε εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. ἕπεται γὰρ τῷ σταυρῷ ἡ ἀνάστασις. εἰ γὰρ τῶν ἐρωμένων ποθητὸς οἶκος, καὶ κλίνη καὶ περιβόλαιον, πόσῳ μᾶλλον τὰ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος δι' ὧν καὶ σεσώσμεθα. προσκυνοῦμεν δὲ καὶ τὸν τύπον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, εἰ καὶ ἐξ ἑτέρας ὕλης γένηται, οὐ τὴν ὕλην τιμῶντες, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὸν τύπον ὡς Χριστοῦ σύμβολον. ἔφη γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς διατιθέμενος, τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ, τὸν σταυρὸν λέγων. διὸ καὶ ταῖς γυναιξὶν ἔλεγεν ὁ τῆς ἀναστάσεως ἄγγελος· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον. καὶ ὁ ἀπόστολος, ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν

hypostatica Dei uirtute & sapientia circundedit nos. Virtus siquidem Dei, est uerbum crucis: aut quia potentia Dei, id est contra mortem uictoria, per ipsam nobis manifestata est: aut quia, quemadmodum quatuor extrema crucis per medium centrum continentur & constringuntur, sic per Dei uirtutem altitudo & profunditas, longitudo & latitudo, id est, omnis uisibilis & inuisibilis creatura continetur. Hæc nobis signum data est super frontem, quemadmodum Israeli circuncisio: per ipsam enim fideles ab infidelibus & distamus & discernimur. Ipsa est scutum & arma & trophæum aduersus diabolum: ipsa signaculum, ut non tãgat nos exterminator, ut inquit scriptura. Ipsa iacentium erectio, stantium firmamẽtum, baculus debilium, pastorum uirga, conuertentium manuductio, proficientium perfectio, animæ salus & corporis, omnium malorum auersio, omnium bonorum causa, peccati destructio, arbor resurrectionis, lignum uitæ æternæ. Ipsum nimirum pretiosum lignum, & per quã uerè uenerandum: in quo semetipsum in hostiam pro nobis Christus obtulit, ut sanctificatum tactu sancti corporis & sanguinis, decenter adorandũ. Clauique & lancea, & indumenta, & sacra ipsius tabernacula: quæ sunt, præsepe, spelunca, Golgata, crux, uiuificũ sepulchrũ, Sion ecclesiarum propugnaculum, & similia, ut deiparens ait Dauid: Introibimus in tabernacula eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Quòd autem crucem dicat, ostendit quod sequitur: Resurge Domine in requiem tuam sequitur enim crucem resurrectio. Si enim amatorum desiderabilis domus & lectus, & amictus: multo magis Domini & saluatoris nostri, per quæ & saluati sumus. Adoramus etiam figuram pretiosæ & uiuificæ crucis, tametsi ex alia materia facta est, non materiam uenerantes (absit enim) sed figuram, tanquam Christi signum. Dixit enim discipulis suis, contestans, Tunc apparebit signum filij hominis in cœlo: crucem dicens. Et idcirco mulieribus dixit resurrectionis angelus: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum. Et Apostolus: Nos autem prædicamus Iesum Christum, & ipsum crucifi-

ἐσταυρωμένον. πολλοὶ μὲν χριστοὶ καὶ ἰησοῖ, ἀλλ' εἷς ὁ ἐσταυρωμένος, οὐκ εἶπε λελογχευμένον, ἀλλ' ἐσταυρωμένον. προσκυνητέον τοίνυν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ. ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ τὸ σημεῖον, ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ἔσται. τὴν δὲ ὕλην ἐξ ἧς ὁ τύπος τοῦ σταυροῦ συνίσταται, εἰ καὶ χρυσὸς, ἢ λίθοι εἶεν τίμιοι, μετὰ τὴν τοῦ τύπου, εἰ τύχοι, διάλυσιν, οὐ προσκυνητέον. πάντα τοίνυν τὰ θεῷ ἀνακείμενα προσκυνοῦμεν, αὐτῷ τὸ σέβας προσάγοντες. τοῦτον τὸν τίμιον σταυρὸν προετύπωσε τὸ ξύλον τῆς ζωῆς τὸ ἐν τῷ παραδείσῳ ὑπὸ θεοῦ πεφυτευμένον. ἐπειδὴ γὰρ διὰ ξύλου ὁ θάνατος, ἔδει διὰ ξύλου δωρηθῆναι τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν. Ἰακὼβ προσκυνήσας τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου, ἐνηλλαγμέναις ταῖς χερσὶ τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ εὐλογήσας, καὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ διαγράφει σαφέστατα. ῥάβδος Μωσαϊκὴ, σταυροτύπως τὴν θάλασσαν πλήξασα, καὶ σώσασα μὲν τὸν Ἰσραὴλ, Φαραὼ δὲ βυθίσασα. χεῖρες σταυροειδῶς ἐκτεινόμεναι, καὶ τὸν Ἀμαλὴκ τροπούμεναι. ξύλῳ πικρὸν ὕδωρ γλυκαινόμενον, καὶ πέτρα ῥηγνυμένη, καὶ προχέουσα νάματα. ῥάβδος τῷ Ἀαρὼν τὸ τῆς ἱεραρχίας ἀξίωμα χρηματίζει. ὄφις ἐπὶ ξύλου θριαμβευόμενος ὡς νενέκρωται, τοῦ ξύλου τοὺς νεκρὸν ὁρῶντας τὸν ἐχθρὸν διασώζοντος τοὺς πιστεύοντας, ὡς χριστὸς ἐν σαρκὶ ἁμαρτίας ἁμαρτίαν οὐκ εἰδυῖα, προσήλωται. Μωσῆς ὁ μέγας ὄψεσθε βοᾷ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐπὶ ξύλου κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Ἡσαΐας, ὅλην τὴν ἡμέραν διεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. οἱ τοῦτον προσκυνοῦντες, τῆς μερίδος τύχοιμεν χριστοῦ τοῦ ἐσταυρωμένου, ἀμήν.

crucifixum. Multi enim Christi & saluatores: sed unus crucifixus, non dixit lancea perfossum, sed crucifixũ. Adorãdum igitur est signum Christi: ubi enim fuerit signum eius, illic & ipse erit. Materia autẽ ex qua figura crucis exprimitur, siue sit aurum, siue lapides preciosi, aut alia quæuis materia, post figurationem si cõtingat dissolui, non adoranda. Omnia igitur quæ Deo adiacuerunt, adoramus ipsi reuerentiam pietatisq́ cultũ exhibentes. Hanc preciosam crucem prefigurauit uitę lignũ quod in paradiso plantatum est à Deo. Nam posteaquã per lignũ mors, oportebat per lignum donari uitã & resurrectionẽ. Iacob adorans summitatẽ uirgæ, alternatis cancellatisq́ manibus filios Ioseph benedicẽs, signũ crucis manifestissimè descripsit. Virga Mosaica in similitudine crucis mare percussit, & saluauit Israel, Pharaonẽ aũt submersit. Manus cruciformiter extẽsæ, Amalech repulerũt. Ligno amara aqua, dulcis facta est, & petra rupta, & profundens fluenta. Virga Aarõ, sacri pontificatus insigne fuit. Serpens in ligno triũphatus qui mortuus est, ligno mortuũ uidentes inimicũ saluante, credentes quòd Christus in carne peccati peccatũ non sciẽte, in cruce peccata affixit. Magnus Moses clamat: Videbitis uitam uestrã pendentem in ligno ante oculos uestros. Et Esaias: Tota die expãdi manus meas ad populũ discredentem, & contradicentem. Qui hanc igitur adorant, participes fiant Christi crucifixi. Amen.

COMMENTARIVS.

QVoniam uiuificæ crucis mysteria explanaturus hoc loco Damascenus, in principio mentionẽ facit ex Paulo de homine animali & spirituali: id animaduertendũ, quòd quẽadmodũ dicit Origenes in procemio expositionis Cantici Canticorũ: Moses principio Geneseos describit duplicis hominis formationem, scilicet exterioris, cũ inquit, Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculũ uitæ & factus est homo in animã uiuentem: & interioris, cum hominem dicit factũ ad imaginem & similitudinẽ Dei. Quicquid enim nobis cum animantibus rationis expertibus cõmune est, ad exteriorẽ attinet hominem. Quod uerò cum superioribus & incorporeis naturæ entib. cõspirans in nobis cõperitur, ut mens, libera uoluntatis potestas, & Deũ iugiter recolẽs memoria, ad interiorẽ spectat hominẽ: de quo Apostolus ad Rom. 7. ca. ait: Cõdelector legi Dei secũdũ interiorẽ hominẽ. Et 2. ad Cor. ca. 4. Etsi exterior homo noster corrũpatur, interior tamen renouatur de die in diẽ. Itaq; spiritualis homo hic dicitur, qui uiuit secundũ interiorẽ hominẽ, affectumq́; omnem spiritui & Deo subijcit, cuius ductu agitur. Et is illabefactũ habẽs interiorẽ spiritualemq́; gustũ, quo intimè degustat: quoniã suauis est Dominus, omnia facilè dijudicat, humanaq; & naturalia à supernaturalib. & diuinis operib. solertia animi exactè discernit. Quemadmodũ corporeũ habens gustũ incorruptũ, saporũ omniũ uerum habet discerniculũ. Animalis uerò homo hic dicitur, qui secundũ exteriorem degit hominẽ, sensuũ oblectamẽta & illecebras prosequens, & carnalia explẽs desideria. Is aũt cũ interioris hominis gustũ habeat omnino uiciatũ & corruptũ, non percipit ea quæ Dei sunt: perinde atq; linguã habẽs amaro hu-

 morẽ

more perfusam,nõ acutũ neq; rectũ habere potest sapoɼũ discrimẽ.Nõ potest igitur animalis
homo & supra terrenas cogitationes atq; naturales minimè cõscendẽs,diuina percipere my
steria, ut cuius gratia deduxerit Deus,uniuersa ad esse.Nulla quidẽ potior fuit causa produ
ctionis rerũ ad esse,nisi ut Deus bonitatẽ suã(cuius erat ab æterno immẽsè plenus)alijs cõmu
nicaret,eãq; extra se profunderet,atq; ꝓpagaret.Siquidẽ ipse Deus immẽsum bonitatis pela
gus & per se sufficiẽtissimus,nõ cõtẽtus infinitæ intra se bonitatis exuberãtiã subsistere, alijs
à se soluit cuiq; ꝓ suo captu participationem suæ bonitatis indulgere atq; impartiri,ut D. ait
Dionysius in libro de Cœlesti hierarchia,ca.4. Primũ omniũ(inquit) illud uerissima ratione
diximus,ut bonitate sola,summa illa diuinitas rerũ essentias statuit, atq; ad esse produxit.
Est em̃ omniũ causæ,excellẽtisq; bonitatis id propriũ, ut ad cõsortiũ sui quæ sunt, inuitet &
attrahat omnia.singula scilicet ꝓ captu & modo rationis suæ Igitur omnia quæq; subsistũt,
ꝓuidẽtiæ ratione regũtur,ex summa illa omniũ autore deitate manãtis,illiq; participãt.Por
rò quãta sit fidei in Deũ habẽdæ necessitas pariter & utilitas,ex eo manifestat autor,qđ sine
fide & credulitate assequẽdæ futurũ aliqđ bonũ quod in præsentia nõ conspicitur,sed habẽ
dũ speratur atq; expectatur,nullũ apud homines tentatur opus,neq; terræ cultura,neq; naui
gatio,neq; connubiũ.Eandẽ quoq; sententiã astruit Hieronymus in Expositione fidei catho
licæ,dicẽs:Nec mare quis ingreditur,& liquido ac profundo se cõmittit elemẽto,nisi se prius
credat posse saluari.Nec agricola semina sulcis obruit,nec fruges spargit in terrã,nisi credide
rit uẽturos imbres, affuturũ quoq; solis teporẽ:quibus terra cõfossa,segetes multiplicata fru
ge ꝓducat,ac uẽtis spirantib. nutriat. Nihil deniq; est qđ in uita geri possit, si nõ credulitas
antè præcesserit. Quid mirũ igitur,si accedẽtes ad Deũ,credere nos primò omniũ ꝓfitemur?
cũ sine hoc nec ipsa exigi possit uita cõmunis. Deniq; matrimonia cõtrahũtur,quia creditur
successura posteritas.Et pueri discẽdis artib. tradũtur,quia magistrorũ in discipulos trãsfun
dẽda creditur disciplina. Et imperij insignia unus suscipit,dũ credit sibi populos & urbes,ar
matũ etiã exercitũ pariturũ.Quòd nisi hęc singula prius crediderit futura,nullus aggreditur
Quo modo nõ multo magis ad agnitionẽ Dei credẽdo ueniatur? Hæc Hieronymus.Defini
tur aũt hic fides esse inscrutabilis cõsensus,quia firmus est, & sine animi uacillatione assensus
diuinorũ mysteriorũ,quẽ tamẽ nec sensu,nec rationis naturalis lumine perscrutari possumus
ob eius sublimitatẽ & celsitudinẽ: sed sola animi pietate,solida fide subnixi, illũ attingimus,
nobisq; uẽdicamus.Deinceps beneficia ꝑ salutiferæ crucis mysteriũ,multifariã suscepta recẽ
sens autor,in primis illud ꝓponit, qđ per Christi crucẽ primi parẽtis peccatũ solutũ est:quẽ
admodũ Apostolus ad Coloss scribens ca.2 de Christo mortẽ in cruce passo dicit:Delens qđ
aduersum nos erat chirographũ decreti,qđ erat cõtrariũ nobis:& ipsum tulit de medio.affi
gens illud cruci,& expoliãs principatus & potestates traduxit cõfidenter, palã triumphans
illos in seipso.Et eadẽ epistola ca.1.Quia in ipso cõplacuit omnẽ plenitudinem inhabitare,&
per eũ recõciliari omnia in ipsum,pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris,siue
quæ in cœlis sunt,Cõsimiliter Dominus noster Ioan.12.ca.ostendens quo mortis genere esset
seipsum Deo patri oblaturus hostiã uiuentẽ,& beneplacentẽ pro nobis,inquit:Ego si exalta
tus fuero à terra,omnia trahã ad meipsum.Sanè in crucẽ sublatꝰ omnia ad se traxit, quia nos
Deo recõciliatos,sibi reparationis gratia uniuit,dispersosq; Dei filios in unũ collegit.Dein
ceps figurationis & formæ ipsius crucis(in qua quatuor extrema per mediũ centrũ colligan
tur & coadunãtur rationẽ mysticã autor in litera declarat: q̃ & beatus Augustinus expones
Illud uerbũ Apostoli ca.3.ad Ephes. Vt possitis cõprehendere cũ omnib.sanctis,quæ sit lõgi
tudo, latitudo,sublimitas,& ꝓfundũ,cõformiter explicat hoc modo. In his uerbis figura &
mysteriũ crucis ostẽditur.Qui em̃ quia uoluit,mortuus est & quomodo uoluit,mortuus est.
Nõ frustra ergo tale genus mortis elegit: in quo latitudinis huius & lõgitudinis, altitudinis
& ꝓfundi dimẽsio cõperiretur.Nã latitudo in cruce,est trãsuersum lignũ ubi figũtur manus.
Lõgitudo est ab ea parte ligni quę ab ipso trãsuerso ad terrã tẽdit,& ab ipso usq; ad terrã cõspi
cua est. Altitudo aũt in illo ligno est,qđ ab eodẽ trãsuerso sursum caput uersus eminet.Profũ
dũ uerò est in ea parte ligni q̃ nõ apparet,quæ fixa terræ occultatur. hæc itaq; quatuor extre
ma crucis,ꝑ mediũ centrũ(id scilicet punctũ quo trãsuersum lignũ alteri à summo in imũ por
recto cõnectitur & coincidit,ubi scilicet sese intersecãt)cõtinẽtur & cõiunguntur,& in omnẽ
porriguntur creaturarũ locũ & habitationẽ,sursum,deorsum,dextrorsum & sinistrorsum:ad
designandum creaturã omnẽ salutis capacẽ,per sanguinẽ Christi in cruce effusum esse recon
ciliatum Deo & unitum:quẽadmodũ prædixerat Dominus noster Ioan.ca.12, Ego(inquit)si
exaltatus fuero è terra, omnia trahã ad meipsum. Ad se planè tanq̃ ad centrũ omnes undi
quaq; cõstrinxit & collegit. Præterea ipsa crux dicitur nobis signũ data esse super frontẽ. Nã
Ezechiel.9.ca legitur Dominum dixisse ad uirum lineis indutum: Transi per mediã ciuitatẽ
in medio Hierusalẽ,& signa Thau super frontes uirorum gemẽtium & dolentium super cun
ctis abominationib. quæ fiunt in medio eius. Deinde cum alijs sex uiris habentib. uasa inte
ritus in manib. suis mãdatũ fuerit ministerium occidendi quosuis in ciuitate usq; ad interne
cionẽ,ipsis dictũ est:Omnẽ aũt super quẽ uideritis Thau,ne occidatis. Vbi glosa dicit: Thau
litera extrema in antiquis Hebræorum literis,quibus ad hunc usq; diem utũtur Samaritani,
crucis

crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontib. frequenter signatur, cuius munitione ꝓtegimur. Rursum Apocalypsis 7. ca. angelus ab ortu solis ueniens, & habēs signū Dei uiui, clamauit ad quatuor angelos quibus datū erat nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neq; arborib. quoadusq; signemus seruos Dei in frōtib. eorū: eo scilicet signo qđ tutela & munimentū est cōtra aduersas potestates: qđ & gentiles ipsi nostræ fidei expertes cognouisse experimento referūtur. Et inter cæteros Iulianus Cæsar impius & sacrilegus, dæmonū cateruā à magico uiro (cui superstitiosè addictus erat) accitā diris incātationib. crucis signaculo effugauit, qui tamen infestus admodū & infensus Christianæ religioni fuit. Memoratur & illud de ethnico quodā & gentili, qui iter agens, & nocte superueniente interceptus cōcessit se in templū idolorū pro quiete nocturna, quoniā illi tunc aliud nō occurrit hospitiū, aut diuersorium, in qđ se reciperet. Metuens tamen loci solitudinē & horrēs, signo se crucis muniuit, quod à Christianis audierat, illud magnæ esse uirtutis cōtra quæuis aduersa. Nocte uerò intēpesta uidit ingentē dæmonū turbā eo in loco tenentē cōsistoriū, & suo principi malorū quæ perpetrauerāt, & ad quæ induxerāt homines, rationē reddentē. Cūq; unus ex eis iussus esset à principe cōspicere quis'nā ibidē latitaret, auderet'q; solus in deorū domicilio, temploq; cōsistere: accedēs propius dæmon & potentificæ crucis signo hominē illum munitum cognoscēs, protinus cū diro eiulatu retrogressus clamauit: Vas uacuū, sed signatū: qđ pietate fidei & professione esset uacuus, terrifica tamen cruce signatus. Illico tota illa immundorum spirituū turba, instar fumi euanuit. Ille uerò iam expertus, quā salutaris esset crux etiā ijs qui fidei sacris nec dū essent initiati, sine mora fidē sanctā edoceri uoluit, & sacrū baptisma suscepit. At uerò quòd salutifera crux nobis sit munimentū & ꝓtectio, ut nō tāgat nos exterminator, designatū est per scripturā Exod. 12. ca. referente ibidem filios Israel iussu Domini, unxisse sanguine agni paschalis occisi, superliminare, & utrumq; domus postem: & hoc signo ab exterminatore primogenitorū Aegypti tutos fuisse. Qđ sanè crucis figurā expressit, precioso agni ueri & immaculati sanguine perfusæ, & nos ab infestationib. dæmonum & aduersariorum salutis nostræ munitissimos reddētis. Quoniā aūt hoc in litera enumerāt præclara crucis præconia, ut qđ sit iacentium erectio, stātium firmamentum, baculus debilium, & reliqua: nō præter rē fuerit, & insignes illos sanctæ crucis hic enumerare titulos, quos Cassiodorus in expositione quarti Psalmi, cum magna pietate & religione colligit hoc modo: Crux est humiliū inuicta tuitio, superborū deiectio, uictoria Christi, ꝑditiō diaboli, infernorum destructio, cœlestium cōfirmatio, mors infidelium, uita iustorum. Rursum eodē loco ex Ioāne Cōstātinopolitano, & hæc refert crucis præconia: Crux est Christianorū spes, crux Romanorum uictoria, crux mortuorū resurrectio, crux cæcorum dux, crux cōuersorum uia, crux claudorum baculus, crux pauperum cōsolatio. Et certè nō potest saluifica crucis arbor satis dignis extolli laudib. ut quæ toti mundo medelā & uitā attulerit. Proinde ipsam, eximia & insigni ueneratione colendā designat Dauid pater Domini nostri Iesu Christi secundum carnem, cum Psalmo 131. dicit: Introibimus in tabernaculū eius, adorabimus in loco ubi steterūt pedes eius. Quem quidem locum exponens Cassiodorus, ait: Quod si hoc ad historiam piè uelis referre, significat fortè sanctā crucē, ubi corporaliter stetit, quādo in ea confixus apparuit. In qua stetisse rectè dicitur, ubi corp9 eius infixū fuisse mōstratur. Meritò ergo ꝓpheta hūc locum dicit adorandū, qui nobis & fidei signum præstitit, & salutē. Cæterū cum crucem adoramus & ueneramur, non materiā ipsam ex qua cōponitur honoramus, ut Probè admonet litera, sed figurā ipsam, tanq; signū Christi. Siquidem natura figuræ signiq; est, nos inducere in agnitionem memoriam'q; figurati & signati. Idcirco reuerentia signo exhibita, non simpliciter & absolutè illi impenditur: sed refertur præcipuè in ipsum signatum, tanq; ultimum uenerationis terminū. Atqui crux est figura & signū Christi, ut pro nobis immolati, mortē passi, & humanā redemptionem in crucis passione potissimū operati. Quo enim alio sensibili signo tanq; instrumento, æquè nobis salutē attulit Christus, atq; crucifixiōe, suiq; pro nobis in hostiā salutarē oblatione: qua principem mundi huius prostrauit, & humanū genus æterna morte exemit. Siquidem neq; præsepiū, quo pannis inuolutus reclinari mox natus sustinuit: neq; uestimenta, quibus pro huius uitæ incolatu fuit indutus: neq; sepulchrum, quo ex animis recōditus fuit & tumulatus, tantā nobis impenderunt salutis opē, atq; uiuifica crux. Quocirca inter cætera quæ Christo adiacuerunt nobis salutifera, crux præsertim adorāda est, eā referendo adorationē in Christum, ut pro nobis in ea oblatum, & aduersarum potestatū uictorem. Non tamen hic sumimus adorationem pro cultu latriæ soli Deo debito, cū perspicuū sit, eā culturā cruci nō deberi, ut quæ omnino diuinitatis sit expers: sed pro reuerentia & honoratiōe cuiq; citra Deum exhibita, ob aliq; eius ad Deum habitudinem, & ad homines utilitatem. Et reuera huiusce honorationis ratio ad sanctā crucem est digna & eximia, quòd ara fuerit sacratissima, in qua immolatus est pro nobis agnus ille Dei, q tollit peccata mundi. Eandē quoq; ob causam ipsi sanctæ cruci in qua suspensus est Dominus noster, potior debetur reuerētia, q; alijs ad illius similitudinē & repræsentationē efformatis: quòd hæ duntaxat illā referunt, & passionis mysterium nobis in mentem reuocant. Illa uerò cōsecrata fuit cōtactu sacratissimi corporis Domini, & cruore ipsius perfusa, electa à Domino pro eius beneplacito, in qua nostram operaretur salutem. Proinde non ex natura aut conditione crucis

prouenit ista ueneratio, iurè ei exhibenda: sed ex sola Domini bonitate, qui eã sanctificauit et in illa nostræ redemptionis sacramentũ peregit. Quòd si quis sciscitari pergat, eadẽ' ne & tãta debetur ueneratio Dominicæ cruci, quæ sacratissimæ matri Domini & uirgini Mariæ, cũ in utraq; pro sua dignatione Dominus requiescere uoluit, & nostræ salutis cõplere sacramẽtũ? Respondendum est, multo maiorem deberi uenerationẽ deiparæ uirgini Mariæ: in qua, tanquam suo tabernaculo, non modò Christus requieuit, sed & ex ea nostræ carnis substantiã uerè sumpsit, quã deinde pro nobis in cruce obtulit. Ad hæc, sacratissima uirgo cooperata est illi, altissimo incarnationis mysterio, credendo, amando, & iugiter Deũ recolẽdo, Dominũq; in spiritu exultationis semper magnificãdo. At sancta crux, neq; Domino nostro carnis substantiã administrauit, neq; propria sua uirtute quicquam cooperata est redemptionis sacramento, cũ non esset rationis capax. Meritò igitur plus uenerationis sacratissimæ uirgini Dei parenti impendendũ est, quàm uiuificæ cruci, quæ tamen inter cætera nostræ saluationis insignia, post Dei matrẽ, primũ sortitur dignitatis locum. Hinc ab angelo denunciãte mulierib. resurrectionis Domini gloriã, crucifixus potius denominatur. itidẽ & à beato Paulo ꝓfitente se nihil scire nisi Iesum Christum & hunc crucifixũ, q̃ alia quauis appellatione, à passione eius sumpta. Nã illa crucifixi denominatio, includit susceptæ carnis nostræ mysteriũ, insuper & redemptionis sacramentũ. Meritò igitur honorandũ est signũ crucis adeò salutare, & nobis diuinæ maiestatis indicatiuũ, quoniã, ut habet litera, ubi fuerit hoc Christi signũ, illic & ipse erit: aut per præsentiã suã inuisibiliter inibi exhibitã ad ꝓtectionẽ: quẽadmodũ ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine suo, se in medio eorũ esse Dominus cõtestatus est, Matthæi 18. ca. Aut per uirtutis suæ efficatiã, ab eo loco ubi signũ illud potentificũ fuerit, inimicarũ potestatũ uim propellentis. Aut sanè per modũ repræsentationis: quia ubi signũ illud fuerit nostris obiectũ oculis, protinus animũ nostrũ subit illius memoria, qua ipsum tanq; præsentem nobis constituimus: quẽadmodũ ubi regis fuerint cuiuspiam insignia, illic & ipse rex modo quodam esse dicitur. Demũ ostendit Damascenus, multas in priore testamẽto figuras quibus sancta crux fuit præsignata, etiã ab ipso mundi exordio. Nempe ante primorũ parentum lapsum fuit in medio paradisi plantatum lignũ uitæ, præsignificans sacrã crucem, uitalem planè & mortis destructiuam. Eadem quoq; designata fuit per summitatẽ uirgæ Ioseph. quã adorauit Iacob. Veruntamen non uirgã illam quam manu gestabat Ioseph in signũ potestatis traditæ ei à Pharaone in tota terra Aegypti, adorauit Iacob simpliciter, & ad nihil aliud referens. Sed in ea crucem sanctã adorauit, cuius mysteriũ oculis internis & spiritu sancto illustratis (etsi corporales eius caligarẽt oculi) cognouit Christũq; per Ioseph sanctum patriarcham non obscurè designatũ, ueneratus est in cruce (ut spiritus reuelatione didicerat) exaltandũ. Porrò sumptũ est hoc exemplũ de Iacob, adorante fastigium uirgæ, ex undecimo cap. epistolæ beati Pauli ad Hebræos, dicentis: Fide Iacob moriens, singulos filiorũ Ioseph benedixit, & adorauit fastigiũ uirgæ eius. Et id quidem postremũ uidetur esse depromptum ex 47. cap. Genesĉos: ubi dicit litera, quòd adorauit Israel Dominũ, conuersus ad lectuli caput. At quoniam in hac litera nostræ translationis apud Genesim, nulla fit mentio de adoratione summitatis uirgæ, sed duntaxat de conuersione ipsius Iacob, cũ adoraret Dominũ, ad lectuli caput: quod nonnulli idcirco factum existimant, quoniã id uocabulũ quod Hieronymus ad hebraicam ueritatem, lectulũ interpretatus est, septuaginta Interpretes uirgam traduxerunt & multorũ quidem sententia minus aptè, quẽadmodum ex annotatis Commentariorum in epistolas Pauli nuper in lucem editorũ, circa undecimum caput epistolæ ad Hebræos, perspicere facilè est. Idcirco sacratissimæ crucis figura & typus etiã clarè expressus est in benedictione filiorũ Ioseph à Iacob, facta manibus cancellatis, de qua mentio fit 48. cap. Genesĉos. Nempe illa manuũ cancellatarum positio & collocatio, cruciformis fuit, & crucis figurã prætulit, cum dextram manum superposuit Iacob capiti ipsius Effraim, ad sinistram cõstituti: & manum sinistram, uertici Manasse positi ad dextram ipsius Iacob. Vnde ex huiusmodi manuũ translatione in transuersum, præsignauit Iacob in spiritu (ut credibile est) formam crucis, per quam Christus ablata maledictione, nobis filijs suis & in sortẽ filiorum Dei, uocatis benedictionẽ æternã largitus est, gratiarum incrementa distribuit, & largam miserationum suarum copiam in omnes effudit abundè. Et haud dubiè, quantum ad hanc secundam partẽ, exemplum autoris est huic loco accommodum. Sic uirga Mosaica mare diuidens, Israelem saluans, & Pharaonem demergens, crucem præsignauit humanum genus liberaturam, & satanæ aciem in abyssum summersuram. Rursum Amalech manibus Mosi extentis repulsus, cum uellet populum Dei in deserto oppugnare, iterq; in terrã promissionis includere, principem significat huius mundi nos post susceptum baptismi lauacrum infestantem, ponentemq; obstaculum ne ad supernam terram uiuentium nobis repromissam ueniamus, crucis trophæo ac erectione prostratũ. Insuper fluuius Marath, amarore aquarũ impotabilis, sed ligni à Deo monstrati immissione dulcoratus, omnem designat amaritudinẽ & tristitiam animi ab aduersitatib. mundi huius inductã, crucis memoria dulcescere, uertiq; in suauitatẽ. Ad hæc, petra uirga percussa, & aquam abunde scaturiens, significat saxeum, marmoreumq; cor frequenti crucis meditatione percussum emollescere, & aqua diuini roris aspergi, uberesq; lachrymarũ riuos profundere. Præterea uirga Aarõ, diuina uirtute florẽs, & summi sacerdotij

ab Aaron

ab Aaron gerendi index, Christum denotat summũ sacerdotem, & magnũ põtificem declaratum, per id ipsum quod in cruce seipsum hostiã Deo patri obtulerit. Postremùm quod serpens in ligno exaltatus, Christi fuerit typus in cruce suspensi, luculenter declarat Beda, exponens hunc locum euangelij Ioannis è tertio cap. depromptum: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis. Exaltatio (inquit) serpentis ænei, quem dũ percussi aspicerent sanabantur, passio nostri redemptoris est in cruce, in cuius solũ fide regnũ mortis & peccati superatur. Rectè enim per serpentes peccata, quæ animã simul & corpus ad interitum trahunt, exprimuntur: non solũ quia igniti, quia uirulenti, quia ad perimẽdum sunt astuti: uerũ etiam quia per serpentẽ, primi parentes nostri ad peccandũ persuasi, ac de immortalibus sunt peccando mortales effecti. Rectè aũt per serpentem æneum Dominus ostenditur, quia uenit in similitudine carnis peccati. Quoniã sicut æneus serpens effigiẽ quidem ignitis serpentibus similem, sed nullum prorsus in suis membris habuit ardorem ueneni nocentis, quin potius percussos à serpentibus sua exaltatione sanabat: sic nimirum si redemptor humani generis nõ carnem peccati, sed similitudinem induit carnis peccati: in qua mortem crucis patiendo, credentes in se ab omni peccato, & ab ipsa etiã morte liberaret. Serpens igitur qui Israelitas læserat, in ligno triumphatus est & uictus, qui mortuus erat, nõ secũdum numerũ, sed speciem. Nam qui in ligno suspensus, erat uitæ expers, similis erat figuræ cũ eo qui Israelem morsu infestauerat: ipso ligno erecto in deserto, saluante Israelitas uidẽtes mortuũ inimicũ, utpote æneũ serpentẽ, qui figura persimilis erat inimico serpenti afflatu ueneni nocenti. Saluante, inquã, huiusmodi uidentes, credẽtes quod Christus in carne peccati, id est, habente similitudinẽ carnis peccati, non tamen peccatũ sciente, in cruce peccata nostra affixit. Vt enim scribit beatus Petrus primæ epistolæ suæ 2. cap. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati sumus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΣΚΥΝΕΙΝ κατὰ ἀνατολάς. ιϐ.

Οὐχ ἁπλῶς, οὐδ᾽ ὡς ἔτυχε, κατὰ ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐξ ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, ἤτοι νοητῆς καὶ αἰσθητῆς συντεθείμεθα φύσεως, διπλῆν καὶ τὴν προσκύνησιν τῷ δημιουργῷ προσάγομεν, ὥσπερ καὶ τῷ νῷ ψάλλομεν, καὶ τοῖς σωματικοῖς χείλεσι, καὶ βαπτιζόμεθα ὕδατί τε καὶ πνεύματι καὶ διπλῶς τῷ κυρίῳ ἑνούμεθα, τῶν μυστηρίων μετέχοντες, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. ἐπεὶ τοίνυν ὁ θεὸς φῶς ἐστὶ νοητὸν, καὶ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἀνατολὴ ἐν ταῖς γραφαῖς ὀνόμασται ὁ χριστὸς, ἀναθετέον αὐτῷ τὴν ἀνατολὴν εἰς προσκύνησιν. πᾶν γὰρ καλὸν τῷ θεῷ ἀναθετέον, ἐξ οὗ πᾶν ἀγαθὸν ἀγαθύνεται. φησὶ δὲ καὶ ὁ θεῖος Δαβίδ· αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς ᾄσατε τῷ θεῷ, ψάλατε τῷ κυρίῳ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς. ἔτι δὲ καὶ φησὶν ἡ γραφή, ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, ἔνθα τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασεν ἔθετο, ὃν παραβάντα ἐξώρισεν, ἀπέναντί τε τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς κατῴκισεν, ἐκ δυσμῶν δηλαδή. τὴν οὖν ἀρχαίαν πατρίδα ἐπιζητοῦντες, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀτενίζοντες, τῷ θεῷ προσκυνοῦμεν. καὶ ἡ σκηνὴ δὲ ἡ Μωσαϊκὴ κατ᾽ ἀνατολὰς εἶχε τὸ καταπέτασμα, καὶ τὸ ἱλαστήριον. καὶ ἡ φυλὴ τοῦ Ἰούδα, ὡς τιμιωτέρα, ἐξ ἀνατολῶν παρενέβαλε. καὶ ἐν τῷ περιωνύμῳ δὲ τοῦ Σολομῶντος ναῷ, ἡ τοῦ κυρίου πύλη, κατ᾽ ἀνατολὰς διέκειτο.

DE ADORATIONE AD ORIENtem. Cap. XIII.

Non simpliciter & fortuitò ad orientem adoramus, sed quia ex uisibili & inuisibili, id est, intellectuali & sensibili cõflati sumus natura, duplicem adorationem conditori nostro offerimus: ut & mẽte psallimus, & corporalib. labijs, & baptizamur aqua & spiritu: & dupliciter Domino unimur, mysterijs participantes, & gratia spiritus. Quia igitur Deus est lux intelligibilis, & sol iustitiæ, & oriens in scripturis nominatur Christus: dedicandus illi oriens est ad adorationem. Nam omne præstantius magisq; bonum Deo offerendum, à quo omne bonum benignè largitur. Dicit autem diuinus Dauid: Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, qui ascendit supra cœlum cœli ad orientem. Et quia dicit scriptura: Plantauit Deus paradisum in Eden ad orientem, ubi hominem quem plasmauit, posuit: quem trãsgredientem, exilio mulctauit, & è regione paradisi ipsum habitare fecit, ab occidente uidelicet. Antiquã igitur patriã requirentes, & ad ipsam suspirãtes, Deum adoramus. Et Mosaicum tabernaculum ad orientem habebat uelum, & propitiatorium. & tribus Iuda, ut honorabilissima, ad oriẽtem castra ponebat. & in famigerato Salomonis templo, porta Domini ad orientem statuebatur.

ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ κύριος σταυρούμενος, ἐπὶ δυσμὰς ἑώρα· καὶ οὕτω προσκυνοῦμεν, πρὸς αὐτὸν ἀτενίζοντες. καὶ ἀναλαμβανόμενος, πρὸς ἀνατολὰς ἀνεφέρετο. καὶ οὕτως αὐτῷ οἱ ἀπόστολοι προσεκύνησαν. καὶ οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσαντο αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν, ὡς αὐτὸς κύριος ἔφησεν· ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. αὐτὸν οὖν ἐκδεχόμενοι, ἐπὶ ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν. ἄγραφος δὲ ἐστὶν ἡ παράδοσις αὕτη τῶν ἀποστόλων. πολλὰ γὰρ ἀγράφως ἡμῖν παραδέδωκαν.

Verum etiam & Christus crucifixus, ad occidentem respiciebat. & sic adoramus ad ipsum suspirantes. Et assumptus ad orientem ferebatur, & sic ipsum apostoli adorauerunt. Et sic ueniet, quemadmodum intuebãtur ipsum euntem in cœlum, ut angeli dixere ad apostolos, & ut ipse Dominus dixit: quemadmodum fulgur egreditur ab oriente, & peruenit usq; ad occidentẽ, sic erit aduẽtus filij hominis. Ipsum igitur expectantes, ad orientẽ adoramus. Non scripta aũt est hæc apostolorũ traditio: nam multa sine scripto nobis tradita sunt.

COMMENTARIVS.

Hebræi ex diuina ordinatione atq; constitutione adorauerunt Deum ad occidentẽ, ut facilè coniectare licet ex octauo capite Ezechielis, ubi inter abominationes quæ fiebãt in templo Dei, & ostendebãtur prophetæ in uisione, apparuerunt in ostio templi Domini, inter uestibulũ & altare, quasi uiginti quinq; uiri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis. Et huiusmodi sanctio præceptioq; adorationis ad occidentem faciendæ, eis tradita coniectatur atq; putatur, ut reuocarentur ab idololatria, rituq; gentiliũ adorantiũ solem pro Deo, & ad orientem se in sua adoratione cõuertentiũ. Verùm sicut aliæ traditiones Hebræis à Deo constitutæ, per legis euangelicæ coruscationẽ sunt cõmutatæ in alias & cõuenientiores: quemadmodũ circũcisio in baptismũ, agnus paschalis in sanctisimũ eucharistiæ sacramentum, & sabbatum in diem Dominicum: ita quoq; tempore promulgationis euangelicæ gratiæ, hic adorationis ritus ad occidentem, permutatus est in adorationis morem ad oriẽtem: eo potisimum tempore quo idololatria prorsus eliminata & explosa, per adorationem ad orientẽ non relicta est Christianis, causa aut occasio imitationis ethnicorum. Itaq; hoc hoc loco patefacit autor, quã rationabilis foret huiusmodi traditio, adorationis ad orientem faciendæ. primũ illud tanquã pro faciendo fundamento propones, quòd quemadmodũ ex corpore uisibili & anima inuisibili coalescimus atq; constamur: ita duplicem Deo debemus exhibere adorationem, scilicet corporalẽ, quæ fit in genu flexione, manuum ad cœlũ protensione, faciei ad oriẽtem conuersione, & alijs sensibilibus signis, animi ad Deum uenerationem indicantibus: & spiritualem, quæ fit animi affectu, & ad Deũ erectione, subleuatione atq; deuotione. Et hanc quidem dominus noster mulieri Samaritanæ explicuit, Ioannis quarto cap. dicens: Venit hora, & nunc est, quãdo ueri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & ueritate: nam & pater tales quærit, qui adorẽt eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. At uerò qđ utrunq; Deo cultũ debemus, corporis scilicet & animi, multis probat argumẽtis & indicijs. Tum quia eidem mente & spiritu laudes decantamus, ut inquit Paulus: Psallã spiritu, psallã & mente, & labijs etiam sensibilem illi fundimus & uocis orationem. Tum quia aqua baptisamur, corporali & uisibili elemento: & spiritu inuisibiliter animã sanctificante, atque a contractis peccatorũ maculis expurgante. Tum deniq; quia bifariã Deo coniungimur: uisibiliter, inquam, per mysteriorum participationem: & inuisibiliter, per gratiã sancti spiritus, nos amoris uinculo uniente Deo. Qui enim adhærent Deo (ut dicit Paulus) unus spiritus fit cũ eo. Vnde mysteria hic uocat autor sensibilia sacra, sub quibus spiritualia continentur. Vt sub specie panis & uini continetur sacratissimũ Christi corpus, & preciosus eiusdẽ sanguis: mysterijs igitur participamus: quãdo sacrosanctũ eucharistiæ sacramentũ sub sensibili panis & uini specie contentũ sumimus. Et ea quidẽ sumptione dignè facta Deo unimur, intimeq; eidẽ inserimur: quemadmodũ contestatus est ipse qui tantum dedit hominib. donum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Porrò quod pro adoratione corporali, & sensibili, oriens Deo sit dedicãdus atq; attribuendus, hanc deinde autor insinuat rationem. Corporalia & sensibilia potisimum sunt Deo impẽdenda, quæ propius accedunt ad conformitatem & rationẽ spiritualium denominationum illi cõgruentium. Nempe corporalia, propter spiritualia Deo accõmodantur, & propter quandã assimilationem ipsorũ inter se. Atqui Deus in scripturis denominatur lux intelligibilis, sol iustitiæ, & oriens. Dicit enim Ioannes cap. 1. Erat lux uera quæ eluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Idem quoq; primæ epistolæ 1. cap. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Malachias quoq; cap. 4. Vobis timentib. nomẽ meũ orietur sol iustitiæ. Deniq; Zacharias ca. 6. Ecce uir oriens nomẽ eius. Hinc inter suspirabundas sanctorũ patrũ preces, qui aduentũ Domini nostri in terrã ardentissimis uotis expetebãt, id canitur: O oriens splẽdor lucis

lucis æternæ,& sol iustitiæ,ueni illumina sedentē in tenebris & umbra mortis.Luci aūt spiri-
tuali,soli iustitiæ,& orienti inuisibili,nihil in corporalibus propius respondet,quā pars mū
di orientalis.Ab ea em̄ lux uisibilis suū sumit exortū, sol iste sensibilis progreditur in nostrū
conspectū,& cœlestia sydera oriuntur,atq; in hoc prodeunt hemisphærium. Nimirū igitur
oriens mundi & pars orientalis,adorationi corporali Deo exhibēdæ est accōmodāda, ab eo
præsertim tempore quo per uiscera misericordiæ suæ uisitauit nos oriēs ex alto.Sic sanè oriē
ti inuisibili uisibilis oriens apta ratiōe cōsentiet atq; cōueniet. Alia insuper adijcitur ratio in
litera:Omne præstantius magisq; bonū,illi offerendū est,à quo omne bonū benigniter ema
nat.Quāuis enim Deus improportionaliter & immensè omnem creaturarū præstantiā,& di
gnitatem transcendat,ea tamē quæ in rerū natura præstātiora sunt & meliora, propinquius
atq; uerius exprimunt,eius omnia supereminentis excellētiā,ut quæ ei similiora sint,atq; na
turæ dignitate uiciniora:quare talia ei potius sunt attribuēda, quò eius pulchritudo per pul
chra,perfectio per pfecta,atq; dignitas p digna nobis magis elucescat & innotescat. Proinde
magis substātiæ,actus,ignis,auri,solis,lucis,uocis,aromatū,dulcedinis,calorisq; denomina-
tio,Deo à piè philosophantibus,& sacrarū literarū ductū sequentib.attribuitur,q̄ suorū op
positorū.Est enim substantia,accidente dignior,actus potentia,ignis cæteris elementis nobi
lior,aurū reliquis metallis,sol alia sydera suo iubare exuperat, lux alijs qualitatib. uisibilibus
præstabilior,uox cæteris sonis,aromata suauiter olentia cæteris odorib. dulcedo inter sapo-
res primatū tenet,& calor inter qualitates tangibiles.Et ita de cæteris sentiendū. Atqui oriēs
sensibilis præstantior est alijs mundi partib.meridie,occidente, & septentrione. Est em̄ oriēs
diei lucisq; exordiū,& à quo supremū cœlum suū auspicatur motū. Meridies aūt,ipsius diei
motusq; diurni est meditulliū,& mediastimus inter exortū lucis & occasum. Principium aūt
tem,prius est medio.Occidens uerò finis est diei,terminus lucis & tenebrarū initium.Septē-
trionalis aūt punctū meridiei contrapositum,nocturnum cœli motum per mediū dirimit &
dissecat.Perspicuū est autem,principiū æthereæ lucis,eius fini tenebrarumq; inductioni, &
medio tenebrosæ noctis loco esse præferendū.Est igitur Deo potius attribuenda ad orientē
adoratio,quā ad aliam quamuis mundi partē.Cæterum permulta in litera adducit autor ar-
gumenta & signa dignitatis,præstantiæq; ipsius orientis,ex sacris literis deprompta,& satis
intellectui peruia.Inter quæ in primis id affert, qđ dicit scriptura paradisum terrestrē à Deo
esse plantatū ad orientē.Nempe ubi nostra qua utimur translatio,habet geneseos 2.c. Plan-
tauerat aūt Dominus Deus paradisum uoluptatis à principio:altera translatio(quā glosa ex
plicat ordinaria)cōtinet:Plātauit Deus paradisum in Eden ad orientē,ut quod nos uolupta
tis nomine exprimimus,alij nuncupatione Eden signant.cuius quidem dictionis ratio diffu
sius libri secundi cap.undecimo est posita. Et qđ domestica nobis translatio dicit, A princi-
pio,altera(ni fallor)significantius & expressius dicit, Ad orientem. Deinceps affert autor in
litera,tria ex ueteri testamēto signa atq; argumēta dignitatis ipsius partis orientalis super cæ
teras. Primū,quòd Mosaicū tabernaculū ad orientē habebat ueiū & propitiatoriū. Sanè pro
pitiatorium,tabula erat aurea eiusdē mensuræ,cuius arca,& illi tanq̄ coopertoriū, superemi
nēs:sic dicta,quia ibi Deus Mosi apparens,& cū eo loquens,ꝓpitiabatur populo misericor-
diamq; præstabat.Cuius cōpositio præcipitur Mosi 25.cap.Exod.cum dicitur:Facies & pro-
pitiatoriū de auro mūdissimo. Et paulo post de duobus cherubin fieri etiā iussis subiūgitur:
Respiciantq; se mutuo uersis uultib.in ꝓpitiatoriū,quo operienda est arca,in qua pones testi
moniū qđ dabo tibi.Inde præcipiā & loquar ad te, supra propitiatorio scilicet,ac de medio
duorū cherubim qui erunt super arcā testimonij,cuncta quæ mādabo per te filijs Israel. Ve-
lū aūt(cuius hic meminit autor)erat intermediū atq; interstes parti priori ac exteriori taber
naculi quæ dicebatur sanctū,& parti interiori atq; secretiori quæ uocabatur sanctū sanctorū,
disseparans atq; seiungens duas illas partes abinuicē.De cuius faciēda cōpositione sic Exod.
26.ca.dixit Dominus ad Mosem:Facies & uelū de hyacintho,& purpura,coccoq; bis tincto,
& bysso retorta,opere plumario,& pulchra uarietate cōtextū.Et deinde subiungit: Inseretur
aūt uelum per circulos,intra qđ pones arcam testimonij,& quo sanctuariū & sanctuarij san
ctuaria diuidentur. Pones & propitiatorium super arcam testimonij in sancta sanctorū. Qđ
autem propitiatoriū & uelum in tabernaculo Mosaico spectabāt ad orientem,attestatur glo
sa Exod.26.capite,exponens literam iam adductam de componendo uelo, his uerbis: Hacte
nus de pariete meridiano,septentrionali & occidentali expositū est.In sequentibus, orienta-
le latus qualiter compositum sit monstratur: sed prius de medio pariete quod sancta sancto
rum à priore tabernaculo diuidit,dicendum est. Secundum indiciū præstantiæ & perfectio-
nis orientalis partis super reliquas in litera adductum est,quòd tribus Iuda ut honorabilissi
ma,ad orientem castra ponebat. Erat planè tribus Iuda cæteris honoratior, propter regiam
dignitatem qua insigniebatur, & Christi ex ea originem secundum carnem:& idcirco nobi-
lissimum sortita castra metandi locum. At quod ad orientem tabernaculi fœderis tribus Iu
da castra posuerit,ex secūdo cap.libri Numeri liquet,ubi Dominus præcepit Mosi & Aarō
dicēs:ad orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui, eritq; princeps filiorū eius
Naason filius Aminadab. Deniq; tertium argumentum dignitatis ipsius oriētis ex antiqua
lege

lege hic expreſſum eſt, quod in celebratiſsimo Salomonis templo, porta eius ad orientẽ erat ſita. Quod uel ex eo facile coniectari poteſt. Nam quemadmodum fit apud Chriſtianos: ita & in Hebræorum templis porta ex oppoſito ad locũ orationis erat collocata. Atqui Iudæi orabant pro more ſuo ad occidentẽ, ut ſuprà dictũ eſt. igitur porta templi Salomonis è regione conſtituta, ad orientẽ uergebat. Præterea adducit litera & illud nõ perfunctoriè prætereundum, quòd Chriſtus crucifixus, ad occidentẽ reſpiciebat: quod ut quoquo pacto cõcipiatur eſſe uerò cõſonum, id aduertendũ qđ Caſſiodorus exponens eũ locũ Pſalmi 67. Regna terræ cantate Deo, Pſallite Domino, qui aſcendit ſupra cœlũ cœli ad orientem inquit. Ad orientẽ uerò quod dixit, Hieroſolymam euidenter oſtendit, quæ eſt in orientis partib. collocata, unde Dominus apoſtolis uidentibus aſcendit ad cœlos. Sicut ergo Iudæi Chriſtũ extra portã eiecerũt ut crucifigeretur, tanquã malefactorẽ, & indignũ quẽ urbs ipſa cõtineret: ita & facie uerſa ad oppoſitã urbi partẽ eoſdẽ ipſum crucifixiſſe, ſatis ueritati cõſentaneum uidetur, tanquã minus dignum qui urbem contueretur: quare facie ad occidentẽ conuerſa crucifixus eſt. Et hinc (ut cõiectare licet) in templis & baſilicis noſtris Dominus noſter figuratur ad occidẽtem crucifixus: quem, ubi primũ templa ſubimus, oculis noſtris obiectum cernentes, proni facie ad ipſum conuerſa, orientem uerſus Chriſtum adoramus.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΑΧΡΑΝ-των τοῦ κυρίου μυστηρίων. ε.

Ὁ ἀγαθὸς καὶ πανάγαθος καὶ ὑπεράγαθος Θεός, ὁ ὅλος ὢν ἀγαθότης, διὰ τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος οὐκ ἠνέσχετο μόνον εἶναι τὸ ἀγαθόν, ἤτοι τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὑπὸ μηδενὸς μετεχόμενον, ἀλλὰ διὰ τοῦτο χάριν ἐποίησε, πρῶτον μὲν τὰς νοερὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, εἶτα τὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητὸν κόσμον, εἶτα ἐκ νοεροῦ καὶ αἰσθητοῦ τὸν ἄνθρωπον. πάντα μὲν οὖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα κοινωνοῦσι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος κατὰ τὸ εἶναι. αὐτὸς γάρ ἐστι τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ εἰσὶ τὰ ὄντα, οὐ μόνον ὅτι αὐτὸς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι αὐτὰ παρήγαγεν, ἀλλ' ὅτι ἡ αὐτοῦ ἐνέργεια τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα συντηρεῖ καὶ συνέχει, ἐκ περιουσίου δὲ ζῶα. κατά τε γὰρ τὸ εἶναι, καὶ κατὰ τὸ ζωῆς μετέχειν, κοινωνοῦσι τοῦ ἀγαθοῦ. τὰ δὲ λογικὰ καὶ κατὰ τὰ προειρημένα μὲν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ λογικὸν καὶ ταῦτα μᾶλλον. οἰκειότερα γάρ πως εἰσὶ πρὸς αὐτόν, εἰ καὶ πάντων οὗτος ὑπέρκειται ἀσυγκρίτως. ὁ μέντοι ἄνθρωπος, λογικὸς καὶ αὐτεξούσιος γενόμενος, ἐξουσίαν εἴληφεν ἀδιαλείπτως διὰ τῆς οἰκείας προαιρέσεως ἑνοῦσθαι τῷ Θεῷ, εἴγε διαμένει ἐν τῷ ἀγαθῷ, τουτέστι, τῇ τοῦ κτίσαντος ὑπακοῇ. ἐπειδὴ τοίνυν ἐν παραβάσει τῆς τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν ἐντολῆς γέγονε, καὶ θανάτῳ καὶ φθορᾷ ὑποπέπτωκεν, ὁ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς τοῦ γένους ἡμῶν διὰ σπλάγχνα ἐλέους αὐτοῦ, ὁμοιώθη ἡμῖν, κατὰ πάντα γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ ἡνώθη τῇ ἡμετέρᾳ φύσει. ἐπειδὴ γὰρ μετέδωκεν ἡμῖν τῆς ἰδίας εἰκόνος καὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος, καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν, μεταλαμβάνει αὐτὸς τῆς πτωχῆς καὶ ἀσθενοῦς ἡμῶν φύσεως, ἵνα ἡμᾶς καθάρῃ

DE SANCTIS ET INCONTAMINATIS *Chriſti myſterijs. Cap. XIIII.*

Bonus, & omnibonus, ſuperbonus Deus, totus exiſtens bonitas, propter ſuperabundantes diuitias bonitatis ſuæ, non paſſus eſt ſolũ eſſe bonum (id eſt ſuam ipſius naturam) à nullo participatum. Huius gratia fecit, primum quidẽ intellectualẽ & cœleſtes uirtutes: deinde uiſibilem & ſenſibilem mundum: mox ex intellectuali & ſenſibili natura hominem. Cuncta igitur quæ ab ipſo facta ſunt, participant eius bonitatem ſecundum eſſe, quia ab ipſo & in ipſo ſunt omnia: non modò quia ipſe ex nihilo illa adeſſe deduxit, ſed quia ſunt ipſius actio, quæ ab ipſo facta ſunt, conſeruat & continet. Ex abundanti autem, animalia, nam ſecundum eſſe & uitam participando, communicant bono. Rationalia uerò & ſecundum prædicta, ſed non ſolum, uerum & ſecundum rationem. Et hæc magis familiaria quoquo pacto ſunt ad ipſum, quanquam omnibus improportionaliter ſupereminet. Cæterum homo rationalis, & arbitrio liber factus, poteſtatẽ accepit, indeſinenter per propriam electionẽ uniri Deo, ſi permanſiſſet in bono, hoc eſt in creãtis obedientia. Poſteaquam uerò eius qui illum fecit, tranſgreſſus eſt præceptũ, & morti & corruptioni ſuccubuit, factor & opifex generis noſtri, propter uiſcera miſericordiæ ſuæ, ſimilis factus nobis ſecundũ omnia, factus homo eſt ſine peccato, & naturæ noſtræ unitus eſt. At uerò quia tradiderat nobis propriam imaginem & proprium ſpiritum, & non cuſtodiuimus, ipſe pauperem noſtram & imbecillem aſſumpſit naturam, ut nos purgaret, & in-

καὶ ἀφθαρτίσῃ, καὶ μετόχους πάλιν τῆς αὐτοῦ κατασήσῃ θεότητος. ἔδει δὲ μὴ μόνον τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἐν μετοχῇ γενέσθαι τοῦ κρείττονος· ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν βουλόμενον ἄνθρωπον, καὶ δευτέραν γέννησιν γεννηθῆναι, καὶ τραφῆναι τροφὴν ξένην, καὶ τῇ γεννήσει πρόσφορον, καὶ οὕτω φθάσαι τὸ μέτρον τῆς τελειότητος. διὰ μὲν οὖν τῆς αὐτοῦ γεννήσεως, ἤτοι σαρκώσεως, καὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, ἠλευθέρωσε τὴν φύσιν τῆς ἁμαρτίας τοῦ προπάτορος, τοῦ θανάτου, καὶ τῆς φθορᾶς, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπαρχὴ γέγονε, ὁδὸν καὶ τύπον καὶ ὑπογραμμὸν ἑαυτὸν τέθεικεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τοῖς αὐτοῦ ἀκολουθήσαντες ἴχνεσι, γενώμεθα θέσει, ὅπερ αὐτός ἐστι φύσει, υἱοὶ καὶ κληρονόμοι θεοῦ, καὶ αὐτοῦ συγκληρονόμοι. ἔδωκεν οὖν ἡμῖν, ὡς ἔφην, γέννησιν δευτέραν, ἵν᾽ ὥσπερ γεννηθέντες ἐκ τοῦ Ἀδάμ, ὁμοιώθημεν αὐτῷ κληρονομήσαντες τὴν κατάραν καὶ τὴν φθοράν. οὕτω καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες, ὁμοιωθῶμεν αὐτῷ, καὶ κληρονομήσωμεν τήν τε ἀφθαρσίαν καὶ τὴν εὐλογίαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ πνευματικός ἐστιν οὗτος ὁ Ἀδάμ, ἔδει καὶ τὴν γέννησιν πνευματικὴν εἶναι. ὁμοίως καὶ τὴν βρῶσιν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ διπλοῖ τινὲς ἐσμὲν καὶ σύνθετοι, δεῖ καὶ τὴν γέννησιν διπλῆν εἶναι, ὁμοίως καὶ τὴν βρῶσιν σύνθετον. ἡ μὲν οὖν γέννησις ἡμῖν δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος δέδοται, φημὶ δὴ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. ἡ δὲ βρῶσις, αὐτὸς ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. μέλλων γὰρ τὸν ἑκούσιον ὑπὲρ ἡμῶν καταδέχεσθαι θάνατον, ἐν τῇ νυκτί, ἐν ᾗ παρεδίδου ἑαυτόν, διαθήκην καινὴν διέθετο τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, καὶ δι᾽ αὐτῶν πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν. ἐν τῷ ὑπερῴῳ τοίνυν τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Σιών, τὸ παλαιὸν πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ φαγών, καὶ πληρώσας τὴν παλαιὰν διαθήκην, νίπτει τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας, σύμβολον τοῦ ἁγίου βαπτίσματος παρεχόμενος. εἶτα κλάσας ἄρτον, ἐπεδίδου αὐτοῖς, λέγων· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ὁμοίως δὲ λαβὼν καὶ τὸ ποτήριον ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, μετέδωκεν αὐτοῖς λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ

& incorruptibiles faceret, rursusq́ue deitatis suæ participes restitueret. Atqui oportebat non solum primitias nostræ naturæ in participationem uenire melioris, sed & totũ uolentem hominem, & secũda natiuitate nasci, & nutriri cibo nouo, & natiuitati conuenienti, atque ita preuenire mensuram perfectionis. Per suam itaque natiuitatem, id est, incarnationem, & baptisma, & passionem, & resurrectionem, liberauit naturam à peccato primi parentis, à morte & corruptione. Et resurrectionis primitiæ factus, uiam & formam, & exemplum seipsum constituit, ut & nos uestigia eius sequentes, efficiamur adoptione, quod & ipse est natura, filij & hæredes Dei, & sui cohæredes. Dedit igitur nobis (ceu iam dixi) secundum natiuitatem: ut quemadmodum nati ex Adam assimilabantur ipsi, hæreditantes maledictionem, & corruptionem: ita & ex eo nati assimilemur ei, & hæreditate adipiscamur incorruptionem, & benedictionem, & gloriam eius. Et quia ipse spiritualis est Adam, decuit & natiuitatem spiritualem fore: similiter autem & cibum. Atqui uerò quia duplices sumus & compositi, par etiam fuit natiuitatem duplicem fore: idẽtidem & cibum compositum. Natiuitas igitur per aquam nobis, & spiritum donata est, per sanctum dico baptisma. Cibus uerò, ipso panis uitæ, Dominus noster Iesus Christus, qui ex cœlo descendit. Nam suscepturus uoluntariam pro nobis mortem, in nocte in qua seipsum obtulit, testamentũ nouum disposuit sanctis discipulis & Apostolis, & per ipsos omnib. alijs in ipsum credentibus. In cœnaculo igitur sanctæ & gloriosæ Sion, antiquum pascha cum discipulis suis manducans, et implens antiquum testamentum, lauit discipulorum pedes, signum sancti baptismatis præbens. Deinde frangens panem, dedit illis, dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis frangetur, in remissionem peccatorum. Similiter accipiens calicem ex uino & aqua, tradidit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic meus est sanguis noui testamenti, qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, &

ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καταγγέλλετε, καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ὁμολογεῖτε, ἕως ἂν ἔλθῃ. εἰ τοίνυν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ζῶν ἐστὶ καὶ ἐνεργής, καὶ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν, εἰ εἶπε γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο· γενηθήτω στερέωμα, καὶ ἐγένετο· εἰ τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν, εἰ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ ὕδωρ τε καὶ πῦρ καὶ ἀὴρ καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν τῷ λόγῳ κυρίου συνετελέσθησαν, καὶ τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλητον ζῶον, ὁ ἄνθρωπος, εἰ θελήσας αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ τὰ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καθαρὰ καὶ ἀμώμητα αἵματα ἑαυτῷ ἀσπόρως σάρκα ὑπεστήσατο, οὐ δύναται τὸν ἄρτον ἑαυτοῦ σῶμα ποιῆσαι, καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα; εἶπεν ἐν ἀρχῇ, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν τοῦ ὑετοῦ γινομένου ἐξάγει τὰ ἴδια βλαστήματα τῷ θείῳ συνελαυνομένη, καὶ δυναμουμένη προστάγματι. εἶπεν ὁ θεός, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ τοῦτό μου τὸ αἷμα, καὶ τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. καὶ τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ προστάγματι, ἕως ἂν ἔλθῃ γίνεται. οὕτω γὰρ εἶπεν, ἕως ἂν ἔλθῃ. καὶ γίνεται ὑετὸς τῇ καινῇ ταύτῃ γεωργίᾳ διὰ τῆς ἐπικλήσεως ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπισκιάζουσα δύναμις. ὥσπερ γὰρ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ θεός, τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείᾳ ἐποίησεν· οὕτω καὶ νῦν ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐργάζεται, ἃ οὐ δύναται χωρῆσαι εἰ μὴ μόνη ἡ πίστις. πῶς ἔσται μοι τοῦτο, φησὶν ἡ ἁγία παρθένος, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ἀποκρίνεται Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος. πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· καὶ νῦν ἐρωτᾷς, πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα χριστοῦ; καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα χριστοῦ; λέγω σοι κἀγώ· πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, καὶ ταῦτα ποιεῖ τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν. ἄρτος δὲ καὶ οἶνος παραλαμβάνεται. οἶδε γὰρ ὁ θεὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὡς τὰ πολλὰ γὰρ τὰ μὴ κατὰ τὴν συνήθειαν τετριμμένα ἀποστρέφεται δυσχεραίνουσα. τῇ οὖν συνήθει συγκαταβάσει κεχρημένος, διὰ τῶν συνήθων τῆς φύσεως ποιεῖ τὰ ὑπὲρ φύσιν. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι, καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ λουτρὸν ἀναγεννήσεως. οὕ-

calicem hunc bibetis, mortem filij hominis annunciatis, & resurrectionem eius confitemini, donec ueniat. Si igitur uerbum Dei uiuens est, & efficax, & omnia quæcunque uoluit Dominus fecit: si dixit, fiat lux, & facta est: fiat firmamentũ, & factũ est: si uerbo Dei cœli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uirtus eorum: si cœlum & terra, aqua, ignis & aër, & omnis ornatus eorum, uerbo Domini perfecta sunt, & homo ipse ubique diuulgatum animal. si uolens ipse Deus uerbum, factus est homo, & ex sanctæ uirginis purissimis & illibatissimis sanguinibus in seipso sine semine carnem sustentauit, non potest panem suipsius corpus facere, & uinum & aquam sanguinem? Dixit in principio, Producat terra herbam uirentem: & usque nũc pluuia facta producit germina, diuino coadiuta & uigorata præcepto. Dixit Deus, Hoc est corpus meum, & hic meus est sanguis: & hoc facite in meam commemorationem: & omnipotenti eius præcepto donec ueniat, efficitur. Sic enim dixit, Donec ueniat: & fit pluuia nouæ huic agriculturæ per inuocationem spiritus sancti, obumbrans uirtus. Nam quemadmodum omnia quæcunque fecit Deus, spiritu sancto operante fecit: sic & nũc spiritus sancti operatione hæc super naturam operatur, quæ non potest capere nisi sola fides. Quomodo fiet mihi istud, dicit sancta uirgo, quoniã uirum non cognosco? Respondet Gabriel archangelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi: & nunc interrogas, quomodo panis fit corpus Christi, & uinum et aqua sanguis Christi? Respõdeo tibi & ego: Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonẽ & intelligentiam, panis aũt & uinũ transsumuntur. Nouit enim Deus humanam infirmitatẽ, quòd cõplura usu non trita aduersatur moleste ferens. Assueto igitur condescensu usus, per consueta naturæ, cafacit quæ sunt super naturã. Et quẽadmodũ in baptismate, quia cõsuetudo hominib. est aqua lauari et oleo ungi, cõiunxit oleo, & aquæ gratiam spiritus sancti, & fecit illud lauacrũ regenerationis. hunc inmo-

τως ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ἄρτον ἐσθίειν, ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτά, σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῶν συνήθων καὶ κατὰ φύσιν, ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γενώμεθα. σῶμα ἐστὶν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σῶμα, οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ᾽ ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, μεταποιοῦνται εἰς σῶμα καὶ αἷμα θεοῦ. εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς γίνεται. ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι, ὅτι διὰ πνεύματος ἁγίου, ὥσπερ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου διὰ πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ ὁ κύριος σάρκα ὑπεστήσατο. καὶ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἀλλ᾽ ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἀληθής ἐστι καὶ ἐνεργὴς καὶ παντοδύναμος, ὁ δὲ τρόπος ἀνεξερεύνητος. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ φυσικῶς διὰ τῆς βρώσεως ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως, εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ γίνονται ἕτερον σῶμα παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα. οὕτως ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος οἶνός τε καὶ ὕδωρ διὰ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπερφυῶς μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα. καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ᾽ ἓν καὶ τὸ αὐτό. γίνεται τοίνυν τοῖς πίστει ἀξίως μεταλαμβάνουσιν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς φυλακτήριον ψυχῆς τε καὶ σώματος· τοῖς δὲ ἐν ἀπιστίᾳ ἀναξίως μετέχουσιν, εἰς κόλασιν τιμωρίαν. καθάπερ καὶ ὁ τοῦ κυρίου θάνατος, τοῖς μὲν πιστεύουσι γέγονε ζωὴ καὶ ἀφθαρσία εἰς ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου μακαριότητος· τοῖς δὲ ἀπειθοῦσι καὶ τοῖς κυριοκτόνοις, εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν αἰώνιον. οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος τοῦ σώματος, καὶ αἵματος τοῦ χριστοῦ. μὴ γένοιτο. ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τεθεωμένον, αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰπόντος. τοῦτό μου ἐστὶ, οὐ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα. καὶ οὐ τύπος τοῦ αἵματος, ἀλλὰ τὸ αἷμα. καὶ πρὸ τούτου τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις. καὶ πάλιν, ὁ τρώγων με ζήσεται. διὸ μετὰ παντὸς φόβου καὶ συνειδήσεως καθαρᾶς καὶ ἀδιστάκτου πίστεως προσέλθωμεν. καὶ πάντως ἔσται ἡμῖν, καθὼς πιστεύομεν μὴ

in modum, quia mos hominibus est panem manducare, & uinũ & aquã bibere, coniunxit his ipsis suã diuinitatẽ, & fecit hęc suũ corpus, & sanguinem, ut p assueta, & quæ sunt secundũ naturã, in ijs quæ sunt super naturam collocemur. Corpus enim secundum ueritatẽ coniunctum est diuinitati, quod ex sancta uirgine corpus est: non quòd ipsum corpus assumptum ex cœlo descẽderit, sed quòd ipse panis & uinum transmutatur in corpus & sanguinem Dei. Si autem modum requiris, quónam pacto fit: sat sit tibi audire, quoniam per spiritum sanctum, quemadmodum ex sancta deipara seipso, & in seipso Dominus carnem sustentauit. Et nihil amplius cognoscimus, quã quòd uerbum Dei uerum est, & efficax, & omnipotens, modus autem inscrutabilis. Neq; & hoc etiã dictu promptum, quo modo naturaliter per comestionẽ panis, & uinum et aqua per potionem, in corpus & sanguinem commedentis & bibentis transmutatur, & non fit aliud corpus præter id quod prius erat ipsius. Sic & propositionis panis uinũq; & aqua, per inuocationem & aduentum spiritus sancti supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinem Christi, & non sunt duo, sed unum & idem. Fit igitur ijs qui fide dignè assumunt, in remissionem peccatorum, & in uitam æternam, & in custodiam, animæ & corporis: ijs autem qui in infidelitate indignè participant, in punitionẽ & supplicium. Quemadmodũ & Christi mors, credẽtibus facta est uita & incorruptibilitas in fruitionem sempiternæ beatitudinis: infidelibus autem, & Domini interfectoribus, in suppliciũ & pœnã sempiternam. Non est figura, panis & uinum, corporis & sanguinis Christi (absit enim hoc) sed est ipsum corpus Domini deificatũ, ipso Domino dicente: Hoc est meũ (nõ figura corporis) sed corpus: & non figura sanguinis, sed sanguis. Et ante hoc, ipsis Iudæis: quoniam nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis uitã æternã. Caro mea uerus est cibus, & sanguis meus, uerus est potus. Et rursus: Qui manducat me, uiuet. Proinde omni cum timore & cõscientia pura, & indubitabili fide accedamus, & omnino fiet nobis quẽadmodũ credimus nõ

διστάζοντες, τιμήσωμεν δὲ αὐτὸ πάσῃ καθαρότητι ψυχικῇ τε καὶ σωματικῇ. διπλοῦν γάρ ἐστι. προσέλθωμεν αὐτῷ, πόθῳ διακαεῖ. καὶ σταυροειδῶς τὰς παλάμας τυπώσαντες τὸ ἐσταυρωμένον τὸ σῶμα ὑποδεξώμεθα. καὶ ἐπιθέντες ὀφθαλμοὺς καὶ χείλη καὶ μέτωπα, τοῦ θείου ἄνθρακος μεταλάβωμεν, ἵνα τὸ πῦρ τοῦ ἐν ἡμῖν πόθου προσλαβὼν τὴν ἐκ τοῦ ἄνθρακος πύρωσιν, καταφλέξῃ ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, καὶ φωτίσῃ ἡμῶν τὰς καρδίας, καὶ τῇ μετουσίᾳ τοῦ θείου πυρὸς πυρωθῶμεν, καὶ θεωθῶμεν. ἄνθρακα εἶδεν Ἠσαΐας. ἄνθραξ δὲ ξύλον λιτὸν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἡνωμένον πυρί. οὕτω καὶ ὁ ἄρτος τῆς κοινωνίας, οὐκ ἄρτος λιτός ἐστιν, ἀλλ' ἡνωμένος θεότητι. σῶμα δὲ ἡνωμένον θεότητι, οὐ μία φύσις ἐστὶν, ἀλλὰ μία μὲν τοῦ σώματος, τῆς δὲ ἡνωμένης αὐτῷ θεότητος ἑτέρα. ὥστε τὸ συναμφότερον, οὐ μία φύσις, ἀλλὰ δύο. ἄρτῳ καὶ οἴνῳ ἐδεξιοῦτο Μελχισεδὲκ τὸν Ἀβραὰμ, ἐκ τῆς τῶν ἀλλοφύλων κοπῆς ὑποστρέφοντα, ὁ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου. ἐκείνη ἡ τράπεζα ταύτην τὴν μυστικὴν προεικόνιζε τράπεζαν, ὃν τρόπον ἐκεῖνος ἱερεὺς, τοῦ ἀληθινοῦ ἀρχιερέως χριστοῦ τύπος ἦν καὶ εἰκόνισμα. σὺ γὰρ φησὶν εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ. τοῦτον τὸν ἄρτον οἱ ἄρτοι εἰκονίζουσι τῆς προθέσεως. αὕτη ἐστὶν ἡ καθαρὰ θυσία δηλαδὴ καὶ ἀναίμακτος, ἣν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, αὐτῷ προσφέρεσθαι διὰ τοῦ προφήτου ὁ κύριος ἔφησε. σῶμά ἐστι καὶ αἷμα χριστοῦ, εἰς σύστασιν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τε καὶ σώματος χωροῦν, οὐ δαπανώμενον, οὐ φθειρόμενον, οὐκ εἰς ἀφεδρῶνα χωροῦν, μὴ γένοιτο· ἀλλ' εἰς τὴν ἡμῶν οὐσίαν καὶ συντήρησιν, βλάβης παντοδαποῦς ἀμυντήριον, ῥύπου παντὸς καθαρτήριον· ἂν μὲν χρυσὸν λάβῃ κίβδηλον, διὰ τῆς κριτικῆς πυρώσεως καθαίρει, ἵνα μὴ ἐν τῷ μέλλοντι σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. καθαίρει γὰρ νόσους καὶ παντοίας συμφορὰς, καθώς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος· εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. κρινόμενοι δὲ ὑπὸ κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει, ὥστε ὁ μετέχων τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἀναξίως, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει. δι' αὐτοῦ καθαιρόμενοι ἑνούμεθα τῷ σώματι κυρίου, καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ, καὶ γινόμεθα σῶμα χριστοῦ, οὗτος ὁ ἄρτος ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ τοῦ μέλλοντος ἄρτου, ὅς ἐστιν ἐπιούσιος. τὸ γὰρ ἐπιούσιον δηλοῖ, ἢ τὸν μέλλοντα,

dubitantes, & ueneremur ipsum omni puritate animi et corporis. Accedamus ei, desiderio ardenti. Manus in crucis modũ formãtes crucifixi corpus suscipiamus, & apponentes oculos & labia, & frontem: diuinum carbonẽ concipiamus, ut ignis in nobis, desiderij assumens eo ex carbone ignitionẽ, comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione diuini ignis igniamur, & deificemur. Carbonem uidit Esaias: carbo autem simplex nõ est, sed unitus igni. Sic panis cõmunionis, nõ panis simplex est, sed unitus diuinitati, Et corpus unitum diuinitati, non una ac eadẽ illi natura est, sed una corporis, & unitæ diuinitatis altera: quare amborum simul nõ una natura est, sed duæ. Pane & uino suscepit Melchisedec Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat sacerdos Dei altissimi. Illa mensa hanc mysticam præfigurauit mensam: uelut & sacerdos ille, Christi ueri sacerdotis figuram præ se ferebat & imaginem. Tu es (inquit) sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Hũc panem, panes figurabant propositionis. Hæc est pura scilicet hostia & incruenta, quam ab ortu usque ad occasum ipsi offerri per prophetã Dominus loquitur, corpus uidelicet & sanguis Christi, in stabilimentum animæ nostræ, & corporis, inconsumptum & incorruptum, non in secessum iens (absit enim) sed in nostrã substantiam & conuersationem, omnimodi nocumenti reparatio, sordis omnis purgatio. Siquidem aurum offendat adulteratum, per iudicialem correptoriamq; ignitionem purgat, ut nõ in futuro, cum mundo condẽnemur. Curat enim morbos & omnimoda dãna: quemadmodum dicit Apostolus, Si nos ipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur: cũ iudicamur autem, à Deo corripimur, ut non cum mũdo cõdemnemur. Et hoc est quod dicit: Quareq participat corpus, & sanguinem Christi indignè, iudiciũ sibiipsi manducat & bibit. Per illud purgati, unimur corpori Domini & spiritui eius, & efficimur corpus Christi. Iste panis est primitiæ futuri panis, q est supersubstãtialis. Supsubstãtiale em ostẽdit, aut eũ qui futurus est, id est

προσθήκει τὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἢ τὸν πρὸς συντήρησιν τῆς οὐσίας ἡμῶν λαμβανόμενον. εἴτε οὖν οὕτως, εἴτε οὕτως, τὸ τοῦ κυρίου σῶμα προσφυῶς λεχθήσεται. πνεῦμα γὰρ ζωοποιοῦν ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου, διότι ἐκ τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος συνελήφθη. τὸ γὰρ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. τοῦτο δὲ λέγω οὐκ ἀναιρῶν τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ἀλλὰ τὸ ζωοποιὸν καὶ θεῖον τούτου δηλῶσαι βουλόμενος. εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου, τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐκάλεσαν, ὡς ὁ θεοφόρος ἔφη Βασίλειος, οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι εἶπον, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι αὐτὴν προσφορὰν, οὕτω καλέσαντες. μετάληψις δὲ λέγεται. δι' αὐτοῦ γὰρ ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν. κοινωνία λέγεταί τε καὶ ἔστιν ἀληθῶς διὰ τὸ κοινωνεῖν ἡμᾶς δι' αὐτοῦ τῷ χριστῷ, καὶ μετέχειν αὐτοῦ τῆς σαρκός τε καὶ τῆς θεότητος, κοινωνεῖν δὲ καὶ ἑνοῦσθαι ἀλλήλοις δι' αὐτοῦ. ἐπεὶ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἄρτου μεταλαμβάνομεν οἱ πάντες ἓν σῶμα χριστοῦ, καὶ ἓν αἷμα, καὶ ἀλλήλων μέλη γινόμεθα, σύσσωμοι χριστοῦ χρηματίζοντες. πάσῃ δυνάμει τοίνυν φυλαξώμεθα, μὴ λαμβάνειν μετάληψιν αἱρετικῶν, μήτε διδόναι. (μὴ δῶτε γὰρ τὰ ἅγια τοῖς κυσὶν ὁ κύριός φησι, μηδὲ ῥίπτετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.) ἵνα μὴ μέτοχοι τῆς κακοδοξίας καὶ τῆς αὐτῶν γενώμεθα κατακρίσεως. εἰ γὰρ πάντως ἕνωσις ἐστὶ πρὸς χριστὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους πάντως, καὶ πᾶσι τοῖς συμμεταλαμβάνουσιν ἡμῖν κατὰ προαίρεσιν ἑνούμεθα. ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ ἕνωσις αὕτη γίνεται, οὐ χωρὶς τῆς ἡμῶν γνώμης. πάντες γὰρ ἓν σῶμα ἐσμὲν, ὅτι ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μεταλαμβάνομεν, καθώς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος. ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγονται, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς χριστοῦ θεότητος τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας.

id est, uenturi seculi, aut eum qui ad conseruationem nostræ sumitur substãtię. Siue igitur hoc, siue illo modo, Christi corpus accõmodate dicetur. Nam spiritus uiuificãs est caro Domini: quia ex uiuificante spiritu concepta est. quod enim natum est ex spiritu, spiritus est. Hoc aũt dico, nõ auferens corporis naturã, sed uiuificationem & diuinitatem eius ostẽdere uolens. Etsi quidã exemplaria corporis & sanguinis Domini, panem & uinum uocauerũt, ut deifer uocauit Basilius, non tamen post sanctificationem dixit, sed priusq̃ sanctificaretur ipsa oblatio, ita uocabant. Participatio etiã dicitur, nam per ipsam, Iesu diuinitatem participamus. Dicitur & communio, & est re uera: quia communicamus per ipsam Christo, et participamus eius carne & diuinitate: & quia cõmunicamus & unimur inuicẽ per illã. Nã qa ex uno pane participamus omnes, unum corpus Christi, & unus sanguis, & inuicẽ membra efficimur, cõcorporati Christo existentes. Omni igĩ uirtute obseruemus, ne participemus participatione hereticorũ, neq; tribuamus (nolite enim sancta dare canibus, inqt Dominus noster: neque seminare margaritas uestras ante porcos) ut non participes erroris, & malæ fidei eorum efficiamur atq; cõdemnationis. Si enim omnino unio est ad Christũ, & ad inuicẽ omnino, & omnib. cõparticipantib. nobis, secundũ electionẽ unimur. Nã ex electione, unio ipsa fit, non sine nostra sententia ac deliberatione. Omnes enim unum corpus sumus: quoniam ex uno pane participamus: quemadmodũ diuinus inquit Apostolus. Exemplaria autem futurorum dicuntur, non ut non existentia uere corpus & sanguis Christi, sed quoniam nunc quidem per ipsa participamus Christi diuinitate, tunc autem intellectualiter per solam uisionem.

COMMNETARIVS.

Quoniã in huius capitis initio dicitur ab autore Deus esse bonus, omnibonus & supbonus, idipsum ex manu ductione rerũ sensibiliũ aliquãto fiet apertius, q̃modo hæc tria Deo secundũ aliqd' rationis discrimẽ cõpetunt. Enimuero lux immẽsa, & infinita, lucida plucida, quod lucẽ omnem finitã improportionaliter trãscendit. Ita linea infinita, extẽsa dicitur: & omni extensa, qa omnẽ cõtinet extẽsionis mẽsurã: & superextensa, quod omnẽ extẽsionis rationẽ & modũ lõgẽ excedat. Demũ fons immẽsus, exuberans est, & omni exuberãs atq; superexuberãs. Sic Deus & bonus est, & omnibonus, qa omnẽ bonitatis rationẽ in se supemi nenter cõprehendit: & superbonus, quod sup omnẽ bonitatẽ in immẽsum exaltatus sit, omni bonitate superior. Deniq; totus existit bonitas: nã substãtia sua bonitas est, nõ qualitate quadã accidentaria. Cæterũ bonitatis propriũ est, se extra se diffundere, & alijs sui cõsortium pro modo cuiusq; cõmunicare. Ideo diuina bonitas nullius indiga, sui participationẽ alijs tradere

 uolens,

uolens,ea ꝑduxit ad esse quib. sese propagaret,atq; distribueret.Quemadmodū beatus Dionysius in lib de Diuinis nominib.parte prima capitis quarti dicit:Age ergo ad ipsam iā boni appellationē pergamus explicandā,quā theologi peculiariter summæ deitati ex omnib.applicant,ipsam ut reor diuinā substantiā,bonitatem appellantes:& quia eo ipso quod est bonum,ut substantiale bonū in omnia quæ sunt ꝑtendit bonitatem.Nam quemadmodum sol iste nō cogitatione aut electione,sed eo ipso quod est,illuminat omnia quæ ꝓ modo suo participationē lucis admittūt:ita & summū illud bonū solē superans,non secus ac obtusam imaginem primitiua excellenter forma,ipsa sua substātia omnib, quæ sunt pro captu cuiusq; totius bonitatis inijcit radios. Porrò cum autor in litera explicās diuersum admodū participationis diuinæ bonitatis in creaturis,dicit,Ex abūdanti aūt & animalia:subaudiēdū est ex præcedentibus uerbū,Participant eius bonitatē:quod rursum repetendū est ad sequentē sententiam,rationalia uerò,& secundū prædicta,ut sit sensus: Rationalia uerò etiam participāt Dei bonitatem secundū prædicta, esse inquam & uiuere. Hos autem tres diuinā bonitatem participandi gradus,& diuinus pater Dionysius in libro de Cœlesti hierarchia cap.4. hoc modo edisserit:Itaq; inanimata omnia, hoc ipsum quod sunt,inde (à diuina scilicet bonitate) suscipiunt.Quippe omniū est ipsa diuinitas,quæ modū totius essentiæ superat. Porrò quæ uiuūt omnia,ex hac ipsa quæ supra omnē uitam est,cunctaq; uiuificat,ut uiuāt acceperunt. Rationalia item atq; intellectualia,eiusdē supra mentē omnem atq; Intellectū ꝑfectæ, & omnia ad perfectū ducentis sapientiæ,sunt participatione fœlicia.Cæterū hæc rationalia atq; rationis usu nobilitata,magis familiaria q̄ quo pacto sunt ad ipsum Deū, ut habet litera. Nā similiora sunt & ꝓpinquiora ipsi Deo q̄ quæ rationis degunt expertia,ob intellectus & uoluntatis cōformitatē.Neq; obstat immēsa,& omnē fugiēs ꝓportionē Dei sup om̄ia,eminentia. Nā si lucē ponas infinitā,& immēsi iubaris,ꝓpinquior illi erit lux solis & similior q̄ lunæ aut stellarū. Et in infinitū profusæ ꝓtensæq; lineæ,mille pedū linea similior est,& uicinior q̄ cētupedanea aut decupedanea,quāuis infinita linea sine ꝓportione exuperet lineā millecupedaneam.Idem quoq; attestatur sacratissimus pater Dionysius in libro de Cœlesti hierarchia eodē loco dicens:Liquet aūt illas in conspectu eius uersari substātias,quæq; multis modis illi communicant. Veruntamen quoniā id bene esse,qđ à Deo summè bono accepimus,per peccatū primorum parentū perdidimus:ipse pius & misericors, factusq; propitius peccatis nostris. ut nosipsos repararet,pauperē nostrā & imbecillā assumpsit naturā. Sanè qui domum prius magnificā & splendidā,sed deinde solo æquatā uult instaurare,instarq; prioris reparare,ab ipsis ruinis opus auspicetur oportet,dispersosq; & dissipatos lapides colligat,quib.cōpactis extruat ædificiū & erigat.Ita saluator noster collapsam in præcipitiū humanā naturā erigere uolens,ab imis ipsis sumpsit exordiū:& imperfecta nostra assumpsit,ut illa ad perfectionē reuocaret.Itaq; pauperē induit nostræ carnis substantiā,quo nos diuitiarū gloriæ suæ participes faceret. Eandē & imbecillē assumpsit,ut ad pristinā uos uirtutē reduceret, ꝑditamq; potentiā hostib. resistendi,nobis restitueret. Sic & humilē nō dedignatus est naturā nostram, ut nos ad alta cœli fastigia ꝑueheret:deniq; mortalē induit nostrā formā,ut nos immortalitate donaret. At uerò ad præparationē humani generis integrè faciendā,oportebat in primis primitias nostræ naturæ in participationē uenire melioris,ut inquit litera:aut melioris quidem naturæ,scilicet diuinæ:in cuius participationē nostræ naturę primitiæ uenerunt:quādo corpus Domini nostri simul & anima purissima(& maiori quidē puritate q̄ fuerint in Adā primo parente ꝑducta,in quo nostræ formationis fuerūt primitiæ)erant diuinitati unita in una hypostasi. At melioris naturæ,humanæ scilicet reparatæ & renouatæ ꝑ Christū.In cuius q̄đe melioris,& iā instauratæ naturæ participationē uenerūt nostrę naturæ primitiæ, quādo corpus & anima nostra primū in Adā corrupta,& in omnes posteros traducta corruptionē labefacta ꝑ reparationē sunt in meliorē statū restituta. Oportebat insup quoq; hominē uolūtaria & spontanea animi motione se Deo exhibentē ad cōsequendā hāc reparationis gratiā, nasci secundū spiritū,nutririq; cibo spirituali,& ita præuenire mensurā perfectionis. Sanè corpus humanū,ut debitam assequatur crementi naturalis mensuram,præcedentē habere debet natiuitatem carnis & alimoniā,cuius sumptione paulatim incremētum suscipiat, quoad in adultam ætatem,cōsummatumq; molis statum quasi gradib. quibusdā ꝑducatur. Haud aliter ut tandem habeatur cōpleta perfectionis animæ mensura,opus est spirituale generationem præmittere,& æducationē identidē mysticā,qua uelut nutrimēto saginata anima, paulatim ad suæ perfectionis culmen euehatur.Non ab re igitur dicit litera,natiuitatē spiritus & cibū illi cōsentaneū debere præuenire mensurā perfectionis animæ.Per huiusmodi autem regenerationem & spiritualem nutritionem,efficimur adoptione filij Dei & hæredes eius:Christi uerò,tanquā fratris nostri,cohæredes.Quemadmodum ait Paulus ad Romanos capite 8. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterū in timore,sed accepistis spiritū adoptionis filiorum Dei,in quo clamamus, Abba,pater.Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro quòd sumus filij Dei. Si aūt filij,& hæredes:hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Idem quoq; ad Galatas capite quarto: At ubi uenit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum,natum ex muliere,factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret,ut adoptionem filiorum

filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritũ filij sui clamãtem in
corda uestra, Abba, pater. Itaq; iam nõ est seruus, sed filius: quòd si filius, & hæres per Deum.
Et quoniã qualis est primus generationis autor, & parẽs, talem decet esse natiuitatem & edu-
cationem: ipse aũt Christus est spiritualis Adam: cõgruum igitur fuit, & regenerationem no
stram in Christo, & cibũ nostræ enutritionis, esse spirituale. Vnde Apostolus primæ epist. ad
Corinth. cap. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis ter
renus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem
terreni, portemus & imaginem cœlestis. Atqui primus Adã terrenus, maledictioni & corru
ptioni fuit obnoxius, & præuaricatione illi inflictis. Nos igitur secundũ carnẽ ex eo nati, ma
ledictionẽ & corruptionẽ uelut hęreditarios morbos, traductione quadã incurrimus. Secun
dus uerò Adam, cœlestis & spiritualis, benedictionẽ & incorruptionẽ peccati exuberantissi-
mè obtinuit. Est ẽm ipse Deus benedictus in secula, & nulla in eo uitiorũ fuit còrruptela: quo
circa & nos ex eo nati, illiq; assimilati, sortiemur benedictionẽ. Siquidẽ in ipso (ut Abrahæ fa
cta fuerit promissio) benedictæ sunt omnes cognationes terræ, & de plenitudine eius nos o-
mnes accepimus, gratiã pro gratia. Porrò natiuitas ista spiritualis habetur per baptisma, quo
renascimur Deo ex aqua & spiritu. Cibus uerò spiritualis est panis uitalis et uiuificus, à Chri
sto institutus in ultima cœna, cũ panẽ frangens discipulis tradidit omnes ex eo manducare
iussit: phibuitq; id esse suũ corpus, quod ꝓ hominib. frãgetur (ut habet litera) in remissionẽ
peccatorum. Frangetur, inq;, id est uulneribus afficietur, & à naturali diuelletur cõtinuatione
per flagella, coronam spineam, clauos & lanceam: quæ partium diuulsio, quasi quædã est in-
tegritatis ipsius corporis fractio. Sicut Apostolus Paulus 1. episto. ad Corinthios 11. cap. hu
ius altissimi mysterij institutionum primariam referens, inquit: Hoc est corpus meum quod
pro uobis tradetur. Et Lucas ca. 22. Hoc est corpus meũ quod pro uobis datur. Aut frãgetur,
id est in mysterij huius frequentatione, in sua specie, scilicet panis figura, diu detur ab ijs q
post modũ sacra facturi sunt: & id quidẽ in remissionẽ peccatorũ. Nempe in quauis huius sa-
cramenti oblatione, fit figuræ ipsius panis diuisio, atq; in partes distributio: quæ fractio Do
minici corporis dici posset, nõ qa in sacratissimo fiat eius corpore, iã immortali, impassibili, et
dissectionẽ nõ admittẽte, sed quòd illa fractio efficiatur in panis specie: sub qua sacrosanctum
Christi corpus uerè cõtinetur. Quo etiam loquẽdi genere & sensu usus est Apostolus primæ
epist. ad Corinth. cap. 10. cum ait de hoc augustissimo mysterio: Et panis quem frãgimus, nõ-
ne participatio corporis Domini est? Deinde mysteriũ institutionis sanguinis Christi expli
cans autor, dicit eum accepisse calicẽ ex uino & aqua, discipulisq; tradidisse. Ex quo planè lo-
co manifesta constat ratio, quare in dignissimo altaris sacrificio ex institutis ecclesiasticis pau
xillũ aquæ miscetur calici unà cũ uino simul consecrandũ: quia scilicet Christus in primaria
huius sacramenti ordinatione, non uinum merum & purũ, sed aquæ permixtum (ut hic per-
hibet Damascenus) in suum sanguinem consecrauit. Ast Hieronymus aliã assignãs eiusdem
ritus causam, ait: Dominici sanguinis uinum aqua esse miscendum, nõ solum traditione, sed
ipso etiam genere mortis & passionis Dominus noster ostendit, ex cuius sacro latere sanguis
& aqua lanceæ illisione effluxit. Cuius mysticã rationẽ deinde subiungens, ait: Aduertimus
in aquas figuras gentiũ designari, dicente Ioanne in Apocalypsi: Aquæ quas uidisti, populi
multi sunt: in uino autem, sanguinem Dominicæ passionis ostendi. Ac sic cũ in huius sacra-
menti oblatione, uino aqua miscetur, eo ipso designatur, quòd Christus fidelis populus in-
corporatur, iungiturq;, & quadã ei copula perfectæ charitatis unitur. Eã ob rem plusculũ ui-
ni & parũ aquæ illi adhibendum est sacrificio, ut hoc facile in uinũ conuerti possit, & non ẽ di
uerso. Non enim Christus in populũ, sed contrà populus in Christũ transferendus est. Dici-
mur aũt cõmunicatione ac participatione tanti mysterij secundũ Pauli sententiã annunciare
mortem Christi Domini, id est eã pro nobis cõpletam atq; toleratã representare, & spectanti
um oculis obijcere, reuocando eam in memoriã fideliũ. Siquidem salutaris illa diuinorum
mysteriorum oblatio, instituta est fieri in cõmemorationem mortis Christi, utq; recolatur &
renouetur quotidie in nobis memoria passionis eius. Hæc (inquit discipulis Dominus) quo
tiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis, iussitq; illa mysteria fieri in sui cõmemorationẽ.
Proinde in hoc dignissimo, excellentissimoq; sacrificio uinum sigillatim consecratur post pa
nem: ad insinuandã potissimum effusionem sacratissimi sanguinis Christi, ab eius corpore
passionis hora separati. Annũciatur aũt Domini mors per sumptionẽ corporis & sanguinis
eius, donec ueniat ipse ad iudiciũ in cõsummatione seculi: quia id mysteriũ nõ mutabitur in
aliud succedẽs, sicut sacrificia Iudæorũ ꝑmutata sunt in nouæ legis sacramẽta, sed ad finẽ usq;
mũdi celebrabitur, ut de benignissima Domini nostri in hoc diuino sacramẽto nobiscũ præ
sentia uerũ etiã sit, qđ discipulis Matthęi 28. cap. pollicitus est: Ecce uobiscũ sum omnib. die-
bus usq; ad cõsumationẽ seculi. Deinceps ostẽdens autor ueritatẽ huius sacramenti ex omni
potentia Dei in rerum creatione perspecta, neq; minus ualida aut efficace ad operationem
huius mysterij, uocat hominem, ubiq; diuulgatum animal, id est nominatissimũ, & fama cele
berrimum atq; cognitissimum. Solent enim quæ in aliquo genere dignissima sunt & supre-
ma, diffusiore & frequẽtiore fama celebrari: ut aurũ inter metalla, & species aromaticę cęteris

præſtantiores. Homo autem inter animalia omnia primatum obtinet: quinimmo in ſupremo rerum corporalium gradu conſtitutus eſt, utriuſque naturæ communionem atque conſortium in ſe complectens. Nimirum igitur, huiuſce dignitatis ratione, dicitur homo ubique diuulgatum animal, & fama prædicatum. Inter cæteras rationes perſuaſorias, quibus utitur ad comprobationem ueritatis huius myſterij, atque oſtenſionem quòd diuina potentia & uirtus poſsit panem in ſuum corpus, & uinum in ſanguinem conuertere & hanc quoque adducit: Chriſtus Dei filius aptauit ſibi corpus humanum, atque præparauit ex ſacroſancta uirgine, non per connubiali uiri conſortiũ, ſed ſpiritus ſancti obumbrationem: poteſt igitur ipſe panem in propriũ ſuijpſius corpus conuertere. Et ſimili penè argumento ex manifeſtatione diuinæ uirtutis in rerum primaria productione, & humanæ naturæ aſſumptione, utitur beatus Ambroſius in libro de Sacramentis ad manifeſtandã huius admirabilis myſterij ueritatẽ: Si tantum (inquit) ualuit ſermo Heliæ, ut ignẽ de cœlo deponeret: nõ ualebit ſermo Chriſti: ut ſpecies elementorũ mutet? De totius mũdi operibus legiſti: qa ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mãdauit, & creata ſunt. Sermo igitur Chriſti qui potuit ex nihilo facere qđ nõ erat, non poteſt ea quæ ſunt mutare in id quod non eſt? Non eñ minus eſt nouas rebus dare formas, q̃ mutare naturas. Deinde paulo poſt ſubiungit: Liquet, quia præter naturæ ordinem uirgo generauit, & hoc qđ cõficimus corpus, ex uirgine eſt. Quid ergo quæris naturæ ordinẽ in Chriſti corpore, cũ præter naturam ſit ipſe partus ex uirgine? Quoniã aũt per metaphorã autor deinde ſpiritus ſancti gratiã uocat pluuiã, in hac noua agricultura confectionis corporis Chriſti, attendere operæprecium eſt, quòd in agricultura corporali & uulgata ſemen in terrã iacitur: quod ubi corruptũ fuerit, & emortuũ, in ſegetis tranſit ſubſtantiam ex ea ſemente exurgentis, modò pluuia ſupernè labente fœcundetur, illiuſq; aſpergine irrigetur. Ita in hoc maximi ſacramẽti myſterio, panis & uini ſubſtantia præmittitur, atq; precedit, quæ deinde in unũ Chriſti corpus & ſanguinẽ conuertitur uirtute ſpiritus ſancti, ut pluuia quadã ſpirituali ſanctificãte quod cõſecratur, & myſteriorũ ipſum uegetante. Et ne abſonũ credas agriculturæ in præſenti negocio nuncupationẽ, Dominus ipſe Ioannis 12. cap: grano frumenti in terrã cadenti ſe cõparat, quod fructũ multũ ubi mortuum fuerit affert. Nimirũ itaq; ſciſcitanti quomodo panis ſit corpus Chriſti, reſpondendũ eſt, ſpiritus ſancti inuocatione id fieri, & omnipotẽti uirtute, qui quidem inuocatur ut ſanctificet hoc ſacrificium: quemadmodum deiparæ uirgini interroganti quomodo fieret id quod per angelum ei nuntiabatur, reſponſum eſt ſpiritum ſanctum illi obumbraturum. Quòd ſi quis percontetur, cur potius ſub panis & uini ſpecie Chriſtus nobis ſuũ corpus & ſanguinẽ tradidit ſumendũ, quàm ſub alia quauis effigie: reſpõdet autor id admirabili prouidãtia & ſapientia, Dei cõdeſcẽſione, diſpenſatione & dignatione in nos factum eſſe, ut per conſueta naturæ ad eſum & potum, traduceremur ac trãſferremur ad ea quæ ſunt lõgè ſup naturã. Atq inter omnia ciborũ corporaliũ genera, panis primũ obtinet locũ: & inter ea quæ àd noſtrũ accõmodantur potũ, uinũ iurè ſibi uendicat primatũ ac principatũ. His igitur, pani inq; & uino, nobis ad uſum cõſuetiſsimis gratiã benedictionis adiungens, in ſuũ corpus & ſanguinẽ illa cõuertit. Et hoc diſpenſatorio munere tollitur horror nobis & reformidatio, quam conciperemus, ſi carnem ſuã in propria ſpecie, aut ſanguinẽ propoſuiſſet in ſua forma ſumendum. Similiter & irriſionis & ludibrij aufertur occaſio, quo noſtræ ſacratiſsimæ religionis inimici nobis poſſent illudere atque im properare, quòd cruentã aut ſanguinarij carnem humanã mãducaremus, aut ſanguinem hauriremus ritu moreq; ferarum. Præcluditur ſiquidem uia his incomodis, dum pro myſterij ueritate carnem Chriſti, & ſanguinem uerè ſumimus, & tamen mira Dei diſpenſatione ſub aliena ſpecie occultatum, ad uſum ſalutis ſuſcipimus. Neq; qſpiã tã craſſo pinguiq; ſit ingenio, qđ arbitretur in huius ſacramenti conſecratione, uirtute prolationis uerborũ Chriſti corpus de cœlo deſcendere, utibidẽ adſit in altari ſub forma ſacramenti: ſed incõcuſſa fide illud credendũ, quòd diuina uirtute panis & uinũ cõuertitur in corpus & ſanguinem Chriſti uerè ibi exiſtentis. Quemadmodũ cũ faciei humanæ præſentia ſunt, et obiecta cõpluſcula ſpecula, in quorũ ſingulis efformatur illius uultus effigies, non egreditur in illa efformatione figura faciei, ut transferatur in ſpeculũ, ſed manens uultui intrinſeca, ſuã in unoquoq; ſpeculo effingit, & quidẽ integrã imaginẽ. Et uerbũ humano ore prolatũ manens in aere expirato à loquente, multiplicat ſuã ſpeciẽ in auribus audientiũ, & unicuiq; eorũ totã uocis ſonoritatẽ ingerit, nõ quidẽ diſſectã, ſed totã & integrã. Ita planè manẽte ſacratiſsimo Chriſti corpore in cœlo, ubi ſedet ad dexterã patris, neq; illinc deſcendente, panis in uerũ Chriſti corpus cõuertitur, qđ ſub quauis hoſtiarũ quãtolibet numero conſecratarũ integrũ & idem ſubſiſtit. Quinimmo facta unius hoſtiæ iã cõſecratæ in quotlibet partes diuiſione, idẽ omnino Chriſti corpus ſub ſingulis particulis ſeparatis integrũ cõſiſtit: quẽadmodũ in ſancto altaris ſacrificio, ex inſtitutione eccleſiaſtica in tres partes fit ſacræ hoſtiæ diſſectio, ſub quarũ unaquaq;, prorſus idẽ eſt Chriſti corpus: quia ipſe unus & idẽ, & beatorũ in gloria caput eſt, & fideliũ hoc in mũdo adhuc degentiũ, & defunctorũ purgatorium adhuc ignem ſuſtinentiũ: qui tres ad Chriſtũ pertinentiũ ſtatus, p huius mũdi ternas partes deſignãtur: uniũturq; tanquã myſticũ corpus Chriſti (quod ex ijs potiſsimũ tribus ſocietatibus & cœtibus coaleſcit) ad unicum & idem caput ſcilicet Chriſtũ, qui reuera eſt

est beatorum gloria, uiuentium salus, & defunctorum refrigerium. Perindeatque confracto in minutulas partes speculo, in quaque particularũ speculi confractarũ integra uidetur hominis facies, haud aliter atque prius in toto & integro speculo cernebatur. At uero quis ad manu ductionem faciliorẽ dentur pro mysterij huius intelligentia, exempla quædã sensibilia, & nobis familiaria, nemo tamen solis illis innitatur, ut quæ lõgè circa altitudinẽ tantæ rei deficiant, sed pura & syncera fide laboret capere tã arduũ sacramentũ. Neque importunus quispiã modũ inquirat quo panis in corpus Christi, & uinum in sanguinẽ conuertitur, ut qui nobis sit incomprehensibilis. Quippe huiusmodi inquisitio quandã animi incredulitatẽ arguit, & curiositatẽ perscrutandi ea quæ nobis altiora sunt: persimilisque insolenti Iudæorũ uoci, qua litigabãt ad inuicẽ, cũ Dominus noster altissimũ huius sacramenti mysteriũ eis aperiret, dicentes, Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandũ? Quem locũ Cyrillus libro quarto Cõmentariorũ in Ioannẽ exponens, salubriter nos admonet, dicens: Sed nos magnũ quæso à peccatis aliorũ profectũ faciamus: & firmam fidem mysterijs adhibentes, nunquã in tam sublimibus rebus, illud Quomodo aut cogitemus, aut proferamus. Iudaicũ enim hoc uerbũ est, & extremi supplicij causa. Ideo Nicodemus etiã cũ diceret, Quomodo hæc fieri possunt? meritò audiuit: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Aliorũ igitur ut diximus culpa perducti, cũ Deus operatur, non quæramus Quomodo, sed operis sui uiã atque scientiã illi soli cõcedamus. Nã quẽadmodũ, quis nullus nouit qd' nã secundũ naturã Deus sit, iustificatur tamen per fidem, cũ credit præmia illum redditurũ quęrentibus eũ. Sic etsi operũ eius rationẽ ignorat, cum tamen fide omnia illũ posse nõ dubitet, nõ contẽnenda probitatis huius præmia cõsequetur. Quomodo igitur summis cruciatibus digni nõ erunt, qui rerum omniũ opificẽ Deũ ita contemnunt, ut Quomodo in suis operibus dicere audeant: quẽ totius sapientiæ largitorẽ esse nõ ignorant: quẽ omnia posse, scriptura nos docuit. hæc Cyrillus. Quòd aũt inscrutabilis & ignotus nobis sit modus iste conuersionis panis in corpus & uini in sanguinẽ Christi, naturali elucidat exemplo: Quoniam (inquit) nequaquã nobis constat, & perspectũ est, quomodo cibus & potus corporalis naturaliter transmutetur in corpus & sanguinẽ comedentis, manente eodem corpore quod prius erat, & non alio facto. Igitur longè potiori iure incognitũ nobis fuerit, & exploratũ, quomodo supnaturaliter fiat huiusmodi transmutatio panis & uini in corpus & sanguinẽ Christi. Si enim terrena nõ capimus, & quæ natura operatrice quotidie in nobis fiũt: quo nã pacto supercœlestia illa mysteria nostræ mẽtis captũ lõgè trãscendẽtia cõprehendemus? Enimuero si uino copioso infundatur gutta aquæ, quæ ilico in uinũ cõuertatur, idẽ prorsus est uinũ post aqueæ guttæ permutationẽ qd' antè fuerat. Ita prorsus post sumptum ab homine alimentum, & in substantiã eius qd' nutritur conuersum, idem manet corpus humanum quod antè fuerat. Neque illam identitatẽ impedit accessio particularũ nouarũ ad corporis substantiã: quandoquidẽ & anima potior hominis pars utrobique sine partiũ adiectione aut defluxu maneat eadẽ, & præcipuæ corporis partes eædẽ subsistãt, ut manus, caput, & pedes: & quæ adijciuntur particulæ, in eodẽ situ, ordine & figura instaurantur, quo fuerũt partes deperditæ, ut ex phisicis exploratũ est. Similiter quoque diuini uerbi uirtute facta transmutatione panis in uerũ Christi corpus, & uini in sanguinem: non duo sunt Christi corpora, unum in cœlo ante transmutationẽ, & alterũ sub hostia ineffabiliter contentum, sed unũ prorsus & idẽ. Vocat aũt hoc loco panẽ propositionis autor ipsam hostiã, quæ in sacrificij altaris tẽpore proponitur in principio, ut secundũ ritũ ecclesiasticũ deinde consecretur. Et eo rectè nũcupatur nomine, qui huiusmodi hostia salutaris, ueritas est panũ propositionis Mosaico ritu cõfectorũ, & in templo positorum: sicut Leuitici 24. cap. Dominus dixit ad Mosem. Accipies quoque similã, & coques ex ea duodecim panes, q singuli habebũt duas decimas. Quorũ senos altrinsecus super mẽsam coram Domino purissimã statues, & pones sup eos thus lucidissimũ, ut sit panis in monumentũ oblationis Domini. Solet enim interdũ res nomine figuræ suæ designari, propter huius ad illã conformitatẽ, assimilationẽ, et cognationẽ. Quid uero designẽt mysticè duodecim illi panes propositionis & ritus cõpositionis atque situs ipsorũ, luculenter explicat Cyrillus libri quarti Cõmentariorũ in Ioãnẽ cap. 12. Deinde multiplicẽ fructũ ex digna sumptiõe huius cibi salutaris procedentẽ autor enumerans, dicit eũ esse in uitã æternã, remissionẽ peccatorũ, & animæ corporisque custodiam. Quod quidẽ dilucidũ euadit ex uerbo Domini nostri Ioãnis 6. cap. Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, habet uitã æternam. Et panis iste uiuificus qui sumitur, est agnus Dei qui tollit peccata mũdi: nõne igitur ritè sumẽtibus peccata relaxat atque remittit? Quoniam itidem per hoc sacrũ conuiuiũ in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mẽs impletur gratia, & futuræ glorię nobis pignus datur, nõne omnis peccati scoria abraditur, cũ mens cœlesti edulio saginatur? Et quoniã dicit Dominus noster Ioãnis sexto capite: Qui manducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in eo: & qui mãducat me, ipse uiuet propter me: certè ea cœlestis præsidio illius anima, & corpus custoditur, qui manentẽ in se Dominũ cœli, & habitantem habet hospitẽ, aduẽtu suo benedictionẽ & salutẽ domui quã ingreditur copiosè afferentẽ. Si enim benedixit Dominus domui Aegyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quàm agris cunctã eius substantiã, num multo magis ad introitum regis glorię, & Domini uirtutũ (qui

maior

maior est quàm Ioseph)dabitur benedictio pijs mentibus ipsum cũ syncero affectu suscipie
tibus.& conferetur multiplicatio gratiæ,diuinorum'q; & spiritualiũ donorum? Cumq; hab,
taret arca Domini in domo Obededõ Gethei tribus mẽsibus,benedixit(ut ait scriptura)Do
minus Obededom.& omnem domũ eius propter arcã Dei.Nonne igitur largior benedictio
nis copia illis concedetur,qui arcam Domini uiuam,cœlestem,& primitiuã,in qua cõtinetur
bonorũ omnium affluentia,habent in se manentem,& sacrorum mysteriorum susceptione
secũ habitantẽ? Rursum ingressus Dominus ex dignatione sua Zachæi domũ, cõtestatus est,
quòd salus illi domui tũc facta sit,eo quòd ipse esset filius Abrahæ.Quid'ni ergo p ingressum
benigni saluatoris in animi nostri domiciliũ dignè,quantũ sinit imbecillitas nostra,præpara
tum,salus,uita,& gratiarum dona nobis communicabuntur? Reuolue diligẽtius omnẽ euan
gelicæ lectionis contextũ,lege in illo quid egerit Dominus noster,& qd docuerit,& rursum
lege:non inuenies ipsum subijsse domum aliquam,ad quam pio aliorũ affectu, & studio fuit
uocatus,quin aliquod ibi beneficium sanitatis,aut doctrinæ benigniter impenderit.Siquidẽ
ingressus domũ Simonis,socrũ eius grauiter febribus æstuantẽ,solo uerbi imperio sanauit.
Alio quoque loco paralyticum in domo oblatũ,attendens offerentiũ fidem, admiranda uir-
tute sanitati restituit.Denique filiam archisynagogi mortuam in domo iacentẽ suscitauit.Et
quod maius est miserationis indicium,Pharisæorũ domos ingressus,maligno animo ipsum,
ut accusarent,obseruantium:beneficentiã curationis & doctrinæ nequaquam substraxit,hy-
dropicum'q; & arida manu dextra mancum integræ sanitati reddidit,confutatis aduersarijs,
sabbato nõ licere curationẽ languidis adhiberi falsò existimãtibus. Quid ergo faciet humanæ
mentis domum per communicationem huius sacri mysterij ingressus? omnem planè morbũ
animæ depellet,ardentem concupiscentiam,ignauiam,mortem quã intulit culpa,rerũ terre-
narum cupiditatem,rectè operandi impotentiam,& cœlestibus eã muneribus, uita,gratia,lu
ce,affatim cumulabit,si modò studium adhibeatur ad ritè præparandũ tanto regi hospitium.
E diuerso autẽ indignè sumẽtibus cedit iste dignissimus panis in animæ detrimentũ,& dam-
nationem eternam.Quemadmodum Iudas proditor habens propositum animo fixũ traden
di Dominũ nostrum Iudæis, accepit bucellam à Domino,pòstquam(ut dicit Ioannes capi-
decimotertio)introiuit in eũ satanas,maiorẽ habens in ipsum sæuiendi & perdẽdi potestatẽ
quàm antea habuerat. Vt enim dicit Augustinus,bucella dominica non fuit uenenum Iudæ
sed cum accepit,in eum inimicus intrauit:nõ quia malum acceperit,sed bonũ malus malè ac-
cepit:sicut in bonum etiam cooperantur mala quæ bonis infligũtur,& ab ijs æquo feruntur a-
nimo:quemadmodum Paulo stimulus carnis,& martyribus tormenta inflicta.Eã ob causam A-
postolus ad Corinthios scribit,ipsos imbecillitate,infirmitateq;,& multorũ morte à Deo
se afflictatos:quòd minus quàm par esset,reuerẽtes ad hæc sacra mysteria haberẽtur.Ergo in
ueste nuptiali ausus est ad regias intrare nuptias,iussus est ligatis manibus & pedibus proijci
in tenebras exteriores.Neq; id immeritò. Si enĩ corporalis medicina intempestiuè sumpta,&
ægroto minus disposito atq; præparato ad illam assumendam,infert exitium & interitũ,nec
prodest quicquã,quin potius officit plurimũ:quid mirũ,si spiritualis ista medicina indignè
sumpta inferat animæ perniciem? nõ suapte natura aut ratione,sed propter indignitatẽ & in-
dispositionẽ sumentis,qui irreuerenter & sordida conscientia accedit ad tam sacrũ mysteriũ.
In quo panis & uinum iam consecratũ nõ est figura corporis:& sanguinis Christi,ut rectè de-
notat litera,sed ipsummet corpus & sanguis Christi.Siquidẽ figura ueritatem ipsam nõ con-
net reipsa,sed solum repræsentat,ut panis & uinũ oblatum à Melchisedec,itidẽ & mãna Is-
eliticum,umbra erant & figura huius sacratissimi mysterij:nõ tamen continebant ipsum,sed
prænunciabant duntaxat.Panis autem & uinum post perfectã inuocationem,& consecratio-
nem,non hoc pacto repræsentant aut designant corpus & sanguinẽ Domini:sed sunt reuera
ipsum corpus & sanguis Christi Qui igitur hæc figuras nominaret,ipsi ueritati daret nomẽ
imaginis,ipsi luci nomen umbræ,& tãti mysterij dignitati mirum in modũ derogaret,& rei
longè omniũ supremæ inferius æquo nomen falsò ascriberet.Cũ itaq; tãta sit huius sacramẽ
ti sublimitas,tam augusta dignitas & celsitudo,ad ipsum nõ nisi summo cũ timore,reuerẽtia
& syncera fide accedendũ est.Si enim Nadad & Abiud filij Aron ignẽ alienũ Deo offerentes
cõtra diuinũ institutũ,subita morte pcussi sunt,ut decimũ Leuitici caput ostendit:ad diuinã
effugient ultionẽ qui igne effrenis cõcupiscẽtiæ carnalis succensi,audent intemeratũ hũc pa-
nẽ nefarijs cõtingere manibus? Vinũ(inqt Dominus ad Aron)& omne qd' inebriare potest,
nõ bibetis,tu & filij tui,quãdo intrabitis in tabernaculũ testimonij,ne moriãini. Si id in figu
rali,legaliq; sacrifitio illicitũ cẽsebatur, uino scilicet & cibo se ingurgitare:nũquid in hoc om
niũ dignissimo & uerissimo sacrifitio offerendo,impuritate crapulæ corpora distendi,& cor
da grauari poterunt? Insuper Bethsamitæ detectã uidentes arcã fœderis,cũ ab Allophylis ad
Israelitas referretur,imoderatoq; gestiẽtes gaudio,uindicẽ senserunt Dei dexterã, septuagin-
ta milibus plebis repentina morte interceptis,ut sextũ primi libri Regũ caput attestatur. Ad
hæc,Oza extendens cũ minori quàm par erat reuerẽtia manũ,qua ruinam minitantẽ arcam,
ob recalcitrantes qui eã uectabant boues,sustentaret,subitanea morte percussus ante arcã cõ
cidit.

tidit. Erat autem arca, quædam umbra duntaxat & figura horum mysteriorum, quæ in se proportione excellentiã habent maiorẽ. Siquidem sacratissimum Christi corpus uera est illa arca, in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & in qua omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ sunt absconditi. Nonne igitur metuenda est Dei manus (in quã secundũ Paulum horrendũ est incidere) ne irreuerenter contrectantibus hæc sacra inferat dignæ punitionis seueritatem? Extimuerunt quidem illas Dei correptiones Bethsamitæ: extimuit & hãc Dauid, non audens arcam in domum suã transferre. Scripta autem sunt hæc ad correptionẽ nostram ut pertimescamus horrendã Dei iram, si pollutis manibus imũdo ore, & impuro corde hæc sãcta sumamus. Rursum noluit Achimelech ipsi Dauid necessitate famis adacto dare pães ꝓpositionis sanctos (qui huius sunt figura mysterij, ut iã dictũ est, & paulo post litera explicat) nisi postquam intellexerat eum & socios eius à mulierum consortio mundos esse, & cõtinentes. Debet'ne igitur hic sanctissimus panis, legalibus illis panibus multo præstantior, cũ sanctimonia, animiq; & corporis mũditia sumi? Demũ Ioãnes Baptista uitæ sanctitate eximius, ut digno Christũ præconio Iudęæ nũciaret, & Iordanis ablueret lauacro, uestitus erat pilis camelorũ, locustas & mel syluestre comedebat, in deserto assiduè diuersabatur. Quãto igitur & quàm diligenti studio cõparanda est mentis puritas, ut non modò contrectetur, sed & sumatur id sanctum sanctorũ? Porrò quoniam circa hunc locum habet litera, carbonem uidit Esaias: id non negligenter animaduertendum, quòd sextum Esaię caput secundũ uulgatam, qua utimur, traductionẽ sic habet. Et uolauit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus quẽ forcipe tulerat de altari, & tetigit os meũ, & dixit: Ecce tetigi hæc labia tua, & auferetur iniqtas tua, & peccatũ tuũ mũdabitur. Annotat autẽ Hieronymus, ipsos septuaginta interpretes carbonem traduxisse, ubi nos calculi nomen habemus. Et illius loci expositores in hanc omnes cõueniunt sententiã, quòd ibidẽ calculus pro carbone sumatur. Deinceps litera luculentes elucidat hæc incõtaminata, & sacra Christi mysteria in antiquo testamẽto multifariã fuisse præfigurata, & inprimis per panem & uinũ oblatum à Melchisedec: cuius etiã sacerdotium fuit sacerdotij Christi symbolum, & significatiuum, secundum Psalmi 109. sententiã hic adductam. Quã exponens Cassiodorus ait: Hoc etiam propheta ꝓmisisse filio cõmemorat patrem. Cui enĩ potest ueraciter istud, & euidẽter aptari, nisi domino saluatori? qui corpus & sanguinem suũ in panis ac uini erogatione salutariter consecrauit. Quem ordinem per mysticam similitudinẽ Melchisedec iustissimus rex instituit, quãdo Domino panis & uini fructus obtulit. Constat enim pecudum uictimas perijsse, quæ fuerũt ordinis Aaron: & Melchisedec manere potius institutũ, quod toto orbe in sacramentorũ erogatione celebratur. Sed & Paulus Apostolus de hoc Christi sacerdotio perpetuo ꝑ Melchisedec designato, diuinissimè & altissimè disserit septimo ad Hebræos capite, liquidò cõprobans sacerdotiũ Leuiticũ cũ lege Mosaica tãdem esse desiturum: Christi uerò sacerdotiũ longè dignius & augustius cũ lege euangelica perpetuò mansurũ. Hæc itidem hostia prenũciata est uoce prophetica Malachiæ 1. cap. ubi Dominus inducitur loquẽs Israeli, cuius repudiaturus erat sacrificia: Ab ortu solis usq; ad occasum (id est ab eoa, oriẽtaliq; terræ plaga, usq; ad occiduã, occidentaleq; eius partẽ) magnum est nomen meũ in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mũda: quia magnũ est nomen meũ in gentibus, dicit Dominus exercituũ. Vbi propheta quod diuino afflatus spiritu longè futurũ præuidit, ob uenturæ rei denotandã certitudinem, tanquam præsens iam adesset, & corãm in prospectu positũ, enunciauit, utpote gentiũ ubiuis terrarum habitent ad Christi fidẽ conuersionem, & salutaris eius hostiæ illibatã incõtaminatamq; oblationẽ. Itaq; quòd esca ista cœlestis dignè ab hominibus pro facultate humana sumpta, sit incontaminata, incorruptaq; persistat, ut dicit litera, nulli ambiguũ esse debet. Non enim cũ sanctificata hostia in partes dissecatur, aut uinum in guttas, sacratissimũ Christi corpus, aut sanguis distrahi, aut diuelli putandũ est, ut quod sit immortale, incorruptibile, & incõsubtibile: sed sensibile: sed sensiliũ dũtaxat accidentiũ, post sanctificationẽ ad fidei robur exhibendũq; uisibile signũ manentiũ, ea est partitio. Neq; itidẽ more humãi cibi, cœlestis iste cibus in nostram transit substantiam, aut in secessum mittitur, ut ait Dominus Matthæi 15. ca. quin potius è diuerso anima nostra trãsit pro suo modo in Deũ, & deificatur: quẽadmodum non ignis in ferrum, sed è diuerso ferrum in ignem transsumitur: & fit ignitũ, cõsortio ipsius ignis illi imeantis. Hinc uocem à Deo ad se delapsam scribit Augustinus: Cibus sum grandiũ, cresce & mãducabis me: nec tu me mutabis in te, sicut cibũ carnis tuę, sed tu mutaberis in me. Quãtæ uerò sit efficaciæ, & uirtutis hæc saluberrima medicina, liquidò patefacit autor, consequẽter subiũgẽs, qđ curat morbos, & omnimoda dãna. Nullũ sanè fuit morbi corporalis genus, quod saluator noster quando in terra uisus est, & cũ hominibus conuersatus, solo uerbi imperio aut potẽtificæ manus impositiõe nõ subitò curauerit. Ita cũ se ut mederetur male habẽtibus piẽtissimus animarũ medicus uenisse cõtestatus est, hac salutari medela omnẽ animæ morbũ prorsus expellit. Nõ enĩ abbreuiata est manus Domini, ut saluare aut curare nequeat: modò cũ solida fide, & pio desiderij affectu ipsum accesserimus: quẽadmodum corporis salutem ab eo impetrare cupientes, supplices eum rogabant, aut eos qui pro se rogarent Dominum, habebant. Quinimmo si cõtactus fimbriæ uestimenti sui dũtaxat ex corporis circũpo-

sitione

ſitione ſanctificati,reſtinxit fluxũ ſanguinis in muliere,quæ duodecim annos eo languóre de
tenta fuerat,ſi inſuper quotquot languidi tetigerunt oram ueſtium eius,ſanitatẽ ſunt cõſecu
ti,quocunq; grauarentur corporis incõmodo: quemadmodũ Mathæus decimoquarto cap.
teſtatur.& ut inqt Lucas:Virtus de illo exibat,& ſanabat omnes.nõne totius Dominici cor
poris & contrectatio & ſumptio ſalutiferã afferet opem animæ & medelam, omnímodosq;
morbos humanę mentis expurgabit, ſi cõtractas offenderit ſordes? Siquidẽ ignis iſte ſenſibi
lis,ſi quicquã offendat,auri quidem ſpeciem præferens,ſed à ueritate puritateq; illius alienũ:
abſumit idipſum & abradit, ſyncerícq; auri rutilantiã prodit. Haud ſecus ſi ſacratiſsimus iſte
panis(qui & ignis conſumèns eſt)quicquam labis aut ſceleris animo noſtro concretũ inueni
at:illud protinus expurgat aut per maculæ inuſtæ abolitionem,aut per tribulationẽ aduerſi
tatũq; temporariã inflictionem,quæ hic iudicialis & correptoria dicitur ignitio,quòd more
fornacis auri ſcoriam abſtergentes contractas animi ſordes excoquat & eluat. Mira ſiquidem
benignitate diuina bonitas hic calamitates,& caſus ſiniſtros nobis immittit, ne poſt hanc ui
tam cum ijs qui mũdana & ſecularia ſectantur deſideria,detrudamur in dãnationis barathrũ.
Vnde beatus Auguſtinus,quotidiana efflagitatione Deũ interpellaſſe legitur: Domine hic
ure, hic ſeca, ut in æternum parcas. Quoniam autem in oratione ad patrem cœleſtem,quàm à
uirtutum Domino ac magiſtro ſumus edocti,petimus inter cætera panem noſtrũ ſuperſub-
ſtantialem quotidie nobis dari:oſtendit autor panem iſtũ deificum,& uitalem rectè ſuperſub
ſtantialem dici,in utraque ſuperſubſtãtialis ſignificatione hic expreſſa. Siue(inquit)panis ſu
perſubſtantialis hoc ſecundo dicatur modo,ut ſcilicet eũ ſignificet panẽ,qui ad conſeruatio-
nem noſtræ ſumitur ſubſtantiæ:ſiue illo primo modo,ut eũ oſtendat panem qui futurus eſt,
id eſt uenturi ſeculi,ſacratiſsimum Chriſti corpus,accõmodatè dicitur panis ſuperſubſtantia
lis,cum Mathæi ſexto capite ex Domini noſtri inſtituto petimus: Panem noſtrũ ſuperſubſtã
tialem da nobis hodie:tum quòd is panis futurus ſit beatorũ cibus in uenturo ſeculo. ſiqui-
dem beati qui comedunt panẽ in regno Dei(ut ait Lucas decimo quarto capite)illum quidẽ
qui ſine anxietate deſideratur ſemper. nam cõtinuè præſens habetur,& ſine faſtidio aſsiduè
ſumitur:quia ſemper deſideratur. Et hũc diſcipulis ſuis pollicitus eſt cibum ſpiritualem om-
nino,cũ dicit Lucæ uiceſimo ſecũdo capite: Et ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater
meus regnum,ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Eodem quoque cibo,
& angelici ſpiritus indeſinenter ſatiantur:ſicut dixit Raphael ad Thobiã & familiã eius,Tho
biæ duodecimo capite: Videbar qdẽ uobiſcũ manducans,& bibẽs: ſed ego cibo inuiſibili,&
qui ab hominibus uideri non poteſt,utor. Tum etiam quòd ad cõſeruationẽ noſtræ ſubſtan-
tiæ,animæq; & corporis cuſtodiã,ſumitur in præſenti uita ſupradictus panis dulciſsimus &
ſuauitate pleniſsimus. Conſeruat enim dignè manducatus & animam & corpus manducan
tis:ut ſuprà dictum eſt. Hinc apud Lucam ſexto capi,quotidianus dicitur panis: quòd quoti-
diana eius in eccleſia ablatione ſecundũ ſpiritum reficimur. Quãuis etiam quotidianum pa-
nem intelligere poſſemus,cibum corporeum,quẽ pro quotidiana refectione petimus à Deo
ſed ſecundo & poſteriore loco. Et quoniam nonnulli antiquorum patrum uocauerunt pa-
nem & uinũ,exemplaria corporis & ſanguinis Dominici:quomodo id rectè intelligendũ ſit
litera deinde explanat. Enimuero quãuis exemplar plerunq; deſignet id præcipuũ cuius a-
qua eſt imago,aut ſimilitudo repræſentans,quo modo cœleſtia & ſpiritualia,terreſtriũ ſenſi-
biliumq; exemplaria,& ueritates dici aſſolent:tamen nonnunquã exemplar figurã deſignat
& imaginẽ,quicquã excellentius aut perfectius repræſentantẽ:quo modo ſumit Apoſtolus
ad Hæbræos octauo cap.cũ inquit,Qui exemplari & umbræ deſeruiunt cœleſtiũ.ubi ueteris
inſtrumenti ritus,eorũ quæ lex depromit euangelica,& quæ cæleſtis habet ciuitas, uocat ex
emplaria. Idem quoque ad Hebræos nono capite: Non enim in manufacta ſancta Ieſus
introiuit, exemplaria uerorum:ſed in ipſum cœlum. ubi ſancta ſanctorũ à Moſe fabricata,
uocat exemplaria figuraſq; uerorum tabernaculorum in cœleſtibus collocatorum. Hoc igi-
tur pacto & ſignificato,panem & uinum conſecrandũ,antequã ſanctificata fuerint, nonnul-
li rectè dicunt exẽplaria & figuras corporis & ſanguinis Chriſti. Poſt ſanctificationẽ uero,nõ
amplius exemplaria dicẽda ſunt,ſed ipſa rei ueritas:uerũ ſcilicet Chriſti corpus,& uerus eius
ſanguis. Vt tamen annotat litera circa finẽ capitis:poſt benedictionem,panis & uinũ dicitur
exẽplaria futurorũ,qa in futura uita pfectius & apertius diuinitate Chriſti participabimus:
non ſub accidentariarũ ſpecierũ uelamento illi communicando,ſed facie ad faciem eam con-
tẽplando: Satiabor(inquit Pſalmus 16.)cum apparuit gloria tua. pinde in huius myſterij ſum
tione,futurę glorię pignus dari nobis dicitur. Demũ inter uarias nũcupationes & denomina
tiones huius ſacroſancti myſterij,ipſum dicitur in litera participatio, itidẽ & cõmunio:quia
participantes ſacratiſsimo pane & calice Chriſti, efficimur unũ Chriſti corpus:nõ qdẽ uerũ,
ſed myſticũ,quòd ex omniũ fideliũ tanquã membrorũ per charitatẽ cõnexione cõpaginatur
quinimo & unus efficimur panis myſticus & unus ſanguis, per mutuæ charitatis uinculũ cõ
pacti. In pane ſiqdẽ multa grana:in ſanguine guttæ multæ in unũ coaleſcũt. in myſtico uerò
corpore,cuius Chriſtus caput eſt,multi fideles,ut mẽbra,& inter ſe inuicem, & cũ capite ip-
ſo uniũtur atq; colligũtur. Et hoc ipſũ inſinuat Apoſtolus primæ epiſt.ad Corinthios cap.10.
dicens:

dicens: Vnus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & uno calice participamus. Quia igitur salutaris hostiæ cōmunicatione fideles incorporantur Christo, & ei uniuntur tanq̃ capiti, necessarium est & eos inter se uniri tanquā membra. Quæcunq; enim ad idem tertium uniuntur, ea & inter se uniri est necesse: ut si multæ lineæ ad idem cōcurrunt pūctum, & inter se in eo extremo coalescunt & coadunantur.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑΣ ΤΟΥ κυρίου καὶ περὶ τῆς ἁγίας θεοτόκου. ιε.

Περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὑπερυμνήτου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, ἐν τοῖς προλαβοῦσι μετρίως διαλαβόντες, καὶ τὸ καιριώτατον παραστήσαντες, ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκος ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται, νῦν τὰ λείποντα προσαναπληρώσωμεν. αὕτη γὰρ τῇ προαιωνίῳ προγνωστικῇ βουλῇ τοῦ θεοῦ προορισθεῖσα, καὶ διαφόροις εἰκόσι καὶ λόγοις προφητῶν διὰ πνεύματος ἁγίου εἰκονισθεῖσά τε καὶ προκηρυχθεῖσα, ἐν τῷ προωρισμένῳ καιρῷ, ἐκ Δαυϊτικῆς ῥίζης ἐβλάστησε, διὰ τὰς πρὸς αὐτὸν γενομένας ἐπαγγελίας. ὤμοσε γὰρ κύριος, φησί, τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτόν. ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. καὶ πάλιν ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι. τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. καὶ Ἡσαΐας, ἐξανατελεῖ ῥάβδος ἐξ Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται. ὅτι μὲν οὖν ὁ Ἰωσὴφ ἐκ Δαυϊτικῆς φυλῆς κατάγεται, Ματθαῖος καὶ Λουκᾶς οἱ ἱερώτατοι εὐαγγελισταὶ διαῤῥήδην ἀπέδειξαν. ἀλλ' ὁ μὲν Ματθαῖος ἐκ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος κατάγει τὸν Ἰωσήφ· ὁ δὲ Λουκᾶς, διὰ Νάθαν. τῆς δὲ ἁγίας παρθένου τὴν γέννησιν καὶ ἀμφότεροι παρεσιώπησαν. χρὴ οὖν εἰδέναι, ὡς οὐκ ἦν ἔθος Ἑβραίοις, οὐδὲ τῇ θείᾳ γραφῇ, γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας. νόμος δὲ ἦν, μὴ μνηστεύεσθαι φυλὴν ἐξ ἑτέρας φυλῆς. ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐκ Δαυϊτικῆς καταγόμενος φυλῆς, καὶ δίκαιος ὑπάρχων (τοῦτο γὰρ αὐτῷ μαρτυρεῖ τὸ θεῖον εὐαγγέλιον) οὐκ ἂν παρανόμως τὴν ἁγίαν παρθένον εἰς μνηστείαν ἠγάγετο, εἰ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σκήπτρου κατήγετο. δείξας τοίνυν τὸ τοῦ Ἰωσὴφ καταγώγιον, ἠρκέσθη. χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς νόμος ἦν ἀγόνου ἀνδρὸς τελευτῶντος, τὸν τούτου ἀδελφὸν, τὴν τοῦ τετελευτηκότος γαμετὴν πρὸς γάμον ἄγεσθαι, καὶ ἐγείρειν σπέρμα τῷ ἀδελφῷ. τὸ οὖν τικτόμενον, κατὰ φύσιν μὲν τοῦ δευτέρου, ἤτοι τοῦ γεγεννηκότος

DE GENEALOGIA DOMINI ET *sanctæ uirginis deiparæ.* Cap. XV.

De sancta & superlaudabili semper uirgine, & deipara Maria in prætactis mediocriter tractauimus: & quod maximè opportunum uisum est repræsentauimus, quod propriè & uerè deipara & est, & nominatur. Nunc reliqua compleamus: Ipsa enim ante secula præcognitiuo Dei consilio prædefinita est, & diuersis similitudinibus & oraculis prophetarum per spiritum sanctum figurata & prædicata, in prædefinito tempore ex Dauidica radice pullulauit, propter factas ad ipsum repromissiones. Iurauit em̃ (inquit) Dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum, de fructu uētris tui ponam super sedem tuam. Et rursus: Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternū manebit, & thronus eius ut sol in conspectu meo, & ut luna perfecta in æternū, & testis in cœlo fidelis. Et Esaias: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos ex radice eius ascendet. Enimuero quod Ioseph ex Dauidica tribu descenderit, Matthæus & Lucas sacratissimi euangelistæ dilucidè monstrarunt. Sed Matthæus quidē ex Dauid per Salomonem deduxit Ioseph. Lucas autem per Nathan. Sanctæ uerò uirginis generationem ambo siluerunt. Decet autem scire, nō fuisse morē Hebræis, neq; diuinæ scripturæ, genealogias texere mulierū. Nam lex fuit, tribum non desponsare ex alia tribu. Atqui Ioseph ex Dauidica descendit, & iustus erat: hoc enim de ipso diuinum testatur euangelium. Non igitur præter legem, sanctam uirginem ad desponsationē duxisset, nisi ex eius sceptro descendisset. Cum igitur ostēderit euangelista descensum Ioseph, satis factum esse putandum est. Præterea id nequaquam latére par est, quod lex erat uiro moriente sine prole, fratrem eius defuncti coniugem sibi nuptijs copulare, & suscitare semen fratri. Quod igitur partu edebatur, secundum naturam, secundi, id est, illius qui genuit, erat

ἣν, κατὰ δὲ νόμον τοῦ τετελευτηκότος. ἐκ τῆς σειρᾶς τοίνυν τοῦ Νάθαν, τοῦ υἱοῦ Δαβίδ. Λευὶ ἐγέννησε τὸν Μελχὶ, καὶ τὸν Πάνθηρα. ὁ Πάνθηρ ἐγέννησε τὸν Βαρπάνθηρα, οὕτως ἐπικληθέντα. οὗτος ὁ Βαρπάνθηρ ἐγέννησε τὸν Ἰωακείμ. ὁ Ἰωακεὶμ ἐγέννησε τὴν ἁγίαν θεοτόκον. ἐκ δὲ τῆς σειρᾶς Σολομῶντος τοῦ υἱοῦ Δαβίδ, Ματθὰν ἔσχε γυναῖκα, ἐξ ἧς ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Νάθαν, ὁ υἱὸς μὲν Λευὶ, ἀδελφὸς δὲ τοῦ Πάνθηρος ἔγημε τὴν γυναῖκα τοῦ Ματθὰν, μητέρα δὲ τοῦ Ἰακώβ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε τὸν Ἡλεί. ἐγένοντο οὖν ἀδελφοὶ ὁμομήτριοι, Ἰακὼβ καὶ Ἡλεὶ, ὁ μὲν Ἰακὼβ, ἐκ τῆς φυλῆς Σολομῶντος· ὁ δὲ Ἡλεὶ, ἐκ φυλῆς Νάθαν. ἐτελεύτησε δὲ ὁ Ἡλεὶ ὁ ἐκ τῆς τοῦ Νάθαν φυλῆς ἄπαις. καὶ ἔλαβεν Ἰακὼβ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Σολομῶντος, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀνέστησε σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ. ὁ οὖν Ἰωσὴφ, φύσει μέν ἐστιν υἱὸς Ἰακὼβ, ἐκ τοῦ καταγωγίου τοῦ Σολομῶντος. κατὰ δὲ νόμον, Ἡλεὶ τοῦ ἐκ Νάθαν. Ἰωακεὶμ τοίνυν τὴν σεμνήν τε καὶ ἀξιέπαινον Ἄνναν πρὸς γάμον ἠγάγετο. ἀλλ' ὥσπερ ἡ πάλαι Ἄννα στειρεύουσα, διὰ εὐχῆς καὶ ἐπαγγελίας τὸν Σαμουὴλ ἐγέννησεν, οὕτω καὶ αὕτη διὰ λιτῆς καὶ ἐπαγγελίας, πρὸς θεοῦ τὴν θεοτόκον κομίζεται, ἵνα κἀν τούτῳ μηδενὸς τῶν περιφανῶν καθυστερίζοιτο. τίκτει τοιγαροῦν ἡ χάρις (τοῦτο γὰρ ἡ Ἄννα ἑρμηνεύεται) τὴν κυρίαν. τοῦτο γὰρ τῆς Μαρίας σημαίνει τὸ ὄνομα. κυρία γὰρ ὄντως γέγονε πάντων τῶν ποιημάτων, τοῦ δημιουργοῦ χρηματίσασα μήτηρ. τίκτεται δὲ, ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ Ἰωακεὶμ οἴκῳ. καὶ τῷ ἱερῷ προσάγεται. εἶτα ἐν τῷ οἴκῳ θεοῦ φυτευθεῖσά τε καὶ πιανθεῖσα τῷ πνεύματι, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος, πάσης ἀρετῆς καταγώγιον γέγονε, πάσης βιωτικῆς καὶ σαρκικῆς ἐπιθυμίας τὸν νοῦν ἀποστήσασα. καὶ οὕτω παρθένον τὴν ψυχὴν συντηρήσασα σὺν τῷ σώματι, ὡς ἔπρεπε τὴν θεὸν ἐγκόλπιον ὑποδέχεσθαι μέλλουσαν. ἅγιος γὰρ ὢν, ἐν ἁγίοις ἀναπαύεται. οὕτω τοίνυν ἁγιωσύνην μετέρχεται, καὶ ναὸς ἅγιος καὶ θαυμαστὸς τοῦ ὑψίστου θεοῦ ἀναδείκνυται ἄξιος. ἐπειδὴ δὲ ἐπετήρει τὰς παρθένους ὁ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐχθρὸς διὰ τὴν Ἡσαΐου πρόρρησιν, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει φήσαντος, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεὸς, ὡς ἂν δελεάσῃ τὸν ἐν σοφίᾳ

secundum uero legē, eius qui obierat diem. Ex serie igitur Nathan filij Dauid, Leui genuit Melchi & Panthera. Panther genuit Barpanthera, sic ab eo denominatū. Hic Barpanther genuit Ioacim. Ioacim uero genuit sanctā deiparam. Ex serie Salomonis filij Dauid, Matthan duxit uxorem, ex qua genuit Iacob. Mortuo autē Matthan, Melchi qui erat ex tribu Nathan filius Leui, frater uero Pantheris, nupsit uxori Matthan, matri quidem Iacob, & genuit ex ea Heli. Erant igitur fratres uterini Iacob & Heli. Iacob quidem ex tribu Salomonis, Heli uero ex tribu Nathan. Defuncto autē Heli ex tribu Nathan sine liberis, accepit Iacob frater eius ex tribu Salomonis uxorem eius, & suscitauit semē fratri suo, & genuit Ioseph. Ioseph igitur natura quidem est filius Iacob, ex descensu à Salomone. Secundū uero legē, filius Heli ex Nathan. Ioacim ergo uenerandam, & dignā laude Annam in matrimonium duxit. Sed quemadmodū uetus Anna sterilis facta, per uotum & repromissionem habuit Samuelem: hunc in modū & hæc per supplicationem & repromissionē à Deo, deiparā profert: ut & in hoc nulla illustrium & gloriosarū posterior habeatur. Parit ergo gratia. Anna enim interpretatur domina, quod profecto indicat Mariæ nomen. Nam re uera domina facta est omniū creaturarum, cū conditoris omnium effecta est mater. Editur partu in domo ouilis Ioacim, & adducitur in templum. Deinde in domo Domini plātata & impinguata spiritu, ueluti oliua fructifera, omnis uirtutis habitaculum facta est, ab omni seculari uita & carnali cōcupiscētia procul mentē sequestrans: & sic uirginem animā cum corpore conseruans, ut decebat eam quæ in sinu Deum susceptura esset. Sanctus enim existens, in sanctis requiescit. Sic igitur sanctificationem omnem exercet, & templum sanctum & admirabile altissimi Dei digne demonstratur. Quia ergo obseruabat uirgines nostræ salutis inimicus propter Esaiæ prædictionem dicentis, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatū nobiscū Deus: ut deciperet eū qui

semper

ἀεὶ ἀβρυνόμενον ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, πρὸς μνηστείαν ἡ νεᾶνις τῷ Ἰωσὴφ ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐκδίδοται, ὁ καινὸς τόμος, τῷ γράμματα εἰδότι. ἡ δὲ μνηστεία φυλακή τε τῆς παρθένου ὑπῆρχε, καὶ τῶν τὰς παρθένους ἐπιτηρούντων ἀποβουκόλημα. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἀπεστάλη ἄγγελος κυρίου πρὸς αὐτὴν, τὴν τοῦ κυρίου εὐαγγελιζόμενος σύλληψιν. οὕτω τε συνείληφε τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὴν τοῦ πατρὸς ἐνυπόστατον δύναμιν, οὐκ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἤτοι συναφείας καὶ σπορᾶς, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς εὐδοκίας, καὶ συνεργείας τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐχορήγησέ τε τῷ κτίστῃ τὸ κτισθῆναι, καὶ τῷ πλάστῃ τὸ πλασθῆναι· καὶ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ καὶ θεῷ τὸ σαρκωθῆναι καὶ ἀνθρωπισθῆναι, ἐκ τῶν ἁγνῶν καὶ ἀμολύντων αὐτῆς σαρκῶν τε καὶ αἱμάτων, τὸ τῆς προμήτορος ἀποπληροῦσα χρέος. ὥσπερ γὰρ ἐκείνη, συναφείας ἐκτὸς ἐξ Ἀδὰμ πεπλαστούργηται. οὕτω καὶ αὕτη τὸν νέον Ἀδὰμ ἀπεκύησε, νόμῳ κυήσεως τικτόμενον, καὶ ὑπὲρ φύσιν γεννήσεως. τίκτεται γὰρ ἀπάτωρ ἐκ γυναικὸς, ὁ ἐκ πατρὸς ἀμήτωρ. καὶ ὅτι μὲν ἐκ γυναικὸς, νόμῳ κυήσεως· ὅτι δὲ ἄνευ πατρὸς, ὑπὲρ φύσιν γεννήσεως. καὶ ὅτι μὲν τῷ εἰθισμένῳ χρόνῳ (τὸν γὰρ ἐννεαμηνιαῖον τελέσας, καὶ τῷ δεκάτῳ ἐπιβὰς) γεννᾶται νόμῳ κυήσεως· ὅτι δὲ ἀνωδίνως, ὑπὲρ θεσμὸν γεννήσεως. ἧς γὰρ ἡδονὴ οὐ προηγήσατο, οὐδὲ ὠδὶν ἐπηκολούθησε κατὰ τὸν προφήτην τὸν λέγοντα, πρὶν ὠδίνησαι ἔτεκε, καὶ πάλιν, πρὶν ἐλθεῖν τὸν καιρὸν τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. γεγέννηται τοίνυν ἐξ αὐτῆς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ σεσαρκωμένος, οὐ θεοφόρος ἄνθρωπος. ἀλλὰ θεὸς σεσαρκωμένος. οὐχ ὡς προφήτης ἐνεργείᾳ χριόμενος, παρουσίᾳ δὲ ὅλου τοῦ χρίοντος, ὥστε ἄνθρωπον μὲν γενέσθαι τὸ χρίσαν, καὶ θεὸν τὸ χριόμενον, οὐ μεταβολῇ φύσεως, ἀλλ' ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν. ὁ αὐτὸς γὰρ ἦν ὅτε χρίων καὶ ὁ χριόμενος· χρίων ὡς θεὸς ἑαυτὸν ὡς ἄνθρωπον. πῶς οὖν οὐ θεοτόκος ἡ θεὸν σεσαρκωμένον ἐξ αὐτῆς γεννήσασα; ὄντως κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκος, καὶ κυρία, καὶ πάντων κτισμάτων δεσπόζουσα, δούλη καὶ μήτηρ τοῦ δημιουργοῦ χρηματίσασα, ὥσπερ δὲ συλληφθεὶς παρθένον τὴν συλλαβοῦσαν ἐτήρησεν, οὕτω καὶ τεχθεὶς, τὴν αὐτῆς παρθενίαν ἐφύλαξεν ἄτρωτον, μόνος διελθὼν δι' αὐτῆς, καὶ κεκλεισμένην τηρήσας

semper in sapientia gloriatur: ipse qui deprehendit sapientes in astutia eorum, in desponsatione puella Ioseph à sacerdotibus traditur, ut nouus liber literas scienti. Nam desponsatio, custodia uirginis erat, & uirgines obseruantis depulsio. Quando autem uenit plenitudo tẽporis, missus est angelus Domini ad ipsam, annuncians Domini cõceptionem. & sic concepit filium Dei, consubstantialem patris uirtutem, non ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, id est, ex congressu & semine, sed ex patris bona uoluntate & cooperatione spiritus sancti. suppeditauit creatori creari, & plasmatori plasmari: & filio Dei & Deo, incarnari & humanari, ex puris & illibatis carnib. eius & sanguinibus, primæ matris absoluens debitum. Nam quemadmodum illa sine commixtione ex Adam plasmata est: sic ista nouum Adam, lege partus in utero tulit, quem peperit super natiuitatis naturam. Natus est enim ex muliere sine patre, & ex patre sine matre. Et quoniã ex muliere, lege partus: quoniã sine patre, super naturã est natiuitatis. Et quoniã cõsueto in tempore (nã nouem menses cõplens, & decimũ attingens nascit) id fit lege partus: quod aũt sine dolore, supra legem partus est. Cuius eñ uoluptas non præcessit, neq; pariendi dolor subsecutus est: secundũ prophetam dicentẽ: Priusquam dolorem partus senserit, peperit Et rursus: Priusquã adueniret tẽpus dolorũ partus, effugit, & peperit masculũ. Natus est igitur ex ea filius Dei, & Deus incarnatus: non deifer homo, sed Deus incarnatus: Non ut propheta actione unctus, sed totius ungentis præsentia ut homo quidẽ quod ungit: & Deus q̃ ungitur, nõ trãsmutatione naturæ, sed unione secundũ hypostasin. Idem eñ erat ungẽs & qui ungebatur: ut Deus ungens seipsum ut hominem Quomodo igitur non est deipara, quæ Deum incarnatum ex se genuit? Sic propriè & uerè Dei genitrix & Domina, quæ omnium creaturarum dominatrix, ancilla & mater omnium conditoris effecta. Quemadmodum uerò qui conceptus est, uirginem concipientẽ seruauit: sic & natus, ipsius uirginitatem seruauit illæsam: solum transiuit per eã, & clausam seruauit

αὐτὴν δι' ἀκοῆς μὲν ἡ σύλληψις, ἡ δὲ γέννησις διὰ τῆς συνήθους τῶν τικτομένων ἐξόδου, εἰ καί τινες μυθολογοῦσι διὰ τῆς πλευρᾶς αὐτὸν τεχθῆναι τῆς θεομήτορος. οὐ γὰρ ἀδύνατος ἦν καὶ διὰ τῆς πύλης διελθεῖν, καὶ ταύτης μὴ παραβλάψαι τὰ σήμαντρα. μένει τοίνυν καὶ μετὰ τόκον παρθένος, ἡ ἀειπάρθενος, οὐδαμῶς ἀνδρὶ μέχρι θανάτου προσομιλήσασα. εἰ γὰρ καὶ γέγραπται, καὶ οὐκ ἔγνω αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, ἰστέον ὅτι πρωτότοκός ἐστιν ὁ πρῶτος γεννηθεὶς, εἰ καὶ μονογενὴς εἴη. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, γεννηθῆναι δηλοῖ, οὐ πάντως δὲ καὶ ἑτέρων συνεμφαίνει γέννησιν. τὸ δὲ ἕως, τὴν μὲν τοῦ ὡρισμένου χρόνου προθεσμίαν σημαίνει, οὐκ ἀποφάσκει δὲ τὸ μετὰ ταῦτα. φησὶ γὰρ ὁ κύριος, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, οὐχ ὡς μετὰ τὴν τοῦ αἰῶνος συντέλειαν χωρισθησόμενος. φησὶ γοῦν ὁ θεῖος ἀπόστολος. καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα, μετὰ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν λέγων. πῶς γὰρ ἂν θεὸν γεννήσασα, καὶ ἐκ τῆς τῶν παρηκολουθηκότων πείρας τὸ θαῦμα γνωρίσασα, ἀνδρὸς συνάφειαν κατεδέξατο, ἄπαγε. οὐ σωφρονοῦντος λογισμοῦ τὰ τοιαῦτα νοεῖν, μὴ ὅτι καὶ πράττειν. ἀλλ' αὕτη ἡ μακαρία καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν δωρεῶν ἀξιωθεῖσα, τὰς ὠδῖνας ἃς διέφυγε τίκτουσα, ταύτας ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ ὑπέμεινε, τῆς μητρικῆς συμπαθείας τῶν σπλάγχνων τὸν σπαραγμὸν ἀνατλᾶσα. καὶ ὃν θεὸν ἔγνω διὰ γεννήσεως, τοῦτον ὡς κακοῦργον ἀναιρούμενον βλέπουσα, ὡς ῥομφαία, τοῖς λογισμοῖς ἐσπαράττετο. καὶ τοῦτό ἐστι, καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. ἀλλὰ μεταβάλλει τὴν λύπην ἡ χαρὰ τῆς ἀναστάσεως, θεὸν τὸν σαρκὶ θανόντα κηρύττουσα.

ipſam. Per auditum quidẽ conceptio: ſed natiuitas per conſuetũ parientium egreſſum, tametſi nonnulli fabulantur per latus diuinæ matris ipſum editũ fuiſſe. Non enim impoſſibile illi erat, per clauſam portam tranſire & illius nõ lædere ſignacula. Manet igitur & poſt partum uirgo, & ſemper uirgo: nullo modo enim uſq; ad mortem, uiri admiſit cõtactum: etſi ſcriptũ eſt, Et non cognouit eam donec peperit filiũ ſuum primogenitum. Sciendum autem eſt, quòd primogenitus eſt, qui primus genitus eſt, etſi etiam unigenitus fuerit. Hoc enim primogenitũ, primũ natum eſſe oſtendit: non omnino autem com manifeſtat & aliorum generationem. Hoc autem uocabulũ Donec determinat, temporis præfinitionẽ ſignificat: nõ autem nunciat quod poſtea. Dicit em̃ Dominus: Ecce ego uobiſcũ ſum, uſq; ad conſummationem ſeculi, non quòd poſt ſeculi conſumationem ſeparandus ſit. Nã ait diuinus Apoſtolus: Et ſic ſemper cum Chriſto erimus, poſt communem reſurrectionẽ intelligẽs. Quomodo enim quæ genuit Deũ, & ex conſequentium experientia miraculũ agnouit, uiri conſortiũ admiſiſſet? Abſit hoc, non modeſtæ cogitationis eſt, talia cogitare, ne dicam agere. Sed ipſa beata & ſuper naturã, donorum digna effecta, dolores partus quos effugit pariens, illos tempore paſſionis ſuſtinuit, ex materna compaſſione uiſcerum, lacerum reparturiens. Et quem Deum per natiuitatem agnouit, illum ut maleficum, interfectum uidens, tanquam gladio cogitationibus decerpitur. & hoc eſt, Tuam ipſius animam per tranſibit gladius, quemadmodum illi prędixerat Dei expectator Simeon, Dominũ geſtans in ulnis. Sed commutat triſtitiam gaudium reſurrectionis, Dominum carne mortuum, rediuiuum prædicans.

COMMENTARIVS.

Genealogiam, ſacrãq; progeniem Domini noſtri & ſanctiſſimæ eius matris (quam deiparam iure appellandã eſſe, tertij lib. cap. 12. diffuſius aperuit) hoc loco deſcripturus autor nõnulla in uirginis præconiũ, quæ nec humanis, nec angelicis linguis ſatis pro dignitate ualet extolli, prælibat ac præmittit. Quorũ id primũ eſt, quòd ipſa ſacratiſſima Dei mater ante ſecula precognitiuo Dei cõſilio eſt prædefinita. Siquidẽ Ioãnes in principio euangelij ſui dicit: Qđ factũ eſt, in ipſo uita erat: hoc eſt, quicqd in tẽpore ad ortũ eſt deductũ, in ipſo Dei uerbo, diuinaq; ſapientia ab æterno præextitit ſecundũ diuinas rerũ præordinatrices, & in ipſo uitaliter atq; archetype elucebat. Atqui ſacroſancta uirgo Maria, in tempore à Deo cõſtituto Dei genetrix facta eſt. Igitur anteq; mũdus cõſiſteret, in diuinæ ſapiẽtiæ præordinatiõe id cõſtitutũ erat, qđ ipſa Dei mater eſſet futura. Quare nõ abſurdè illud dictũ Eccleſiaſtici 24. cap. illi aſcribitur: Ab initio & ante ſecula creata ſum, nõ quidẽ rei ipſius exhibitione, ſed ſapientiæ Dei prædefinitione atq; prælectione. Quòd ſi quis obijciat illam ſentẽtiã & cæteras cõſimiles mihi poſitas, ad literã intelligi de æterna ſapiẽtia, quæ Dei filius eſt, & idcirco incõ

ciunã

cinnè atq; minus aptè accōmodari sacratæ uirgini. Fatemur ingenuè, totū ferè literæ cōtextū Eccles, 24. ca, positum, similiter & 8. ca, Prouerb. & 6. cap. lib. Sapientiæ, primū intelligi debere de æterna & increata Dei sapientia. Veruntamen propter conformitatē, cognationem, & cō substantialem sacratæ uirginis ad ipsam æternā sapientiā, & Dei uerbū ex ipsa incarnatum, eadem omnia non ineptè applicātur etiā ad Dei matrē. Cuius rei euidens est argumentum, qđ in officio ecclesiastico ex supradictis locis deprōpta, decantantur in honorem & præconium semper sanctæ uirginis. Quemadmodū quæcūq; ferè in amatorijs Cāticis canticorum dicuntur sub nomine sponsæ, in primis de ecclesia Christi dilecta sponsa (quā sub precioso sanguine sibi acquisiuit & sanctificauit) ad literā intelliguntur. Quia tamen sanctissima uirgo, ecclesiæ sanctæ mater est, & totius uerè credentium cœtus primaria, ob huiusmodi habitudinē, dicta in Cāticis applicātur ex instituto ecclesiastico ad beatā uirginē, electā Dei sponsam. Itaq; (ut ad propositū nostra recurrat oratio) si Paulus 1. ad Ephesios c. de seipso & alijs ad salutem prædestinatis rectè dicit, immensam Dei patris bonitatem cōmendās: Qui elegit nos in ipso Christo, ante mundi cōstitutionē, ut essemus sancti & immaculati in cōspectu eius in charitate: si minoris inquā dignitatis & lōgè inferioris ordine cōstituti homines electi sunt ante mūdi cōstitutionē, ut sint sancti & immaculati in cōspectu Dei: putanda'ne est sacratissima Dei uirgo etiā electa ante mundi cōstitutionē, ut esset sancta tempore opportuno & immaculata Dei mater? Nemini reuera id dubium esse debet, cum dicat Ecclesiasticus, qđ Deo antequā crearentur cuncta sunt agnita. Secundū deiparæ uirginis elogiū hic annotatum est, quòd diuersis similitudinibus & oraculis prophetarum per spiritū sanctum figurata est prædicata. Siquidem rubus ardens quē uidit Moses incōbustum (ut Exod. 3. ca. describit) intemeratā designauit purissimæ matris uirginitatē, sine integritatis suæ corruptione filiū Dei enixā. Et Numeri. 17. ca uirga Aarō prius arida, & sine terræ fomento florens, eandē præsignauit uirginem sine uiri cōsortio fructū saluiferum edentem. Rursum uellus Gedeonis cœlesti rore irrigatū, reliqua terra arida permanente, insinuauit sancti spiritus uirtute fœcundatā, partū salutarem edituram: de quo Psalmus 71. Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terrā. Demū clausa Ezechielis porta, per quā rex Israel & ingressus est & egressus, ea tamē semper manente occlusa, præsignauit sacrosanctā uirginem sine puritatis suæ detrimento filiū Dei concepturā atq; parituram. Et alia pleraq; in ueteri Testamento occurrent, similitudinem & figurā tam sanctæ uirginis præ se ferentia. Nec minus oracula prophetarū in prōptu & ad manum aderunt, eam multo antè tempore præcinentia. Et in primis illud dictū à Deo, ꝓphetarum Domino, ad serpentem post præuaricationem primorū parentū, inimicitias ponā inter te & mulierē, & semen tuum & semen illius. Ipsa cōteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo illius. Quæ'nā obsecro ex toto sanctarū & illustriū mulierum numero est, quæ serpentis antiqui caput cōtriuit, & inimicitias cum illo exercuit, & cuius semē semper serpenti fuit aduersum, nisi sacratissima uirgo Maria? quæ satanæ potestatē cōfregit, uitijs omnib. semper infesta emicuit, cuius fructus uentris benedictus in secula, principē mundi huius foras eiecit. Illud itidē Esaiæ 7. ca. dictū: Ecce uirgo cōcipiet, & pariet filiū, & uocabitur nomē eius Emanuel: qđ quidē uaticiniū in beata Dei matre cōpletū esse, Matthæus euāgelista 1. ca. nos edocet. Rursum & illud Esaiæ 11 ca. in litera adductū, Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spiritus Domini. Illic em̄ per uirgā de radice Iesse egressurā, intelligitur ad literā uirgo Maria de stirpe Dauid progenita: & per florē, ex illa uirga ascensurū, intelligitur Dominus noster, qui est flos cāpi, & liliū conualliū. Deniq; Hieremias ca. 31. Nouum faciet Dominus super terrā, mulier circundabit uirū. Quod sanè perfectū est in uirgine, quādo filiū Dei cōcepit in utero, ut in libro præcedente dictū est. Multa insuper & alia facilè inuenientur prophetarū dicta, in cōsimilem cōuenientia sententiā, qđ operosum esset diffusius adducere. Tertiū quod de sacrosancta uirgine hic proponitur, est, quod ipsa ex stirpe Dauid sumpsit originē. Nā cœlitus ad Dauid repromissiones factæ sunt, ex ipso & semine eius oriturū esse Christū. Atqui matris & filij est eadē secundū carnē progenies, & ex quib filius, ex ijsdē & mater sumit exortū. Igitur & beata uirgo ex Dauid est exorta. Quinimò & Ioseph uir Mariæ etiā ex Dauidica tribu progenitus est, & in euangelio filius Dauid ab angelo nominatur, & de domo Dauid esse describitur. Et idipsum sancti euāgelistæ Matthæus & Lucas liquido attestātur. Matthæus quidē ca. 1. Christi genealogiā describens ex Abrahā in Ioseph cōtinuata serie deductā, per ipsum Dauid ꝓgreditur, & Salomonē proxime ex eo trahētem originem. Lucas uero 3 ca. retrograda serie ꝓcedens, ex Ioseph per intermedios in Abrahā, & demum ex eo in Adā & Deum omniū autorem, generationis omnē seriem reuocans, à Nathan filio in Dauid patrē sine cuiusquā interiectione proficiscitur. Itaq; ex utriusq; euāgelistarum testimonio cōstat ipsum Ioseph uirū Mariæ, ex Dauid descendisse. Secundū legem desponsationis Numeri 36. cap. sancitam, unusquisq; uirorum debuit ducere uxorem de sua ipsius tribu, & nō de aliena. Cū igitur iustus esset Ioseph, & propterea solicitus cōstitutionū legalium obseruator: habuit desponsatā sibi uirginē ex eadē tribu scilicet Dauidica exortam, qđ est intentionis nostræ propositū. Qđ si quis obijciat, Lucæ primo Elizabet uxorē Zachariæ, & matrē beati Ioānis Baptistæ, dici cognatā uirginis Mariæ, ipsius archāgeli paranymphi

testimonio. Ipsam aūt Elizabeth eodem euangelista cõtestante, constat unā fuisse ex filiabus
Aaron, q fuit de genere Leui. Igitur Elizabeth fuit de tribu Leuitica: quare & beata uirgo co
gnata Elizabeth, ex eadē tribu Leui fuit oriūda. Quomodo igitur fuerit de tribu Iuda? Huic
obiectioni respondet studiosissimus sacrarū literarū explanator Beda, in illius loci euāgeli
iā adducti ex Luca declaratione, dicens quòd utraq; tribus scilicet regia de Iuda exorta, & sa
cerdotalis siue Leuitica cognatione semper adinuicē probatur fuisse cõiuncta. Nempe Aarō
de tribu Leui, uxorē accepit Elizabeth, filiā Aminadab de tribu Iuda: sororē'q; Naason q fuit
dux tribus Iuda in deserto, cū egrederentur de Aegypto, ut 6. Exodi cap. refert. Rursum secū
di Paralipomenō 22. ca. legimus, quòd Ioiada põtifex maximus, & de Leuitica tribu exortus,
uxorē habuit de tribu regali, scilicet Iosabeth filiā regis Ioram. Potuit aūt (inquit) huiusmodi
cõiunctio etiā recētiori tēpore fieri, datis nuptui fœminis de tribu in tribū, ut manifestè bea
tam Dei genetricē, quæ de tribu regia descēdit, cū tribu sacerdotali cognationē generis habe
re constaret: quod mysterijs cœlestibus aptissimè (ut ait) congruit. Opportebat nãq; ut appa
rens in mūdo mediator Dei & hominū, de utraq; tribu, carnis originē haberet: quia nimirum
ipse in humanitate assumpta utrãq; habiturus erat personā, sacerdotis & regis. Neq; huic di
cto obuiat lex, 36. Numeri cap. posita & in altera adducta, scilicet quòd nõ licita erat desponsa
tio de tribu in tribū. Siquidē ea lata fuerat, ne ex promiscuo tribuū connubio fieret hæredita
tum confusio & permixtio. Atqui nõ erat illa futura hæreditariorū bonorū cõfusio ex harū
tribuū Leui & Iuda cõmixtione cõnubiali: quia Leuitica tribus nõ habuit sortē neq; hæredi
tatem inter alias: sed primitiarū, decimarū, sacrificiorum'q; oblationibus ex diuina sanctione
uictitabant. Non igitur per mutua utriusq; tribus fœdere cõiugij, legi prohibenti dispensa
tionē diuersarū tribuū, quoquo pacto præiudicatū est aut derogatū. Deinde contexit autor
seriē geneseos deiparæ uirginis, & ipsius Ioseph uiri eius, quæ ex ipsius literæ sentētia satis su
per'q; manifesta est & perspicua. Circa illā tamen id aduerte, nõ ab re hoc loco dictū esse, quod
Panther genuit Barpāthera, sic ab eo denominatū. Bar enim particula, in Hebræo filiū signi
ficat. ut Bar Iona. filius Ionæ Mat. 16. ca. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ re
uelauit tibi. Et facta nõnulla literarū cõmutatione, Boanerges, id est filij tonitrui. Marcus cap.
3. Et Iacobū Zebedæi, & Ioannē fratrē eius, & imposuit eis nomina, Boanerges, id est filij toni
trui. Sic Bar Panther dictus est, quasi filius Pātheris, & hoc nomine proles à patre denomina
tionē sortitur. Dicūtur itē in litera Iacob & Heli fratres uterini, quia ex eodē utero eadē'q; ma
tre geniti, scilicet ex ea quā prius Matthan desponsauerat, sustulerat'q; ex ea filiū Iacob. Dein
de mortuo Matthan Melchi frater Pantheris, eandē accepit uxorē, genuit ex ea Heli. Quem
admodū Geneseos 43. cap. Beniamin dicitur frater uterinus ipsius Ioseph: quia ambo ex Ra
chel dilecta Iacob uxore habuerunt ortū. Hi tamen eodē sunt orti patre, illi uerò diuersis. Ex
prædictis itidē cõstat, Matthæū deducentem in sua genealogia ipsum Ioseph uirū Mariæ uir
ginis ex Dauid per Salomonē, & eundē proximè ex Iacob patre deriuātem, seriē seruasse natu
ralis originis. Fuit enim Ioseph natura filius Iacob per Salomonem. Lucā uerò reducentē Io
seph in Heli, ut proximū parentem, & deinde lineā cõsanguinitatis extendentē in Nathan fi
liū Dauid, seruasse ordinē legalem. Fuit enim Ioseph secundū legē filius Heli ex Nathan: nec
unum euangelistarū alteri dissentire, quamuis hic Ioseph filium Iacob, ille uerò Heli filiū fu
isse describat. Insuper ex supradictis liquet, autorē deduxisse ortū sacratissimæ uirginis Mariæ
à Dauid per Nathan: non quidem per prophetā illū, qui 2. Reg 12. cap. à Domino missus est ad
Dauid, ut reprehenderet eū de adulterio & homicidio. Nam cum hæc agebantur nondū ha
buit Dauid ipsam Bersabee uxorem Primi aūt Paralipomenon caput tertiū manifestè dicit
Nathan fuisse filium Dauid ex Bersabee, hoc modo: Porrò in Hierusalem nati sunt ei filij Sa
maa & Sobab, & Nathan & Salomon, quatuor de Bersabee, & filia Amihel, Alij uerò cõten
dūt deiparā uirginē descendisse ex Dauid per Salomonē, quia regali ex progenie exorta præ
dicatur atq; celebratur. Regalis aūt progenies, per Salomonē cõtinuata à Matthæo describi
tur. Verū idipsum, q̄d scilicet beata uirgo ex Salomone duxerit ortū, hæc ratio cõtra autorē
non cõuincit. Nā cū Dauid rex fuerit, & ipsa omniū confessione ex stirpe Dauid haud dubie
prodierit, quemadmodū per Esaiā prædictū fuerat. quamuis ex sequentibus ordine genera
tionis regibus nõ traxisset originē, nihilominus ex regali progenie exorta, & rectè & uerè di
ceretur: Iesse siquidē (ut dicit euāgelista) genuit Dauid regē. Neq; illis assentiendū est, qui uo
lentes tueri eā positionē, quæ astruit deiparā uirginē ex Dauid per Salomonē descendisse, &
simul defendere hūc Damasceni locū asserentem eandē uirginem ex Dauid habuisse ortū per
Nathā, dicunt Salomonem fuisse filiū Dauid naturalem, & origine: Nathā uero fuisse eiusdē
filiū legalem & adoptiuū. Nam cum scriptura 3. cap. primi Paralipomenon aperte dicat, Na
tham & Salomonem esse fratres origine & ijsdem parentibus, eodem inquā patre & matre
progenitos: qui fiet ut Nathā filius sit adoptiuus ipsius Dauid, & solū legalis, Salomon aūt
naturalis? Itaq; ex scripturæ testimonio uterq; ipsorū filius est naturalis & origine ipsius Da
uid cū quæcūq; ratio militet de uno, eadē prorsus iure cõuincat & de altero. Idem quoq; ex 2.
Reg. 5. cap. cõstat. ubi dicitur: Nati'q; sunt Dauid & alij filij & filiæ. & hæc nomina eorū qui nati
sunt ei in Hierusalē, Samua, & Iacob, & Nathā, & Salomon, Iabaar, & Elisua. Quis non uidet
hic

hi Nathã inter filios naturales Dauid esse cum Salomone collocatum. Cæterũ de hac sacro-
sanctæ uirginis origine, & præsertim quomodo ex Dauid per Nathã filium eius naturalẽ ꝓ
genita fuerit, & nõ per Salomonẽ, in Cõmentarijs super epistolas Pauli nuper editis & anno
tatis circa 7. ca. epistolæ ad Hebræos, amplior fit & exactior discussio. Sed nunc ad literã ulte
rius explanandã progrediendum, in qua cõsequenter annotat autor, quòd Anna uxor Ioa-
cim & sanctæ Dei parentis mater, hanc filiã suã per supplicationem & repromissionẽ a Deo
protulit. Quòd sanè cõforme est ijs quæ beatus Hieronymus in libello de sacratissimæ uirgi
nis Mariæ ortu (si modò ille, ut inscribitur Hieronymi sit) edito cõmemorat. Ibidẽ nãq; re
fert qđ sancta Anna cum Ioacim uiro suo circiter uiginti annos castissimum seruauit cõiu-
gium sine munere ꝓlis. Assiduis tamen uotis fructũ cõiugij à Deo exposcens, uouit se illum
Dei obsequio perpetuo dedicaturã. Tandẽ post longa sterilitatis opprobria & reiecta ipsius
Ioacim in ꝓpatulo munera, quæ templo obtulerat cum exꝓbatione infœcunditatis, uterq;
ipsorum, Ioacim inq; & Anna, nuncium de cœlo accepit nasciturã eis filiam, quam Mariã uo
care debeant, & Deo ab ineunte cõsecrent ætate, ut cõstituerant. Quæ omnia deinde cõpleta
sunt: & sacratissima uirgo tres annos nata in tẽplo præsentata est, & Dei obsequio in puellari
bus annis dicata. Itaq; sanctissima Anna sacræ uirginis mater, in hoc qđ prolem acceperit ꝑ
supplicationem & repromissionẽ à Deo, nulla illustriũ & gloriosarũ mulierum inferior ha-
benda est. Multæ quidẽ illustres leguntur matronæ, quæ per uota & repromissionẽ post sterilita
tis notã à Deo ꝓlem obtinuerunt: ut Sara, mater Isaac: Rebecca, mater Iacob: Anna Sãuelis,
mater Samsonis, Elizabeth beati Ioannis Baptistæ mater. Ipsa tamen Anna mater gloriosæ
uirginis Mariæ, in hoc, scilicet prolis post sterilitatis ignominiã per cœlestem denunciationẽ
assecutione, nulla istarum est posterior: quinimò tanto superior & eminentior, quãto ex ea ge
nita proles, sacratissima scilicet uirgo, cæterarum liberis est præstantior & dignior. Sicut enĩ
parentes præclaris titulis suis illustrãt suos filios: ita è diuerso proles dignitate sua & claritu
dine mirum in modum nobilitat et illustriores reddit suos parentes, Gloria enim patris est,
filius sapiens. Proinde in gloriosæ Annæ præconiũ (qđ & in filiæ suæ laudẽ, honoremq; iti-
dem cedit) nõnulli ad calcem salutationis angelicæ cum multa religione, pietate, animiq; ue
neratione, & illud adijciunt: Et benedicta sit Anna mater tua, de qua sine macula, processit
caro uirginea. Amen. Itaq; supra natura diuina gratia, peperit Anna tantã & tã insignem ꝓ-
lem quod satis cõsonat interpretatione huiusce nominis Anna enĩ interpretatur gratia, præ
ter eam interpretationem q̃ ponit litera, Annã scilicet interpretari dominam. Quod quidẽ
interpretamentum scilicet dominam, etiam ipse Mariæ nomen indicat. Nam præter uulgatã
illã interpretationem, qua Maria dicitur maris stella, siue illuminatrix, etiã Syro sermone do
mina (ut nonnullorum est sententia, quibus hic Damascenus astipulatur) interpretatur. Por-
rò quòd Maria interpretatur stella maris, testis locupletissimus est Bernhardus in secũda Ho
melia super euãgelium Missus est Gabriel angelus à Deo, dicens: Loquamur pauca & super
hoc nomine, scilicet Maria: qđ interpretatũ maris stella dicitur, & matri uirgini ualde cõueni
enter aptatur. Itaq; nanq; aptissimè sideri cõparatur: quia sicut sine sui corruptione sidus suũ
emittit radiũ, sic absq; sui læsione uirgo parturit filiũ. Nec sideri radius suã minuit claritatẽ,
nec uirgini filius suã integritatẽ. Ipsa est igitur nobis illa stella ex Iacob orta, cuius radius uni
uersum orbẽ illuminat, cuius splendor & ꝓfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiã
perlustrãs, & calefaciens magis mentes q̃ corpora, fouet uirtutes, excoquit uitia. Ipsa inq; est
præclara & eximia stella, super hoc mare magnum & spaciosum necessariò subleuata, micãs
meritis, illustrãs exẽplis. Hæc Bernhardus. Cæterũ cur despõsata fuerit sacrosancta uirgo quę
Deũ erat paritura, & diuina illud ꝓuidentia disposuerit, elegãtissimè Bernhardus & copiosè
disserit in secunda Homelia supradicti euãgelij, annunciationẽ angelicã describentis: & hoc
loco autor etiam discutit, dicens antiquũ serpentem & satanã studiosè semper obseruasse uir
gines omnes, insidiatũq; illis fuisse, ꝓpter prænũciationẽ & oraculũ ꝓpheticũ, Esaiæ 7. ca. ex
pressum: Ecce uirgo cõcipiet, & pariet filiũ. Idcirco curauit studuitq; prò uirib. uirgines om
nes illius tempestatis induci ad cõtrahendũ matrimoniũ, ne per aliquã earum cõpleretur illud
Esaiæ uaticiniũ, quo uirgo prænunciatur filiũ cõceptura & paritura, qui Deus esset & homo
genus humanũ à potestate tenebrarũ redempturus: qđ omniũ minimè uolebat inimicus no
ster. Verũ ut Deus ipse qui (sicut ait Iob ca. 5.) apprehendit sapientes in astutia eorũ, & cõsiliũ
prauorum dissipat, deciperet hostem antiquũ, qui semper in sapientia gloriatur, intumescit
& extollitur. Ipse enim sibi astutus uidetur & callidus, inflatusq; animo ob uersutias & mille
nocendi artes quas nouit: neq; posuit adhuc, neq; ponet unquã elationem illã animi & inflatio
nem, quã ex scientiæ, sapientiæq; dono contra suum autorem cum caderet cõcepit, & q̃ pri-
mis parentib. tentator suggessit, dicẽs: Eritis sicut dij, scientes bonum & malum: diuina ordi-
natione, dignissima uirgo Maria nuptui tradita est: tum ne uelut adulterij rea, si nulli coniun
cta uiro filium pareret, posceretur ad pœnã legis, aut notaretur infamia: tum ut uir eius testis
esset & custos uirginitatis illius, & eorũ quæ ad rem attinebat domesticã curam gerens profe
cturæ Dei matri in Aegyptum, & inde redituræ obsequium præstaret: tum deniq; ut diuinæ
incarnationis mysterium inimico nostro occultatũ foret & abditũ, qui nõ intelligebat diuinã

altitudinẽ cõsilij, cum cõiugio castitatem integrã, & cum uirginitate fœcunditatem mirifice cõciliantis. Cõiuncta est igitur beata uirgo cõnubio, ut astu suo rem fieri uoluit hostis antiquus & tamen per eã cõpletum est Esaiæ uaticinium de uirgine paritura filiũ, cõtra illius spẽ & expectationem. Tradita uerò dicit à sacerdotib. puella in desponsationem ipsi Ioseph, ut nouus liber literas scienti, quemadmodum habet litera. Nã peritus literarũ, & iã gnauiter eruditus, librũ nouum sibi traditũ suscipit, nõ quidẽ ad usum, nã callet omnia quæ liber ille cõtinet: sed duntaxat ad custodiã: nãq; eundẽ nitidũ, sincerũ atq; illabefactum cõseruat, & clausum in bibliotheca apto loco reponit. Sic tradita est beata uirgo ipsi Ioseph, nõ q̃dẽ ad usum cõiugij & societatẽ nuptialem, sed tãtummodo ad custodiã, atq; ut eãdem corpore & animo sanctã asseruaret, quinimò eodẽ animi cõsensu & uoto cum illa, suã etiã uirginalem integritatem illabefactã custodiret. Si enĩ beato Hieronymo cõtra Heluidiũ credimus, & Ioseph uirgo erat, atq; exinde dignus, cuius fidei tãta puritas (quę Deũ sinu suo esset cõplexura) sancto cõiugij uinculo atq; fœdere astringeretur. Deinde beata uirgo secundum euãgelicæ historiæ ueritatem, angelica annunciatione cõcepit filium cooperatoria spiritus sancti uirtute: quemadmodum in secundo Præcedentis li. ca. latius dictum est, & admirabili illo cõceptu, primæ matris nostræ (ut testatur litera) absoluit debitũ. Prima siquidem mater nostra Eua, totã filiorum suorum posteritatem graui debito peccati, mortisq; perpetuæ uinculo obligauerat atq; astrinxerat. Verùm sanctissima uirgo Maria illo nos omnes debito absoluit, cum fœlicẽ mundo partũ edidit, quo saluati sumus. Hinc rectè Augustinus utrãq; matrem nostrã adinuicem cõferẽs, inquit: Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria uiuificãdo profuit. Illa percussit, ista sanauit. Eua inobediens mœruit pœnã, Maria obediens cõsecuta est gratiã. Illa gustãdo prohibitum, maledicta: hæc credendo angelo, benedicta. Post præuaricationem enim Adæ, Geneseos 3. ca. omnia maledictionem personant, iustè nobis à Deo inflictã. In salutatiõe uerò beatissimæ uirginis Mariæ, tum ab angelo, tum ab Elizabeth factã, omnia benedictionis plena sunt. Ipsa siquidẽ benedicta inter mulieres prædicatur, & benedictus fructus uentris eius. Ex quo liquidò cõstat, q̃d primæ matris nostræ maledictio in Mariæ benedictionẽ est cõmutata. Ex qua quidẽ sacrosancta uirgine natus est Dei filius (ut habet litera) nõ deifer homo, sed Deus incarnatus. Quippe ut superiora explicarunt in duodecimo tertij libri capite discussa, nõnulli Nestoriũ sectãtes hæretici cõtẽderũt Dominũ nostrũ uocare deiferum. i. sanctum, & in cordis sui hospitio Deum habitatorẽ gestãtem, more aliorũ sanctorum hominum: ut illius uerbi Deifer prætextu, suã obuelarent impietatẽ, Christum uerum Deum esse negarent, & nudum astruerent hominẽ. Verùm cõtendit totis neruis Damascenus in hoc loco, illã appellationem nõ esse recipiendã, neq; Domino nostro attribuendã: sed ipsum, Deũ incarnatũ dici debere, ut ego nomine ueritas diuinitatis humanitati unitæ secundum substantiã & naturã innotesceret. Alij quoq; hæretici suorũ errorum latibula quæritãtes, asseuerare conati sunt, Christũ noua spiritus sancti infusione unctũ esse, lõgo quidem tempore post humanæ substãtiæ cõplementum, more aliorũ prophetarum, in quib. aduentitia fuit noua quadã actione spiritus sancti gratia. Verùm nec id quidem admittendũ est, quia nõ quaq̃ particulari spiritus sancti in ipsum diffusione, more aliorum unctus est Christus, quandoquidem nõ dedit ei spiritum ad mensurã: sed totius diuinitatis ungentis ad unctã humanitatem unione, in una hypostasi atq; persona facta. Eorum uerò sententia qui astruunt Christum lõgo post natiuitatem tempore, spiritu sancto esse sanctificatum, ut tunc primum, cum super ipsum baptizatum descendit spiritus sanctus in specie columbæ, ualidissimè & copiosè cõfutatur à Cyrillo, lib. 2. cõmentariorum in euãgelium Ioannis. Porrò fuit admirãda & supernaturalis cõceptio filij Dei à uirgine, eiusdemq; natiuitas. Nã in utraq; mãsit ipsa Dei mater inuiolata uirgo, integra, intemerata. Si enĩ clauso potuit Christus prodire sepulchro, cum à mortuis resurrexit, si ianuis clausis ad discipulos ingredi, si absq; cœlorum diuulsione cœlestes orbes penetrare, & super cœlos in ascensione ferri, nõ potuit clauso uirginalis uteri sacratissimo thalamo hunc mundum ingredi? Id reuera ualuit supra naturæ uires & legem, coniunctã diuinitatis potentiã, efficacissimamq; uirtutem, qua etiã postea transiens per medium, uolentium ipsum præcipitare è summo culmine mõtis ibat, qua abscõdens se à lapidare uolentib. ipsum Iudæis exiuit de templo, qua deniq; super instabiles æquoris undas nõ immersis pedibus obambulauit. Neq; id uirginalis integritatis in partu mysterium subticuit diuinus Ezechiel, sed 44. ca. sub typo portæ clausæ (ut iam antè dictum est) nobis aperuit, dicens: Et cõuertit me ad uiã portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir nõ trãsiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem corã Domino. Per uiã portæ uestibuli ingredietur, & per uiam eius egredietur. Cum autem ex octauo cap. huius libri, manifestæ iam sint duæ primogeniti acceptiones, hoc nomen primogenitum, Domino nostro ab euangelista Matthæo attributum, cum 1. ca. dicit de sacrosancta Dei matre & Ioseph eius sponso, Et nõ cognouit eã, donec peperit filiũ suum primogenitũ. Similiter & Lucæ secũdo capite, Et peperit filiũ suũ primogenitũ; in prima sumitur significatione, designatq; Dominũ nostrũ ex Maria uirgine primò

primo natum, & ante eũ alios non esse ex ea natos: non tamen protinus significat sequentem aliorum generationem ex eadem matre, sicut reuera significaret, si in secunda sumeretur acceptione. Quẽadmodũ astruere conatus est insanus Heluidius execrandæ impietatis autor, contendẽs sacratissimã uirginem post editũ felici partu Dei filium, & alios ex Ioseph sponso, cõsortio nuptiali filios suscepisse, quos euangelistæ fratres Domini in cõtextu euãgelico nũcupent. Verùm hanc uesaniã & impudentissimã assertionẽ acerrimè confutauit beatus Hieronymus in libello de perpetua beatæ Mariæ uirginitate, contra improbos illius latratus edito In quo rationes ipsius ex sacris litteris perperã intellectis sumptas acutissimè diluit. Et inter cæteras eam, quã ratione aduerbij donec in supradicto Matthæi dicto positi effinxit, contendens quia euangelista dicit, Ioseph nõ cognouisse eã, donec peperit filiũ suũ primogenitũ: ex eo consequi, quòd ipsam cognouerit Ioseph, postquã peperit filiũ suũ. Visus enim est Heluidius hanc rationẽ contexens, nõ satis intellexisse significationẽ prædicti aduerbij in scriptura usitatam, secundum quã ferè semper significat quid ante determinatũ aliquod tẽpus factũ est aut non factũ, non autem denotat illius oppositũ post transactũ illud tempus esse cõpletum. Vt cũ dicit Psalmus 124. Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri: nõ protinus rectè colligitur, quòd postquã Dominus nostri misertus fuerit, amplius oculi nostri ad ipsum nõ erigentur, sed multo potius tunc ad ipsum subleuabũtur. Rursum cum Psalmus 108. dicit, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ: nõ aptè quis intulerit, quòd postquam inimici Domini positi fuerint ut scabellũ pedũ eius, tunc desinat sedere à dextris patris, cui in æternũ ad dextram est assessurus. Eiusdẽ fermè rationis est aduerbiũ Antequã, quod in uerbo illo Matthæi 1. ca. positũ, Cũ desponsata esset Maria, mater Iesu, Ioseph, antequã cõuenirent, inuenta est in utero, habẽs de spiritu sancto: designat Dei matrẽ fuisse grauidã spiritus sancti uirtute, antequã ipsa & Ioseph cõuenirent cõsortio, cõgressioneq; nuptiali: non tamen designat idcirco ipsos unquã postea thoro cõnubiali cõuenisse: quẽadmodũ si dixeris Iudã antequã moreretur, nõ fecisse pœnitẽtiã suæ ꝑditionis, nõ ideo rectè inferas eũ postquã mortuus est, pœnitentiã egisse: quoniã qd ante factũ sit, uis illius aduerbij exprimit, at nõ simul denotat eius oppositũ postea esse factũ. Hæc autẽ argutiarũ genera, & quomodo fratres Domini in scriptura dicantur, diffusè in prædicto Hieronymi opusculo expressa inuenies. Insup quemadmodũ sacrosancta Dei mater filium suum sine uirginei pudoris detrimẽto genuit, ita & sine dolore, quinimò cũ ineffabili & inæstimabili gaudio: quãdoquidẽ nõ erat subiecta illi maledicto Euæ, In dolore paries filios tuos, sicut nec culpæ originali: sed speciali prærogatiua exẽpta erat ab hac cõmuni mulierum lege, Mulier cũ parit, tristitiã habet. Veruntamen nõ omnino sublati sunt illi dolores partus, neq; submoti à deipara uirgine, sed ad tẽpus dilati, & cõmutati in acerbissimos dolores, q̃s tẽpore passionis filij sui iuxta crucẽ stans sustinuit: de quibus Hieronymus in sermone de assumptione sanctæ uirginis, ita inquit: Beata Dei genitrix martyr & uirgo fuit, quãuis in pace uitam finierit: hinc quoq; quòd uerè passa sit, Simõ propheta ad eum loquitur: Et tuã ipsius (inquit) animã pertrãsibit gladius. Ex quo cõstat, qd' alij quoq; sancti, et si passi sunt ꝑ Christo in carne, tamẽ in anima (quia immortalis est) pati non potuerunt. Beata uerò Dei genitrix, quia in ea parte passa est, quæ impassibilis habetur, ideo (ut ita fatear) qa spiritualiter & atrocius passa est gladio passionis Christi, plusquã martyr fuit. Vnde cõstat, quia plus omnibus dilexit, ꝓpterea & plus doluit, in tantũ ut animã eius totã ptransiret & possideret uis doloris, ad testimoniũ eximiæ dilectionis. Quæ qa mente passa est, plusquã martyr fuit Nimirũ ut eius dilectio amplius fortis, quàm mors fuerit, quia mortẽ Christi suã fecit. Et beatus Bernardus in uno sermone de beata uirgine, accõmodãs illud dictũ 12. Apocalypseos, Signũ magnũ apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & corona stellarũ duodecim in capite suo: & duodecim illas stellas mysticè applicãs ad duodecim Mariæ uirtutes, sic deniq; dicit: Martyriũ sanè uirginis (q̃ nimirũ inter stellas diadematis eius, si meministis, duodecimã nominauimus) tam in Simeonis ꝓphetia, quã in ipsa Dominicę passionis historia cõmendatur, Positus est hic (ait sanctus senex de paruulo Iesu) in signũ cui cõtradicetur, & tuã ipsius animã (ad Mariã aũt dicebat) ptransibit gladius. Verè tuã ò beata mater animã gladius ptransiuit. Alioqui nõ nisi eã pertransiens, carnẽ filij tui penetraret. Et quidẽ posteaquã emisit spiritum tuus ille Iesus (omniũ quidẽ, sed specialiter tuus) ipsius planè nõ attigit animã crudelis lãcea, quæ ipsius (nec mortuo parcẽs, cui nocere nõ posset) apuit latus, sed tuã utiq; animã pertrãsiuit. Ipsius nimirũ anima iã ibi nõ erat; sed tua planè inde nequibat auelli. Tuã ergo ptrãsiuit animã uis doloris, ut plusquã martyrẽ teipsam nõ immeritò prædicemus in qua nimirũ corporeæ sensum passionis excesserit cõpassionis affectus. An non tibi plusquã gladius fuit sermo ille reuera pertransiens animã, & pertingẽs usq; ad diuisionem animæ & spiritus, Mulier ecce filius tuus. O' commutationem, Ioannes tibi pro Iesu traditur, seruus ꝓ domino, discipulus pro magistro, filius Zebedæi ꝓ filia Dei, homo purus pro Deo uero. Quomodo nõ tuam affectuosissimã animam pertransiret hæc auditio? quando & nostra licet saxea, licet ferrea pectora, sola recordatio scindit. Non miremini fratres, quòd Maria martyr in anima fuisse dicatur. Miretur qui nõ meminerit se audisse Paulũ inter maxima gentiũ crimina memo-

rantem,

rantē, quòd sine affectione fuissent: longè id fuit à Mariæ uisceribus, longè sit à seruulis eius. Sed fortè quis dicat, Nunquid nō eū præscierat moriturū? Et indubitanter. Nunquid nō sperabat cōtinuò resurrecturū? & fidenter. Super hæc doluit crucifixū? Et uehementer. Alioqui qs nā tu frater, aut unde tibi hæc sapiētia, ut mireris plus Mariā cōpatientē, q̃ Mariæ filiū patientem? Ille etiā mori corpore potuit, ista cōmori corde non potuit. Fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit. Fecit & hoc charitas, cui post illā similis altera nō fuit. Hæc Bernardus. Idē quoq; & scripturæ testimonio colligi potest, & solida ratione deduci, sacrosanctā scilicet Dei matrē in passione dilecti filij sui grauiter indoluisse ex materna cōpassione & commiseratione. Cum enim post triduū inuenit filium suum duodecim annos natum, in templo dixit ei: Fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego, dolētes quærebamus te. Si tūc obtriduanā filij dolebat absentiam, quanto magis in hora passionis ob eius plagas, ignominiosam crucifixionē & mortem? Cumq; Dominus noster duceretur ad crucifigendū, sequebatur eū multa turba populi & mulierū, quæ plangebant & lamentabātur eū. Et hæc quidē lamenta ex intima cōpassione animi illarum piarum mulierū procedebant. Si igitur plāgebant illæ Dominum, quæ sanguine ei nō erant cōiunctæ, & rectè atq; laudabiliter: quanto magis ipsa uera mater, & cōmiserationis uiscerib. plena, deflebat filiū suum. Ad hæc inter cæteras beati Iob uirtutes & illa reponitur, quòd erat animo cōpatiens super afflictionē aliorū. Flebā (inquit) quondā super eo qui afflictus erat, & cōpatiebatur anima mea pauperi. Monet itē Apostolus, gaudendū esse cū gaudentib. & flendū cum flentib. Quicquid aūt uirtutis & gratiarum quopiā sigillatim inuenias, id quoq; in semper sancta uirgine cumulatissimè collectimq; fulget acem cat. Cōstat igitur, & hanc cōpatiendi aliorū afflictioni gratiā eidem nō debuisse. Rursum: Noemi orbata duobus filijs suis, & ex diuturna peregrinatione reuersa in natale solū, dixit cōuicinis suis: Nolite me uocare Noemi, id est pulchrā, sed uocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine repleuit me Dominus. Vox enim in Rama audita est, ploratus & ululatus magnus. Rachel plorās filios suos, & noluit cōsolari, quia nō sunt. Insuper Anna mater Thobiæ iunioris flebat irremediabilib. lachrymis, quia filius suus ad cōstitutū diē reuersus nō fuerat: timuit enim illa, ne quid aduersi intereundū pertulisset. Deniq; uera mater filij uiuentis quē iussit Salomō diuidi gladio per mediū, habuit uiscera materna cōmota super filio suo, ob imminēs qđ superuenturū putabat illius periculū, & eo ipso deprehensa est esse uera pueri uiuētis mater. Atqui lōgè acerbior & grauior fuit doloris materia in sacrata uirgine tempore passionis filij sui, & multo maior luctus occasio, quā in supra dictis mulierib. & re & amarior animi dolor intraneus. Alioqui nō se uerè ꝓdidisset Christi matrē, ut in quē maternū nō habuisset affectū. Cęterū qđ discipulis suis Dominus ante passionē promiserat, ut post ploratū & fletū tristitia eorū uerteretur in gaudiū, in sancta quoq; uirgine cōpletū est, & grauissima cordis eius tristitia in gaudiū resurrectionis filij sui cōmutata est. Sanè quāuis euangelistæ nō meminerint Dominū nostrū morte triūphata ab inferis reuersum, atq; rediuiuum apparuisse suæ dulcissimæ matri, sicut alijs mulierib. & apostolis: consentaneū tamē est pietati & religioni, existimare eam nō fuisse à Domino sine peculiari uisitatione prætermissam. Tanta enī tanta est diuinæ dulcedo bonitatis, ut ei uerè nimirū à Psalmographo dicatur: Secundum multitudinem dolorum in corde meo cōsolationes tuæ lætificauerunt animā meam. Si ei (teste Paulo) pater misericordiarū, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: fuit'ne multitudo dolorum quibus materna & uirginea uiscera in filij passione afflicta fuerant, consolatoria uisitatione post resurrectionem leuanda atq; repellenda. Rursum qui parentibus honorem exhiberi iussit, credendus est matrem, quam intimè dilexit, desolatam reliquisse, suaq; non lætificasse præsentia? Demùm quod sanctis mulieribus pia sedulitate eum in sepulchro quærentibus, quod beatis Apostolis post resurrectionem præstitit, id ne matri munus consolationis negauit? Quod discipulis suis paulo antè dixerat: Iterum autem ueniam, & uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis: nunquid matri etiam impendere recusauit, quam sincerióre animi affectu (ut par erat) dilexit? Nequaquam reuera, sed primam omnium (quemadmodum piè credendum est) benignissimè inuisit, ut quæ tribulationum maximè omnium particeps fuerat, socia fieret & consolationum.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ, ΚΑΙ τῆς τῶν λειψάνων αὐτῶν τιμῆς. ςβ.

Τιμητέον τοὺς ἁγίους, ὡς φίλους χριστοῦ, ὡς τέκνα καὶ κληρονόμους θεοῦ, ὥς φησιν ὁ θεολόγος εὐαγγελιστής· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, ὥστε οὐκ εἰσὶν ἔτι δοῦλοι, ἀλλ' υἱοί. εἰ δὲ υἱοί,

DE SANCTORVM ET RELIQVIArum honore. Cap. XVI.

Honorare decet sanctos ut amicos Christi, ut filios & hæredes Dei: quemadmodum ait deiloquus Ioannes euangelista: Quicunque autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: quare non amplius sunt serui, sed filij. Si autem filij & hæ-

καὶ κληρονόμοι, κληρονόμοι μὲν θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ. καὶ ὁ κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις τοῖς ἀποστόλοις φησίν, ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ, οὐκ ἔτι ὑμᾶς καλῶ δούλους. ὁ γὰρ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος. εἰ δὲ καὶ βασιλεὺς βασιλευόντων, καὶ κύριος κυριευόντων, καὶ θεὸς θεῶν, ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων καὶ κύριος λέγεται, πάντως καὶ οἱ ἅγιοι, θεοί τε καὶ κύριοι καὶ βασιλεῖς. τούτων θεός, ὁ θεός, καὶ κύριος, καὶ βασιλεὺς ἐστὶ καὶ λέγεται. ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶ πρὸς Μωσῆ, θεὸς Ἀβραάμ, καὶ θεὸς Ἰσαάκ, καὶ θεὸς Ἰακώβ. καὶ θεὸν Φαραὼ τὸν Μωσῆν ὁ θεὸς ἐποίησε. θεοὺς δὲ λέγω, καὶ βασιλεῖς καὶ κυρίους, οὐ φύσει, ἀλλ' ὡς τῶν παθῶν βασιλεύσαντας, καὶ κυριεύσαντας, καὶ τὴν τῆς θείας εἰκόνος ὁμοίωσιν, καθ' ἣν καὶ γεγένηνται, ἀπαράχαρακτον φυλάξαντας (βασιλεὺς γὰρ λέγεται, καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκών) καὶ ὡς ἑνωθέντας θεῷ κατὰ προαίρεσιν, καὶ τοῦτον δεξαμένους ἔνοικον, καὶ τῇ τούτου μεθέξει γεγονότας χάριτι, ὅπερ αὐτὸς ἐστὶ φύσει. πῶς οὖν οὐ τιμητέον τοὺς θεράποντας, καὶ φίλους, καὶ υἱοὺς τοῦ θεοῦ χρηματίσαντας; ἡ γὰρ πρὸς τοὺς εὐγνώμονας τῶν ὁμοδούλων τιμή, ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην εὐνοίας. οὗτοι ταμεῖα θεοῦ καὶ καθαρὰ γεγόνασι καταγώγια. ἐνοικήσω γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, φησὶν ὁ θεός, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεός. ὅτι μὲν οὖν ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν θάνατος, φησὶν ἡ θεία γραφή. ὁ θάνατος γὰρ τῶν ἁγίων, ὕπνος μᾶλλον ἐστίν, ἢ θάνατος. ἐκοπίασαν γὰρ εἰς τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ζήσονται εἰς τέλος. καὶ τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. τί οὖν τιμιώτερον τοῦ ἐν χειρὶ εἶναι θεοῦ; ζωὴ γὰρ ἐστὶν ὁ θεός, καὶ φῶς. καὶ οἱ ἐν χειρὶ θεοῦ ὄντες, ἐν ζωῇ καὶ φωτὶ ὑπάρχουσιν. ὅτι δὲ καὶ διὰ τοῦ νοῦ καὶ τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐνῴκησεν ὁ θεός, φησὶν ὁ ἀπόστολος. οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ἡμῶν ναὸς τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν; ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμα ἐστί. καὶ εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. πῶς οὖν οὐ τιμητέον τοὺς ἐμψύχους ναοὺς τοῦ θεοῦ, τὰ ἔμψυχα τοῦ θεοῦ σκηνώματα; οὗτοι ζῶντες ἐν παρρησίᾳ τῷ θεῷ παρεστήκασι. πηγὰς ὑμῖν σωτηρίους ὁ δεσπότης Χριστὸς τὰ τῶν ἁγίων παρέσχετο λείψανα, πολυτρόπως τὰς εὐεργεσίας πηγάζοντα, μύρον εὐωδίας βρύοντα. καὶ μηδεὶς ἀπιστείτω. εἰ γὰρ ἐξ ἀκροτόμου καὶ στερεᾶς πέτρας ὕδωρ ἐν ἐρήμῳ ἐπήγασε

& hæredes, hæredes quidē Dei, cohæredes autē Christi. Et Dominus in sacris euāgelijs, apostolis dicit: Vos amici mei estis, non etiā uos uocaui seruos nam seruus nescit quid facit dominus eius. Si autē & rex regnantiū, & dominus dominantiū, & Deus deorum, cōditor omniū, & dominus dicitur, omnino & sancti, dij & domini & reges. nam horum deus, qui Deus & dominus & rex est & dicitur. Ego em̄ sum (inquit Mosi) Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob. & Deum Pharaonis fecit Deus Mosem. Deos aūt dico & reges & dominos, nō natura, sed ut affectus regentes, illorum dominantes, & diuinæ imaginis similitudinē (secundū quā geniti fuerunt) inobliteratā custodientes. nā & dicitur rex, regis imago, qui uniti sunt Deo secundum uoluntatē, quiq; illū suscipiūt inhabitatorē, & qui id participatione sunt effecti gratia, quod ipse est natura. Quomodo igitur non honorandi sunt, qui cultores & amici & filij Dei existunt? Nam honor erga gratos & benignos cōseruos, beneuolentiæ erga communem dominum indicium est. Hi promptuarium Dei & pura habitacula facti sunt. Inhabitabo enim eos, dicit Dominus, & inambulabo, & ero eorum Deus. Et quod iustorū animæ in manu Dei sunt, & nō tanget illos mors, dicit diuina scriptura. Nā mors sanctorū, dormitio magis est q̄ mors: laborauerunt enim in præsenti seculo, & uiuūt in æternū. Et preciosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. At quid preciosius, quā in manu Dei esse? uita enim est Deus, & lux & qui in manu Dei sunt, in uita & luce existunt. Quòd autē per mentē corpora eorū inhabitauerit Deus, dicit Apostolus: Nescitis quia corpora uestra, spiritus sancti habitantis in uobis templum est? Dominus autem spiritus est, & si quis templum dei corrupe rit, corrumpet & illum Deus. Quomodo igitur nō honorāda sunt animata tēpla Dei, & animata tabernacula? hi uiuentes in fiducia Deo assistunt. Fontes nobis salutares dominator Christus præbuit sanctorum reliquias, multimoda beneficia scaturientes, unguentum suauitatis emanātes: & nullus discredat. Si em̄ ex rupe & firmo saxo aqua in eremo prosiluit

uolente

βουλομένου Θεοῦ, καὶ ἐκ σιαγόνος ὄνου τῷ Σαμψὼν διψῶντι, ἐκ μαρτυρικῶν λειψάνων μύρον εὐωδίας ἀναβλύζειν ἄπιστον; οὐδαμῶς, τοῖς γε εἰδόσι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ τὴν τῶν ἁγίων παρ' αὐτοῦ τιμήν. καὶ ἐν τῷ νόμῳ πᾶς ὁ ἁπτόμενος νεκροῦ, ἀκάθαρτος ἐχρημάτιζεν, ἀλλ' οὐκ οὗτοι νεκροί. ἀφ' οὗ γὰρ ἡ αὐτοζωὴ ὁ τῆς ζωῆς αἴτιος ἐν νεκροῖς ἐλογίσθη, τοὺς ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως, καὶ τῇ εἰς αὐτὸν πίστει κοιμηθέντας, οὐ νεκροὺς προσαγορεύομεν. νεκρὸν γὰρ σῶμα, πῶς θαυματουργεῖν δύναται; πῶς οὖν δι' αὐτῶν δαίμονες ἀπελαύνονται; νόσοι φυγαδεύονται; ἀσθενεῖς θεραπεύονται; τυφλοὶ ἀναβλέπουσι; λεπροὶ καθαίρονται; πειρασμοὶ καὶ ἀνίαι λύονται; πᾶσα δόσις ἀγαθὴ ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων δι' αὐτῶν τοῖς ἀδιστάκτῳ πίστει αἰτοῦσι, κάτεισι. πόσα ἂν ἔκαμες ἵνα προστάτην εὕρῃς θνητῷ σε βασιλεῖ προσάγοντα, καὶ ὑπὲρ σοῦ πρὸς αὐτὸν τοὺς λόγους ποιούμενον; τοὺς οὖν προστάτας τοῦ γένους παντὸς, τοὺς τῷ Θεῷ ὑπὲρ ἡμῶν τὰς ἐντεύξεις ποιουμένους, οὐ τιμητέον; ναὶ τιμητέον, ναοὺς ἐγείροντας τῷ Θεῷ, ἐπὶ τῷ τούτων ὀνόματι, καρποφορίας προσάγοντας, τὰς τούτων μνήμας γεραίροντας, καὶ ἐν αὐταῖς εὐφραινομένους πνευματικῶς. ἵνα οἰκεία τῶν συγκαλούντων ἡ εὐφροσύνη γένηται· ἵνα μὴ θεραπεύειν πειρώμενοι τοὐναντίον αὐτοὺς παροργίσωμεν. οἷς μὲν γὰρ Θεὸς θεραπεύεται, καὶ οἱ τούτου θεράποντες εὐφρανθήσονται· οἷς δὲ προσοχθίζει Θεὸς, καὶ οἱ τούτου προσοχθίζουσιν ὑπασπισταί. ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, καὶ κατανύξει, καὶ τῶν δεομένων ἐλέῳ, τοὺς ἁγίους πιστοὶ θεραπεύσωμεν, οἷς μάλιστα καὶ Θεὸς θεραπεύεται. στήλας αὐτοῖς ἐγείρωμεν, ὁρωμένας τε εἰκόνας, καὶ αὐτοὶ ἔμψυχοι στῆλαι αὐτῶν καὶ εἰκόνες, τῇ τῶν ἀρετῶν μιμήσει γενώμεθα. τὴν Θεοτόκον ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοῦ μητέρα τιμήσωμεν. τὸν προφήτην Ἰωάννην ὡς πρόδρομον καὶ Βαπτιστὴν, ἀπόστολόν τε καὶ μάρτυρα. οὔτε γὰρ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου ἐγήγερται, ὡς ὁ κύριος ἔφησε, καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸς πρῶτος κῆρυξ γεγένηται. καὶ τοὺς ἀποστόλους ὡς ἀδελφοὺς τοῦ κυρίου καὶ αὐτόπτας καὶ ὑπηρέτας τῶν αὐτοῦ παθημάτων, οὓς προγνοὺς καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ὁ Θεὸς καὶ πατήρ· πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον ποιμένας καὶ διδασκάλους. τούς τε τοῦ κυρίου μάρτυρας ἐκ παντὸς τάγμα

uolente Deo, & ex maxilla asini Samsoni sitienti, ex martyrum reliquiis unguentum suaue olens emanare incredibile est? nullo pacto profecto iis qui sciunt Dei uirtutē, & ab ipso sanctorum honorē. In lege omnis qui tāgebat mortuum, immundus efficiebatur. Verùm hi non mortui: nam ex quo ipsa uita, qui uitæ causa est, inter mortuos cōputatus est: eos qui in spe resurrectionis & fide quæ in ipso est dormierunt, non mortuos appellamus. Mortuum enim corpus quomodo miracula operari potest? quomodo igitur per eos dæmones abiguntur, infirmi curātur, cæci uident, leprosi mundantur, tētationes & tristitiæ soluuntur? Omne donum bonum à patre luminū, per eos iis qui inhæsitabili fide petunt, descendit. Quantum sanè laborares, ut inuenires adiutorem, qui ad mortalem regē te adduceret, & pro te ad ipsum sermones faceret? Adiutores ergo totius generis Deo pro nobis supplicationes porrigentes, non honorandi sunt? certè honorandi. Templa à nobis Deo erigenda sunt in ipsorum nomine. fructus afferendi, illorum memoriā ueneranti b. & in ipsis lætantibus spiritu, ut propria inuitantiū lætitia fiat: ne nos non colere tentati, è conuerso ipsos irritemus. Nam iis à quibus Deus colitur, & eius serui delectantur: & quos despicit Deus, eius despiciunt clientes. In psalmis, hymnis, & odis spiritualibus, cum compunctiōe & misericordia indigentium sanctos fide ueneremur, à quibus maximè Deus colitur. Statuas illis erigamus, & uisibiles imagines: & nos ipsi animatæ statuæ, & imagines ipsorum uirtutum imitatione efficiamur. Deiparam, ut propriè & uerè Dei matrem honoremus: Præcursorem Ioannem prophetam & baptistam, & missum & martyrem. neque enim inter natos mulierum surrexit maior Ioanne, ut Dominus dixit: & regni eius primus præco factus est. Apostolos ut fratres Domini & inspectores & ministros in passionibus eius quos præsciens prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui Deus & pater, primùm apostolos, secundò prophetas, tertiò pastores & doctores. Martyres uerò Domini, ex omni ordine de-

ματος ἐκλελεγμένους ὡς στρατιώτας Χριστοῦ, καὶ τὸ αὐτοῦ πεπωκότας ποτήριον, τότε τοῦ ζωοποιοῦ αὐτοῦ θανάτου βαπτισθέντας βάπτισμα, ὡς κοινωνοὺς τῶν παθημάτων αὐτοῦ καὶ τῆς δόξης. ὧν ταξίαρχος ὁ πρωτοδιάκονος Χριστοῦ καὶ ἀπόστολος καὶ πρωτομάρτυς Στέφανος. καὶ τοὺς ὁσίους πατέρας ἡμῶν, τοὺς θεοφόρους ἀσκητάς, τοὺς τὸ χρονιώτερον καὶ ἐπιπονώτερον μαρτύριον τῆς συνειδήσεως διαθλήσαντας. οἳ περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. τοὺς πρὸ τῆς χάριτος προφήτας, πατριάρχας, δικαίους, τοὺς προκατηγγελκότας τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν. τούτων πάντων ἀναθεωροῦντες τὴν πολιτείαν, ζηλώσωμεν τὴν πίστιν, τὴν ἀγάπην, τὴν ἐλπίδα, τὸν ζῆλον, τὸν βίον, τὴν καρτερίαν, τῶν παθημάτων τὴν ὑπομονὴν μέχρις αἵματος, ἵνα καὶ τῶν τῆς δόξης στεφάνων αὐτοῖς κοινωνήσωμεν.

ne delectos, ut milites Christi, & qui eius biberunt calicem, tũc uiuificæ eius mortis baptismate baptizati, ut cõmunicantes passionibus eius & gloriæ. Quorum dux exercitus est protodiaconus Christi, & missus, & protomartyr Stephanus. Et sanctos patres nostros exercitatores, qui diuturniore martyrio cõscientiæ certauerũt, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egeni, tribulati, afflicti, in solitudinibus errantes, & montibus & speluncis & cauernis terræ, quibus nõ erat dignus mundus. Prophetas ante gratiæ tempus, patriarchas iustos, qui prænũciauerunt Christi aduẽtum. Horũ omnium attendentes conuersationẽ, æmulamur fidem, bonitatem, spem, zelum, uitam, tolerantiam passionum, & sustinentiam usq; ad sanguinem, ut & corona gloriç cum ipsis participemus.

COMMENTARIVS.

INter multas rationes quib. ad honorandos sanctos induci meritò debemus, illa neq; futilis est, neq; contẽnenda, qđ non amplius serui sunt Dei, sed filij, dignitatemq; filiorũ Dei & honorificentiã nominis huius, quam nunquam deperdent, assecuti sunt. Sanè seruorũ est, timore potius infligendæ pœnæ, ob neglectũ officium, Domino obsequiũ præstare, quã amore beneuolẽtiæ. Filiorum uerò proprium est, ex reuerentia & ueneratione ad optimũ patrem, ei morẽ gerere. Qui itaq; adoptionẽ filiorũ Dei sunt assecuti, nõ hoc modo serui sunt, sed filij. Timor siquidẽ nõ est in charitate (ut inquit Ioan. 1. epist. suæ 4. cap.) sed charitas foras mittit timorẽ. Et Paulus ad Rom. 8. ca. Non accepistis iterũ spiritũ seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorũ Dei, in quo clamamus, Abba, pater. Attamen qui in sortẽ filiorum Dei sunt recepti, utiq; serui eius sunt ratione naturæ & obsequij: quia Deo suo conditori subiecti, famulatũ ei totis animi uirib. ex amore & bona uoluntate exhibent. Et huiusmodi seruis (qui ijdem & filij sunt) æterna repromittitur & retribuitur beatitudo, Lucæ 19. ca. his uerbis: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã: intra in gaudiũ domini tui. Et Paulus Apostolus uas electionis, in omniũ fermè epistolarũ suarũ frõte, se hoc modo seruum Iesu Christi profitetur, ac denominat. Huic accedit & alia ratio, impellẽs nos iurè ad uenerationẽ sanctis impẽdendã. Nã participatione & gratia dij sunt, domini & reges quemadmodũ ipsorũ conditor & autor Deus est, Dominus & rex, natura. Enimuero nomen Dei hominib. interdũ attribuitur, ut iudicẽ designat, cũq; cui autoritas est & potestas in alios: nã sub ea ratione, ipsius Dei omniũ iudicis, & in omnia potestatẽ exercentis uices agit, & partes exequitur. Queadmodũ Moses à Deo cõstitutus fuerat, ut autoritatẽ habens, & uirtutẽ exercendi iudiciũ in Pharaonẽ, per signorũ pdigiorumq; ostẽsionẽ. hinc Moses à Deo dicitur esse constitutus Deus Pharaonis. Sic Exodi 22. cap. præcepit Dominus: Dijs nõ detrahes, & principi populi tui nõ maledices. Et rursum eodẽ in loco: Applicabitur ad deos. id est, iudices populo moderando præsidẽtes. Quòd aũt rerũ omniũ autor, rex regum dominusq; dominantium dicatur, Psalm. 49. attestatur: Deus (inquit) deorũ dominus locutus est, & uocauit terram. Et Psalm. 135. Cõfitemini Deo deorũ, quoniã in seculũ misericordia eius. Ex duodecimo aũt beati patris Dionysij cap. lib. de Diuinis nominib. istarũ nuncupationũ rationẽ cur Deo ascribantur, altissimè dignissimeq; cognoscas. Quòd uerò homines, & dij dicantur interdũ ipsius diuinitatis participatione, & Domini, dilucidè testatur Apostolus primæ epistolæ ad Corinthios cap. 8. dicens: Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra (siquidem sunt dij multi, & domini multi) nobis tamen unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dominus Iesus Christus, per quẽ omnia, & nos per illum. Perinde atq; unus in cœlo est sol, natura claritatem sibi natiuã sortitus, multa sunt tamen subiecta corpora, cœlũ, aer, aqua, quæ claritatẽ à sole mutuantur, illiusq; participatione fulgida sunt & lucida. Psalmus item 81. Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autem deos dijudicat. Et paulo pòst eodem loco. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: participatione scilicet diuinitatis & filialitatis Dei, ijs conueniente qui in se Dei imitatione q̃ proximè possunt, effomare student, illiq;

p uiribus assimilari. Quod uel maximè ij assequuntur, qui omnium regem & Dominũ ... lantur, affectus suos irrationales habenis rectæ ratiõis frenãtes, honorũ, uoluptatũ, pecun... immoderatã cupiditatẽ pedib. substernentes, ppter quod meritò reges dicuntur & domin... E' diuerso qui animo suo indulgent laxius, & efferentes istos affectus nõ edomãt, durissimã seruiũt seruitutẽ, omniũ maximè serui. Qui ẽm facit peccatũ, seruus est peccati: ut habet bea... tus Ioan. 8. ca. Siquidẽ à quo quis superatus est, huius & seruus est, ut dicit Petrus 2. epist. 2. cap. Insuper & alia ratio nos in sanctorũ honorationẽ inflectere debet, qđ Deo societate & cõiun... ctio perpetuò sunt cõiuncti, ne unquã ab eis cõtubernio separandi. Non ẽm eos mors ista natu... ræ separauit à Deo, sed strictius & ppinquius cõiunxit: quãdoquidẽ mors ipsa sanctorũ p... ciosa est in cõspectu Domini, & dormitio potius quã mors sit existimãda. Est ẽm illa solutio a... nimæ à gleba corporis, à graui labore præsentis incolatus ad requiẽ æternã ipsorũ trãslatio, cũ dicat Apocalypsis ca. 14. Audiui uocẽ de cœlo dicentẽ mihi: Scribe, beati mortui qui in Do... mino moriũtur. Amodo iã dicit spiritus, ut requiescant à laborib. suis. Opera enim illorũ se... quuntur illos. Quinimò illorũ mors, est à uita hac mortali plena miseriæ, & imaginem potius mortis quã uitæ præferente, ad æternã perpetuãq; & uerã uitã traductio: quæ spiritualis est, in... termina, & fato nõ obnoxia. Hanc ob rem dies illos quibus sancti ex hac uita migrarunt, ec... clesia catholica natales eorũ natalitiosq; dies, siue natalia ut plurimũ uocat, qđ illi non tam mortui, quã ad meliorem fœliciorem'q; nati uitã dicẽdi sunt. Insuper dormitioni nostræ succe... dere solet experrectio & euigilatio, iterataq; sensuũ prius somno ligatorũ opera & functio. Ita sanctis in Domino mortuis rursum futura est animæ ad corpus unio, indissolubili deinde nexu cõpingenda in cõsumatione seculi, tanquã post somnũ excitatio. Rectè igitur sanctorum requietio, dormitio dicitur, ut hoc nomine, futura in eis carnis resurrectio prædicetur: quem... admodũ de Lazaro defuncto dicit Dominus noster Ioãnis 11. cap. Lazarus amicus noster dor... mit, sed uado ut à somno excitẽ eũ. Et de inuictissimo ptomartyre Stephano referũt Actus A... postolor. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. multiq; antiquorũ patrum, cũ obire... scribuntur, dicuntur dormisse cũ patribus suis. Præterea & id magnopere nos debet in san... ctorũ permouere uenerationem, qđ cum adhuc præsentem agerent uitã, habitaculũ fuerint deitatis, inhabitaueritq; Deus non modò animas eorũ, ut tẽplũ suæ maiestatis, sed & ipsa sancta corpora. Quemadmodũ ait Apost. 1. epist. ad Corinth. cap. 3. Nescitis quia templũ Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Si quis aũt templum Dei uiolauerit, disperdet illũ De... us. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Eiusdem epistolæ cap. 6. An nescitis quo... niam membra uestra templum sunt spiritus sancti qui in uobis est, quem habetis à Deo, & non estis uestri? Empti enim estis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore ue... stro. Idem quoq; secundæ ad Corinthios epist. cap. 6. Vos enim estis templũ Dei uiui. Proin... de cũm alijs in locis, tum primæ ad Thessalonicẽses epistolæ, ca. 4. nos sollicitè hortatur Apo... stolus seruare puritatẽ munditiam'q;, non modò animi, sed & corporis, dicens: Hæc est uolun... tas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrum ... suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ig... norant Deũ. Rursum idem ad Romanos 12 cap. Obsecro uos fratres per misericordiam D... ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obse... um uestrum. Quocirca in testimoniũ uirtutis & sanctitatis anteactæ ipsorũ, Deus p sua be... gnitate præstitit reliquias sanctorum, tanquã fontes quosdã uiuos multimoda sanitatis bene... ficia ægrotis scaturientes, & unguentũ sanitatis (ut ait litera) emanantes. Quod quidẽ pri... mum, nõ solum de unguento spirituali emanante ex reliquijs sanctorum intelligendum ... scilicet uirtute curatiua quorumuis morborũ, sed etiã corporali atq; materiali. Quemadmo... dum ex sanctissimi Nicolai tumba, itidem & beatæ Catharinæ oleum largiter emanare ... tur, qđ omnimodã ægrotis medelã confert, cæcis uisum, surdis auditũ, claudis gressum. Id ... quoq; & de aliorum sanctorum reliquijs sentiendũ est, qđ ex eis reuera sanitatis effluat un... guentum, quamuis id ipsum nos lateat, neq; experimento aut rei euidentia nobis con... neq; scripto mandatũ sit. At uerò qđ sanctos ipsos ad cœlestẽ assumptos gloriã, mortuos ... cere nõ debeamus, multifariã deinde persuadet autor in litera. Nam quãuis ante saluta... Christi passionẽ, hac uita defunctos morte resolutos dicere liceret, postquã tñ ipse Christus, ... uera est uita, morte sua, mortẽ nostrã destruxit, sanctos ipsos illi inseparabiliter cõiunctos ... quã membra suo capiti, & cũ eo in perpetuũ uiuẽtes, nõ amplius mortuos appellare debemus, quin potius perpetua fruentes uita. Sanè Christus Dominus noster, uita ipsa est, sicut de se i... pso Ioan. 11. ca. testatur: Ego sum resurrectio & uita. qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, ui... uet: & omnis qui uiuit & credit in me, nõ morietur in æternũ. Et Ioan. 14. ca. Ego sum uia, ueri... tas, & uita. Idẽ etiã est causa uitæ ijs sanctis de quibus in præsentiarũ habetur sermo: mor... te sua uiuifica uitã spiritualẽ nobis omnib. restituit. Ipse aũt Christus inter mortuos cõputa... tus est, quando mortẽ passus, & sepulchro fuit conditus: quemadmodũ 87. Psalmus ait. Aesti... matus sum cum descendentib. in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Post Christi itaq; mortem & resurrectionẽ, eos qui in Domino obdormierunt, tanquã meliorem sortitos uitam, & demum ad corpora reuersuros, mortuos nequaquã rectè appella... uerimus

uerimus.sed potius dormientes:quẽadmodũ Paulus cùm aliàs,tũ primæ epistolæ ad Thessa
lonicenses 4.ca.uocat,cũ dicit:Nolumus uos ignorare de dormientib.ut non contristemini,
sicut & cæteri qui spem nõ habẽt.Rursum:Mortuũ corpus miracula operari quoquo pacto
non potest,cũ sit prorsus uirtute uiuifica destitutũ. Atqui sanctorũ corpora & reliquiæ,mira
cula Dei cooperante gratia faciunt:ut dæmoniacos liberant,mortuos suscitant, ægrotos sa-
nãt.Non sunt uerè mortua dicenda. Planè sanctorũ corpora,natura quidẽ mortua sunt, q̃d
amplius anima inhabitante non uegetẽtur. Quis enim dubitauerit, sanctorum animas non
iam corporibus,quæ quondã uiuificarũt,detineri,sed cœlestes habitare domos : neq; id sanè
negat Damascenus hoc loco. Abnuit tamen sacra ipsorum corpora mortua appellare, quòd
ipsis adest uirtus quædam uiuifica,miracula operans,uitamq́; mortuis restituẽs(quemadmo
dum ossa Helisæi prophetæ beneficium uitæ reddiderunt,cadaueri proiecto in eius sepulch
rum,ut quarti Reg.13.caput commemorat)& quouis morbo laborantibus ægrotis leuamen
præstans:quod utiq; testatur,diuinam quãdam uirtutem,uitalemq́; efficaciã illis sanctis reli-
quijs adesse.Consimiliter itidem Hieronymus contra Vigilantium detestãtem uenerationẽ
reliquiarũ sanctarum,damnantemq́; id ecclesiæ institutũ,dicit:Constantinus imperator san-
ctas reliquias Andreæ,Lucæ,& Timothei transtulit Cõstantinopolim, apđ quas dæmones
fugiunt. Arcadius item Augustus,ossa Samuelis prophetæ de Iudæa trãstulit in Trachiã, cũ
summa populi ueneratiõe. Honoramus eñ seruos,ut seruorũ honor redũdet ad Dominũ:nõ ip
sos eo cultu qui Deo debetur,adoramus,ut ueritatis inimici oblatrare nõ desinũt. Neq; solũ
nobis elaborandũ est,ut debitũ illis honorem,tanquam patronis nostris apud Deum impen
damus,statuas illis uisibiles erigamus,fundamus præces, & religiosum ipsis cultũ exhibea-
mus:uerùm etiã operæprecium est,ut sanctos eorum mores,& opera uirtutum imitemur, &
huiusmodi imitatione efficiamur animatæ statuæ,& imagines ipsorũ sanctorũ. Siquidẽ sta-
tua corporalis ut aurea,argẽtea,ærea,lapidea,aut lignea,efformatur ad similitudinẽ eius quẽ
refert,ut ex lineamẽtorũ assimilatione & cõformitate,facilè ducamur in memoriam & recor
dationem eius qui tali statua figuratur. Ita cum homines enitũtur imitari sanctorũ uirtutes,
quibus in primis emicuerunt,illorumq́; uitam in seipsis effigiare,tũc efficiũtur animatæ sta-
tuæ & imagines ipsorum,ut qui sanctis illis propemodum assimilentur,& uirtutũ studio pa
ritateq́; conformes redditi sint. Quemadmodũ qui zelum,ardoremq́; Pauli æmulatur in cõ-
uertendis ad Christũ hominib.uiua Pauli statua efficitur:qui Stephani fortitudinẽ in præfe
renda morte pro ueritate & iustitia,animata Stephani fit imago:deniq; qui beati Nicolai libe-
ralitatẽ & benignitatẽ in proximos sectatur,Nicolai statua & imago uiua ritè nũcupatur. Et ita
de cæteris cõsimili ratione est sentiendũ. At quoniã ordo disciplinæ exposcit,ut à cõmunio-
ribus ad specialiora paulatim fiat progressio,quæ de honorandis debito cultu sanctis, gene-
ratim sunt proposita,tunc particulariter prosequitur autor propriam rationem,titulũ hono
ris,& denominationem dignitatis atq; meriti cuiusq; sanctorũ explicans,ob q̃ honoris reue
rentia & ueneratio peculialiter illi debetur. Vnde beatũ Ioannem Baptistam, post deiparam
uirginem in primis honorãdum esse imponit,ut prophetam,& baptistam,& missum,& mar
tyrem. Prophetam utiq; fuisse Ioannem Baptistam, Zacharias pater eius spiritu sancto reple
tus,contestatus est Lucæ 1.cap. Et tu puer,propheta altissimi uocaberis:præibis enim ante fa-
ciem Domini parare uias eius. Idẽ comprobauit & Dominus noster Matthei 11 ca. ad turbas
loquens de Ioanne:Quid existis in desertũ uidere prophetã? etiã dico uobis,plusq́; prophetã.
Baptistam eundẽ fuisse & martyrẽ,euangelica patẽter enarrat historia. Deniq; missum eũdem
fuisse & Apostolum,Ioannes euãgelista 1.ca.testatur,dicẽs: Fuit homo missus à Deo,cui nomẽ
erat Ioannes. Et Matthæi 11.ca. Dominus noster affirmat hanc Malachiæ prophetiam de sacra
tissimo Christi præcone esse completam: Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuã,qui præpa
rabit uiam tuam ante te. Si itaq; pater cœlestis misit Ioannem(qui nomine angeli ibi designa
tur)ante faciem Christi reuera Ioãnes fuit missus à Deo. Demùm idem primus regni Domi-
ni nostri effectus est præco,quia cum ante eius exortum,in tota ueteris Instrumenti seriè non
esset aperte nominatum,nec prædicatũ regnũ Dei,ipse primus nunciauit hominib. per pœ-
nitentiam aditũ regni Dei referandum,in solitudine omniũ aurib. inclamans : Pœnitentiam
agite,appropinquauit eñ regnũ cœlorum. Hinc Dominus noster Matthæi 11.ca.dixit: A die
bus aũt Ioannis Baptistæ usq; nunc,regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.
Deinceps in ecclesiastico ordine dicit autor,Dominũ constituisse primùm apostolos,secũdò
prophetas,tertiò pastores & doctores:cõformiter ad Apostolũ Paulũ loquens,in prima ad Co
rinthios epist.cap.12.dicentem: Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primùm aposto
los,secũdò prophetas,tertiò doctores. & ad Ephesios cap 4. Et ipse dedit quosdam quidẽ apo
stolos,quosdam aũt prophetas,alios uerò euangelistas,alios aũt pastores & doctores,ad con
summationẽ sanctorũ in opus ministerij,in ædificationẽ corporis Christi. Et ibidẽ propheta
rum nomine nõ intelliguntur ij qui Christũ præcesserunt,longo antè tempore ipsius aduen
tum prænunciantes:quandoquidẽ de illis dictũ sit à Domino Matthæi 11.cap. Lex & prophetæ
usq; ad Ioannem prophetauerũt:sed ij qui in exordio nascentis ecclesiæ post Christi ascensio-
nẽ prophetico spiritu claruerunt:de quibus 13.cap. Actorum apostolicorũ meminit: Erãt aũt

in ecclesia quæ erat Antiochiæ, ꝓphetæ & doctores. Qualis fuit beatus Ioãnes euangeli[sta] Apocalypsin Deo reuelante conscribẽs Qualis Agabus, & Philippi euangelistæ quatuor [fi]liæ uirgines ꝓphetantes, de quibus in actis Apost. 21. cap. fit mentio. Cæterũ uocat hic Da[ma]scenus Apostolos, inspectores Domini, qđ miraculorũ eius, & diuinorũ operũ atq; secreto[rum] fuerunt conspectores, cũ ipso in carne diuersati, & familialiter uiuentes, admissiq; præter cæ[teros] ad contuenda diuinitatis eius signa. Vnde Lucæ 10. ca. dixit illis Dominus: Beati oc[uli] qui uidẽt quæ uos uidetis: dico eñ uobis, quòd multi ꝓphetæ & reges uoluerunt uidere q[uæ] uos uidetis, & non uiderunt. Dicit itidẽ Apost. honorandos, ut fratres Domini, quòd illo no[mine] dignatus sit Dominus ipsos compellare, cũ post resurrectionem dixit pijs & sedulis mu[lieribus]: Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæã, ibi me uidebunt. Idem quoq; ad Ma[riam] Magdalenã de Apostolis tunc ait: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrẽ me[um], & patrem uestrum: Deũ meũ, & Deum uestrũ. Deniq; eosdem hic uocat Damascenus mi[nistros] in passionibus Domini, quòd in grauibus persecutoribus à Iudæis Domino nostro [il]latis, ipsi semper adhæserint, & ante passionẽ fideliter ipsum & constanter comitati sint qđ [et] ipse Dominus cõtestatur, cũ dicit ad illos: Vos estis qui permansistis mecũ in tentationib[us] meis. Postremò & id nõ est prætereũdũ, qđ ab autore in litera beatus Stephanus, ꝓtodia[co]nus dicitur, quia inter septẽ diacones ab Apostolis in ministeriũ electos, primus nominat[ur] & honoratiorib. ornatur titulis, dignitatẽ ipsius insigniorẽ testificãtib. Et elegerũt (inquit Lu[cas] 6. cap. in Act. Apost.) Stephanũ, uirũ plenum fide & spiritu sancto, & Philippum & Pr[o]corum, & Nicanorem, & Timonẽ, & Parmenam, & Nicolaũ aduenã Antiochenũ. Missus a[u]tem hic dicitur etiã beatus Steph. qđ præter id ministerium ad quod cum cæteris erat d[ele]ctus ab Apostolis, etiam designatus sit ad prædicationem euangelicã & fidei ueritatem in [pro]patulo elucidandã. Itaq; missus est ipse tanquam apostolatũ sortitus, ut fidem euangelicã p[ri]mis adhuc nitentem radicibus, tum signorum splendore, tum disputationis & confutatio[nis] nis aduersariorum efficacia, comprobaret atq; corroboraret. Namq; Stephanus (ut dicit hi[storia] storia Apostolorũ) plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in popu[lo]. Surrexerunt aũt quidam de synagoga, quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, [&] Alexandrinorũ, & eorũ qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cũ Stephano, & nõ potera[nt] resistere sapiẽtiæ & spiritui qui loquebatur. Deniq; protomartyr dicitur, ut inquit Beda: q[uia] q; uis in ueteri Testamento septem Machabæi cũ propter constantiã obseruandæ legis ma[r]tyrio sint coronati, & ante eum multa paruulorum millia passa fuisse mortẽ ꝓ redemptor[e] non dubitentur: quinimò & Ioannes Baptista ꝓ ueritatis assertione, & iustitia impij Herod[is] gladio sit obtruncatus: meritò tñ in nouo Testamento primus martyr dicitur, quia prim[us] omniũ post Christi prædicationem, passionẽ ac resurrectionẽ, per effusionem sanguinis me[]ruit palmã consequi supernæ retributionis, atq; ad coronam suo & nomini & labori dedi[]cam pertingere. Mortem eñ quã saluator dignatus est pro omnib. pati, hanc ille primus re[d]didit saluatori. Demum sanctos patres exercitatores uocat Autor in litera, quos sanctorũ [re]censentes catalogũ & ordinẽ uulgò Confessores nominamus, quòd se bonis exercuerũt o[pe]rib. ieiunijs, abstinentijs, castigatione corporis, uigilijs, & cæteris id genus sanctis exercitijs quibus suam transegerunt uitam, quam tamẽ effusione sanguinis ꝓ Christo (sicut ij qui ma[r]tyres habentur) non finierunt. Atqui nõ defuit eis alterius generis martyrium, quo certaue[]runt contra carnem & sanguinem, contra mundum & hostẽ antiquũ, diuturniore certamin[e] spirituali, per totum scilicet uitæ suæ curriculum: nam carnem suam crucifixerũt (ut ait Apo[]stolus) cum uitijs & concupiscentijs suis, & mundus ipsis crucifixus erat: & ipsi, mundo. Pl[a]nè his sanctitate præclaris uiris ascribit Damascenus in litera, quòd Apostolus de eximijs an[]tiqui Testamenti patribus, ad Hebræos scribens dicit, qđ circuierunt in melotis, id est, pelli[]bus ouinis, quibus corpora erant contecti: & in pellibus caprinis, ut reiecta uestium mollit[ie] asperitatem amictus quoq; seruarint Quales fuerũt, Paulus primus Anachorita, Antonius, Hylarion, Hieronymus & cæteri, quorum nomina scripta sunt in libro uitæ.

ΠΕΡΙ ΕΙΚΟΝΩΝ

Ἐπειδὴ δέ τινες ἡμῖν καταμέμφονται προσκυνοῦσί τε καὶ τιμῶσι τήν τε τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν εἰκόνα, ἔτι δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων καὶ θεραπόντων Χριστοῦ· ἀκουέτωσαν, ὡς ἐξ ἀρχῆς ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ᾿ οἰκείαν εἰκόνα ἐποίησε. τίνος οὖν ἕνεκεν ἀλλήλοις προσκυνοῦμεν, εἰ μὴ ὡς κατ᾿ εἰκόνα θεοῦ πεποιημένοις; ὡς γάρ φησιν ὁ θεηγόρος καὶ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος,

DE ADORATIONE IMAGINUM. *Cap. XVII.*

Quia nonnulli nobis exprobã[t], quòd adoramus & ueneramur saluatoris nostri, & reginæ nostræ dei paræ imaginem, insuper & reliquorũ sanctorum & famulorũ Christi: audi[]ant quod à principio Deus hominẽ ad suam imaginẽ fecerit. Cuius igitur gra[]tia inuicẽ adoramus, nisi quatenus ad imaginem Dei facti sumus. Nam, ut inquit Deifer & magnus in diuinis Basilius, imagi-

ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. πρωτότυπον δέ ἐστι τὸ εἰκονιζόμενον, ἐξ οὗ τὸ παράγωγον γίνεται. τίνος ἕνεκεν ὁ Μωσαϊκὸς λαὸς τῇ σκηνῇ κύκλωθεν προσεκύνει εἰκόνα καὶ τύπον φερούσῃ τῶν ἐπουρανίων; μᾶλλον δὲ τῆς ὅλης κτίσεως; φησὶ γοῦν ὁ θεὸς πρὸς Μωϋσῆν. ὅρα ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. καὶ τὰ Χερουβὶμ δὲ τὰ σκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, οὐχὶ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων ἦν; τί δὲ ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις περιώνυμος ναός; οὐχὶ χειροποίητος καὶ ἀνθρώπων τέχνῃ κατεσκευασμένος; ἡ δὲ θεία γραφὴ κατηγορεῖ τῶν προσκυνούντων τοῖς γλυπτοῖς. ἀλλὰ καὶ τῶν θυόντων τοῖς δαιμονίοις. ἔθυον μὲν Ἕλληνες, ἔθυον δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλ' Ἕλληνες μὲν δαιμονίοις, Ἰουδαῖοι δὲ τῷ θεῷ. καὶ ἀπόβλητος μὲν ἡ τῶν Ἑλλήνων θυσία ἦν καὶ κατάκριτος. ἡ δὲ τῶν δικαίων, τῷ θεῷ εὐαπόδεκτος. ἔθυσε γὰρ Νῶε, καὶ ὠσφράνθη ὁ θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας, τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας τὸ εὐῶδες ἀποδεχόμενος. οὕτω τὰ μὲν τῶν Ἑλλήνων γλυπτὰ, ἐπεὶ δαιμόνων ἦσαν ἐξεικονίσματα, ἀπόβλητά τε καὶ ἀπηγορευμένα τυγχάνουσι. πρὸς δὲ τούτοις τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀσωμάτου, καὶ ἀπεριγράπτου, καὶ ἀσχηματίστου, θεοῦ, τίς δύναται ποιήσασθαι μίμημα; παραφροσύνης τοίνυν ἄκρας καὶ ἀσεβείας τὸ σχηματίζειν τὸ θεῖον. ἐντεῦθεν ἐν τῇ παλαιᾷ, οὐκ ἦν τετριμμένη ἡ τῶν εἰκόνων χρῆσις. ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς διὰ σπλάγχνα ἐλέους αὐτοῦ, κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, οὐχ ὡς τῷ Ἀβραὰμ ὤφθη ἐν εἴδει ἀνθρώπου, οὐδὲ ὡς τοῖς προφήταις· ἀλλὰ κατ' οὐσίαν γέγονεν ἀληθῶς ἄνθρωπος, διέτριψέ τε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, ἐθαυματούργησεν, ἔπαθεν, ἐσταυρώθη, ἀνέστη, ἀνελήφθη, καὶ πάντα ταῦτα κατὰ ἀλήθειαν γέγονε, καὶ ὡράθη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἐγράφη μὲν εἰς ὑπόμνησιν ἡμῶν καὶ διδαχὴν τῶν τηνικαῦτα μὴ παρόντων, ἵνα μὴ ἑωρακότες, ἀκούσαντες δὲ καὶ πιστεύσαντες, τύχωμεν τοῦ μακαρισμοῦ τοῦ κυρίου. ἐπεὶ δὲ οὐ πάντες ἴσασι γράμματα, οὐδὲ τῇ ἀναγνώσει σχολάζουσιν, οἱ πατέρες συνεῖδον, ὥσπερ τινὰς ἀριστείας, ἐν εἰκόσι ταῦτα γράφεσθαι, εἰς ὑπόμνησιν σύντομον. ἀμέλει πολλάκις μὴ κατὰ νοῦν ἔχοντες τὸ τοῦ κυρίου πάθος, τὴν εἰκόνα τῆς Χριστοῦ σταυρώσεως ἰδόντες, τοῦ σωτηρίου

imaginis honor ad exemplaris transfertur honorem. Exemplar autem est, quod imaginem efformat, & ex quo quod deducitur fit. Cuius gratia Mosaicus populus tabernaculum, in circuitu adorabat, imaginem & formam gerens cœlestium, magis autem & totius creaturæ? Dixit igitur Deus Mosi: Vide feceris omnia secundum formam tibi ostensam in monte. Et cherubim obumbrãtia propiciatorium, nonne opera sunt manuũ hominũ? Quid autem in Hierosolymis celebratissimum templum: non'ne manu factum est, & hominum arte constructum? Diuina autem scriptura accusat adorantes sculptilia, ac etiam sacrificantes dæmonibus: sacrificabant autem Græci, sacrificabant & Iudæi: sed Græci dæmonibus, Iudæi uerò Deo. Et detestabile erat Græcorum sacrificiũ, & damnabile. Iudæorum autem, Deo bene acceptabile. Sacrificauit enim Noe, & odoratus est Deus odorem suauitatis, bonæ uoluntatis & beneuolentiæ ad ipsum suauitatem suscipiens. Sic Græcorum sculptilia, quia dæmoniorum erant simulachra, detestabilia & interdicta sunt. Ad hæc, inuisibilis & incorporei, incircumscriptibilis & infigurabilis Dei, quis potest facere repræsentationem? Insipientiæ igitur & extremæ impietatis est, figurare diuinitatem. hinc in antiquo Testamẽto tritus non fuit imaginum usus. At uerò posteaquam Deus per uiscera misericordiæ suæ secũdum ueritatẽ factus homo est propter nostram salutem, non ut Abrahæ uisus est in specie hominis, non ut prophetis, sed secundum substantiam ueraciter factus homo est, diuersatus in terra & cum hominibus conuersatus est, miracula operatus est, passus est, crucifixus est, sepultus est, resurrexit, assumptus est. Et hæc omnia secundum ueritatem gesta sunt, & uisa ab hominibus, & scripta nobis ob memoriam & doctrinam sunt, cum præsentes non essemus, ut cum non uiderimus, audientes & credentes adipiscamur beatitudinẽ Dei. Et quia nõ omnes literas norũt, neq; lectioni incũbũt, patres nostri cõsenserũt, ueluti quędã trophæa, hæc in imaginib. repręsentare ad prõptã memoriã. Siquidẽ ob negligentiã frequẽter cogitatiõe nõ tenẽtes passionẽ Christi, imaginẽ trãsfixiõis Christi uidẽtes, in saluatoris

πάθους εἰς ὑπόμνησιν ἐλθόντες, πεσόντες προσκυνοῦμεν, οὐ τῇ ὕλῃ, ἀλλὰ τῷ εἰκονιζομένῳ, ὥσπερ οὐδὲ τῇ ὕλῃ τοῦ εὐαγγελίου, οὐδὲ τῇ τοῦ σταυροῦ ὕλῃ προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ τῷ ἐκτυπώματι. τί γὰρ διαφέρει σταυρὸς μὴ ἔχων τὸ τοῦ κυρίου ἐκτύπωμα, τοῦ ἔχοντος, ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῆς θεομήτορος. ἡ γὰρ εἰς αὐτὴν τιμὴ, εἰς τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ἀνάγεται. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἀνδραγαθήματα, ἐπαλείφοντα ἡμᾶς πρὸς ἀνδρείαν, καὶ ζῆλον, καὶ μίμησιν τῆς αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ δόξαν θεοῦ. ὡς γὰρ ἔφημεν, ἡ πρὸς τοὺς εὐγνώμονας τῶν ὁμοδούλων τιμὴ, ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην εὐνοίας. καὶ ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ πρὸς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. ἔστι δὲ ἄγραφος ἡ παράδοσις, ὥσπερ καὶ τὸ κατ' ἀνατολὰς προσκυνεῖν, καὶ τὸ προσκυνεῖν τὸν σταυρὸν, καὶ ἕτερα πλεῖστα τούτοις ὅμοια. φέρεται δὲ καί τις ἱστορία, ὡς ὁ κύριος, Αὐγάρου τῆς Ἐδεσσηνῶν πόλεως βασιλεύοντος, ζωγράφον ἀποστείλαντος τὴν τοῦ κυρίου ὁμοιογραφῆσαι εἰκόνα, μὴ δυνηθέντος τοῦ ζωγράφου διὰ τὴν ἀποστίλβουσαν τοῦ προσώπου λαμπρότητα, αὐτὸς ἱμάτιον τῷ οἰκείῳ προσώπῳ τῷ θείῳ, καὶ ζωοποιῷ ἐπιθεὶς, ἐναπεμάξατο τῷ ἱματίῳ τὸ ἑαυτοῦ ἀπεικόνισμα. καὶ οὕτως ἀπέστειλε τοῦτο ποθοῦντι τῷ Αὐγάρῳ. ὅτι δὲ καὶ πλεῖστα οἱ ἀπόστολοι ἀγράφως παραδεδώκασι, γράφει Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος. ἄρα οὖν ἀδελφοὶ στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἡμῶν, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν. καὶ πρὸς Κορινθίους· ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε.

passionis memoriā redimus, & procidentes adoramus, nō materiā, sed imaginē repræsentatū. Vt neq; materiā ex qua scriptū est euāgeliū, sic neq; crucis materiā adoramus, sed q̄ typo, figuraq; exprimitur: nam quid refert crux à materia si nō habet Christi repręsentationē? Identidē & de Dei matris imagine: nā honor ad ipsam, in illū qui ex ea incarnat9 est, reuocatur. Similiter aūt & sanctorū fortia facta præparant nos ad fortitudinē, & zelū, & imitationem uirtutis illorū, & gloriam Dei. Vt enim diximus, honorem qui exhibetur benignis gratisq; cōseruis, beneuolentiæ ad cōmunem Dominū præ se ferre indiciū: sic & imaginis honor, ad prototypū, id est, exemplar, imaginisq; ueritatē trāsfertur. Est aūt hæc traditio non scripta, perinde ac adorationis ad orientē, adorare scilicet crucē, alia plurima, ijs quæ dicta sunt similia. Fertur aūt & quædā historia, quòd Dominus Abagaro Edessenorū ciuitatis regi, qui pictorē miserat, ut Domini similem pingeret imaginem, non ualente aūt pictore ob resplendentem faciei suæ claritatē, ipse uestimentū suæ faciei diuinæ & uiuificæ applicans, in uestimento, suijpsius imaginē abstersit, & sic desiderāti misisse Abagaro. Quòd aūt plurima sācti Apostoli tradiderint sine scripto, scribit Paulus gentiū Apostolus: Ecce fratres state, & tenete traditiones nostras quas edocti estis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et ad Corinthios: Laudo aūt uos fratres, quia per omnia mei meministis, & sicut tradidi uobis, traditiones tenetis.

COMMENTARIVS.

NON solum circa exortum legis euāgelicæ inuenti sunt, qui imaginum uenerationē dānauerunt tanq; superstitiosam & idololatriæ, ꝓpemodū accedentē, sed & ecclesia Christi post martyrum gloriosa certamina & explosiones hæresium iam firmiter plantata & fundata. Nempe circa annum ab incarnatione Domini septingentesimū & uicesimū, Leo tertius eius nominis Imperator Romanus, impius ecclesię Christi persecutor, & perturbator (quēadmodū in uita Gregorij secūdi, summi pōtificis, Platina autor est) edictū ꝓposuit, ut omnes qui sub Romano essent imperio, sanctorū omniū statuas atq; imagines è tēplis abraderēt atq; auferrēt, tollēdę (ut ipse dicebat) idololatriæ causa. Qui uerò secus fecisset, eū se pro hoste publico habiturū. Gregorius aūt pōtifex, tātæ impietati nō modò nō obtēperauit, uerū etiā omnes catholicos admonuit, ne in tātū errorē, aut nefas timore uel edicto Principis ullo pacto dilabātur. Neq; destitit itidē literis Imperatorē admonere, ut omissis quib. implicabatur errorib. uerā tandem fidem amplecteretur, & abolere sanctorū imagines desineret, quarū memoria & exemplo uirtutē & imitationē excitarētur homines. At uerò Leo Imperator his monitis nihilo mitior factus, quinimò phanatico spiritu iterū incitatus, omnib. mādauit, ut simulachra uel ignea, uel ærea, uel marmorea ad se deferāt, & delata statim incēdit. Nō deferentes uerò, ui cepit, & obtruncauit, aut in exiliū egit. Verū ipse pertinax, anathemate percitus, & à fideliū cōmunione pōtificis autoritate reiectus, miserabili morte è uita sublatus est, & tātæ impietatis debitas pœnas luit. Eadē quoq; de re Gregorius secūdus, Seruio Episcopo

Massi.

Massiliensi scribens, inquit: Perlatũ ad nos fuerat, qđ incõsiderato zelo succensus, sanctorum imagines sub hac quasi excusatione ne adorari debuissent, cõfregeris. Et quidẽ te eas adorari uetuisse (id est coli honore, soli Deo debito) omnino laudamus: fregisse uerò, reprehendimus. Dic frater, à quo factũ esse sacerdote aliquãdo auditũ est, qđ fecisti? Aliud eñ est picturã adorare, aliud per picturæ historiã quid sit adorãdũ addiscere. Nã quòd legentib. scriptura, hoc & idiotis prestat pictura cernentib. quia in ipsa ignorãtes uident, quid sequi debeãt, in ipsa legunt, qui literas nesciunt, unde & præcipuè laicis ꝓ lectione pictura est. Deniq; ex sexta synodo id decretũ deprõptũ est: Venerabiles sanctorũ imagines Christiani nõ deos appellãt, neq; seruiunt eis ut dijs, neq; spẽ salutis ponũt in eis, neq; ab eis expectãt futurũ iudiciũ: sed ad memoriã & recordationẽ primitiuorũ uenerãtur eas & adorãt, sed nõ seruiunt eis cultu diuino, nec ulli creaturæ. Itaq; hoc loco ostẽsurus autor, rationabilẽ esse & ueræ religioni cõsentaneã imaginũ uenerationẽ: declarat in primis eã in ueteri etiã Testamento obseruatã esse, per hoc qđ sæpius legitur homo hominẽ pronus in terrã adorasse, id est digno reuerentiæ cultu honorasse: quod homo ad Dei imaginẽ factus sit, & uiua Dei imago, nõ qdẽ humana manu fabricata, sed digito Dei effigiata. Ad hæc tabernaculũ iussu Domini à Mose fabricatum, à populo adorabatur, & cherubim obũbrãtia ꝓpiciatoriũ, & in celeberrimo tẽplo Salomonis fiebat solennis adoratio: & tñ hæc tria, tabernaculũ inq̃. cherubim, & tẽplũ, erant manu facta, & humano opere perfecta. Ex hoc igitur, qđ sanctorũ imagines sint manu factæ, nõ efficax sumitur argumentũ eas nõ esse adorãdas. Neq; itidẽ ex eo, quòd gẽtiliũ ut Græcorũ sculptilia summopere dãnantur in scriptura, dicit eñ Psal. 96. Cõfundãtur omnes qui adorãt sculptilia, & qui gloriãtur in simulachris suis. Nã gẽtes sua adorabãt sculptilia adoratiõne & cultu soli Deo debito, existimãtes diuinitatẽ illis inesse, & faciẽtes illa deos suos. Christiani uerò nõ ita honorãt suas imagines, neq; cultũ diuinitati debitũ illis attribuunt, sed honorẽ illũ referunt in sanctos illos, quorũ sunt effigies. Queãdmodũ gentes diuersa cõstituerunt sacrificia, itidẽ & Iudæi multimoda obtulerunt sacra. Attamen gentiũ sacrificia, execrãda fuerũt, & nefanda nã immolata dæmonijs, & nõ Deo. Iudæorũ uerò sacrificia, sicut à Deo instituta, ita eidẽ per grata & accepta fuere. Vnde quoniã ante incarnationẽ Dominicã diuinitatis ipsa nõ se præstiterat uisibilẽ, neq; sensu aliquo ꝑ unionẽ rei corporeæ ꝑceptibilẽ, neq; figurari debuit, neq; ritè potuit: ꝓinde in ueteri Testamento nõ fuit in cõsuetudinẽ ductus imaginũ usus. Qđ ex Deuteronomij 4. ca. perspicuũ euadit, ubi Moses ad populũ Israeliticũ hæc uerba facit: Nõ uidistis aliq̃ similitudinẽ in die, qua locutus est uobis Dominus in Oreb, de medio ignis, ne fortè decepti faciatis uobis sculptã similitudinẽ, aut imaginẽ masculi uel fœminæ, similitudinẽ omniũ iumentorũ quæ sunt super terrã, auiũ sub cœlo uolantiũ, atq; reptiliũ quæ mouentur in terra, aut pisciũ qui sub terra morãtur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cœlũ uideas solẽ & lunã, & omnia astra cœli: & errore deceptus, adores ea & colas, quę creauit Dominus Deus tuus in ministeriũ cunctis gentib. quæ sub cœlo sunt. Hinc extremæ impietatis est, figurare diuinitatẽ, anteq̃ ipsa sub forma sensibili se nobis exhibuerit, ut in totius ueteris Testamẽti decursu. Nunc uerò non impiũ est, illis eã figuris repræsentare, quibus se hominib. insinuare dignata est, ut humana, aut columbæ. Aut etiã impiũ diuinitatẽ figurare cũ existimatione huiusmodi est opinione, quod figura quæcũq; sensibilis ipsi deitati quoquo pacto sit persimilis illãq; formæ & lineamentorũ protractione æquet aut referat. Deus eñ spiritus est, omni figura formaq; materiali superior, & super omnẽ speciẽ, imaginẽq; sensibilem im ꝓportionaliter exceptus. Postq; uero Dei filius humanã sumpsit formã, & in terris uisus est, atq; cum hominibus cõuersatus tunc demũ potuit diuinitas iam crasso corporis obuelata & induta tegmine, quoquo pacto figurari, aut sensibili effigiatione repræsentari. Fuit aũt alia ratione, & modo uisus Deus in terris post assumptã nostræ carnis substantiã, q̃ fuerit prius uisus Abrahæ, Mosi, aut prophetis, ut scitè annotat litera. Nã cum apparuit Dominus Abrahæ in cõualle Mãbræ, nõ per diuinã substantiã, sed angelicã ei (sicut & cæteris antiquis patribus) apparuit, quandoquidẽ autore beato Dionysio in libro de cœlesti Hierarcha ca. 4. si quis fortasse dixerit, ex Deo ipso absq; ullo medio quibusdã sanctorũ diuinas apparitiones cõtigisse, is illud quoq; de sacratissimis libris sapienter intelligat, ut secretũ ipsius Dei (quodcunq; tandẽ illud est) nemo unq̃ uidit, neq; uidebit. Cæterũ diuinæ illæ apparitiões sanctis uiris per signa Deo cõuenientissima sacris quibusdã atq; intuentiũ modo ac uiribus accõmodatis uisionib. cõtigere. Hæc Dionysius. Ad hæc, angelica substantia sanctis patribus apparens, nõ unita fuit in una hypostasi, speciei humanæ alteriúsq; corporeæ formæ in qua apparuit. ut neq; substãtia hominis cõiuncta est in unitate personæ, uesti ad corpus circũpositæ. Quinimo sicut sine suæ substãtiæ diminutione homo uestẽ q̃ assumpserat exuit, ita sine suæ naturæ detrimento cœlestes spiritus corpora quæ induerãt, expleto sui ministerij officio, in pristinã materiam resoluebant. At uero cum Dominus in nostræ carnis substantia mundo apparuit, uera ibi & tota diuinitas affuit in propria sua substantia, & unita quidem humanæ naturæ in una eademq; hypostasi. Fuit igitur hæc longè uerior, sublimior & augustior Dei apparitio, per præcedentes apparitiones imperfectas admodum & figurales præsignata. De qua Dominus noster Lucæ decimo capite ad discipulos uerba faciens, inquit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quòd multi reges & prophetæ uoluerunt uidere, quæ uos

uidetis, & non uiderunt:& audire quæ auditis,& non audierunt. Quod dictum euãgelicũ exponens Beda, ait: Multi sancti patres & prophetæ, ut Abraham, Moses, Esaias, Deum uidisse (ut scriptura testatur) leguntur. Sed aliud est uidere per fidem, aliud per speciẽ. Viderũt siquidem sancti præmemorati Deum omnipotentem: sed per speculum,& per imagines,& in subiecta creatura, Omnes enim manifestationes quæ in ueteri Testamento ad patres factæ fuisse memorantur, per inferiores creaturas, hoc est, per angelos peractæ à doctorib. affirmantur. Cæterũ quoniã damnantes imaginũ erectionem & uenerationẽ, hac potissimũ utũtur in suæ sententiæ assertionem ratione, quòd huiusmodi statuarum honoratio quandam præ se ferre uidetur idololatriam, & uicinum quippiam habere cultui simulachrorũ. Hãc cauillationẽ autor in litera prorsus eneruat, & inualidã esse liquidò demõstrat, cum tradit imagines ipsas secundũ suam materiã minimè adorari atq; substãtiam: neq; absolutè & sine relatione in alterũ, uenerationem illis impendi, sicut fecerunt gentes, existimãtes aliquid diuini numinis illis statuis adesse: sed omnẽ illũ honorem exhiberi illi sancto, qui per imaginem repræsentatur. Quemadmodũ honorãs imaginem Domini nostri crucifixi, nõ materiã illã ex qua componitur honorat: sed ipsum Dominum nostrũ crucifixũ, in cuius recordationem & memoriã, per materialem illam oculis obiectã imaginẽ reducitur. Et ante imaginem deiparæ uirginis se prosternens, ueneratur non illam sculptam effigiem, sed sacram uirginem cuius illa est repræsentatio: & in ipsam refert aut actu, aut habitu, aut uirtute & æquiualentia (qua secundũ ecclesiæ intentionem & consuetudinem instituit huiusmodi uenerationẽ) omnem honorationis suæ cultum. Et generatim honor omnis qui typo & figuræ exhibetur, in suũ reuocatur exemplar & primitiuũ, præcipuè & ultimata intentione uenerandũ. Quemadmodũ è diuerso execrandi sunt & nefarij, qui imaginem crucifixi, deiparæ uirginis, aut cuiusuis sanctorum, indignè contrectant, aut afficiunt cõtumelijs atq; inhonoratione: quoniã illi redundat in ignominiã & contemptũ eius, qđ tali imagine figuratur. Postremum uenerationẽ imaginũ & picturarũ comprobat autor in litera per historiam Abagari regis Edesenorum: qui (ut Historia ecclesiastica primi libri 15. cap. tradit) auditis Christi miraculis, cum adhuc in terris diuersaretur scripsit ad eum epistolam: obnixè rogans, ut ad se graui morbo laborantem uenire dignaretur, & sanitatẽ ægroto reddere. Simul & pictorẽ misit, quemadmodũ ultra Ecclesiasticæ historiæ sententiã hic refert litera. Eundẽ & Dominus noster amator hominũ epistola responsoria dignatus est: qua rescripsit, se quidẽ in præsentia ad ipsum uenire non posse, qđ oporteret opus illud, ad qđ peragendũ à patre missus erat in mundũ, per ipsum expleri. Post ascẽsionẽ uerò suã & assumptionem, se missurum pollicitus est unũ ex discipulis suis, qui ipsum & morbi molestia leuaret, & fidem edoceret. Missus autem traditur ad eundem à beato Thoma Apostolo sanctus Thadæus unus ex septuaginta Christi discipulis, qui & Abagarum integræ sanitati reddidit, & sacramentis sanctæ fidei plenius imbuit. Porrò huic historiæ de efformatione imaginis propriæ faciei à Domino in uestimento pictoris facta, & Abagaro missa, astipulatur & beatus Augustinus in libro de Doctrina Christiana. Vbi etiã adducit memoriæ ꝑditum esse, quòd Lucas Euangelista Dominum nostrum, & sacratissimam eius matrẽ depinxerit: ex his colligens, imaginum uenerationes nõ nouas esse adinuentiones, sed diuinas traditiones, & Apostolicas sanctiones. Nempe qui ueneratur (inquit) tale signum diuinus institutum, cuius uim significationẽq; intelligit, non hoc ueneratur quod uidetur & transit, sed illud potius ad quod talia cuncta sunt referenda. Quam quidem sententiam & hic Damascenus astruit, & per eam secernit imagines Christianorum à sculptilibus gentilium, de quibus dicitur: Simulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.

ΠΕΡΙ ΓΡΑΦΗΣ. ϛ ά.

ΕΙΣ ἐστὶν ὁ θεὸς, ὑπό τε παλαιᾶς διαθήκης καὶ καινῆς κηρυττόμενος, ὁ τριάδι ὑμνούμενός τε καὶ δοξαζόμενος, τοῦ κυρίου φήσαντος, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. αὐτὸς γὰρ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν εἰργάσατο, ὑπὲρ ἧς πᾶσα γραφὴ καὶ ἅπαν μυστήριον. καὶ πάλιν ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· αὗται γὰρ μαρτυροῦσι περὶ ἐμοῦ· καὶ τοῦ ἀποστόλου εἰπόντος. πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ. διὰ πνεύματος τοίνυν ἁγίου, ὅτε νόμος καὶ οἱ προφῆται, εὐαγγελισταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ ποιμένες ἐλάλησαν καὶ διδάσκαλοι. πᾶσα τοίνυν γραφὴ

DE SCRIPTVRA. Cap. XVIII.

VNus est Deus, & à ueteri & nouo Testamento prædicatus, qui in trinitate hymnis celebratur & glorificatur Domino dicente: Non ueni soluere legem, sed implere: ipse enim salutem nostram operabatur, pro qua omnis scriptura & omne mysterium, & rursus: Scrutamini scripturas, ipsæ enim testimonium perhibent de me. & Apostolo dicente: Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens patribus nostris in prophetis, nouissimis diebus his locutus est nobis in filio. Per spiritũ igitur sanctũ, & lex, & prophetę, & euãgelistę, & apost. & pastores, locuti sunt, & doctores: omnis ergo scriptura diui-

θεόπνευστος πάντος καὶ ὠφέλιμος. ὥστε κάλλιστον καὶ ψυχωφελέστατον ἐρευνᾷν τὰς θείας γραφάς. ὥσπερ γὰρ δένδρον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων πεφυτευμένον, οὕτω καὶ ψυχὴ τῇ θείᾳ ἀρδευομένη γραφῇ, πιαίνεται, καὶ καρπὸν ὥριμον δίδωσι, πίστιν ὀρθόδοξον, καὶ ἀειθαλέσι τοῖς φύλλοις, ταῖς θεαρέστοις φημὶ ὡραΐζεται πράξεσι. πρός τε γὰρ πρᾶξιν ἐνάρετον, καὶ θεωρίαν ἀθόλωτον, ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ῥυθμιζόμεθα. πάσης γὰρ ἀρετῆς παράκλησιν, καὶ κακίας ἁπάσης ἀποτροπὴν, ἐν ταύταις εὑρίσκομεν. ἐὰν οὖν ὦμεν φιλομαθεῖς, ἐσόμεθα καὶ πολυμαθεῖς. ἐπιμελείᾳ γὰρ καὶ πόνῳ, καὶ τῇ τοῦ διδόντος θεοῦ χάριτι, κατορθοῦται ἅπαντα. ὁ γὰρ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ κρούοντι ἀνοιγήσεται. κρούσωμεν τοίνυν εἰς τὸν κάλλιστον παράδεισον τῶν γραφῶν, τὸν εὐώδη, τὸν γλυκύτατον, τὸν ὡραιότατον, τὸν παντοίοις τῶν νοερῶν θεοφόρων ὀρνέων κελαδήμασι περιηχοῦντα ἡμῶν τὰ ὦτα, τὸν ἁπτόμενον ἡμῶν τῆς καρδίας, καὶ λυπουμένην μὲν παρακαλοῦντα, θυμουμένην δὲ κατευνάζοντα, καὶ χαρᾶς ἀϊδίου ἐμπιπλῶντα, τὸν ἐπιβιβάζοντα ἡμῶν τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰ χρυσαυγῆ μετάφρενα τῆς θείας περιστερᾶς καὶ ὑπέρλαμπρα, καὶ ταῖς φανοτάταις αὐτῆς πτέρυξι πρὸς τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ κληρονόμον τοῦ φυτουργοῦ τοῦ νοητοῦ ἀμπελῶνος ἀνάγοντα, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ πατρὶ τῶν φώτων προσάγοντα. ἀλλὰ μὴ παρέργως κρούσωμεν, προθύμως δὲ μᾶλλον καὶ ἐπιμόνως. μὴ ἐκκακήσωμεν κρούοντες (οὕτω γὰρ ἡμῖν ἀνοιγήσεται, ἐὰν ἀναγνῶμεν ἅπαξ καὶ δὶς) καὶ μὴ διαγνῶμεν ἃ ἀναγινώσκομεν, μὴ ἐκκακήσωμεν, ἀλλ' ἐπιμείνωμεν, ἀδολεσχήσωμεν, ἐρωτήσωμεν. ἐπερώτησον γὰρ φησὶ τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι. οὐ γὰρ πάντων ἡ γνῶσις. ἀῤῥυσώμεθα ἐκ τῆς τούτου τοῦ παραδείσου πηγῆς, ἀέναα καὶ καθαρώτατα νάματα, ἁλλόμενα εἰς ζωὴν αἰώνιον. ἐντρυφήσωμεν ἀπλήστως, κατατρυφήσωμεν. τὴν γὰρ χάριν ἀδάπανον κέκτηνται. εἰ δέ τι καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν χρήσιμον καρπώσασθαι δυνηθείημεν, οὐ τῶν ἀπηγορευμένων ἐστί. γενώμεθα δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ μὲν γνήσιον καὶ καθαρὸν χρυσίον σωρεύοντες, τὸ δὲ κίβδηλον παραιτούμενοι, λάβωμεν λόγους καλλίστους, θεοὺς δὲ γελοίους καὶ μύθους ἀλλοτρίους, τοῖς κυσὶν ἀποῤῥίψωμεν· πλείστην γὰρ ἐξ αὐτῶν κατ' αὐτῶν

diuinitus inſpirata, utilis eſt omnino. Quare optimum & animæ conducentiſſimũ eſt, diuinas ſcrutari ſcripturas. Nam quemadmodum arbor plantata ſecus decurſus aquarũ, ſic anima diuina irrigata ſcriptura impinguatur, & maturum fructũ affert fidem orthodoxam, & ſemper uirentibus folijs decoratur, id eſt, Deo placentibus actionibus. Ad actionẽ enim ſtudioſam & cõtemplationem ſyncerã, ex diuinis ſcripturis apti euadimus: nam uirtutis omnis exhortationẽ, & omnis uitij auerſionem in illis cõperimus. Si igitur fuerimus diſcẽdi cupidi, erimus & multa diſcentes: nam diligentia & labore & indultoris Dei gratia diriguntur omnia: qui em̃ petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperitur. Pulſem9 igitur ad pulcherrimũ hortum ſcripturarum, ſuauiſſimũ, dulciſſimum, uenuſtiſſimum, ut omnigenis intellectualiũ uolucrum cantib. circumſonet aures noſtras, & tangat corda noſtra, mẽtem triſtitia affectam conſoletur, ira turbatam ſerenet, gaudio ęterno impleat, aſcendere faciat ad dorſa diuinæ columbæ, inſtar auri rutilantia, & ſplendidis eius alis ad unigenitũ filium, & hæredem hortulani, intelligibilem uitem reducat, & per ipſam patri luminũ adducat. Sed ne incaſſum pulſemus, promptè magis & perſeueranter nõ detrahamus pulſantes: ſic enim nobis aperietur. Si legerimus ſemel aut bis, & non intellexerimus quæ legerimus, nõ improbemus, nõ detraham9, ſed perſeueremus, exercitemus, interrogemus. Interroga, inquit, patrẽ tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi: nõ enim omniũ eſt ſciẽtia. Hauriamus ex huius horti fonte perẽnia & puriſſima fluenta ſalientia in uitã æternã: deliciemur inſatiabiliter, & delectemur: nam gratiam immarceſcibilẽ poſſidet. Si autẽ ab ijs qui foris ſunt, decerpere quippiã utile ualuerimus, nõ aſpernabile eſt. efficiamur probati trapezitæ, legitimũ & purum aurũ aceruãtes, ad ulteratum aũt refutantes. Sumamus ſermones optimos, deos aũt ridiculos, & fabulas alienas, canibus proijciamus. Nam plurimam ex ipſis contra ſeipſos fortitu-

ἐγὼ κτήσασθαι δυνηθέντες. ἰστέον δέ, ὡς εἴκοσι καὶ δύο βίβλοι εἰσὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης κατὰ τὰ στοιχεῖα τῆς ἑβραΐδος φωνῆς. εἰκοσιδύο γὰρ στοιχεῖα ἔχουσιν, ἐξ ὧν πέντε διπλοῦνται, ὡς γίνεσθαι αὐτὰ εἰκοσιεπτά. διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ Χάφ, καὶ τὸ Μέμ, καὶ τὸ Νοῦν, καὶ τὸ Πέ, καὶ τὸ Σαδί. διὸ καὶ αἱ βίβλοι κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον εἰκοσιδύο μὲν ἀριθμοῦνται, εἰκοσιεπτὰ δὲ εὑρίσκονται, διὰ τὸ πέντε ἐξ αὐτῶν διπλοῦσθαι. συνάπτεται γὰρ ἡ Ῥοὺθ τοῖς Κριταῖς, καὶ ἀριθμεῖται παρ' Ἑβραίοις μία βίβλος. ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα τῶν Βασιλειῶν, μία βίβλος. ἡ τρίτη καὶ ἡ τετάρτη τῶν Βασιλειῶν, μία βίβλος. ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα τῶν Παραλειπομένων, μία βίβλος. ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα τοῦ Ἔσδρα, μία βίβλος. οὕτως οὖν σύγκεινται αἱ βίβλοι, ἐν πεντατεύχοις τέτρασι. καὶ μένουσιν ἄλλαι δύο, ὡς εἶναι τὰς ἐνδιαθέτους βίβλους οὕτως. πέντε νομικάς, Γένεσιν, Ἔξοδον, Λευιτικόν, Ἀριθμούς, Δευτερονόμιον. αὕτη πρώτη πεντάτευχος, ἡ καὶ νομοθεσία. εἶτα ἄλλη πεντάτευχος, τὰ καλούμενα γραφεῖα, παρά τισι δὲ ἁγιόγραφα. ἅτινά ἐστιν οὕτως· Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, Κριταί, μετὰ τῆς Ῥούθ. Βασιλειῶν πρώτη μετὰ τῆς δευτέρας, βίβλος μία. ἡ τρίτη μετὰ τῆς τετάρτης, βίβλος μία. καὶ αἱ δύο τῶν Παραλειπομένων, βίβλος μία· αὕτη δευτέρα πεντάτευχος, τρίτη πεντάτευχος, αἱ στιχήρεις βίβλοι, τοῦ Ἰώβ, τὸ Ψαλτήριον, Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς τοῦ αὐτοῦ, τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων τοῦ αὐτοῦ. τετάρτη πεντάτευχος ἡ προφητική· τὸ δωδεκαπρόφητον βίβλος μία, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιήλ, Δανιήλ. εἶτα τοῦ Ἔσδρα αἱ δύο, εἰς μίαν συναπτόμεναι βίβλον. καὶ ἡ Ἐσθήρ. ἡ δὲ Πανάρετος, τουτέστιν ἡ σοφία τοῦ Σολομῶντος, καὶ ἡ σοφία τοῦ Ἰησοῦ, ἣν ὁ πατὴρ μὲν τοῦ Σιρὰχ ἐξέθετο ἑβραϊστί, ἑλληνιστὶ δὲ ἡρμήνευσεν ὁ τούτου μὲν ἔγγονος Ἰησοῦς, τοῦ δὲ Σιρὰχ υἱός, ἐνάρετοι μὲν καὶ καλαὶ, ἀλλ' οὐκ ἀριθμοῦνται, οὐδὲ ἔκειντο ἐν τῇ κιβωτῷ. τῆς δὲ νέας διαθήκης εὐαγγέλια τέσσαρα, τὸ κατὰ Ματθαῖον, τὸ κατὰ Μάρκον, τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ κατὰ Ἰωάννην. πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καθολικαὶ ἐπιστολαὶ ἑπτά. Ἰακὼβ μία, Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία· Παύλου ἀποστόλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες. ἀποκάλυψις Ἰωάννου εὐαγγελιστοῦ. κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος.

fortitudinem habere ualebimus. Et scire operæprecium est, quòd duo & uiginti libri sunt ueteris Testamēti, secūdum elementa Hebraicę uocis: duo enim & uiginti habent elemēta. Ex quibus quinq; duplantur, ut ipsa fiant septē supra uiginti. nā duplex est Chaph & Mem, & Nun, & Phe, & Sade. Et ideo libri qui secundum hunc modum duo & uiginti numerantur, septē & uiginti comperiuntur, propterea quòd quinq; ex ipsis duplantur. Cōnectitur enim Ruth Iudicibus, & numeratur apud Hebræos unus liber. Primus autē & secūdus Regnorū, unus liber: & tertius & quartus, unus liber. Primus & secundus Paralipomenō, unus liber. Primus & secundus Esdræ, unus liber. Sic igitur connibantur libri in quatuor pentateuchis, id est, quinarijs uoluminum, & supersunt alij duo: ut sint dispositi libri hoc pacto, Quinque legales, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: prima pentateuchus, quæ & legis positio. Deinde alia pentateuchus, quæ & scripturæ & Hagiographa, id est, sanctorum scripta dicūtur, quę sunt hoc modo: Iesus Naue, Iudices cum Ruth, Regnorum primus cum secundo liber unus, & tertius & quartus liber unus, & duo Paralipomenō liber unus: hæc secunda pētateuchus. Tertia pentateuchus uersu facti libri, Iob, Psalterium, Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes eius, & Cantica canticorum. Quarta pentateuchus, prophetica, duodecim Prophetarum liber unus, Esaias, Hieremias, Ezechiel, & Daniel. Deinde Esdræ duo in unum connectuntur librum, & Esther. Qui autem omnium uirtutum doctrina referti sunt, hoc est, Sapientia Salomonis & Sapientia Iesu, quam pater Sirach composuit Hebraicè, Græcè interpretatus est nepos Iesu, & filius Sirach: studiosi quidem hi libri, pulchrique & honesti, sed non numerantur in propheticis libris, neq; ponebantur in arca. Noui uerò Testamenti sunt, euālia quatuor, secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem. Actus sanctorū Apostolorum, Lucæ euangelistæ. Catholicæ epistolæ septem, Iacobi una, Petri duæ, Ioannis tres, & Iudæ una. Pauli Apostoli epistolæ quatuordecim. Apocalypsis Ioannis euangelistæ. Canones sanctorum apostolorum, per Clementem.

COMMENTARIVS.

SCripturam sacrã tam ueteris quàm noui Testamenti, credēdam nobis esse & colendam,
singularíq; reuerentia honorandã, in primis ex eo ostendit autor hoc loco, quòd unus &
idem Deus, & ueteris autor Instrumenti & noui, quíq; in utroq; prædicatur, credēdusq;
& honorãdus iubetur: à quo ut totius ueritatis fonte utraq; scriptura emanauit, & tradita ē,
ut per eã ad agnitionē ipsius pleniorē ueniamus. Sanè Manichæi inter cætera suæ impietatis
deliramenta delatrarunt uetus Testamentũ non à Deo esse, sed à principe tenebrarum & ma
lo principio: & nouum duntaxat admittentes Testamentũ, antiquũ repudiarunt. Quorum
hic error maximè eliditur, cum Christus se uenisse ut legem impleret cõtestatur, cum scriptu
ras ueteris Testamēti de se testimoniũ perhibere profitetur, cum deniq; Deus olim patrib. lo
cutus esse multifariam in prophetis asseritur. Quæ quidē Dei locutiones per ꝓphetas, ad ue
teris Testamenti scripturas ꝓrsus attinet. His cõsentanea est & Apostoli sententia ad Rom. 3.
cap. dicentis: Quoniã quidē unus est Deus qui iustificat circumcisionē ex fide, & præputiũ
per fidē. Legē ergo destruimus per fidē? Absit: sed legem statuimus. Et Dominus noster Ioan.
5. cap. ad Iudæos calumniatores ait: Si crederetis Mosi, crederetis forsitã & mihi: de me enim
ille scripsit. Si aũt illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? Et non modò Mo
ses, sed & omnes prophetæ testimoniũ Christo perhibent, ut ait beatus Petrus in Act. apost.
cap. 10. Huic accedit & alia ratio ad comprobandã scripturã, & ueteris Testamenti & noui re-
cipiendam esse: & præcipuè obseruandã, quoniã utraq; per spiritũ sanctũ reuelata est & inspi
rata. Porrò Montinus impij erroris dogmatistes, & insaniæ eius uates Priscilla & Maximilla
asseuerare ausi sunt, prophetas nõ spiritu sancto afflatos oracula sua texuisse sed arreptitios,
& tanq; mente captos ea ꝓtulisse uaticinia, quæ nõ intellexerunt. Verũ horũ uesaniã lõgo an
tè tempore damnauerat beatus Petrus 2. ca. 1. epist. suæ, dicens: Non enim uoluntate humana
allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Et
ad eandem eradicãdã ex agro fidei noxiã herbam, Conciliũ Nicenũ inter cætera protestatur
spiritũ sanctũ per prophetas locutũ esse. Demùm Apollinarius uir eruditissimus (teste Hie-
ronymo in libro de Viris illustrib.) insigne uolumen composuit, quo confutat Montani cũ
suis mulierculis insaniã atq; impudentiã, paracleti nomen sibi ascribentis, & illis tanq; ꝓphe
tissas diuino spiritu se afflasse iactantis. Sed & Historia ecclesiastica, 5. lib. 13. cap. & sequentib.
prædictam damnat Montani hæresim, & suas insanas uates, multa de illis prosequens. Vt au
tem scripturarum sanctarum studium auidius amplectamur, plerisq; sensilibus manuductio
nibus autor studiosius inducit animos nostros. Et in primis exemplo arboris plantatæ secus
defluxum aquarum, & tempore opportuno fructum reddentis. Vbi alludere uidetur ad id
Psalm. 1. de beato uiro præconiũ, Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabi-
tur die ac nocte. Et erit tanq; lignũ quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructũ
suum dabit in tempore suo: & foliũ eius non defluet. Est enim sacræ scripturæ cognitio, uelut
aqua spiritualis, ubertim irrigans animam illius studiosam, fructiferamq; reddens. Est & ci-
bus animæ solidus, quo pascitur fidelis anima, uelut pabulo suæ naturæ accõmodo. nõ enim
in solo pane uiuit homo, sed & in omni uerbo quod ꝓcedit ab ore Dei, ut dictũ est Matthæi
4. cap. Atqui quæcũq; scriptura sancta cõplectitur uerba, ab ore Dei profecta sunt. Ea igitur
spirituale præbent animæ nutrimentũ, & uitã. Quæ em̃ alia (inquit Hieronymus) potest esse
uita sine scientia scripturarũ, per quã Christus agnoscitur, qui est uita credentiũ. At idē quoq;
scripturarũ studiũ nos hortari debet copiosus fructus inde ꝓueniens. Nã uirtutis omnis ex
hortationē, & omnis uitij auersionē, in illis est cõperire. Quid enim aliud uetus nouumq; in
strumentũ, cũ uerbis, cum exemplis molitur, quã ad uirtutem nos hortari, & à uicijs absterrere?
Narrantur siquidē inibi multorũ benefacta, bonaq; opera & habita ex illis præmia, quæ nos
ad illorũ æmulationē feruentius incitent. Referuntur itidē aliorũ scelera, & illis inflictæ ab ul
trice Dei dextra punitiones, ut cum fermè nunq; uitia memorentur, sine ultione diuina dein
de immissa, reuocemur diuinorũ iudiciorũ timore à malorũ perpetratione. Et planè quēad-
modũ dicit Cassiodorus in Psalmorũ expositione, sicut fœcundissimus ager odoriferas her-
bas saluti nostræ ꝓducit accõmodas: sic lectio diuina, cũ per singula uerba requiritur, semper
illic cura sauciæ mētis reperitur. Quòd si quis percontetur, quónã pacto scripturarũ agnitio
nem consequi possimus, rectè autor in litera respondet, diligentia & labore & indultoris Dei
gratia. Nēpe ut corporale lumē oculis hauriatur corporeis, necessaria est palpebrarũ apertio,
oculíq; detectio, & insuper à sole luminis infusio: quorũ neutrũ per seipsum sufficiēs est, utrũq;
aũt alterius auxilio eget. Ita sanè si claritas intelligentiæ sacræ scripturæ oculo mentis nostræ
sit irradiatura, opus est labore in primis ad detergēdã ignorantiæ caliginem atq; tenebras. In
super & diuinæ gratiæ radio indigemus, qui infulgeat illi oculo animæ ab alto, eumq; spiri-
tuali nouoq; splendore illustret, ne in nocte ignorantiæ cæcutiat. Quòd si horũ alterũ desit, ne
quicq; agnitionē sacrarũ literarũ nobis speramus. Deinde multiplici allegoria cõmendans
scripturarũ scientiã, & ad illam capessendã exhortans, ipsam horto amœnissimo comparat &
dulcissimis referto floribus, ubi cuiusq; generis auiũ cantus cum summa modulatione audi-
tur. Sic planè in spirantissimo scripturarum horto, intellectuales sunt aues prophetæ, Psal-
morum

morum cantores, euangelistæ, apostoli, & cæteri, qui libros sacræ paginæ ediderunt. Et quoniã terrena perosi contemplationis alis ad cœlestia subuecti sunt, euolarũtq́ animo in sublime cœli: rectè auiũ nomine hic per metaphorã nuncupantur. Horũ cantus sunt diuinæ sententiæ, cordis nostri auribus dulciter insonantes, inuitantes ad dei laudem, pulchræ uirtutis usum, uitiorũ odium. Et hoc pacto cætera literæ uerba metaphorico sensu cõtexta, ad rei ppositæ materiã sunt applicanda. Quòd aũt dicit ibidem, ut hortus scripturarũ nos ascendere faciat ad dorsa diuinæ columbæ, instar auri rutilantia: non incõcinnè illud ex Psalmo 67. desumptum uidetur, ubi dicitur: Si dormiatis inter medios cleros, pẽnæ colũbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Vbi per diuinã columbã nõ absurdè intelligere possumus Dei cõtemplationẽ & iugẽ meditationẽ, quã ex sacra scriptura percipimus. Siquidẽ pennis colũba in aera subuehitur, & fellis amaritudine carẽs, simplicitate cõspicua auis est. Et mẽs quoque sacris literis imbuta, omni exuta duplicitate & amarore cordis, tota in Deũ erigitur, subnixa alis ex sacræ scripturæ studio cõparatis. quales ppheta sibi dari expetiuit, cũ Psalmo 54. dicit: Quis dabit mihi pennas sicut colũbæ, & uolabo & requiescã? Huiusce quidem contemplationis exordia, sicut argentum radiãt, diuinorũ eloquiorũ nitore candentia. Posteriora uerò eius, aut quæ in hac uita post diutinã exercitationem à consummatis habentur, aut uerius quæ in altera uita à beatis reuelata iam facie Deum contemplantib. percipiuntur, instar auri rutilant, qd' quanto aurũ argento præstantius: tanto hæc posteriora priorib. sunt altiora. Deinde in metaphorica locutione prius cœpta persistens autor, unigenitum Dei filium hæredẽ hortulani & intelligibilem uitem nuncupat. Nam secundum scripturæ sententiam, hortulanus spiritualis est pater cœlestis. & ille paterfamilias qui plantauit uineam scilicet sanctã ecclesiam pretioso filij sui sanguine rigatam: muniuitq́ eam cœlestiũ spirituũ custodia & diuinorum mandatorũ sepib. Hæres uerò hortulani est patris æterni filius, post prophetas missos & occisos, cũ ex uinea synagogæ fructum quærerẽt, tandem à patre missus. Quem uidentes cultores uineæ, dixerunt intra se: Hic est hæres: uenite, occidamus eum, eiectumq́ extra uineã occiderunt, cũ eductũ porta urbis Solymæ Dominum nostrũ cõtumeliosa morte affecerunt: quemadmodũ 22. cap. Matthæus meminit. Idem quoq; Dei filius, intelligibilis est uitis: quemadmodũ de se Ioan. 15. cap. attestatur: Ego (inquit) sum uitis uera: & pater meus agricola est. Omnẽ palmitẽ in me nõ ferentẽ fructũ, tollet eũ. & omnẽ qui fert fructũ, purgabit eũ, ut fructũ plus afferat. Et reliqua quæ in eandem sententiã deinde subnectũtur. Neq; solũ nobis elaborandũ est, ut ex sacræ scripturæ pagina quæ uera sunt & recta desumamus: sed & ijs qui foris sunt, quicq; utile decerpamus. Foris quidem esse dicũtur autores, qui ueræ fidei expertes, seculares literas tradiderũt, humanasq́ disciplinas conscripserunt. Quales poetæ, oratores, historici, philosophi, geometræ, astronomi, & cæteri id genus, rerum inferiorum naturã perscrutantes. A' quibus si quippiã desumere possumus, à bonis moribus & ueritate nõ abhorrẽs, idipsum amplecti debemus. Quinimò teste Augustino, sicut populus Israeliticus ab Aegyptijs cõmodauit uasa argentea & aurea, suoq́ usui uendicauit, iubente Domino: ita à secularis literaturæ hominib. benedicta tanq; ab iniustis possessorib accipere, fideiq́ pietati accommodare debemus. Et Deuteronomij 21 cap. Domini uoce præceptum est, mulieris captiuæ (cuius forma cordi est) radendũ caput, supercilia, omnes pilos, & ungues corporis amputandos, & sic demũ esse ducendam uxorem, coniugioq́ sociandam. haud aliter ut captiua ab hominibus seculi ueritas assumatur à nobis in usum, resecanda sunt superflua omnia, atq; à fidei nostræ sinceritate aliena: & ita demũ purgata, atq; defecata, ueritas nostro instituto est adaptanda. Quemadmodum diffusius ostendit Hieronymus in epistola ad magnum orbis Romæ oratorem, reddens causam, cur in suis operibus secularium interdum ponat exempla: comprobans ibidem, & beatum Paulum nonnunquam suis scriptis eorum qui foris sunt testimonia inseruisse. Verùm hac in re apium more rectè dijudicare debemus, & dulcium abamaris, suaueq; olentium ab ijs quæ teri sunt odoris, discerniculũ facere, ut hæc refugiamus, illa uerò studiosius amplectamur. Attamen deos gentilium & fabulas ridiculas de ipsis confictas sacris sermonib. nunq; debemus inserere, ne commisceamus prophana sanctis, aut mẽdacium ueritati. Sunt enim illa poetarum commenta in dæmoniorum præconiũ decantata, prorsus indigna, quæ in tractandis sacris eloquijs locum obtineant, aut permisceantur. Quinimò debemus potius illa fictitia deliramenta tanq; spicula in suos retorquere autores, & ex illis argumentum sumere falsitatis & uesaniæ suarum superstitionum, unde cõfutentur ipsorum mendatia. Validis procul dubio nititur priuilegijs, qui causam suã de aduersarij asserit instrumentis. Speciosa siquidem uictoria est (ut inquit Hieronymus) contrariã partẽ chartulis suis ueluti pprijs laqueis irretire, & testimoniorũ suorũ uocib confutare, æmulũq; suis telis euincere, ut oppugnatoris tui argumenta tuis probentur utilitatibus militare. Ex pprijs aũt gentilium dictis quæ de dijs suis canunt, maximi roboris sumitur argumentũ contra ipsos ad improbandam eorum uanitatem. Cum enim de suo Ioue stupra scribant & adulteria, quæ humana lex rectæ rationi innitens in republica bene instituta prohibet, quid aliud colligere possumus, nisi ipsum nihil habere diuini numinis, sed flagitiosissimũ fuisse nebulonẽ? Cum itidẽ Mercurij recitant furta, technas, & dolos, Iunonis iniquæ irã in Troianos, inter se

pugnantes

pugnantes deos,& hos Troianis,illos Græcis fauentes,quis nisi mentis inops credat deorũ habere numẽ?cum huiusmodi mores ne inter homines quidem bene institutos admittãtur. Porrò qui et quot libri scripturæ sacræ paginam complent,deinde digesto ordine recenset autor,illos sumi cõprobans secundum numerum literarum Hebraicarum. Quod quidẽ & Hieronymus astruit in prologo libris Regum præfixo,dicens:Quomodo uiginti duo elemẽta sunt,per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur,& eorum initijs uox humana cõprehẽditur:ita uiginti duo uolumina supputãtur quibus quasi literis & exordijs in Dei doctrina,tenera adhuc & lactens uiri iusti eruditur infantia. Porrò quinq; literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph,Mem,Nun,Phe,Sade. Aliter em̃ scribuntur per has principia mediatesq; uerborũ,aliter fines. Vnde & à plerisq; libri duplices æstimantur, quemadmodũ latius in eodem loco prosequitur,librorum omniũ ueteris Testamenti determinationem constringens. At uerò in enumerandis libris hoc loco,cẽsentur primus & secũdus Esdræ,unus liber. Nam tertius & quartus Esdræ libri,apocryphi sunt, nec in sacrorũ librorum canonem recepti, nec autoritate Hebræorum cõprobati: ut dicit Hieronymus in prologo Esdræ hoc pacto: Nec quẽquam moueat,quod à nobis unus liber æditus est:nec apocryphorũ tertij & quarti libri somnijs delectetur:quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæq; sermones in unũ uolumen coarctantur. Rursum cum nominantur ab autore in litera præcipui prophetæ, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel:sub Hieremia non modò eius ꝓphetia cõpræhenditur,sed & Threni,id est lamẽtationes eius,quibus urbis Solymæ deplorauit excidium:& Baruch, qui cũ scriba esset Hieremiæ,ex eius quasi ore suũ uidetur librum deprompsisse. Cum uerò deinde in litera nominatur Sapiẽtia Salomonis,& Sapiẽtia Iesu,inter libros uirtutũ doctrina refertos: Sapiẽtia Salomonis ibi intelligitur liber Sapientiæ à Salomone cõpositus,nõ à Philone, ut quidã falsò autumãt: cum neq; rex,neq; iudex,neq; templi Dei extructor fuerit Philo Iudæus,qualem se autor libri Sapientiæ, nono illius libri capite à Deo esse delectum profitetur. Ad hæc, quomodo supradictus liber Sapientiæ inter ueteris instrumẽti libros annumeratur,si à Philone Iudæo (ut aiũt) cõpositus est?qui tẽpore Gaij itidẽ & Claudij Cæsarum pro Iudæis legationem ad ipsos obiuisse scribitur,coruscante iam Euãgelij luce,& in totum orbem suos diffundente beneficos radios:cum uerisimile uideatur,antiquæ legis libros omnes, tempore prioris illius status synagogæ,& ante exordium Euãgelicæ legis fuisse cõpositos. Rursum secũdo prædicti libri capite,spiritu(ut literæ cõtextus ostendit)prophetico,describũtur impij conatus Iudæorum,machinamẽta Scribarum & Pharisæorum in Christũ Dei uirtutẽ & sapientiam,quæ in alijs locis,in Psalmis & Euangelijs,eodem dictante spiritu sancto,& eadẽ ferè uerborum serie referuntur. Circumueniamus (inquiunt) iustũ:quoniã inutilis est nobis,& contrarius est operib. nostris,& improperat nobis peccata legis,& diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiã Dei habere,& filium Dei se nominat,& gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo,si sermones illius ueri sunt,& tẽtemus quæ uẽtura sunt illi, & sciemus quæ erũt nouissima illius. Si em̃ est uerus filius Dei,suscipiet illum, & liberabit illum de manib. cõtrariorũ. Et reliqua,quæ de passione Domini & morte ignominiosa ipsi iusto,& qui factus est nobis iustitia & redemptio,inferenda ibidem referuntur. Ad hæc omnia passionis Christi mysteria,tempora Philonis erant completa,uel ante ipsius tempora. Quomodo igitur ab eo describerẽtur,tanq; adhuc futura atq; cõplenda? Huc accedit, quòd huiusce libri (de quo fit sermo)autor in loco supradicto detestatur impiorũ Iudæorũ in ipsum iustum inuidiã, æmulationẽ & zelum,execraturq; grauem ipsorum malitiã ac impietatem. Id aũt Philonem nequaq; fecisse,facilè cõiectare licet:ut qui suo tempore inter Iudæos honoratus admodũ erat,& celeberrimus habebatur,in lege ipsorũ cõuersatus semp,& Christianæ legis expers. Quare tam apertè recentẽ patrũ suorũ nequitiã scriptis mãdasse minimè credendus est:ꝓ qđ suorum cõtribulium,quorum sectabatur traditionem et uitã,incurrisse odium. Præterea beatus pater Dionysius ex supradicto Sapientiæ libro citat testimoniũ in prima parte quarti capitis libri de Diuinis nominibus,dicens:Et in primis scripturarum institutionibus quendã de diuina sapientia dixisse cõperies. Amator factus sum formæ illius:qđ ex octauo Sapientiæ capite sumptũ est. Atqui fecisset admodũ difficilè, librũ illum, si à Philone fuisset cõpositus,adeò iam fuisse diuulgatũ,ut ad manus sancti patris Dionysij, illi synchroni atq; cõtemporanei,tum peruenisset. Quòd si dicas etiã Dionysium potuisse,cũm hæc diceret,uidisse Philonis libros iã recẽs editos:sciscitari uelim,quomodo ergo beatus pater uocat librũ illũ primas literarũ institutiones,atq; præintroductiones,si tũ primũ fuerit in lucẽ prolatus?cum hæc uerba planè significent librũ illũ antiquiorẽ fuisse,quàm fuerint tẽpora Philonis. Deniq; in nono Sapiẽtiæ capite describitur autor illius libri) quisquis tandem is fuerit) orasse Dominũ pro impetrãda sapiẽtia,ad rectè gubernandũ populũ,& acceptũ à patrib. suis regnũ. Atqui tertij libri Regũ tertio capite rex Salomõ idem sapientiæ donũ à Deo postulasse legitur,cum apparuit illi Dominus per somniũ nocte,dicẽs: Postula quod uis,ut dem tibi:& inter cætera respõdit Salamõ petens à Deo:Dabis ergo seruo tuo cor docile,ut populũ tuum iudicare possit,& discernere inter bonũ & malũ. Hæc igitur petitionis & postulationis sapientiæ in utroq; loco cõscriptæ conformitas,argumẽto est,Salomonẽ fuisse libri Sapientiæ auto-

tiæ autorem, quod & cum Damasceno hoc in loco sine hæsitatione sentiendũ est. Ad qđ ꝗ il lud non leuem affert ꝓbationem ac autoritatem, quòd qui libros Philonis Hebræi recēsent, & ab eo cõpositos, ut beatus Hieron. in libro de Viris illustribus, & Eusebius Cæsariensis in Ecclesiastica historia libro secundo cap. 18. librũ Sapientiæ inter illius libros nõ cõnumerāt: qđ utiq; fecissent, si ꝑsuasum habuissent, illũ à Philone fuisse cõpositum. Dignus enim est, q inter cæteros exprimeretur. Sapientia uerò Iesu, liber est Ecclesiasticus, optimis humanæ uitæ institutis refertus, à Iesu patre Sirach Hebraicè cõscriptus, & à nepote suo in linguã Græcam traductus, ut ostēdit ꝓlogus Ecclesiastico præpositus. Et nõ modò hi duo libri non numerati sunt in canone sacrorũ librorũ: sed etiã Tobias, Iudit, & libri machabæorũ, à numero canonicorũ uoluminũ ueteris instrumenti sunt exclusi: quēadmodum in prologo librorũ Salomonis testatur Hieronymus: Siut (inquit) Iudith & Thobiæ, & Machabæorũ libros legit quidē eos ecclesia, sed inter Canonicas scripturas nõ recipit: sic & hæc duo uolumina (Sapientiam inq; Salomonis, & Ecclesiasticũ) legit ad ædificationē plebis, non ad autoritatē Ecclesiasticorũ dogmatum cõfirmandã. Vnde effectum est, quòd hi duo libri, Sapiētia Salomonis & Ecclesiasticus, similiter & cæteri tres illis aunumerati non ponebantur in arca. Sanè in arca ueteris Testamēti, cum uirga Aaron, urna cõtinente mãna & præceptis decalogi, apud Hebræos etiã ponebãtur libri approbati & canonici antiquæ legis, tanq; in promptuario atq; recõditorio. Et cum in captiuitate Babylonica eorũ primaria arca fuerit deperdita, alterã ad prioris formã ac speciē instaurarunt, in qua sacros itidē libros recondiderunt. Itaq; liber Sapientiæ & Ecclesiasticus, quòd minoris haberētur authoritatis & ponderis q̃ illi duo & uiginti libri ueteris instrumēti in litera explicati, non ponebãtur in arca, sed duntaxat canonici libri in ea secretius claudebantur. Postremũ post libros noui Testamēti numerat etiã autor canones sanctorũ Apost. ꝑ Clementē. Quos qdem canones, regulasq; Apostolorũ ad ecclesię institutiones traditas, in sui exordio habuit ecclesia per Clementē collectas, ut meminit liber Decretorũ distinct. 16. cap: Apostolorũ, cũ dicit: Apostolorũ canones, q ꝑ Clementē põtificē Romanum (sicut quidē asserunt) dicũtur esse trãslati, sunt quinquaginta. Et in sequentib. eiusdē distinctionis capitib. latior de ipsis fit mētio. Nũc tamē temporũ iniuria, & malignitate illis caremus: quas nihilominus tã sanctas traditiones atq; sanctiones noscere, multũ rectæ gubernationi ecclesiæ (ut cõiectare facile est) cõduceret. Eas Epiphanius Cassiodori efflagitatione latinas fecisse memoratur. de quib. sic scribit Isiodorus: Propter eorũ autoritatē cæteris côciliis preponimus canones q dicũtur esse Apostolorũ, licet qbusdã Apocryphi dicãtur quoniã plures, eos recipiũt, & sancti patres eorũ sententiã synodali autoritate roborauerunt, & inter canonicas posuerunt cõstitutiones. Porrò diuisio librorũ totius sacræ scripturæ, à Damasceno in hoc capite posita, hac forma oculis subiecta potest facilè cõstringi ac cõprehēdi, cui subiungitur deinde altera eorundē librorũ partitio uulgata, & secundũ aliã rationem sumpta.

Libri ueteris testamenti.
1 Prima Pentateuchus
Libri legales.
Genesis.
Exodus.
Leuiticus.
Numeri.
Detetonomium.
2 Secundus pentateuchus.
Hagiographa.
Iosue.
Iudicum & Ruth.
Regum primus & secundus.
Regum tertius & quartus.
Paralipomenõ primus & secũdus.
3 Tertia pentateuchus.
Libri uersu compositi.
Iob.
Psalterium.
Prouerbia.
Ecclesiastes.
Cantica.
4 Quarta pentateuchus.
Libri prophetici.
Esaias.
Hieremias.
Ezechiel.
Daniel.
Duodecim prophetæ.
5 Residui.
Esdræ primus & secundus.
Hester.
6 Additītij.
Sapientia.
Ecclesiasticus.
Thobias.
Iudith.
Machabæorum primus & secundus.

Libri noui Testamenti.
1 Euangelia quatuor.
Matthæus.
Marcus.
Lucas.
Ioannes.
2 Actus Apostolorum.
3 Epistolæ catholicæ 7.
Iacobi, una.
Petri, duæ.
Iohannis, tres.
Iudæ, una.
4 Epistolæ Pauli 14.
5 Apocalypsis Ioannis.
Canones Apostolorum.

Diuisio librorum sacræ. Scripturæ uulgata.
1 Libri ueteris testamenti.
Legales.
Genesis.
Exodus.
Leuiticus.
Numeri.
Deuteronomium.
2 Historiales.
Iosue.
Iudicum.
Ruth.
Regum quatuor.
Paralipomenon duo.
Esdræ quatuor.
Thobiæ.
Iudith.
Hester.
Iob.
Machabæorum duo.
3 Morales
Prouerbiorum.
Ecclesiastes.
Cantica.
Sapientia.
Ecclesiasticus.
4 Prophetales.

Psalterium

Psalterium.
Esaias.
Hieremias, & Threni.
Baruch.
Ezechiel.
Daniel.
Osee.
Iohel.
Amos.
Abdias.
Ionas.
Micheas.
Naum.
Abacuc.
Sophonias.
Aggeus.
Zacharias.
Malachias.

Libri Noui Testamenti.

1 Legales, qui & Euangelia.
Matthæus.
Marcus.
Lucas.
Ioannes.

2 Historiales.
Actus Apostolorum.

3 Morales, qui & Epistolæ.
Pauli ad Romanos.
Corinthios, duæ.
Galatas.
Ephesios.
Philippenses.
Colossenses.
Thessalonicenses, duæ.
Timotheum, duæ.
Titum.
Philemonem.
Hebræos.

Epistolæ Catholicæ.
Iacobi.
Petri, duæ.
Ioannis, tres.
Iudæ.

4 Prophetales.
Apocalypsis Ioannis.

Cæterum & id annotare hic nō fuerit superuacuū, quod septem illæ epistolæ sanctorū quatuor Apostolorū Iacobi, Petri, Ioānis & Iudæ, recto & apto nomine nūcupantur Catholicæ, id est uniuersales, quod non scribantur ad aliquam particularē ecclesiā aut singularē hominē, queādmodū epist. beati Pauli: sed indifferēter & promiscuè ad totū credentiū in Christū cœtum, uniuersam'q; Christianorum congregationem, excepta secunda & tertia epistola Ioannis. Scriptorum aūt imperitia factū est (ut nōnulli uiri eruditissimi cōiectant) qđ cōmutatis aliquib. mediarū syllabarum literis, pro Catholicis uulgo Canonicæ dicatur epistolæ: cū nō Canonicæ, sed Catholicæ sint appellādæ. Neq; illud hic prætereundū cēsemus, non esse reuocandum in dubium (queādmodū nonnulli ante actis temporib. factitarūt) sit'ne epistola quę ad Hebræos inscribitur, à beato Paulo cōposita, aut alio quouis autore, ut sancto Clemente, Luca, aut Tertulliano: sed indubitatò sentiendū est, & asserendū, illā esse beati Pauli epistolā, inprimis diuinā & dignissimam. Primò quidem, quoniam in sacrosancta synodo Nicena, ecclesia uniuersalis eam recepit, tanquā ab Apostolo Paulo scriptā: ipsam'q; talem haberi debere sanxit atq; decreuit: quare nullus post hanc definitionē publicam relinquitur ambiguitati locus. Secundò, quia beatissimus pater Dionysius à Paulo diuinis mysterijs sacræ fidei institutus, in Operibus suis citat testimonium ex illa epistola, tanquam à suo (ut uocat) præceptore, duce'q; ac institutore composita: quod utiq; compertum satis et exploratum, ut oculatus testis, habere potuit. Tertiò, beatus Ioānes Chrysostomus in Homelijs suis supradictā exponentibus epistolā, affirmat eandē esse Romę à beato Paulo scriptā. Nō igitur temerè tāti uiri autoritati est refragandū, aut reclamandum. Quartò, in calce huius epistolæ dicitur ipsa missa fuisse ad Hebræos quibus scribebatur, ꝑ Timotheum Pauli discipulum, & spiritualem in Christo filium: quod nō leue præstat argumentum, eam à Paulo fuisse scriptā, qui familiaritatem & consuetudinem habebat cū Timotheo deferendā, ut cum quo nō tantam habuisset in ecclesiarum ædificatione societatē. Postremò id cōuincit ardentissimus ille zelus & feruor, quo totus flagrabat animus Pauli ad conuersionē Hebræorum ad fidei ueritatē: quē ad Romanos scribens apertè indicat, cum dicit: Optabā anathema esse ꝑ fratribus meis, qui sunt cognati mei. ex q̄bus est Christus secundū carnē. & rursum ad eosdē alio loco: Quandiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meū honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, id est Iudæos, & saluos faciam aliquos ex illis. Itaq; diuino illo igni agitatus, succensus & inflāmatus Paulus, epistolā ad Hebræos scripsit: qua ꝑsuaderet eis, deposita uetustate legis, iā noua euangelicæ gratiæ sacramenta multo augustiora, digniora'q; mundo indulta esse. Cōsimiliter id firmiter tenendū est, Apocalypsin ipsam esse beati Ioānis Apostoli & Euāgelistæ: neq; trahendū in dubiū, an sit alterius cuiusdā Ioānis presbyteri, cuius sepulchrū etiā uisitur apud Ephesum, ut refert Historia ecclasiastica lib. 3. ca. 31. Nēpe qui Apocalypsin scripsit, dicit in primo illius ca. se cū eā à Deo haberet reuelationē, fuisse in insula Pathmos, ꝓpter uerbū Dei, & testimoniū Iesu, Idipsum aūt de nullo legimus sanctorū uirorum illius tēporis, q̄ de beato Ioāne Apostolo & euāgelista, dilecto Christi discipulo qui ꝓpter insuperabilē euāgelisandi cōstantiā à Domitiano Cæsare in Pathmos insulam relegatus diuinæ uisionis & allocutionis meruit crebra cōsolatiōe reuelari, ut catholica de ipso cōcinit ecclesia. Quinimo ad ipsum beatū Ioannē ibidē in exilio degentē, sacratissimus pater Dionysius epistolā cōscripsit: qua significauit, eundē ab exilio (ut diuina reuelatione acceperat) ad ecclesiā suā Ephesinā cum tranquillitate reuersurū. Insup in tertia parte tertij capitis libri de Ecclesiastica hierarchia, Dionysius ponēs partitionē scripturæ sanctæ ꝑ ea quæ in libris cùm ueteris, tū noui Testamenti pertractantur, in adiectis scholijs dilucidè explicatā, dicit: Siue arcanam illā ac mysticam omnino uisionem dilecti discipuli, diuinā'q; Domini Iesu & altissimam theologiā, eis qui dij fieri merentur exponit, eos'q; ꝑ mysteria sacra & diuina sustollit atq; cōfirmat. Vbi per arcanam illam & mysticam uisionem, intelligit Dionysius eo loco sanctam

Apocalypsin, quã aperte testatur his uerbis esse Ioãnis Apostoli & Euãgelistæ: quare & illud sine controuersia sentiendum est, & asserendum. Neq; ratio illa militat quã inducũt aliqui ad ostendendũ qđ eius non sit Apocalypsis, quia nomen suũ exprimit autor in primo illius lib. cap. qđ neq; in Euangelio, neq; epistolis suis Ioannes fecit: quoniam in diuersis operib. suis autores diuerso uti possunt scribendi genere, neq; semper in omnib. eadẽ obseruant. Hic aũt ob maiorẽ certificationẽ nomen suum expressit, ob quod potius debet credi esse eius opus, q̃ si illud nõ expressisset. Sicut & epistolæ Pauli, quæ nomen eius in fronte præferunt, non dubitantur esse ipsius. Ea aũt q̃ ad Hebræos est, quia Pauli nomen nõ habet in capite prænotatũ, dubitata est à multis esse illius. Veruntamen ob hoc, irrationabilis est illa dubitatio.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΧΡΙΣΤΟΥ λεγομένων. ιθ'.

Τῶν περὶ Χριστοῦ λεγομένων τρόποι γενικοί εἰσι τέσσαρες. τὰ μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἁρμόσει αὐτῷ, τὰ δὲ ἐν τῇ ἑνώσει, τὰ δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὰ δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. καὶ τῶν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόποι εἰσὶν ἕξ. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν, τὸ συναφὲς τῆς φύσεως, καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα ὁμοούσιον δηλοῖ· ὡς τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. καὶ τὸ, ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα. καὶ τὸ, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων. καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ δὲ τὸ τέλειον τῆς ὑποστάσεως· ὡς τὸ, υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. καὶ τὸ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος. καὶ τὰ ὅμοια. τὰ δὲ τὴν ἐν ἀλλήλαις τῶν ὑποστάσεων περιχώρησιν· ὡς τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ τὴν ἀνεκφοίτητον ἵδρυσιν· ὡς λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις, καὶ ἀπαύγασμα. ὅ τε γὰρ λόγος ἐν τῷ νῷ (λόγον δέ φημι τὸν οὐσιώδη.) καὶ ἡ σοφία ὁμοίως, καὶ ἐν τῷ δυναμένῳ ἡ δύναμις, καὶ ἐν τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα, ἀνεκφοιτήτως ἵδρυνται, ἐξ αὐτῶν πηγαζόμενα. τὰ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου τοῦ πατρός· ὡς τὸ, ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν. ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἔχει τό τε εἶναι, καὶ πάντα ὅσα ἔχει, τὸ μὲν εἶναι γεννητῶς, καὶ οὐ δημιουργικῶς· ὡς τὸ, ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα. πάντα δὲ ὅσα ἔχει, οὐ μεταδοτικῶς, οὔτε διδακτικῶς, ἀλλ' ὡς ἐξ αἰτίου· ὡς τὸ, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα οὕτως ποιοῦντα. εἰ μὴ γὰρ ὁ πατήρ ἐστιν, οὐδὲ ὁ υἱός. ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ ὁ υἱός, καὶ ἐν τῷ πατρί, καὶ ἅμα τῷ πατρί, καὶ οὐ μετὰ τὸν πατέρα. ὁμοίως καὶ ἃ ποιεῖ, ἐξ αὐτοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ. μία γὰρ καὶ ἡ αὐτή, οὐχ ὁμοία, ἀλλ' ἡ αὐτὴ τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος θέλησις, ἐνέργειά τε καὶ δύναμις. τὰ δὲ ὡς τῆς πατρικῆς εὐδοκίας διὰ τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας πληρούμενα, οὐχ ὡς δι' ὀργάνου ἢ δούλου, ἀλλ' ὡς διὰ οὐσιώδους καὶ ἐνυποστάτου αὐτοῦ λόγου, καὶ σοφίας, καὶ δυνάμεως,

DE IIS QVAE DE CHRISTO dicuntur. Cap. XIX.

Eorum quę de Christo dicunt, modi generales sunt quatuor. Nam quædam cõpetunt ipsi ante incarnationem, quędã in ipsa unione, quædã post unionem, & quædam post resurrectionem. Et eorum quæ ante incarnationem, modi sunt sex. Nam quædam eorum, conuenientiam naturæ & ad patrem consubstantialem ostendũt: ut illud, Ego & pater unũ sumus. &, Qui uidet me, uidet & patrem. &, Qui cum in forma Dei esset. & id genus talia. Quædã perfectionem hypostaseos: ut illud, Filius Dei & character substãtiæ eius. & illud, Magni cõsilij angelus, admirabilis consiliarius. & similia. Quædam immansionẽ hypostaseon in inuicẽ: ut hoc, Ego in patre et pater in me. Quædam immobilem statum, ut uerbum, sapiẽtia, uirtus, & splẽdor: nã uerbum in mente (uerbum dico substantiale) & sapientia similiter et in potente uirtus, & in luce splendor, indemobiliter stabiliuntur, ex illis fontaliter emanantia. Quædã ut ex causa patre: ut, Pater meus maior me est. nam ex ipso habet esse, & omnia quæcunq; habet, esse quidẽ generatiuè, & non cõditoriè: ut & hoc, Ego ex patre exiui, & uenio, & ego uiuo propter patrem. Omnia autem quæcunq; habet, neq; participatiuè, neque ut ex præceptore, sed ut ex causa habet, ut illud: Et non potest filius à seipso quicquam facere, nisi quod uiderit patrem facientem: nam nisi pater est, non est filius: ex patre enim filius, & in patre, simul cum patre, & non post patrem. Similiter & quæ facit, ab ipso & cum ipso facit: nam una & eadem, non similis, sed eadem patris, & filij, & spiritus sancti uoluntas, actioq; atque uirtus. Quędam, ut beneplaciti paterni per ipsius operationẽ impleti, non ueluti per instrumentum aut seruum, sed ut per substantiale & hypostaticum eius uerbum, & sapientiam & uirtutem,

propterea

διὰ τὸ μίαν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ θεωρεῖσθαι κίνησιν. ὡς τὸ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ τὸ, ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς. καὶ τὸ, ἵνα γνῶσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. τὰ δὲ προφητικῶς, καὶ τούτων, τὰ μὲν ὡς μέλλοντα· οἷον, ἐμφανῶς ἥξει. καὶ τὸ τοῦ Ζαχαρίου, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι. καὶ τὸ ὑπὸ Μιχαίου εἰρημένον, ἰδοὺ κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ καταβήσεται καὶ ἐπιβήσεται ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς. τὰ δὲ, τὰ μέλλοντα ὡς παρῳχηκότα. ὡς τὸ, οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. καὶ τὸ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. καὶ τὸ, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ μὲν οὖν πρὸ τῆς ἑνώσεως καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπ' αὐτῷ λεχθήσεται. τὰ δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν πρὸ τῆς ἑνώσεως οὐδαμῶς, εἰ μή τι γε προφητικῶς, ὡς ἔφημεν. τῶν δὲ ἐν τῇ ἑνώσει τρόποι εἰσὶ τρεῖς. ὅτε μὲν γὰρ ἐκ τοῦ κρείττονος τὸν λόγον ποιούμεθα, θέωσιν τῆς σαρκὸς καὶ λόγωσιν, καὶ ὑπερύψωσιν λέγομεν. καὶ τὰ τοιαῦτα, τὸν προσγινόμενον τῇ σαρκὶ πλοῦτον, ἐκ τῆς πρὸς τὸν ὕψιστον θεὸν λόγον ἑνώσεώς τε καὶ συμφυΐας ἐμφαίνοντες. ὅτε δὲ ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος, σάρκωσιν τοῦ θεοῦ λόγου, ἐνανθρώπησιν, κένωσιν, πτωχείαν, ταπείνωσιν, φαμέν. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἀνθρώπινον κράσεως ἐπιλέγεται τῷ λόγῳ τε καὶ θεῷ. ὅταν δὲ ἐξ ἀμφοῖν ἅμα, ἕνωσιν, κοινωνίαν, χρίσιν, συμφυΐαν, συμμόρφωσιν, καὶ τὰ τοιαῦτα φάσκομεν. διὰ τοῦτον οὖν τὸν τρίτον τρόπον, οἱ προλελεγμένοι δύο τρόποι λέγονται. διὰ γὰρ τῆς ἑνώσεως δηλοῦται, τί ἔχει ἑκάτερον ἐκ τῆς τοῦ συνυφεστῶτος αὐτῷ ἁρμονίας καὶ περιχωρήσεως. διὰ γὰρ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἡ σὰρξ τεθεῶσθαι λέγεται, καὶ θεὸς γενέσθαι καὶ ὁμόθεος τῷ λόγῳ, καὶ ὁ θεὸς λόγος σαρκωθῆναι καὶ ἄνθρωπος γενέσθαι, καὶ κτίσμα λέγεσθαι, καὶ ἔσχατος καλεῖσθαι, οὐχ ὡς τῶν δύο φύσεων μεταβληθεισῶν εἰς μίαν φύσιν σύνθετον (ἀδύνατον γὰρ ἐν μιᾷ φύσει ἅμα τὰ ἐναντία φυσικὰ γενέσθαι) ἀλλ' ὡς τῶν δύο φύσεων καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεισῶν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλας περιχώρησιν ἀσύγχυτον, καὶ ἀμετάβλητον ἐχουσῶν. ἡ δὲ περιχώρησις οὐκ ἐκ τῆς σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς θεότητος γέγονεν. ἀμήχανον γὰρ τὴν σάρκα περιχωρῆσαι διὰ

propterea quòd in patre & filio una cõtemplatur motio. Vt, Omnia per ipſum facta ſunt. Et, Quòd miſit uerbũ ſuum, & ſanauit eos. Et, Vt cognoſcãt, quoniam tu me miſiſti. Quædam prophetice, & horum hęc quidem ut futura: ut, Manifeſtè ueniet. & id Zachariç, Ecce rex tuus ueniet tibi. Et quod à Michea dicit̃, Ecce Dominus procedet de loco ſuo, & deſcendet: & ambulabit ſuper excelſa terræ. Hæc futura, ut præterita: ut, Ipſe Deus noſter poſt hæc in terra uiſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. Et, Dominus creauit me initiũ uiarum ſuarũ in opera eius. Et, Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo letitię præ conſortibus tuis. & huiuſmodi. Quę igitur ante unionem, & poſt unionem dicentur: quæ uerò poſt unionem, ante unionem nequaquam, niſi fortè quippiam propheticè, ceu diximus. Eorum autem quæ in unione, modi ſunt tres. Nam quandoque ex meliori ſermonem facimus, & deificationem carnis, & uerbifactionem, & ſuperexaltationem dicimus, & id genus: carni diuinitas aggenitas ex unione, & cognatione ad altiſſimũ Deum uerbum inſinuantes. Quandoque ex inferiore, incarnationem Dei uerbi, humanationẽ, exinanitionẽ, pauperiẽ, & humiliationem dicimus: hæc enim & ſimilia, ex mixtione ad humanitatẽ dicuntur de uerbo & Deo. Quandoq; ex utriſq; ſimul, unionem, communionem, unctionem, coniunctionem, conformationem, & ſimilia proferimus: propter hunc enim tertiũ modum prædicti duo modi dicuntur. Nam per unionem oſtenditur, quid habeat ex utriuſq; harmonia, & immãſione, quod illi adeſt. Nam propter unionem ſecundum hypoſtaſin, & caro deificari dicit̃, & Deus fieri, & ſimul Deus cum uerbo, & Deus uerbum incarnari, & homo fieri, & creatura dicitur, & nouiſſimus uocatur. Nõ ut duab. naturis mutatis in unam naturã cõpoſitã (nam impoſſibile eſt, in una natura, ſimul aduerſantia naturalia conſiſtere) ſed ut duabus naturis ſecundum hypoſtaſin unitis, & in ſe inuicem immanſionem habentib. incõfuſam, & immutabilem. At immanentia, non eſt ex carne, ſed ex deitate facta eſt: nam impoſſibile eſt carnem permeare

τῆς θεότητος. ἀλλ' ἡ θεία φύσις ἅπαξ περιχωροῦσα διὰ τῆς σαρκός, ἔδωκε καὶ τῇ σαρκὶ τὴν περὶ αὐτὴν ἄρρητον περιχώρησιν, ἣν δὴ ἕνωσιν λέγομεν. ἰστέον δὲ, ὡς ἐπὶ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου τρόπου τῶν ἐν τῇ ἑνώσει, τὸ ἀνάπαλιν θεωρεῖται. ὅτε γὰρ περὶ τῆς σαρκὸς τὸν λόγον ποιούμεθα, θέωσιν, καὶ λόγωσιν, καὶ ὑπερύψωσιν, καὶ χρῖσιν φαμέν. ἐκ μὲν γὰρ τῆς θεότητος ταῦτα, περὶ δὲ τὴν σάρκα θεωρεῖται. ὅτε δὲ περὶ τοῦ λόγου, κένωσιν, σάρκωσιν, ἐνανθρώπησιν, ταπείνωσιν. καὶ τὰ τοιαῦτα ἅτινα, ὡς ἔφημεν, ἐκ τῆς σαρκὸς ἐπιλέγεται τῷ λόγῳ τε καὶ θεῷ. αὐτὸς γὰρ ταῦτα ὑπέμεινεν ἑκών. τῶν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν τρόποι εἰσὶ τρεῖς. πρῶτος, ὁ τῆς θείας φύσεως δηλωτικός, ὡς τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ πάντα ὅσα πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτῷ ἐπιλέγεται, ταῦτα καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτῷ ἐπιλεχθήσεται, πλὴν τοῦ μὴ εἰληφέναι σάρκα, καὶ τὰ ταύτης φυσικά. δεύτερος, ὁ τῆς ἀνθρωπίνης, ὡς τὸ, τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; καὶ τὸ, οὕτω δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ τὰ τοιαῦτα. τούτων δὲ τῶν ἀνθρωποπρεπῶς ἐπὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ λεγομένων, καὶ γεγραμμένων, εἴτε ἐν ῥήμασιν, εἴτε ἐν πράγμασιν, τρόποι εἰσὶν ἕξ. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν κατὰ φύσιν οἰκονομικῶς πέπρακταί τε, καὶ λέλεκται· οἷον, ὁ ἐκ παρθένου τόκος, ἡ καθ' ἡλικίαν αὔξησίς τε καὶ προκοπή, ἡ πεῖνα, ἡ δίψα, ὁ κόπος, τὸ δάκρυον, ὁ ὕπνος, ἡ τῶν ἥλων τρῆσις, ὁ θάνατος, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη ὑπάρχουσιν. ἐν τούτοις γὰρ ἅπασι μίξις μὲν ἐστὶ τοῦ θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, πλὴν τοῦ σώματος ἀληθῶς εἶναι πιστεύονται, οὐδὲν τούτων τοῦ θείου πάσχοντος, δι' αὐτῶν δὲ τὴν ἡμῶν οἰκονομοῦντος σωτηρίαν. τὰ δὲ κατὰ προσποίησιν, οἷον τὸ ἐρωτᾶν, ποῦ τεθείκατε Λάζαρον, ὁ ὑπὸ τὴν συκῆν δρόμος, τὸ ὑποδύεσθαι, ἤγουν ὑποχωρεῖν, ἡ προσευχή, τὸ προσεποιήσατο πορρωτέρω πορεύεσθαι. τούτων γὰρ καὶ τῶν παραπλησίων, οὔτε ὡς θεός, οὔτε ὡς ἄνθρωπος ἔχρῃζε, πλὴν ἀνθρωποπρεπῶς ἐσχηματίζετο πρὸς, ὅπερ ἡ χρεία καὶ τὸ λυσιτελὲς ἀπῄτει, οἷον τὴν προσευχήν, διὰ τὸ δεῖξαι ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος, ὡς καὶ αἰτίαν ἑαυτοῦ τιμῶν τὸν πατέρα. τὸ ἐρωτᾶν οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ'

diuinitatem: ſed diuina natura ſemel immeans per carnem, dedit carni ad ipſam ineffabilem immeantiam & immanſionem: quam profectò unionem dicimus. Et ſatendum non eſt, quod in primo & ſecũdo modo eorum quæ in unione, conuerſio, reciprocratioq́; conſideratur. Nam cum de carne uerbum facimus, deificationem, uerbificationem, ſuperexaltationẽ, & unctionem dicimus: hæc certè à deitate ſunt & circa carnẽ conſiderantur. Et quando de uerbo, exinanitionem, incarnationem, humanationem, & humilitatem, & alia quædã dicimus: à carne de uerbo & Deo dicuntur, ipſe enim hæc ſuſtinuit uolens. Ceterum eorum quę poſt unionem, modi ſunt tres. Primus diuinę naturę eſt inſinuatiuus. ut illud: Ego in patre, & pater in me: &, Ego & pater unum ſumus. & omnia quæcũq; ante humanitatis ſuſceptionem dicuntur, illa de ipſo poſt ſuſceptam humanitatem dicentur, præter hoc quòd nondum aſſumpſerit carnem, & eius naturales proprietates. Secundus, humanæ naturæ eſt inſinuatiuus: ut, Quid me quæritis interficere hominem, qui ueritatem locutus ſum uobis? & hoc, Sic oportet exaltari filiũ hominis. & ſimilia. Eorum autem quæ humana decentia de ſaluatore Chriſto dicta & ſcripta ſunt, ſiue in uerbis eius, ſiue factis, modi ſunt ſex. Nam quædam eorũ ſecundum naturã diſpenſatiuè & geſta ſunt, & dicũtur: ut partus ex uirgine, ſecundum ueritatem, augmentum, & profiCiẽtia, fames, ſitis, fatigatio, ſomnus, lachrimæ, clauorum foſſio mors, & huiuſmodi alia quæcunque uidelicet naturales & innocuæ ſunt paſſiones. In his quidem omnibus mixtio eſt diuinitatis ad humanitatem: ueruntamen corporis ueraciter eſſe creduntur, nullum horum diuinitate patiẽte, per ipſa autem noſtram diſpenſante ſalutem. Quædam ſecundum ſimulationem, ut illa interrogatio, Vbi poſuiſtis Lazarum: & aditio ad ficum, & quod ſe abſconderit, id eſt, ſeceſſerit: et orauerit, quod finxit ſe longius procedere. His eñ & ſimilib. neq; ut Deus, neq; ut homo indigebat: ueruntamẽ humanè decenter figurabat ad id q̃d neceſſitas utilitasq́; efflagitabat, ut orationem: propter id ut oſtẽderet q̃d nõ eſt Deo cõtrarius, quod ut cauſam ſui honorari patrẽ. interrogat aũt nõ ignorans:

ἵνα δείξῃ ὡς κατὰ ἀλήθειαν ἐστὶν ἄνθρωπος μετὰ τοῦ μεῖναι θεός. τὸ ὑπαναχωρεῖν, ἵνα διδάξῃ μὴ προπετεύεσθαι, μηδ' ἑαυτοὺς προδιδόναι. τὰ δὲ κατ' οἰκείωσιν καὶ ἀναφοράν, ὡς τό, θεέ μου θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ τό, τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε. καὶ τό, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. καὶ τό, αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. οὔτε γὰρ ὡς θεός, οὔτε ὡς ἄνθρωπος, ἐγκατελείφθη ποτὲ ὑπὸ τοῦ πατρός. οὔτε ἁμαρτία, οὔτε κατάρα γέγονεν. οὔτε ὑποταγῆναι χρήζει τῷ πατρί. καθὸ μὲν γὰρ θεός, ἴσος ἐστὶ τῷ πατρί, καὶ οὐδὲ ἐναντίος, οὐδὲ ὑποτεταγμένος. καθὸ δὲ ἄνθρωπος, οὐδέποτε ἀνήκοος γέγονε τοῦ γεννήτορος, ἵνα ὑποταγῆς δεηθῇ. τὸ ἡμέτερον τοίνυν οἰκειούμενος πρόσωπον, καὶ μεθ' ἡμῶν τάσσων ἑαυτόν, ταῦτα ἔλεγεν. ἡμεῖς γὰρ ἦμεν οἱ ἁμαρτίας καὶ κατάρας ἔνοχοι, ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀνήκοοι, καὶ διὰ τοῦτο ἐγκαταλελειμμένοι. τὰ δέ, διὰ τὴν κατ' ἐπίνοιαν διαίρεσιν. εἰ γὰρ τῇ ἐπινοίᾳ διέλῃς τὰ τῇ ἀληθείᾳ ἀχώριστα, ἤτοι τὴν σάρκα ἐκ τοῦ λόγου, λέγεται καὶ δοῦλος καὶ ἀγνοῶν. καὶ γὰρ τῆς δούλης καὶ ἀγνοούσης φύσεως ἦν. καὶ εἰ μὴ ἥνωτο τῷ θεῷ λόγῳ ἡ σάρξ, δούλη ἦν καὶ ἀγνοοῦσα· ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν λόγον καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, οὔτε δούλη ἦν, οὔτε ἠγνόει. οὕτω καὶ θεὸν τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐκάλεσεν. τὰ δὲ διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φανέρωσίν τε καὶ πίστωσιν, ὡς τό, πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. αὐτὸς μὲν γὰρ δεδοξασμένος ἦν τε καὶ ἐστίν, ἀλλ' ἡμῖν οὐκ ἦν φανερωθεῖσα ἡ δόξα αὐτοῦ. καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ, ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. διὰ γὰρ τῶν θαυμάτων καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφανερώθη, καὶ ἐπιστώθη τῷ κόσμῳ, ὅτι υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ. καὶ τό, προέκοπτε σοφίᾳ καὶ χάριτι. τὰ δὲ κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων προσώπου οἰκείωσιν, μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἀριθμῶν ἑαυτόν, ὡς πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν φησίν, ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. τρίτος τρόπος, ὁ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως δηλωτικός, καὶ τοῦ συναμφοτέρου παραστατικός.

ſed ut oſtendat, quòd ſecundum ueritatem eſt homo, cum eo quod & Deus. Secedere autem, ut doceret nõ proteruiendum eſſe, neq; nos ipſos prodere oportere. Quędam ſecundum accõmodationem & relationem noſtri: ut, Deus meus, Deus meus, quid me dereliquiſti? &, Qui neſciuit peccatum, pro nobis peccatum fecit. & hoc, Factus pro nobis maledictio. &, Ipſe filius ſubijcietur ei, qui ſibi ſubiecit omnia. Nam neq; ut Deus, neque ut homo, derelictus unquam eſt à patre: neque peccatum, neque maledictio factus eſt, neq; ſubijci indiget patri. Nam ſecundum quòd Deus, ęqualis eſt patri, neque contrarius, neque ſubordinatus: ſecundum autem quòd homo, nunquam inobediens factus eſt genitori, quo ſubiectione egeat. Noſtram igitur ſibi accommodans perſonam, & ſeipſum nobiſcum ordinans, hæc dixit. Nos enim ſumus peccati & maledictionis obnoxij, ut increduli & inobedientes, & propterea derelicti. Quædam propter ſeparationem, quæ cogitatione fit. Nam ſi cogitatione ſeparas, quæ reuera inſeparabilia ſunt, id eſt carnem à uerbo: dicitur & ſeruus, & ignorans: nanque ſeruæ & ignorantis naturæ eſt. Et niſi caro uniretur Deo uerbo, ſerua eſſet & ignorans, ſed propter ad Deum uerbum ſecundum hypoſtaſin unionem, neq; ſerua fuit, neque ignorauit. ſic & Deum ſuum, patrem uocauit. Quædam propter manifeſtationem ad nos, & credulitatem. ut, Pater clarifica me ea claritate, quã habui apud te priuſquam mundus eſſet. Ipſe quidem clarificatus erat, & eſt, ſed nobis manifeſta non erat & credita claritas eius & gloria. Et quod Apoſtolo dicitur, Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in uirtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione à mortuis. Nam per miracula & reſurrectionem, & aduentum ſpiritus ſancti, patefactum eſt & creditum mundo, quod ipſe eſt filius Dei. Et hoc, Proficiebat ſapientia & gratia. Quædam uerò ſecundum accommodationem Iudaicæ perſonæ, cum Iudæis annumeras ſeipſum: ut ad Samaritanam dixit, Vos adoratis q̃d neſcitis, nos adoramus quod ſcimus: quoniam ſalus ex Iudæis eſt. Tertius modus eſt unius hypoſtaſeos indicatiuus, & utriuſque naturæ ſimul deſignatiuus.

οἷον τό, ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα. καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμοῦ· καὶ τό, ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με. καὶ τό, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν, καὶ τό, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τὰ μὲν εἰσὶ θεοπρεπῆ, ὡς τό, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς θεοῦ τοῦ υἱοῦ δηλονότι. καὶ τό, ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ τὰ τοιαῦτα. ὡς γὰρ θεός ἐστι μεθ' ἡμῶν. τὰ δὲ ἀνθρωποπρεπῆ, ὡς τό, ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας. καὶ τό, κἀκεῖ με ὄψονται. καὶ τὰ τοιαῦτα. τῶν δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνθρωποπρεπῶν, τρόποι εἰσὶ διάφοροι. τὰ μὲν γὰρ ἀληθῶς μέν, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν, πρὸς τὸ πιστώσασθαι, ὅτι αὐτὸ τὸ παθὸν σῶμα ἀνέστη, ὡς οἱ μώλωπες, ἡ βρῶσις, καὶ ἡ πόσις ἡ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. τὰ δὲ ἀληθῶς, καὶ κατὰ φύσιν, ὡς τὸ μεταβαίνειν καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμόχθως, καὶ τὸ διὰ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσελθεῖν. τὰ δὲ κατὰ προσποίησιν, ὡς τό, προσεποιήσατο πορρωτέρω πορεύεσθαι. τὰ δέ, τοῦ συναμφοτέρου· ὡς τό, ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν. καὶ τό, εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. καὶ τό, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. τὰ δέ, ὡς μεθ' ἡμῶν ἑαυτὸν τάττοντος κατὰ τρόπον τῆς κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν διαιρέσεως· ὡς τό, θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν. δεῖ οὖν τὰ μὲν ὑψηλά, προσνέμειν τῇ θείᾳ καὶ κρείττονι φύσει, παθῶν καὶ σώματος, τὰ δὲ ταπεινὰ τῇ ἀνθρωπίνῃ, τὰ δὲ κοινά, τῷ συνθέτῳ, ἤγουν τῷ ἑνὶ Χριστῷ, ὅς ἐστι θεὸς καὶ ἄνθρωπος, καὶ εἰδέναι ἀμφότερα ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἑκάστου γὰρ τὸ ἴδιον γινώσκοντες, καὶ ἀμφότερα ἐξ ἑνὸς πραττόμενα βλέποντες, ὀρθῶς πιστεύσομεν, καὶ οὐ πλανηθησόμεθα. ἐξ ὧν ἁπάντων τῶν μὲν ἑνωθεισῶν φύσεων ἡ διαφορὰ γινώσκεται, καὶ ὅτι μὴ ταυτόν, ὥς φησιν ὁ θειότατος Κύριλλος, ἐν ποιότητι φυσικῇ θεότης τε καὶ ἀνθρωπότης, εἷς γε μὴν υἱὸς καὶ Χριστὸς καὶ κύριος. καὶ ὡς ἑνὸς ὄντος, ἓν αὐτοῦ καὶ τὸ πρόσωπον καθ' οὐδένα τρόπον, διὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς φυσικῆς διαφορᾶς μεριζομένης, τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως.

ut hoc: Ego uiuo propter patrẽ: & qui mãducat me, & ille uiuet propter me. Et, Vado ad patrẽ, & non iam uidebitis me. Et hoc, Non utiq; Dominũ gloriæ crucifixissent. Et, Nullus ascẽdit in cœlum, nisi qui ex cœlo descẽdit, filius hominis qui est in cœlo. & huiusmodi. Et eorum quæ post resurrectionem, hæc quidem Deo cõgruunt: ut illud, Baptisantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti, tanq; Dei uidelicet filij. Et, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi. & quæ talia sunt: nam ut Deus, est nobiscũ. Hæc aũt hominem decent: ut illud, Tenuerũt pedes eius. Et, Ibi me uidebunt: & id genus talia. Et eorũ quæ post resurrectionem ad hominem pertinent, modi sunt diuersi. Nam quædã secundum ueritatem, sed non secundũ naturam: secundum tamen dispensationem, ad fidem faciendam quòd idẽ corpus quod passum est resurrexit, ut cicatrices, cib. & potus post resurrectionem. Quædam secũdum ueritatem & naturam, ut transire de locis in loco infatigabiliter, & per portas clausas ingredi. Quædam secundum simulationẽ: ut hoc, Et se finxit longius ire. Quedã utriusq;: ut, Ascendo ad patrẽ meum, & patrem uestrum: Deum meum & Deum uestrũ. Et hoc, Introibit rex gloriæ. Et, Sedebit in dextera magnificentiæ in excelsis. Quædam ut se nobiscum ordinantis, diuisionis modo secũdum subtilem cogitationẽ, ut hoc, Deum meum, & Deum uestrũ. Oportet igitur excelsa attribuere diuinæ & meliori naturę passionibus & corpore. humilia uerò humanę, et communia composito, id est uni Christo, qui est Deus & homo. Neq; latere decet, utraq; esse unius & eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Cuiusq; enim proprium agnoscentes, & utraq; ab uno patrata uidentes, rectè credemus, neque errabimus. Ex quibus uniuersis, unitarum naturarum differẽtia monstratur, & quòd nõ idem (ut diuinissimus inquit Cyrillus) in naturali qualitate, diuinitas & humanitas. Vnus nimirum filius, & Christus & Dominus: & ut uno existente, una eius & persona: nullo modo propter agnitionẽ differentiæ naturarum unione secundum hypostasin dirempta.

COM-

COMMENTARIVS.

INter ea quæ primo modo generali de Christo dicũtur, ſcilicet ante incarnationẽ, tertio loco, modoq́; ſpeciali cõſtituũtur ea quæ immobilẽ ſtatum eius inſinuãt. Ea ſanè nomina immobilem Christi ſtatum deſignare dicuntur, quæ proprietatẽ aliq̃ ei immanentẽ explicant, & ab eo indimobilem, ut uerbũ, ſapientia, uirtus, ſplendor. Siquidẽ uerbum noſtrum mentale, menti noſtræ intimum eſt: ſemꝑ ei præſens, & nuſquã ab eo digrediens. Sic Christus uerbum patris ab eo quidem, ut principio emanat, patri tamen immanens, & nunquã ab eo diſcedẽs. Pari ratione ſapientia à ſapiente, & uirtus à potente ꝓficiſcitur: extra ſapientem tamen & potentem neutiquam euagatur. Demum ſplendor à corpore lucido ſuam ſumit originem, emanatq́; ab eo ut primario fonte: illud tamen nunquam relinqt, ſed ſemper intimus eſt illi, atq; immanens. Non enim hic de ſplendore qui foràs diffunditur, habetur ſermo, ſed qui inſitus & innatus eſt ipſi ſplendido corpori. Itaq; hiſce nominibus, filius ex patre eſſe denotatur; nunquam tamen ab eo ſeparabilis aut diſſolubilis. Et quod uerbũ quidem dicatur Christus, ꝑſpicuũ omnib. eſt, potiſsimũ ex primo Ioãnis ca. Qđ uerò ſapiẽtia & uirtus Dei nominetur, atteſtatur beatus Paulus primæ epiſtolæ ad Corinthios cap. primo, dicens: Ipſis aũt uocatis Iudæis atq; Græcis, Chriſtũ Dei uirtutẽ & Dei ſapientiã. Demum ſplendor dicitur Christus apud Paulũ, ad Hebræos ca. primo ſcribentem de filio Dei patris: Qui cũ ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius. Et hoc pacto de cæteris in litera aut præcedentib. aut ſequentib. Chriſti nuncupationib. ꝓmptũ fermè erit dignoſcere, q̃ ex loco ſacrarũ literarũ depromptæ ſint. Exempli gratia, qđ magni cõſilij angelus dictus ſit, ex nono Eſaiæ ca. deſumptũ eſt, ubi noſtra interpretatio habet: Et uocabitur nomen eius, admirabilis, cõſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Illic enim ſeptuaginta interpretes, loco omniũ horũ denominationũ duntaxat tranſtulerũt, Et uocabitur nomẽ eius magni cõſilij angelus: qđ utiq; nomẽ rectè Chriſto conuenit, qđ nuncius fuerit magni illius cõſilij & ſacramenti à ſeculis abſcõditi, quo genus humanũ Deus redimere cõſtituit. Nõnullæ etiã iſtarũ nuncupationũ rationes, diuinè admodum & dignè explicantur à beato patre Dionyſio in li. de Diuinis nominib. ex quo diffuſius poterũt pleraq; horum nominũ cum ſuis rationib. dignoſci. Deinde in quarto modo ſpeciali huius primi generis dicitur filius à patre, generatiuè & non cõditoriè. Siquidẽ genitus eſt Dei filius ex patris ſubſtãtia, omnimodò ei ꝑſimilis, uirtute, ſapiẽtia, bonitate, æternitate, omnipotẽtia, ut ex 1. lib. huius autoris dilucidũ iã euaſit: ex quo etiã multa horũ nominũ manifeſtantiũ in Chriſto aut diuinæ naturæ ꝓprietates, aut hypoſtaſeos, intelligi clarius poſſunt, neq; noua hic indigẽt explicatione. Habet itaq; Chriſtus eſſe à patre, generatiuè & per gignentiã, nõ aũt cõditoriè, id eſt ꝑ cõditionẽ, ſiue creationẽ, ſicut quæcũq; res ex nihilo ꝓducta. Nõ eñ eſt Chriſtus ut Deus, aliũde q̃ ex Dei ſubſtãtia genitus, aut ex nõ eſſe ad eſſe deductus: quẽadmodum in 1. lib. iã abundè dictũ eſt. Quæcunq; itẽ habet filius neq; participatiuè à patre, neq; ut ex præceptore, ſed ut ex cauſa habet. Quæ eñ participatiõe quippiã habẽt, ab extrinſeco idipſum recipiunt aduentitium & à ſua alienũ ſubſtãtia, minusq́; & imꝑfectius id aſſequuntur q̃ in eo ſit à quo participationẽ huiuſmodi ſortiuntur, ut luna à ſole claritatẽ mutãtur. & aer, aliaq́; ſubiecta corpora, minus ſanè ſplẽdoris q̃ ſol habentia. Chriſtus aũt non eo pacto quippiã alienũ ab extrinſeco ſuſcipit, ſed ipſam à patre diuinitatis ſubſtantiã, illi ſemꝑ intimus, neq; inferiore gradu uirtutẽ, ſapientiã, aut deitatẽ habet quã pater, ſed ꝓrſus eandẽ. Præceptor identidẽ nõ ſubſtãtiã diſcipulo cõmunicat, ſed doctrinã, q; quidem in eum uocis beneficio trãsfundit: minorem tamen, & imꝑfectiorem q̃ in ſe habet: minus eñ ſapit diſcens, q̃ docens: & alia docẽtis eſt, aliaq́; diſcentis ſcientia. Pater aũt filio ſubſtantiã ipſam naturãq́; cõmunicat & ſapientiã, non q̃dem particulatim, ſed totã prorſus, quinimmo immenſum ſapientiæ pelagus. Deniq; non alia eſt patris, alia filij ſapientia, ſed una penitus, & eadem nõ igitur habet filius à patre quicq; ut ex præceptore, ſed ut ex cauſa fonte ſuæ originis. Deinceps in quinto modo particulari huius primi generis proponit autor quædam eſſe nomina indicatiua beneplaciti paterni per ipſius Chriſti operationem impleri, nõ uelut per inſtrumentum aut ſeruum, ſed ut ꝑ ſubſtantiale & hypoſtaticum eius uerbum. Qđ ideo dictum putetur: nã ſolent Arriani (ut inquit Theophilus ſuper Ioãnem) dicere, qđ ſicut per ſerrã oſtium fieri dicemus quaſi ꝑ organum: ſic & per filium omnia facta eſſe dicuntur, nõ qđ ipſe ſit factor, ſed organum: & ſic facturã aiunt filium, tanq; factum ad hoc, ut ꝑ eum omnia fierẽt. Nos autem ad huiuſmodi fictores mendacij ſimpliciter reſpõdemus: Si eñ (ut dicitis) pater creaſſet ad hoc filium, ut ea tanq; organa uteretur, uideretur qđ inhonorabilior ſit filius q̃ quæ facta ſunt: ſicut ea quæ per ſerram ſunt facta, ipſo organo nobiliora exiſtunt: nam ſerra ꝓpter ipſa facta eſt. Sic & propter ipſa quæ facta ſunt (ut aiunt) pater creauit filium, tanq; ſi nõ deberet Deus cuncta creare, nequaq; filium produxiſſet, quid his inſanius? Præterea inſtrumentum nõ ſubſtãtia artificis eſt, nec illi intrinſecum, quinimmo lõgè inferius atq; minus, q̃ ipſe artifex. Filius aũt de ſubſtantia patris eſt, & illi intimus, omnimodã habens cũ patre & dignitatis & uirtutis æqualitatẽ. Obiatrarunt item alij impietatis ſatellites, patrẽ per filiũ, ut ſeruũ cõdidiſſe omnia, & ſuã impleſſe uoluntatẽ. Quod q̃ ſit à uero alienũ, hinc ꝑſpicere licet, qđ neq; ſeruus de domini eſt ſubſtantia, neq; ſcit quod facit dominus eius, neq; ęquã cum domino autoritatẽ habet & poteſtatem. Filius aũt Dei, patri eſt conſubſtantialis, patris ſapiẽtia, &

eiusdē cū eo uirtutis, potentiæ & maiestatis: Nō igitur patris seruus est filius, nec eius instrumentū, ut obgarriunt hæretici. Deniq; in sexto modo speciali huius primi generis nominum reponit autor nomina de Christo dicta ꝓphetice siue prænunciatiue, quæ scilicet ante tēpus incarnationis prænūciarunt ea quæ post incarnationē, uel in ipsa incarnatione sunt cōpleta. De quorū numero & illud affertur in litera: Dominus creauit me initiū uiarū suarū in opera eius. Vnde octauū Prouerbiorū caput secundū nostrā qua utimur trāslationē habet. Dominus possedit me in initio uiarū, anteq̄ quicq̄ faceret a principio: ab æterno ordinata sum, & ex antiqs anteq̄ terra fieret. Quæ omnia cū cōsequentib. sentētijs in eodē capite uidētur intelligenda de sapiētia illa increata, & diuina: quæ Dei filius est, & secundū diuinitatē. Illa eñ reuera mūdi formationē ab æterno præcessit: & cū mūdus cōderetur, affuit cōditori: sicut libri Sapiētiæ nonū ca. itidē attestatur, dicens ad Deū patrē: Et tecū sapiētia tua, quæ nouit opera tua: q̄ & affuit tunc, cū orbē terrarū faceres. Et Ecclesiastici 24. eadē æterna Dei sapientia de seipsa dicit: Ego ex ore altissimi ꝓdiui: primogenita ante omnē creaturā. Ego feci in cœlis, ut oriretur lumē indeficiēs, & sicut nebula texi omnē terrā: & reliqua quæ cōsimili pene sentētia subnectūtur. Quod autem hic Damascenus affert, utpote, Dominus creauit me initium uiarum suarum: secundum aliam traductionem sumptum, non de illa æterna Dei sapientia secundū diuinitatem accipi accōmodate potest: quandoquidem Dei filius non creatus a patre, sed genitus est. Hoc igitur de Christo secundum humanitatem est accipiendum quam uere creatus dici potest. In initio uero uiarum suarum a Domino creatus Christus homo dicitur, non quidem secundum effectum & rei exhibitionem, sed secundum præuisionem futuræ dispensationis carnis, qua ab æterno prædefiniuit & præuidit Deus Christum hominem diuinitati in una eademq̄ hypostasi uniendum. Nempe quæ hoc modo a Deo præuisa sunt, propter rei futuræ certitudinem, ut iā facta completaq̄ plerunq̄ enunciantur: sicut in proposita quod multo post futurum erat, tanquam præteritum exprimitur. Porro nomina secundi generis quæ scilicet in unione diuinitatis cum humanitate dicuntur, in tres diducuntur modos. Horū primus est, quādo huiusmodi unionē exprimimus a meliori & digniori, scilicet a deitate: uocātes eā deificationē carnis, uerbifactionē, & supexaltationē humanitatis. Sane homo ex duab. cōstitutus naturis, dignitate & perfectionis ratione multum inter se distantibus, anima inquā & corpore, quandoq̄ a meliori denominationem sumit, diciturq̄ ab anima, rationalis, intellectualis, uirtutis & scientiæ capax, immortalitatis sorte nobilitatus, ad fœlicitatē natus. Quādoq̄ uero a minori & inferiori parti nuncupationem sortitur, & a corpore dicitur materialis, sensibilis, morbisq̄ & morti obnoxius, cibi & potus indigus, crassa mole extentus, & inferioribus corporib. naturæ cōditione affinis. Haud dissimili ratione ineffabilis illa unio diuinitatis cū humanitate in Christo, nōnunquā exprimitur sumptis a digniori nominib. quæ sublimia carni a diuinitate cōmunicata & distributa enunciāt. Qualia sunt primi horū triū modorū, q nunc declarādi suscipiūtur uocabula. Interdū uero eadē explicatur nuncupationib. ex inferiore minoreq̄ extremo sumptis: quæ infirma & humilia nostræ sortis deitati cōmunicata a carne designēt, qualia sunt secūdi horū q iā explicātur modorū nomina. Hoc eñ pacto exinanitus & humiliatus Christus dicitur, ad Philippēses cap. 2. Exinaniuit semetipsum formā serui accipiēs, in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus ut homo, humiliauit semetipsum factus obediens usq̄ ad mortē. Ita q̄q; pauptatē amplexatus dicitur secūdæ epistolæ ad Corinthios ca. 8. Scitis gratiā Domini nostri Iesu Christi, quoniā ꝓpter uos egenus factus est, cū esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Tertio loco eadē ineffabilis unio exprimitur ex utriusq̄ coiūctim, scilicet meliori & inferiori simul sūptis, atq̄ expressis. Et hic modus ueluti cōpositus duos prædictos tāquā simplices cōplectitur. Nā p amborū, carnis scilicet & uerbi, unionē liquido ostēditur, qd habeat utrūq; extremū unitū, ex utriusq̄ cū altero harmonia & cōnexione. Vt qd habeat caro (quæ illi adest inexplicabili unioni) ex harmonia & īmansione cū diuinitate, qd' scilicet habet insignes, & præclaras nūcupationes, deificationis, uerbifactionis, supexaltationis, glorificationis, & reliquas qbus mirū in modū nobilitatur. Et hinc primus ostēditur eorum quæ in unione dicūtur modus. Per huiusmodi itidē ostēditur, qd habeat diuinitas (quæ illi quoq̄ adest ineffabili & ineloqbili unioni) & harmonia, cōnexione & immāsione cū humanitate, qd' scilicet suscipit denominationes infirmitatis et humilitatis humanæ. Vt qd' Deus uerbū, dicitur creatura, non quidē ut Dei filius: quēadmodū cōtendebat Arrius, sed ut homo, & ratione dispensationis carnis, ob quā sæpenumero creatus dicitur scriptura, ut Esaiæ 45. cap. Rorate cœli desup, & nubes pluāt iustū: aperiatur terra, & germinet saluatorē. Et iustitia oriatur simul, ego Dominus creaui eam. Dicitur itidē Christus nouissimus apud Esaiā cap. 53. Et uidimus eū, & nō erat aspectus: & desiderauimus eum despectū, & nouissimum uirorū, uirum dolorū & scientē infirmitatē. Et hinc secundus ostēditur modus eorū, quæ Domino nostro in unione attribuuntur. Manifestū est itaq;, ꝓpter tertiū horū modorū, duos primos modos dici. Nā tertius modus duo colligat cōstringitq̄ extrema in unum. Primus qdē, ex superiore extremo inferius nobilitat. Atq̄ secūdus ex inferiore (humanitate inq̄) superius extremū scilicet deitatē ad humilia, infirma, et abiecta nostræ carnis deducit. At uero qd' in hac superadmirabili unione, duæ naturæ non sint mutatæ in unā tertiā cōpositā, ex tertio cap. præcedētis libri dilucidū est, & hic rursū ostēditur, eo ipso qd' impossibile est in una natura

natura simul aduersantia naturalia consistere. Vt proprietates istę naturales, increatũ, creatũ, incircumscriptum, circumscriptum, æternũ temporale, immateriale materiale, inter se manifestè repugnantes, non possunt simul in una eademq; natura existere: quandoquidem non possunt repugnantia simul una adesse. Atqui ꝓprietates istæ simul cõperiuntur saluę, & integræ in Christo. Si enĩ diuinitatẽ eius attendimus, increatus, incircũscriptus, æternus & immaterialis est. Si uerò eiusdem perspicimus humanitatẽ, creatus, circũscriptus, temporalis & materialis est. Non igitur est una in Christo natura composita, sed duæ post unionẽ saluæ & integræ permanentes, ut in libro præcedente abundè dictũ est. Quòd item immanentia & immansio, duarum naturarũ in se inuicem, non ex carne, sed ex diuinitate facta est in Christo, ex septimo tertij libri ca. perspicuũ euasit, hac potissimum ratione: quoniam quod purum, subtile, spirituale'q; est, immeat materialia, crassa & corporalia. nõ autem è diuerso, ut anima rationalis nostrum corpus, ignis ferrũ, solaris splendor aerem immeat: non autem contra corpus animam, ferrũ ignem, aer splendorem permeat. Id tamẽ purius, quod per se & subtilitate sua alterũ crassius immeat, dat etiã illi crassiori immanentiam & immansionem cũ eo: ut anima nostra corpori cõmunicat immansionem cũ ea, & ignis ferro, & splendor aeri, quòd immaneat ipsi fulgori. Atq diuinitati cõparata caro, crassum quiddã est, corpulentũ, & fœculentũ: deitas uerò, subtilissimũ, maximè spirituale, & purissimũ. Nõ igitur immeatio & immanẽtia ex carne est, ut primaria illius effectrice: sed diuinitate, immeante quidẽ ꝓpria & efficacissima uirtute sua carnem, & deinde carni cõmunicante immanentiã & intimam unionem indimobilem, indissolubilem'q; ad diuinitatem. Cæterũ quæ deinde in primo sex modorũ complectentium ea quæ post unionem Christo secundũ humanitatem cõueniunt, enumerantur, mixtionem habent diuinitatis ad humanitatem. Nã nõ modò est huiusmodi mixtio deitatis ad carnem, in his omnibus dispensatione carnis uerè factis operibus, secundũ unionem: uerumetiam & secundũ operationem, quoniã ut sæpius in tertio libro dictũ est, utraq; in Christo natura operabatur sibi propria cũ alterius cõmunicatione. Vt humana natura sibi conuenientia & accõmodata faciebat opera, cũ ipsius diuinitatis ad illa efficaciter cõcurrẽtes cooperatione sicut et humana natura diuinæ cooperata est, in signis, miraculis'q; faciendis. Itaq; in his omnibus humanæ naturæ proprijs operibus, mixtio est diuinitatis & secũdũ unionẽ, & cooperãdi efficaciam atq; uirtutem. Secundo autem modo speciali horũ sex, quædam proponũtur cõuenire Christo, ut homini nõ secundũ ueritatem, ut in primo modo, sed solũ secundũ simulationẽ. Enimuero nõ fuit in Christo unquã simulatio malitiæ, aut ueritati uirtuti'q; cõtrario: quãdo quidẽ neq; in sũma ueritate, neq; ab ea esse potest huiusmodi fictio. Christus aũt ueritas est: Ego (inqt) sum uia, ueritas & uita. & ad hoc natus est, uenit'q; in mundũ, ut testimoniũ phiberet ueretati, omnis'q; qui est ex ueritate, audit uocẽ eius: quo enĩ pacto in summã lucẽ cadere possunt tenebræ, in caliditatẽ frigus, in ueritatẽ falsitas. Verũtamen in eo sæpenumero fuit simulatio doctrinæ, qua cuiusq; rei aliter quã sese habuit præ se tulit speciẽ, ad aliquod necessariũ uel utile nobis illo ipso significandũ. Neq; ista simulatio cũ ueritate pugnabat: quinimo semp ad uerũ aliquod designandũ, nobis'q; insinuandũ ordinabatur. Vt cõtactu fimbriæ uestimẽti sui sanata muliere magnæ fidei. quæ duodecim annos fluxũ sanguinis ꝑpessa fuerat, interrogauit, Quis me tetigit? & circũspexit quis'nã esset. nõ quia illius erat ignarus, quẽ nec cordiũ nostrorũ latẽt occulta: sed ut huiusce interrogationis occasione, signũ illud admirandũ omnib. innotesceret, & inde Deus glorificaretur, præsentiũ'q; fides solidaretur. Ita de Lazaro defũcto percõtatus est, Vbi posuistis eũ? ut ostẽderet, se uia humana & ut hominẽ, idipsum ignorasse, præsentẽ'q; nõ fuisse cum sepultus fuerat, q̃ maior esset miraculi euidẽtia, & nõ diceretur esse cõposito facta collusio inter ipsum & sorores defuncti, quasi de industria occultassent eo in loco Lazarũ ut defunctũ, qui tamẽ nõ esset mortuus. Nõ uult (inquit Chrysostomus) ipse Christus se inijcere, sed omnia ab alijs discere, & rogatus facere, ut ab omni suspicione eripiat signũ. Insup accessit ficũ secus uiã Christus, & quæsiuit in ea fructũ: ad designandũ se uenisse in mundũ, ut in Iudæorũ pop. fructũ fidei & uirtutis inueniret: sed inuenit ũ illũ ꝓ: sus uacuũ bono opere, horrenda maledictione perstringendũ. Rursum cũ peregrinis ad castellũ Emaus ambulans, finxit se longius ire, ut ostenderet se eorũ animis non omnimode ꝓpinquum esse, de cuius potẽtia diuinitatis & uirtute subdubitabant, neq; solidã resurrectionis eius iã factæ habebant fidem. Quod quidẽ testatur in homelia Gregorius, dicens: Quia Christus in eorum cordib. adhuc peregrinus erat à fide, ire se lõgius finxit. Nihil ergo simplex ueritas p duplicitatem fecit: sed talem se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mẽte. Simili quoq; modo de alijs euangelij locis ad cõsimilẽ spectantibus materiam, est dicendum. Deinde in tertio modo speciali prædictorũ sex modorũ, enumerat autor ea quæ Christo secundũ humanitẽ attribuuntur, secundum appropriationẽ, non quidẽ personalẽ, sed habitudinariam ad nos: & inter cætera huiusmodi, nominat subiectionẽ. Vnde Christus ut homo, patri subditus nõ fuit subiectione uiolẽtiæ & coactionis, quomodo filius cõtumax & inobediens inuitus subijcitur autoritati paternæ, aut populus rebellis ditioni regis: quandoquidẽ in nullo aberrauerit à mandato patris, sed quæ placita fuerint ei, semper fecerit. Nihilo secius patri subiectus fuit, & subordinatus subiectione naturæ & cõditionis humanæ. Illa enim à Deo autore etiã

in Chri-

in Christo cõdita, fuit longè minor & inferior, quàm substantia diuina, quinimmo q̃ angelica, si absolutè naturã unius, alterius naturæ conferas, non attendendo in Christo unionẽ naturæ humanæ cum diuina in una hypostasi. Siquidem omniũ hominum eadem est specie natura, eiusdemq́ꝫ essentialis perfectionis. De Ioanne aũt Baptista dictũ est à Domino, Matthæi 11. cap. Qui minimus est in regno cœlorũ, maior est illo. Non utiqꝫ maior meritis: nam piè credendus est beatus Ioannes infimorũ angelorum merita transcendisse ob eximias suas uirtutes, sed maior dignitate naturæ: spiritualis enĩ substãtia, corporali est natura perfectior. Si igitur humana natura in Ioanne inferior est cõditione naturali q̃ angelica, & humana natura in Christo absolutè, & ꝑ se cõsiderata, est æqualis cõditionis & sortis cum humana natura in Ioanne: consequẽs est, & humanã in Christo absolutè sumptã, & non sub ratione unionis ad diuinam, inferiorẽ esse perfectione & dignitate naturali, q̃ sit substantia angelica. Cum itaqꝫ angelica substantia Deo reuerenter sit subiecta ratione suæ naturalis ad Deũ habitudinis: quid ꝓhibet Christum, ut hominem hoc modo dicere subiectũ esse patri, etiã ꝑ appropriationem personalẽ? Præter quẽ modũ etiã dicitur secundũ humanitatẽ subiectus patri per accõmodationẽ & apꝓpriationẽ ad nos: qua sibi ea attribuit quæ nostræ cõueniunt ꝑsonæ, ut se subiectũ ꝓfiteatur patri Christus hoc modo, q̃a nos eius mẽbra Deo patri sumus subiecti. At uerò nõnullorũ est sentẽtia, etiã filiũ Dei secundũ diuinitatẽ subiectum esse patri, & nomine illius subiectionis intelligi debere filialẽ obediẽtiã, quã ineffabiliter filius exhibet patri: quẽadmodũ in 17 ꝓpositione 6. libri Ricardi de Trinitate diffusius est annotatũ. Circa quinti deinde modi specialis ex 17. cap. Ioãnis sumptũ exemplũ, scilicet, Pater clarifica me illa claritate, q̃ habui apud te priusqꝫ mũdus fieret: id annotatũ nõ cẽsetur indignũ, quòd ineffabilẽ diuinitatis claritatẽ & splendorẽ quem habuit filius apud patrẽ anteqꝫ mundus fieret: nõ deꝑdidit Christus: neqꝫ minorẽ aut remissiorẽ obtinuit, quando naturã assumpsit humanã: mansit enim illa semper indiminuta, & immensa. Veruntamen filiũ pater clarificasse dicitur, quãdo miraculorum operatione & Apostolorũ per totũ mundũ prædicatione manifestauit illam filij claritatẽ, & deitatis splendorẽ: effecitq́ꝫ ut cognosceretur ubiqꝫ, & crederetur Christus esse Dei filius patri cõsubstãtialis: & idẽ uerus homo ex uirgine natus, secundũ illã in sacra scriptura frequenter obseruatã regulã: Qđ semper est, tunc in aliquo fieri dicitur, cũ id in eo factũ esse primũ cognoscitur, & manifestatur alijs. Adijcitur & aliud eiusdẽ quinti modi exemplũ, ex primo cap. ad Rom. sumptũ de Christo Iesu, q̃ prædestinatus est filius Dei. Sanè cum prędestinatio sit gratiæ præparatio, qua ab æterno Deus homini Christo & cũctis q̃s præsciuit conformes fore imaginis filij sui, bona sine meritis præparauit: Christus ut homo prædestinatus est esse filius Dei, quia ab æterno pręordinatus est à Deo, ut ex sacratissimo eo corpore & anima quæ in suã cõcurrerunt cõpositionẽ cõstituendus, uniretur ineffabiliter in una hypostasi naturæ diuinæ, ꝓpter quã unionẽ & esset & diceretur filius Dei. Non itaqꝫ ibi de uerbo Dei loquitur Apostolus, sed de homine, q̃ nõ erat anteqꝫ factus esset. Nõ enĩ uerbũ prædestinari potuit, cũ sit patri coæternũ. Deinceps nominũ post resurrectionẽ Christo cõpetentiũ quatuor in litera assignãtur genera. Primò ea q̃ secundũ diuinitatẽ ei cõgruũt. Secundo q̃ secundũ humanitatẽ eidẽ cõueniũt. Vtriusqꝫ modi exẽpla in litera abũdè ponũtur. Tertiò q̃ utriusqꝫ naturæ diuinæ scilicet & humanæ in una eademqꝫ hypostasi sunt insinuatiua: ut id, Introibit rex gloriæ. Ibidẽ enĩ de uno ꝑ unitatis numerũ fit sermo, designãs unã, non plures ꝑsonas. Introitus uerò humanã designat naturã, cuius est, locũ aliquẽ (q̃ prius nõ cõtinebatur) subire. Denique rex gloriæ, diuinã indicat naturã, secundũ q̃ Christus Dominus est rex gloriæ. Et ita de cæteris duob. in hoc tertio modo adductis exẽplis sentiendũ est, ꝑ ipsa unã hypostasin in duabus naturis insinuari. Quartò post resurrectionem Christo cõpetũt nomina, q̃ ipsius sunt, ut se nobiscũ ordinãtis, & cõnumerantis seipsum cum membris suis. Vt cũ patrem cœlestem uocat Deum suũ, qđ duntaxat secũdum humanã naturã illi cõgruere potest: secundum quã pater cœlestis, & creator eius est & gubernator, atqꝫ ꝑ ꝓuidentiã director. Horũ uerò modorum secundus, cõplectens ea q̃ humanã Christi naturam cõcernunt, in tres dirimitur modos particulares. Primò in ea q̃ secundũ ueritatem, sed nõ secundũ naturã, secundũ tamen dispensationem ad hominẽ spectãt. Secundò in ea quæ secundum ueritatem & naturã homini post resurrectionem glorificatu accõmodata sunt. Demũ in ea quæ secũdum simulationem Christo sunt secundum hominẽ attributa. Cuiusqꝫ horũ modorum exempla ex litera sunt perspicua. Primi q̃dem modi exempla assignãtur cicatrices, cibus & potus. Vnde Beda exponens illud Lucæ 24. dictũ, quòd Dominus post resurrectionẽ ostendit discipulis suis manib. & pedibus, inq̃t: Solẽt in hoc loco gentiles calumniã struere, quasi nõ ualuerit Dominus uulnera sibi inflicta curare. Quib. respõdendum est, quia nõ est cõsequẽs, ut qui maiora fecisse probatur, minora facere nequiuerit. Sed certè dispensationis gratia qui mortẽ destruxit, signa mortis delere noluit, Primò quidẽ, ut ꝑ hoc discipulis fidẽ suæ resurrectionis astrueret: deinde, ut patri ꝓ nobis supplicãs, quale genus mortis ꝓ homine pertulerit, semper ostendat, tertiò, ut sua morte redemptis q̃ misericorditer sint adiuti, propositis eiusdẽ mortis indicijs insinuet: postremò, ut in iudicio q̃ iustè damnentur impij denunciet. Deinde tertij quoqꝫ modi exemplũ exprimitur in litera, cũ dicit de Domino qđ finxit se longius ire 24. Lucæ cap. Quẽ quidẽ

Euangelij

euangelij locum exponens Augustinus inquit: Id nō mendaciū pertinet, nō eñ omne quod fingimus, mendaciū est: sed quando id fingimus quod nihil significat, tunc mendaciū est. Cū aūt fictio nostra refertur ad aliquā significationē, nō est mendaciū, sed aliqua figura ueritatis. Alioqui omnia quæ à sapientib. & sanctis uiris, uel etiā ab ipso domino figuratè dicta sunt, mēdacia deputabūtur: quia secūdū usitatū intellectū nō cōsistit ueritas in talib. dictis. Sicut aūt dicta, ita etiā singūtur facta sine mēdacio, ad aliq̄ rē significādā. Quid aūt significātiæ habuerit illa Domini apud duos discipulos fictio, repræsentās ipsum lōgius ire uelle, paulo antè hoc in capite dictū est. Postremū solicitè admonet autor, id summopere animaduertendū, q̄d utraq̄ sunt unius & eiusdē Domini nostri. Vtraq̄ inquā, excelsa scilicet sublimiaq̄ opera, & humilia atq̄ infima quorū hæc ad humanā attinēt naturā, illa uerò ad diuinā. Porrò cōmunia, quę excelsum quippiā habēt, & humile adinuicē cōiunctū in Christo, cōposito asciscēda sunt & attribuēda. i. uni atq̄ eidē indiuiduo atq̄ supposito, scilicet Domino nostro, q̄ idē Deus & homo: quēadmodū cōtactu manus: leprosi mūdatio uerbi imperio, mortui resuscitatio. Quocirca quēadmodū duæ in Christo naturæ & secundū substātiā & naturales ꝓprietates abinuicē dissidētes cōcedēdæ sunt: ita & unica in ipso hypostasis est ponēda, ut neq̄ hypostaseos unitas, naturarū confundat differentiā, neq̄ naturarū in Christo diuersitas diuidat aut dirimat hypostasin. Verū id ex tertio li. dilucidius factū est, & ibidē diffusius pertractatū.

ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΤΩΝ ΚΑ-
κῶν αἴτιος ὁ θεός. ϛ ε.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ, τὴν παραχώρησιν τοῦ θεοῦ ἐνέργειαν αὐτοῦ καλεῖν, ὡς ὅταν λέγῃ ὁ ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ· ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; ὅτι μὲν γὰρ αὐτὸς ποιεῖ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα. (μόνος γὰρ αὐτὸς ἐστι τῶν ἁπάντων δημιουργός) ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὸς τίμια κατασκευάζει ἢ ἄτιμα, ἀλλ᾽ ἡ οἰκεία ἑκάστου προαίρεσις. καὶ τοῦτο δῆλον, ἐξ ὧν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ φησί. ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα, καὶ ὀστράκινα. καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. δῆλον δὲ, ὡς ἑκουσίως ἡ κάθαρσις γίνεται. ἐὰν γάρ τίς φησιν ἐκκαθάρῃ ἑαυτόν. ἡ δὲ ἀκόλουθος ἀντιστροφὴ ἀντιφωνεῖ, ἐὰν δὲ μὴ ἐκκαθάρῃ, ἔσται σκεῦος εἰς ἀτιμίαν, ἄχρηστον τῷ δεσπότῃ, συντριβῆς ἄξιον. τὸ οὖν προκείμενον ῥητὸν καὶ τὸ, συνέκλεισεν ὁ θεὸς πάντας εἰς ἀπείθειαν. καὶ τὸ, ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν. ταῦτα πάντα, οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ ἐνεργήσαντος, ἐκληπτέον, ἀλλ᾽ ὡς τοῦ θεοῦ παραχωρήσαντος, διὰ τὸ αὐτεξούσιον, καὶ τὸ ἀβίαστον εἶναι τὸ καλόν. τὴν οὖν παραχώρησιν αὐτοῦ, ὡς ἐνέργειαν καὶ ποίησιν αὐτοῦ λέγειν, συνήθες τῇ θείᾳ γραφῇ.

QVOD NON EST CAVSA MALO-
rum Deus. Cap. XX.

Operæprecium est agnoscere, moris esse diuinæ scripturæ, permissionem Dei, actionem eius uocare. Vt cū dicit Apostolus in epistola ad Romanos, An nō habet potestatē figulus luti ex eadem massa facere hoc quidē uas in honorem, illud autem in ignominiam? quandoquidē ille facit hęc, & illa. Solus profectò ipse est uniuersorū opifex: sed non ipse honorabilia aut ignominiosa struit uasa, sed propria uniuscuiusq̄ uoluntate ac delectu. Et hoc etiā dilucidū est ex ijs, quæ Apostolus in secūda ad Timotheū inquit epistola: In magna domo nō sunt solum uasa aurea & argētea, sed & lignea & testacea: & illa quidē in honorē, hæc aūt in ignominiā. Si igiť quis expurgauerit seipsū ab his, erit uas in honorē sanctificatum, et utile dominatori in omne opus bonū paratū. Perspicuū aūt, q̄ uolūtariè purgatio fit: si eñ quis (inquit) expurgauerit seipsū. Et remeat, reciprocaq̄ sequelę cōuersio respondet: si nō expurgauerit, erit uas in ignominiā, inutile dominatori, cōminutione cōfractioneq̄ dignū. Præmissum igitur dictum, & hoc: Conclusit Deus omnia in incredulitate. & hoc, Dedit illis Deus spiritum cōpunctionis, ut oculis non uideāt, & auribus non audiant: hæc omnia non ut Deo agente accipiēda, sed ut Deo permittēte ob liberā agēdi facultatē quod sine uiolentia bonū esse debet. Permissionem igiť eius, ut actionē & operationē eius dicere, consuetū est sacræ scripturę.

ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτε φησὶ τὸν θεὸν κτίζειν κακὰ, καὶ μὴ εἶναι ἐν πόλει κακίαν, ἣν ὁ κύριος οὐκ ἐποίησεν, οὐ κακῶν αἴτιον τὸν θεὸν δείκνυσιν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ δυσέμφατον τὸ τῆς κακίας ὄνομα, δύο σημαῖνον. ποτὲ μὲν γὰρ τὸ τῇ φύσει κακὸν δηλοῖ, ὅπερ ἐναντίον ἐστὶ τῇ ἀρετῇ, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ θελήσει. ποτὲ δὲ τὸ πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν κακὸν καὶ ἐπίπονον, ἤγουν τὰς θλίψεις καὶ ἐπαγωγάς. αὗται δὲ τῷ μὲν δοκεῖν, κακαί εἰσιν, ἀλγειναὶ τυγχάνουσαι· τῇ δὲ ἀληθείᾳ, ἀγαθαί. ἐπιστροφῆς γὰρ καὶ σωτηρίας γίνονται τοῖς συνοῦσι πρόξενοι. ταύτας διὰ θεοῦ γίνεσθαι φησὶν ἡ γραφή. Ἰστέον δὲ, ὡς καὶ τούτων ἡμεῖς ἐσμὲν αἴτιοι. τῶν γὰρ ἑκουσίων κακῶν τὰ ἀκούσιά εἰσιν ἔκγονα. καὶ τοῦτο δὲ ἰστέον, ὅτι ἔθος τῇ γραφῇ τινὰ ἐκβατικῶς ὀφείλοντα λέγεσθαι, αἰτιολογικῶς λέγειν· ὡς τὸ, σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. οὐ γὰρ ὁ ἁμαρτήσας, ἵνα νικήσῃ ὁ θεὸς ἥμαρτεν. οὔτε δὲ ὁ θεὸς ἐδεῖτο τῆς ἡμῶν ἁμαρτίας, ἵνα ἐκ ταύτης ἀναφανῇ, φέρει γὰρ ἀσυγκρίτως κατὰ πάντων καὶ μὴ ἁμαρτανόντων τὰ νικητήρια, δημιουργὸς ὢν, καὶ ἀκατάληπτος, καὶ ἄκτιστος, καὶ φυσικὴν ἔχων τὴν δόξαν, καὶ οὐκ ἐπίκτητον. ἀλλ᾽ ὅτι ἡμῶν ἁμαρτανόντων, οὐκ ἄδικός ἐστιν ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν, καὶ μετανοοῦσι συγχωρῶν, νικητὴς τῆς ἡμετέρας κακίας ἀναδείκνυται. οὐκ ἐπὶ τούτῳ δὲ ἡμεῖς ἁμαρτάνομεν, ἀλλ᾽ ὅτι οὕτως ἀποβαίνει τὸ πρᾶγμα ὥσπερ ἐὰν κάθηταί τις ἐργαζόμενος, φίλος δέ τις ἐπιστῇ, φησίν, ὅτι ἵνα μηδὲ σήμερον ἐργάσωμαι, παρεγένετο ὁ φίλος. ὁ μὲν οὖν φίλος οὐχ ἵνα μὴ ἐργάσηται παρεγένετο, οὕτω δὲ ἀπέβη. ἀσχολούμενος γὰρ περὶ τὴν τοῦ φίλου ὑποδοχὴν, οὐκ ἐργάζεται. λέγεται δὲ ταῦτα ἐκβατικὰ, ὅτι οὕτως ἀποβαίνουσι τὰ πράγματα. οὐ θέλει δὲ ὁ θεὸς μόνος εἶναι δίκαιος, ἀλλὰ πάντας ὁμοιοῦσθαι αὐτῷ κατὰ δύναμιν.

Verùm enimuero & cũ dicit eũ creare mala, & non esse in ciuitate malũ quod non faciat Dominus, nõ malorum causam Deum esse ostendit: sed quia anceps est nomen mali, duo significans. nam quandoq; natura malum ostendit, quod quidem uirtuti contrarium est, & diuinæ uoluntati. Quandoque quod ad sensum nostrum malum & laboriosum, ut tribulationes, & inductiones: hæ enim existimatione malæ sunt, cum dolorosæ existant, re autem uera bonæ: nam conuersionis & salutis, intelligentibus causę fiunt, & has per Deum fieri dicit scriptura. Sciendum etiã quòd & nos horum causæ sumus: nam uoluntariorum malorum, inuoluntarij sunt effectus. Et hoc animaduertendũ, quòd mos sacræ scripturæ est, quędam quę secundũ euentum debent intelligi, causaliter dicere: ut illud, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Non enim peccauit, ut uinceret Deus quod peccauit: neq; indigebat Deus nostro peccato, ut ex illo uictor appareret. Reportat enim Deus aduersus omnes etiam non peccantes incomparabiliter uictorias, qui conditor est incõprehẽsibilis, & increatus, & naturalẽ habens gloriã, & non acquisititiam. Sed quia nobis peccantib. non iniustus est afferens iram suã, & pœnitentib. parcens, uictor mali nostri demonstratur. Non ad hoc aũt nos peccamus, sed ita euenit res. Quẽadmodũ si sedeat quis operãs, superueniat autem quispiã amicus, ait, ne hodie operer, aduenit amicus: at tñ amicus, nõ ut nõ operet̃ aduentauit, sic aũt euenit: nã occupatus circa amici susceptionẽ, nõ operat̃. Et dicuntur hęc, euentus: quia ita eueniũt res. Nõ uult aũt solũ Deus esse iustus, sed omnia sibi (quantum eorũ fert uirtus) assimilari.

COMMENTARIVS.

Ostẽsurus hoc loco Damascenus, Deũ nõ esse causam malorũ effectricẽ, præmittit tanq; iaciẽdum rei ꝓpositæ fundamẽtũ, hunc esse morẽ scripturæ, qd' permissionẽ Dei uocare solet actionẽ: & quæ ꝑmittit Deus, ita exprimit scriptura, ac si ea ipsa ageret: qd' ꝑ multis in litera exẽplis cõprobatur, & inprimis eo, qd' ut figulus facit hoc quidẽ uas in honorẽ, illud uerò in contumeliã. Etenim solus ipse Deus (ut habet litera) est uniuersorũ opifex. Solus quidẽ, qa nõ fuit alius cũ eo adiutor opificij rerũ, sed sua ipsius uirtute cõdidit uniuersa. Honorabilia uerò uasa aut ignominiosa, ipse sua soli9 potestate nõ efficit, tametsi utrorũq; naturã adesse deduxit. Et eos eñ qui salutẽ cõsequũtur, & q dãnationẽ incurrũt, secundũ substãtiã creauit. Et omnes qdẽ ut saluẽtur, nõ eñ (ut inqt Apostolus) posuit nos Deus in irã, sed in acquisitionẽ salutis. Honorabilia tñ uasa facit nõ sola Dei uirtus, quãuis præcipua sit bonorum

norum operum nostrorũ causa, sed etiam libera uoluntatis eorum qui bonitatem sequũtur potestas, cooperãs ipsi Deo, nostra opera in nobis (ut inquit Esaias) operãti. Ignominiosa uero uasa quantũ ad malitiã facit sola liberæ uoluntatis peruersitas, decũbentis spõte sua ad deterius, Deo nullo modo ad cõtaminationem uasorum cõcurrẽte. Proinde facere uasa ad ignominiam dicitur Deus, quia permittit aliquos sua propria iniquitate se reddere æterna morte dignos, & in malis ad finẽ usq; perstare. Vasa uerò ad honorẽ reuera facit, quia sine eius præsidio nullus effici potest uas ad æternæ uitæ honorem præparatum, & uirtute refertum. In illis quoq; uerbis Apostoli, eandem ferè sententiã quæ & superiora explicarunt, asserentibus. In magna domo nõ sunt solũ uasa aurea & argentea, sed & lignea & testacea: per magnã domum (inquit glosa) intelligitur ecclesia in hac uita mortali degens, bonos habens malis sine discrimine permixtos, ut granũ paleæ, triticũ zizanijs, rosas spinis, & bonos pisces malis. Per uasa aũt aurea & argentea, intelliguntur boni & electi, & ipsi ijdem sunt uasa in honorẽ, quia ad honorem cœlestis gloriæ subleuantur. Per uasa uerò lignea & fictilia accipiuntur ficti & reprobi, & ipsi ijdem sunt uasa in cõtumeliã, quia demerguntur in suppliciũ dãnationis, & ad ostẽsionẽ seueritatis diuinæ iustitiæ reseruantur. Adducitur insuper & aliud supradictæ propositionis exemplũ ex Apostolo, scilicet: Cõclusit Deus omnia in incredulitatẽ. Omnia inquam, id est, gentes & Iudæos (de quibus ibidem apud Apostolum fit sermo) secundũ materiã subiectã. Siquidem gentes in incredulitate cõclusisse dicitur, qui permisit eas in infidelitate grauiter aberrare, & idolorũ cultui esse deditas. Deinde ex sola misericordiæ suæ benignitate uocauit eas deuiantes & palpitãtes in tenebris ad uerã fidei agnitionẽ, ut in eorum peccatis liquidò pateat humana fragilitas, & in uocationis beneficio clarissimè eluceat diuina bonitas. Iudæos itidẽ cõclusit Deus in incredulitatẽ, quia permisit meritò suæ culpæ excæcari infidelitate, cũ præsens ipsis & oblatũ cœleste lumen recipere abnuerunt. Non tñ abscidit Deus omnimodã ab eis misericordiã suã: nam paulo ante cõsummationẽ seculi immensa Dei bonitas, ut misericordiæ suæ diuitias prodat & declaret illis, uocaturus est eos omnes ad fidem, & inducturus in suum ouile. Porrò cum in alio exemplo hic subiuncto, Iudæis Deus dicitur dedisse (secundũ permissionẽ quidẽ, quia ut id mali haberent, permisit) spiritũ cõpunctionis, malam cõpunctionẽ hoc signat: quia sæpe fit, ut etiã bonum sit homini molestum: quemadmodum Pharisæis doctrina Christi. Et sic spiritum cõpunctionis appellat ibi propheta mentem inuidentem, qua inuiderunt gloriæ & doctrinæ Christi & exinde interioris oculi cæcitatẽ & spiritualis auris surditatẽ incurrerunt. Id aũt postremũ scripturæ dictũ, sumptũ est ex Esaia 6. ca. dicente: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè uideat oculis suis, & aurib. suis audiat, & corde suo intelligat, & cõuertatur, & sanẽ eum. Quæ omnia de Deo quasi autore dicta sunt, ad eius designandum permissionẽ quòd ea in populo Iudæorũ obtingerent. Quod & in alijs plerisq; scripturæ locis usuuenit. Si quis deinde obijciat illud Esaiæ 45. ca. Ego Dominus, & non est alter, formans lucẽ, & creãs tenebras: faciens pacem, & creãs malũ. Ego Dominus faciens omnia hæc. Itẽ & illud dictũ Amos 3. ca. Nõ est malũ in ciuitate qđ Dominus nõ fecerit. Ex quibus colligi posse uidetur, Deũ esse causam malorũ. Respõdet autor, malũ in utroq; loco supradicto nõ sumi pro malo culpæ & uitio, sed malo pœnæ inflicto à Deo. Vnde Gregorius exponẽs illũ 45. ca. Esaiæ locũ, inquit: Non mala quæ nulla sua natura subsistunt, creãtur à Domino: sed creare se mala Dominus indicat, cũ res bene creatas, nobis malè agentib. in flagellũ format, ut ea ipsa per dolorẽ quo feriunt, delinquẽtibus mala sint, & per naturã qua existunt, bona. Confundantur ergo, qui Deum, malorum conditorem arbitrantur. Hic enim malum non contrariũ bono, sed pro bello ponitur & afflictione, secundũ quod dicitur, Sufficit diei malitia sua. Et glosa dilucidans illud dictũ 3. cap. Amos prophetæ in litera adductũ, Si erit malũ in ciuitate, quod dominus non fecerit: malũ inquit, id est afflictio, quæ nõ iniusta, sed patienti grauis & mala uidetur. Huiusmodi aũt afflictiones uocat litera tribulationes, & inductiones, id est illationes aduersitatũ & immissiones ærũnarum atq; pressurarũ: quas nobis sæpenumero inducit deus, ut à præteritis nos malis castiget, & à futuris auertat, more prudentissimi medici porrigẽtis ægroto amarã potionẽ, qua morbũ propellat, & sanitatẽ instauret. Insuper & annotandũ est summopere id documentũ, ad intelligentiã scripturæ inprimis accõmodum, qđ in litera subiungitur: quædã scilicet causaliter dici, quæ secundũ euentũ debẽt intelligi: & multa exprimi tanq̃ forent causa eius cui annectuntur, quæ tamen causa non sunt, sed secundũ euentũ ita cõtingunt. Qui sanè loquendi modus in sacris literis est frequentissimus, & in creberrimo uersatur usu, potissimũ cũ ab euãgelistis quicq̃ gestum narratur, ut adimpleretur prophetæ cuiuspiã oraculũ: quẽadmodum apud Matthæũ cũ plerisq; in locis, tũ 2. ca. Et erat ibi usq; ad obitũ Herodis ut adimpleretur qđ dictũ est à Domino per prophetã dicentẽ, Ex Aegypto uocaui filium meũ. Siquidẽ factũ prius narratũ, nõ ideo factũ est, ut talis cõpleretur prophetia: sed huiusmodi factum cõsequitur prophetiæ adimpletio, euenitq; qđ tali facto cõpleatur huiusmodi prophetia. Ita beatus Paulus ad Ro. 11. ca. Cõclusit Deus omnia in incredulitate, ut omniũ misereatur. Vbi præcedẽs incredulitas nõ denotatur sequẽtis diuinæ miserationis esse causa: quãdoquidẽ illa potius irã Dei merebatur, sed euẽtus ibidẽ designatur, & ita res accidisse declaratur, qđ post incredulitatẽ secuta

sit benignissima Dei ad fidem uocantis misericordia. Quocirca non commendãda est illa incredulitas, quod talem apud Deum inuenerit miserationem: cum hæc miseratio nõ ob incredulitatem, sed solam Dei bonitatem (cui soli id beneficium miserationis acceptum referri debet & ascribi) exhibita sit. Similiter neq; fœlix Adæ culpa debet prædicari aut cantari, quæ talem meruit habere redemptorem: quandoquidem culpa illa primorũ parentum misera fuit, & infœlix, inferens toti posteritati generis humani interitum perpetuum, & mortem. Quomodo ergo rectè fœlix dicetur ea culpa, ex qua omnis infœlicitas exorta? Rursum non meruit illa culpa habere Christum Dominum redemptorem, sed rectius dixerim eam esse damnationem æternam. Quis enim adeò desipiat, ut dicat ex culpa primorum parentum merito allatam nobis esse redemptionem, cum culpæ debeatur pœna? Sed redemptionis donum ex sola Dei misericordia uenit, & illi soli debet attribui tanquam causæ præmotrici, præcipuæ & primitiuæ. nam misericordiæ Domini, quod non sumus consumpti. Non igitur laudandum est dæmonis opus, neq; illi ascribendum, quod solius Dei est donum: sed cautius & prouidẽtius extollenda sunt Dei opera, & dicendum potius: O' magna Dei misericordia, quæ talem nobis miseris dedit redemptorem. In illo quoq; dicto Psalmi 50. Vt iustifeceris in sermonib. tuis, & uincas cum iudicaris: particula Vt, non causalitatem improbat, sed solum exprimit euẽtum: quemadmodum declarat litera, & comprobat etiam Cassiodorus, eum Psalmi locum sic exponens: Sermones Domini meritò iustificati dicũtur, quoniam sine dubio semper eius dicta complentur, sicut ipse dicit, Cœlum & terra trãsibunt, uerba autem mea non præteribunt. Itaq; peccatorum ueniam Deus misericorditer (ut petiuit Propheta) concedens, iustificatur in suis sermonibus, id est, fidelis, iustus & uerax inuenitur in uerbis suis, quibus promisit Deus ueniam pœnitenti. Et uincit Deus, cum iudicatur, id est, cum nonnulli perperam de Deo sentientes iudicant eum non misereri in lethale peccatum prolapsis, cõuincit eos, & sententiam eam destruit, parcẽdo in grauissima scelera collapsis. Siquidem iudicatur ab illis Deus immisericors & immitis: uictor tamen euadit, quia suæ misericordiæ benignitatem ipso remissionis effectu ostendit & declarat. Particula autem Vt, non hic causalitatem exprimit, sed euentum. Nempe post graue adulterij & homicidij facinus (quod humiliter confitetur Propheta) & impetratam illius ueniam, ostenditur Deus in suis promissis uerax: & cum iudicatur ab impijs ut immansuetus, conuincit eos falsitatis & mendacij, misericordiam reis impartiendo.

ΟΤΙ ΟΥ ΔΥΟ ΑΡΧΑΙ. ΚΑ'.

Ὅτι οὐ δύο ἀρχαί, μία ἀγαθή, καὶ μία πονηρά, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. ἐναντία γὰρ ἀλλήλοις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρόν, καὶ ἀλλήλων φθαρτικά, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἢ σὺν ἀλλήλοις οὐχ ὑφιστάμενα. ἐν μέρει τοίνυν, τούτων ἕκαστον ἔσται τοῦ παντός. καὶ πρῶτον μὲν περιγραφήσονται, οὐχ ὑπὸ τοῦ παντὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μέρους τοῦ παντὸς τούτων ἕκαστον. ἔπειτα, τίς ὁ τὴν χώραν ἑκάστῳ ἀποτεμνόμενος; οὐ γὰρ ἀλλήλοις συνενεχθῆναι καὶ συμβιβασθῆναι φήσουσιν. ἐπεὶ οὐ κακὸν τὸ κακὸν εἰρήνην ἄγον, πρὸς τὸ ἀγαθόν τε συμβιβαζόμενον· οὐδ᾽ ἀγαθὸν τὸ ἀγαθόν, φιλικῶς πρὸς τὸ κακὸν διακείμενον. εἰ δὲ ἕτερος, ὁ τούτων ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν ἀφορίσας διατριβήν, ἐκεῖνος μᾶλλον ἔσται θεός. ἀνάγκη δὲ καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ ἅπτεσθαι καὶ φθείρειν ἀλλήλους ἢ εἶναί τι μέσον, ἐν ᾧ οὐδὲ ἀγατόν, οὐδὲ κακὸν ἔσται, ὥσπερ τι διάφραγμα, διεῖργον ἐξ ἀλλήλων ἀμφότερα. καὶ οὐκ ἔτι δύο, ἀλλὰ τρεῖς ἀρχαὶ ἔσονται. ἀνάγκη δὲ καὶ τούτων τὸ ἕτερον, ἢ εἰρηνεύειν, ὅπερ τὸ κακὸν οὐ δύναται. (τὸ γὰρ εἰρηνεῦον οὐ κακόν.)

QVOD NON DVO SINT PRINCIPIA. Cap. XXI.

Quod non duo principia, unũ bonum, & alterũ malũ, hinc agnoscere ualeamus. Nã adinuicem bonum & malum contraria, & inuicẽ sui ipsorum corruptiua: & se inuicem, aut cũ se inuicem non subsistentia. Ad partem igitur horũ unũquodq; erit in uniuerso, & primũ circũscribetur horũ unũquodq;, nõ modo ab uniuerso, sed & ab uniuersi parte. Præterea, quis regionem unicuiq; dispartietur? non enĩ ea adinuicẽ contulisse, & cõuenisse dicere possint: quia non malũ est, quod malum ad pacem agit, ad bonũq; conciliat: neque bonum, quod bonum amicabiliter erga malũ afficit. Si autẽ alius est, qui horũ unicuiq; propriam definierit conuersationem, ille potius fuerit Deus. Necessarium autem duorum alterum, aut se tangant & corrumpant se in inuicem, aut medium esse, in quo neq; bonum, neque malum fuerit, perinde atq; quoddam interstitium dirimens ab inuicem utrunq;, & non iam duo, sed tria erunt principia. Necesse etiã & horũ alterũ aut pacẽ habere, quod quidẽ malũ nõ potest: nã pacẽ habere, nõ malũ ẽ

aut

ἢ μάχεσθαι, ὅπερ τὸ ἀγαθὸν οὐ δύναται (τὸ γὰρ μαχόμενον οὐ τελέως ἀγαθόν) ἢ τὸ μὲν κακὸν μάχεσθαι, τὸ δ' ἀγαθὸν μὴ ἀντιμάχεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ κακοῦ φθείρεσθαι, ἢ ἀεὶ λυπεῖσθαι καὶ κακοῦσθαι, ὅπερ οὐ τοῦ ἀγαθοῦ γνώρισμα. μία τοίνυν ἀρχὴ, πάσης κακίας ἀπηλλαγμένη. ἀλλ' εἰ τοῦτο φασί, πόθεν τὸ κακόν; ἀμήχανον γὰρ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν ἔχειν τὴν γένεσιν. φαμὲν οὖν, ὅτι τὸ κακὸν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ στέρησις τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν παραδρομή. οὐδὲν γὰρ κακὸν κατὰ φύσιν. πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς, καλὰ λίαν, καθὸ γέγονεν. οὕτω τοίνυν μένοντα καθὼς ἔκτισται, καλὰ λίαν εἰσίν. ἑκουσίως δὲ ἀποφοιτῶντα ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐρχόμενα, ἐν τῷ κακῷ γίνονται. κατὰ φύσιν μὲν οὖν πάντα δοῦλα καὶ ὑπήκοα τοῦ δημιουργοῦ. ὅταν οὖν ἑκουσίως τι τῶν κτισμάτων ἀφηνιάσῃ, καὶ παρήκοον τοῦ ποιήσαντος αὐτῷ γένηται, ἐν ἑαυτῷ συνεστήσατο τὴν κακίαν. κακία γὰρ οὐκ οὐσία τίς ἐστιν, οὐδὲ οὐσίας ἰδίωμα, ἀλλὰ συμβεβηκὸς, ἤτοι ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἑκουσίως παρατροπὴ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁμαρτία. πόθεν οὖν ἡ ἁμαρτία; τῆς αὐτεξουσίου γνώμης τοῦ διαβόλου εὕρημα. κακὸς οὖν ὁ διάβολος; καθὸ μὲν γέγονεν οὐ κακὸς, ἀλλ' ἀγαθός. ἄγγελος γὰρ φωτεινὸς, καὶ λαμπρότατος ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἔκτισται· αὐτεξούσιος ὡς λογικός, ἑκουσίως τε τῆς κατὰ φύσιν ἀρετῆς ἀπεφοίτησε, καὶ ἐν τῷ ζόφῳ τῆς κακίας γέγονε, θεοῦ μακρυνθεὶς τοῦ μόνου ἀγαθοῦ, καὶ ζωοποιοῦ, καὶ φωτοποιοῦ. (ἐξ αὐτοῦ γὰρ πᾶν ἀγαθὸν ἀγαθύνεται.) καὶ καθόσον ἐξ αὐτοῦ μακρύνεται γνώμῃ, οὐ γὰρ τόπῳ, ἐν τῷ κακῷ γέγονεν.

aut bellum agere, quod quidem bonũ non poteſt: nam bellum agere, non finaliter bonũ, finisq; rationẽ habens. Aut malũ quidem bellũ agere, bonum uerò non cõtrapugnare, ſed à malo corrũpi, aut ſemper moleſtia affici, & deterius ſe habere: quod non eſt (quo bonũ dignoſcatur) ſignum. Vnum igitur eſt principium, ab omni malignitate liberum. At ſi hoc dicunt, unde malũ? impoſſibile enim, ex bono malum habere ortum. Dicimus quod malum nihil aliud eſt quàm boni priuatio, & ex eo quod ſecundum naturam quod præter naturam prolapſio: nam nihil malum ſecundum naturã. Cuncta enim quæcunq; fecit Deus, bona ſunt ualde, ſecũdum quod facta ſunt: ſic igitur manentia quemadmodum creata ſunt, exiſtunt ualde bona. Cum autem uoluntariè diſcedunt ex eo quod ſecundũ naturã, in id quod præter naturam prolabẽtia, in malo ſtatuuntur. Secundũ naturam igitur, omnia ſubdita & parentia opifici. At quando aliqua creaturarũ uoluntariè rebellauerit, & inobediens facta fuerit ei qui creauit illã, in ſeipſa parit malitiam. Malitia enim non ſubſtantia eſt, neq; ſubſtantiæ propriũ, ſed accidens, id eſt ex eo quod ſecundum naturam in id quod præter naturã uoluntaria auerſio: quod quidem eſt peccatum. Vnde igitur peccatũ? à libera poteſtate uoluntatis diaboli inuentũ. Malus'ne ergò diabolus? Secundũ q̃d factus eſt, non malus, ſed bonus: angelus enim lucidus & ſplendens ab opifice creatus eſt liberæ poteſtatis, quippe qui rationalis. Voluntariè uerò à uirtute ſecundum naturam, diſceſſit, & in caligine malitiæ factus eſt, à Deo elongatus, ſolo bono & lucis indultore. Ex ipſo nanq; omne bonum, benignè fit, & quantum ab ipſo elongatio uoluntate fit, non loco, tantum in malum proruitur.

COMMENTARIVS.

MAnichæi inter cætera impietatis ſuæ dogmata, duo poſuerunt prima rerũ principia: unũ bonũ, à quo producta ſint inuiſibilia & incorporea, ut ſupercœleſtes & angelicæ ſubſtãtiæ: alterũ malũ, à quo exorta ſint eorũ opinione uiſibilia & corporalia. Ad qđ cõprobandum adduxerunt illud Matthæi quarto capite dictũ, qđ diabolus Domino noſtro in montẽ excelſum ſublato oſtenderit omnia regna mundi: promittens illa ſe illi daturũ ſi procidens adoraret ipſum. Ex quo loco arbitrãtur efficax argumentũ ſumi, diabolum rerum iſtarum inferiorum eſſe dominum & rectorẽ: nõ intelligentes quidem illum id ex arrogãtia & fraudulentia dixiſſe, qua aliena ſibi uendicare contendit, nõ quòd mundus iſte ſit ſuus. quãuis ſuũ eſſe dixerit, ut qui mendax ſit, & omnis mendacij pater. Inſuper in corroboratione ſuæ ſententiæ aſtruunt diabolũ à Domino noſtro Ioannis 12. & 14 ca. appellatũ eſſe principẽ huius mundi, & inde rationẽ ducunt ipſum totius machinæ corporeę tenere principatũ: non perſpicientes mundũ ibi non pro rerũ conditarũ natura ſumi, ſed pro hominũ mundana ſectantiũ deſideria eluuie & caterua, quorum princeps diabolus eſt, quòd in eos dominiũ exercens, pro ſua libidine ad quæuis mala ipſos impellit, ac præcipitat: quemadmodum a-

pud Iob ipse dicitur esse rex super omnes filios superbiæ. Vnde August. illũ Ioan. locũ exponens, ait: Absit ut diabolũ principem mũdi ita dictũ existimemus, ut eũ cœlo & terræ dominari posse credamus: sed mundus appellatur in malis hominib. qui toto orbe terrarũ diffusi sunt. Sic ergo dictũ est, princeps huius mundi, i. princeps malorũ hominum qui habitant in mundo. Et Beda eundem elucidãs locũ, principem inquit mundi diabolũ dicit: quia principatur eis qui ordine peruerso mundũ potius q̃ mundi cõditorem diligunt. Quemadmodũ apud Apost. 6. ca. ad Ephesios dicuntur dæmonici spiritus rectores tenebrarũ harũ: quod peccatorũ qui in tenebris ambulant, & spirituales sunt tenebræ, principatũ obtinent, regimen & primatũ. Ad reprimendàm aũt hanc Manichæorũ uesaniã, sacrosancta synodus Nicena suo adiecit symbolo, credendũ esse in unũ Deũ patrem omnipotentem, factorẽ cœli & terræ, uisibiliũ omniũ & inuisibiliũ: quo Deum fateatur etiã uisibiliũ omniũ creatorẽ, quod & uetus Testamentũ apertissimè in principio Geneseos tradit. Et potuissent ipsi tũ illius loci, tũ prophetarũ & Psalmorũ, Deũ cœli & terræ, maris, & omniũ quæ in eis sunt autorem profitentiũ lectione, à sua insania resipiscere, si non totius antiqui Testamenti textũ negassent, dicentes ipsum à malo principio exordiũ habuisse, & propterea recipiẽdũ nõ esse. Verũ sicut ex uno malo facilè in aliud proruitur malum, ad quod suo pondere pertrahit: ita ex uno falso prona est in aliud absurdius falsum uia. Nimirũ igitur si à ueritatis calle digressi Manichæi, & in errorũ acti diuerticula, ex uno errore duorũ primorũ principiorũ, in altero prolapsi sunt erroris barathrum, negationem scilicet ueteris Testamenti. Porrò quatuor rationes ab autore in litera adductæ ad probandum quod non sunt ponenda duo rerũ prima principia, & efficacissimæ sunt, & ad aliquod unaquæq; perducunt incõmodum, procedentes ex hypothesi aduersariorũ ad cuiuspiã manifeste falsi illationem, ex cuius interemptione (more demonstrationũ ad impossibile perducentium) fiat regressus ad interimendũ id falsũ quod fuerat assumptũ. Enimuero prima ratio deducit ad id incõueniens quod utrũq; illorũ principiorũ circũscriberetur, certo locorũ limite & meta clausum. Vnũquodq; aũt illorũ, Deũ ponunt, quare Deus erit circunscriptus, & corporũ angustia terminisq; conclusus, quod diuinæ quidẽ naturæ repugnat. Secunda ratio id infert cõtra eos absurdũ, quod illorũ principiorũ neutrũ Deus erit, quod est oppositũ positionis eorũ: sed is potius habebitur Deus, qui suã cuiq; uniuersi partem q̃ moderetur distribuit. Tertia id contrariũ positioni illorũ cõcludit, quod non duo (queadmodũ astruũt) prima sunt rerum principia ponenda, sed tria: scilicet bonum, malũ, & mediũ illa dirimens. Postrema uerò id contra ipsos colligit, quod bonũ principium nõ contra pugnans, à malo assiduè infestãte, bello premetur, afficietur molestia, & deterius se habebit: quæ sanè, boni cõditiones nõ sunt, sed inualidi, impotentisq;, & ad interitũ tendentis principij. Cũ aũt in huius quartæ rationis deductione adducit litera, quod bellũ agere, nõ finaliter bonũ est, finisq; rationẽ habens, hæc ẽ sententia illius loci atq; intelligentia, quod geruntur sæpenumero bella, & quidẽ à bonis, ut illis finẽ aliquẽ honestũ assequantur, scilicet pacem (si quidẽ belligeratio, pacis demũ obtinẽdæ gratia plerũq; fit) religionis amplificationẽ, reipublicæ tutationem, patriæ suorũue parẽtũ aut liberorũ defensionẽ. A' malis itidẽ mouentur bella, ad finẽ aliquẽ licet minus honestũ consequendũ, ut iniuriæ uindictã, regni dilationẽ, finium imperij prorogationem. Nunq̃ tamẽ nec à bonis, nec malis bellum agitur, habens rationẽ finis primarij & præcipui, ut omnia scilicet ad bellum referantur, ipsum uerò ad aliud nihil ulterius ordinetur. At si duo ponerentur principia prima, unũ bonũ, & alterum malũ, oporteret illa ad inuicẽ aut pacem habere quod naturæ mali repugnat, cum pacem habere, non sit malum: sed bonum, aut bellum inter se assiduè habere, quod naturæ boni aduersatur. nam bellũ gerere, ipsum ad alium finem ulterius nõ referendo, nequaquã bonũ est, sed prauum. Potest & istis præter literæ sententiã addi quinta ratio talis, Nulla dualitas, principium est: unitas eñ natura prior est, & binarij principium. Non igitur poterunt duo esse principia, unum bonum, à quo proficiscantur omnia bona: & unum malũ, à quo exortum habeant mala. sed necesse est illa duo, ab uno eodemq; fonte, radice ac primordio originem suã sumere, quod quidẽ unũ, potius dicetur rerum omniũ principium, & non erunt illa duo quæ ponunt prima rerum principia: sed potius à primo deducta principio. Quòd si illud primũ rerũ principiũ posueris esse bonum, iã ex bono erit malum, & arbor bona fructum malũ proferet, contra euangelicã sententiã. Si uerò astruxeris ipsum esse malum, tunc ex malo erit bonum, & arbor mala fructum efferet bonum. Si tertiò dixeris ipsum unum & primum rerum principium esse bonum & malũ, nihil illo absurdius dici queat, cum illa sint opposita, & nõ possint simul in eodem cõsistere. Deniq; si dederis ipsum unũ rerũ principiũ, neq; bonum esse, neq; malum, & illud quidẽ absurdum, cum debeat esse intellectu & ratione præditum, liberæq; potestatis arbitrio insignitũ, & quicquid uoluntate dotatum est, aut bonum aut malum esse necesse est. Huic accedit, quòd inter bonum & malum, ut naturæ sunt conditiones & proprietates, nullũ assignari potest mediũ. Insuper hoc dato, ex nõ bono enasceretur bonum, & ex nõ malo ortum duceret id quod est malũ, quæ omnia sunt absurda. Et hanc rationẽ innuit beatissimus pater Dionysius quarta parte 4. ca. libri de Diuinis nominib. ubi etiã dilucidè ostendit malũ nõ posse habere ortũ ex bono, quod & litera hic adducit, inquirẽs unde malum primum prodierit. Ipsius Dionysij uerba sunt hæc: Ac primũ quidẽ

istud

ſtu, cōſitenter dicemus, qđ malū ex bono nequaꝗ̃ eſt: & ſi ex bono ſit, malū profectò nō eſt. Neq; enim propriū eſt ignis, refrigerare: neq; boni, nō bona producere: & ſi quæ ſubſiſtunt, omnia ex bono ſunt, natura enim eſt, bono producere atq; ſeruare: malo aūt, corrumpere ac perdere. Eodē quoq; loco latiſſimè mali uenationem pertractat, oſtendens ex nullo corū quę ſunt natura, malum eſſe, neq; in illorum quopiā, natura adeſſe malum, diſcurſu atq; deductione per ſingula rerum genera diffuſius facta. Demū poſt exactiſſimā diſcuſſionem & ampliſſimā, tandē definit atq; determinat, nihil aliud eſſe malū, niſi boni priuationem, atq; à debito ordine rectitudineq; ꝓlapſionē atq; diſcuſſionem. Cuius ſententiā hoc in loco Damaſcenus ad unguem inſequitur & cōſtringit: inter cætera ad intelligendā mali rationem, id etiam hic aſſerēs, qđ malitia nō ſubſtantia eſt, neq; ſubſtātiæ propriū, ſed accidens. Enimuero malitia neq; re ipſa, neq; ratione ſubſtantia eſt. Re quidē, quia nō eſt quippiā per ſe ſubſiſtens, aut rei per ſe ſubſiſtentis pars: ratione uerò, quia nō eius quod per ſe ſubſiſtat rationē præfert. ut omnib. dilucidū eſt. At uerò ratiōe quidē accidens eſt malitia, nō re, quandoquidē nō ſit affectio quædā accidentaria, re ipſa inexiſtens animæ: ſed duntaxat rationē habeat accidentariā, deſignās boni abſentiā, carentiāq; & deſtitutionē. Perinde atq; tenebræ, qualitas nō eſt re ipſa in aere ſubſiſtens, ſed ſola luminis priuatio: neq; rem accidentis habet, ſed ſolā rationē. Quēadmodū diuinus quoq; Dionyſius quarta parte 4 ca. de Diuinis nominib. inquit. Et ſi malas fieri animas dicimus, in quo fiunt malæ, niſi in bonarū qualitatum operationūq; defectu, atq; ꝓueniente ex infirmitate ꝓpria priuatione ac prolapſione fruendi bonis ſuis? Nā & circunfuſum nobis aerē offundi tenebris dicimus, defectu atq; abſentia lucis: ipſa uerò lux, ſemper lux eſt, quæ etiā illuminat tenebras. Itaq; neq; in dęmonib. neq; in nobis eſt malū quaſi exiſtēs ſed ut defectus ac deſertio cōſummationis ꝓpriū bonorū. Et quoniā (ut ex prædictis liquet) malū eſt diſceſſio à Deo totius bonitatis fonte, quantū quis à Deo uoluntatis affectu elōgatur, tantū in malū ꝓlabitur. Siquidē loco nō poteſt à Deo fieri elōgatio, ut qui ſit ubiq; præſens, Quò ibo (dicit Pſal. 138) à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiā? Si aſcendero in cœlū, tu illic es: ſi deſcēdero in infernū, ades. Volūtate uerò ab eo fit elōgatio, quādo noſtra uolūtas diſcrepat & diſſidet ab eius uoluntate, illiq; contraria eſt, & repugnās, ut ſi impuri ſumus, immites, iracundi, iniuſti: cū Deus nos iubeat mundos eſſe, miſericordes, manſuetos & iuſtos. De qua elōgatione loquitur Pſal. 72. Quia ecce q elōgāt ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicātur abs te. Sic alta à lōgē cognoſcere dicitur, & lōgè à peccatorib. eſſe ſalus, quoniā iuſtificationes Domini nō exquiſierunt. E diuerſo qui uoluntatis cōformitate ipſi Deo euadunt perſimiles, apꝓpinquare Deo dicuntur, & illis Deus ꝓpinquus eſſe dicitur. Vnde Iacobus admonet nos omnes dicēs, Apꝓpinquate Deo, & ipſe appropinquabit uobis. Et Pſal. 144. Propè eſt Dominus omnib. inuocantib. eū, omnibus inuocantib. eum in ueritate. Qui itaq; minus à Dei diſcedit uoluntate, minus in malū proruit, ut qui leuia & quotidiana admittit peccata. Qui uerò magis à diuina lege exorbitat, grauius itidē in malū procurrit. Quēadmodū qui minus à ſole auertitur, tenebras quidē incurrit, ſed minus atras: qui uero magis à luce ſolis oculos ſuos detorquet, grauioribus & denſioribus immergitur tenebris.

ΤΙΝΟΣ ΕΝΕΚΕΝ ΠΡΟΓΙΝΩ-σκων ὁ θεὸς τοὺς ἁμαρτάνειν, καὶ μὴ μετανοεῖν μέλλοντας, ἔκτισεν. κβ΄.

Ὁ Θεὸς διὰ ἀγαθότητα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγει τὰ γινόμενα, καὶ τῶν ἐσομένων προγνώστης ἐστίν. εἰ μὲν οὖν μὴ ἔμελλον ἔσεσθαι, οὐδ' ἂν κακοὶ ἔμελλον ἔσεσθαι, οὐδ' ἂν προεγινώσκοντο. τῶν γὰρ ὄντων αἱ γνώσεις, καὶ τῶν πάντως ἐσομένων αἱ προγνώσεις. πρῶτον γὰρ τὸ εἶναι, καὶ τότε τὸ καλὸν ἢ κακὸν εἶναι. εἰ δὲ μέλλοντας ἔσεσθαι διὰ τὴν τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα, τὸ κακοὺς ἐξ οἰκείας προαιρέσεως μέλλειν ἔσεσθαι, ἐκώλυσεν αὐτοὺς γενέσθαι, τὸ κακὸν ἐνίκα ἂν τὴν τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα. ποιεῖ τοιγαροῦν ὁ θεὸς ἀγαθὰ ἅπαντα ἃ ποιεῖ. ἕκαστος δὲ ἐξ οἰκείας προαιρέσεως, καλός τε καὶ κακὸς γίνεται. εἰ καὶ τοίνυν ἔφη ὁ κύριος, συνέφερε τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη, οὐ τὴν οἰκείαν κτίσιν κακίζων, ἔλεγεν,

CVIVS GRATIA DEVS PRAESCIens eos qui peccaturi ſunt, & pœnitentiam non agent, creat. Cap. XXII.

Deus propter bonitatem ex non eſſe ad eſſe deducit ea quæ fiunt, & futurorum præcognitor eſt, ſiquidem futura non eſſent, neque mali futuri eſſent, neque preuiderentur. Nam eorum quæ ſunt, cognitiones: futurorum autem omnino præcognitiones exiſtunt: nam primum eſſe oportet, & tunc bonū aut malum eſſe. Atqui ſi futuri ſunt propter Dei bonitatē, mali autem futuri ſunt ex propria uoluntatis electiōe: ſi nō fierēt, malū uinceret Dei bonitatē. Facit eñ Deus bona, cūcta q̃ facit, & unuſquiſq; ex propria uolūtate bonus aut malus fit. Et ſi Dñs dixit, Meliꝰ eſſet homini illi, ſi natꝰ nō fuiſſet nō propriā creationē exprobrās dixit,

ἀλλὰ τὴν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως καὶ ῥαθυμίας ἐπιγινομένην τῷ κτίσματι αὐτοῦ κακίαν. ἡ γὰρ τῆς οἰκείας γνώμης ῥαθυμία, ἄχρηστον αὐτῷ τὴν τοῦ δημιουργοῦ εὐεργεσίαν ἐποίησεν. ὥσπερ ἂν εἴ τις πλοῦτον καὶ ἀρχὴν παρὰ βασιλέως ἐγχειρισθεὶς, τυραννήσει τὸν εὐεργέτην, ὃν ἀξίως χειρωσάμενος τιμωρήσεται, εἰ μέχρι τέλους τῇ τυραννίδι κατίδοι τοῦτον ἐναπομένοντα.

ſed aduenientem ex propria uoluntate & ignauia, creaturę ſuę prauitatem, ex propria enim uoluntatis ignauia, inutile ſibi facit creatoris beneficium. Quemadmodũ ſi quis diuitĳs & principatu à rege donatus. tyrannide in benefactorem inſurgat, quẽ rex iuſtè capiens, puniet, ſi uſq; ad finem proſpexerit illum tyrannidi immanentem.

COMMENTARIVS.

SOlent nonnulli importunius ſciſcitari, diuinorum operum nõ ad ſobrietatem, rationem indagãtes, quæ deberẽt potius cũ reuerentia admirari: quare Deus illos ad eſſe deducit & creat, quos præuidet prolapſuros in malũ, & pœnitentiã nõ acturos. Cuius rationem autor aſſignat in litera, quoniã ea quę per ſe & ordinata ſunt, nõ debent per accidentaria & inordinata impediri, quo minus fiant. Rerum aũt creatio, per ſe à Deo eſt, & ordinatiſſima ratiõe diſpoſita, malitia uerò per accidens irrepit, inordinata eſt, & innaturalis. Non igitur decet hominum formationem & creationem præpediri per aduentitiã & ſubrepentem malitiam in ipſis. Quòd ſi Deus illos nõ crearet, quos præuideret in malitia ad finem uſq; perſeueraturos, tunc malũ uinceret Dei bonitatẽ: nã præcognitũ illorum malum prohiberet ipſorũ pductionem, ex ſola Dei bonitate proficiſcentem. Illud aũt abſurdum eſt, & impium, quandoquidẽ è diuerſo ſapientia uincit malitiã attingens à fine uſq; ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter. Porrò præter hanc literæ rationẽ quæ admodũ digna eſt, & alia ſolet plerunq; aſſignari, quare illos creat Deus quos præuidet futuros malos, & in malitia ad finẽ uſq; uitæ perſeueraturos, q̃ ſanctus innuit Auguſtinus, dicens: Deus adeò omnipotens eſt, quòd mala fieri nõ ſineret, niſi maiora inde bona eliceret, utpote ſuæ iuſtitiæ in puniẽdo declarationẽ atq; rectitudinẽ, & aliorum huiuſmodi exẽplo à malo reuocationẽ. Vtrunq; eñ Deus aſſequitur, cum ĳ quos creauit, ſponte ſua à bono decidentes & malitiæ dãtes manus uictas, æternis addicti ſunt pœnis: quia finem ad quẽ nati fuerãt, ſibi cõparare ſtuduerunt. Quemadmodũ agricola ſi bonum in agro ſemen ſeminauerit, quod in zizania declinet & cõuertatur, ipſum ſterile gramen, & loliũ infœlix ad ignis uſum applicabit. Et hortulanus ſi arborẽ horto inſitã perſpexerit ſterilẽ effectã, ſecuri exciſam in alimentũ ignis & cõbuſtionem accõmodat. Et paterfamilias uaſis confractis (quod fuerat integrũ) & iã inutilib. fragmenta ad aliquẽ ſuæ domus uſum licet abiectiorem & ſordidiorẽ cõuertit. Sic ſanè Exodi nono capite à Domino dictum eſt Pharaoni, flagella Dei quæ ad ſui correptionem erant inducta, non ad emendationẽ ſuſcipienti: Quia in hoc ipſum excitaui te, ut oſtendã in te uirtutẽ meã, & ut annuncietur nomen meum in uniuerſa terra. Neq; prædictis obuiat aut aduerſatur illud Domini noſtri uerbum de Iuda proditore, & ſingulo quoq; perpetuò dãnato, Melius eſſet homini illi, ſi natus nõ fuiſſet. Non enim eo ipſo ſignificatur ſimpliciter, melius eſſe, ipſum non fuiſſe creatum & natũ, quã in malitia permanentem, uitam terminaſſe. Sed deſignat illud Domini uerbum, illi melius eſſe & minus acerbum & durum, non fuiſſe unquã natum, quã poſt natiuitatem in malitia mortuum, perpetuò eſſe damnatum. At non rectè collegeris, ſi id melius fuerit illi, idcirco ipſum ſimpliciter melius eſſe & cõgruentius. Cæterũ ex hac ſententia in Iudã infœlicẽ, & reprobos omnes ab ore ueritatis dicta liquidò cõſtat, melius illis eſſe & minus moleſtũ, nõ ſubſiſtere omnino, quã perpetuò malè ſubſiſtere. Nã etſi nullo modo ſubſiſtere, omnimodã priuet ipſius eſſe participationem & Dei: malè tamen ſine termino ſubſiſtere, priuat bene ſubſiſtendi beneficium per ſempiternã miſeriam: priuat inſuper ſummè boni aſſimulationem, per malitiam quæ indimobiliter ĳs adhæret, qui irreparabiliter à Deo ſunt ſeparati. Hæc autem duo reprobis grauiora ſunt, quam foret ipſa non exiſtentia.

ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ νόμου ἁμαρτίας. ς θ.

Ἀγαθὸν τὸ θεῖον, καὶ ὑπεράγαθον, καὶ τὸ τούτου θέλημα. τοῦτο γὰρ ἀγαθὸν, ὅπερ ὁ θεὸς βούλεται. νόμος δέ ἐστιν, ἡ τοῦτο διδάσκουσα ἐντολὴ, ἵν' ἐν αὐτῷ μένοντες ἐν φωτὶ ὦμεν, ἧς ἐντολῆς ἡ παράβασις ἁμαρτία ἐστίν. αὕτη δὲ

DE LEGE DEI, ET LEGE PECCATI. Cap. XXIII.

BOna diuinitas, & ſuperbona, & eius uoluntas: nam hoc bonum, quod Deus uult. Lex autem eſt, quod docet eius mandatum, ut in ipſo manẽtes, in luce ſimus. Cuius quidem mandati præuaricatio, peccatum eſt: quod

per

διὰ τῆς τοῦ διαβόλου προσβολῆς, καὶ τῆς ἡμετέρας ἀβιάστου καὶ ἑκουσίου παραδοχῆς, συνίσταται. λέγεται δὲ καὶ αὕτη νόμος. ἐπιβαίνων οὖν ὁ τοῦ θεοῦ νόμος τῷ νῷ ἡμῶν, ἐφέλκεται πρὸς ἑαυτὸν, καὶ νύττει τὴν ἡμετέραν συνείδησιν. λέγεται δὲ καὶ ἡ ἡμετέρα συνείδησις νόμος τοῦ νοὸς ἡμῶν, καὶ ἡ προσβολὴ δὲ τοῦ πονηροῦ, τουτέστιν ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας, ἐπιβαίνων τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἡμῶν, δι' αὐτῆς ἡμῖν προσβάλλει. ἅπαξ γὰρ παραβάντες ἑκουσίως τὸν νόμον τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν προσβολὴν τοῦ πονηροῦ παραδεξάμενοι, ἐδώκαμεν αὐτῇ εἴσοδον, πραθέντες ὑφ' ἑαυτῶν τῇ ἁμαρτίᾳ. ὅθεν ἑτοίμως ἄγεται τὸ σῶμα ἡμῶν πρὸς αὐτήν. λέγεται οὖν καὶ ἡ ἐναποκειμένη τῷ σώματι ἡμῶν ὀσμὴ καὶ αἴσθησις τῆς ἁμαρτίας, ἤτοι ἐπιθυμία καὶ ἡδονὴ τοῦ σώματος, νόμος ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἡμῶν. ὁ μὲν οὖν νόμος τοῦ νοός μου, ἤτοι ἡ συνείδησις, συνήδεται τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, ἤτοι τῇ ἐντολῇ, καὶ ταύτην θέλει. ὁ δὲ νόμος τῆς ἁμαρτίας, ἤτοι ἡ προσβολὴ, διὰ τοῦ νόμου τοῦ ἐν τοῖς μέλεσιν, ἤτοι τῆς τοῦ σώματος ἐπιθυμίας, καὶ ῥοπῆς, καὶ κινήσεως, καὶ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς, ἀντιστρατεύεται τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, τουτέστι τῇ συνειδήσει. καὶ αἰχμαλωτίζει με, καὶ θέλοντα τὸν τοῦ θεοῦ νόμον, καὶ ἀγαπῶντα, καὶ μὴ θέλοντα τὴν ἁμαρτίαν, κατὰ ἀνάκρασιν. διά τε τοῦ λείου τῆς ἡδονῆς, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἐπιθυμίας, καὶ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς, ὡς ἔφην, πλανᾷ καὶ πείθει δουλεῦσαι τῇ ἁμαρτίᾳ. ἀλλ' ὁ θεὸς, τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει ὁ νόμος διὰ τῆς σαρκὸς, πέμψας τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, (σάρκα μὲν γὰρ ἀνέλαβεν, ἁμαρτίαν δὲ οὐδαμῶς.) κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. τὸ γὰρ πνεῦμα, συναντιλαμβάνεται τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν, καὶ παρέχει δύναμιν τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν, κατὰ τοῦ νόμου τοῦ ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν. τὸ γὰρ, τί προσευξόμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. τουτέστι διδάσκει ἡμᾶς τί προσευξόμεθα. ὥστε ἀδύνατον, εἰ μὴ δι' ὑπομονῆς καὶ προσευχῆς τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ κατεργάσασθαι.

per ſuggeſtionem diaboli & noſtrã incoactã & liberam admiſſionẽ paritur. Dicitur aũt & hæc, lex. Adueniens igitur Dei lex menti noſtræ, attrahit ad ſe ipſam, & ſtimulat noſtrã cõſcientiam. Dicitur aũt & cõſcientia noſtra, lex mẽtis noſtrę. Sed & ſuggeſtio maligni, hoc eſt lex peccati, adueniens membris carnis, ſe per hãc nobis immittit: nã ſemel trãſgredientes uoluntarie legẽ Dei, & ſuggeſtionẽ maligni admittentes, dedimus illi ingreſſum, mãcipati à nobis ipſis peccato: unde promptè ducitur corpus noſtrum ad illud. Dicitur ergo inhærẽs corpori noſtro odor & ſenſus peccati, id eſt concupiſcentia & uoluptas corporis, lex in mẽbris carnis noſtræ. Lex igitur mentis, id eſt, cõſcientia, cõdelectatur legi Dei, id eſt mãdato, quod quidẽ uult. Lex uerò peccati, id eſt ſuggeſtio, per legẽ quæ eſt in mẽbris, id eſt, corporis concupiſcentiã, & inclinationẽ, & motũ, & per irrationalẽ animæ partem militat aduerſus legem mentis meæ, hoc eſt conſcientiã, & captiuat me uolentem Dei legẽ, & nõ agentẽ, & nolentem peccatũ: ſecundum contradictionẽ per ſuadelã uoluptatis & concupiſcentiã corporis, & partem animæ brutã rationiſq; expertem (ceu dixi) errare facit, & ſuadet ſeruire peccato. Sed Deus, quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur lex per carnẽ, mittens filium ſuũ in ſimilitudinem carnis peccati (nam carnem aſſumpſit: peccatum aũt nequaquam) condẽnauit peccatum in carne, ut iuſtitia legis impleretur in ijs, qui non ſecundũ carnem ambulat: ſed ſecũdum ſpiritũ. Nam ſpiritus correluctatur infirmitati noſtræ, & præbet uirtutem legi mentis noſtræ aduerſus legem quæ eſt in mẽbris noſtris. Quid enim oremus ſecundũ quos oportet, neſcimus: ſed & ipſe ſpiritu interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: hoc eſt, docet nos qd oremus. Quare impoſſibile eſt, niſi per perſeuerantiam & orationem mandata Dei adimplere.

COMMENTARIVS.

LEx (ut ait Caſſiodorus) dicitur ex eo qd' animos noſtros liget, ſuiſq; teneat obnoxios conſtitutis: quæ quidem generalis eſt cuiuſue legis ratio, & nominis ipſius interpretatio.

tatio. Prima aũt partitione ſua hic diducitur lex in legem Dei, & legẽ peccati. Lex Dei (ut idẽ inquit) eſt in declinandis peccatis ſancta præceptio, bonum quidẽ fieri ſuadens, malum uero prohibens. Et hæc planè ſancta, iuſta, & bona, omniq; ex parte recta: atq; ut dicit Pſal. 18. Lex Domini immaculata cõuertens animas. Lex uerò peccati eſt diuini mãdati præuaricatio, diabolo ſuggerente, & noſtra uoluntate illi cõſenſum præbente, facta. Quæ omnino legi Dei cõtraria eſt, atq; ex oppoſito pugnat, inducens ad malum, & diſſuadens bonum. Et hæc ad malitiã atq; interminabilẽ luctũ uiã præſtat: illa uerò ad uirtutẽ & interminũ cœleſtis uitæ gaudium. Deinde ſecunda partitione diuiditur hoc in loco lex in legem mentis noſtræ, & legem carnis. Lex mentis noſtræ eſt ipſa naturalis ratio, Dei legem habens ſibi inditã, impreſſamq; & inſitã, qua bonum à malo, interno lumine dijudicamus, ad bonumq; amplectendũ & malũ declinandum natura incitamur. Et hanc omnib. adeſſe hominib. etiã diuinæ legis expertibus oſtendit Apoſtolus ad Romanos ſecundo capite dicens: Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimoniũ reddente illis cõſcientia ipſorum. Et Dominus noſter idem inſinuat Lucæ 12. cap cum ait: Quid aũt à uobiſipſis nõ iudicatis qđ iuſtũ eſt? innuens naturalẽ in nobis rationẽ eſſe, qua quid iuſtũ ſit, nec ne, dignoſcere poſſimus. Lex uerò carnis eſt ad uoluptates, illecebras, effrenesq; cupiditates pronitas atq; ꝓcliuitas, corpori noſtro per legẽ peccati immiſſa. Cũ em̃ per ſuggeſtionẽ ſuã diabolus primos parentes noſtros legi peccati ſubegiſſet, reddidiſſetq; ſibi cũ tota poſteritate obligatos: carnẽ inſuper noſtrã peſtifero peccati putore, afflatuq; labefecit, quo reddita eſt rebellis ſpiritui & inobediens, ꝓpenſa ad ocium, libidinem & malitiã. Propterea dicit ſcriptura, qđ ſenſus & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Et rurſum, quòd cuncta cogitatio cordis hominum, intenta ſit ad malũ omni tẽpore. Sed hæc poſt tranſgreſſionẽ primorũ parẽtum dicta ſunt, & legis peccati immiſſionẽ. Itaq; quatuor in litera aſſignãtur leges, utpote lex Dei, & lex mentis noſtræ ei reſpõdens, ambæ ad bonũ allicientes. Præterea lex peccati & lex carnis noſtræ ſiue membrorũ, ex illa emanans, mutuo adinuicẽ uinculo colligatæ & pertrahentes ad malũ. Quas præclarè Paulus Apoſtolus exprimit, ad Romanos 7. ca dicẽs: Video aũt aliã legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis. Et paulo pòſt: Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Cæterũ ſicut lex Dei & lex peccati penitus inter ſe aduerſantur, ita lex mẽtis & lex carnis omnimodã adinuicem habent repugnantiã, quod hanc exẽplari declaratiõe haud difficile fuerit deprehendere. Intelligantur optimo, ſapientiſſimo & potentiſſimo regi duo eſſe filij, diuerſis inter ſe morib. quorũ prior bona ſit indole, patri obtemperans & morẽ gerens: is reuera in mãdatis paternis delectatur, ea probat, & ſequitur. Alter uero prauo natus ingenio auſcultet tyrãno ſuggerenti rebellionẽ & inobedientiã in patrẽ, & tranſgreſſionem iuſſorum eius. Huic moleſta ſunt & grauia patris mãdata, quæ nõ modo aſpernatur, ſed & fratrem ſuum bene natum ſuaſionib. ſuis ſolicitat, ut patrem deſerat, tyrannũ ſequatur. Si itaq; bonus filius acquieſcat ſuaſiunculis fratris, nimium illi credulus, ducitur cũ eo in exitiũ & iugum tyrãni. Si uerò contra peruerſus filius cõuertatur à bono fratre ad mentis ſanitatem, & rectitudinem uitæ, fit tandẽ patri obſequens, tyranni manibus eripitur, & ſaluatur. Ita ſanè à Deo, optimo rerum parente, mens & caro in homine ſunt cõpacta, diſſidentibus omnino & inter ſe pugnantib. naturis. Mens etenim ſuapte natura rectà ad bonum trahitur, malumq; refugit, ſuo autori ſubiecta: & proinde cõdelectatur diuinæ legi eã approbans, ut inquit Apoſtolus ad Romanos 7. ca. ipſius mentis inclinationẽ exprimens: Condelector enim legi Dei, ſecundum interiorem hominem. Et rurſum, Conſentio legi Dei. quoniã bona eſt. Et iterum, Scimus em̃ quia lex ſpiritualis eſt. Caro uero ipſius diaboli ſuggeſtionib. inducta, illi auſcultat libenter, fœdus cũ eo pepigit, renititurq; & obluctatur mandato Dei. Quinetiam mentẽ ſuis illecebris pellicit ad uoluptaria & oblectamenta corporis: quæ, ſi obſequatur allicienti præcipitatur in turpia: ſi uero carnem retrahit ab obſequio tyranni & laqueo, eã ſaluat, ad bonumq; conuertit. Hanc etiã legis mentis noſtræ & carnis contradictionẽ & colluctationem Apoſtolus præclare patefacit ſeptimo ad Romanos cap. dicens in perſona cuiuſuis ad bonũ quidem per mentis legẽ conantis, ſed a lege carnis reluctamen & obſtaculũ ſuſtinentis: Non quod uolo bonũ, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si aũt quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem, uolenti mihi facere bonum, quoniã mihi malum adiacet. Vbi manifeſtè declarat repugnantiã & cõtrarietatẽ ſpiritus & carnis, qđ ille ad bonũ nititur, hæc uero renititur bono, & ad malũ illicit. Quã liquido itidẽ Apoſt. exprimit 5. ca. ad Galat, dicens: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, ut nõ quæcunq; uultis illa faciatis. Et beatus Petrus primæ epiſtolæ 2. ca. Obſecro uos fratres tanquã aduenas & peregrinos, abſtinete uos à carnalibus deſiderijs,

quæ

quę militant aduersus animam. Huius autem quadruplicis legis ad inuicem habitudo, conuenientia & differentia, per hanc facile patet descriptionem.

Totus homo
- Lex
  - 1 Dei
  - 2 Mentis } Conueniunt.
  - 3 Peccati
  - 4 Carnis } Conueniunt.
- Lex
  - 1 Dei
  - 3 Peccatis } Repugnant.
  - 2 Mentis
  - 4 Carnis } Repugnant.

Constitutis his quatuō rationum extremis, haud difficile fuerit cōparatiōes ipsorū & ꝓportiones uia doctrinali desumere. In primis enim sicut se habet ipsorum primū ad secundū, ita tertium ad quartū. Siquidē duo prima, à cœlo sunt, & desuper ueniunt, ad uirtutē inducunt, & demum ad cœlos hominem reuehunt. Duo uerò postrema, à principe tenebrarū primùm inducta sunt, ad uitia impellunt, & ad inferna demergunt. Etiam è diuerso sicut secundū ad primū se habet, ita quartum ad tertiū: quandoquidē utrobiq; causale ad suam causam, & effectus ad suam originem confertur. Rursum ut propositorū quatuor terminorū primus ad tertium se habet, ita secundus ad quartum. Nā illa ex opposito pugnant & dissident abinuicem. Primū quidem utriusq; cōparationis extremum, in luce, rectitudine & ordine constitutum: secundum uerò, in tenebris obliquitate, & confusione. Quare etiā per conuersam proportionem, sicut tertium se habet ad primū, ita quartum ad secundum. Nā eadem est inter ipsa repugnantiæ atq; dissonantiæ ratio. Deniq; sicut primū horum cum secundo se habet ad primum, ita tertium & quartum sese habet ad tertium. Vtrinq; eñ est totius ad suā partē relatio atq; cōparatio. Et ita reliqui ꝓportionum modi, in his quatuor terminis cōstituantur. Porrò cum deinceps in litera assumit autor sententiā Pauli octauo ad Romanos ca. dicentis, Sed Deus qđ impossibile erat legi, in quo infirmabatur lex per carnem: ibidē de lege mētis, naturaliq; ratione loqtur Damascenus, itidē & beatus Paulus, cuius ea sunt uerba. Sanè ipsi legi mentis impossibile erat, propria uirtute legē carnis, à qua mirum in modū premebatur, subiugare & reprimere. Et in eo infirmabatur lex nostræ mentis, quòd inualida nimiū fuit & debilis, ut legem carnis euinceret, sibiq; redderet obtemperantem, ut & septimo ca. ad Romanos inquit beatus Paulus: Velle adiacet mihi, perficere aūt bonum nō inuenio. Itaq; Deus filium suum misit in similitudinē carnis peccati, indutum scilicet carne eiusdem cū nostra substantiæ, & similium qualitatum, ut mortalitatis & passibilitatis: quæ tamen motum & inclinationem ad peccatū (ut nostra sustinet caro) in se passa nō est, neq; subiecta ꝓpensioni ad malū. Missus aūt in mundum Dei filius, cōdemnauit peccatum in carne, quia regnum legis peccati destruxit, principem huius mundi eijciens, & legem carnis debilitauit atq; diminuit, remedia salutaria in sanctissimæ uitæ suæ, exempla doctrinæ monita & ecclesiastica sacramēta cōferens, quibus rebellio carnis magnopere frenaretur & sopiretur. Itaq; salutaris filij Dei incarnatio & gratia per ipsum nobis facta, adiumentū præstat ad edomandā carnis legē, & menti subijciendā, ut dicit beatus Paulus septimo ad Romanos ca. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christū Dominū nostrū, cum adiutorio aūt Domini nostri ad infirmitatē carnis & ꝓpensionē in malum superādā, habemus & adiutorium spiritus sancti, quia adiuuat infirmitatē nostrā, & interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilib. quemadmodum obijcit Apostolus octauo ad Romanos ca. Vbi secundum eā dē locutionis figurā qua dicitur Apostolis à Domino, Matthæi decimo ca. Nō eñ uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis: ait Paulus spiritū postulare ꝓ nobis,

nobis, gemitib. Nō enim ſpiritus ſanctus poſtulat, aut gemit, quaſi indigeat alicuius, aut an guſtias animi patiatur: ſed quia ipſe poſtulare non facit & gemere, nobiſq; interpellendi & gemendi inſpirat affectum, adiutoriū igitur hic ſpiritus ſancti, expreſsū eſt. Charitas enī quæ per ſpiritū ſanctū diffuſa eſt in nobis, ipſa gemit, ipſa orat. Cōtra hāc aures claudere nō nouit qui illā dedit. Genitus uerò inenarrabiles uocat, quia facit ſpiritus ſanctus quos inhabitat ge mere pluſq; dici poſſet, & amplius quā uerbis eloqui quiſpiam ualeret. Aut habita illius qd' crebro gemitu expetitur obiecti ratione, inenarrabiles dicūtur gemitus, qd' ſint de re inenar rabili, æternis ſcilicet bonis in uita cœleſti cōſequēdis. Nā nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit, quæ præparauit Deus diligentib. ſe, ut primæ Corinthios epiſto læ capite ſecundo dicit Apoſtolos.

ΚΑΤΑ ΙΟΥΔΑΙΩΝ, ΠΕΡΙ τοῦ σαββάτου. ρ.

Σάββατον ἡ ἑβδόμη ἡμέρα κέκληται. δηλοῖ δὲ τὴν κατάπαυσιν. ἐν αὐτῇ γὰρ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥς φησιν ἡ θεία γραφή. διὸ καὶ μέχρις ἑπτὰ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς προβαίνων, πάλιν ἀνακυκλοῦται, καὶ ἀπὸ τῆς πρώτης ἄρχεται. οὗτος ὁ ἀριθμὸς τίμιος παρὰ ἰουδαίοις, τοῦ θεοῦ προστάξαντος τιμᾶσθαι αὐτὸν, οὐχ ὡς ἔτυχεν. ἀλλὰ καὶ μετὰ βαρυτάτων τῶν τῇ παραβάσει ἐπιτιμίων. οὐχ ἁπλῶς δὲ τοῦτο προσέταξεν, ἀλλὰ διά τινας μυστικῶς τοῖς πνευματικοῖς τε καὶ διορατικοῖς κατανοουμένας αἰτίας. ὡς ἐμὲ γοῦν γνῶναι τὸν ἀμαθῆ, ἵν᾽ ἐκ τῶν κατωτέρων καὶ παχυτέρων ἄρξωμαι· εἰδὼς ὁ θεὸς τὸ παχύ τε καὶ φιλόσαρκον, καὶ πρὸς τὴν ὕλην ὅλως ἀποῤῥεπὲς τοῦ ἰσραηλίτου λαοῦ, ἅμα δὲ, καὶ τὸ ἀδιάκριτον· πρῶτον μὲν, ἵνα ὁ δοῦλος καὶ τὸ ὑποζύγιον ἀναπαύσηται, ὡς γέγραπται· ἐπειδὴ ἀνὴρ δίκαιος οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ. ἅμα δὲ, ἵνα καὶ σχολὴν ἄγοντες, ἐκ τοῦ περὶ τὴν ὕλην περισπασμοῦ, πρὸς θεὸν συνάγωνται, ἐν ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, καὶ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν, ἅπασαν τὴν ἑβδόμην ἀναλίσκοντες. καὶ ἐν τῷ θεῷ καταπαύοντες. ὅτε μὲν γὰρ οὐκ ἦν νόμος, οὐ γραφὴ θεόπνευστος, οὐδὲ τὸ σάββατον τῷ θεῷ ἀφιέρωτο. ὅτε δὲ ἡ θεόπνευστος γραφὴ διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἀφιερώθη τῷ θεῷ τὸ σάββατον, ὡς ἂν περὶ τὴν ταύτης μελέτην ἐν αὐτῷ ἀδολεσχήσωσιν, οἱ μὴ πάντα τὸν βίον τῷ θεῷ ἀφιεροῦντες, οἱ μὴ πόθῳ τῷ δεσπότῃ ὡς πατρὶ δουλεύοντες, ἀλλ᾽ ὡς δοῦλοι ἀγνώμονες, κἂν μικρὸν καὶ ἐλάχιστον μέρος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τῷ θεῷ ἀποτέμωνται, καὶ τοῦτο, φόβῳ τῶν ἐπὶ τῇ παραβάσει εὐθυνῶν καὶ ἐπιτιμήσεων. δικαίῳ γὰρ νόμος οὐ κεῖται, ἀλλὰ ἀδίκοις. ἐπεὶ πρῶτος Μωσῆς τεσσαράκοντα ἡμερῶν, καὶ αὖθις ἑτέρων τεσσαράκοντα νηστείας

ADVERSVS IVDAEOS DE SABbato. Cap. XXIIII.

Sabbatū, ſeptima dies obtinuit: ſignificat aūt requiem: nam in hoc requieuit Deus ab uniuerſis operibus ſuis, ut diuina ait ſcriptura. Et idcirco uſq; ad ſeptem, numerus dierū procedens, rurſus recirculat, & à prima incipit. Hic numerus honorabilis apud Iudæos, qd Deus prȩceperit honorare ipſum, non utcunq;, ſed cū grauiſſimis ex trāſgreſſione pœnis. Nō ſimpliciter aūt hoc prȩcepit, ſed propter quaſdā cauſas, myſticis, ſpiritualib contēplatoribuſq; uiris intellectas. Et quantū mea pro ruditate agnoui, ut ab inferiorib. craſſioribuſque ac rudioribus incipiā: ſciens Deus craſſam, & carnis amatricem, & ad materialia penitus procliuem populi Iſraelitici mentē, ſimul autē indiſcretionē, iudicandiq; defectū: primùm quidem ut ſeruus, & ſubiugale (ut ſcriptū eſt) requieſcant, faciantq; ſabbatum, quia & uir iuſtus miſeretur animarū iumentorū ſuorum. Simul aūt, ut uacantes ab occupatione circa materialia, ad Deū adducerentur, in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus & meditatione diuinarum ſcripturarum, uniuerſum ſeptimum diem conſumentes, & in Deo requieſcentes. Quando enim non erat lex, neque ſcriptura diuinitus inſpirata, neque ſabbatum Deo ſacrabatur. At quando ſcriptura diuinitus inſpirata per Moſem data eſt, ſacratum eſt Deo ſabbatum, ut circa ſcripturæ meditationem in ipſo exercitarentur, qui non omnem uitam Deo conſecrabant, qui non affectu dominatori, ut patri ſeruiebant: ſed ut ſerui ingrati ſaltem exiguam & minimam uitæ ſuæ partem Deo impartirent, & hoc timore pœnarum & increpationum, quæ erant in trangreſſione. Iuſto enim non ponitur lex, ſed iniuſtis. Quia primus Moſes quadraginta diebus, & iterum alijs quadraginta, ieiunio aſſidens

προσεδρεύσας τῷ Θεῷ, πάντως καὶ τοῖς σάββασι διὰ τῆς νηστείας ἐκάκου ἑαυτόν. τοῦ νόμου μὴ κακοῦν ἑαυτοὺς ἐν τῇ τοῦ σαββάτου ἡμέρᾳ προστάσσοντος. εἰ δὲ φαῖεν, ὅτι πρὸ τοῦ νόμου τοῦτο, τί φήσουσι περὶ τοῦ Θεσβίτου Ἠλιοῦ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ὁδὸν ἀνύσαντος ἐν βρώσει μιᾷ; οὗτος γὰρ οὐ μόνον διὰ τῆς νηστείας, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ὁδοιπορίας ἐν τοῖς σάββασι τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἑαυτὸν κακώσας, ἔλυσε τὸ σάββατον, καὶ οὐκ ὠργίσθη τούτῳ ὁ Θεὸς ὁ τὸν νόμον δεδωκώς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀρετῆς ἔπαθλον, ἐν Χωρὴβ ἑαυτὸν ἐνεφάνισε. τί δὲ περὶ Δανιὴλ φήσουσιν; οὐχὶ τρεῖς ἑβδομάδας διετέλεσεν ἄσιτος; τί δὲ πᾶς Ἰσραήλ, οὐ περιτέμνει τὸ παιδίον ἐν σαββάτῳ, εἰ τύχοι ὀκταήμερον; οὐχὶ δὲ καὶ τὴν μεγάλην νηστείαν, ἣ νενομοθέτηνται, εἰ ἐν σαββάτῳ καταντήσοι, νηστεύουσιν; οὐχὶ δὲ καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ λευῖται, ἐν τοῖς τῆς σκηνῆς ἔργοις βεβηλοῦσι τὸ σάββατον, καὶ ἀναίτιοί εἰσιν; ἀλλὰ καὶ κτῆνος ἂν εἰς βόθρον ἐμπέσοι ἐν σαββάτῳ, ὁ μὲν ἀνασπάσας ἀναίτιος· ὁ δὲ παριδών, κατάκριτος; τί δὲ πᾶς Ἰσραήλ, οὐχὶ ἑπτὰ ἡμέρας τὴν τοῦ Θεοῦ κιβωτὸν περιφέροντες, τὰ Ἱεριχοῦντινα τείχη περιῄρησαν; ἐν αἷς πάντως ἦν καὶ τὸ σάββατον; ὡς οὖν ἔφην, σχολῆς ἕνεκα τῆς πρὸς Θεόν, ἵνα κἂν σμικροτάτην ἀπόμοιραν αὐτῷ ἀπονέμωσι, καὶ ἀναπαύσωνται ὅτε δοῦλος καὶ τὸ ὑποζύγιον, ἡ τοῦ σαββάτου τήρησις ἐπινενόηται, τοῖς νηπίοις ἔτι, καὶ ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου δεδουλωμένοις τοῖς σαρκικοῖς, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὸ σῶμα καὶ τὸ γράμμα ἐννοῆσαι δυναμένοις. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. ὅσοι γὰρ ἐλάβομεν αὐτόν, ἔδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. ὥστε οὐκ ἔτι ἐσμὲν δοῦλοι, ἀλλ' υἱοί· οὐκ ἔτι ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν. οὐκ ἔτι μερικῶς τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες ἐκ φόβου, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτῷ ἀνατιθέναι ὀφείλοντες, καὶ ἀεὶ τὸν δοῦλον, τὸν θυμὸν λέγω καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας καταπαύοντες, καὶ τῷ Θεῷ σχολάζειν ἐπιτρέποντες, τὴν μὲν ἐπιθυμίαν ἅπασαν, ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἀνατείνοντες, τὸν δὲ θυμόν, κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ δυσμενῶν καθοπλίζοντες, καὶ τὸ

Deo, omnino ſabbatis per ieiunium affligebat ſeipſum, lege præcipiente non ſeipſos ſabbati die affligendos eſſe. At ſi dicāt, quòd id ante legem fuit, quid dicent de Helia Theſbite quadraginta dierum uiam conficiente, uno cibo ſumpto? Hic enim non ſolum per ieiunium, ſed & per uiæ peragrationem, in ſabbatis quadraginta dierum, ſeipſum affligēs, ſoluit ſabbatum: & non iratus eſt ob hoc qui legem dedit, quin potius ut uirtutis premiū, in Oreb ſeipſum manifeſtauit ei. Quid autem & de Daniele dicunt? non'ne tres hebdomadas conſummauit ieiunus? Quid autē omnis Iſrael, non circumcidit ſabbato puerum, ſi contingat octo eſſe dierum? Non'ne magnum ieiunium, quod legis poſitione iuſſi ſunt, ſi in ſabbato occurrerit, ieiunant? Nonne ſacerdotes & Leuitæ in operibus tabernaculi uiolant ſabbatum, & inculpabiles ſunt? Sed & iumentum ſi in uoueam ceciderit ſubbato, qui extrahit, inculpabilis: & qui contempſerit, condemnabilis. Quid uerò omnis Iſrael, non'ne ſeptem dies arcam Domini circumferentes, Hiericontina mœnia per circuitum demoliti ſunt, in quibus omnino fuerat & ſabbatum? Vt igitur dixi, uocationis gratia ad Deum, ut uel minimam portionem diſtribuerent, & requieſcerent, & ſeruus & ſubiugale, ſabbati obſeruatio excogitata, paruulis adhuc & ſub elementis mundi huius ſeruientibus, corporalibus, & nihil ſupra corpus literam intelligere ualentibus. Quando autem uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum unigenitum, hominem factum ex muliere, factū ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut filiorum adoptionem reciperemus. Quotquot enim recepimus eum, dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in ipſum. Quare non amplius ſumus ſerui, ſed filij: non amplius ſub lege, ſed ſub gratia. Non amplius in parte Domino ſeruientes in timore, ſed totum uitæ noſtræ tempus offerre debentes, & ſemper ſeruum, iram dico & concupiſcentiam, & peccato requieſcere facientes, & ad uacandum Deo conuertentes, uniuerſum deſiderium ſemper ad Deum extendentes, & iram couerſus Dei inimicos armantes, & ſubiu-

ὑποζύγιον, ἤτοι τὸ σῶμα, ὁμοίως τῆς μὲν δουλείας τῆς ἁμαρτίας ἀναπαύοντες, ταῖς δὲ θείαις ἐντολαῖς ἐξυπηρετεῖσθαι προτρέποντες. ταῦτα ὁ πνευματικὸς ἡμῖν ἐντέλλεται τοῦ Χριστοῦ νόμος, καὶ οἱ τοῦτον φυλάσσοντες, ὑπέρτεροι τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου γεγόνασιν. ἐλθόντος γὰρ τοῦ τελείου, τὸ ἐκ μέρους κατήργηται. καὶ τοῦ καλύμματος τοῦ νόμου, ἤτοι τοῦ καταπετάσματος, διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος διαρραγέντος σταυρώσεως, καὶ τοῦ πνεύματος πυρίναις γλώσσαις ἐκλάμψαντος, τὸ γράμμα κατήργηται, τὰ σωματικὰ πέπαυται, καὶ ὁ τῆς δουλείας νόμος πεπλήρωται, καὶ νόμος ἐλευθερίας ἡμῖν δεδώρηται. καὶ ἑορτάζομεν τὴν τελείαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κατάπαυσιν· φημὶ δὴ τὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμέραν, ἐν ᾗ ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς ὁ τῆς ζωῆς ἀρχηγὸς καὶ σωτὴρ, εἰς τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς πνευματικῶς τῷ Θεῷ λατρεύουσι κληρουχίαν εἰσήγαγεν· εἰς ἣν αὐτὸς πρόδρομος ἡμῶν εἰσῆλθεν, ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. καὶ ἀνοιγέντων αὐτῷ τῶν οὐρανίων πυλῶν, ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς κεκάθικε σωματικῶς, ἔνθα καὶ οἱ τὸν πνευματικὸν τηροῦντες νόμον εἰσελεύσονται. ἡμῖν τοίνυν τοῖς τῷ πνεύματι στοιχοῦσι, καὶ οὐ τῷ γράμματι, πᾶσα ἡ τῶν σαρκικῶν ἐστὶν ἀπόθεσις, καὶ ἡ πνευματικὴ λατρεία, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν συνάφεια. περιτομὴ μὲν γάρ ἐστιν ἡ τῆς σωματικῆς ἡδονῆς καὶ τῶν περιττῶν, καὶ οὐκ ἀναγκαίων ἀπόθεσις. ἀκροβυστία δὲ, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ δέρμα, ἡδονικοῦ μορίου περίττωμα. πᾶσα δὲ ἡδονὴ μὴ ἐκ Θεοῦ καὶ ἐν Θεῷ γινομένη, περίττωμα ἡδονῆς ἐστιν. ἧς τύπος ἡ ἀκροβυστία. σάββατον δὲ, ἡ ἐκ τῆς ἁμαρτίας κατάπαυσις. ὥστε ἀμφότερα ἓν τυγχάνουσι, καὶ οὕτως ἀμφότερα ἅμα ὑπὸ τῶν πνευματικῶν τελούμενα, οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν παρανομίαν ἐργάζονται. ἔτι δὲ ἰστέον, ὅτι ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς, πάντα τὸν παρόντα χρόνον δηλοῖ, ὥς φησιν ὁ σοφώτατος Σολομῶν, δοῦναι μερίδα τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτώ. καὶ ὁ θεηγόρος Δαβὶδ περὶ τῆς ὀγδόης ψάλλων, περὶ τῆς μελλούσης μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καταστάσεως ἔψαλλε. τὴν ἑβδόμην οὖν ἡμέραν, ἀργίαν μὲν ἄγειν ἐκ τῶν σωματικῶν, τοῖς δὲ πνευματικοῖς ἐνασχολεῖσθαι προστάσσων ὁ νόμος, μυστικῶς πάντα τὸν χρόνον, τῷ ἀληθινῷ Ἰσραὴλ, καὶ νοῦν ὁρῶντα Θεὸν ἔχοντι ὑπέφηνε τῷ Θεῷ ἑαυτὸν προσάγειν καὶ ὑπεράνω τῶν σωματικῶν γίνεσθαι.

iugale noſtrum, id eſt corpus à peccati iugo requieſcere facientes, & ad diuinorum mandatorũ ſeruitium dirigentes. Hæc, ſpiritualis nobis præcipit Chriſti lex: & qui hanc obſeruant ſuperiores Moſaica lege euadunt. Cum uenit enim quod perfectum eſt: quod ex parte, euacuatũ eſt: & uelamine legis, id eſt, uelo per ſaluatoris crucifixionẽ diſciſſo. & ſpiritu igneis linguis relucente, litera euacuata eſt, corporalia ceſſarunt, & ſeruitutis lex impleta eſt, & lex libertatis nobis donata eſt. Et feſtam celebramus, perfectam humanæ naturę requiem, diem inquam, reſurrectionis, in qua nobis Dominus Ieſus uitæ autor & ſaluator, in repromiſſam ijs qui ſpiritualiter Deum colunt, hereditatem introduxit. In quam ipſe præcurſor noſter intrauit, reſurgens à mortuis, et apertis cœleſtibus portis in dextera patris corporaliter ſedet: ubi et qui ſpiritualem obſeruant legem, introibunt. Nobis igitur qui ſpiritus elementis hæremus, & non literæ, omnis carnalium eſt depoſitio, & ſpirituali culta ad Deum coniunctio. Circumciſio enim, eſt carnalis uoluptatis, & ſuperfluorum, & minimè neceſſariorum abiectio. Nam præputium nihil aliud eſt, quàm cutis uoluptuariæ particulæ ſuperflua. omnis autem uoluptas, non in Deo & ex Deo facta, ſuperfluitas uoluptatis eſt: cuius figura, præputiũ. Sabbatum uerò, à peccato ceſſatio ac requies: quare ambo unum ſunt, & ſic ambo ſimul à ſpiritualibus impleta, neque quamlibet iniquitatem operãtur. Præterea ſciendum, quòd ſeptenarius numerus omne præſens tempus oſtendit, ut ſapientiſſimus inquit Salomon: Da partes ſeptem, nec non & octo. Et diuinorum enarrator Dauid de octaua pſallens, de futuro poſt reſurrectionem ſtatu pſallebat. Octaua igitur die, uocationem agere à corporalibus, ſpiritualibus autem exercitari præcipiẽs, lex myſtica, omni tẽpore uerò Iſraeli & mentem uidentem Deum habenti ſubinſinuabat ad Deum ſeipſum adducere, & ſuperiorem corporalibus rebus euadere.

CON-

COMMENTARIVS.

SAbbati apud Iudæos obſeruationem,& illius in diem Dominicũ per legem euangelicã commutationem,hoc loco declaratus author,in primis proponit ſingula quaq; hebdomada,illius celebrationẽ à Domino præceptã eſſe Iudæis, nõ quomodocunq;, ut ſine interminatione ſuppliciorũ aut punitionis,ſed cũ grauiſſimis ex trãſgreſſione pœnis,utpote communicatione mortis inferendæ,& iuſſione executionis huiuſmodi pœnarum in transgreſſores.Siquidem interminatus eſt Dominus,præuaricantib. ſanctificationẽ ſabbati pœnã mortis,cum alias,tum Exodi 31.cap.dicens:Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos: Videte ut ſabbatũ meum cuſtodiatis,q̃a ſignum eſt inter me & uos in generationib. ueſtris, ut ſciatis, quia ego Dominus,q̃ ſanctifico uos.Cuſtodite ſabbatũ meum,ſanctum eſt ẽm uobis. Qui polluerit illud,morte moriatur.Qui fecerit in eo opus,peribit anima illius de medio populi ſui.Sex diebus facietis opus,in die ſeptimo ſabbatũ eſt,requies ſancta Domino.Omnis qui fecerit opus in hac die,morietur.Cuſtodiãt filij Iſrael ſabbatũ,& celebrent illud in generationib. ſuis. Pactum eſt ſempiternum inter me & filios Iſrael,ſignumq́; ꝑpetuum. Sex ẽm dieb. fecit Deus cœlum & terrã,& in ſeptimo,ab omni opere ceſſauit.Iuſſitq́; inſuꝑ Dominus hãc mortis pœnam inferri illi,q̃ inuentus eſt ligna collegiſſe in ſabbato,& à Moſe detentus,ſciſcitãte à Deo, quid'nam ſupplicij illi foret inferendũ:iuſſus eſt lapidib. obrui,ad cæterorũ terrorem. Inter cæteras aũt cauſas,propter quas inſtituta eſt à Deo hebdomodatim celebratio ſabbati,& illa adducitur in litera:ut intermiſſionem laboris habeãt,& relaxationẽ animalia ſubiugalia, ad uſum domeſticum laborãtia,ut equus,bos & aſinus.Similiter ſerui & ancillæ ferientur à quotidianis laboribus.Et ea quidẽ ex 23.Exodi capite ſumpta eſt,ubi Dominus dixiſſe perhibetur:Sex diebus operaberis,ſeptima die ceſſabis,ut requieſcat bos,& aſinus tuus,& refrigeretur filius ancillæ tuę,& aduena.In corroborationẽ huius & id adducit litera,q̃a & uir iuſtus miſeretur animarum iumentorũ ſuorum.Quod quidem ex 12.cap. Prouerb. deſumptum eſt, ubi noſtra trãslatio habet.Nouit iuſtus iumentorũ ſuorum animas,uiſcera aũt impiorum crudelia.Dedit ſiquidem nobis natura miſerandi affectũ,quo in bruta quoq; miſericordia mouemur,cum aut nimio preſſa ſunt labore,aut morbo,uulnereq́; affecta.Deinde & alia ſubiungitur cauſa requietionis in ſabbato à labore corporali,& celebrationis Deo exhibẽdæ, ut Iudęi potiſſimũ eruditi in lege,& diuinorũ eloquiorũ intelligentiã cõſecuti,circa ſcripturæ meditationẽ in ipſo ſabbato exercitarentur,& eã alijs explicarent.Enimuero Iudæi illud memorabile habuerunt inſtitutum,qđ ſingulo quoq; ſabbato cum feriabãtur ab opere ſeruili,rudes literarum,& ſecularib. intenti negocijs cuiuſuis ſexus,aut ætatis,cõuenerunt ad ſynagogas ſuas,& ab uno ſacrarũ literarũ interprete audierunt,librorum ſuæ legis,ueterisq́; teſtamenti explanationem. Et hoc pacto totus dies in Dei obſequiũ erat accõmodatus,mẽtisq́; ad ipſum conuerſionẽ.Quod in Actis Apoſt.15.cap.aperte inſinuatur in oratione beati Iacobi,ad coapoſtolos,dicentis:Moſes à dieb. antiquis habet in ſingulis ciuitatib.,qui eũ prædicet in ſynagogis,ubi ꝑ omne ſabbatum legitur.Quod & à Paulo in 13.cap. Actuum Apoſtolorũ etiam affirmatur,dicẽte:Qui habitabãt Hieruſalẽ,& principes eius hunc ignorãtes,& uoces ꝓphetarum q̃ per omne ſabbatũ leguntur,iudicantes impleuerũt.Et quoniã populus Iſraeliticus duræ erat ceruicis,neq; affecti ſynceri amori ſeruiens Deo,operepræcium erat ad obſeruationem ſabbati,& aliorũ præceptorũ.graues adhibere pœnarũ minas,quarũ timore ſaltẽ animo ſeruili & metu adacto,impellerentur ad horũ adimpletionẽ:quãdoquidem iuſto nõ ponitur lex,ſed iniuſtis,ut dicit Apoſt.1.ad Timoth.epiſt.cap.1.Quod quidem nõ de lege dirigente, & docente,q̃d agendũ,quid'ue declinandũ,intelligendũ eſt: talis enim lex & iuſto & iniuſto eſt cõmunis:ſed de lege cogente & coercente ꝑ pęnarũ metum.Iuſtus ẽm ſibijpſi lex eſt,& nõ impellitur ad bonum amplectendum timore pœnæ,ſed amore iuſtitiæ,quã nulla etiã facta pœnarum cõminatione ſequeretur.Iniuſtus uero ſolo ſuppliciorum metu adigitur ad bonum agendum,malumq́; fugiendum,more pigri & deſidis ſcholaſtici, qui duntaxat uerbũ metu inducitur ad ſtudium,ſtudioſis aũt pueris non ſunt ferulæ neceſſariæ. Porrò quod in præceptione ſanctificationis ſabbati magis intendebatur uacatio animi ad Deũ, q̃ intermiſſio ab afflictione aut labore corporali,ꝓbat litera multorũ exemplo,qui in ſabbatis afflictionem ieiunij,aut corporalem exercebãt laborem,non tamen uiolabãt ſabbatum:quia huiuſmodi labor ordinabatur ꝓximè in Dei cultũ & uenerationem,q̃ erat præcipua inſtitutionis ſabbati cauſa.Et primũ quidem exemplo Moſi,qui bis ieiunauit quadraginta diebus,quare & ſabbatis intercidentibus,in eo dierum numero afflixit ſe ieiunio,cum tamen præcipiat lex, in die ſabbati nõ eſſe ieiunandũ.Qđ etſi in ſcriptura expreſſum nõ habeatur,apud Hebræos tamẽ obſeruatũ eſſe ꝑ traditionem uulgatã hinc liquet,qđ Iudith uidua legitur ieiunaſſe omnib. diebus uitæ ſuæ præter ſabbata & Neomenias,& feſta domus Iſrael, ſicut & apud Chriſtianos uetitum eſt,die Dominico ieiunare. Vnde Deteronomij 9. cap. ter idipſum in litera expreſſum eſt,quòd quadraginta diebus Moſes fuerat corã Domino in ieiunio. Non tamẽ idcirco arbitrandum eſt(ut Hebræi autumant)eum ter cõpleuiſſe 40.dierum ieiunium, ſed bis tantum,ut hic quoq; affert Damaſcenus:Primum quidẽ,quãdo recepturus priores tabulas legis aſcendit in montẽ,ieiunioq́; ad illarum ſuſceptionem ſe diſpoſuit,ut 24. Exodi cap meminit.

minit. Secundò, quandò poſt priorũ tabularum cõfractionẽ rurſum montem conſcendit, ut à Deo ueniam peteret peccata ipſius populi, in uituli cõflatilis adoratione commiſſi: quemadmodum 14. Exodi caput explicat. Et hoc ſecundum ieiunij Deuteronomij 9. cap. bis annotatum eſt, ob unã eandemq́; cauſam ſemel factã. Secundò affertur exemplũ Heliæ, qui lõgo tempore poſt legis dationẽ, ſabbati diebus magnum cõficiebat iter contra præceptionem legis. Siquidem Iudæi in ſabbato duntaxat mille paſſuum uiam facere potuerunt, miliariũq́; peragrare, quod ad recreationẽ magis, q̃ laborem aut negociorum neceſſitatem attinebat. Quemadmodum in Actis Apoſtolorũ 1. cap. dicit Lucas de diſcipulis Chriſti: Tũc reuerſi ſunt Hieroſolymam à monte qui uocatur Olíueti, qui eſt iuxta Hieruſalem, ſabbati habens iter. Helias uerò in unoquoq; ſabbatorũ interueniente illis 40. diebus, longè maius ſpacium uiæ cõficiebat. Quare ſabbatũ quidẽ ſoluit ſecundũ literalem obſeruationẽ, non tamen tranſgreſſus eſt, aut præuaricatus præcipientis mandatum, neq; intentionem. Inſuper inter cætera, quæ intellectu facilia ſunt, & ad manũ prompta exempla, adducitur obſeruatio magni ieiunij: qđ ſi ſecundum temporis rationẽ & reuelationẽ, in die ſabbati occurrebat, tunc quidem obſeruabatur, & tamen præceperat lex, nõ eſſe ieiunandũ in ſabbato. Porrò magnũ illud ieiuniũ, cuius hic litera meminit Leuitici 23. cap. indicitur populo Iſraelitico, hoc pacto: Locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens: Decimo die mẽſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur ſanctus: affligetisq́; animas ueſtras in eo, & offeretis holocauſta Domino. Omne opus ſeruile nõ facietis in tẽpore diei huius, quia dies propitiationis eſt, ut ꝓpitietur uobis Dominus Deus ueſter. Omnis anima, q̃ afflicta nõ fuerit die hoc, peribit de populis ſuis: & q̃ operis quippiã fecerit, delebo eam de populo meo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum ſempiternũ erit uobis, in cunctis generationib. & habitationibus ueſtris. Sabbatũ requietionis eſt, & affligetis animas ueſtras. Die nono menſis ſeptimi, à ueſpera uſq; ad ueſperam celebrabitis ſabbata ueſtra. Quod aũt hic dictum eſt ſabbatum requietionis, ſeptuaginta interpretes interpretati ſunt, Sabbatũ ſabbatorũ, ut denotetur huius diei ſuper alios dies feſtos maior celebritas, & dignior ſolẽnitas. Præterea & ex 12 cap. Matth. hic adducitur exemplum de ſacerdotibus, qui (ut ad Phariſæorũ confutationem ibidẽ teſtatur Dominus noſter) ſabbatis in tẽplo ſabbatũ uiolãt, & ſine crimine ſunt. Violãt, inquam, quantum ad operationem exteriorẽ manu exhibitã in hiſtoriarũ immolatione, lotione & preparatione, cum ſecũdum literã, lex opus manu exerceri ꝓhibuerit, nõ tamen uiolãt per legis præuaricationẽ aut intentionis ipſius legiſlatoris tranſgreſſionẽ, & proinde culpam nullã contrahunt, quinimò Deo præſtãt obſequiũ. Non em̃ legis erat ſententia, ea opera manu exercenda prohiberi debere, q̃ ad gloriã Dei ſpectant, aut humanæ uitæ neceſſitatẽ aut ſalutem: qualia erãt circumciſio puerorum, & hiſtoriarũ oblatio Siquidẽ præcipua cauſa ſanctificationis ſabbati, fuit uocatio ad Dei obſequiũ: q̃ ut cõmodius fieret, mente abſtracta à negociatione ſeculari, prohibitum eſt in ſabbato, opus manu peragendum Qđ ſi occurrente opportunitate, ꝑ opus manuum potius Dei honor & gloria manifeſtaretur, q̃ per ceſſationem à tali opere, non erat etiã ſecundnm legis poſitionẽ tale opus in ſabbato prohibitũ, quin potius iuſſum. Hãc ob rem & lutũ fecit Dñs ex ſputo in ſabbato, & ſuperpoſuit oculis cæci nati, inſuper etiam iuſſit languidum iam ſanatũ tollere grabatũ ſuũ, ut innoteſcerent illa ſtupenda ſigna, ad Dei honorẽ. Enimuero fuit ipſius ſabbati obſeruatio, mãdata nobis paruulis adhuc, & ſub elemẽtis mundi ſeruientibus, ut ex 4. cap. epiſt. ad Galatas adducit hic litera. Vbi elementa mũdi (ut inquit Hieronymus) lex Moſi, & omne uetus inſtrumentũ, intelligendũ eſt, quibus quaſi ab elementis & religionis exordijs Deum diſcimus. Quemadmodum in grammatica, elementa appellantur literæ, per quas, ſyllabas ac uerba cõiungimus, & ad texendã orationem, longa meditatione procedimus. Ars quidẽ Muſica & Geometrica, ſua habẽt elemẽta, Logica & Medicina ſuas iſagogas: ita lex Moſaica, Euãgelij eſt introductio, & peruia ad ipſam perparatio. Cum aũt euangelicæ legis ꝑfectio eluxit, & mundo patefacta eſt, cõmutata eſt obſeruatio ſabbati corporalis in ſpiritualẽ & myſticã: ſicut ſeruitus in libertatẽ, timor in amorẽ, lex dura in iugũ ſuaue, & onus leue, gratiã ſcilicet euangelicã eſt cõuerſa: ſicut item nox in diem, umbra in ueritatem, figura in exemplar, litera in ſpiritum eſt permutata. In hac uerò ſpirituali obſeruatione ſabbati, cõgruẽte legi euãgelicæ, requietio à labore corporali antiquæ legis, mutata eſt in ceſſationem ab opere ſeruili ſcilicet peccato: qui em̃ facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Et quoniam perfectior eſt ueritas, q̃ figura, non uno tantum die hebdomadæ hoc ſpirituali modo ſeruandum eſt ſabbatũ, ſed toto uitæ noſtræ tẽpore. Seruus itẽ & ancilla noſtra, ſcilicet perturbationes animi, ira, uoluptas, timor, amor, ſpes, gaudiũ quæ ratione ſeruire debent, à ſuis operibus ſcilicet inordinatis motionibus, toto noſtro ſabbato temperanda ſunt, & ſub moderatione rationis cõtinenda in quiete & trãquillitate. Inſuper ſubiugale noſtrũ, ſcilicet corpus ſub animæ iugo cõſtitutũ, toto uitæ noſtræ tempore debet quieſcere à ſuo opere ſcilicet ſenſuum illecebris. Et ita quæcunq; corporaliter obſeruata ſunt in ſabbato Iudæorum, ſpiritualiter in noſtro ſabbato, requietione ſcilicet à peccato & uacatione à uitijs obſeruãda ſunt: ut demum trãſeamus ad alterius uitæ ſabbatũ, ſcilicet requiem ſempiternã ſanctorũ, quæ per præſentis uitæ ſabbatum, tanquam imaginem etiam repræſentatur. Ex his cognoſcere promptum eſt,

quod

quod quantò spiritus corpore est superior,tanto sabbatū nostrum euangelicum præstātius estq̄ sabbatum Iudæorum consistens in obseruatione literæ:ut non censeri debeat illud abolitum,aut penitus desitum,sed potius cōmutatum in melius,& in suā ueritatē perfectius traductum. Quo fit,ut sabbatū Iudæorū rectè dictum fuerit legitimum,sempiternum,& perpetuum,non quidem in se,& literali corporaliq; obseruatione & ritu,sed in sua ueritate, exemplari,& spirituali illius completione. Attamen habuit sabbatū Iudæorum etiā in lege euangelica præter hanc mysticā & spiritualem celebrationē,etiam corporalem & exteriorē ritum sibi respondentem,scilicet unius diei,cuiusq; hebdomadæ solennitatem,in qua fit uacatio à negotijs & laboribus corporeis,& animi ad Deum cōuersio,per piū cultum & meditationē diuinorum operū. Non tamen eundē habet diē hebdomatim celebrem lex Euāgelica,quam Mosaica,sed septimus dies in octauū,& sabbatum in diem Dominicā,ex traditione Apostolorum,& spiritus sancti edoctione,est cōmutatū. Sic sane euacuatum est,quod imperfectum erat,cū ꝓdijt quod ꝑfectum est:& uelamine legis disciſſo, nuda patuit ueritas. Velamē quidem legis hic dicitur obscuritas,& figuralis umbra legis Mosaicæ,clausa cōtinēs sub cortice literæ mysteria,in lege euangelica exhibita. Et designatum est per uelamen qđ Exodi 34. cap. Moses à monte reuersus superposuit faciæi suæ,quæ cornuta uidebatur ob egredičtes à uultu eius splēdoris radios:quemadmodū dicit Apost.2.epist.ad Corinth.ca.3. Et nō sicut Moses ponebat uelamen super faciem suā,ut nō intenderēt filij Israel in faciem eius, qđ euacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq; in hodiernū diē idipsum uelamen in lectione ueteris Testamēti manet non reuelatū,quod in Christo euacuatur. Sed usq; in hodiernū diem cum legitur Moses,uelamen positū est super cor eorum. Cum aūt cōuersus fuerit ad Deum, auferetur uelamen. In paſſione uero Domini uelū templi in duas partes disciſſum à summo usq; deorsum,designauit arcana ueteris Testamenti prius abstrusa,nec paſſim omnib. peruia,ꝑ cōsummationem eorū,Christi mortē,& euangelicā legem aperta esse,reuelata & detecta. Neq; ab re id constitutū,quòd septimus dies in octauū sit permutatus, qui singula quaq; hebdomada celebris habeatur. Nempe id ob resurrectionis dominicæ mysterium proximo post sabbatū die,octauo inquam peractum,institutum est,cuius in hac celebratione recolitur memoria: simul & spes nostra fouetur,atq; erigitur ad expectandam requiem illā beatitudinis æternæ, post cōmunem omnium resurrectionē. In quam quidē requiem & cœlestē hæreditatem præcursor noster(ut inquit litera)Iesus Christus introiuit. Dicitur autem hoc loco Dominus noster & saluatur,præcursor noster,quia præceſſit nos in resurrectione ad conditionē uitæ immortalē & incorruptibilē,uirtutemq; dedit & spem,qđ eum sequemur in huiusmodi resurrectione à mortuis. Ascēdit itidem cœlos,& introiuit æternæ gloriæ hæreditatē primus, exemplumq; dedit nobis & fiduciam,post ipsum æthereas sedes cōscendendi. Quocirca introduxiſſe nos dicitur in æternā illā hæreditatē,q̄ ea nobis præstitit & exhibuit tum resurrectione,tum ascensione sua,quib. & nos eandem hæreditatem cōsequamur,Quod Apostolus insinuat sexto ad Hebręos capite dicens. Qui confugimus ad tenēdam propositam spem: quā sicut ancorā habemus animę tutam & firmā & incedentē usq; ad interiora uelaminis ubi præcursor pro nobis introiuit Iesus,secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in æternū. Eodem quoq; loco autor sectatores legis Euangelicę dicit hærere elementis spiritus & non literæ. Nanque elementa spiritus dicuntur documenta legis Euangelicæ, q̄ spiritualis est, & Deo propinquior:cui cultu spirituali obsequitur. Deus enim spiritus est,& inde lex spiritus dicitur. Elementa uerò literæ sunt instituta legis Mosaicæ,ritusq; & cerimoniæ eius ad literam obseruatæ: q̄ propterea lex literæ nūcupatur,ut apud Apostolum secundę epist.ad Corinthios capite tertio:Qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti,non litera,sed spiritu. Litera em̄ occidit,spiritus aūt uiuificat. Quòd si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus,fuit in gloria,ita ut nō poſſent intendere filij Israel in faciem Mosi, propter gloriā uultus eius,q̄ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Deinde quid circumcisio spiritualis dicatur & in lege Euangelica,insinuās autor,subinfert quòd ambo scilicet circuncisio mystica (q̄ carnalium est uoluptatum resecatio)& sabbatum spirituale(quod est à peccato ceſſatio & requies)unum idemq; sunt,atq; designāt, scilicet declinationem à malo,iniquitatisq; deuitationē. Et ab ijs qui legem sequūtur Euangelicam ambo spiritualiter implentur,cum superfluæ carnis uoluptas (q̄ præputio denotantur)cultro cōtinentiæ abstinentiæq; resecantur,& peccata quælibet pro uiribus euitantur,& spiritualem huiusmodi circuncisionem carnali & manufactæ circuncisioni præponendam eſſe,docet Apostolus 2. cap.ad Romanos dicens: Non enim qui in manifesto Iudæus est,neque q̄ in manifesto in carne est circuncisio: sed qui in abscondito Iudæus est,& circuncisio cordis in spiritu non litera. cuius laus non ex hominibus,sed ex Deo est. Verū de utroq; horum, circuncisione inquam & sabbato, cùm literali,tū spirituali,abunde & luculenter diſſerit Cyrillus in fine quarti libri Cōmentariorum in Ioannē. At quoniā sabbatum septima die hebdomadæ obseruari Iudæis iuſſum est,circuncisio uerò octaua die fieri debere decernebatur, quid significationis in scripturis habeat septenarius numerus,pariter & octonarius, cōsequenter explicat litera. interdum quidem septenarius numerus,uetus Instrumentum designat,quòd Iudæi septimū

diem scilicet sabbatum celebrent, septimũ itidem mensem, & annum septimũ, & in ultimo se primæ hebdomadis, annorũ faciant iubileum. Octonarius uerò numerus, nouo accõmodatur Testamento, quòd in eo celebratur octaua dies, singula quaq; hebdomada, scilicet resurrectionis Dominicæ. Hinc Hieronymus ad Paulinum dicit, Apostolũ Paulũ uenisse Hierosolymam, & mãsisse apud Petrum diebus quindecim, qui ex septem & octo coaceruãtur, ut eo dierũ numero designaretur futurus, & ueteris & noui Testamẽti doctor & prædicator. Hoc enĩ (inquit) mysterio hebdoadis & ogdoadis, futurus gentium prędicator instruendus erat. Itaq; per partes septem & octo, quas Ecclesiastes ca. 11. iubet dare, utriusq; Testamẽti sentẽtia à nobis firmiter tenenda, & alijs communicanda intelligi potest. Nonnunq̃ uerò septenarius numerus (ut affert hic Damascenus) omne præsentis uitæ tempus insinuat, qđ omne huius temporariæ durationis interuallũ, septem dierũ circulo agitur, & mũdus ipse ab exordio sui usq; ad cõsummationem, septem ætates complectitur, ut primo cap. secundi libri dictum est. Octonarius uerò, futuræ resurrectionis significat diem, & æternam requiẽ quæ post mũdi finẽ est futura: quemadmodũ dicit Cassiodorus in expositione sexti Psalmi, qui inscriptus est pro octaua: Vt quidam uolũt (inquit) pro octaua, Domini significatur aduẽtus, quãdo finita seculi hebdomada, ad iudicandum uenerit mundũ. Et in expositione undecimi Psalmi, cui etiam ꝓ octaua titulus in fronte prænotatur, octaua (inquit) ad æternã pertinet requiem. Nã octauum diem mundus iste non recipit, sed finito septimo redit semper ad primũ. Porrò sabbato & circũcisioni spirituali respondere debet Israel mysticus, spiritualis & uerus, qui utrũq; decenter obseruet. Nẽpe nt 32. Geneseos cap. ostendit: Iacob post apparitionẽ angeli diuinam referẽtis maiestatem dictus est Israel, quòd uiderit Deũ facie ad faciem. Vnde quisquis oculis fidei hac in uita Deum uidet in speculo & ænigmate, mentem habẽs illuminatam & radio in Deum erigente perfusam, uerus est Israel & spiritualis, per Israelem filium Isaac secundũ carnẽ repræsentatus tanquam per figuram. sabbatũq; spirituale celebrat semper, per abstinentiã à peccatis: & circũcisionem cordis mysticã quotidie in se agit, per refrenationẽ titillantium uoluptatem. Qui uerò in æternam beatitudinem translatus, deposito uelamine ænigmatis iã facie ad faciem Deum uidet, uerissimus Israel est, æternumq; celebrat sabbatũ, nulla laboris molestia unquam interrumpendum: & circumcisionem habet perpetuam à corruptione, morte, & passibilitate corporis, incorruptibilitate & uitæ sempiternæ munere iam dotatus.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ. ρα.

Κακίζουσιν οἱ σαρκικοὶ τὴν παρθενίαν, καὶ εἰς μαρτυρίαν προβάλλονται οἱ φιλήδονοι τὸ, ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐγείρει σπέρμα ἐν τῷ Ἰσραήλ. ἡμεῖς δὲ φαμὲν, τῷ ἐκ παρθένου σαρκωθέντι θεῷ λόγῳ θαῤῥήσαντες, ὡς ἡ παρθενία ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐφυτεύθη τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων. ἐκ παρθένου γὰρ γῆς ὁ ἄνθρωπος πεπλαστούργηται. ἐκ μόνου Ἀδὰμ ἡ Εὔα ἔκτισαι. ἐν παραδείσῳ παρθενία ἐπολιτεύετο. φησὶ γοῦν ἡ θεία γραφὴ, ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, ὅτε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. ἡνίκα δὲ παρέβησαν, ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, καὶ αἰσχυνθέντες ἔῤῥαψαν ἑαυτοῖς περιζώματα. καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ὅτε ἤκουσε, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, ὅτε διὰ παραβάσεως θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. τότε ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συνέλαβε, καὶ ἐγέννησεν. ὥστε διὰ τὸ μὴ ἐκτριβῆναι καὶ ἀναλωθῆναι τὸ γένος ὑπὸ τοῦ θανάτου, ὁ γάμος ἐπινενόηται, ὡς ἂν διὰ τῆς παιδοποιΐας τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων διασώζηται. ἀλλ' ἐροῦσι τυχόν. τί οὖν τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ βούλεται; καὶ τὸ, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε; πρὸς ὃ λέξομεν, ὅτι τὸ μετὰ αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, οὐ πάντως τὴν διὰ γαμι

DE VIRGINITATE. Cap. XXV.

Detractant carnales uirginitati, & in testimonium citant uoluptatis adamatores, quòd maledictus omnis homo qui non suscitat semen in Israel. Nos autem respondemus, Deo uerbo ex uirgine incarnato freti, quòd uirginitas desuper est, & à principio insita naturæ hominum. Ex uirgine enim terra, homo plasmatus est: ex solo Adam, Eua creata est. In Paradiso uirginitas conuersabatur. Dicit enim diuina scriptura, quòd nudi erant tunc Adam & Eua, & non erubescebant: Quando autem trãsgressi sunt, cognouerũt quod nudi essent: & erubescentes, fuerunt sibijpsis perizomata. Et post transgressionem, quando audiuit, Terra es, & in terram reuerteris, quando per præuaricationẽ mors introiuit in mundum: tunc cognouit Adam Euam coniugem suam, & concepit, & peperit. Quare propterea ne exterminaretur & cõsumeretur hoc genus à morte, nuptiæ constitutæ sunt, ut per prolis procreationem, genus hominum cõseruaretur. At dicent fortè, Quid igitur hoc uult, Masculus & fœmina? quid hoc, Crescite & multiplicamini? Ad quod dicemus, quòd hoc, Crescite & multiplicamini, non omnino multiplicationem

διὰ τῆς συναφείας πληθυσμὸν δηλοῖ. ἠδύνατο γὰρ ὁ θεὸς καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ τὸ γένος πληθῦναι, εἰ τὴν ἐντολὴν μέχρι τέλους ἐτήρησαν ἀπαραχάρακτον. ἀλλ᾽ εἰδὼς ὁ θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ, ὁ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ὡς μέλλουσιν ἐν παραβάσει γίνεσθαι καὶ θανάτῳ κατακρίνεσθαι, προλαβὼν, ἐποίησε τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, καὶ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι προσέταξεν. ὁδῷ τοίνυν κατέλθωμεν καὶ ἴδωμεν τὰ τῆς παρθενίας αὐχήματα· ταὐτὸν δὲ καὶ περὶ τῆς ἁγνείας εἰπεῖν. Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν εἰσελθεῖν προσταττόμενος, καὶ κόσμου σπέρμα φυλάττειν ἐγχειριζόμενος, οὕτω προστάττεται· εἴσελθε σύ φησι, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ἡ γυνή σου, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν σου. διεῖλεν αὐτοὺς ἐκ τῶν γυναικῶν, ὡς ἂν μετὰ τῆς ἁγνείας τὸ πέλαγος καὶ τὸ παγκόσμιον ἐκεῖνο ναυάγιον διαδράσαιεν. μετὰ μέντοι τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ κατάπαυσιν, ἔξελθε σύ φησι καὶ ἡ γυνή σου, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν σου. ἰδοὺ πάλιν διὰ τὸν πληθυσμὸν ὁ γάμος συγκεχώρηται. εἶτα Ἠλίας ὁ πυρίπνους ἁρματηλάτης καὶ οὐρανοφοίτης, οὐκ ἀγαμίαν ἠσπάσατο; καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπους ἐμαρτυρήθη μετεωρίσματι; τίς οὐρανοὺς ἔκλεισε; τίς νεκροὺς ἤγειρε; τίς Ἰορδάνην ἔτεμεν; οὐχ ὁ παρθένος Ἠλίας; Ἐλισσαῖος δὲ ὁ τούτου φοιτητὴς, οὐ τὴν ἴσην ἀρετὴν ἐνδειξάμενος ἐν διπλασίῳ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος αἰτήσας, ἐκληρονόμησε; τί δὲ, οἱ τρεῖς παῖδες, οὐ παρθενίαν ἀσκήσαντες, πυρὸς κρείττους γεγόνασι, διὰ τῆς παρθενίας, τῶν σωμάτων ἀναλώτων ὑπὸ πυρὶ γεγονότων, οὐ Δανιὴλ; οὗ ὑπὸ σώματι τῇ παρθενίᾳ στομωθέντι θηρῶν ὀδόντες ἐμπαγῆναι οὐκ ἴσχυσαν; οὐ μέλλων τοῖς Ἰσραηλίταις ὁ θεὸς ὀπτάνεσθαι, ἁγνίζειν τὸ σῶμα προσέταττεν; οὐχὶ ἱερεῖς ἑαυτοὺς ἁγνίζοντες, οὕτω τῶν ἀδύτων ἐπέβαινον καὶ τὰς θυσίας προσῆγον; οὐχ ὁ νόμος μεγάλην εὐχὴν τὴν ἁγνείαν ἀνηγόρευσεν; Χρὴ τοίνυν ἐπὶ τὸ πνευματικώτερον λαμβάνειν τὸ νομικὸν πρόσταγμα. ἔστι γὰρ σπέρμα πνευματικὸν, δι᾽ ἀγάπης καὶ φόβου θεοῦ συλλαμβανόμενον ἐν τῇ ψυχικῇ γαστρὶ ὠδινούσῃ καὶ τικτούσῃ πνεῦμα σωτηρίας. οὕτω δὴ ἐκληπτέον καὶ τὸ, μακάριος, ὃς ἔχει σπέρμα ἐν Σιὼν, καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ. τί γὰρ κἂν πόρνος ἢ, κἂν μέθυσος, κἂν εἰδωλολάτρης, μακάριος ἐστιν, εἰ μόνον ἔχει σπέρμα ἐν Σιὼν,

tionem per nuptialẽ consociationem significat. Poterat enim Deus hoc genus & alio multiplicare modo, si mandatum usque in finem seruassent intemeratum. Sed sciens Deus, præscientia sua omnia sciens priusquam fiant, quòd futuri erãt transgressores & morte condemnandi, anticipans fecit masculum & fœminam, & augeri & multiplicari pręcepit. Via ergo pergamus, & uideamus uirginitatis commendationes: idem autem est & de castitate dicere. Noe in arcam ingredi iussus, & mundi semen custodire commissus, sic præceptum accepit: Ingredere (inquit) tu & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum. & separauit eos ab uxoribus, ut cum castitate pelagus & illud totius mundi naufragium euitarent. Post diluuij autem cessationem, Egredere (inquit) tu & uxor tua, & filij tui, & uxores filiorum tuorum. Ecce rursus propter multiplicationem nuptiæ concessæ sunt. Deinde Helias qui igneo curru in cœlũ sublatus est, non'ne nuptias ualere permisit, & in sublimatione super homines testimonium accepit? Quis cœlos clausit? quis mortuos suscitauit? quis Iordanem diuisit? non'ne uirgo Helias? Helisæus uerò huius assectator, æqualem uirtutem præferens, nonne cum duplari gratiam spiritus sancti petijsset, hæreditauit? Quid autem, non'ne tres pueri uirginitatem colentes, igne superiores euasere, per uirginitatem corporibus ab igni inexpugnabilibus factis? Non'ne Danielis corpori uirginitate solidato, ferarum dentes infigi non potuerunt? Non'ne cum uidendus esset Deus ab Israeliticis, castum corpus esse præcepit? Non'ne etiam sacerdotes se ipsos castos seruabant, & ita adyta intrabãt, offerebantque hostias? Non'ne lex magnum uotum castitatem appellauit? Oportet igitur spiritualius accipere legis præceptum: nam est semen spirituale per charitatem & timorem Dei, in mentis utero parturienti & parienti spiritum salutis. Sic autem accipiendum est hoc, Beatus est qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem. Quid enim si fornicator, si ebriosus, si idololatra, beatus'ne est, si solum semen habet in Sion,

 & familia-

καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ; οὐδεὶς εὖ φρονῶν τοῦτο ἐρεῖ. παρθενία γὰρ τὸ τῶν ἀγγέλων πολίτευμα, τὸ πάσης ἀσωμάτου φύσεως ἰδίωμα. ταῦτα λέγομεν, οὐ τὸν γάμον κακίζοντες. μὴ γένοιτο. (οἴδαμεν γὰρ τὸν κύριον ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, τὸν γάμον εὐλογήσαντα· καὶ τὸν εἰπόντα, τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος) ἀλλὰ καλοῦ, κρείττονα τὴν παρθενίαν γινώσκοντες. ἔν τε γὰρ ταῖς ἀρεταῖς εἰσὶν ἐπιτάσεις καὶ ὑφέσεις, ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς κακίαις. γινώσκομεν ὅτι γάμου ἔκγονοι πάντες βροτοί, μετὰ τοὺς τοῦ γένους ἀρχηγέτας. ἐκεῖνοι γὰρ παρθενίας εἰσί, καὶ οὐ γάμου πλαστούργημα. ἀλλ' ἡ ἀγαμία ἀγγέλων ἐστὶν (ὡς ἔφημεν) μίμημα. ὅσῳ τοιγαροῦν ἄγγελος ἀνθρώπου ὑπέρτερος, τοσούτῳ παρθενία γάμου τιμιωτέρα. τί δὲ λέγω ἄγγελος; αὐτὸς ὁ Χριστός, τῆς παρθενίας τὸ κλέος, οὐ μόνον ἐκ πατρὸς ἀῤῥεύστως καὶ ἀσυνδυάστως γεγεννημένος, ἀλλ' ὅτι καὶ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς γενόμενος, ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκ παρθένου συναφείας ἄνευ, σεσαρκωμένος. καὶ αὐτὸς παρθενίαν τὴν ἀληθῆ καὶ παντελῆ δεικνὺς ἐν ἑαυτῷ. ὅθεν καὶ ταύτην ἡμῖν οὐκ ἐνομοθέτησε μέν, (οὐ γὰρ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον, ὡς αὐτὸς ἔφησεν) ἔργῳ δὲ ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε, καὶ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἐνεδυνάμωσε. τίνι γὰρ οὐκ ἔστι σαφές, ὅτι παρθενία ἐν ἀνθρώποις νῦν πολιτεύεται; καλὴ μὲν ἡ τεκνογονία, ἣν ὁ γάμος συνίστησι. καὶ καλὸς ὁ γάμος διὰ τὰς πορνείας, ταύτας περικόπτων, καὶ τὸ λυσσῶδες τῆς ἐπιθυμίας διὰ τῆς ἐν νόμῳ μίξεως οὐκ ἐῶν πρὸς ἀνόμους ἐκμαίνεσθαι πράξεις. καλὸς ὁ γάμος, οἷς οὐ πάρεστιν ἐγκράτεια. κρείττων δὲ ἡ παρθενία, ψυχῆς τεκνογονίαν αὔξουσα, καὶ θεῷ καρπὸν ὥριμον τὴν προσευχὴν προσάγουσα. τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός.

& familiares in Hierusalem? Nullus qui rectè sapit, hoc dicit: Virginitas angelorum conuersatio est, hæc omnis incorporeæ naturæ proprietas. Hæc enim dicimus, non nuptijs derogantes: absit enim. Nam scimus, Dominũ præsentia sua nuptias benedixisse: & eum qui dixit, Honorabiles nuptiæ, & thorus imaculatus. Sed bonis nuptijs meliorem uirginitatẽ agnoscimus: in uirtutibus enim & intẽsiones & remissiones sunt: similiter & in uitijs. Non ignoramus, quoniam nuptiarũ filij sunt omnes homines, præter generis autores atque duces: nam illi sunt uirginitatis & nuptiarũ plasmatio: sed cœlibatus, angelorum est (ceu diximus) imitatio. Quanto igitur angelus hominibus superior, tãto, uirginitas nuptijs honorabilior. Quid autem dico angelus? ipse Christus uirginitatis gloria, nõ modò ex patre sine initio, & sine duorum cõcursu genitus: sed & homo secundum nos factus, super nos ex uirgine sine alieno consortio incarnatus est. Et ipse uirginitatem ueram & perfectam esse in seipso demonstrauit. Vnde hanc nobis legem non statuit (nõ enim omnes capiunt uerbum hoc, ut ipse dixit) sed opere nos erudiuit, & ad illam nos confirmauit. Cui igitur non euasit perspicuum, quòd uirginitatis in hominibus nunc principatũ tenet? Bona quidẽ liberorum procreatio quam nuptiæ cõstituunt, & bonæ nuptiæ ob fornicationes quos præscindunt, rabiem concupiscentiæ per legitimam commixtionẽ non sinentes ad iniquos furere actus. Bonæ nuptiæ, quibus non adest continendi gratia: at melior uirginitas, animæ fœcunditatem prolis adaugens, & Deo fructũ temporaneum orationem afferens. Honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus: mœchos autem & adulteros iudicabit Deus.

COMMENTARIVS.

MVltiplicem uirginitatis cõmendationem hic prosequens autor, primũ ostendit, eam à mundi exordio fuisse inditã naturæ humanæ atq; celebratã, eo ipso qđ ex uirgine terra primus homo plasmatus est. Vbi terrã uirginẽ uocat incontaminatã & immaculatam, qualis à Deo fuit condita, cũ scilicet nec dũ esset hominũ peccato infecta, maledicto subiecta, nec humano sanguine polluta: cuius susceptione (cũ effusus esset sanguis Abel iusti ab inuido fratre) secũdò ipsa maledicta est à Domino & labefacta. Permãsit aũt hoc loquẽdi genere terra uirgo, & in sincera suæ cõditionis natura, quoad trãsgressus esset Adã mandatũ Domini, & cõtinuò maledictioni obnoxia facta est, subiectaq; tribulis & spinis ꝓferendis. Secũdò & id ad uirginitatis approbationẽ facit, quòd primi parentes quàm diu in Paradiso diuersati sunt, uirgines permanserunt: eiecti uerò de loco illo amœnissimo, nuptiale habuerunt cõsortium. Neq; ex eo quòd in Paradiso degentibus præceperit Deus, Crescite & multiplicamini, quodq; masculũ & fœminã creauerit, cõuincitur qđ essent in Paradiso uirginitatis integritatem perdituri: tũ quòd poterat Deus humanũ genus alio multiplicare modo, q̃ per sexuum cõmixtionem, si in diuini mandati obseruatione perstitissent: tum quod præcognoscẽs Deus futurum

futurum primorum parentum lapsum, formauit eos cũ sexuum discretione: q̃ erat necessaria ad propagandũ genus humanũ post statũ præuaricationis. Vnde hoc loco sentit Damascenus (quod & in secũdo lib. cap. 30. annotauerat) primos parentes, si integrè diuinũ mandatum seruassent, & in eo ad finẽ usq; perseuerassent, nõ habituros fuisse prolis multiplicationẽ per cõnubiale cõmercium, sed aliq̃ alio modo, quẽ diuina ꝓuidentia pro suæ sapientiæ magnitudine ordinasset. Cui quidẽ sententiæ, nec Hieronymus omnino repugnat in primo lib. cõtra Iouinianum, quãuis nec eam partem, nec oppositã certa sententia determinet. Inquit enim de primis parentibus disserens: Quod si obieceris anteq; peccarent, sexum uiri & fœminæ diuisum, & absq; peccato eos potuisse cõiungi, q̃d futurũ fuerit, incertũ est: neq; eñ possumus Dei scire iudicia, & ex nostro arbitrio illius sentẽtiæ præiudicare. Hoc qđ factũ est, in propatulo est, qđ qui in paradiso uirgines ꝑmanserunt, eiecti de paradiso copulati sunt. Eijciuntur de paradiso: & qđ ibi nõ fecerunt, in terra faciunt, ut statim ab initio cõditionis humanæ uirginitatẽ paradisus & terra nuptias dedicarit. Nuptiæ (inquit idẽ) terrã replent, uirginitas paradisum. Verũ de hoc plura circa tricesimũ secundi libri caput, annotata sunt. Cum aũt hoc loco uirginitatis cõmendationes afferuntur & præconia itidem castitatis recẽsentur, nempe castitas, puritas est & munditia cum corporis, tum animi à uetitis & inconcessis uoluptatib. carnis, habetq; rationẽ paulo ampliorem, q̃ uirginitas, siquidẽ in cõiunctis matrimonio seruantibus thorũ legitimum, itidem & uiduis est castitas, cõiugalis scilicet & uidualis, in quib. uirginitas locum nõ habet. Omnem tamen uirginitatẽ, castitatem appellare licebit, sicut omnem hominẽ animal. Cũ itaq; uirginitatis cõmendationes perspectæ fuerint & cognitæ, castitatis quoq; laudes & præconia exinde dilucida erũt. Tertiò, ad castitatis, mũditiæq; & puritatis assertionẽ accedit, q̃d tempore diluuij à Noe & cæteris arcã ingressis fuerit obseruata: ut ex litera 7. cap. Geneseos ꝑspicuũ euadit. Vbi ex ipsa loquendi ratione & modo designauit Deus, Noe & filios suos tẽpore diluuij abstinere debere, ab uxorũ cõsortio, quod ipsum Noe cum filijs suis cõiunctim nominet, cũ ipsorũ ingressum in arcã pręcipit, uxorem uerò Noe & cõiuges filiorũ eius unà cõnectat, separatim à uiris. In exitu uerò arcæ præcipiens, alio utitur nominationis ordine, cõiungitq; ipsum Noe uxori: & filios illius uxoribus suis, ut denotet tũc usum cõiugij illis ꝑmissum esse, cum etiã illud multiplicandi genus humanũ præceptum rursum acceperint, Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Et maximè uidetur rationi cõsentaneũ, eos q̃ arca continebãtur, tempore tãti discriminis à copula & usu nuptiarum se cõtinuisse: quo facilius in cœlibatu & castitate, Dei irã exercentẽ in totum mundũ ultionẽ placarent. Quemadmodũ audita prædicatione Ionæ de futura obuersione Niniue, indixit rex Niniuitarũ ieiuniũ hominibus, & pecorib. ad auertendã Dei iram, dicẽs: Homines & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicq;, & nõ pascãtur, & aquã non bibant. Quartò multi sancti patres ueteris testamenti, abstinentes à nuptijs, & uirginalẽ seruãtes integritatem, eam mirũ in modũ cõmendabilem reddunt, ut Helias, & Helisæus eius discipulus. Quod & Hieronymus astruit in primo libro cõtra Iouinianũ, contendentem nuptias æquales esse apud Deum gradus & præmij, sicut est uirginitas. Heliã scilicet & Helisæũ: quinimò & Danielẽ in ueteri Testamento sinceritatẽ uirginalẽ obseruasse, neq; oẽs ueteris Testamenti partes nuptijs fuisse addictos, ut astruere moliebatur Iouinianus. Ipsius autem Hieronymi uerba sunt hæc: Heliã & Helisæum q̃ stultè Iouinianus in catalogo posuerit maritorũ, me tacente manifestũ est. Si eñ Ioannes Baptista uenit in spiritu & uirtute Heliæ, & Ioãnes uirgo est, utiq; nõ solũ in spiritu eius uenit, sed in corporis castitate. Superfluũ aũt est de Daniele dicere, cũ Hebræi usq; hodie autumẽt & illũ, & tres pueros fuisse eunuchos, ex illa Dei sententia quã Esaias loquitur ad Ezechiã: Et de filijs eius qui nascentur, extollẽt & facient Eunuchos in domo regis. qđ & in libro Danielis etiã manifestũ legimus. hæc Hieronymus. Sed beatus Ignatius in quinta suarũ epistolarum q̃ est ad Philadelphienses, eosdem cõmemorat & alios antiquæ legis, sanctos patres, uirginali candore adornatos, cum inquit: Virgines solũ Christum præ oculis habete, & eius patrẽ in animabus uestris, illuminatæ à spiritu sancto. Memor sum sanctitatis uestræ, sicut Heliæ, sicut Iesu Naue, sicut Melchisedech, sicut Helisæi, sicut Hieremiæ: sicut Ioannis Baptistæ, sicut dilectissimi discipuli, sicut Timothei, sicut Titi, sicut Enodij, sicut Clementis, uel eorũ, qui in castitate de uita exierunt. Quintò & id uirginitatem ostendit Deo esse acceptissimã, quòd trium puerorũ Babylonicæ fornaci iniectorum, uirginaliq; puritate nitentium corpora ab ignis incendio mãserunt illæsa, atq; intacta. Id sanè diuina effecit uirtus, ut qui in se extinxerant ignem libidinis, & pullulãtia in carne incendia uoluptatis, ab exteriori igne seruarẽtur illæsi, nõ habẽte in eos sui feruoris efficaciam. In lege quoq; euangelica, uirginibus inflicta flãmarum tormenta, plerunq; traduntur nullam eis læsionem intulisse. Vt Deo dilectus discipulus Ioannes Euangelista in dolium feruentis olei à Domitiano missus, exiuit illæsus & uegetior atq; sincerior q̃ intrauerat. Sic beata uirgo Cecilia, flammis balnearibus à tyrãno imponi iussa, nullã ex eis molestiã, & neq; sudoris quidẽ expressionem ꝓtulit, qđ cãdidissimæ uirginitatis propositũ (pro qua seruãda & præcib. & lachrymis sæpe Deum solicitauerat) illibatũ conseruauerit. Demũ sacratissimæ uirgines Lucia & Agnes, medijs iniectæ flammis, nullum ab igni passæ sunt detrimentũ, quasi exhorrente ea contingere
purissima

purissima corpora,in quibus nullũ habuit locũ ignis carnalis concupiscentiæ.Quibus plane indicijs liquido mõstrauit diuina benignitas,quanti apud ipsam meriti et precij sit uirginalis munditia,ut cui stupens cedat ignis,perinde atq; obtusa foret suæ uirtutis acies. Quoniã autem detrahentes uirginitati,eãq; tanquã inuisam Deo damnantes,in suæ sententiæ robur adduxerunt illud ex ueteri lege,Maledictus homo,qui nõ reliquerit semen in Israel:ex quo contendũt,ante legem euangelicã nullum potuisse sub maledicti interminatione seruare uirginitatem.idcirco Damascenus hoc loco respondet huic actioni aduersariorum, ostendens dictã propositionem non esse intelligendam de semine carnali,siue prole:quemadmodum contendunt uirginitatis impugnatores.Nam cum non sit in hominis potestate constitutum, sustollere prolem ex uxore,& suscipere liberos,sed Dei illud est munus præstãtis, pro sua bonitate fructum nuptiarũ cui uoluerit,incurrerent multi illã maledictionẽ,sine sua culpa,& absq; rationabili causa:ut qui cõnubio iuncti nõ possent obtinere sobolem,quemadmodũ q accepta uxore sine liberis moritur,& secundũ Domini præceptũ,Deuter.25.ca.traditum, frater illius ducit uxorẽ defuncti,ut suscitet semẽ fratri suo:quis illum defunctum censeat maledictũ; qđ nõ reliquerit semen in Israel? Si deinde illius frater etiã sine liberis moriatur,& subinde septẽ fratres eandẽ duxissent uxorẽ,& omnes sine liberis mortui fuissent,quis quæso illos septẽ putet maledicto legis percelli debere? cum non debeat pœna cuiquam infligi pro eo, qđ nõ est in sua potestate constitutum.Insuper in libro Sapientiæ dicit Salomon,qđ felix est sterilis & coinquinata quæ nesciuit thorũ in delicto,habebit fructũ in respectione animarũ sanctarũ. Et spado qui nõ operatus est per manus suas iniquitatẽ,nec cogitauit contra Deũ nequissima, Dabitur enim illi fidei donũ electum,& sors in templo Dei acceptissima.Hæc autẽ tẽpore legis antiquæ dicta sunt.Præterea 56.Esaiæ cap.repromittit Deus Eunuchis,& omnib. mandata sua seruantibus,locũ in domo cœlesti,& nomen æternũ,quod sit prestãtius quacunq; prolis fœcunditate,& successoria posteritate.Dicit enim:Et non dicat eunuchus,Ecce ego lignũ aridum.Quia hęc dicit Dominus eunuchis:Qui custodierint sabbata mea,& elegerint q̃ ego uolui,& tenuerũt fœdus meũ,dabo eis in domo mea,& in muris meis locũ,& nomẽ melius à filijs & filiabus.Nomen sempiternũ dabo eis,quod nõ peribit.Ecce repromittitur benedictio eunuchis à Deo,qui igitur fiet,ut propter sobolis deficentiã maledictionẽ incurrant? Et cum secundum sapientis sententiã,utile sit mori sine filijs,q̃ relinquere filios impios:quomodo ex hac uita sine liberis decedere,censebitur maledictione dignũ? Intelligenda est igitur supradicta propositio,q̃ interminatur maledictionem,nõ relinquentib. semen in Israel,de semine spirituali & fructu boni operis,cõcepto quidẽ ex diuini spiritus adiutorio,in animi nostri proposito,deinde educto in partũ per executionẽ exteriorẽ,& accõmodationem ad opus. De quo quidem spirituali & mystico,tum cõceptu,tum partu,loquitur Esaias 26.cap.dicens:A facie tua Domine cõcepimus,& quasi parturiuimus,& peperimus spiritum salutis. Enimuero cũ animo cõstituimus adiutore Deo,quicq; boni agere,tunc in mẽte nostra fœtũ spiritualẽ cõcipimus,charitate feruenti,ut calore intimo uteri,fouendũ.Cũ uero illud mẽtis institutũ opere cõplemus,& exterius perficimus,tũc spiritualẽ nostrã prolem edimus in lucẽ,& salutari partu educimus.Cauendũ tamen est summopere,ne qđ animo intendimus,fraudetur opere,& euanescat irritũ.Alioqui strãgularetur fœtus in utero,semenq; iactum in terrã,frugẽ expectatam nõ proferret,sed sterilis & infœcũdus efficeretur animus.Et quãuis in ipso partu sobolis spiritualis,operis inq; executione grauis sit molestia,& difficilis labor:quemadmodũ mulier cum parit,tristitiã habet,tamen assiduũ exercitiũ bonæ operationis tollet omnẽ huiusmodi molestiã,cõuertet eam in facilitatẽ,leuitatem ac dulcedinẽ:sicut cum peperit mulier,iam non meminit pressuræ,quia natus est homo in mundum.Postremũ cõsuetudine bonorum operum enutritur hæc mystica proles,cõsolidatur & corroboratur,atq; in adultã perfectamq; ætatem perducitur,à qua nullo decidit senio,aut morte dissoluitur. Et hæc admodũ digna est seminis generatio.filiorũq; procreatio in primis exoptãda,non ingnamento,pollutioni,aut libidini obnoxia,ut ea q̃ ex carnis est lege,sed casta,munditiã omnẽ & puritatẽ præferens. Qđ aũt sterilis bonorũ operũ prouentu,& carens semine isto,& fœtu spirituali,maledictioni subiaceat,manifestè nobis prodit ficus illa,in qua Dominus quæsiuit fructũ esuriens, sed inuenit folia tantũ,& cõtinuò in illã maledictionis sententiã tulit:maledicta uero,confestim exaruit. Insuper & cõminatio illa euãgelica:Omnis arbor q̃ nõ fert fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur.Et ficulna in qua triẽnio quæsitus est fructus,à patrefamilias iussa est excidi, quòd inaniter terrã occuparet,passaq; fuisset excisionẽ, nisi hortulanus unius anni inducias ei impetrasset,quo stercora circa eam mitteret,ut fœcundaretur,& tandem fructificaret. Hæc quidẽ in parabolis à Domino dicta sunt,sed ad nos præcipuè spectẽt,& futuri nisi caueamus nos admonent periculi,à quo sua gratia & bonitate Deus nos oẽs eripiat. Deinceps dignitatem & præstantiã uirginitatis extollẽs autor,dicit eã esse angelorũ conuersationẽ, & incorporeæ naturæ proprietatẽ. Cui astipulatur Hieronymus in sermone de Assumptione beatissimæ uirginis Mariæ,dicens:Bene ad uirginẽ angelus mittitur,quia semper est angelis cognata uirginitas.Profectò in carne præter carnẽ uiuere,nõ terrena uita est,sed cœlestis. In carne siquidem angelicã uitam acquirere,maius est meritum,quàm habere. Esse enim angelum felicita-

felicitatis est: esse uerò uirginem, uirtutis: dum hoc obtinere uiribus nititur cum gratia, quod habet angelus ex natura. Vtrumque tamen, & esse uirginē & angelum, diuini muneris est officium, non humanum. Et Dominus noster Matth. 22. cap. ad Sadducæos: In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. Vbi angelorū conuersationē ostendit in uirginitate consistere, sicut & eorū futura est, qui digni erunt resurrectione ad uitam. Cæterum hæc tanta de uirginitate præconia non hic afferuntur in sugillationem & præiudicium nuptiarum. Non enim si egregia uirtus & eximij splēdoris sit uirginitas, protinus rectè colligas, damnandas esse nuptias: quin potius honorandæ sunt, & cōmendandæ, cum à Deo sint in exordio conditionis humanæ institutæ, & à Domino nostro, tum uerbo, tum facto, multifariā approbatæ. Vnde Beda exponens Ioan. 2. cap. conscriptā celebrationē nuptiarum in Cana Galilææ, ait: Porrò Tatiani & Martiani, cæterorumque qui nuptijs detrahūt, perfidia q̄ sit damnabilis, insinuat Dominus noster & saluator hoc loco. Si enim thoro immaculato, & nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquam Dominus ad has ueniret, nequaque eas signorum suorū & initijs consecrare uoluisset: Quid item de uirgine desponsata nasci uoluisset, si nuptiæ labem aliquam, aut maculam criminis haberent? Non eligisset profectò matrem uiro coniunctā & coniugē, si in nuptiali fœdere, uinculoque matrimoniali quicquam damnandum cōperiretur. De huiusmodi quoque hæreticis nuptias dānantibus, loquitur Apostolus 1. ad Timothæi epist. cap 4. Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidā à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinæ dæmoniorū in hypocrisi, loquentiū mendacium, & cauteriatam habentium suā conscientiam, prohibentiū nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit, ad percipiendū cum gratiarū actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem. Sed tales etiam manifestè cōfutantur per Apostolū primæ epistolæ ad Corinthios 7. cap. de uirginitate & nuptijs latissime disserentē, licitumque esse matrimonium ostendentem, cum dicit: Quòd si se non continent, nubant: melius est enim nubere, quàm uri. Hieronymus itidem contra Iouinianum lib. primo, sic uirginitatē præfert nuptijs, ut has etiam honorabiles, & cōmendatione dignas ponat. Nunc ergo (inquit) cum hæreticorum sit, dānare coniugia, & Dei spernere conditionē, quicquid Iouinianus de laude dixerit nuptiarum, libēter audimus. Ecclesia enim matrimonia non dānat, sed subijcit: nō abijcit, sed dispensat: sciens (ut suprà dixi) in domo magna non solum esse uasa aurea & argentea, sed etiā lignea & fictilia. Demū beatus Ignatius in epistola paulo antè citata eandem cōprobat sententiam, scilicet nuptias honorandas esse, non reprobandas: Non detraho (inquit) cæteris beatis, qui nuptijs copulati fuerūt, quorum nunc memini. Opto enim Deo dignus ad uestigia eorum in regno ipsius inueniri: sicut Abraham, Isaac, & Iacob, sicut Ioseph & Esaias, & cæteri prophetæ, sicut Petrus & Paulus, & reliqui Apostoli, qui nuptijs fuerūt sociati, qui non libidinis causa, sed posteritatis subrogandæ gratia, cōiuges habuerunt. Neque mirū cuique debet haberi, utraque (uirginitatem inquam & nuptias) honorabilia esse, uirginitatem tamen eligibiliorem. In uirtutibus enim (ut ait litera) intensiones & remissiones sunt. Siquidē una uirtus, altera est perfectior, & melior, ut uirginitas castitate cōiugali. Quæ igitur priorem habet excellētiam, illius esse dicitur intensio: quæ uerò inferiorem præstātiam, eius est remissio. Quemadmodum & in corporibus lucidis intēsiones sunt, & remissiones: quia sol luna est lucidior, & stellis, & tamen unumquodque horum, claritate est cōspicuum. Et in metallis itidem sunt gradus quidam dignitatis, ut argento aurum præstabilius, utrumque tamen præciosum. Et in frumentis triticum hordeo est expetibilius, non tamen est hordeum reijciendum. Demum in uitijs identidem intēsiones sunt & remissiones, quia unum uitium altero deterius est, ut adulterium fornicatione, & homicidiū peius furto: & cuius grauior malitia, illius dicitur intensio: & cuius minor, remissio: Verùm quanto dignior & præstantior uirtus est uirginitas, tanto difficilior est, ut habeatur, & integra cōseruetur. Propter quam quidem arduā, ipsam assequēdi difficultatem, non nobis statuit obligatoriam legem Christus ad ipsam obseruāndam. Non enim nos astrinxit præcepto & obligatione seruandæ uirginitatis, sed eius quod optimum est, consilium proposuit, dicens Matthæi 19. Et sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum Dei (nō ferro quidem materiali, sed spirituali, utpote frenatione & cohibitione cōcupiscentiæ carnis) qui potest capere, capiat. Quo planè postremo uerbo significat, nō omnium esse arduam uirginitatis seruādæ uiam ingredi, sed eorū duntaxat, qui spōte sua id uitæ genus capessunt, & amplectuntur. Et Apostolus 1. epistolæ ad Corinth. cap. 7. De uirginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam cōsecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse, utpote in uirginitate degere. Nuptiæ uerò non tam arduam habēt sublimitatē, neque in culmen celsitudinis aut fastigium attingūt. Necessariæ tamen & admodum utiles sunt humano generi, quòd non solum ad officium propagandæ prolis constitutæ sunt, uerumetiam in remedium cōcupiscentiæ carnalis, euitationemque fornicationis, aliorumue generū effrenatæ libidinis. Cum enim conceditur maritale consortium, certis legibus, & habēis frenatur cupiditas carnis, ne preceps ruat disruptis loris in horrenda uitia, stuprū, adulterium, & cætera teterrima monstra. Ideo Apostolus primæ epist. ad

Cor. cap.

Cor. cap. 7. dicit Propter fornicationẽ aũt unusquisq; suã uxorẽ habeat, & unaquæq; suũ habeat uirum. & reliqua in eandem cõsequentia sententiã: Attamen habent nuptiæ annexas secũ solicitudines, & curas educandi susceptã prolem, gubernandi familiam, & rem domesticã curandi quæ orationis opportunitatem & ocium plerunq; adimunt. His aũt curis, & grauibus anxietatibus exempta est uirginitas, & proinde liberior atq; expeditior ad orationem disponitur: quemadmodum dicit Apostolus primæ epist. ad Corinth. cap. 7. Qui sine uxore est, solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: qui aũt cum uxore est, solicitus est quæ sunt mũdi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Mulier innupta & uirgo quæ innupta est, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Porrò hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueũ uobis iniȷ̈ciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimẽto Domino obsecrandi. Et cætera quæ ibidem asseruntur.

ΠΕΡΙ ΠΕΡΙΤΟΜΗΣ. κϛ.

Ἡ περιτομὴ, πρὸ τοῦ νόμου ἐδόθη τῷ Ἀβραὰμ, μετὰ τὰς εὐλογίας, μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν, σημεῖον ἀποδιαστέλλον αὐτὸν καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ, καὶ τοὺς αὐτοῦ οἰκογενεῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν, μεθ' ὧν συνανεστρέφετο. καὶ δῆλον. ὅτε γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη ὁ Ἰσραὴλ μόνος καθ' ἑαυτὸν διέτριψεν, οὐ συναναμεμιγμένος ἑτέρῳ ἔθνει, ὅσοι ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐγεννήθησαν, οὐ περιετμήθησαν. ἡνίκα δὲ Ἰησοῦς διεβίβαζεν αὐτοὺς τὸν Ἰορδάνην, περιετμήθησαν, καὶ γέγονε δεύτερος νόμος περιτομῆς. ἐπὶ Ἀβραὰμ γὰρ ἐδόθη νόμος περιτομῆς. εἶτα ἐπαύσατο ἐν ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη. καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου ἔδωκεν ὁ θεὸς τῷ Ἰησοῦ νόμον περιτομῆς, μετὰ τὸ διαβῆναι τὸν Ἰορδάνην, καθὼς ἐν τῇ βίβλῳ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ γέγραπται. ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν, εἶπεν ὁ κύριος τῷ Ἰησοῦ· ποίησον σεαυτῷ μαχαίρας πετρίνας, ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, καὶ καθίσας περίτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐκ δευτέρου. καὶ μετ' ὀλίγα. τεσσαράκοντα γὰρ καὶ δύο ἔτη, ἀνέστραπται Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Βατταρίτιδι. καὶ διὰ τοῦτο ἀπερίτμητοι αὐτῶν ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν μαχίμων τῶν ἐξεληλυθότων ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οἱ ἀπειθήσαντες ταῖς ἐντολαῖς τοῦ θεοῦ, οἷς καὶ διώρισε μὴ ἰδεῖν αὐτοὺς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἣν ὤμοσε κύριος τοῖς πατράσιν αὐτῶν, δοῦναι αὐτοῖς γῆν ῥέουσαν γάλα, καὶ μέλι. ἀντὶ δὲ τούτων, ἀντικατέστησε τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, οὓς Ἰησοῦς περιέτεμε, διὰ τὸ γεγενῆσθαι αὐτοὺς ἀπεριτμήτους κατὰ τὴν ὁδόν. ὥς τε σημεῖον ἦν ἡ περιτομὴ, ἀφορίζον τὸν Ἰσραὴλ ἐκ τῶν ἐθνῶν, οἷς συνανεστρέφετο. τύπος δὲ ἦν τοῦ βαπτίσματος, καθάπερ γὰρ ἡ περιτομὴ, οὐ χρειῶδες μέλος ἀποτέμνει τοῦ σώματος, ἀλλὰ περίττωμα ἄχρηστον· οὕτω διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, τὴν ἁμαρτίαν περιτεμνόμεθα. ἡ δὲ ἁμαρτία δῆλον ὡς περίττωμα ἐπιθυμίας ἐστὶ, καὶ οὐ χρειώ-

DE CIRCVMCISIONE. Cap. XXVI.

Circũcisio ante legẽ data est Abrahæ, post benedictiones, post repromissionẽ, signũ distinguens ipsum, & eos qui ex ipso, & qui in domo eius generabãtur, à gentib. cũ quibus diuersabatur, quod quidẽ manifestum. Nam quando in deserto quadraginta annis Israel solus, & per seipsum diuersatus est, nõ cõmixtus alteri genti, quotquot in deserto gubernabãtur, non circumcidebãtur. Sed cum Iosue traduxit eos per Iordanem, circumcisi sunt, & facta est secunda lex circũcisionis. In Abraham enim data est lex circumcisionis, deinde cessauit in deserto quadraginta annis. Et rursus secundò dedit Deus Iosuæ legẽ circumcisionis post transitum Iordanis, ceu in libro Iesu Naue scriptum est. Sub hoc aũt tempore, dixit Dominus Iosuę: Fac tibi cultros petrinos è petra rupis, & sedẽs circumcide filios Israel secundò. & post pauca: In quadraginta enim et duobus annis, cõuersatus est Israel, in solitudine Battaritide: & propter hoc, incircũcisi erant ipsorum plurimi bellatorum, qui exierant ex terra Aegypti, & non crediderant mandatis Dei, quibus & definiuit, ut nõ uiderent terrã bonam, quam iurauit Dominus patribus nostris, ut daret ipsis terrã, fluentem melle, & lacte. Pro ȷ̈s autem repẽdit filios ipsorum, quos Iosue circumcidit propterea quòd facti erãt incircumcisi per uiam. Quare signum erat circumcisio, discriminans Israel à gentibus, quibuscum diuersabatur. Et figura erat baptismatis. Nam quemadmodum circũcisio nõ utile membrum amputabat corporis, sed superfluitatem inutilem: sic per sanctũ baptisma à peccato circumcidimur. Manifestum autem, quod peccatum, superfluitas cõcupiscentię est, & nõ necessaria,

δονῆς ἐπιθυμία. ἀδιάφορον γάρ τινα μὴ δ' ὅλως ἐπιθυμεῖν, ἢ τέλεον, ἄγευστον ἡδονῆς εἶναι. ἀλλὰ τὸ ἄχρηστον τῆς ἡδονῆς, ἤτοι ἡ ἄχρηστος ἐπιθυμία τε καὶ ἡδονή, τοῦτό ἐστιν ἡ ἁμαρτία. ἣν περιτέμνει τὸ ἅγιον βάπτισμα, παρέχον ἡμῖν σημεῖον τὸν τίμιον σταυρὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου, οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἀφορίζον ἡμᾶς (πάντα γὰρ τὰ ἔθνη τοῦ βαπτίσματος ἔτυχον, καὶ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ ἐσφραγίσθησαν) ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ ἔθνει τὸν πιστὸν ἐκ διαστέλλον τοῦ ἀπίστου. τῆς τοίνυν ἀληθείας ἐμφανισθείσης, ἀνόνητος ὁ τύπος καὶ ἡ σκιά. ὥστε περιττὸν νῦν τὸ περιτέμνεσθαι, καὶ ἐναντίον τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. ὁ γὰρ περιτεμνόμενος, χρεώστης ἐστὶ ὅλον τὸν νόμον τηρῆσαι. ὁ δὲ κύριος, ἵνα πληρώσῃ τὸν νόμον, περιετμήθη. καὶ πάντα δὲ τὸν νόμον καὶ τὸ σάββατον ἐτήρησεν, ἵνα πληρώσῃ καὶ στήσῃ τὸν νόμον. ἀφ' οὗ δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἀνθρώποις ἐνεφανίσθη, ἐν εἴδει περιστερᾶς καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν, ἔκτοτε ἡ πνευματικὴ λατρεία καὶ πολιτεία, καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία κεκήρυκται.

cessaria concupiscentia. Impossibile enim est, quenquam nullo modo cōcupiscere, aut tandem sine gustu uoluptatis esse. Sed quod inutile est uoluptatis, id est, inutilis concupiscentia & uoluptas, hoc est, peccatum: idipsum est quod circumcidit sanctum baptisma, præbēs nobis signum honorabile, crucē in fronte: non à gentilibus discriminans nos, (nam omnes gentes baptisma consecutæ sunt, & signo crucis insignitę) sed in unaquaq; gente fidelem ab infideli distinguit. Veritate igitur apparēte, inutilis figura & umbra: quare superuacanea nunc circumcisio, & cōtraria sancto baptismati. nam qui circumciditur, obligatur totam legē obseruare. Dominus aūt, ut impleret legem, circumcisus est: & omnem legē & sabbatum seruauit, ut impleret & sisteret legem. Ex quo uerò baptizatus est, & spiritus sanctus hominibus in similitudine columbæ apparuit descendens super eum in Iordane, ex tunc spiritualis cultus & conuersatio, & cœlorum regnum prædicata sunt.

COMMENTARIVS.

Circumcisionem ante legem datā esse, conspicuū est: nam lex per Mosem data est: circūcisio autem non ex Mose neq; lege, sed ex patribus est. Eandem post benedictiones & repromissionem à Deo Abrahæ factā, præceptā esse, litera Geneseos apertè manifestat. Siquidem benedictiones Abrahæ à Deo factæ, explicātur 12. cap. Geneseos, ubi Deus ad Abrahā dicit: Faciā te in gentem magnā, & benedicā tibi, & magnificabo nomē tuū, erisq; benedictus. Benedicā benedicentib. tibi, & maledicā maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Repromissiones uerò eidē factæ declarantur 15. cap. Geneseos, cū dicitur: Sermo Domini factus est ad Abrahā, dicens: Non erit uernaculus tuus, hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredē. Eduxitq; eū foràs, & ait illi: Suspice cœlū, & numera stellas, si potes. & dixit ei: Sic erit semē tuū. Credidit Abrahā Deo, & reputatū est illi ad iustitiā. Deinde 17. ca. Geneseos præceptū illi circūcisionis traditur, cū dicitur ipsi: Circūcidetur ex uobis omne masculinū, & circūcidetis carnē præputij uestri, ut sit in signum fœderis inter me & uos. Porrò duæ in litera assignātur causæ institutiōis ipsius circūcisionis. Prima, ut esset signū, distinguens inter domū Israel, populūq; Hebræorū, ex quo Christus erat nasciturus secundū carnē, & inter gētes. Nā selectus Abrahā, à Deo & iussus egredi de terra & cognatione sua, habitareq; in terra Chanaā inter gētes, accipit circūcisionis præceptū, quo dirimeretur ipse & domus eius à gentibus, inter quas habitabat: obseruataq; est usq; ad exitū de Aegypto, qđ toto eo tempore erat populo Israelitico inter gētes cōmunis habitatio. Post egressum uerò de Aegypto, & toto tēpore māsionis in deserto, populus Israeliticus quia secretus & seiūctus à gentib. non est circūcisus, quoniā nō aderat ibi necessitas circūcisionis, & causa impellens. Cū uerò Iordane traiecto ingressi sunt terrā ꝑmissionis, rursum iussus est populus Hebræorū circūcidi. qđ iterū cōmisceretur gentibus in eodem habitationis loco. Quòd aūt ex 5. capite libri Iosuæ in litera adducitur præceptū à Domino, Et sedens circūcide filios Israel secundò: nō ita accipiendū est, qđ ijdem secūdū indiuiduū homines post primam circūcisionē rursum fuerint circumcisi: nō eīn in uno & eodem homine iterabatur tūc circumcisio, ut neq; nunc baptismus. Sed hoc pacto id intelligendum, quod populus Israeliticus post legem circūcisionis primò Abrahæ datam, & deinde diuina dispensatione 40. annos in deserto intermissam, tū ob segregationē ipsius Israel à cæteris populis toto illius tēporis curriculo, tū ob cōtinuum ferè itineris laborem profectionisq; motum, quem ferre nō potuissent pueri recens circumcisi, rursum solenni obseruatione & Dei mandato, post interruptionē illius, circumcisionē accepit populus Israel in ijs qui ante circumcisi nō erāt. Nominat item litera solitudinē in qua uersati sunt filij Israel quadraginta annos, Battaritida: quia quā Hebræi solitudinē Bethoron nominant, Græci Battaritida dicūt. In solitudine igitur Battaritide

tide cõuersatus est Israel,id est in deserto Bethoro,ut habet etiã antiqua traductio. Huius autẽ mentio fit in scriptura,Iosue 16.cap.cum dicitur de sorte filiorum Ioseph, quòd descendit ad occidentem iuxta terminum Iefleti,usq; ad terminos Bethorõ inferioris & Gaser:In alijs quoq; scripturæ locis,illius nominis fit mentio. Secunda causa institutionis ipsius circũcisionis est, ut figura esset & repræsentatio quædam baptismi,postmodum instituendi. Vt enim circumcisio secundum carnem, superfluitatem inutilem resecabat à carne: sic baptismus peccatum quod noxium est,& damnosum animæ,abluit. Et quemadmodum tunc circumcisio labem culpæ ab origine contractam abrasit,ita nunc baptismus eandem detergit maculam,& regeneratos in Christo efficit filios Dei,quinimò lõge efficacius & perfectius,q̃ sua figura. Cæterum quòd dictum est,baptismum abradere ab anima concupiscentiã illicientem ad peccatũ: non ita accipiendum est,quòd omnino concupiscentiam ipsam exterminet ab animo, aut extirpet. Nam impossibile est,aliquem nullo modo cõcupiscere,& sine uoluptatis perceptione uiuere. Namq; appetendi uis ita uirtuti sensitiuæ in animalib. est annexa,ut in omnib. utraq; reperiatur,neq; sensum sine appetitu in quoquam inuenias. Et sicut uires ipsæ, ita & earum actus adinuicem colligati sunt. Et plerunq; sensus operationem consequitur rei sensu perceptæ appetitio,si conueniens & naturæ accommoda uideatur. Neq; potest in homine adeò sopiri & edomari uis appetitiua,ut nullo modo moueatur ad appetentiã, neq; ad suum excitetur actum. Sed ita ratione frenari potest,ut duntaxat ea quæ rationi,honestatiq; sunt consentanea,expetat. Vnde magis probanda est Peripateticorum sententia,ponentium uirtutẽ cõsistere in affectuũ,perturbationumq; nostrarũ moderatione, motioneq; cũ mediocritatis ratione,quàm Stoicorũ asserentium omnimodã appetitionum euacuationem & carentiã, uirtutis esse usum, eamq; reddere debere homines impatibiles. Non enim uirtus tollit naturã, sed perficit:si autẽ sustuleris naturales affectus & passiones,sublata erit natura,aut omnino stupida effecta,& insensibilis. Et prædicta Aristotelica assertio,est euãgelicæ ueritati,rectæ rationi,& huic Damasceni sententiæ(quam hoc loco astruit)admodum consentanea. Neq; in necessaria concupiscentia eorum quæ ad uitam degendam spectant,quamuis uoluptati etiã necessariæ fuerit coniuncta modò rectis prudentiæ legibus definiatur, peccatum habet locum: sed solum in superflua & immoderata cupiditate,quæ scilicet maior est æquo, & q̃ legitima rationis determinatio præscribat,ut in nimio cibi & potus usu. Et hanc petulantiam & superfluitatem cõcupiscentiæ insolescentis contra rationem,circumcidit sanctum baptisma, circũcisione scilicet spirituali & immateriali,non manu facta,neq; carnali. Quam quidem spiritualem & mysticam circumcisionem,Hieronymus in libro de Vera circumcisione, ostẽdit aliud nihil esse,quàm noxiorum affectuum,& à Deo abducentium resecationem atq; repressionẽ, inter cætera dicens: Cultello itaq; petrino,corporis nostri circumcidenda est natura. Petra autem est Christus,cuius cultellus est amor: quo crescente,in nobis seculi desideria decrescunt. Obterendæ sunt omnes animi uoluptates, relinquenda studia delectationum, quoniã hæc circumcisionis est ueritas,non figura. Nitendum in summa,ut cunctis naturalibus amputatis cõuersatio nostra tendat ad cœlum,ubi Christus ad Dexterã Dei est. Postremùm assignat autor in litera rationem, quare Christus circumcisionem in se suscepit,cum tamen illa nõ indigeret. Nam erat in paruulis ordinata circumcisio, in remediũ & sublationem peccati originalis,morbi quidem hæreditarij,à parentibus in posteros tristi contagio propagati. At Christus non fuit hoc morbi genere labefactus, sed plenus gratia à primo suæ conceptionis momento. Non igitur ei opus erat hoc cauterio medicinali. Non enĩ est opus ualentibus medico,sed malè habentibus. Verùm uoluit & ipse circumcisionis ritum & legem in se obseruari, ut omnem impleret iustitiam,qua per summam humilitatem minori se subdidit,scilicet legi. Dum enim esset Dominus & autor legis(Dominus est enim ait filius hominis, etiam sabbati)& proinde à legis abstrictione exemptus,factus tamen est sub lege,ut eos qui sub lege erãt, redimeret. Et quemadmodum Matthæi 5.cap.contestatus est,non uenit soluere legem,sed adimplere. Et sanè impleuit totam legem Dominus noster,tum quia integrè & ad unguem eã seruauit,quo nobis exemplum dedit seruãdi leges, & instituta eorũ quibus subiecti sumus, illisq; obediendi,tum quia finem illis imposuit & consummationem, & in loco illorum constituit efficaciora ac digniora sacramenta,ut pro circumcisione baptismum. Lex enim & prophetæ,usq; ad Ioannem prophetauerunt:& lex per Mosem data est, gratia autem & ueritas, per Iesum Christum facta est.qui metam figuris & terminum constituens sua ipsius obseruatione,ipsius ueritatis splendorem oculis nostris infudit:ut reiecta nube umbratili, in diei claritate ambularemus. Solent & aliæ causæ admodum rationabiles assignari,quare Dominus in se circumcisionem admisit. Sed prædictæ,ad explanationem literæ sufficiunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΝΤΙΧΡΙ-στου. κζ.

Χρὴ γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἀντίχριστον ἐλθεῖν. πᾶς μὲν οὖν ὁ μὴ ὁμολογῶν τὸν

DE ANTICHRISTO. Cap. XXVII.

NOsse oportet, oportere antichristũ uenire, õis.n. qui nõ cõfitetur filium

υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸν, ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, καὶ εἶναι θεὸν τέλειον, καὶ γενέσθαι ἄνθρωπον τέλειον, μετὰ τοῦ εἶναι θεὸν, Ἀντίχριστός ἐστιν. ὅμως ἰδιοτρόπως καὶ ἐξαιρέτως Ἀντίχριστος λέγεται, ὁ ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἐρχόμενος. χρὴ τοιγαροῦν πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καθὼς ἔφη ὁ κύριος. καὶ τότε ἐλεύσεται εἰς ἔλεγχον τῶν ἀντιθέων ἰουδαίων. ἔφη γὰρ αὐτοῖς ὁ κύριος· ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με. ἔρχεται ἄλλος ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, κἀκεῖνον λήψεσθε. καὶ ὁ ἀπόστολος· ἀνθ᾽ ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτοὺς, καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ᾽ εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. οἱ οὖν ἰουδαῖοι υἱὸν θεοῦ ὄντα τὸν κύριον ἰησοῦν χριστὸν καὶ θεὸν οὐκ ἐδέξαντο. τὸν δὲ πλάνον, θεὸν ἑαυτὸν λέγοντα δέξονται. ὅτι γὰρ θεὸν ἑαυτὸν ἀποκαλέσει, ὁ ἄγγελος τὸν Δανιὴλ διδάσκων, οὕτω φησίν, ἐπὶ θεοὺς τῶν πατέρων αὐτοῦ οὐ συνήσει. καὶ ὁ ἀπόστολος. μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, ὡς θεὸν καθίσαι ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ θεός. εἰς τὸν ναὸν δὲ τοῦ θεοῦ, οὐ τὸν ἡμέτερον, ἀλλὰ τὸν παλαιὸν τὸν ἰουδαϊκόν. οὐ γὰρ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς ἰουδαίοις ἐλεύσεται. οὐχ ὑπὲρ χριστοῦ, ἀλλὰ κατὰ χριστοῦ. διὸ καὶ Ἀντίχριστος λέγεται. δεῖ τοίνυν πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ᾽ ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ, ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ὃν ὁ κύριος ἀνελεῖ τῷ ῥήματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ παρουσίᾳ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ. οὐκ αὐτὸς τοίνυν ὁ διάβολος γίνεται ἄνθρωπος, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἐνανθρώπησιν· μὴ γένοιτο. ἀλλ᾽ ἄνθρωπος ἐκ πορνείας τίκτεται, καὶ ὑποδέχεται πᾶσαν τὴν ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ. προειδὼς γὰρ ὁ θεὸς τὸ ἄτοπον τῆς μελλούσης αὐτοῦ προαιρέσεως, παραχωρεῖ ἐνοική

filium Dei, & Deum, uenisse in carne, & esse Deum perfectum, & factum esse hominem perfectum, cum hoc ipso quod Deus est, antichristus est. Attamen peculiari modo ac præcipuo, antichristus dicitur, qui in consummatione seculi uenturus est. Oportet ergo primùm prædicari euangelium omnibus gentibus: quemadmodum inquit Dominus, & tunc ueniet in redargutionem aduersariorum Dei Iudæorũ. Dixit enim illis Dominus: Ego ueni in nomine patris mei, & nõ recipistis me: ueniet alius in nomine proprio, & illum recipietis. Et Apostolus: Pro eo quod dilectionem ueritatis non susceperunt, ut ipsi saluarẽtur, propter hoc mittet eis Deus operationem erroris ad credendum mendacio, ut iudicentur omnes qui nec crediderunt ueritati, sed approbauerũt iniustitiam. Iudæi igitur filiũ Dei qui est Dominus Iesus Christus & Deus, non receperũt: seductorem, seipsum dicentem Deum, suscipient. Quòd aũt seipsum uocabit Deum, angelus Danielem docens, sic inquit: Aduersus deos patrum suorum non intelliget. Et Apostolus: Ne quis uos seducat ullo modo: quoniam nisi uenerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in tẽplo Dei sedeat, demonstrãs seipsum quòd sit Deus. In templo quidem Dei, non nostro, sed ueteri Iudaico. Non enim nobis, sed Iudæis ueniet: nõ pro Christo, sed aduersus Christum, & eos qui sunt Christi: propter quod & antichristus dicitur. Oportet igitur primũ prædicatum esse, euangelium in omnibus gentibus, & tunc reuelabitur iniquus: cuius aduentus secundum operationem satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs mendacij & in omni fallacia iniustitiæ, ijs qui pereunt: quem Dominus interficiet uerbo oris sui & dissoluet, aduentu super apparitionis suæ. Non ipse igitur diabolus fiet homo, instar Dei humanitionis (absit enim) sed nascetur homo ex fornicatione, & suscipiet omnem operationẽ satanæ. Nã præsciens Deus irrationabilitatẽ futuræ eius uolũtatis, permittet ut

σαι ἐν αὐτῷ τὸν διάβολον. τίκτεται τοίνυν ἐκ πορνείας, ὡς ἔφημεν, καὶ ἀνατρέφεται λεληθότως, καὶ αἰφνίδιον ἐπανίσταται, καὶ αὐταίρει, καὶ βασιλεύει. καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς βασιλείας αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τυραννίδος, ὑποκρίνεται ἀγαθοσύνην· ἡνίκα δ' ἐπικρατὴς γένηται, διώκει τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐκφαίνει πᾶσαν τὴν πονηρίαν αὐτοῦ. ἐλεύσεται δὲ ἐν σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους, πεπλασμένοις καὶ οὐκ ἀληθέσι, καὶ τοὺς σαθρὰν καὶ ἀστήρικτον τὴν φύσιν τῆς διανοίας ἔχοντας ἐξαπατήσει, καὶ ἀποστήσει ἀπὸ θεοῦ ζῶντος, ὥστε σκανδαλισθῆναι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. ἀποσταλήσεται δὲ Ἐνὼχ, καὶ Ἡλίας ὁ Θεσβίτης, καὶ ἐπιστρέψουσι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, τουτέστι τὴν συναγωγὴν ἐπὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ τῶν ἀποστόλων κήρυγμα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀναιρεθήσονται. καὶ ἐλεύσεται ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ, ὃν τρόπον οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐθεάσαντο αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν, θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως, καὶ ἀνελεῖ τὸν ἄνθρωπον τῆς ἀνομίας, τὸν υἱὸν τῆς ἀπωλείας τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ. μηδεὶς τοίνυν ἀπὸ γῆς ἐκδεχέσθω τὸν κύριον, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ, ὡς αὐτὸς ἡμᾶς ἠσφαλίσατο.

illum inhabitet diabolus. Nascetur igitur ex fornicatione (ceu diximus) & educabitur occultè, & repentè insurget, & eleuabit se, & regnabit. Et in exordijs regni sui, seu potius tyrannidis, simulabit bonitatem: cum uerò dominator factus fuerit, persequetur ecclesiam Dei, & manifestabit omnem malitiam suam. Et ueniet in signis & prodigijs mendacij fictis, & non ueracibus, & eos qui debile & infirmum fundamentum mentis habent, decipiet, & separabit à Deo uiuente, ita ut scandalizentur, si fieri potest, electi. Mittentur autem Enoch & Helias Thesbites, & conuertent corda patrũ in filios, hoc est, synagogam ad Dominum nostrum Iesum Christum, & Apostolorum prædicationem, & ab illo interficientur. Et ueniet Dominus ex cœlo, quemadmodum Apostoli intuiti sunt eum euntem in cœlum, Deus perfectus, & homo perfectus, cum gloria & uirtute, & interficiet hominem peccati, filium perditionis spiritu oris sui.

COMMENTARIVS.

SEcundũ cõmunem antichristi rationem, quisquis oppositus est, aut cõtrarius Christo, illi doctrina aut moribus cõtradicens atq; repugnãs, antichristus dici potest: quales fuerũt hæretici omnes, & tyrãni ecclesiæ persecutores: quales itidẽ sunt omnes, qui dicũt se nosse Christũ, factis aũt negãt. De quib. Ioan primæ suæ Catholicæ 2. ca. Audistis quia antichristus uenit, nũc aũt multi antichristi facti sunt. Peculiari tñ denominatiõe futurus est unus omniũ antichristorũ cõplementũ, malitiæ omnis & erroris cõsumatio atq; eluuies: quem præcursores & prænũcij praui antecesserũt, ut ipsius figura tenuisq; repræsentatio. Et ob im ꝓbæ uitæ cõformitatẽ, morũq; similem habitudinẽ, nominis quoq; cõmunionẽ cũ eo habuerũt, & antichristi uocati sunt. Quemadmodũ Dominus noster uerus Christus uenit, omniũ Christorũ & spiritu sancto unctorũ ueritas & exẽplar, uirtutũ omniũ & ueritatis cõsumatio, ꝓphetiarũq; cõplementũ, figurãtibus per diuersos ueteris Testamenti Christos, ipsum tenui uestigio utcũq; referentes. Porrò hic antichristus singularis & præcipuus (q̃ de uersatur in præsentia sermo) inter cætera suæ impietatis opera in tantã efferetur arrogãtiã, q̃d se Deũ dici & haberi uolet, quemadmodũ autor in litera cõꝓbat tũ Danielis ꝓphetæ, tũ Apostoli testimonio. Vnde Danielis 11. ca. sic nostra habet trãslatio, de uero illo & in persona antichristo loquens: Et eleuabitur & magnificabitur aduersum omnẽ Deũ, & aduersus Deũ deorũ loquetur magnifica, & dirigetur donec cõpleatur iracũdia. Perpetrata quippe est definitio, & Deũ patrũ suorũ nõ reputabit, nec quenq; deorũ curabit, quia aduersum uniuersa consurget. Qd' ergo nostra traductio dicit, Deũ patrum suorum nõ reputabit: litera Damasceni exprimit hoc pacto Aduersus deos patrũ suorum nõ intelliget: designãs ipsum antichristũ non habiturũ intelligentiã aut existimationem de Deo aut dijs maiorum suorum aut prædecessorũ, ut gentilium, Iudæorum, aut Christianorũ. Nam omnem deorum priscorum cultũ exterminabit, ut solus ipse Deus habeatur & colatur. Sicut Nabuchodonosor rex Babylonicus iussit omnes deos terræ abradi per Holofernem principem militiæ suæ, atq; eliminari, ut solus ipse tanquã Deus coleretur, ne tãta deorum turba, ac multitudine suum numen obscuraretur: quemadmodum refert historia libri Iudith. At uerò originem huius antichristi referens autor in litera, ostẽdit planè etiam ad ortum Christi opposito modo ꝓrsus se habere. Nempe Christus ex matre uirgine, spiritus sancti uirtute conceptus & natus est supra naturæ legem, & cũ summa mundicia, puritate, integritateq; matris. Antichristus autem nõ ex immaculato nuptiarũ thoro, sed ex turpi fornicatione, inconcessoq; cõcubitu, nascetur, ut talia in eo iaciantur ab ipso exortu suæ malitiæ fundamenta, qualia deinde cõsequentur eius opera. Sapit enim plerunq;

runcq; ramus suæ radicis naturam. Insuper Christus Dominus noster ab ipso cõceptus sui articulo, spiritu sancto fuit omniquaq; plenus, & septiformi illius dono repletus. Antichristus uerò statim ab ipso natiuitatis exordio, diabolico spiritu replebitur: cuius suggestiõe, per tyrãnidis uiolentiã inducet multos in suæ uesaniæ consensum, cũ Christus per summã mãsuetudinẽ & benignitatẽ induxerit hominũ corda in suæ doctrinæ & legis susceptionẽ. Christus item ipsam docuit ueritatem, & cœlestẽ hominibus disciplinã attulit. Antichristus aũt fraude, dolis, astu & multiplici calliditate circũueniet homines, & ad suã pertrahet sententiã, edoctus à patre mendacij, cuius suasu & inductione tentabit omnia. Deniq; Christus uera fecit miracula, mortuos suscitauit, cæcos illuminauit, & leprosos mundauit. Antichristus uerò signa mendacia & prodigia faciet, inducẽtia hominibus admirationem, sed ab eo cui mille nocendi sunt artes, & fraudũ nomina mille, instructus nulla secundũ ueritatem faciet signa, sed ad solam opinionem, phantasiam & apparentiam. Quæ omnia ex testimonijs scripturæ in litera adductis, perspicua sunt. Insuper autumãt permulti antichristum illũ de quo præsens habetur sermo, & sacræ loquuntur literæ, etiam in Babylone nasciturũ, ut ex ciuitate illa confusionis diabolicæ, egrediatur illa radix iniquitatis, & pestifera lues, omniũq; malorũ fex, sentina, & eluuies: quemadmodum Christus ex Bethleem domo Dauidica, fertilitatis designatrice, & panẽ indicãte cœlestem, natus est. Arbitrantur itidem ipsum ex tribu Dan originẽ sumpturũ, & id præcognoscẽtem Iacob patriarchã, cũ filijs suis iam moriturus benediceret, ad filium Dan dixisse, Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semitis: & ibidẽ ipsum, colubrũ appellasse, quòd ex eo nasciturus esset serpens ille tortuosus antichristus, qui totũ orbem suo afflabit mortifero ueneno. Eandem ob causam existimant Apocalypseos 7. cap. ubi nominatur trib. Israeliticæ (ex quarum unaquaq; numerantur duodecim millia signati in frontib. suis ut serui Dei altissimi) tribum Dan consultò prætermissam esse, quòd ex ea antichristus ortũ sit habiturus. Christus uerò ex tribu Iuda, omniũ nobilissima, & regio stemmate insignita, secundum scripturas editus est. Cæterum quemadmodum tyranni, reges & principes paulo post exordiũ legis euangelicæ suscitarũt graues persecutiones in ecclesiã Dei: ita faciet & antichristus, quinimmo longè acerbiorẽ & duriorem, ut de tempore aduentus ipsius loquẽs Dominus noster Matthæi uicesimoquarto cap. contestatus fuerit, quòd erit tũc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usq; modò, neq; fiet. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Breuiabuntur inquam, non mensura, sed numero, ne mora temporum, fides concutiatur credentium. Grassabuntur enim hæc mala tribus annis & dimidio dũtaxat, quẽadmodum Daniel 12. cap. dicit de antichristo, quòd durabit per tempus, tempora & dimidiũ temporis: per tempus ibidem annuum temporis curriculum intelligens. Inter omnes quidẽ persecutiones quas perpessa est à tyrannis ecclesia, illa maximè insignis fuit crudelitate & sæuitia persequentium, quæ imperatoribus Maximiano & Diocletiano autorib. facta est, cũ & exquisita tunc in professores Christiani nominis tormenta sint excogitata, & illis irrogata: & longè maior numerus martyrum pro Christo trucidatorũ fuerit, q̃ in alia quauis persecutione, ut ex 8. Ecclesiasticæ historiæ libro apertius liquet. Atqui persecutio ab antichristo futura, ab ore ueritatis denunciatur grauior uentura & uiolentior, q̃ quæcunq; præterita infestatio ecclesiæ. Vnde facilè est coniectare, q̃d erit horrenda, & grauissimo turbine cõcutiet ecclesiã, ꝓpemodum eam euersura. Veruntamẽ non deseret suã dilectã sponsam Deus tũc sine adiutorio, neq; destituet ipsam suo præsidio: sed mittet duos propugnatores suos Heliã & Enoch: de quib. quidem uenturus ad prædicandum aduersus antichristi impietatẽ & uesaniã pleriq; intelligi debere contendũt, q̃d Apocalypsis 11. cap. dicit: Et dabo duobus testibus meis, & ꝓphetabunt dieb. mille, ducẽtis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra, in conspectu Domini stantes. Et cum finierint testimoniũ suũ, faciet aduersus eos bellũ & uincet eos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est. Et uidebũt de tribubus & populis & gentibus & linguis corpora eorum per tres dies & dimidiũ, & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et post tres dies & dimidiũ, spiritus uitæ à Deo intrauit in eos, & steterũt super pedes suos, & audierunt uocẽ magnã de cœlo dicentẽ eis. Ascendite huc, & ascenderunt in cœlũ in nube: & uiderunt illos inimici illorũ. Veruntamẽ sine præiudicio eorũ quæ hoc in loco Damascenus de antichristo disserit, cõformia uulgatæ sententiæ, & quæ plurimorũ in ore uersatur, id unũ hic adiecerim, quòd nõnulli uiri eruditissimi sentiunt Mahumetẽ illum spurcissimũ, & abominabilis execrandæq; legis autorẽ, esse uerũ in persona antichristum, à sacris literis prænunciatũ: quia uidẽt ferè omnia quæ scripturæ de antichristo prædicunt, in eo esse completa, ipsiq; potissimũ rationem nominis antichristi cõpetere. Quis enim magis unquam Christo contrarius in lege & moribus? Christi siquidẽ lex repugnat carni & sanguini, monetq; animã nostrã odio habendã, ut in uitam æternam custodiamus eã. Mahumetes autem ut propensam ad libidinẽ genus humanũ hisce illecebris inescaret, inuitaretq; ad suę legis susceptionẽ, laxauit habenas uoluptatib. & spurcitijs, uxorum

pluralitatem admisit, earũ repudiũ & pro arbitrio reconciliationem, & demũ paradisum uoluptatibus & delicijs mundi refertissimũ, suis cultorib. repromisit cum Cherinto hæretico & sectatoribus eius. Christus item aliena detineri & cõcupisci uetuit quinimmo auferentibus tunicam, dandũ insuper palliũ consuluit. Mahumetes uerò rapinam, prædas, populationẽq; suis permisit, assuetus ex rapto uiuere: legem suã non rationib. sed armis defensandam dictitans, & alterius sectæ uiros armis adigendos ad suæ legis obseruationem decernens. Denique Christus totius ueritatis magister, nil nisi uerum, pium, syncerum, rationabile, credendũ agẽdumq; ꝓponit. Mahumetes uerò in suo Alcorano, futilia multa, deliramẽta, nænias, fabulas aniles, & mẽdacia cõfingit, atq; indigestò inculcat, neq; rectæ rationi quoquo pacto consona. Vt ex ipsa legis suæ nefariæ inspectione protinus innotescat, aut eũ esse antichristũ, aut præcipuũ & proximũ antichristi præcursorẽ. Sed neq; sine scripturæ testimonio & autoritate mouentur isti ad id ipsum de Mahumete asserendũ, qđ uerus sit in persona antichristus, quodq; post ipsum non sit expectandus alius. Nam Apocalypsis 13. cap. describit bestiã ascendentem de terra, & habentem duo cornua similia agni, uenturam sub septima tuba: per quã quidẽ bestiam, omniũ cõcordi sententia designatur antichristus à scripturis descriptus. Atqui per bestiã illã procul dubio ad literam intelligitur Mahumetes, ob bestialem & fœdissimam uitam, legemq; turpissimã, quã tulit honestati & rationi maximè aduersam. Nempe in fine supradicti capitis habetur. Hic sapientia est. Qui habet intellectũ, cõputet numerũ bestiæ. Numerus enim hominis est, & numerus eius, sexcenti, sexaginta sex: qui sanè numerus est annorũ ab incarnatione Domini usq; ad exortũ flagitiosissimi Mahumetis, & perditissimæ eius sectæ: quæ quidem pullulare cœpit circa annũ Domini sexcentesimũ sextũ sub Heraclio imperatore Rom. Quinimmo loco eiusce numeri annorũ, in græco ponitur id nomẽ anthemos: per literas suas eundẽ numerũ referens, & significãs tantundẽ atq; cõtrarius uel aduersus, qđ Christo uero Dei agno sua bestiali impuritate maximè fuerit oppositus. Ex quo colligũt prædicti huius posterioris sententiæ præter Damasceni literam adductæ assertores, ipsum Mahumetem esse uerum antichristum nõ in figura, sed persona. Veruntamẽ quoniã multa in Daniele, euangelijs, Apostolo ad Thessalonicẽses & Apocalypsi dicũtur de antichristo: quæ haud facilè possunt accommodari Mahumeti, neq; in eo completa, neq; complenda uidentur: ut de grauissima tribulatione uentura circa finem mundi: de arrogantia diuini numinis, qua extolletur antichristus dicens se Deum: de diebus abbreuiatis propter electos, cum lex ista corruptissima fermè mille annos inuaserit, & in dies maius sumat incrementum: de Helia & Enoch mittẽdis contra antichristum: de Iudæis ipsum pro suo Christo recepturis, & reliquis, quæ nõ usq; adeo congruè uidentur posse adaptari Mahumeti: utri dictarum sententiarum sit accendendum, an Damasceno, an alijs Mahumetem antichristum esse censentibus, haudquaq; meum est definire. Sed hæc duntaxat recensere fuit animus, ut daretur cuiq; occasio sacram perscrutandi exactius scripturam, & indagãdi huiusce materiæ ueritatem, quantum humano studio id perquiri potest & inuestigari.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ. ΚΗ.

Πιστεύομεν δὲ καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν. ἔσται γὰρ ὄντως, ἔσται νεκρῶν ἀνάστασις. ἀνάστασιν δὲ λέγοντες, σωμάτων φαμὲν ἀνάστασιν. ἀνάστασις γάρ ἐστι δευτέρα τοῦ πεπτωκότος στάσις. αἱ γὰρ ψυχαὶ ἀθάνατοι οὖσαι, πῶς ἀναστήσονται; εἰ μὲν θάνατον ὁρίζονται, χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ σώματος, ἀνάστασις ἐστὶ πάντως, συνάφεια πάλιν ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ δευτέρα τοῦ διαλυθέντος καὶ πεσόντος ζώου στάσις. αὐτὸ οὖν τὸ σῶμα, τὸ φθειρόμενον καὶ διαλυόμενον, αὐτὸ ἀναστήσεται ἄφθαρτον. οὐκ ἀδυνατεῖ γὰρ ὁ ἐν ἀρχῇ ἐκ τοῦ χοὸς τῆς γῆς αὐτὸ συστησάμενος, πάλιν ἀναλυθὲν καὶ ἀποστραφὲν εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη κατὰ τὴν τοῦ δημιουργοῦ ἀπόφασιν, πάλιν ἀναστῆσαι αὐτό. εἰ γὰρ μὴ ἔστιν ἀνάστασις, φάγωμεν, καὶ πίωμεν, τὸν ἡδονὴν καὶ ἀπολαυστικὸν βίον μετέλθωμεν. εἰ

DE RESVRRECTIONE. Cap. XXVIII.

CRedimus autẽ & resurrectionem mortuorũ: erit eñ resurectio mortuorũ. Resurrectionẽ aũt dicẽtes, corporũ intelligimus resurrectionẽ: est eñ resurrectio, secunda eius quod interijt statio: nam animæ cũ immortales sint, quomodo resurgẽt? Siquidẽ mortẽ definientes, dicimus esse separationem animæ à corpore: resurrectio omnino erit cõiunctio rursus animæ & corporis, & secunda, iterataq; eius quod dissolutum fuerit, ieritq; pessum, animalis restitutio. Ipsum igitur corpus quod corrumpitur & dissoluitur, idem resurget incorruptibile. Non impotẽs enim est is qui in principio ex puluere terræ ipsum cõstituit, rursus resolutum & cõuersum in terram ex qua sumptũ fuerat, secundum conditoris dictum, iterato suscitare illud. Nam si non est resurrectio, manducemus, & bibamus, & uoluptariã deliciosamq; uitam transigamus. Si

non

οὐκ ἔστιν ἀνάστασις, ἐν τίνι τῶν ἀλόγων διαφέρομεν; εἰ οὐκ ἔστιν ἀνάστασις, μακαρίσωμεν τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ τὰ ἄλυπον ἔχοντα βίον. εἰ οὐκ ἔστιν ἀνάστασις, οὐδὲ θεός ἐστιν, οὐδὲ πρόνοια, αὐτομάτως δὲ πάντα ἄγονταί τε καὶ φέρονται. ἰδοὺ γὰρ ὁρῶμεν πλείστους δικαίους μὲν, πενομένους καὶ ἀδικουμένους, καὶ μηδεμιᾶς ἐν τῷ παρόντι βίῳ τυγχάνοντας ἀντιλήψεως, ἁμαρτωλοὺς δὲ καὶ ἀδίκους, ἐν πλούτῳ καὶ πάσῃ τρυφῇ εὐθηνοῦντας. καὶ τίς ἂν τοῦτο δικαιοκρισίας ἢ σοφῆς προνοίας ἔργον εὖ φρονῶν ὑπολάβοι; ἔσται οὖν, ἔσται ἀνάστασις. δίκαιος γὰρ ὁ θεὸς, καὶ τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. εἰ μὲν οὖν ἡ ψυχὴ μόνη τοῖς τῆς ἀρετῆς ἀγῶσιν ἐνήθλησε, μόνη καὶ στεφανωθήσεται. καὶ εἰ μόνη ταῖς ἡδοναῖς ἐνεκυλίσθη, μόνη δικαίως ἂν ἐκολάζετο, ἀλλ' ἐπεὶ μήτε τὴν ὕπαρξιν κεχωρισμένην ἔσχον, μήτε τὴν ἀρετὴν, μήτε τὴν κακίαν ἡ ψυχὴ μετῆλθε δίχα τοῦ σώματος, δικαίως ἄμφω ἅμα καὶ τῶν ἀμοιβῶν τεύξονται. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ θεία γραφὴ, ὅτι ἔσται τῶν σωμάτων ἀνάστασις. φησὶ γοῦν ὁ θεὸς πρὸς Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, ὡς λάχανα χόρτου δέδωκα ὑμῖν τὰ πάντα, πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. καὶ γὰρ τὸ ὑμέτερον αἷμα τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἐκζητήσω, ἐκ χειρὸς πάντων τῶν θηρίων ἐκζητήσω αὐτὸ, καὶ ἐκ χειρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐκζητήσω τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, ὅτι ἐν εἰκόνι θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον. πῶς ἐκζητήσει τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου ἐκ χειρὸς πάντων τῶν θηρίων; ἢ ὅτι ἀναστήσει τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀποθνησκόντων; οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου ἀποθανεῖται τὰ θηρία. καὶ πάλιν τῷ Μωϋσεῖ, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ. οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς, νεκρῶν θεὸς τῶν ἀποθανόντων, καὶ οὐκ ἔτι ἐσομένων, ἀλλὰ ζώντων, ὧν αἱ ψυχαὶ μὲν ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζῶσι. τὰ δὲ σώματα πάλιν διὰ τῆς ἀναστάσεως ζήσεται. καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαβὶδ φησὶ πρὸς τὸν θεόν· ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν καὶ ἐκλείψουσιν, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. ἰδοὺ περὶ τῶν σωμάτων ὁ λόγος. εἶτα ἐπάγει. ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. καὶ Ἡσαΐας δέ· ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις. δῆ-

non est resurrectio, in quo differimus à rationis expertibus? Si non est resurrectio, beatas dicimus agrestes feras, iucundam tristitiaéq; carentem deducentes uitam. Si non est resurrectio, neque Deus est, neque prouidentia, sed casu cuncta ducuntur, & feruntur. Ecce enim uidemus complures iustos penuria laborantes & iniurijs affectos, nec unum in præsenti uita adeptos præsidium: peccatores autem & iniustos, diuitijs & omnibus delicijs affluentes. At quis hoc iusti iudicij aut sapientis prouidentiæ opus, qui probè sapiat, existimabit? Erit igitur, erit resurrectio: nam Deus iustus est: & ijs qui sustinent eũ, mercedis retributor efficitur. Si igitur anima sola, uirtutis certaminibus conflixit, & sola coronabitur: & si sola in uoluptatibus implicita fuit, & ipsa sola iustè punietur. Sed quia neq; subsistebat separata, neque uirtutem, neq; uitium transegit anima sine corpore, iustè ambo simul ad retributiones sunt fabricata. Testatur autem & diuina scriptura, quòd erit corporũ resurrectio. Dixit enim Deus ad Noe post diluuium: Quasi olera uirentia dedi uobis omnia: ueruntamen carnem cum sanguine animæ nõ comedetis: nam & sanguinem animarum uestrarũ requiram, de manu omnium bestiarũ requiram illum, & de manu hominis fratris eius requiram animam eius. Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine illius effundetur sanguis eius, quoniã in imagine Dei feci hominẽ. Quomodo requiret sanguinem hominis de manu omniũ bestiarum, nisi quia resuscitabit corpora hominũ mortuorũ? non enim pro homine morientũ bestiæ. Et rursus Mosi, Ego sum Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob. nõ est Deus mortuorũ, Deus morientiũ, & nõ amplius futurorũ, sed uiuẽtiũ: quorũ animę profectò in manu eius uiuunt, & corpora rursus per resurrectionẽ uiuẽt. Et Dei parẽs Dauid dicit ad Deũ: Auferes spiritũ eorũ, & deficient, & in puluerẽ suũ reuertentur. Ecce de corporib. sermo. Deinde subiungit: Emitte spiritũ tuũ, & creabũtur, & renouabis faciẽ terræ. Et Esaias: Resurgent mortui, & suscitabuntur qui sunt in monumentis. Atqui mani

λον δὲ, ὡς οὐχ αἱ ψυχαὶ ἐν τοῖς μνημείοις τίθενται, ἀλλὰ τὰ σώματα. καὶ ὁ μακάριος δὲ Ἰεζεκιήλ· καὶ ἐγένετο φησὶν ἐν τῷ με προφητεῦσαι, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς, καὶ προσήγαγε τὰ ὀστᾶ, ὀστέον πρὸς ὀστέον, ἕκαστον πρὸς τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ. καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπεγένετο αὐτοῖς νεῦρα, καὶ σάρκες ἀνεφύοντο, καὶ ἀνέβαινον ἐπ' αὐτὰ, καὶ περιετάθη αὐτοῖς δέρματα ἐπάνωθεν. εἶτα διδάσκει πῶς κελευσθέντα ἐπανῆλθε τὰ πνεύματα. καὶ θεῖος δὲ Δανιὴλ φησί· καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀναστήσεται Μιχαὴλ ὁ ἄρχων ὁ μέγας, ὁ ἑστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου. καὶ ἔσται καιρὸς θλίψεως, θλίψις οἵα οὐ γέγονεν, ἀφ' οὗ γεγένηται ἔθνος ἐπὶ τῆς γῆς, ἕως τοῦ καιροῦ ἐκείνου. καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται ὁ λαός σου πᾶς ὁ εὑρεθεὶς γεγραμμένος ἐν τῇ βίβλῳ, καὶ πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώματι ἐξεγερθήσονται· οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον. καὶ οἱ συνιέντες, ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος, καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν, ὡς οἱ ἀστέρες εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἔτι ἐκλάμψουσι. πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώματι λέγων ἐξεγερθήσονται· δῆλον ὡς ἀνάστασιν ἐμφαίνει σωμάτων. οὐ γὰρ δήπου τὶς φήσει τὰς ψυχὰς ἐν γῆς χώματι καθεύδειν. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις, τὴν τῶν σωμάτων ἀριδήλως ἀνάστασιν παραδέδωκεν. ἀκούσονται γάρ φησιν οἱ ἐν τοῖς μνημείοις τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐξελεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. ἐν τοῖς μνημείοις δὲ τὰς ψυχὰς, πότε τῶν εὖ φρονούντων εἴποι τις ἄν; οὐ λόγῳ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ὁ κύριος ἐφανέρωσε. πρῶτον μὲν, τεταρταῖον καὶ ἤδη φθαρέντα καὶ ὀδωδότα ἐγείρας τὸν Λάζαρον. οὐ ψυχὴν γὰρ ἐστερημένην σώματος, ἀλλὰ καὶ σῶμα σὺν τῇ ψυχῇ, καὶ οὐχ ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ φθαρὲν ἤγειρε. πῶς γὰρ ἂν ἐγινώσκετο ἢ ἐπιστεύετο ἡ τοῦ τεθνεῶτος ἀνάστασις, μὴ τῶν χαρακτηριστικῶν τῆς ὑποστάσεως ἰδιωμάτων ταύτην συνιστώντων; ἀλλὰ Λάζαρον μὲν, πρὸς ἔνδειξιν τῆς οἰκείας θεότητος, καὶ πίστωσιν τῆς αὐτοῦ τε, καὶ ἡμῶν ἀναστάσεως ἤγειρε, πάλιν ὑποστρέφειν μέλλοντα εἰς θάνατον. αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἀπαρχὴ τῆς τελείας,

festum est, quòd non animæ in monumentis collocātur, sed corpora. Et beatus Ezechiel: Et factũ est (inquit) cum ego prophetarem, & ecce successio terræ, & adduxit ossa, os ad os, singulum ad harmoniam, compagemq́ꝫ suam. & aspiciebam, & ecce inducebantur eis nerui, & carnes renascebātur, & ascendebant super ipsa, & circumductæ cutes desuper. Deinde docet, quomodo Dei iussu, ingressi sunt spiritus. Et diuinus Daniel dicit: Et in tempore illo exurget Michael princeps magnus super filios populi tui, & erit tempus tribulationis, qualis facta nõ est, ex quo nata ẽ gens in terra usqꝫ ad tempus illud, & in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi dormiẽtium in terræ puluere resurgent: hi in uitam æternam, & illi in opprobrium & confusionem sempiternam, & qui intelligentes fuerint, fulgebunt tanquam claritas firmamenti, & à multitudine iustitiæ, ut astra in secula, & amplius, effulgebunt: & multi dormientium in terræ puluere, exurgent. Manifestum, quòd resurrectionẽ insinuat corporum: non enim quis dicere possit, animas in terrę puluere dormire. Sed & Dominus in sacris euãgelijs apertè corporum resurrectionem tradidit: Audient enim (inquit) qui in monumentis sunt, uocem filij Dei: & ibunt qui bona egerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij. In monumentis aũt animas quando unquã quispiam mentis compos diceret? Non uerbo aũt solum, sed & opere, corporum resurrectionem Dñs manifestauit. Primũ quidem, quatriduanũ, & iã corruptũ & fœtentẽ suscitauit Lazarũ, nõ animã priuatã corpore: sed & corpus cũ anima: & non aliud, sed hoc ipsum quod corruptum fuerat, suscitauit. Quonam pacto em̃ cognosceretur aut crederetur mortui resurrectio, nisi signalib. indiuidui proprietatibus, ex quib. illud cõstabat? Sed Lazarum quidẽ ad demõstrationẽ suæ diuinitatis, & credulitatẽ & suæ & nostræ resurrectionis suscitauit: qui rursus rediturus erat in mortẽ. Ipse uerò Dñs primitiæ resurrectiõis perfectæ,

&

καὶ μηκέτι θανάτῳ ὑποπιπτούσης ἀναστάσεως
ὡς γέγονε. διὸ δὴ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔλε
γεν· εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ χριστὸς ἐγή-
γερται. ἄρα οὖν ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, ἄρα
ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. καὶ ὅτι χρι
στὸς ἐγήγερται ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων,
καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν. καὶ πάλιν· εἰ γὰρ
πιστεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, οὕ-
τω καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας, διὰ τοῦ Ἰησοῦ
ἄξει σὺν αὐτῷ. οὕτως ἔφη, ὡς ὁ κύριος ἀνέστη.
ὅτι δὲ ἡ τοῦ κυρίου ἀνάστασις, σώματος ἀφ-
θαρτισθέντος καὶ ψυχῆς ἕνωσις ἦν. (ταῦτα
γὰρ τὰ διαιρεθέντα) δῆλον. ἔφη γάρ· λύσατε
τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομή-
σω αὐτόν. μάρτυς δὲ ἀξιόπιστος τὸ ἱερὸν εὐαγ-
γέλιον, ὡς περὶ τοῦ ἰδίου ἔλεγε σώματος. ψη
λαφήσατέ με καὶ ἴδετε (φησὶ τοῖς οἰκείοις
μαθηταῖς ὁ κύριος, πνεῦμα δοκοῦσιν ὁρᾷν) ὅτι
ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι, ὅτι πνεῦμα, σάρ-
κα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχον
τα. καὶ τοῦτο εἰπών, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖ-
ρας, καὶ τὴν πλευράν, καὶ τῷ Θωμᾷ προτεί-
νεται πρὸς ψηλάφησιν. ἆρα οὐχ ἱκανὰ ταῦτα
τὴν τῶν σωμάτων πιστώσασθαι ἀνάστασιν;
πάλιν φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος· δεῖ γὰρ τὸ φθα
ρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ
θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. καὶ πά
λιν. σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρ-
σίᾳ. σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνά
μει. σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ. σπεί
ρεται σῶμα ψυχικόν, ἤτοι παχύ τε καὶ θνη-
τόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν, ἄτρεπ-
τον, ἀπαθές, λεπτόν. (τοῦτο γὰρ σημαίνει πνευ
ματικόν) οἷον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα μετὰ τὴν
ἀνάστασιν κεκλεισμένων τῶν θυρῶν διερχό-
μενον, ἀκοπίατον, τροφῆς, ὕπνου, καὶ ποτοῦ
ἀνενδεές. ἔσονται γάρ φησιν ὁ κύριος ὡς οἱ
ἄγγελοι τοῦ θεοῦ. οὐ γάμος ἔτι, οὐ τεκνογονία.
φησὶ γοῦν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἡμῶν γὰρ τὸ πο
λίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆ
ρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν, ὃς μετα-
σχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν
εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι
τῆς δόξης αὐτοῦ, οὐ τὴν εἰς ἑτέραν μορφὴν
μεταποίησιν λέγων. ἄπαγε, τὴν ἐκ φθορᾶς
δὲ μᾶλλον εἰς ἀφθαρσίαν ἐναλλαγήν. ἀλλ' ἐρεῖ
τις. πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ὢ τῆς ἀπιστίας,
ὢ τῆς ἀφροσύνης. ὁ χοῦν εἰς σῶμα βουλήσει μόνῃ

& non amplius morti succumbẽtis fa-
ctus est. Quapropter diuinus Aposto
lus dicebat. Si mortui non resurgunt,
neq; Christus resurrexit: igitur uana
est fides nostra, igitur adhuc sumus in
peccatis nostris. Nunc autem Christus
resurrexit, primitiæ dormientium, &
primogenitus ex mortuis. Et rursus Si
credimus ꝙ Iesus mortuus est, & resur
rexit: sic & Deus eos qui dormierunt,
per Iesum adducet cum eo. Sic dicit, ut
scilicet Dñs surrexit. Quòd aũt Domi
ni resurrectio, corporis incorruptibi-
lis facti & animæ unio fuerit (hæc em̃
separata fuerunt) manifestũ est. Nã di-
xit: Soluite templũ hoc, & in tribus die
bus ędificabo illud. Testis autẽ fide di-
gnus est sacrum euangelium, quòd de
proprio dixit corpore: Palpate me, &
uidete (proprijs inquit discipulis Dñs,
spiritũ existimantib. se uidere) quoniã
ego sum, & non sum mutatus: quia spi
ritus carnem & ossa non habet, quem-
admodum me uidetis habere. & cum
hoc dixisset, ostendit eius manus & la
tus, & Thomæ extendit ad palpandũ.
Nonne igitur sufficiunt hæc ad astru-
endã fidem resurrectionis corporum?
Rursus diuinus ait Apostolus: Opor-
tet enim corruptibile hoc induere in-
corruptibilitatẽ, & mortale hoc indue
re immortalitatem. Et iterum: Semina
tur in corruptione, surget in incorru-
ptibilitate: seminatur in infirmitate, sur
get in uirtute: seminatur in ignominia
resurget in gloria: seminatur corpus
animale, id est crassum & mortale, re-
surget corpus spirituale, immutabile,
impassibile, subtile. Hoc enim designat
spirituale, quale Domini corpus post
resurrectionem clausis portis ingredi-
ens, infatigabile, cibo, somno, & potu
non indigens. Erunt enim (inquit Do
minus) sicut angeli Dei: non nuptię e-
runt, nõ filiorũ procreatio. Dicit enim
diuinus Apostolus: Nostra aũt cõuer
satio in cœlis est, ex quo & saluatorẽ
expectamus Dñm Iesum, qui reforma
bit corpus humilitatis nostræ cõfigura
tum corpori claritatis suæ, non mutationẽ in aliã formã dicens (absit enim) sed poti
us ex corruptione in incorruptibilitatẽ immutationẽ. Sed dicet quispiã, Quomo
do resurgũt mortui? O` infidelitatẽ. ô insipiẽtiã. Qui puluerẽ in corp⁹ sola uolũtate
transf-

μεταβαλών, ὁ μικρὰν ὕλης ῥανίδα τοῦ σπέρματος ἐν τῇ μήτρᾳ αὔξειν προστάξας, καὶ τὸ πολυειδὲς τοῦτο καὶ πολύμορφον ἀποτελεῖν τοῦ σώματος ὄργανον, οὐχὶ μᾶλλον τὸ γεγονὸς καὶ διαῤῥυὲν ἀναστήσει πάλιν, μόνον βουληθείς; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; ἄφρον, εἰ τοῖς τοῦ θεοῦ λόγοις οὐ πιστεύειν ἡ πώρωσις συγχωρεῖ σοι, κἂν τοῖς ἔργοις πίστευε. σὺ γὰρ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι σίτου, ἤ τινος τῶν λοιπῶν. ὁ δὲ θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων, τὸ ἴδιον σῶμα. θέασαι τοίνυν, ὡς ἐν τάφοις, ταῖς αὔλαξι τὰ σπέρματα καταχωννύμενα. τίς ὁ τούτοις ῥίζας ἐντιθείς, καλάμην, καὶ φύλλα, καὶ ἀστάχυς, καὶ τοὺς λεπτοτάτους ἀνθερίκας; οὐχ ὁ τῶν ὅλων δημιουργός; τοῦ τὰ πάντα τεκτηναμένου τὸ πρόσταγμα; οὕτω τοίνυν πίστευε, καὶ τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν ἔσεσθαι θείᾳ βουλήσει καὶ νεύματι. σύνδρομον γὰρ ἔχει τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν. ἀναστησόμεθα τοιγαροῦν τῶν ψυχῶν πάλιν ἑνουμένων τοῖς σώμασιν, ἀφθαρτιζομένοις καὶ ἀποδυομένοις τὴν φθοράν. καὶ παραστησόμεθα τῷ φοβερῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι. καὶ παραδοθήσεται ὁ διάβολος καὶ οἱ δαίμονες αὐτοῦ, καὶ ὁ ἄνθρωπος αὐτοῦ ἤγουν ὁ Ἀντίχριστος, καὶ οἱ ἀσεβεῖς, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· οὐχ ὑλικόν, οἷον τὸ παρ' ἡμῖν, ἀλλ' οἷον εἰδείη ὁ θεός. οἱ δὲ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες, ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος σὺν ἀγγέλοις εἰς ζωὴν αἰώνιον σὺν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὁρῶντες αὐτὸν ἀεί, καὶ ὁρώμενοι, καὶ ἄληκτον τὴν ἀπ' αὐτοῦ εὐφροσύνην καρπούμενοι.

transmutauit, qui paruã materię stillã, id est semen in utero adolescere præcepit, & fecit illud multiforme & multimodum corporis organum: nonne magis quod fuit & defluxit, iterũ suscitabit sola uoluntate? Quali autem corpore uenient? Insipiens tu, si Domini sermonibus obstinatio, cæcitasq́ credere non permittit, saltem operibus crede. Tu enim quod seminas, nõ uiuificatur nisi mortuum fuerit. & quod seminas, nõ corpus quod generabitur seminas: sed nudum granũ fortè tritici, aut cuiuspiam reliquorum. Deus aũt illi corpus tribuit quemadmodũ uult, & uniuscuiusq́ seminũ propriũ corpus est. Considera igitur in sulcis tanquã in sepulchris semina suffossa, quis illis radices imponit, & stipitẽ, & folia, & subtilissimos culmos? Nonne qui uniuersorum artifex est, cuius præcepto cõdita sunt uniuersa? Sic igit crede, & mortuorum resurrectionẽ fore diuina uoluntate ac nutu: cõcurrentem enim habet uoluntati uirtutem. Resurgemus ergo animabus iterum coniunctis corporibus incorruptibilib. factis, & exutis corruptionũ, & repræsentabimur terribili tribunali Christi. Et tradentur diabolus & dæmones eius, & homo eius, id est, antichristus, & impij. & peccatores in ignem æternum, non materialem qualis est apud nos, sed qualem nouit Deus. Qui uerò bona egerunt, fulgebunt sicut sol cũ angelis in uitã æternã, cum Domino nostro Iesu Christo, uidẽtes ipsum semper, & uisi, & incessabili (quæ ab ipso est) lętitia perfruẽtes.

COMMENTARIVS.

DE mortuorũ resurrectione hoc postremo cap. & totũ opus claudente, determinaturus autor, ut à Deo cõditore hominũ, librũ exorsus, in extremã hominis cõsummationem atq; ultimã perfectionẽ ipsum deducat, intermedijs ipsis ordinatissimè digestis atq; dispositis, primũ ꝓponit resurrectionẽ ipsam, corporũ quæ prius dissoluta fuerãt esse, nõ animarũ, quæ interitũ minimè sustinẽt. Siquidẽ resurrectio ẽ iterata corporis & animæ post mortẽ unio. Mors aũt hic definitur esse animæ hominis à corpore separatio. Quæ quidẽ mortis definitio manifestũ ostẽdit discrimẽ inter hõis & iumentorũ interitũ, ne idẽ esse credatur: q̃madmodũ Ecclesiastes personã agens incredulorũ, & animã nostrã mortalem ponentiũ, dixit. Nã bruta secundũ se tota intereũt, corpore quidẽ dissoluto in puluerẽ, & anima in nonexistentiã dicente: quare in eis nõ est (si rectè loquamur) animæ à corpore separatio, sed potius animæ in corpore interitus & corruptio, qđ post seiunctionem à corpore non amplius subsistat brutorũ anima. Homo uerò, corporis quidem patitur dissolutionem in puluerẽ: animæ uerò corruptionem, minimè: nã seiugata à corpore manet superstes, & in ꝓpria subsistens natura. Rectè igitur ipsa dicitur in hominis morte à corpore separari, ut quæ post separationem per se maneat indecidué subsistens. Quare ipsius animæ rationalis nõ est ꝓprie resurrectio. cũ per mortẽ nõ ante interierit, sed solius corporis dissolutionẽ in cineres & fauillã passi, dicẽda est secundũ hãc rationẽ resurrectio. nihilominus sine anima, nõ fiet corporũ resurrectio: q̃niã illa ut altera pars substãtialis hominis rursum corpori est uniẽda. Posset tñ secundũ aliã rationem admitti

mitti ipsius animæ rationalis esse resurrectio, sicut & corruptio. Nã sicut animæ nostræ corruptio aptè uocari potest ipsius à corpore separatio, per quã definit uiuificare corpus & informare: quãuis post dissolutionẽ uerè subsistat, nõ tñ secundũ eã rationẽ quã prius erat sortita, cum nõ amplius animet & uegetet corpus, ut prius. Et ꝓpter huiusmodi rationis deperditionẽ, solutionẽq; cõpagis eius, nõ absurdè dici queat anima nostra, ut forma substantialis physica, corrũpi. Ita cũ iterũ corpori unietur à quo prius erat seiũcta, & nexũ cũ ipso cõstituet indissolubilẽ, dici poterit suo modo resurgere, alia quidẽ ratione quã corpus ipsum. Et hæc iterata animæ ad corpus adunatio, haud ineptè uocari poterit ipsius animæ resurrectio secundũ hanc rationẽ ei peculiarẽ, & lõge diuersam à ratione resurrectionis corporũ. Nãq; corpora nostra resurgent: quia prius in nõ existentiã resoluta & terrã, rursum integrè subsistent, & animab. cõiungentur. Animæ uerò nostræ resurgent: quia prius subsistentes & separatæ à corpore, postea corporib. iteratò cõiungentur, & totũ hominẽ denuò cõstituent. Ne quis aũt se difficilem præbeat fidei resurrectiõis suscipiẽdæ, autor ad omnipotentiã Dei considerandã nos inducit: quæ sicut prius ex limo terræ potuit corpus humanũ formare, ita ipsum in puluerẽ resolutũ poterit denuo in pristinũ statũ reparare. Et reuera qui solũ naturæ uirtutẽ attẽdebãt, ut rerũ naturaliũ perscrutatores philosophi, neq; supra illã mẽtis oculũ exerebãt, impossibilẽ putabãt esse corporũ resurrectionẽ: & Apostolos eã predicãtes, ut deliramẽta quædã & friuola asserẽtes irridebãt: quẽadmodũ Acta Apost. 17. cap. de Paulo Athenis prædicãte attestantur. Verùm huiusmodi rerũ indagatores defecerũt scrutãtes scrutinio, quia uirtutẽ Dei infinitã & immensam uoluerũt cõcludere finib. & metis uirtutis naturæ, finitæ & certo limite determinatæ: & unã alteri æquare cõtenderũt, perinde atq; infinitã lineã, finitæ uoluerint cõmensurare. Nõ em̃ futura est mortuorũ resurrectio uirtute naturali, sed diuina & omnipotẽte Dei potẽtia, cui nihil difficile, nihil impossibile, quæ insitã naturæ potestatẽ imꝓportionaliter excedit: ut linea in immẽsum ꝓtensa, exiguã & modico porrectã tractu exuperat lineã. Attamẽ ex his quæ in natura nobis perspecta sunt, & ex operib. Dei præteritis, possumus haud magno impẽdio manuduci in credẽdã mortuorũ resurrectionẽ, modò nos ipsos præbeamus dociles & persuasibiles. Et hac uia sancti patres plurimũ tentarũt, ipsam resurrectionẽ nobis credibilẽ ostẽdere. Vnde B. Gregorius ad infirmos in fide, apd' se hæc cõquirentes de futura resurrectione, Quãdo homo ex puluere reducitur? quãdo agitur ut cinis animetur? sic respõdet: Lõgè minus est Deo reparare qd' fuit, quã creasse qd' nõ fuit. Aut quid mirũ, si hominẽ ex puluere resuscitet, qui omnia ex nihilo creauit? Mirabilius nãq; est cœlũ & terrã ex nullis existẽtib. cõdidisse, quã ipsum hominẽ ex terra reparare. Et ecce in uno grano paruissimi seminis, latet tota q̃ nascitura est arboris moles. Quid ergo mirũ, si ossa, neruos, carnẽ, capillosq; reducat ex puluere, qui lignũ, fructus, folia in magna mole arboris ex paruo quotidie semine restaurat? Deinde ad grauia perducit autor incõmoda eos, qui pertinacius negare cõtenderẽt futurã resurrectionẽ: quorũ id unũ est in primis, qd' si tollatur resurrectio, non est anima nostra superstes post mortẽ: cũ ex opposito, si superest anima humana post mortẽ, præmiũ aut pœnam ꝓ suis operib. receptura, iterato corpori unietur cõsorti pœnæ, aut gaudij, sicut & operũ bonorũ aut malorũ fuit particeps: quare erit resurrectio. Qd' si anima nostra post mortẽ nõ permanet subsistẽs, eadẽ est humana cõditio quæ & brutorũ, in quib. anima interit cũ corpore. Quinimò deterior erit & inferior nostra sors, quã animaliũ ratiõis expertiũ. Nã rectæ ratiõis iudicio à cupiditatib. & uoluptatib. corporis nos hac in uita abdicamus, atq; frenamus: quare præsentis uitæ delicijs secundũ nostri affectus appetentiã nõ perfruimur, neq; futuræ itidẽ uitæ oblectamẽtis perfruemur: nã nulla erit secũdũ hypothesin futura uita. Feræ aũt agrestes & bruta potiuntur uoluptatib. corporeis saltẽ in hac uita. Erũt igitur ipsa eo ipso beata, homo uerò undiq; miser, ut cui omnes abnegatæ sunt uoluptates, cuiq; & præsentis uitæ & futuræ interdictæ sunt delectatiões. Aliud aũt incõueniens qd' cõsequenter in litera cõcluditur, est, qd' tollẽtes resurrectionẽ etiã tollũt Dei ꝓuidentiã & iustũ iudiciũ, cũ nõ relinquãt locũ corpori cũ anima præmijs afficiẽdo, aut pœnis, ꝓ qualitate operũ: quãdoquidẽ in præsẽti uita huiusmodi non exercetur iudiciũ, in qua ipsi peccatores & abũdantes in seculo diuitias obtinẽt & rerũ ꝓsperitatẽ: boni uero calamitatib. affligũtur & ærũnis quã plurimis. Porrò tametsi Deus in præsẽti uita bonos sinat tribulationib. agitari ac premi, malos aũt reb. gaudere secũdis, & fortunatos florere: nõ tamẽ idcirco aut iudiciũ eius nõ est iustũ, aut ꝓuidentia nõ recta. Nã hoc in mũdo nõ exercet extremũ suũ iudiciũ, sed illud reseruat in uita futura cõsummandũ, q̃ iustis præmia ꝓ suis reddat operib. & malis supplicia. Et illud maximè erit æquitati consentaneũ, quandoquidẽ pro nobis nunc bona retribuet, & pro malis intermina mala. Quemadmodũ Lazaro ulceribus, fame & paupertate afflicto, sinum quietũ Abrahæ concessit, diuiti uerò epuloni infernos cruciatus. Malis quidẽ huius mundi opes & bona impertit, ut illis suæ beneficentiæ muneribus reuocet eos ad uitæ rectitudinẽ, & ex diuinæ in eos benignitatis largitate reducat ad salutẽ, atq; ad colendũ suũ benefactorẽ. Verum ipsi suæ uoluntatis prauitate abutuntur eis bonis ad illecebras suarũ uoluptatũ, & ad grauioris damnationis cumulum illa sibi materia faciunt. E diuerso bonis infert Deus hic tribulationes ad expurgationem terrenæ fecis hærentis animæ, & peccatorũ contractorum, quia meliora illis bona præparat, scilicet

licet æternà: quocirca nõn uult eorum animos implicari bonis huius uitæ fluxis & caducis.
Sed quemadmodũ dicit beatus Gregorius, qui humiliter hic flagella suscipiũt, postea ad re-
quiem sublimiter suscipiũtur. Sic uua (inquit) calcibus tunditur, & in uini humorẽ liquatur.
Sic oliua contusionibus expressa, amurcã suã deserit, & in olei liquorẽ pinguescit. Sic per tri
turã areæ à paleis grana separãtur, & ad horreũ purgata perueniũt. Deinde scripturæ testimo
nio cõprobans autor futurã resurrectionẽ, adducit inter cætera illud in Genesi uerbũ Domi-
ni ad Noe post diluuiũ, quo ꝓhibuit sanguinis humani effusionẽ, qđ de manu omniũ bestia
rum ipsum esset requisiturus. Certè non requiret Deus humanũ sanguinẽ de manu bestiarũ,
quia exacturus sit pœna à bestijs, aut illis suppliciũ illaturus, ꝑpter effusum ab eis humanum
sanguinẽ, aut ademptã hominib. deuoratis uitã: quẽadmodũ de manu occidentis hominis re
quiret Deus animã occisi, quia de occisore uindictã homicidij expetet. In bestiã em̃ nõ cadit
peccatũ, qđ liberi arbitrij sit exors, quare neq; pœna ei debetur aut suppliciũ ꝓ occiso homi
ne, tanq; de maleficio nequiter perpetrato. Nõ em̃ (dicit litera) pro homine morientur bestiæ,
ut in punitionẽ scilicet cõmissi sceleris illud patiantur, quod homini intulerũt. Sed de manu
omniũ bestiarũ requiret Deus humanũ sanguinẽ, quia hominũ etiã à bestijs interfectorũ cor
pora in extrema resurrectione reuocabit ad uitã, rursus unito corpori sanguine, qui dũ uitam
hic agebat, prius in eo fuerat. Et ergo illud admodũ cõueniens est testimoniũ, ad cõuincendũ
resurrectionis ueritatẽ. In alio quoq; scripturæ testimonio ex 22. ca. Matth. assumpto, quo dici
tur Dominus nõ esse mortuorũ Deus, neq; morientiũ, mortuos & morientes scriptura appel
lat, nullo modo subsistentes, sed qui omnino & quantũ ad corpus & animã interierint. Horũ
quidẽ nõ dicitur Deus, quia refertur duntaxat Deus ad existẽtes, & in natura quoquo pacto
habentes esse. Cum itaq; Deus ad Mosem se appellauerit Deũ Abrahã, Isaac, & Iacob, transa-
ctis ab eorũ morte ferè quadringẽtis annis, eo igitur tempore quo Dominus hæc locutus est
ad Mosem, reuera erãt quoquo pacto Abrahã, Isaac, & Iacob: alioqui non diceretur eorũ De
us. Atqui nõ erãt tũc prædicti tres patriarchæ secundũ corpus, qđ iam pridẽ resolutũ erat in
puluerẽ. Erant igitur secundũ animã rationalem & intellectualem: quare anima in illis post
mortem mansit indecidua, subsistensq; sine occasu in sua natura, & per cõsequens in cæteris
etiam hominib. anima post seiũctionẽ à corpore manet existens. Quòd enim uni indiuiduo
natura conuenit, & cæteris eiusdẽ speciei singularib. cõpetat, necesse est. Atqui ipsa anima na
turale habet insitũ desideriũ, ut rursum uniatur corpori: tũ quia hoc pacto subsistit perfectius
in totius cõplemento (cũ ad id facta sit) quàm seiugata: tum quia cõsorti laboris & certami-
nis uirtutum, optat participationẽ & premij. Et huiusmodi desideriũ inditũ à Deo in anima
bus beatis, non potest esse irritũ, uanum, & ociosum. Vnientur igitur rursum animæ huma-
næ, corporib. suis, in resurrectione postrema. Quare ultima primis cõnectenti perspicuũ eua
dit, ex eo qđ Dominus omniũ, se Deũ Abrahã, Isaac & Iacob, iã morte resolutorũ esse cõtesta
tur, ꝓbatã esse & ostensam mortuorũ resurrectionẽ. Et hoc argumento usus est Dominus no
ster in Saducæos negãtes resurrectionẽ, ad confutandã ipsorũ falsam sententiã, ut ex 22. Mat-
thei cap. liquidò cõstat. Adijcit & aliud scripturæ testimoniũ autor ex 103. Psal. depromptũ, sci
licet: Emitte spiritũ tuũ, & creabuntur. Vbi secundũ eã q̃ hic Damascenus exprimit sententi
am, de iterata animarũ ad corpus unione est sermo. Siquidẽ emittet spiritũ suũ Deus, cũ uirtu
tẽ uiuificandi (quæ spiritu sancto fit) expandet in omnes mortuos, & è tumulis rediuiuos ex
citabit, ut Ezechiel 37. ca. latius explicuit. Et tunc sanè creabũtur, quia è puluere terræ quasi ex
nihilo suscitabuntur corpora, & eius iterato spiritus sui ad perennẽ uitã colligabũtur. Tunc
itidẽ renouabitur facies terræ quia terrena corporis humani moles in meliorẽ cõmutabitur
qualitatẽ, & excocta fece mortalitatis, incorruptibilitate, immortalitate, impassibilitateq; do
nabitur. posset etiã dici, emitti spiritus Domini in prædicto Psalmi loco, secũdũ hanc q̃ præ
tendit hic autor intelligentiã, quando unaquæq; anima rationalis (quæ Domini spiritus re-
cte nuncupari potest, quia ab eo cõdita est) iussu Dei ex solitaria suijpsius subsistentia & mã-
sione ad rursum habitandũ corpus dirigetur, qđ utiq; fiet in nouissimo die. Est igitur & hoc
Psalmi dictũ, etiã apertũ resurrectiõis testimoniũ. Insuper subnectitur ex Daniele etiã aliud
eiusdem rei argumentũ, qui duodecimo cap. dicit: Quòd multi dormientiũ in terræ puluere
resurgent. Quod quidem non ideo dictũ putetur, quia multis ad iteratam resurgentibus ui-
tam, aliqui erunt resurrectionis expertes, & in quibus non futura sit resurrectio. Omnes e-
nim (inquit Paulus) nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat quisq; prout ges
sit in corpore, siue bonum, siue malum. At quomodo ante Christi tribunal stabunt in corpo
re qui resurrectionis non erunt participes? Et alio loco contestatur Apostolus, Omnes quidẽ
resurgemus. Psalmus quoq; 64. dicit ad Deũ, Ad te omnis caro ueniet. Est igitur haud dubiè
omniũ futura resurrectio. Verùm consuetudo loquendi sacræ scripturæ est (ut inquit Augu
stinus) omnes multorum appellatione denotare, & multos pro omnibus interdum dicere. I-
taq; multi dormientiũ resurgent, id est, omnes mortui resurrecturi sunt, cuiuscuis fuerint æta
tis dum uitam agerent, sexus, aut cõditionis. Quinimò & qui in ipso iudicis aduẽtu, aut pau
lo antè inuenientur uiui, morientur per ueram animæ à corpore dissolutionem, ut complea-
tur in eis illa Psalmi 88, sententia: Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortẽ? Et illa Pau-
li ad

li ad Hebræos: Statutũ est hominibus semel mori. Deniq; & illa secundi Regũ 14. ca. Omnes implicans nostræ cõditionis sors. Omnes morimur, & quasi aquæ in terrã dilabimur. Sed hi non longa post mortẽ interiecta mora, rursum ad uitã suscitabuntur, & cum alĳs resurgent. Non enim posset esse resurrectio, nisi præcessisset animæ & corporis in ipsis per mortẽ dissolutio quæ denuo in resurrectiõe cõpacta sint & adunata. At dicet fortasse quispiã, Cũ Dominus noster sit uenturus iudicare uiuos & mortuos, & solũ qui mortui fuerint prius, resurgẽt: ergo uiui illi qui à Domino iudicabũtur, nõ resurgẽt. Siquidẽ resurrectio præsupponit mortem, & interitum antecedentem. Non igitur futura est omniũ resurrectio. Cui respondendũ est, cum scriptura Christum uiuorũ & mortuorum iudicem futurũ dicit, uiuos ibi appellari, qui in aduẽtu ipsius ad iudiciũ ac cõsummationẽ seculi, uiui adhuc degent in terra, & deinde morientur: Mortuos uerò, qui ante nouissimum illum diem defuncti fuerint. Quare id nõ obstat, quo minus antè moriantur omnes homines, & deinde resurgant. Aut uiuos ibi appellat scriptura, qui ad uitã æternã sunt resurrecturi, & ad beatorũ assumentur sortẽ: mortuos uero, qui morte peccati ex hac uita decedẽtes à Deo uero fonte uitæ sunt separati, & in resurrectionem iudicĳ sunt resuscitandi. Itaq; uiuos & mortuos iudicaturus est Dominus, id est, bonos & malos, electos & reprobos, oues & hœdos. Deinceps & euãgelico testimonio astruit author resurrectionẽ, sumpto ex quinto ca. Ioannis, ubi omnes qui in monumentis sunt, dicuntur audituri uocẽ filĳ Dei. uox quidẽ illa, Surgite mortui, & uenite ad iudiciũ, erit filĳ Dei ut iubentis & imperantis: nã eius fiet iussu & imperio. Archangeli aũt & cœlestiũ spirituũ eadem uox erit, ut exequentiũ Dei iussum, & formationẽ uocis administrantiũ. Quẽadmodũ dicit Apostolus primæ epistolæ ad Thessalonicenses quarto cap. Quoniã ipse Dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo. Dicitur aũt uox illa, Tuba, quia officio tubæ ueteris Testamenti fungetur, & simile cum illa peraget ministeriũ. Siquidẽ secũdũ Mosaica instituta, turba ordinata fuit ad cõuocandũ populũ ad consiliũ, ad præparandũ milites in bellum, & deniq; ad inuitandum homines ad festum. Illa aũt diuina uoce accersentur omnes ad iudicium Dei, armabitur omnis creatura in accusationem malorum. nam pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos, & inuitabuntur iusti ad perpetua festa cœlorum. Deniq; facto & opere Dominum nostrum etiã cõprobasse mortuorum resurrectionem, ostendit litera, eo ipso quòd Lazarum resuscitauit quatriduanũ à monumento, ĳsdem omnino signalibus & singularib. affectum proprietatibus, quas ante mortem habuerat, quo idẽ prorsus numero designaretur esse resuscitatus, qui prius fuerat mortuus: unde signales & charectericæ indiuidui proprietates hic dicuntur accidentariæ cõditiones in uno existentes indiuiduo, quibus ab alio quolibet discernitur atq; discriminatur, qđ ĳs signatũ sit & insignitũ indiuiduum, ut ab alio quouis facilè internoscatur. sicut in homine figura, statura, effigies uultus, uox, & similes proprietates, quib. unius ab alio homine differentia planè perspicitur. Non enĩ substancia hominis, ut anima aut corpus, oculis humanis sunt peruia, aut nostro sensui perspecta: sed accidentia duntaxat, quibus obuelatur substantia. Quare cũ illa sunt eadẽ in uno & eodẽ prius & posterius, eo ipso cognoscitur is idẽ esse numero homo nunc & prius. Si itaq; indiuiduales illæ proprietates quibus idẽ homo dignoscitur, nõ fuissent eædẽ in Lazaro resuscitato, quæ fuerãt in eo ante mortẽ, tunc nõ fuisset credita Lazari mortui resuscitatio, sed ex eodẽ tumulo alterius cuiuspiã uocatio. Atq; eædẽ numero erant in ipso Lazaro resuscitato indiuiduales proprietates, quæ prius ei infuerant ante mortẽ, ut omnib. uel ipsis æmulis sensu erat perspectũ: eadẽ scilicet uox, figura, habitus faciei, & statura. Ideo credita est omnibus & à nullo etiã æmulorũ ueritatis negata, mortui Lazari resuscitatio: & idẽ prorsus esse resuscitatus, qui fuerat ante mortuus. Veruntamen nõ fuit illa resuscitatio Lazari, sicut nec adolescentis delati extra portã, nec puellæ domo paterna adhuc clausæ eiusdẽ rationis ac generis cũ resurrectione mortuorũ. Nam illi resuscitati sunt ad uitã mortalẽ & passibilem, in hoc mundo aliquanto adhuc tẽpore agendã, & deinde rursum in mortem resoluti. Mortuorum aũt resurrectio fit ad uitã immortalem, & nullo unquam fine terminandam. Sed fuit huiusmodi resuscitatio illorum trium à Domino, quædam imago & repræsentatio futuræ resurrectionis. Nam sicut in illa resuscitatione idẽ numero resuscitabatur qui antè fuerat mortuus: ita & in resurrectione in nouissimo die ĳdem resurgent à monumentis. qui hic prius uixerant, & morte fuerant dissoluti. Christi uerò à mortuis resurrectio, uerum fuit exemplar & ueritas resurrectionis nostræ, quæ futura est ad illius iam factæ conformationem & similitudinem. Quòd si calumniator aliquis Deo & scripturis incredulus, pertinacius asserat Christũ nequaquam à mortuis resurrexisse, neq; nos itidem resurrecturos: inducit contra illum Apostolus primæ ad Corinthios Epistolæ 15. cap. Incommodum (quod & litera affert hoc loco) qđ adhuc sumus in peccatis nostris. Siquidẽ Christus mortẽ nostrã spiritualẽ ex peccato inflictã, moriendo destruxit, & uitã resurgendo reparauit. fuitq; illa triũphalis resurrectio, redẽptionis nostræ cõsummatio, & liberationis nostræ à peccato cõplementũ. Sicut enĩ ipse deposita omni mortalitate, per resurrectionẽ trãslatus est ad sortẽ immortalitatis atq; cõditionẽ: ita nos uirtute resurrectionis eius, deposita uetustate peccati, ad uitæ nouitatẽ surreximus, traductiq; sumus, quemadmodũ scribit Apostolus ad Romanos sexto capite: Vt quomodo

Christus surrexit à mortuis, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si eñ cõplanati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Si aũt mortui sumus cũ Christo, credimus quia simul etiã uiuemus cũ illo. Si igitur non est facta in Christo uera corporis resurrectio, quæ est causa & exemplar resurrectionis spiritualis totius humani generis, neq; in hominib. facta est resurrectio illa mystica à morte peccati. Quare si Christus nõ surrexit à mortuis, adhuc sumus in peccatis nostris, obnoxij iugo peccati originalis & damnationi mortis, sicut ante passionẽ eius fueramus. Id aũt grauissimũ est incõmodũ. falsum est igitur, Christũ nõ surrexisse à mortuis. Demũ authoritate Apost. 1. ad Corinth. 15. ca. de resurrectiõe latissimè disserẽtis, cõprobatur in litera mortuorũ resurrectio. & quãta sit futura corporis immutatio à cõditionib. præsentis status, ostenditur, cũ dicitur qđ seminatur in corruptione nostrũ corpus, & surget in incorruptibilitate. & similia quæ subijciuntur. Vnde seminari hic dicitur corpus humanũ, quãdo animæ uegetatione destitutũ ac emortuũ, terra cõditur ac sepelitur, qđ illa tumulatio persimilis sit iactioni seminis in terrã duro uomere excultã. Nempe ut granũ seminis, terræ mandatũ & sulcis, putrescit, soluiturq; in putredinẽ: ex eo aũt putrefacto noua surgit seges eiusdẽ cũ ipso naturæ. ita corpus hominis tanq; semen, sepulchro impositũ uertitur in puluerẽ: & in tempore resurrectionis renascetur atq; repullulabit idem secundũ substãtiam, diuersum tamen secundũ accidentarias proprietates. Posset etiam dici corpus seminari, quando primùm disponitur ad animæ susceptionem in utero matris, cum qua deinde huius uitæ curriculum transigat. Nam tota ea corporis dispositio est ut seminariũ quoddã & materiale primordium, in quo postea fiat resurrectionis maturitas & complementũ, manẽte eadem substantia, sed mutatis qualitatibus accidentarijs. Siquidem nũc animale corpus est & mortale, crassum atq; passibile. tunc aũt resurget spirituale, immortale, incorruptibile, & impassibile. At uerò nõ dicitur corpus humanum in resurrectione futurũ spirituale, quia ipsum deperdita sua materiali substãtia uertendũ sit in spiritũ, ut quidã autumarũt. Hanc enim existimationem sustulit Dominus à mentibus Apostolorũ, dicens: Palpate, & uidete, quia spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me uidetis habere. Sed spirituale dicetur, quia spiritui plenè subdetur, neq; iam amplius ei repugnabit, nec alimentis egebit: quibus tamen homo ante peccatum eguit. Transibit enim tunc corpus, quantũ ad proprietates & conditiones suas in naturam spiritus, seruata tamen substantiæ suæ ueritate. quia agile futurũ est, leue, subtile, cibis non indigens. Eritq; illius conditio omnino opposita conditioni, q̃ tempore præsentis uitæ egerat. Siquidẽ nunc corpus quod corrũpitur, aggrauat animã, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantẽ, reddẽs spiritũ cui plerũq; dominatur, terrenũ affectu & corporalem, trahitq; ipsum ad suã naturã atq; conditiones. Post resurrectionẽ uerò spiritus dominiũ habebit supra corpus, ipsumq; suo nutu siue reluctamine aget, & transfundet in illud suã gloriã, uim, & naturã. Itaq; qđ nunc est corpus ad spiritũ, id tunc erit spiritus ad corpus. Porrò ut apertius intelligatur futura corporũ immutatio in gloriã, per resurrectionẽ, utitur loco supradicto ad Corinthios Apost. manuductiõe seminis iacti in terrã, unde postea regerminat atq; repullulat triticum uirens & uegetum, cum ait: Et quod seminas, non corpus qđ generabitur seminas. unde semen in terram iacitur, ex quo postea triticum surgit in spicam, aut alia seges, substãtia quidẽ seminis redibit & reuertetur in segete, sed in ea nouæ qualitates erunt & dispositiones quæ nõ fuerunt in semine. Siquidẽ semen aridũ est, emortuũ, & nudũ. seges aũt uegeta, uiua, culmo, arista spicaq; adornata, & paleis uestita. Itaq; liquidò constat, cũ terræ mandantur semina, nõ segetẽ, qualis futura est, tunc sulcis cõmendari: neq; illas seminibus qualitates adesse, quę, cũ excreuerit seges, aderũt. Deus aũt uirtute sua, seruata seminis substantia quæ prius affuit, dat segeti nouas qualitates & perfectas admodũ, quæ semini defuerunt. Ita cũ sepulchro corpus imponitur, tanq; semen agro, habet qualitates ignobiles, abiectas & humiles, mortalitatem, corruptionem, resolutionẽ. In resurrectionis aũt hora, manente eadem prorsus corporis substantia (ut & seminis in segete eadem specie) innouãtur & mutantur diuina uirtute corporis qualitates, in melioremq; sortẽ reformantur. Nempe mortalitas immortalitate cõmutatur, corruptibilitas incorruptione, passibilitas impassibilitate, grauitas agilitate, opacitas claritate, & ita de cæteris. Habebit aũt hæc in meliorẽ statũ cõmutatio corporũ, in ijs duntaxat locũ, qui resurgent ad uitã. Nam reprobi & ad damnationis iudiciũ resurrecturi, sua quidẽ recipiẽt corpora, eadẽ secundũ numerũ, sed oppositis affecta qualitatibus. Quãuis enim futura sint immortalia, ut semper ad pœnã durent, & nullis unq; supplicijs intereant, sed perpetua morte crucientur: erunt tamen passibilia, grauia, ponderosa, & cæteras imperfectionis affectiones sortientur. quemadmodũ & animæ illorũ, oppositã ad beatos habituræ sunt sortem. sequẽtur enim corpora, suarũ animarũ conditiones. Verũ hæc ex oppositorum natura atq; regula satis percipiuntur. Et sufficiebat determinatio de ijs quæ in affirmatione & oppositione sunt: quoniã ex illis negatio & priuatio clarius elucescit. Cæterũ post resurrectionẽ in nouissimo die futurã, iudiciũ districtũ quo Christus totũ orbẽ iudicaturus est. obijcit animis nostris, cum subiũgit in litera, qđ repræsentabimur terribili tribunali Christi. quod & beatus Paulus secundæ epist. ad Corinth. 5. cap. testatur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat quisque propria corporis prout gessit,

sit,siue bonum,siue malũ.Cuius iudiciariæ potestatis Dei terrore trepidãs Hieronymus ait super Matthæũ:Quoties diem illum iudicij cõsidero,toto corpore contremisco:siue eñ comedo,siue bibo,siue aliud quid facio,semper uidetur tuba illa terribilis sonare in aurib. meis, Surgite mortui:uenite ad iudiciũ.Et beatus Gregorius diuini timoris plenus,ad tribunalis illius solicitã considerationem nos salubriter admonet, dicens:Certè si aliquis uestrũ cum suo aduersario causam dicturus,in meo iudicio die crastina esset exhibẽdus,totam fortasse nocte insomnẽ duceret, q̃d sibi dici posset,quid obiectionibus responderet, secũ solicita & æstuãti mente uersaret.Ne me inueniret asperũ,uehementer metueret:ne apud me appareret noxius, formidaret.Et quis ego,aut q̃d ego?Nimirũ nõ longè pòst futurus post hominẽ uermis,atq; post uermem puluis.Si ergo tanta cura ꝑtimescitur iudiciũ pulueris, qua intẽtione cogitandum est,qua formidine præuidendum tantæ iudiciũ maiestatis?Hunc ergo tãti pauoris iudicem ante oculos ponite,hunc uenturũ timete,ut eũ cum uenerit non timidi,sed securi uideatis.Timendus est ergo,ne timeatur.Mihi fratres credite,quia tãto tũc magis erimus securi de eius sententia,quãto nunc amplius satagimus esse suspecti de culpa. Erũt autẽ in supradicto iudicio duæ à iusto iudice latæ sententiæ:una in bonos,q inuitabuntur dulcissimè ad æterni regni perceptionem. Altera in malos,qui ꝓcellentur damnatione & sententia ignis æterni, in quẽ detrudẽtur præcipites ipsi cum diabolo & angelis eius,quemadmodũ ex multis scripturæ locis,ꝓphetis,psalmis,euãgelijs,epistolis apostolicis,hæc omnia copiose cõfirmari possẽt, nisi operosum foret in re indubitata testiũ nubem inducere,& superuacua inculcare testimonia. At uerò cum eo loco de igne infernali loquens Damascenus,dicit illum non esse materialem,qualis est apud nos,sed qualem nouit Deus:nõ prorsus ibi negat ignem infernũ esse corporeum & materialem.Nam sacræ literæ uidentur satis apertè insinuare, ignem illum reuera materialem,corporalemq; esse ut Lucæ 16.cap.diues in inferno sepultus petijt linguã suam refrigerari gutta aquæ,quia cruciabatur in flamma.Et Matthæi tertio cap.beatus Ioannes terribiliter inclamat,paleas esse cõburendas igni inextinguibili.Inextinguibile autem proprietatem designat,& conditionem ignis propriã.Demũ Iob 24.cap.de cruciandis æterno supplicio dicit,Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimiũ.Postremũ in Matthæo nominatum legimus caminũ ignis,& in Apocalypsi stagnũ ignis,& stagnũ,ardens igne & sulphure. Necnon alij passim occurrent loci,eandem præ se færentes sententiã.Sed negat hic Damascenus ignem illũ talẽ esse in qualitatibus & operationibus eas cõsequentibus,qualis est ignis apud nos.Siquidem magnũ est inter hunc & illũ,interstitium atq; discrimen in ꝓprietatibus.Nam noster ignis,extinguibilis est & lucidus,consumens ea in quæ agit, & in spirituales incorporeasq; substantias nõ habens actionẽ.Ignis autem infernus,æternus est & inextinguibilis, tenebrosus,& lucẽ nõ diffundens,cũ in eo sit infimo loco,in q̃ tenebræ sunt exteriores.Est prætereà ignis infernus agens in corpora dãnatorũ,& grauissimè affligens uera doloris illatione, nõ tamẽ cõsumens,ut perpetuò ad pœnã durẽt.Deniq; agit(ut multorũ est sententia,& ueritati sacrisq; literis admodũ cõsentanea)ignis ille infernus, & in animas corpore solutas & in spiritus dæmonicos inflictione acerbissimi doloris,q etiã experiẽtiæ cognitione ꝑcipitur ab eis.Siqdẽ uicesimo primo lib.de Ciuitate Dei dicit Augustinus, q̃d sicut anima hominis in sua cõditione iũgitur corpori ut dans ei uitã,quãuis illa sit spiritualis & hoc corporale, & ex cõiunctione uehemẽter cõcipit ad corpus amorẽ:sic alligatus est igni spiritus ut accipiẽs ab eo pœnã,& ex illa coniũctione uehementer cõcipit horrorẽ,ac per hoc & dolorẽ, q uerus est, & ex uero igne corporali & ex reali applicatiõe corporalis ignis ad spiritũ causatur. Vnde in 3.ca.uicesimi primi libri de Ciuitate Dei beatus Augustinus ostendit, q̃d nõ quicquid infert dolorem, cõsequenter inferat mortẽ ut ex eo colligat,damnatorũ corpora nõ idcirco morte dissoluenda,quãuis acerbissimũ patiatur ab igne punitorio dolorẽ.Vbi inter cætera ita concludit:Quapropter si anima quæ uel sola uel maximè dolet,habet tamen quandã ꝓ suo modo immortalitatẽ suã,non ideo mori poterunt illa corpora,quia dolebunt. Postremò si corpora faciũt ut animæ doleant,cur eis dolorẽ possunt,mortem uerò inferre nõ possunt,nisi quia cõsequens non est, ut mortem faciat quod dolorem facit?Cur ergo incredibile est, ita ignẽ illis corporibus dolorem posse inferre,nõ mortem,sicut ipsa corpora dolore animas faciũt, quas tamen nõ ideo mori cogunt?Non est ergo necessarium futuræ mortis argumentum, dolor. In quarto uero eiusdẽ libri capite declarat idem autor naturalibus exemplis,multa corpora, inconsumpta in igne diutiur ꝑsistere:quorũ consideratione docet etiam posse diuino potissimum nutu inter infernos cruciatus uiuentia corpora permanere.Deinceps in nono eiusdem uicesimi primi libri de Ciuitate Dei capite discutit Augustinus,qualis sit ignis ille,& uermis damnatorũ,de quo Esaias ca.66.& Dominus noster Marci nono cap.iterum atq; iterum contestatus est, quod uermis eorum non moritur,& ignis non extinguitur:recenset nonnullorũ sententiam,existimantiũ utrumq;,uermem inquam & ignẽ,ad corpus pertinere:itidẽ & aliorum,autumantium illa ambo per translationem corporalium ad incorporalia, pertinere ad animam necnon & illorum adducens determinationem,qui ignem ad corpus, uermem uerò ad animam spectare credunt,& his postremis accedere magis,astipularique eo loco uidetur,demum tamen ita rem ipsam absoluit:Quid autem horum uerum sit,res ipsa expeditius

indicabit, quando erit scientia tanta sanctorũ, ut eis cognoscendarum, illarũ pœnarũ necessaria non sit experientia, sed ea quæ tunc plena erit atq; perfecta. ad hoc enim sciendũ, sapientia sola sufficiet. Nunc enim ex parte scimus, donec ueniat quod perfectũ est, dũ tamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, ut nullis ab igne afficiantur doloribus. Postremũ in decimo eiusdẽ libri capite disquirit Augustinus, q̃modo ignis infernus, si corporeus est, cruciat spiritus humanos à corpore separatos, itidem & dæmonicos, his uerbis ea de re differens: Hic occurrit quærere, si non erit ignis incorporalis, sicut est animi dolor, sed corporalis, tactu noxius, ut eo possint corpora cruciari, quomodo in eo erit etiã pœna spirituũ malignorum. Idẽ q̃ppe ignis erit, supplicio scilicet hominũ attributus et dæmonũ, dicẽte Christo: Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, q paratus est diabolo, et angelis eius. Et post pauca subiungit Augustinus: Cur non dicamus, quamuis miris, tamẽ ueris modis, etiã spiritus in corporeos esse, et pœna corporalis ignis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus mẽbris, & tunc poterunt corporum suorũ uinculis insolubiliter alligari? Adhærebunt ergo spiritus dæmonũ, immo spiritus dæmones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi, non ut ignes ipsi quibus adhærebunt eorũ iũctura inspirentur, & animalia fiant, quæ constent spiritu & corpore, sed ut dixi, miris & ineffabilib. modis adhærendo, accipientes ex ignibus pœnã, nõ dantes ignibus uitã, quia & iste alius modus quo corporibus adhærent spiritus, & animalia fiũt, omnino mirus est, nec cõprehendi ab homine potest, & hoc, ipse homo est. Cæterũ supradicta latius ex Augustino huc adducta sunt, ut si quis locũ desiderat in quo hæc quæ impræsentiarũ hic pertractantur, diffusius agitãtur, euoluat præsertim uicesimũ primũ librũ Augustini de Ciuitate Dei iam sæpius hic citatũ, & potissimũ quatuor illa capita superius annotata, utpote tertium, quartũ, nonũ, & decimum, ex quibus amplius præsentis negocij materiam dinoscet. Verũ ut dicendi hac de re iam tandem finem faciamus, et ad sobrietatem sapiẽtes nõ temerè & ꝓprio sensu ea definiamus quæ supra nostram sunt inuestigationẽ, hæc nostra est sentẽtia, hæc præcipua nostra determinatio atq; definitio, quòd quo pacto ignis ille infernus agat in corpora quæ nõ cõsumat, aut in substantias incorporeas, amplius discutiendũ non est, sed diuino relinquendũ iudicio, & potentificæ Dei maiestati, qui omnipotẽti sua uirtute tale instituit seueritatis suę iustitię instrumentũ, quale ipse nouit. Quod eñ utrũq; efficere possit, non est hæsitandum: qui autem id fiat, nõ amplius est disquirendum, cum hoc excedat imbecillem nostræ mentis captũ. Sed cũ omni tremore nostrã debemus salutẽ operari, ut à taliũ experimento & ꝓpessione nos benignitate sua eripiat, liberetq; Deus: animo solicito semper & sedulo uoluẽtes, quoniã horrendũ est incidere in manus Dei uiuentis, qui nos per fidem hic ambulãtes, tandem perducat ad clarã sui uultus contemplandam speciem: & ita det nobis ire de uirtute in uirtutem, ut uideatur Deus deorum in Sion, qui est benedictus in secula, Amen.

QVARTI ET VLTIMI LIBRI IOANnis Damasceni de Fide Orthodoxa, & Commentarij in eundem, Finis.

IOANNES OECOL



ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΚΑΙ ΠΡΕΣβυτέρου, τοῦ Δαμασκηνοῦ, περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅπως αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λειτουργίαι, καὶ εὐποιΐαι, τούτοις ὀνίνησιν.

Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια προτιθέμενα πολλάκις, οὐ μόνον τοὺς πεινῶντας ἕλκουσιν, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ τοὺς ἤδη κεκορεσμένους προσερεθίζουσιν. ὥσπερ καὶ τῶν πομάτων τὰ λίαν ἡδύποτα καὶ εὐώδη, οὐ τοὺς διψῶντας μόνον, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἔμπαλιν πρὸς μετάληψιν θέλγουσιν· ὡσαύτως πάλιν τοὺς φιλοπλούτους, ὅταν μεγάλης περιουσίας κρατήσωσιν, ἔρως ἀεὶ καταναγκάζει τούτους ζητεῖν ἀφορμάς, ὅσαι καθ' ἡμέραν τὸν πλοῦτον τούτους προσεπεκτείνουσιν. οὐκ οὖν καὶ ὑμᾶς ὦ τιμιώτατα τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐκλόγια, ἱερεῖς καὶ πατέρες, ἀδελφοί, μητέρες, καὶ τέκνα φίλτατα, οὐ τῶν θείων λογίων λιμός, οὔτε τις δίψα τῶν ἱερῶν μαθημάτων, οὔτ' ἀπορία γνώσεως τῆς ἐνθέου ὑπὸ τὸν νῦν ἐκτεθέντα λόγον προσεπικλίνειν, ἀλλ' ἔφεσις ὄντως θεοχαρίτωτος, προάγουσα ἡμᾶς εἰς δύναμιν ἐκ δυνάμεως, καὶ ἐκ χαρίτων εἰς χάριτας, καὶ ἐκ μνήμης εἰς ἀνάμνησιν. ὃ γὰρ πολλάκις τελείοις λέλοιπε, τοῦτο παιδίον ηὕρατο. καὶ ὃ σοφὸς παρέδραμε, ἰδιώταις ἐνέσκηψε. καὶ ὃ διδασκάλους διέλαθε, μαθηταῖς ἐπεφοίτησεν. ὑμῖν δέ, οὐδὲ τοῦτο εἰπεῖν τολμητέον, ἀλλ' ὥσπερ ἐπιφυλλίδα μετὰ τὸν τρυγητὸν καταλελειμμένην, καὶ στάχυν μετὰ τὸν ἀμητὸν διὰ τὸ πλῆθος παρεωραμένον, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἐπὶ δένδροις ὀπώραν μετὰ τὴν συλλογὴν ἐκλελησμένην ἐπισωρεύσαντες, οὕτως τοῖς βουλομένοις χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον διὰ τῶν ἔργων καὶ ἀποδείξεων βεβαιοῦντος, δεξιωσόμεθα. ὁ περὶ πάντα τοίνυν τὰ καλὰ καὶ θεοφιλῆ πράγματα, καὶ διανοήματα κυλαινόμενος ὄφις, καὶ σφαττόμενος παλαμναῖος ἐχθρός, τῇ μὲν φιλαδελφίᾳ πληττόμενος, τῇ δὲ πίστει ῥηγνύμενος, τῇ συμπαθείᾳ κραδαινόμενος, ἐνέσκηψέ τισιν ὁ παράνομος σκῆψίν τινα ἔκφυλον καὶ ἀλλότριον, καὶ τῶν ἱερῶν θεσμῶν εἰς ἅπαν ἀντίθετον. ὡς ὅτι τὰ μετὰ θάνατον πάντα θεοφιλῆ ἔργα, οὐδὲν τοὺς προλαβόντας ὀνίνησιν.

IOA. DAMASCENI SERMO, QVOD QVI in fide hinc migrarũt, sacris operationibus & uiuorum beneficijs multum iuuentur: Ioanne [redacted] interprete.

Edulíorum precio ac cupedijs sæpenumero non modò famelici trahuntur, sed etiam saturi ad edendum irritantur. Et poculorum fragrantia, non siticulosos solos, sed planè diuerso modo se habentes, ad bibendum demulcet. Similiter & diuitiarum amatores, quamuis magnas facultates possideant, ad eas tamen magis ac magis ampliandas cupiditate coacti, nouas semper occasiones inquirunt. Ita ô selecti prædignićq; in ecclesia Dei sacerdotes & patres, fratres & matres, nec nõ & charissimi filij, neq; uiuorum eloquiorum fames, neq; sacrarum disciplinarum sitis, neq; scientiæ diuinitus datæ inopia, sed desiderium (diuinũ illud munus, quod de uirtute in uirtutem, de gratia in gratiã, de commemoratione in commemorationem ducimur) facit, ut huic sermoni qui nunc depromptus est, accumbamus. Enimuero nonnunquã id quod à perfectis relictum, reperit puellus: & in id quod prætercursum à sapientib. incidunt idiotæ: & id quod occultatũ à magistris cõparuit discipulis. At nobis tale quid loqui, audere fas non est. Verùm quemadmodũ qui post uindemiã racemos, aut post uberẽ messem neglectas à messoribus spicas, aut post collectos arborũ fructus autumni reliquias comportant: ita & nos rẽ aggrediemur, freti adiutorio Christi ueri Dei. Ipse enim uolentibus cooperatur & sermonem efficacibus necessarijsq; confirmat argumentis. Igitur serpens ille, cuius studiũ est, bona Deoq; accepta uitiare, iugulare, hostilesq; dolos struere, qui & fraterna charitate percellitur, fide dirumpitur, compassione rotatur, ut est præuaricator legum: nõ nullis inspirat figmentum adulterinũ, alienum, sacrisq; constitutionibus omnino aduersum: nempe, bona grataq; Deo opera omnia, defunctis nihil prodesse.

Con-

ἀπέκλεισε γὰρ φησὶν ὁ θεὸς κατ᾽ αὐτῶν, καὶ κομιεῖται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. καὶ ὅτι ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; καὶ πάλιν· ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ ὅτι ὃ ἔσπειρεν ἕκαστος, ἐκεῖνο καὶ θερίσει. ἀλλ᾽ ὦ σοφοὶ, εἴπω μὲν πρὸς αὐτοὺς, ἐρευνήσατε καὶ διδάχθητε, ὅτι πολὺς μὲν ὁ φόβος τοῦ τῶν πάντων δεσπότου θεοῦ, πολλῷ δὲ πλέον ἡ ἀγαθότης. καὶ φοβεραὶ μὲν αἱ ἀπειλαὶ, ἀνείκαστος δὲ ἡ τούτου φιλανθρωπία. καὶ φρικταὶ πάλιν αἱ καταδίκαι, ἄφατος δὲ τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ τὸ πέλαγος. ἴστε γάρ τί φησιν ἡ θεία γραφή· ὡς Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος ἐν τῇ Σιὼν τῇ πόλει τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, ὁπηνίκα τεθανατωμένον εἶδε τὸν ὑπ᾽ αὐτὸν λαὸν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἐχθρῶν, ἐρευνήσας αὐτῶν τοὺς κόλπους, καὶ τούτων ἔνδον εὑρὼν εἰδωλεῖα, ἐξιλασμὸν αὐτίκα ὑπὲρ ἑκάστου τούτων, πρὸς τὸν οἰκτίρμονα κύριον προσενήνοχε, πανευσεβῶς ποιήσας καὶ φιλαδέλφως λίαν. ὅθεν καὶ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ὡς ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτῳ μεγαλωνθεὶς τεθαύμασται. οἱ δὲ γεμύσαι καὶ αὐτόπται τοῦ λόγου, οἱ τὸν τοῦ κόσμου γῦρον ζωγρήσαντες μαθηταὶ τοῦ σωτῆρος καὶ θεῖοι Ἀπόστολοι, ἐπὶ τῶν φρικτῶν καὶ ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, μνήμην ποιεῖσθαι τῶν πιστῶς κοιμηθέντων ἐνομοθέτησαν. ὃ καὶ κατέχει βεβαίως τε καὶ λίαν ἀναντιῤῥήτως ἡ τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἀπὸ περάτων μέχρι περάτων ἀποστολικὴ καὶ καθολικὴ ἐκκλησία, ἔκποτε μέχρι τοῦ νῦν, καὶ τῆς τοῦ κόσμου λήξεως ἄχρι, οὐκ ἀλογίστως πάντως, οὐδὲ ματαίως, οὐδὲ εἰκῆ τί ὡς ἔτυχε τοῦτο θεσπίσαντες. οὐδὲν γὰρ ἀνόνητον ἡ τῶν Χριστιανῶν ἀπλανὴς θρησκεία παρείληφε, καὶ εἰς αἰῶνα κατέχειν ἀπαρασάλευτον· ἀλλὰ πάντα ἐπωφελῆ, καὶ θεάρεστα καὶ λίαν ὀνησιφόρα, καὶ σωτηρίας μεγίστης πρόξενα. ἔφη τοιγαροῦν ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ βαθὺς Διονύσιος ἐν τῇ περὶ τῶν κεκοιμημένων μυστικῇ θεωρίᾳ, οὑτωσὶ λέξας (ἵν᾽ ἐκ τῶν αὐτοῦ θείων καὶ σεβαστῶν λόγων πρὸς ἐναργῆ ἀπόδειξιν ἐφαψώμαι.) ὡς αἱ τῶν ἁγίων προσευχαὶ, καὶ κατὰ τὸν τῇδε βίον μήτιγε μετὰ θάνατον εἰς τοὺς ἀξίους ἱερῶν εὐχῶν ἤγουν τοὺς πιστοὺς, ἐνεργοῦσι. τὸ δὲ μήτιγε πάντως ἐνταῦθα μηδὲν ἕτερον, ἢ τὸ

Conclusit enim Deus aduersus eos, inquit, & reportabit unusquisq; ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum, siue malum. Et, In inferno quis cōfitebitur tibi? Et rursum, Quia tu reddes unicuiq; iuxta opera sua Et, Quod seminauit unusquisq;, id & metet. Sed ô sapientes, ad uos loquor, scrutamini & erudimini, quia plurimus est timor Dei Domini omnium, sed multo amplior bonitas: & formidabiles quidem minæ, incomparabilis autem clementia: & horrenda quidem supplicia, ineffabile autem miserationum suarū pelagus. Scitis enim quid dicat diuina scriptura, quomodo Iudas ille Machabæus, in Sion ciuitate regis magni, ut cognouit populum sibi subditum, à Palæstinis hostibus occisum, & scrutatione facta, inuenta idola in finibus suorū, statim pro unoquoque eorum ad Dominum, qui ad miserandum facilis & paratus, munera propiciatoria attulit. Sanè ob summam religionem, fraternamq; charitatem in hoc facinore, ut in omnibus alijs, à diuinissima scriptura & magnificus & admirabilis habetur. Diui autem Apostoli discipuli saluatoris, qui totum mundi circulum uiuum cepere prædicando uerbum, q̃d suis oculis uiderāt, in tremendis & impollutis uitalibusque sacramentis, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam edixerunt. Quod ad huc firmiter atque adeo sine contradictione obseruat apostolica & catholica ecclesia Christi & Dei, à finibus usque ad fines terræ, ab eoq; tempore usque in præsens, & in finem mundi usque. Omnino hoc neque uanè, neque absurdè, neq; temerè fortituitoue ordinatum est. Quę enim Christiana religio erroris nescia suscipit, & in tot secula seruat inconcussa, minimè uana sunt. sed utilia, Deo placita, salutiq; nostræ conducibilia plurimum. Quocirca profundus ille & exercitatus in diuinis Dionysius, ubi de defunctis arcana consideratione agit, (ut interim ex diuinis & uenerandis illius uerbis ad manifestiorem nostrorum demonstrationem aliquid adaptemus) inquit Sanctorum preces, etiam in ista uita, & non tantum post mortem, prodesse ijs solis, qui digni sunt ut pro eis sanctæ preces fiant, nempe fidelibus. Vbi per id quod ait Non tantum post mortem, nihil, aliud intelligendum, quàm

πόσῳ γε μᾶλλον ὑπολειπτέον; καὶ μετ' ὀλίγον· οὐ γὰρ ἂν ὁ θεῖος ἱεράρχης ὁ τῆς θεαρχικῆς δικαιώσεως ὑποφήτης ἐξῄτει ποτὲ τὰ μὴ τῷ θεῷ προσφιλέστατα, καὶ πρὸς αὐτοῦ δοθήσεσθαι θειοδῶς ἐπηγγελμένα. διὸ τοῖς ἀνιέροις, ἤγουν τοῖς ἀφωτίστοις, οὐ προσεύχεται ταῦτα κεκοιμημένοις. καὶ αὖθις· Οὐκοῦν ὁ θεῖος ἱεράρχης, ἐξαιτεῖ τὰ φίλα θεῷ, καὶ πάντως δωρηθησόμενα. καὶ πάλιν· ἡ μὲν οὖν εὐχὴ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος, δεῖται πάντα μὲν ἀφεῖναι τὰ δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν τῷ κεκοιμημένῳ πλαίσματα, τάξαι δὲ αὐτὸν ἐν χώρᾳ ζώντων, εἰς κόλποις Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ἐν ᾧ ἀπέδρα τόπῳ ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός, παρορώσης ἀγαθότητι τῆς θεαρχικῆς εὐσθενείας, τὰς ἐγγινομένας τῷ κεκοιμημένῳ ἐξ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας κηλῖδας. ἐπεί περ οὐδείς, ὡς τὰ λόγια φησί, καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου. Βλέπεις ὁ ἀντιλέγων, πῶς βεβαιοῖ ἐπωφελεῖς ὑπάρχειν τὰς ὑπὲρ τῶν ἐπ' ἐλπίδι θείᾳ κατοιχηθέντων δεήσεις; Μετὰ δὲ τοῦτον αὖθις ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος θεορρήμων Γρηγόριος, ἐν τῷ εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφὸν ἐπιταφίῳ λόγῳ περὶ τῆς ἰδίας μητρός, ἠκούσθη (φησί) κήρυγμα πάσης ἀκοῆς ἄξιον, καὶ μητρὸς πάθος κενοῦται δι' ὑποσχέσεως καλῆς καὶ ὁσίας, δοῦναι τὰ πάντα τῷ παιδὶ τὸν ἐκείνου πλοῦτον ὑπὲρ ἐκείνου δῶρον ἐντάφιον. καὶ μεθ' ἕτερα· τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν τοιαῦτα, καὶ τὰ μὲν ἀποδεδώκαμεν, τὰ δὲ δώσομεν, τὰς δὲ ἔτοις προσφέροντες τιμάς τε καὶ μνήμας. ὁρᾷς πῶς βεβαιοῖ καὶ καλὰς καὶ ὁσίας καλεῖ τὰς ὑπὲρ τῶν κατοιχημένων τῷ θεῷ προσαγωγάς, καὶ τὰς ἐτησίοις μνήμας εἰσδέχεσθαι; εἶτα μετ' αὐτόν, ὁ χρυσορρήμων ὄντως καὶ χρυσεπώνυμος Ἰωάννης, ὁ τῆς φιλοπτωχείας καὶ τῆς μετανοίας ὁδηγὸς καὶ διδάσκαλος, ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ καὶ Γαλάτας θεοφεγγεῖ ἑρμηνείᾳ· εἰ γὰρ Ἕλληνες, φησί, συγκατακαίουσι τοῖς ἀπελθοῦσι τὰ ἑαυτῶν, πόσῳ γε μᾶλλον σὲ τὸν πιστὸν συμπαραπέμψαι δεῖ τῷ πιστῷ τὰ οἰκεῖα; οὐχ ἵνα τέφρα γένωνται, καθὼς ἐκεῖνα καὶ ταῦτα, ἀλλ' ἵνα μείζονα τούτῳ περιβάλῃς τὴν δόξαν.

quanto magis post mortem? Et post pauca: Neque enim unquam postularet sacer præsul, qui diuinæ iustificationis est doctor, quæ Deo sciret non esse gratissima, & quæ largiturum se ille nequaquam promisisset. Et ideo pro prophanis & baptismate non illustratis, si defuncti fuerint, preces eas non facit. Et iterum: Sanctus itaque antistes petit, quæ diuinitus promissa sunt, & quæ grata Deo, & quæ omnino daturum credit. Et iterum: Inter præcandum igitur oratur diuina bonitas, ut cuncta peccata defuncti per humanam infirmitatem admissa, dimittat, eumque in luce collocet & regione uiuorum, in sinibus Abrahæ, Isaac & Iacob, in loco unde aufugit dolor, tristitia, & gemitus. Non recordante diuina bonitate per summam clementiam maculas, quæ illis ex humana infirmitate adhæserunt. Nullus enim, ut scriptura inquit, mundus est à macula. Vides aduersarie, quo pacto confirmet, preces pro his, qui in sancta spe defuncti, esse apprime utiles. Post hunc item Gregorius ille diuino eloquio potens, adeo ut inter alios & Theologi cognomen sortitus sit, in oratione funebri ad Cæsarium fratrem, de matre sua dicit: Audita & promulgatio, digna sane quam audiant omnes, ut sancta piaque promissione maternus dolor mitigetur: scilicet ut diuitiæ omnes quæ pueri erant, in sepulchrale donum puero darentur. Et post alia: Eas igitur quæ in nostro potestate fuerunt, partim dedimus, partim daturi sumus, anniuersarios illi honores & memorias exhibituri. Vides, quomodo & ille sententiam nostram confirmet, bonas ac sanctas uocando oblationes pro ijs qui in Deo migrarunt, & anniuersarias memorias suscipiendas comprobans. Deinde post illum Ioannes, cui ab auro cognomen, (uerè enim aurea uerba loquitur, qui & misericordiæ in pauperes, & pœnitentiæ dux & doctor fuit præcipuus) in diuinis illis commentarijs Epistolarum ad Philippenses & Galatas, ait: Cum gentiles defunctorum suorum res comburant, quanto magis te fidelem, cum fidelibus simul, quæ ipsorum fuerunt, oportet dimittere? Non equidem ut in cineres redigantur, sicut hæc & illa: sed ut maiori gloria circumamicias defunctum.

Et

καὶ εἰ μὲν ἁμαρτωλὸς ὁ τεθνηκὼς ᾖ, ἵνα τὰ ἁμαρτήματα λύσῃς. εἰ δὲ δίκαιος, ἵνα προσθήκη γένηται μισθοῦ καὶ ἀντιδόσεως. ἀλλὰ πάλιν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ἐπινοήσωμεν, φησί, τοῖς ἀπελθοῦσιν ὠφέλειαν. δῶμεν αὐτοῖς τὴν προσοῦσαν βοήθειαν, ἐλεημοσύνας λέγω καὶ προσφοράς. καὶ φέρει τούτοις πολὺ τὸ πρᾶγμα τὴν ὄνησιν, καὶ μέγα τὸ κέρδος καὶ τὴν ὠφέλειαν. οὐ γὰρ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε ταῦτα νενομοθέτηται, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ πανσόφων μαθητῶν παραδέδοται. φημὶ δὴ γὰρ τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων εὐχὴν ποιεῖσθαι τὸν ἱερέα ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ τὸ κέρδος ἐκ τούτου καὶ πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. εἶτα σὺν τούτοις ὁ πάνσοφος αὖθις Νυσσαέων Γρηγόριος, ὅτι φησὶν οὐδὲν ἀλογίστως, οὐδὲ ἀκερδῶς ὑπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ κηρύκων καὶ μαθητῶν παραδέδοται, καὶ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ πανταχοῦ ἐκκλησίᾳ διακεκράτηται, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ἐπωφελὲς καὶ θεάρεστον, τὸ μνήμην δηλονότι ποιεῖν ἐπὶ τῆς θείας καὶ παμφαοῦς μυσταγωγίας, τῶν ἐν ὀρθῇ τῇ πίστει κεκριμημένων. τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ θερίσει πᾶς τις ὃ ἔσπειρε, καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα, περὶ τῆς παρουσίας πάντως τοῦ κτίστου καὶ περὶ τό τε φρικτῆς ἀποφάσεως εἴρηται, καὶ περὶ τῆς κόσμου τοῦδε συμπεράτωσεως. τότε γὰρ ὅλως βοηθείας οὐκ ἔστι καιρός, ἀλλὰ πᾶσα παράκλησις ἄπρακτος. τῆς πανηγύρεως γὰρ διαλυθείσης οὐκ ἔστι πραγματείας ἐμπόρευμα. ποῦ γὰρ οἱ πένητες τότε; ποῦ λειτουργίαι; ποῦ ψαλμῳδίαι; ποῦ εὐποιΐαι; διὸ πρὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, ἀλλήλοις ἐπικουρήσωμεν, καὶ τῷ φιλαδέλφῳ καὶ φιλανθρώπῳ γὰρ φιλοψύχῳ θεῷ, τὰ περὶ φιλαδελφίας προσοίσωμεν. δέχεται γὰρ εὖ μάλα καὶ τοῖς ἀσυμφθάστως, καὶ οἷον εἰπεῖν, ἀνετοίμως ἐκδημήσασι, τὰς ὑπὸ τῶν οἰκείων τούτοις προσφερομένας τῶν ὑστερημάτων ἀναπληρώσεις, καὶ εἰς ἔργον τούτοις καὶ πράξεις λογίζεται. θέλει γὰρ οὕτως ὁ φιλάνθρωπος κύριος αἰτεῖσθαι, καὶ νέμειν τὰ τῶν ἰδίων κτισμάτων πρὸς σωτηρίαν αἰτούμενα, ἐπὶ τό τε αὐτοῖς ὁλικῶς ἐπικάμπτεται, οὐχ ὅταν τις ὑπὲρ ἰδίας ψυχῆς ἀγωνίζεται, ἀλλ᾽ ὅταν καὶ ὑπὲρ τοῦ πέλας τοῦτο ἐργάζεται. ἐντεῦθεν γὰρ ἐπὶ τὸ θεομίμητον ἐκτυποῦται, καὶ τὰς ἑτέρων δωρεὰς ὡς οἰκείας ἐξαιτεῖ χάριτας, καὶ τῆς τελείας ἀγάπης τὸν ὅρον ἐμπερικλείσει, καὶ μακαρισμὸν ἐκ τοῦ τὴν τοῦ πέλας εὐεργετεῖν ψυχήν, ὅτι μάλιστα κομίζεται.

Et si quidem peccator mortuus fuerit, soluantur peccata: sin iustus, accrescat merces & retributio. Et iterum in alio sermone: Excogitemus quomodo & defunctis prosimus. Demus eis præsens subsidium, eleemosynas (inquam) & oblationes. Quę res ipsis cõmodum, lucrum, & utilitatem magnam affert. Non enim temere in ecclesia Dei à sapientissimis suis discipulis sancita sunt hęc & tradita, ut sacerdos in tremendis mysterijs preces faciat pro fidelibus defunctis. Inde enim eis multum commodi & utilitatis prouenit. Accedat etiam ad hos sapientissimus Gregorius Nyssenus, dicens, nihil absq; ratione & utilitate à prædicatoribus & discipulis Christi traditum, & in omnibus ecclesiis Dei prædicatũ. Res autẽ modis omnib. utilis, & Deo in primis grata, in diuinis pręclarisq; sacris operationibus, eorum qui in recta fide decesserunt manifestam facere memoriam. Iã quod dicitur, Quia tu daturus es unicuique iuxta opera sua: &, Metet unusquisque quod seminauerit: & cætera quæ sequuntur: dicta sunt de aduentu conditoris uniuersi, terribiliq; iudicio, & mundi huius cõsummatione. Tum enim nullum auxilij tempus, tum ociosa & frustra aduocatio omnis. Nundinis enim dissolutis, cessat negociationis commercium. Vbi enim tum pauperes? ubi sacræ operationes? ubi psalmorum cantilenæ? ubi bona opera? Idcirco ante illam horam mutuum iuuemus: & quæ ad fraternæ charitatis officia attinent, clementissimo Deo animarum fraternitatisq; amatori offeramus. Dicitur enim & bene, quòd si qui hinc non præmissis bonis migrauerint, & postea à familiaribus neglecta oblatis reliquijs sarciantur, imputari opus perinde ac ab eis factum foret. Est enim & hæc uoluntas benignissimi Domini, ut creaturæ quæ ad salutem petuntur, sic petantur & distribuãtur: & exorat non solũ quãdo quis pro salute propria est anxius, sed & quando pro proximo aliquid operatur. Hæc enim fœlix diuinæ bonitatis imitatio est, dum quis alijs non minus quàm sibi gratiam exposcit: & tunc consumatæ charitatis terminus ac beatitudo attingit, dum in proximo animę suę benefacit.

Quid

τί δὲ καὶ δυσχερὲς τὸ πρᾶγμα νενόμισαι; μή τι τὴν Φαλκονίλλαν ἡ πρωτόμαρτυς οὐκ ἔσωσε μετὰ θάνατον; ἀλλ᾽ ἴσως ἐρεῖς, ὅτι αὐτὴ κατ᾽ ἀξίαν ἐπεὶ πρωτόμαρτυς, καὶ ταύτης δέον εἰσακουσθῆναι τὴν δέησιν. ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτο φημί, καλῶς. ἡ πρωτόμαρτυς. σκόπει δὲ πάλιν, ὑπὲρ τίνος ἡ αἴτησις. ὅτιπερ ὑπὲρ ἑλληνίδος εἰδωλολάτριδός τε καὶ πάμπαν ἀμέρου καὶ ἀλλοτρίου κυρίου ἐργάτιδος. ἐνταῦθα δὲ, πιστὸς ὑπὲρ πιστοῦ πρὸς τὸν αὐτοῦ δεσπότην. θὲς τοίνυν ἐκ θατέρου εἰς θάτερον, ὡς ἂν τὸ πρᾶγμα ἐξισωθήσεται. δεῦρ᾽ ἐλθέ μοι καὶ αὖθις ἐκ τούτων, καὶ εἰς ἕτερα ταυτοδύναμα καὶ ὁμότροπα. λέγω δὴ τὴν Παλλαδίου πρὸς Λαῦσον ἱστορικὴν βίβλον, ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὸν μέγαν καὶ θαυματουργὸν Μακάριον, πανἀληθῶς ἀναγέγραπται θαύματα. πρὸς τὸ ξηρὸν γὰρ κρανίον πυθόμενος περὶ τῶν κεκοιμημένων, μεμάθηκεν ἅπαντα. εἶτα πρὸς τούτῳ. οὐδέποτε τοίνυν τινὰ παραμυθίαν εὑρίσκεται; ἦν γὰρ ὁ ἅγιος συνήθως ποιῶν ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων εὐχὰς, καὶ γνῶναι ἐφίετο εἰ ἄρα πρὸς ὄνησιν γίνονται. τοῦτο δὴ βουληθεὶς ὁ φιλόψυχος ἐνδείξασθαι κύριος, καὶ τὸν ἑαυτοῦ πληροφορῆσαι θεράποντα, τῷ ξηρανθέντι κρανίῳ λόγον ἀληθείας ἐνέπνευσεν. ὅτε φησὶν ὑπὲρ τῶν νεκρῶν τὰς δεήσεις προσφέρεις, τότε παραμυθίας μικρᾶς αἰσθανόμεθα. ἄλλῳ δὲ πάλιν τῶν θεοφόρων πατέρων, μαθητὴν ἔχοντι ἐν ἀμελείᾳ βιοῦντα, καὶ τοῦτον πρὸς τὸ τοῦ βίου πέρας ῥαθύμως ἐπιφθάσαντα, ὁ πανοικτίρμων καὶ φιλόψυχος κύριος μετὰ δακρύων αἰτησαμένου τοῦ γέροντος, ὡς τὸν κατὰ Λάζαρον πλούσιον ἐν τῇ φλογὶ καιόμενον μέχρι τραχήλου ὑπέδειξεν. ὡς ἐντεῦθεν πολλὰ τοῦ ἁγίου πονήσαντος, καὶ σὺν δάκρυσι τὸν θεὸν λιπαρήσαντος, μέχρι τῆς ζώνης πάλιν ὑπέδειξεν. εἶτα καὶ αὖθις κόποις τοῖς κόποις τοῦ ἁγίου προσθήσαντος, πάντη ἐλεύθερον καὶ τοῦ πυρὸς λελυτρωμένον ἐν ὀπτασίᾳ τῷ γέροντι δέδειχε. καὶ τίς ἂν δυνηθείη καθ᾽ εἱρμὸν τὰς περὶ τούτων μαρτυρίας ἐκδιηγήσασθαι τὰς ἐν τοῖς τῶν ὁσίων βίοις τεταγμένας φημὶ καὶ θείαις ἀποκαλύψεσιν, ἐναργῶς παριστώσας, καὶ μετὰ θάνατον μέγιστα τοῖς κατοιχομένοις εὐεργετεῖν τὰς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένας εὐχάς τε καὶ λειτουργίας καὶ ἐλεημοσύνας; οὐδὲν γὰρ τῶν δανεισθέντων θεῷ, ἀφανίζεται ὅλως, ἀλλὰ σὺν μεγίστῃ προσθήκῃ παρ᾽ αὐτοῦ ἀνταμείβεται.

Quid autem graue ne hoc existimas? An non Falconillā post mortem martyr prima saluauit? At forte dices, quod huius preces, quia prima martyr erat, exaudiri dignæ erāt. Ad quod ego inquam: Bene, fuit quidem hæc prima martyr: sed ediuerso attende, pro quo preces factæ sint: nempe pro gentili, idolorum cultrice prophana, à Christiq; ministerio aliena. Hic autem fidelis pro fideli apud eundem Dominum intercedit. Confer itaq; utrunq;, ut res adæquetur. Commemora item cum ijs, alia eiusdem generis & uirtutis. Adde & historicum librum Palladij ad Lausum, in quo uerissimè conscripta sunt miracula, quæ magnus signisque clarus Macarius operatus est, scilicet ut ex cranio arido sciscitando de defunctis pleraque edidicerit. Et quia faciebat pro consuetudine sua pro defunctis preces, scireque desiderabat, nunquid illis prodessent & an consolatio eis inde proueniret: Deus animarum amator, uolens hoc seruo suo pluribus & certis argumentis patefacere, cranio quod exaruerat, uerbum ueritatis inspirauit. Prorupit enim cranium in hæc uerba: Quando pro mortuis offers preces, consolatiunculam sentimus. Fuit & alius pater sanctus, cui discipulus erat uitæ dissolutioris, quem in negligentia sua morte correptum, seni illi multis lachrymis postulanti, misericordissimus animarum amator Deus ostendit, ceu Lazaro diuitem in flamma ceruicetenus ardentem. Et quum multo amplius sanctus ille se affligeret, lachrymisq; Deum obtestaretur, ostensus est ei ad zonam usque ardens. Tandem cum adhuc afflictionem afflictioni adderet, in uisione omnino liberum, & ab igne ereptum seni ostendit. Verum quis posset testimonia omnia huius generis, quæ passim in historijs sanctorum leguntur, narrando prosequi? Testimonia inquam, & diuinas reuelationes, manifestè adstruentes post mortem defunctis beneficia plurimū prodesse: utpote cum fiunt pro ipsis preces, operationes sacræ, & eleemosynæ. Nihil enim omnino disperit, quo Deo fœneratur, sed cum maxima redit usura.

πρὸς δὲ τὸ φάναι τὸν Προφήτην, ἐν δὲ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; προειρήκαμεν, ὡς αἱ ἀπειλαὶ μὲν φρικώδεις τοῦ παντεπόπτου, νικᾷ δ' ταύτας ἡ ἄφατος τούτου φιλανθρωπία. καὶ γὰρ μετὰ τὸ φάναι τὸν προφήτην ταῦτα, γέγονε πάντως ἐν ᾅδῃ ἐξομολόγησις. ἐκείνων λέγω τῶν ἐν τῇ σωτηρίῳ τοῦ δεσπότου καθόδῳ. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔσωσε πάντας ὁ ζωοδότης, ἀλλ' ὡς εἴρηται κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας. τινὲς γοῦν φασὶ τοὺς προπεπιστευκότας, οἵτινές εἰσι πατέρες καὶ προφῆται, βασιλεῖς, καὶ τοπάρχαι,
καί τινες ἄλλοι τοῦ λαοῦ τῶν Ἑβραίων,
ἀναρίθμητοι πρόδηλοι τοῖς πᾶσιν.

Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα ἀντεροῦμεν, τοῖς δοξάζουσιν ὧδε· ὡς οὔτε δῶρον,
οὔτε θαυμαστόν, καὶ παράδοξον τοῦτο,
τὸ σῶσαι χριστὸν τοὺς πεπιστευκότας.
ἐπεὶ κριτὴς δίκαιος ὑπάρχει μόνος,
καὶ πᾶς ὁ τούτῳ πιστεύσας, οὐκ ὄλλυται.
ἔδει τοιγαροῦν τούτους σωθῆναι πάντας,
καὶ τῶν τοῦ ᾅδου δεσμῶν ἀπαλλαγῆναι,
τῇ καταβάσει τοῦ θεοῦ καὶ δεσπότου.
ὃ καὶ γέγονε τῇ τούτου προμηθείᾳ.
οἱ δέ γε χάριν φιλανθρωπίας μόνης,
σωθέντες ὑπάρχουσιν ὡς οἶμαι πάντες,
ὅσοι τὸν βίον καθαρώτατον εἶχον,
καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἀρίστην ἐπετέλουν.
ἰσχνῶς βιοῦντες ἐγκρατῶς καὶ σωφρόνως.
τὴν δέ γε πίστιν ἀκραιφνῆ τε καὶ θείαν,
οὐ κατέλαβον μὴ γυμνασθέντες ὅλως.
ἀλλ' ἀδίδακτοι μείναντες τὸ παράπαν,
τούτους ὁ πάντων ταμίας καὶ δεσπότης,
εἵλκυσεν ἐζώγρησε δικτύοις θείοις.
καὶ τούτους ὑπέκλινε πιστεῦσαι τούτῳ,
λάμψας ἐπ' αὐτοὺς τὰς θεϊκὰς ἀκτῖνας,
καὶ δείξας αὐτοῖς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας.
οὐ γὰρ ἠνέσχετο ὁ συμπαθὴς τῇ φύσει,
εἰς κενὸν τούτων τοὺς κόπους γεγενῆσθαι.
ἐκέκτηντο γὰρ ἐργαστικὸν βίον,
ἐπίμοχθόν τε καὶ στενὸν ὑπὲρ λόγον,
αὐτοκράτορες τῶν παθῶν γεγονότες,
καὶ τῶν ἡδονῶν καταπτύσαντες ἅμα,
ἀκτησίαν τε πᾶσαν ἐξησκηκότες,
ἐγκράτειάν τε σὺν ἀγρυπνίᾳ πάλιν,
καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἀρίστην ἐργασίαν,
οὐκ εὐσεβῶς μέν, ἀλλ' ὅμως διελθόντες,
τὴν ἀνωτάτω πρόνοιαν ὡς ἔδοξεν,
ἄριστα σεβόμενοι πλὴν ἐσφαλμένως.
εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τὴν θείαν δόξαν,
τῆς πανσθενουργοῦ κατέλαβον τριάδος

At quod ait propheta, In inferno quis confitebitur tibi? paulo antea diximus, quàm terribiles sunt animæ iudicis, cuius oculos nihil subterfugit, eas tamen superat eiusdem ineloquibilis misericordia. Quamuis autem ita dicat propheta, omnino tamen in inferno confessio aliqua fuit, eorum in quam, qui in salutarem Domini descensum crediderant. Christus enim assertor uitæ, non simpliciter omnes, sed eos tantum qui crediderant, ut dictum est, saluauit. Et qui'nam ante nos crediderunt? Patres & prophetæ, iudices, reges & præsides, alijque ex Hebræorum gente in magno numero & noti omnibus. Cæterum nos ita respondemus ad hæc, ijs qui sic sentiunt: Neque nouum, neque mirum, neque rarum esse, si Christus eos qui in se crediderunt, saluarit. Quandoquidem unus est iustus iudex, in quē quisquis crediderit, non perit. Oportebat ergo omnes huiusmodi, per descensum Dei & Domini nostri, ab inferni uinculis liberatos saluari. Quod & illius prouidentia factum est. At solius misericordiæ gratia, saluatos opinor omnes, qui in uitæ puritate nullum non perfecerunt opus bonum, continenter, sobriè, tenuiterque uiuendo, licet minus satis exercitati, fidem diuinam ac synceram non acceperint. Cæterum quia illis defuit præceptor, à Domino cui omnia curæ sunt, diuinis retibus capti, fulgentibus in eis radijs diuinis, & ueritatis lumine monstrato, ad credendum inducti sunt. Naturæ enim condolens Deus, horum labores cessari non permittebat. Vitam enim actuosissimam agebant, & supra quàm dici potest ærumnosissimam & angustam, simul affectum suorum imperatores, atque uoluptatum facti contemptores, paupertatem, continentiam, uigilantiam, & optimam quanque uirtutem absoluerunt. Licet autem non admodum religiose, tamen aliquam iam diuinę prouidentię rationem attigerunt, & cum in parte optima uersati sint, nō tamen citra lapsum. Porrò nonnulli diuinam gloriam & trinitatis omnipotentis uirtutem

ἰσχὺν ἀμυδρῶς, ἀλλ' ἐδόξασαν ὅμως.
ἄλλοι δὲ τὴν σάρκωσιν εἶπον τοῦ λόγου,
πάθη τὰ σεπτὰ καὶ τὴν ἔγερσιν τούτου.
ἕτεροι δὲ γέννησιν τὴν ἐκ παρθένου,
ὀνομασίαν τε ταύτης προειπόντες.
Μαρία γάρ φησιν ὄνομα τῇ κόρῃ.
αὖθις ἔνιοι προκατέλεξαν πάσας,
τὰς ὑπερφυεῖς χριστοῦ θαυματουργίας,
τῶν νεκρῶν τε καὶ πηρῶν καὶ μογγιλάλων,
λεπρῶν καὶ κωφῶν καὶ τῶν πυρεκτιώντων,
ὑδρωπιόντων ἅμα καὶ ξηροχείρων,
καὶ τῆς θαλάσσης τὸν περιπάτον ἔνθεν,
ἄρτων τὴν εὐλόγησιν, καὶ τῶν ἰχθύων,
μεταβολὴν ὕδατος αὖθις πρὸς οἶνον,
αἱμορροούσης καὶ συγκυπτούσης ἄρδην, (σοις.
τὰς ῥώσεις προφήσαντες σὺν ἄλλοις πλεί-
τούτους ἡ θεία τοῦ λόγου δυναστεία
οὐκ ἠνέσχετο περιιδεῖν ὀλωλότας,
οὐδ' ἀπολέσαι τὰς πράξεις τὰς ἀρίστους.
τὸ γὰρ δανεισθὲν αὐτῶν τοῦ χρόνου μέρος,
καθὰ προειρήκαμεν οὐκ ἀμαυροῦται,
ἀλλὰ φυλαχθὲν ἀποδίδοται πᾶσι
τοῖς καλῶς βιώσασι μετὰ προσθήκης.
οἱ δέ γε βίον αἰσχρὸν βεβιωκότες,
καὶ μηδὲν ὅλως τῶν χρηστῶν πεπραχότες.
σπόρον ἢ καρπὸν μηδ' ὅλως κεκτημένοι,
ἀλλὰ καὶ βίῳ καὶ λόγῳ τε καὶ πίστει,
εἰς ἅπαν ὑπάρχοντες κατεσφαλμένοι,
ὅτε τῆς βροχῆς γὰρ θείας οὐρανόθεν,
χυθείσης αὐτοῖς ἐβλάστησε καθόλου.
οὐ γάρ, ὡς ἔφθην εἰπών, ἔβαλον σπόρον.
ὅτε λάμψαντος τοῦ τῆς δόξης ἡλίου
ἐπεπαύθησαν ὡς ἄκαρπον καθόλου.
τούτους οὐκ ὀνίνησι χριστὸς εἰς ἅπαν.
οὐ συνήγειρεν ὡς οἶμαι πεπτωκότας,
ὡς ἀναξίους παντελῶς σωτηρίας.
ὅτι μὴν ἐπίστευσαν αὐτῷ, δοκεῖ μοι.
ἐπήρωσε γὰρ αὐτῶν τὰς διανοίας.
καὶ τοὺς νοεροὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας,
ὁ τοῦ σκότους ἔπαρσις, ὁ πρῶτος δράκων.
οὗ θεράποντες γεγόνασιν ἐκ πρώτης.
ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσιν, ὡς θέμις,
καὶ συνιέντες μὴ συνιῶσιν ὅλως.
οἱ δ' ἄλλοι πάντες οἱ σπόρον ἐσχηκότες,
ἐπεπαύθησαν τοῦ ἡλίου φανέντος,
ἐβλάστησαν τε τῆς βροχῆς γεγονυίας.
ἴδε ποῦ φέρων ὁ λόγος ἀνήγαγεν ἡμᾶς.

Λῦσαι σὺν θεῷ καὶ διευκρινῆσαι πρᾶγμα μικροῦ δεῖν κεκαλυμμένον, οὐκ ἀποφαντικῶς διὰ τὸ ἀνάξιον, ἀλλὰ συλλογιστικῶς διὰ τὸ φιλάδελφον. τούτοις ἔσωσεν

uirtutem, utcunq; tenuiter apprehenderunt, glorificauerunt tamen. Alij incarnationem etiam uerbi, & honorificam paſſionem ac reſurrectionem dicebant. Alij natiuitatem quæ ex uirgine, nominationemq; ipſius prædixerunt. Maria enim, ait, nomen puellæ. Alij item omnia excellentia Chriſti miracula prælocuti ſunt. Nam inter multa alia præuaticinati ſunt miracula mortuorum, cæcorum, ſurdorum, leproſorum, eorum qui impeditioris erant linguæ, febri, hydropiſiue laborantium, aridas manus, luxataúe membra habentium, & dæmoniacorum, perq; mare deambulationem, inſuper benedictionem panum & piſcium, & curationes hæmorrhouſæ, & mulieris prorſus incuruæ, prædicentes cum alijs multis. Enimuero neque illos deſpexit diuini uerbi potentia, ut prorſus excidere, & perire eorum bona opera permitteret. Nulla enim pars tẽporis in uſuram collocata, ut antea diximus, diſperibit, ſed fideliter ſeruata, omnibus qui bene egerunt uitam, reſtituetur unà cum additamento & lucro. Qui uerò turpiter tranſacta uita, neque ſemen, neq; fructum aliquem bonum habuerunt, ſed uita, uerbo, & fide, modis omnibus ſunt lapſi: quia ut ſignanter prius dixi, ſementem non fecerunt, ideo etiam neq; germinauerũt cœlitus diuino imbre infuſo, neq; floruerunt ſole gloriæ exorto, ſed prorſus fructu carent: eisq; nihil profuit Chriſtus, neq; lapſos puto ſuſcitauit, utpote indignos omni ſalute, quòd in ipſum ſolum non crediderunt. Primus enim draco cui tanto ſtudio ſeruierunt, & tenebrarum denſatio, ipſorum mentes mentalesq; cordis oculos excæcauerunt, ne uidentes uideant, ut eſt in oraculo: & ne audientes intelligant. Omnes autem alij quibus fuit ſemen, & facta pluuia germinauerunt, & ſolis iubare exorto mirè effloruerunt. Vide quò nos curſu ſuo produxit ſermo, dũ rem, quam propè occultam eſſe oportebat, ſoluere & dijudicare auxilio Dei conamur. At nos (indignum enim foret) definimus nihil, tantum fraternitatis ſtudio ratiocinamur. Hos ſaluauit,

ut

ὥς ἔγωγε οἶμαι, ὁ χριστὸς ἐν τῷ ᾅδῃ. δέδεικται τοίνυν τῇ τοῦ χριστοῦ συνεργείᾳ ὅτιπερ γέγονε καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐξομολόγησις. ταῦτα δὲ φαμὲν, οὐ τὴν προφητείαν ἀναιροῦντες, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενοι τὸν ὑπεράγαθον κύριον ὑπὸ τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας νικώμενον, ὥσπερ τῇ Νινευῇ, καταστραφήσεται· καὶ αὕτη οὐ κατεστράφη. ἀλλὰ νενίκηκε τὴν κρίσιν ἡ ἀγαθότης. καὶ ἐν τῷ Ἐζεκίᾳ· τάξαι, φησὶ, περὶ τοῦ οἴκου σου. ἀποθνήσκεις γὰρ σὺ, καὶ οὐ ζήσῃ. ἀλλ᾽ αὐτὸς οὐκ ἀπέθανε. καὶ ἐν τῷ Ἀχαὰβ, ἐπάξω, φησὶ, κακὰ· καὶ οὐκ ἐπήγαγεν, ἀλλ᾽ εἶπεν, ἴδε πῶς κατενύγη Ἀχαάβ. διὸ οὐκ ἐπάξω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ κακά. ἀλλὰ καὶ πάλιν τὴν ἀπόφασιν ἡ ἀγαθότης ὑπερενίκησεν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις πλείστοις κρίμασι. καὶ εἰς ἀεὶ νικήσει μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀνταποδόσεως, ὅταν ἡ λύσις τῆς πανηγύρεως ἥξῃ, καὶ βοηθείας οὐκ ἔστι καιρὸς, ἀλλ᾽ ἄνθρωπος καὶ τὸ φορτίον αὐτοῦ. νῦν δὲ καιρὸς βοηθείας, καὶ καιρὸς πραγματείας, καὶ καιρὸς συναλλάγματος, καὶ καιρὸς κόπου καὶ μόχθου, καὶ μακάριος ὁ μὴ ὀκλάσας μήτε χαυνωθεὶς τῇ ἐλπίδι. μακαριώτερος δὲ, ὁ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ πλησίου ἀγωνισάμενος. τοῦτο γὰρ μᾶλλον καὶ τέρπει, καὶ κατευφραίνει τὸν φιλοικτίρμονα κύριον, τὸ σπεύδειν ἕκαστον εἰς τὴν τοῦ πέλας βοήθειαν. τοῦτο καὶ θέλει ὁ ἐλεήμων καὶ βούλεται, ἵνα ὑπ᾽ ἀλλήλων οἱ πάντες εὐεργετώμεθα καὶ ζῶντες, καὶ μετὰ θάνατον. οὐ γὰρ ἂν ἡμῖν ἀφορμὴν ἐδεδώκει, τὸ μνήμην τῶν ἐν ἀναιμάκτου θυσίας ποιεῖσθαι τῶν προλαβόντων, καὶ πάλιν τρίτα, καὶ ἔννατα, καὶ τεσσαρακοστὰ, καὶ τὰς ἐτησίους μνήμας, καὶ τελετὰς, ἅτινα πάσης ἀντιῤῥήσεως ἄνευ ἡ καθολικὴ αὕτη καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, καὶ ὁ ταύτης θεοσύλλεκτος καὶ πανευσεβὴς λαὸς ἀπαρασάλευτα κατέχει καὶ διάγνωστα, εἰ μὴ τοῦτο εὐθὲς ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. πάντως γὰρ εἰ χλεύη τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ ἀκερδὲς, καὶ ἀνόνητον, πολλῶν γεγονότων θεοφόρων ἁγίων πατριαρχῶν πατέρων, καὶ διδασκάλων, ἐνέσκηψε τοῦτο τινὶ τοῦ καταπαῦσαι τὴν πλάνην. ἀλλ᾽ οὐδεὶς τούτων ἀνατρέψαι τοῦτο ποτὲ δεδοκίμακε. μᾶλλον μὲν οὖν κεκύρωκε, καὶ ὁσημέραι τὸ πρᾶγμα ἐπηύξησε, καὶ προστίθεται, προθήκην ἐπὶ προθήκῃ δεχόμενον. δέον τοίνυν καὶ ἄλλων ἱστορικῶν ἐπιμνησθῆναι πρὸς

ut ego existimo, Christus in inferno. Mõstratum igitur cooperatione Christi, factam esse & in inferno confessionem. Hæc autem dicimus, non ut de prophetia aliquid tollamus: sed ostendere uolumus, optimum Dominum à sua misericordia uinci: sicut in Niniue manifestum est, quę subuertenda erat, subuersa tamen non est. Et Ezechiæ ait: Dispone domui tuę, morieris enim tu, & non uiues: mortuus tamen tunc non fuit. Et ad Achab dixit, Inducam mala: & non induxit, sed dixit: Vide quomodo compunctus est Achab, ideo non inducam in diebus suis mala. Vicitq; iterum sententiam misericordia, ut & in plurimis iudicijs alijs, uincetq; in æternum, donec extrema fiat retributio, & soluantur hæ nundinæ, tunc non erit tempus quærendi auxilij: stabit enim homo cum onere suo. Nunc uerò tempus est adiutorij, nunc tempus negociationis, nunc tempus recõciliationis, nunc tempus solicitudinis & laboris. Et beatus quidem qui non labefactat, neque inflatur spe. Beatior autem, qui & sibi & proximo prodesse laboret. Hoc est enim quod misericordissimum Deum magnopere oblectat & lætificat, si in iuuando proximo singuli studiosi fuerimus. Hoc etiam est quod uult ac consulit misericors Deus, ut uicissim nos, tam in uita, quàm post mortem, beneficijs prosequamur. Nisi enim hoc in oculis suis rectum foret, nũquam occasionem dedisset habẽdæ memoriæ defunctorum in sacrificio illo incruento, sed neq; tricesimorum, quadragesimorum, & anniuersariorum, quæ nunc incõcussa & certiora, quàm de quibus iudicandum sit, apostolica catholicaqúe ecclesia, ac populus à Domino collectus, pietatiqùe deditus, absq; omni contradictione custodit. Profectò si friuolum & inutile opus foret, cum tot sancti diuino qúe spiritu pleni patriarchæ, patres, ac doctores ferunt, utique aliquis eorum ad errorem eiusmodi sopiendum incubuisset. At tantum abest, ne quis unquam subuertere tentarit, ut confirmarint etiam, quotidieq; magis ac magis huic operi studeant, incrementumq́ue adijciatur incremento. Cæterum hic & aliarum historiarum meminisse operæprecium

Nn fuerit

τούτοις. Γρηγόριος οὖν ὁ Διάλογος, ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ὥς ἴσασι πάντες, ἐν ἁγιοσύνῃ καὶ γνώσει διαβόητος, ᾧ φασὶ λειτουργοῦντι, οὐράνιος συλλειτουργεῖ καὶ θεῖος ἄγγελος. οὗτος ποτὲ ἀνὰ τὴν λίθινον πορείαν ποιούμενος, καὶ τὰς διεπίτηδες, εὐχὴν κραταιὰν πρὸς τὸν φιλόψυχον κύριον, ὑπὲρ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως πεποίηκεν. ὃς παραυτίκα φωνῆς θεόθεν ἐνηχθείσης αὐτῷ, ἐπακήκοε τάδε φησάσης. τῆς εὐχῆς σου, φησί, ἐπήκουσα, καὶ συγγνώμην Τραϊανῷ δίδωμι. σὺ δὲ μηκέτι προσθῇς ὑπὲρ ἀσεβῶν εὐχὰς προσενέγκειν μοι. καὶ ὅτι τοῦτο γνήσιον πέλει καὶ ἀδιάβλητον, μάρτυς ἑῴα πᾶσα καὶ ἑσπέριος. ἰδοὺ τοῦτο, τὸ Φαλκονίλλης ὑπέρτερον. ἐκείνη μὲν γὰρ οὐδενὸς ἄλλου κακῶν παραίτιος γέγονεν, οὗτος δὲ πολλῶν μαρτύρων οὐ μικρὸν ἐνεστήσατο μόρον. θαυμαστὸς εἶ δέσποτα, καὶ θαυμαστά σου τὰ ἔργα, καὶ σοῦ τὴν ἄφατον εὐσπλαγχνίαν δοξάζομεν, ὅτι πάντοτε πρὸς τὸ φιλάνθρωπον νεύεις, καὶ τοῖς δούλοις σου τὰς ἀφορμὰς παρέχεις, τῆς τε φιλαδελφίας καὶ τῆς πρὸς σὲ βεβαίας πίστεως καὶ ἐλπίδος. καὶ ἐδίδαξας ἡμᾶς διὰ τῶν σῶν θεραπόντων, εὐεργεσίας ποιεῖν ὑπὲρ ἀλλήλων. ἐξιλασμούς τε καὶ ὁλοκαυτώσεις, ὕμνους καὶ ψαλμῳδίας καὶ προσευχάς, οὐκ εἰκῇ καὶ εἰς μάτην. σὺ γὰρ ἀπλανὴς καὶ ὑπάρχεις, καὶ δίδως πᾶσιν ὀπίσω τοῖς προσφέρουσιν εἰς δόξαν σου, μυριοπλασίονα τὴν ἀντίδοσιν, καὶ οὐδὲν ὅλως τῶν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι γινομένων ἀνόνητον. μή τις τοιγαροῦν τοῦτο οἰέσθω ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ὅτι ὥσπερ ὅσα τῷ θεῷ μετὰ πίστεως φέρονται, οὐ πολλαπλασίονα δίδωσι τὴν ἀντίδοσιν. ὥσπερ γὰρ μύρον, ἢ ἕτερον ἅγιον ἔλαιον, ὁ περιχρίειν θέλων νοσοῦντα, πρῶτον ἐκεῖνος, εἶτα ὁ χρίων μετέχει τῆς χρίσεως, εἶθ' οὕτως ἀλείφει τὸν κάμνοντα· οὕτω, καὶ πᾶς τις ὑπὲρ τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας ἀγωνιζόμενος, πρῶτον ἑαυτὸν μὲν ὀνίνησιν, εἶτα τὸν πέλας. οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. Ἀθανάσιος αὖθις ὁ πάνυ, ἐν τῷ εἰς κοιμηθέντας αὐτοῦ παναρμονίῳ λόγῳ, τάδε φησίν· ὅτι κἂν εἰς ἀέρα ὁ εὐσεβεῖ τελειωθεὶς κατατεθῇ, μὴ ἀπαναίνου ἔλαιον καὶ κηροὺς χριστὸν τὸν θεὸν ἐπικαλεσάμενος, ἐν τῷ τά-

fuerit. Gregorius itaque qui Dialogos à nostris dicitur, ueteris Romę episcopus, uir (quod testantur omnes) sacrarum disciplinarum intelligentia celebris, cui etiam (ut ferunt) sacra facienti cœlestis angelus socium se addidit: simul sacrificãs, cum per forum Traiani lapidibus stratum iter faceret, ualidas preces ad misericordem, animabusque propitium Dominum habuit, ut Traiano regi peccata dimitterentur. & cõfestim uox diuinitus allata, audita est, in hunc modum dicẽs: Preces tuas audiui, & ueniam Traiano do: tu uero deinceps pro impio hostiam mihi ne offeras. Testatur autem oriens & occidẽs totus, miraculum hoc germanum & irrefutabile. Ecce amplius hoc est, quàm quod de Falconilla traditur. Hęc enim unius, nẽpe idololatrię, & nullius præter id criminis rea erat. Ille uerò multos etiã martyres nõ rarò morti condẽnauit. Mirabilis es Domine, & mirabilia sunt opera tua. misericordiam tuam ineffabilẽ rectè glorificamus: undiquaque enim ad misericordiam propensus es, seruisque tuis uarias occasiones salutis, fraternæ dilectionis, solidæque spei ac fidei erga te prębes, docens per famulos tuos nos inuicem mutuis beneficijs debere prosequi: qualia sunt propitiationes & holocausta, hymni, psalmorum cantus, & preces. Neque id temerè, frustràue. Nam cum errare nescias, ad largiendumque sis facilis, & millesariam retribuas pro omnib. quę in gloriã tuam offerunt, quomodo inutile erit aliquid quod in nomine tuo fuerit factũ? Quocirca ne quis existimet fratres et patres charissimi, si quę in fide offerant Deo, nõ receptura multiplicem retributionẽ. Quemadmodũ enim qui ægrotantem unguento uel alio pretioso oleo uult inungere, prior ipse unguẽdo particeps est unctionis, & sic postea inungit laborantem morbo: ita qui pro salute proximi, adhibito studio aliquid facit, primũ sibi, deinde & proximo prodest. Non enim iniustus est Deus, iuxta diuum Apostolum, neque ullius operis obliuiscitur. Insuper & Athanasius in sermone illo undecunque concinno, quem in eos qui obdormierunt, scripsit, scitè dicit: Si quis diem obierit, licet in aerem deponatur inhumatus, ne omiseris oleum & ceram, inuocato Christo Deo, ad sepulchrum

φθῶ προσάψαι. δεκτὰ γὰρ ταῦτα παρὰ θεῷ, καὶ πολλὴν ἐξ αὐτοῦ φέροντα τὴν ἀντίδοσιν. τὸ γὰρ ἔλαιον καὶ ὁ κηρὸς, ὁλοκαύτωσις. ἡ δέ γε ἀναίμακτος θυσία, ἐξιλασμός· ἡ δὲ πρὸς τοὺς πένητας εὐποιΐα, προσθήκη πάσης ἀγαθῆς ἀντιδόσεως. ἔστω οὖν ὁ σκοπὸς τοῦ τὴν προσαγωγὴν ὑπὲρ τοῦ κεκοιμημένου ποιοῦντος, ὃν τρόπον ὅταν τις νήπιον ἔχῃ τέκνον, καὶ παντελῶς ἄναρθρον καὶ ἀνίσχυρον, εἶτα νοσοῦντος τούτου καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ κηροὺς καὶ θυμίαμα σὺν ἐλαίῳ εἰς θεῖον ναὸν μετὰ πίστεως ἄξῃ, ὁλοκαυτώσῃ τε ταῦτα διὰ τὸν παῖδα. οὐχ ὡς αὐτὸς ὁ παῖς ταῦτα καὶ κρατεῖ καὶ προσάγει ὡς τὰς ἀποταγάς τε, καὶ συνταγὰς ἐπὶ τῆς θείας ἀναγεννήσεως· οὕτω καὶ τὸν ἐν κυρίῳ τελειωθέντα ἐννοείτω καὶ κρατεῖν καὶ προσφέρειν τούς τε κηροὺς, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ τὰ εἰς λύτρον αὐτοῦ προσαγόμενα πάντα· καὶ οὕτω θεοῦ χάριτι τοῦ μετὰ πίστεως σκοποῦ, οὐδ' ὅλως ματαιωθήσεται. ταῦτα γὰρ οἱ θεηγόροι Ἀπόστολοι, καὶ θυηπόλοι διδάσκαλοι, καὶ πνευματοφόροι πατέρες, ἐν κατοχῇ τοῦ θείου κατὰ τὸ θεμιτὸν γεγονότες, καὶ τῆς ἐκστατικῆς τούτου δυνάμεως πως μετειληφότες, ἐνθέῳ στόματι θεοφιλῶς ἐθέσπισαν, καὶ λειτουργίας καὶ εὐχάς τε καὶ ψαλμῳδίας, ἐτησίους τε μνήμας τῶν προλαβόντων. ἅ τινα μέχρι τοῦ νῦν θεοῦ τοῦ φιλανθρώπου τῇ χάριτι, ἐπαύξουσι καὶ προστίθενται ἀπὸ ἀνατολῶν Ἡλίου μέχρι δυσμῶν καὶ Βορρᾶ καὶ νότου εἰς δόξαν καὶ αἶνον τοῦ κυρίου καὶ Βασιλέως τῶν Βασιλευόντων θεοῦ. εἶτα φησὶ ὁ ὑπεναντίος. εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πάντες σωθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἀστοχήσει. εὖγε τοῦτο καὶ εἴθε. αὐτὸ γὰρ καὶ διψᾷ καὶ θέλει, καὶ ζητεῖ, καὶ ἐφίεται, καὶ ἐν τούτῳ χαίρει καὶ κατευφραίνεται ὁ ὑπεράγαθος κύριος, ἵνα μή τις τῶν αὐτοῦ θείων δωρεῶν ἀστοχήσῃ. μὴ ἀγγέλοις τὰ γέρα καὶ τοὺς στεφάνους ἡτοίμασε; μὴ διὰ τὸ σῶσαι τοὺς οὐρανίους νόας ἐπὶ τῆς γῆς παραγέγονε; καὶ ἐκ παρθένου ἀδιαφθόρως σεσάρκωται; καὶ βροτὸς ἐχρημάτισε, καὶ παθῶν καὶ θανάτου ἐγεύσατο; μὴ τοῖς ἀγγέλοις ἐρεῖ, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου τὴν ἡτοιμασμένην ἡμῖν βασιλείαν κληρονομήσατε; οὐκ ἔχεις τοῦτο εἰπεῖν ὁ ἀντιλέγων. ἀλλὰ πάντα διὰ τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ πέπονθεν, οὕτω καὶ ἡτοίμασε. τίς γὰρ

chrum accendere: Accepta enim Deo sunt, plurimamq́ secum referunt retributionem. Oleum enim & cera, holocaustum est: incruentæ autẽ hostiæ oblatio, ꝓpiciatio est. Quod uerò in pauperes collocatur beneficium, omnis bonæ retributionis augmentũ. Itaq; pro defuncto oblaturus, eundẽ seruet scopum, quem qui pro paruulo filio, adhuc imbecillo & infante. Interim enim dum puer ęgrotat, affert ceram, oleum, et thymiama in templũ Domini magna fide, & accendit pueri nomine. Neque enim puer hoc faceret, uel posset, cũ ignoret diuinæ regenerationis constitutiones. Sic cogitet etiam eum, qui in Domino mortem obijt, & posse & afferre ceram, oleum, & cætera quæ in redemptionẽ offerri solent. Quod si hac ratiōe & fide obtulerit, eius gratia non undiquaq; diuina gratia priuabitur. Apostoli eñ Dei prædicatores & magistri sacrificiorum curatores, alijq́ patres sacro afflati numine, & participes uirtutis animum excedere facientis, secundum quod fas erat, & acceptum Deo, diuino ore annunciarũt, operationes sacras & preces & psalmos anniuersarias'que defunctorum memorias, & quæcunque usque in hodiernũ diem gratia benignissimi Dei augentur, incrementum que accipiunt, ab ortu solis usque ad occasum, & à septentrione & meridie in gloriam & laudem Dei Domini dominorum, & regis regnantium. Insuper ait aduersarius: Si hæc ita se habent, saluabuntur omnes, & aberrabit nullus. Valde bene, & ô utinam. Quid enim aliud sitit, uult, petit, desiderat, & in quo alio ita gaudet & lætatur optimus Dominus, quã ne quis à muneribus suis excidat? Num angelis honorem & coronas has præparauit? Num ut cœlestes mentes saluaret, in terra comparuit? Et ideo ex incorrupta uirgine incarnatus, & mortalis docuit, passiones'que ac mortem gustauit. Num angelis dicet: Venite benedicti patris mei, regnum uobis præparatum in hæreditatem accipite? Non potes hoc dicere ô contradictor, sed omnia propter hominem sicut passus est, ita & præparauit. Quis enim

ποιῶν πανδαισίαν καὶ συγκαλέσας τοὺς φίλους, οὐ θέλει πάντας ἐληλυθέναι. εἰς τί γὰρ καὶ τὴν εὐωχίαν ἡτοίμασεν, ἀλλ' ἢ τὸ δεξιώσασθαι τοὺς οἰκείους φίλους; καὶ εἰ ἐν ἡμῖν ἐπίσπουδον, τί ἂν τῷ μεγαλοδώρῳ καὶ μόνῳ φύσει ὑπεραγάθῳ θεῷ; ὃς νέμων καὶ διδοὺς, πλείονα χαίρει καὶ ἐπαγγέλλεται, ἢ ὁ λαμβάνων καὶ σωτηρίαν μεγίστην ἑαυτῷ πορίζόμενος; τοίνυν σκόπει, πᾶς τις ὁ τοῖς ῥηθεῖσιν ἀμφισβητῶν, ὅτιπερ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων ὁ μικρὰν ἀρετῶν ζύμην κτησάμενος, μὴ φθακὼς δὲ ταύτην ἀρτοποιῆσαι, ἀλλὰ βουληθεὶς μὲν, μὴ δυνηθεὶς δὲ τοῦτο, ἢ ῥαθυμίας, ἢ ἀμελείας, ἢ ἀνανδρίας ἕνεκα, ἢ τῆς ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἀναβολῆς, ὑποφθασθεὶς δὲ καὶ μεριαθεὶς παρ' ἐλπίδα, οὗτος οὐκ ἀπολησθήσεται παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ καὶ δεσπότου· ἀλλ' ἐγερεῖ αὐτῷ μετὰ θάνατον τοὺς οἰκείους, καὶ τούτων τὰς γνώμας ἰθυνεῖ, καὶ τὰς καρδίας ἑλκύσει, καὶ τὰς ψυχὰς ὑποκάμψει πρὸς ἀρωγὴν, καὶ βοήθειαν τούτου· καὶ σπεύσουσι κινηθέντες, θεόθεν ἀψαμένου τοῦ δεσπότου τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ἀναπληρῶσαι τοῦ οἰχηθέντος τὰ ὑστερήματα. ὁ δ' αὖγε βίον πονηρὸν κεκτημένος, καὶ συμπεφυρμένον τε ὅλον ἀκάνθαις, καὶ πλήρη ὄντα ὑλῶν τῶν ἀκαθάρτων, ὃς οὐδέποτε συνειδήσει διῆξεν, ἀλλ' ἀδεῶς καὶ ἀδιαφόρως ταῖς τῶν ἡδονῶν ἐνέκειτο δυσωδίαις, πράττων ἁπάσας τὰς τῆς σαρκὸς ὀρέξεις, καὶ μηδὲν ὅλως περὶ ψυχῆς φροντίζων, ἔχων τε τὸ φρόνημα σαρκικὸν ἅπαν, εἶθ' οὕτως φθασθεὶς ἐκδημήσει τοῦ βίου, τούτῳ παντελῶς οὐδεὶς ὀρέξει χεῖρα. ἀλλ' οὕτω πάντα τὰ κατ' αὐτὸν διαπραχθήσεται, ὡς μήτε ὑπὸ συνεύνου, ἢ τέκνων, ἢ ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ φίλων, ὑπουργηθῆναι τὸ σύνολον, ὅτι μηδ' ἔχει θεὸς ἐν μέτρῳ τοῦτον. ἐμοὶ γοῦν καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλος, γένοιτο εἰ μὲν οἷόν τε ἑαυτῷ ὑπουργῆσαι, καὶ μηδὲν καταλεῖψαι ὑστέρημα. εἰ δ' αὖ φθασθείην τετελειωμένος, καὶ ὁ κύριος ὁ πολὺς ἐν ἐλέῳ, ὑποκάμψαι μοι τοὺς ἀγχιστεῖς καὶ φίλους, καὶ θερμῆναι τούτων τὰς ψυχὰς καὶ καρδίας, ὡς ἂν δι' ἔργων ἀγαθῶν τε καὶ θεαρέστων, ἐπικουρήσωσί μοι λίαν προθύμως, καὶ εἴτι ὡς ἄνθρωπος καταλείψω ὑστέρημα, ἀναπληρῶσαι ἔν μοι μετὰ τὸν πότμον. Ναὶ κύριε ὁ τῶν θαυμασίων θεὸς, καὶ τῶν ἀπόρων ποριστὴς,

generale conuiuiũ faciẽs, uocatisq; amicis, nollet oẽs uenire? Ad quid nam tãtum instruxit epulum, preter quàm ut familiares excipiat amicos? Et cum inter nos hoc tam accuratè seruetur, quid ergo magnificũ, naturaq; liberalẽ Deum decet? Qui cum distribuat & largiatur, plura tamen daturum se hilariter pollicetur, quã accipiat etiam qui salutem maximam se inuenisse putet. Iam hoc quisquis es, qui dicta nostra in dubium reuocans, considera quòd qui uel parum de fermento uirtutũ possederit, & tempus non habuerit, ut ex eo panem faciat, & uoluerit quidem: licet uel ob desidiam, uel negligentiam, uel fragilitatem, uel quotidianam procrastinationem nequiuerit, præterq; spem inopinata morte hinc abreptus fuerit, non appellabit à iusto iudice & domino, sed excitabit sibi etiam post mortẽ familiares, quorũ uoluntates diriget, corda trahet, & animos inflectet ad ferendas sibi suppetias: ipsiq; diuinitus moti, & à domino cordium suorum accensi, accelerabunt implere quæ à defuncto prætermissa fuerunt. Cæterum qui flagitiosam uitam egerit, spinis undiq; conspersam, oppletamq; impuro cœno, ita ut nunquam secundum conscientiam conuersatus sit, sed indifferenter in illicitis uoluptatum fæculentijs iacuerit, explẽs quidem omnia carnis desideria, nullam autem omnino de anima curam habens, tametsi carnali prudẽtia polleat, & ita morte præoccupatus, è uita migrarit: illi planè nullus manum porriget, sed in omnibus ita se habebit, ac si neque contoralis, neque liberi, neque cognati, neque alij amici subsidium ferrent, quia Deus ipsum in numero non recenset. Quamobrem utinam mihi amicis'que meis contingat, ut quantum posibile est, & nullis omnino dimissis reliquijs, meipsum adiuuem. Sin imperfectionem mors anteuortat, oro Dominũ alioqui misericordisimũ, ut inflectat & accendat propinquorum amicorumq; meorum animos & corda, ut bonis ac Deo gratis operib. quàm prõptisimè mihi opitulentur: & si ut homo quid intermisero, post mortẽ propter me adimplere curẽt. Etiam obsecro Domine mirabiliũ Deus, & inopũ locupletator,

ne quid

μηδὲν εὑρεθείη μοι ἐν τῇ σῇ παρουσίᾳ μικρὸν, ἢ μέγα ὑστέρημα, μήτε μὴν πᾶσι τοῖς ἐπὶ σοὶ πεποιθόσιν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ προμνημονευθείς μοι θεορήμων Χρυσόστομος, διαπρυσίως διδάσκει καὶ κράζει. ἵνα δὲ καὶ αὖθις τῶν χρυσοτάτων αὐτοῦ λογίων ἐφάψωμαι· εἰ φησὶ οὐκ ἔφθασας πορίσαι ἐν τῷ βίῳ τὰ τῆς ψυχῆς σου πάντα διευθετῆσαι, κἂν ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου ἔντειλαι τοῖς σοῖς μετὰ θάνατον παραπέμψαι σοι τὰ σὰ, καὶ βοήθειαν δοῦναί σοι δι' ἔργων ἀγαθῶν, ἐλεημοσυνῶν λέγω καὶ προσφορῶν, κἀντεῦθεν τὸν λυτρωτὴν καταλλάξαι. δεκτέα γὰρ αὐτῷ ταῦτα, καὶ προσφορά. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ. γράψον φησὶν ἐν τῇ σῇ διατυπώσει μετὰ τῶν τέκνων καὶ συγγενῶν, συγκληρονόμον, καὶ τὸν δεσπότην. ἐχέτω σου ὁ χάρτης, τοῦ δικαστοῦ τὸ ὄνομα, καὶ μνήμης μὴ ἀμοιρείτω πτωχῶν, κἀγὼ τούτων ἐγγυητής. οὐ δίδομεν τοίνυν ἀφορμὰς καὶ προφάσεις τοῖς ζῶσί τινα μὴ ποιεῖν ἐλεημοσύνας, ἀλλὰ φυλάττειν ταῦτα μετὰ τὸν θάνατον. ἔκτοπον γὰρ τοῦτο πάντῃ, καὶ βέβηλον, καὶ τῆς θείας νομοθεσίας ἀλλότριον. ἀλλὰ κάλλιστον καὶ θεάρεστον, καὶ εἰς ἅπαν εὐπρόσδεκτον, τὸ, πάντα ἄνθρωπον θεοσεβῆ καὶ φιλόχριστον, καθαίρειν ἑαυτὸν δι' ἀγαθοεργίας παντοίας, ἀπεχόμενον πάσης ἀκαθαρσίας, ἐχόμενον δὲ τῶν τοῦ θεοῦ φαεινῶν προσταγμάτων, ὡς ἂν πρὸς τὸ τέλος ἐληλακὼς, μετὰ παρρησίας λέξοι πρὸς τὸν δεσπότην. ἑτοίμη ἡ καρδία μου ὁ θεὸς, ἑτοίμη ἡ καρδία μου. καὶ οὕτως ἡδέως προσυπαντήσοι τοῖς ἐπέκτους ἀγγέλοις. ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο μὲν, ὀλιγάκις κατὰ τὸν τοῦ δεσπότου λόγον, ὀλίγοι φησὶν οἱ σωζόμενοι. καίτοιγε τοῦτο οὐχ ἁπλῶς εἴρηκεν ἡ τῶν ὅλων σοφία, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι θαυμαστικῶς, τὶ ὀλίγον οἱ σωζόμενοι; τοῦτο λοιπὸν ἐπιστάμενοι, ὅτι ἐργῶδες λίαν εὑρεθῆναί τινα τῆς πρώτης μερίδος, ἐξ ἀνάγκης ἐπάγομεν τὴν δευτέραν, ἀποστολικαῖς τε καὶ πατρικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσιν. ὡς καὶ τοὺς κατοιχομένους θεοῦ ἀγαθότητι ὠφελεῖσθαι, καὶ τὴν φιλαδελφίαν ἐπαυξάνεσθαι, καὶ τὴν τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδα βεβαιοῦσθαι, καὶ τὴν πρὸς θεὸν εὐχὴν καὶ πίστιν κρατύνεσθαι, καὶ τὴν περὶ τοὺς θείους ναοὺς συνδρομὴν θερμοτέρως πληθύνεσθαι, καὶ τὴν εἰς τοὺς πένητας εὐποιΐαν πλατύνεσθαι.

ne quid reliqui quod expendi oportebat, ſiue magnũ, ſiue paruũ, penes me, uel omnes qui in te confidunt, id aduentu tuo inueniatur. Sic enim Chryſoſtomus ille diuino pollens eloquio, cuius ſuprà mentionem feci, manifeſtè docendo clamat. Et ut denuo ſaluberrimis ipſius ſermonibus accendamur, ſic dicit: Si adhuc in hac uita conſtitutus, omnia quibus animæ tuæ prodeſſe poteras, bene diſpenſare neglexiſti, & uel ad calcem uitæ tuis mandaſti, ut tua tibi ipſi ſubmittendo erogent, bonisq́ operibus te adiuuent (eleemoſynis dico, & oblationibus) etiam hac ratione ſaluatorem conciliaueris. Accepta enim etiam hæc ipſi ſunt, ac oblatio. Et idem alibi iterum ait: Scribe in tabulis tuis, & cum filijs cognatisq́ hæredem nomina, & dominum. Habet etiam iudicis nomen codicillus, pauperum quoq́ memoriam ne aboleat, & illorum ego fideiuſſor ero. Nulli autem uiuentium propterea occaſionem damus, ne faciat eleemoſynas, differendo uſq́ poſt mortem. Abſurdum enim hoc foret modis omnibus, prophanumq́, et à diuinis legibus alienum. Vt ediuerſo pulcherrimum, Deoq́ gratiſſimum, quin et in omnem euentum ſuſceptu digniſſimum, quòd omnis homo, Dei religioſus cultor & Chriſti amator, multijugis operibus purget ſeipſum, abſtinendo ab omni im̃unditia, ſeruetq́ illa lucida pręcepta Dei, ut cũ ad finẽ uitæ peruenerit, cum omni libertate dicat ad Dominum: Paratum cor meũ Deus, paratũ cor meũ: & ſic ſuauiter occurrat, & loquatur angelis. Sed hoc rarius contingit, iuxta ſermonẽ Domini, dicentis: Pauci autem qui ſaluanť. quamuis hoc ſumma ſapientia nõ ſimpliciter dixerit, ſed perinde ac quis admirando dicat, paucos ſaluãdos. Reliquum eſt, cum ſciamus ualde difficile inuenire aliquem primę huius claſſis, innitentes apoſtorum patrumq́ dictis, ſecundam claſſem neceſſario inducimus. Ita & defuncti, bonitate diuina multum capient emolumenti, fraternæ dilectionis ſtudium increſcet, reſurrectionis ſpes ſolidabiť, preces ad Deũ ut fides, magis inualeſcẽt, deniq́ ad templa diuina frequentius confluẽť, atq́ in pauperes beneficentia dilatabitur.

ἴδε κατὰ πόσους τὸ πρᾶγμα ἐπικερδὲς, καὶ ὠφέλιμον, καὶ παρὰ πόσων ὑποθέσεων ἡ τῶν κατοιχομένων ὠφέλεια. ἀφορμὴ γὰρ γίνεται τῶν καταλλαγέντων ἁπάντων. ἐπεὶ εἰ τὸ αἴτιον ἀναιρεῖς, καὶ τὰ τούτου ἀκόλουθα. τίς γὰρ ἀνάγκη τοὺς μικροψύχους δαπανῆσαι πείσοι, καὶ ταύτην διαπράξασθαι, εἰ μὴ πληροφορίαν ἔχουσι τοῦ ἑαυτῶν ὠφελεῖν; παύσονται δὲ καὶ αἱ περὶ τὰς διατυπώσεις τῶν πενήτων ἐγγραφόμεναι μοῖραι, καὶ σὺν ταύταις αἱ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, λειτουργίαι, ὑμνῳδίαι τε καὶ ψαλμῳδίαι, τεσσαρακοστὰ σὺν τριτηνάταις, καὶ ἐτήσιοι μνῆμαι καὶ τελεταὶ, αἵ τινες οὐκ εἰς μάτην ἐπενοήθησαν. ἀλλὰ μὴ γένοιτο, ἢ δοξάσαι καθόλου, ἢ παραλείψασθαί τι τούτων. εἰ δέ τις λέγοι περὶ τῶν ξένων καὶ πενήτων, οἳ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἀγωνιζομένους οὐ κέκτηνται, οὔτε μὴν λειτουργιῶν, ἢ διαδόσεων ἀπόμοιραν καταλιπεῖν ἐξισχύουσι. τί ἄρα φησὶν οὗτος, μὴ διὰ τὸ ἀπορεῖν αὐτοὺς καὶ ξένους ὑπάρχειν καὶ παραλελογισμένους, καὶ συμπόνους μὴ ἔχειν ἀστοχήσωσι σωτηρίας; οὐκοῦν, ἄδικος ὁ θεὸς ἵνα τῷ ἔχοντι δώσει, τῷ δὲ μὴ ἔχοντι μηδὲν παρέξῃ. ἄπαγε τοῦτο πᾶς τις ἐξ ἑαυτοῦ. καὶ γὰρ δίκαιος ὁ θεὸς καὶ δεσπότης, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τ' ἀληθέστερον, αὐτοδικαιοσύνη, καὶ σοφία, καὶ ἀγαθότης, καὶ δύναμις ἐνυπόστατος. ὡς οὖν δίκαιος, ἀντιμετρήσοι τῷ ἀπόρῳ τὰ εὔπορα· ὡς δὲ σοφὸς, τὴν τῶν ὑστερημάτων ἀνταλλαγὴν πραγματεύσεται· ὡς δυνατὸς, τὸν ἰσχυρὸν κατεάξει, καὶ τὸ ἀσθενὲς ἐνισχύσει· ὡς δ' ἀγαθὸς, τὸ τῶν οἰκείων χειρῶν διασώσει πλαστούργημα, εἰ μήτις εἴη τῶν προδήλως κατεγνωσμένων, καὶ τῶν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀποπτυσάντων. οὗ τινος ἡ εὐώνυμος πλάστιγξ ἐπὶ πολὺ βαρυνθήσεται. φασὶ γὰρ οἱ φωτισθέντες θεόθεν ἄνδρες, ὅτι ὥσπερ ἐν ζυγῷ ἐν τῇ ὑστάτῃ πνοῇ αἱ τῶν ἀνθρώπων δοκιμάζονται πράξεις. καὶ εἰ μὲν ἡ δεξιὰ πλάστιγξ τῆς ἑτέρας ὑπερέξει, εὔδηλον ὡς ἐν τοῖς δεξιοῖς Ἀγγέλοις ὁ τυχὼν ἐναποψύξειεν. εἰ δ' αὖ ἐξ ἴσου ἀμφότερα, νικᾷ πάντως ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία. ἀλλ' ὡς φασὶν οἱ θεηγόροι, εἰ καὶ μικρὸν ἡ τρυτάνη τοῖς εὐωνύμοις νεύσει, μὲν τηνικαῦτα ὁ τοῦ θεοῦ ἔλεος ἀναπληρώσει τὸ δέον. ἰδοὺ τρεῖς, αἱ τοῦ δεσπότου θεῖαι κρίσεις· ἡ μὲν πρώτη δικαία, ἡ δευτέρα φιλάνθρωπος, ἡ δὲ τρίτη ὑπεράγαθος. εἶτα ἐκ τούτων ἡ τετάρτη. ὁπόταν αἱ πονηραὶ πράξεις ὑπερσταθμιδῶσιν ἄγαν,

Vide quot nominibus opus hoc utile sit, & lucrosum, et quot fundamētis defunctorum utilitas subsistat. Ipsa enim prædictorum omniū occasio est. Quā si demoliaris, ruent & quæ cōsectanea. Nā nisi manifestis pluribusq́ argumētis pusillanimes persuasum habeant, se ꝓdesse suis, qua necessitate ad curāda talia accingentur? Quin etiam interim cessabunt portiones in testamētis pauperibus assignatæ, & cum his operationes sacræ pro mortuis. Quadragesimi cū tricesimis, anniuersarij cū memorijs & sacrificijs: quæ non frustra excogitata sunt. Absit autē, ne tanta uel damna admittamus, uel commoda relinquamus. Porrò si quis de peregrinis & inopibus hic dicat, qui nullos habēt pro se aliquid facturos, neq́ portiones relinquūt in sacra pauperes ue distribuēdas: quid nam dicit hic? num quia pauperes sunt & contēpti & peregrini, & adiutoribus carent, salutis erunt expertes? Iniustus ergo Deus qui habenti daturus est, non habenti uerò daturus nihil? Hic cautus sis, quisquis ex Deo es. Etenim Deus & Dominus noster iustus est, imò q̀ dictu uerius, ipsemet iustitia, & sapientia, & bonitas, & uirtus. Idcirco ut iustus, remetiet̄ inopi largiter: ut sapiēs, corporū cōmutandorum negociationē exercebit: ut potēs, fortē cōculcabit, & infirmū roborabit: ut bonus, figmentū manuum suarum saluaturus est: nisi quis manifestè damnatus sit, aut rectam fidem respuerit, in cuius trutina, lanx sinistra ob grauitatem multum deuergat. Aiunt enim uiri diuinitus illustrati, quòd cum exhalamus spiritum, quasi in libra humana opera probantur. Et si lanx dextera alteram superexcedat, manifestum quòd is cuius opera examinantur, in dextris refocillabitur Sin utraque æqualiter pendeat, uincet tamen omnino diuina misericordia: quin etiam ut Theologi referunt, si sinistra parum uergat, misericordia Dei totum adimplebit. Ecce tria diuina Domini iudicia, primum iustum, secundum uerò misericors, tertium denique plus quā misericors. Addere licet ad hæc quartū, quādo mala opera multū ꝑpōderāt.

Heu

οἴμοι ἀδελφοί, ὅτι καὶ ταύτῃ δικαιοτάτῃ, πάντως δίκαια διαιτίζουσα τοῖς κεκριμένοις. εἰ δέ τινες λέγοιεν περὶ Βασιλείου τοῦ μάκαρος καὶ οἰκουμενικοῦ φωστῆρος ὡς εἰρηκότος αὐτοῦ, μὴ πλανᾶσθε, θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. νεκρὸς εἰς θυσίαν οὐκ ἀνάγεται. ζῶσαν φησι πρόσαγε τὴν θυσίαν σου. μὴ δυνάσαι ἐκ τῶν τῆς τραπέζης σου λειψάνων τοὺς λαμπροὺς δεξιώσασθαι τοῦ βασιλέως, καὶ γὰρ ὁ ἐκ τοῦ περιττεύματος προσφέρων, ἀπρόσδεκτος. σὺ δὲ ἃ μετὰ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἐπερίσσευσέ σοι ταῦτα προσφέρεις τῷ εὐεργέτῃ; ἐροῦμεν; καλῶς ὁ μέγας Βασίλειος καὶ λαλεῖ καὶ διδάσκει. ἀλλ' ἴδε πρὸς τίνας λέγει. πρὸς πλεονέκτας, πρὸς ἅρπαγας, πρὸς παντελῶς ἀσπόνδους, καὶ ἀνελεήμονας, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ λέγων, λιθίνῃ διαλεγόμεθα καρδίᾳ. καὶ ὅτι ὃν μὲν ἔζησας χρόνον καθηδυπαθῶν τοῦ βίου καὶ τῇ τρυφῇ διαρρέων, οὐδὲ προσβλέπειν ἠνείχου τοὺς πένητας. ἀποθανόντος δὲ σου, ποῖος μισθὸς ἐργασίας ὀφείλεται; καὶ αὖθις, ὅτι συσκοτεῖ μοι ἡ οἰκία τοῦ γείτονος. καὶ ὅτι ὁ πλεονέκτης, οὐκ αἰδεῖται χρόνον, οὐ γνωρίζει ὅρια, ἀλλὰ πυρὸς δίκην, πάντα καταλαμβάνει καὶ ἐπινέμεται, καὶ ὡς ποταμὸς ὁρμηθεὶς, τῇ φορᾷ παρασύρει τὸ ἐνιστάμενον. καὶ ἕτερα τούτοις ἐφάμιλλα, ἅπερ πάντες ἴσασιν οἱ ἐμμελῶς τῇ πανιέρῳ βίβλῳ τούτου προσεπικύψαντες. ὅτι πρὸς τοὺς μηδαμῶς ἐν τῷ ὅλῳ τοῖς πένησι δεδωκότας, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων ἁρπάζοντας, ὁ λόγος ἐξήρηται. καὶ μή τις εἴποι· καὶ ποῦ φησιν εὑρεθῆναι τοιοῦτον ἄνθρωπον πλούτῳ κομῶντα. καὶ τοὺς πένητας μὴ οἰκτείραντα; ναὶ ὄντως εὑρίσκεται, καθὰ καὶ προείρηται ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις χρόνοις. ἐν οἷς καὶ ἐν τοῖς τοῦ ἀοιδίμου καὶ πανοσίου Ἰωάννου τοῦ ἐλεήμονος, ὁ μετελθὼν ἐξ ἀσπονδίας εἰς παντελῆ ἐλεημοσύνην καὶ ὁσιότητα Πέτρος ὁ τελώνης ποτέ. φέρεται γὰρ ἐν τῇ τούτου πανολβίᾳ τοῦ βίου δέλτῳ, ὅτι φησὶν ἐν ἐκστάσει αὐτοῦ γεγονότος, καὶ τὰς οἰκείας πράξεις σταθμιζομένας θεασαμένου, κατιδεῖν λέγεται σιλίγνιον ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ ζυγοῦ πλάστιγγι, ὃ καὶ αὐτὸ μετ' ὀργῆς ἀντὶ λίθου, εἰς τὸ τοῦ πένητος καταλῦσαι πρόσωπον. δι' ἧς ὀπτασίας, ἤδη τὸ λίαν θεοσεβὲς κατωρθωκέναι δέδεικται ὁ μακάριος οὗτος Πέτρος. ἰδοὺ τοιγαροῦν ἀναμφιβόλως ἐγνώρισται, πρὸς οἵους ὁ μέγας Βασίλειος τὸν λόγον ἐσκεύασε. γέγονε γὰρ ἐπὶ λι-

Heu mihi fratres, quia & hoc modis omnibus iustissimum, & iustè aduersus reos pronunciat. Quòd si aliqui dicāt, beatū Basilium, illud totius orbis luminare, dixisse, Nolite decipi. Deus nō irridetur, mortuū sup altare ne offeratis: uiuam, ait, affer hostiam tuam, non poteris ad reliquias mensæ tuæ purpuratos regios inuitare. Superflua enim & reiectanea si offerantur, carent gratia. At tu, quæ post omnem uitam tuā tibi superfuerint, benefactori tuo offeres? Bene magnus ille Basilius & loquitur, & docet: sed uide ad quos, nempe ad auaros, ad raptores: ad eos qui neq; fœdus, neq; misericordiam nouerint, ut ipse testatur, dicēs: Lapideo cordi loqmur: et quā diu uixisti, delicĳs uoluptatibusq; deditus eras & diffluebas, non ferens ut te pauperes uel aspicerent: mortuo te, qualis (putas) merces? quis fructus operi tuo dabitur? Et iterum: Vicini domus, meam tenebrosam facit. Et auarus neq; reueretur tēpus, neq; cognoscit terminos, sed uelut ignis omnia inuadit & depopulatur: & uelut rapidus impetuq; ruēs amnis, iniecta secū trahit. & cętera his similia, nota omnibus diligenter intendentib. sanctissimo illius libro. Ex quib. liquidū, quòd ad eos quibus nulla pauperū cura est, sermo elaboratus sit. Et ne quis dixerit, Vbi'nā inuenerit quis hominē opibus ita superbientē, & pauperibus immisericordē? Certè inueniūtur eiusmodi, sicut & dictum est, & id quidē in multis tēporibus. In ĳs tamē maximè, in quib. uenerabilis inprimisq; sanctus Ioannes Eleemosynarius uixit, quādo Petrus Telonearius aliquādo & durus pauperib. ex plurimis opibus, ex inuidia, ex immisericordia, ad cōsummatam misericordiam & sanctitatem peruenit. Nam ut est in libro beatissimæ illius uitæ, dicitur φ factus in extasi, uiderit opera sua pōderari, & inter cætera siligineum panem, quem pro lapidē aliquando in faciē pauperis iracundus miserit, in dextra libræ lance: eaq; uisione commonitus, tam pius postea euaserit. Videre itaque licet, in quos magnus ille Basilius sermonem illum apparauerit. Inualuerat enim per id tempus fa-

μὸς τὸ τηνικαῦτα ἰσχυρός τε καὶ μέγας κατ᾽ ἐκεῖνον χρόνον. καὶ οἱ μὲν πλουτοῦντες τῇ φειδωλίᾳ νικώμενοι, τὸν πλοῦτον συνεῖχον. οἱ δ᾽ αὖ πένητες ἀπορίᾳ πεζόμενοι, διεφθείροντο. ἤνοιξε τοίνυν ὁ θεῖος οὗτος ποιμὴν τοῖς ἀποτόμοις αὐτοῦ καὶ καμπτικοῖς ἅμα τε καὶ πληκτικωτάτοις λόγοις, τὰς τῶν ἐχόντων ἀδεῶς ἀποθήκας. εἰ μὴ γὰρ οὕτως ἀπεφήνεν, οὐκ ἂν οἱ πένητες διετράφησαν, οὔτε μὴν οἱ πλουτοῦντες πρὸς οἶκτον ἐκάμφθησαν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα. ἡμεῖς δὲ, σπουδάσωμεν ὅση δύναμις, ἐπὶ τῆς φρικώδους καὶ φοβερᾶς ἡμέρας, τῆς δευτέρας φημὶ τοῦ χριστοῦ παρουσίας, ὑπὸ τῶν οἰκείων μὴ ἐγκληθῆναι, ὡς τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἀμελήσαντες. καὶ μάλιστα οἱ παρ᾽ αὐτῶν ἐπιτροπὰς λαμβάνοντες καὶ παραθήκας. μὴ γὰρ οἰέσθω τις ὅτι οὐκ ἀναγνωρισμὸς ἑκάστου πρὸς ἕκαστον ἐπὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης συναγωγῆς γενήσεται. ναὶ ὄντως ἕκαστος ἀναγνωριεῖ τὸν πλησίον αὐτοῦ. οὐ διὰ τοῦ σώματος σχήματι, ἀλλὰ διὰ διορατικῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι. πόθεν ἀπαιτεῖς τοῦτο παραστησόμεθα; ἄκουε τοῦ δεσπότου χριστοῦ ἐν τῇ τοῦ πτωχοῦ Λαζάρου παραβολῇ, ἀριδήλως διδάσκοντος, ὅτι φησὶν ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ πλούσιος, ἐγνώρισε τὸν πτωχὸν Λάζαρον ἐν τῷ τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ κόλπῳ καθήμενον. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν Ἀβραάμ. καὶ μή τις εἴποι διὰ τὸ παραβολὴν εἶναι τὸ πρᾶγμα, τὸν σκοπὸν ὑπάρχειν ἀναπόδεικτον. αἱ γὰρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεῖαι πραγμάτων εἰσὶν ὄντων ἐνδεχομένων καὶ ἀποδεδειγμένων. ὁ δὲ Χρυσόστομος Ἰωάννης τάδε φησὶν, ὡς οὐ μόνον τοὺς ὧδε γνωστοὺς γνωριοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μηδέποτε εἰς ἡμετέραν ἀφιγμένους θέαν θεωρήσαμεν. καὶ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ οὐχ ἑώρακας, οὐδὲ τὸν Ἰσαὰκ, οὐδὲ τοὺς ἀρχιπάτορας, οὐ τοὺς προφήτας, καὶ ἀποστόλους, καὶ μάρτυρας, ἀλλ᾽ ἰδὼν τούτους ἐπὶ τῆς καθολικῆς ἐκείνης καὶ φρικτῆς πανηγύρεως γνωρίσας ἐρεῖς, ἰδοὺ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ οἱ λοιποὶ πατριάρχαι. ἰδοὺ Πέτρος, καὶ Παῦλος, καὶ πάντες οἱ ἀπόστολοι. ἰδοὺ ὁ Δαβὶδ ὁ θεοπάτωρ. καὶ προφητῶν ὁ ἑσμός. ἰδοὺ ὁ πρόδρομος Ἰωάννης, καὶ Στέφανος ὁ πρωτομάρτυς, καὶ ἡ πληθὺς τῶν ἁγίων. καὶ αὖθις ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος πρὸς τοὺς πλεονέκτας διαλεγόμενος. οὐ πρὸ ὀφθαλμῶν φησι λήψῃ τὸ τοῦ χριστοῦ δικαστήριον; ἐπειδάν σε κύκλῳ περιστάντες οἱ παρὰ σοῦ ἠδικημένοι καταβοῶσί σου, ὅπου γὰρ ἂν

mes magna. & diuites parsimoniæ seruientes, opes continebant: pauperes uerò inopia angustiati, fame peribant. Quamobrem diuinus ille pastor, abundantium penuaria uiolentis, flexanimis, plagosisq; uerbis aperuit. Nisi enim tam aspere rem indicasset, profectò neque tum pauperes enutriti, neque diuites ad misericordiam fuissent inflexi. Et hæc quidem ab illis facta sunt. Nos uerò omnibus uiribus satagamus, ne in horrendo formidabiliq; die secundi aduentus Christi, propter familiares nostros & amicos arguamur, neglectis quæ eis debemus officijs: præsertim cum toties ab eis admoniti simus, & deposita adhuc apud nos sint. Neque opinetur aliquis, quod in tremenda illa cōtione, inter nos ignoti simus futuri. Næ profectò unusquisq; proximum agnoscet, nō corporis habitu, sed perspicaci mētis oculo. Vnde hoc adstruemus, petis? Audi Dominū Christū in parabola pauperis Lazari id manifestè docentē, cū inquit: Diues, eleuatis oculis, agnouit pauperē Lazarū in sinu Abrahæ patriarchæ sedentē. Similiter aūt & Abrahā. Et ne quis dicat quia parabola sit, propterea minus satis cōprobatum quod propositū fuerat: sciat diuinas saluatoris nostri parabolas, rerum esse existentium, sicut in eis contentæ sunt & demonstratæ. Quare sicut ait Ioannes Chrysostomus, Non eos solum quos hîc nouimus, sed etiā quos nunquā uidimus, cognoscemus. Etenim neq; Abrahā uidisti, neq; Isaac, neq; patriarchas: sed ubi in generali tremenda illa congregatione uideris & cognoueris, dices: Ecce Abraham, & Isaac, & reliqui patriarchæ. Ecce Petrus, & Paulus, apostoliq; omnes. Ecce Dauid pater Dei, & prophetarum cunei. ecce præcursor Ioannes. & Stephanus protomartyr, & sanctorū multitudo. Ad hæc iterū ait celebratus ille in sacris disciplinis Basilius, ad auaros loquens. Num ante oculos proponis Christi tribunal? quoniam quotquot à te iniuria affecti, circunstabunt & inclamabūt. Quò tum imagini-

ἀποδιάγης τὸν ὀφθαλμόν, ἐναργῶς ὄψει τῶν κακῶν τὰς εἰκόνας. ἔνθεν τοὺς ὀρφανούς, ἐκεῖθεν τὰς χήρας, ἑτέρωθεν τοὺς καταδουλωθέντας ὑπὸ σοῦ πένητας, τοὺς οἰκέτας οὓς κατέξαινες, τοὺς γείτονας οὓς παρώργιζες, καὶ τὰ τούτων ἑξῆς. ὁ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ δευτέρας παρουσίας ἀκριβέστατος μύστης Ἐφραὶμ ὁ μακάριος, οὕτως διδάσκει. τότε φησὶ τέκνα τοὺς ἑαυτῶν κατακρινοῦσι γονεῖς, ὡς μὴ τὰ χρηστὰ διαπραξαμένους ἔργα. καὶ ὅτι βλέπουσι τοὺς γνωρίμους ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ οἱ ἄθλιοι. καὶ ὁπόταν τινὰς ἐξ αὐτῶν τοῖς δεξιοῖς ἴδωσιν καταταχθέντας μέρεσι, ἀποχωριζόμενοι, θρηνοῦσι τὸ συντακτήριον. καὶ αὖθις ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος. τότε φησὶ Καισάριον ὄψομαι, λαμπρόν, ἔνδοξον, ἀγαλλόμενον, οἷος μοι καὶ κατ' ὄναρ ὤφθης ἀδελφῶν φίλτατε, εἶτα ὁ ἐν βίῳ καὶ λόγῳ περίβλεπτος, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας θεμέλιος Ἀθανάσιος, τάδε φησὶ περὶ τῶν ἐν κυρίῳ νεκρῶν. ὅτι περ δὴ τοῦτο ὁ θεὸς τοὺς σωζομένους κεχάρισται, τὸ μέχρι τῆς κοινῆς ἀναστάσεως, ψυχικῶς ἀλλήλοις συνεῖναι καὶ συνευφραίνεσθαι, ἀπεκδοχὴν ἔχοντας τῶν μελλόντων αὐτοῖς ἀποκληροῦσθαι θείων δωρεῶν. οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ καὶ ταύτης τῆς παρρησίας ἐστέρηνται. οὐ γὰρ ἔχουσι τὸ διαγνωστικὸν ἐν ἀλλήλοις. ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ πανδήμῳ θεάτρῳ, καθὼς αἱ πράξεις ἀνακεκαλυμμέναι πάντων, οὕτω καὶ τὰ πρόσωπα γνώριμα παρὰ πάντων, ἕως οὗ ὁ πάντων ἔσχατος γένηται χωρισμός. καὶ ἀποπεμφθήσεται πᾶς τις εἰς ὃν ἡτοίμακε τόπον. οἱ μὲν δίκαιοι μετὰ θεοῦ, καὶ ἀλλήλων· οἱ δὲ ἁμαρτωλοί, ἐν τοῖς ἐκτόποις, εἰ καὶ μετ' ἀλλήλων, ἀλλ' ὅμως ἀγνώστως. ἀπεστέρηνται γὰρ καθὰ προείρηται, καὶ τῆς τοιαύτης παραμυθίας. ποία δὲ καὶ ἄρα αἰσχύνη τοῖς κατῃσχυμμένοις γενήσεται, εἰ μὴ κατάδηλοι τοῖς πᾶσιν ὦσι. τότε γὰρ καὶ χαλεπὴ καὶ μεγίστη αἰσχύνη, ὅταν καὶ γνωρίζῃ τις καὶ γνωρίζηται πάλιν. πᾶς γὰρ αἰσχυνόμενος, τοὺς ἐγνωκότας αὐτὸν αἰσχύνεται. ἐπεὶ γὰρ ἐν ἀγνώστοις ἀγνώστῳ, οὐδὲ μία μικροῦ δεῖν αἰσχύνη καταισχυνομένῳ γενήσεται. ἀναμφίβολον οὖν τοῦτο, καὶ ἀναντίρρητον, ὡς ἀειδήλως ἀλλήλους γνωριοῦμεν οἱ πάντες. καὶ τότε ὁ ἔλεγχος πάντων τῶν ἀπρεπῶς βιωσάντων, κατ' ὀφθαλμοὺς ἑκάστῳ γενήσεται. ἀβάλαι τοίνυν τοῖς κατ' ἐμὲ πᾶσι. καὶ οὐαὶ (κατὰ τὸν θεῖον Ἐφραὶμ) τοῖς ἐξ ἀριστερῶν λαχοῦσι. Μακάριοι

imaginibus iniquitatum tuarum manifeste uisis, uertes oculos? Hinc pupillos, inde uiduas, utrinque pauperes à te oppressos, famulos quos cōtristasti, uicinos quos exacerbasti, & reliqua per ordinem. Beatus item Effrem, diligentissimus prędicator secundi aduentus Christi, sic docet: Tum filij parētes suos condemnabunt, quia bona opera non fecerint, & in hac hora notos suos uident miseri. Et si quos cernant ad dextram partem inductos separari, cōploratorias lamentationes eiulant. Et rursus qui Theologi cognomentū obtinuit: Tunc inquit, te Cęsarium uidebo fratrum charissime, fulgidum, gloriosum, exultabundum: qualis scilicet & mihi per somniū apparuisti. Accedit ad hos Athanasius ille, uita & sermone circumspectus, ecclesięq; Dei fundamentū, de ijs qui in Domino mortui, sic dicens: Hoc etiam Deus ijs qui saluantur, concessit, ut animæ eorum usque ad diem resurrectionis conueniant & collætentur, expectantes diuina munera sibi distribuenda, qua consolatione peccatores priuati sunt. Virtutem enim, qua se mutuum cognoscāt, non habent. In illo autem omnium populorum theatro, sicut opera omnium reuelabuntur, ita & personæ omnibus erūt cognoscibiles, donec extrema omnium separatio fiat, & unusquisque in locum quem præparauit, dimittetur. Et iusti quidem cum Deo agent, & inter se: peccatores uerò in extimis locis, & inter se ipsi quoque, non tamen mutuum se agnoscentes: nam & hac consolatione destituti sunt. Qualis autem (obsecro) confusio esset, nisi qui confunduntur, noscantur ab omnibus? Tunc enim grauis & maxima erit ignominia, cum quis noscet omnes, & noscetur ab omnibus. Quisquis enim erubescit, ab ijs erubescit qui se nouerunt: equidem ignotus qui cōfunditur inter ignotos, non erubescit. Indubitatum igitur & citra controuersiam est: mutuum nos omnes agnituros: & ante oculos cuiusuis patebit, quàm honestè unusquisq; uixerit. Ea propter miseria omnibus, ut ego dico. Væ autem iuxta diuum Effrem, qui sinistram partem sortietur. Beati autem

δὲ, καὶ παμμάκαρες, οὓς ὁ δεσπότης ἐκ δεξιῶν κατιδρύσει, φωνήν τ' ἀκουτίσειν εὐλογημένην, ἧς ἀξιωθείημεν πάντες ἀκοῦσαι, οἱ φυλάξαντες τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐμφορηθῆναι πάντων, ὧν τὸ κάλλος ὄμμα βροτῶν οὐκ εἶδεν, οὔτε μὴν ὦτα παράπαν ἠκηκόει, οὔτε καρδία λελόγισται καθόλου, ἀμήν. γένοιτο δέσποτα ζωοδότα, ταῖς ἐντεύξεσι τῆς παναγνοῦ μητρός σου, καὶ τῶν ἀΰλων καὶ σεβαστῶν σου νόων, καὶ πάντων ὁμοῦ λόγε τῶν σῶν ἁγίων, τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων,

ἀμήν.

Τέλος τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων.

autem omnes, & omnino beati, qui à Domino à dextris collocabuntur, uocemq; audierint benedictam. Quam utinam omnes audire mereamur: & quotquot orthodoxam fidem amplectimur: bonis illis omnibus impleamur. Quorum pulchritudinem neque mortalis uidit oculus, neq; audierunt unquam aures, neque aliquo modo cor ratione perscrutatum est, Amẽ. Fiat ô dominator omniũ, intercedente sanctissima matre tua, & omnibus, unà materiæ expertib. ac uenerãdis mẽtib. cum omnibus sanctis tuis, qui tibi à seculo bene placuerunt. Te enim decet gloria, honor, & adoratio, & nũc & semper & in secula,

Amen.

F I N I S.

De Die Iudicii

AVdimus cùm Euangelium legitur, terribilem uocem, & metuendam pariter, & desiderandam Domini nostri sententiam. Terribilis est, pro eo quod dicit: Discedite à me maledicti. Desiderabilis, pro eo quod dicit: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Quis enim audita hac uoce non contremiscat, simul & gaudeat? Quia Christus seruis suis promittit regnum, & peccatoribus ignem minatur æternum. Rogo uos fratres charissimi, ut lectionē istā attēto corde audiatis, & memoriter retineatis. Qui eñ istā lectionē diligēti mēte attēdit, etiā si reliquas scripturas minimè intelligat: ista sola lectio sufficere potest ad omne opus bonum faciendū, & ad omne opus malum fugiēdum. Attendite fratres, quòd Dominus illis qui ad dextram futuri sunt, promisit dicere: Venite benedicti, quia esuriui & dedistis mihi manducare. Illis uerò qui ad sinistram erunt, dicturus est: Discedite à me maledicti, quia esuriui, & nō dedistis mihi manducare, & reliqua. Non dixit, Discedite à me, quia furtum & homicidium fecistis, & alia mala: sed ait, quia de substantia uestra pauperibus non dedistis. Sicut illos qui ad dexteram futuri sunt, sola misericordia liberabit: ita eos qui ad sinistram sunt, sola auaritia condemnabit. Non ideo audituri sunt, Venite benedicti, quia non peccastis: nec illis dicturus est, Discedite à me maledicti, quia peccastis: sed quia peccata uestra, eleemosynis redimere noluistis. Nullus sine peccato esse potest, sed peccata sua omnis homo (Deo auxiliãte) eleemosynis redimere potest. Dominus enim ait: Qui esurientem non pauerit, & nudum non uestierit, mittetur in ignem æternum. Et si cum diabolo condemnatur, qui pauperi non dederit: ubi damnandus est, qui tulerit alienum? Si in inferno damnatur, qui peregrinū non susceperit in domo sua, ubi damnandus est, qui foras expellit? Si in ignem mittitur, qui nudum non uestiuit: ubi damnādus est, qui expoliauit? Tenete uos fratres, ad eleemosynam uel misericordiam, quia eleemosyna non patitur operarium suum ire in tenebras. Sicut enim ait Daniel propheta: Consilium meum Rex peccata tua eleemosynis redime: & si neglexeris, sine causa ad cœlum pulsabis. O anima, quæ intra carnales & fragiles parietes habitas, uigila, ora, pulsa, & quære. Vigilanti tibi & petenti (dicit Dominus) ecce adsum: & si trāsieris per ignem, tecum sum, & flamma te non comburet. Quem orando si quæsiueris, inuenies. Cùm pulsaueris erogando, Christus tibi aperit ianuas suas, ut possessor paradisi introeas. Et si adhuc putas de fine mundi restare, uel tuum considera finem. Paulatim enim subtrahuntur omnia bona quæ erant, & accedunt mala quæ non erant. Scriptum est enim. Nudus exiui de utero matris meæ, & nudus ibo sub terram. Ideo fac eleemosynam, dum precium in manibus habes. Dona tibi de tuo, quia labile est quod tenes & semper extraneum. Attende precium, respice Dominum tuum, Considera quale precium pro te dedit: sanguinem suum pro te fudit. charum te habuit, quem tam carè redemit. Fuge exemplum diuitis, cuius canes Lazarus suis uulneribus pauit, & non uiuit diues. Quos utiq; canes natos similes, dissimiles ferunt diuitiæ, tamen mortui sunt pares, & apud inferos mutatæ sunt uices. Tunc ait diues. Pater Abraham, miserere mei. Dixit Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: hic uerò cōsolatur, tu autem cruciaris. O homo, audis iustam comparationem sententiæ, quia refrigerium non habet, qui pauperi non dedit? Fratres mei, in manu Dei formati, audite uocem Domini, implete desiderium eius, ut accipiatis hæreditatem in regno patris uestri. Ex seruo enim factus es amicus. Contemne, quod damnatus es: respice, quod renatus es. Fac tibi artificem contra terrenum patrimonium, Deus offert cœlum. Tunc dicet tibi, pater & Dominus & amicus, cùm fecisti cœleste cōmercium. Amen dico tibi, quòd fecisti ex his minimis, mihi fecisti. Quod ego accipio, nunc reddo centies tantum,

immo millies centuplum, & in futuram uitam æternam: sicut per Iohannem promisi, mille annorum conuiuiũ, & ad dexterã patris regnũ. Ideo rogo uos fratres, ut unusquisque quantum ualet, peregrino porrigat cum bono animo. Audi Dominum in Euangelio dicentem, de uidua quæ duos nummos obtulit; Magis omnibus misit: quia reliqui, diuites erant: & ex eo quod illis abundauit, dederunt: illa uerò totum quod habuit, obtulit: & ideo meruit, quod eam Dominus proprio ore collaudaret. Ideo unusquisque faciat quod præualet: excepto uictu rationabili & uestitu, quicquid superfuerit, lætus & hilaris pauperi tribuat. Quare lætus? quia paruum dat, & accipit multum. Porrigit nummum, & comparat regnũ. Tribuit paruam pecuniam, & accipiet uitam æternã: dat temporalia, ut mereatur æterna. Porrigit caduca, & recipit sine fine mansura. Et si tibi dixerit homo fidelis, Da mihi unum æreum nummum, & reddo tibi solidos aureos centum: nunquid cum gaudio dabis unum, ut accipias centum? quanto magis quia tibi dicit Dominus, qui pauperi tribuit, Deo fœnerat? Da ergo Deo in terra, ut accipies in uita æterna, ut cùm ueneris in conspectu angelorum ante tribunal ęterni iudicis, secura & libera conscientia dicere possis: Da Domine, quia dedi: fac misericordiam, quia feci. Ego impleui quod iussisti, & tu redde quod promisisti. Et tibi audire merearis: Venite benedicti patris mei, possidete regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

FRAN-

FRANCISCO BVRGIO RIVORVM PONTIFICI IOACHIMVS PERIONIVS Cormœriacenus S. P. D.

Cogitanti mihi, quá'nam ratione egregiam in me uoluntatem tuam remunerari possem, librum quendam per antiquam ex B. Hilarij Pictauiensis bibliotheca Ioannes Ganeius, singulari & uirtute & doctrina uir, utendum dedit: quem cum, ut fit, diligenter euoluerem, in Damasceni quædam opuscula incidi, quæ è Græco in Latinū adhuc conuersa non fuerunt. Itaq; primo quoq; tempore illa mihi uertenda putaui, quòd sperarem, si ea ad te mitterem, eo gratiora tibi fore, quòd tuo nomine ad nostrorum hominum cognitionem primùm translata uiderentur: præsertim cùm ad rerum diuinarum, quæ claro pontifice, qualis es tu, digna est, scientiam pertinerent. Primo enim libello primæ Theologiæ institutiones, qua ex parte diuinam naturam & hypostasin consideramus, continentur. Secundus est de duabus Christi naturis, uoluntatibus, & actionibus: cui alterum de eadem re B. Maximi annexui. In tertio autem Damascenus omnes sectas & hæreses, quæ post homines natos ad suam ætatem extiterunt, breuiter exponit. Hunc autem postremum qui legent, facilè perspicient, eas ferè omnes sententias, quas horum temporum hæretici defendunt, iam olim & explosas & damnatas fuisse. Quò magis miror, esse tam multos qui eorum sectam, aut sectas potius (neq; enim in tot sententias uulgus unquam distractum diuisumq́; fuit, quot isti sunt) sequantur. Mihi quidem certè nihil magis populum Christianum in Christi fide & religione retinere posse uidetur, quàm si hoc malum non nunc primū serpere, sed quondam cum natum iam conualuisset, maiorum nostrorum diligentia extinctum esse intelligat. Quod ut plerique alij libri multo fusius tradant, tamen hoc nec compendiosius alius, nec doctius, nec uerò facilius exponit. Facies igitur tu quidem, quod te dignum est, sicuti adhuc fecisti, si eum cum tuis Riuianis communicabis: eosq́; adhortabere, ut in eo nonnihil temporis consumant, aut potius eum diuturna meditatione excolant. Cum enim morbos eosdem, qui his temporibus sæuiunt, ex illo cognouerint, tum facilius in fidei & synceritate & integritate, quam tua diligentia eos seruare, mihi homines fide digni exposuerunt, continebuntur. Nec uerò tui soli, sed per te omnes qui uolent, hoc bono fruentur. Tibi enim uni hoc totum, quá'ecunq; est, offero & dono. Ita iure eius tibi possessionē uendicare potes: cum alijs usum, quoniam nihil detrimenti capies, communicare. Hos si tibi gratos acceptosq́; intellexero, equidem ad alia Theologica, quæ iam affecta sunt, tuo nomine diuulganda incitabor. Hoc enim tempore ea modò quæ nondum conuersa erant, edenda censui. Vale clarissime Pontifex. Lutetiæ Parisiorum, IIII. Non. Iulij. M. D. XLIIII.

IOANNIS DAMASCENI, AD IOANNEM SANCTISsimum Laodicensium episcopum, de Decretis & placitis primæ institutiones: Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

Patris, filij, & spiritus sancti nomine, quæ una tribus in personis consistit, ueneratione digna est diuinitas, quæ unius eiusdemq́; naturæ est, uitæq́; principiū trinitas, unus Deus, à quo omne bonum quod datur, & omne donum præfectum de cœlo ad nos mittitur, peccator ego & miser impeditæ tardæq́; linguæ homo, initium loquendi sumo: quòd mihi tantum de eius humanitate persuadeam, ut si ad dicendum ingrediar, spiritum sanctum cùm propter eorum qui hoc à me petiuerunt demissionem, tum propter audientiū utilitatem, mihi sapientem sermonem suppeditaturū esse confidam, qui & gratiæ est Dominus, & omniū bonorum custos, & Deus perpetua laude afficiendus in omnib. Amen.

De essentia, natura, & forma. Cap. I.

ESsentia, natura, genus, & forma, ut sanctis Patribns placet, idem ualent: & rursus ὑπόστασις, id est, quod per se cohæret: & πρόσωπον, id est persona, figura, proprium, & indiuiduum, idem efficiunt: rursus differentia, qualitas, ἰδιότης, id est proprietas, & ἰδίωμα, id est proprietas, unū idemq; declarant. De his atq; alijs eiusdem generis, quæ à me infra dignitatem tuam abiectus quæsisti, nobis propositū est dicere. Hinc igitur ordiamur. Est quidem essentia natura & forma omnium præstantissima, ea quæ comprehendi non potest diuinitas: hypostaseis autē & personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Vnusquisque enim eorum perfecta est hypostasis, & perfecta persona. Est praeterea in essentijs & naturis id omne quod Deus creauit. Sunt autem à Deo effecta permulta, eorumq; magna est distinctio: aliud enim est angelus, aliud homo, aliud bos, aliud canis, aliud cœlū, aliud terra, aliud ignis, aliud aër, aliud aqua. Atque ut uerbo uno finiam, eorum quæ in lucem edita sunt, genera sunt plura. Ac uniuscuiusq; quidem speciei una natura est: ut omnium angelorum una est natura, & omniū hominum, & omnium boum, itemq; omnium eorum quæ creata sunt. Aliaq; est angelorū, alia hominum, alia boum, reliquorumq; natura.

De hypostasi, persona, & indiuiduo. Cap. II.

QVoniam autē multi sunt homines, unusquisq; homo est hypostasis, id est res per se constans. Vt Adam hypostasis est, & Eua alia hypostasis. Eadem est ratio cæterorum. Vnusquisq; enim homo hypostasis est alia, alia reliquorū hominū. Itemq; singuli boues hypostases sunt, id est res singulæ, & singuli angeli. Itaq; natura, essentia, & forma quiddam cōmune est, eaq; omnia quæ eiusdem sunt essentiæ naturæq; complectitur. At hypostasis indiuiduum, & persona quiddam speciale est, ut res singulæ quæ eadem specie continentur.

De differentia, qualitate & proprietate. Cap. III.

MVltas esse species, uariasq; ac diuersas naturas diximus: itemq; in unaquaq; essentia & specie diuersæ sunt hypostases. Itaq; unaquæq; essentia ab alia essentia differt, & unaquæq; hypostasis ab alia hypostasi. Ac res quidē illa qua natura à natura, species à specie, atq; hypostasis ab hypostasi alia ab alia distat, tum differentia, tum qualitas tum proprietas dicitur. Veluti quoniam inter angelum & hominem hoc interest, quòd ille immortalis est, mortalis homo: mortale & immortale differentia, qualitas, & proprietas est. Rursus quia Adam à Seth eo differt. quòd Adam non est genitus, Seth autē est: paternitas & ὑότης, id est filij natura, quæ filiatio dicitur, sunt differentiæ. hoc enim Adam & Seth inter se differunt, quòd ille non est generatus, hic est. Omnia etiam eiusdem generis in differentiarum, qualitatum, & proprietatum numero habenda sunt, ut rationis particeps & rationis expers, mortale & immortale, bipes & quadrupes, sensus particeps & sensus expers, quod simum est & quod aquilinū, quòd album est & quod nigrum, quod longum est & quod decurtatum, cæteraq; generis eiusdem.

De essentiali differentia, seu naturali differentia, & de accidente. Cap. IIII.

REs autem omnis qua species à specie differt, & essentia ab essentia, essentialis, naturalis, & speciei effectrix appellatur, tum differentia, tum qualitas, tum proprietas naturalis, proprietasq; naturæ. Vt angelus & homo inter se mortalitate & immortalitate differunt: ob eamq; causam, immortalitas essentialis, naturalis, effectrixq; est angeli differentia, & naturalis proprietas. Eodemq; modo hominis differentia est mortalitas. Hoc etiā inter se homo & bos differunt, quòd homo rationis est particeps, bos autē expers eiusdē. Ita fit, ut rationis particeps hominis, rationis aūt expers bouis sit, & essentialis, & effectrix differentia. Quod etiā de reliquis essentijs, naturis atq; formis iudicandū est eodem modo. Qua autē re hypostasis ab eiusdem speciei atq; naturæ hypostasi differt, ea omnis & ἐπουσιώδης, id est aduentitia differentia, & qualitas, & proprietas hypostatica, & proprietas characteristica, id est insignita dicitur, id est accidens. Vt inter unū & alterum hominem hoc interest, quòd hic longus, ille breuis est: hic albus, ille ater: hic

ualet, ille ægrotat: hic pater est, ille filius atque hæc omnia cæteraq; eiusdem generis aduentitiæ sunt differẽtiæ & qualitates: hypostaticę atque characteristica proprietates, & assumptitiæ, atq; uno nomine omnes quæ in omnibus hypostasibus, id est, rebus singulis quæ eidem speciei subiectæ sunt, æquè intelliguntur, & sine quibus essentia & species consistere nullo modo potest, essentiales differentiæ nominatur Quæ autem in aliquibus eiusdem speciei hypostasibus, id est, rebus singulis reperiuntur, in aliquibus nõ reperiuntur, ex assumptæ & aduentitiæ sunt habendæ.

De accidente separabili & inseparabili. Cap. V.

ASsumptarum autem aliæ à re separantur, alię non separantur. Non separantur eæ, quibus distat una rerum singularum ab altera, ipsa autem à se nihil differt: ueluti certus homo ab alio differt, quòd ipse est presis naribus, ille autem aduncis: hic cæsijs oculis ille nigris: sed ijs à se ipse non differt, propterea quòd is qui presis est naribus, semper est: & qui aduncis est, eas semper obtinet, neq; fieri potest, ut idem interdum sit presis naribus, interdum aduncis. Inseparabilia autem accidentia uocantur, quòd cum semel in aliquo fuerint, non iam diuelli seiungiq; possunt, sed tamen accidentia sunt: quandoquidẽ fieri potest, ut non sit homo breuibus naribus, & narium aduncitate non sit prçditus, & tamen sit homo. Nam cum non omnes homines presis sint naribus, neque omnes aduncis, tamen omnes homines quibus narium aduncitas data est, sunt homines: & omnes homines sunt rationis participes: non autem omnes rationis participes, homines sunt. Separabilia autem sunt, quæ ipse homo aut ipsa hypostasis, interdũ habet, interdum non habet: ut ægrotare, ualere, ut sedere & surgere, lætari & dolere, & si qua sunt generis eiusdem.

De ijs quæ sunt eiusdem essentiæ ac naturæ, atq; diuersæ. Cap. VI.

EA autẽ eiusdem essentiæ, naturę, formæ, speciei, & generis sunt, quę eidem speciei, essentiæq; subijciuntur, ut Petrus, Paulus, cęteriq; homines singuli, omnesq; boues, & canes, itemq; reliqua omnia. Ea uerò sunt diuersę essentię, naturę, formę & generis, quę alij atq; alij speciei subsunt, alij atq; alij essentię: cuiusmodi sunt, homo, equus, bos, canis, cęteraq; generis eiusdem.

De genere, ac specie. Cap. VII.

GEnus autẽ in species ac formas diuiditur, ut animal uel rationis est particeps, uel eius expers: quorũ animal genus est eius quod ratione utitur, & eius quod non utitur. Rationis autem particeps in mortalem hominem, & immortalem angelum: quorũ particeps rationis genus est eius quod immortale: mortale autem & immortale, species sunt eius quod ratione utitur. Sed quo planius fiat quod dixi, altius repetendum uidetur. Genus summum, est primum genus, quod ita genus est, ut non sit species, quod superius genus non habeat. Species autem infima est postrema & subiecta species, quę sic est species, ut non sit genus, propterea quod alias species non habeat, in quas diuidatur. Ea autem quę inter summum genus & infimas species locata sunt, generis ac speciei nominibus appellantur, ita tamen ut eorum sint genera quę eis subijciuntur, ac sub sunt: species autem superiorum, quę eadem ὑπάλληλα uocantur. Veluti essentia summũ est genus: neq; enim supra se aliud genus habet, ob eamq; causam non est species Hęc autem in corpus & in id quod corpore uacat distribuitur: corpus in animatum & inanimum: animatum in sentiens, & non sentiens: sentiens in id quod est rationis particeps, & rationis expers: quod rationis est particeps, in id quod mortale est, & quod immortale. Quod autem uacat corpore, id & rationis est particeps, & mortalitatis expers. Incorpoream autem appello hic essentiam, ut animum, ut angelum, ut dęmonem. Horũ enim unumquodq; species est infima. Corpus uerò animatũ sentiens, animal dicitur. Animal autem rationis particeps mortale, est homo, qui in specie infima numeratur. Animal porrò rationis expers latrans, canis est, qui etiam infima est species. Pręterea corpus animatum non sentiens, planta & stirps uocatur: corpus autem omnino animi expers, terra, aër, aqua, ignis, quorum unumquodq; species est infima. Quò autem hęc planiora & clariora fiant, ita dicamus: Essentia modo quodam quàm sit essentia superiore, diuinitatem quę increata est, complectitur: notitia autem, & complexu suo omnia ea continet quę effecta sunt & creata. Genere autem summo continetur hęc corpo

ris expers essentia, ut Deus, ut angelus, ut animus, ut dæmon: aut corpus animo carens, ut ignis, aër aqua, terra: aut corpus quod uiget, ut uitis, palma, olea, quæque sunt eiusdem generis: aut corpus animatum sentiens, id est animal, ut equus, canis, elephas, & similia aut quod concretum est ex corpore & animo, qui corpore caret, ut homo. Atque horum quidem essentia, quòd prima est, & latissimè manat, omniaque complectitur & continet summũ genus dicitur. Huius autem summi primique generis species sunt, primũ id quod corpore uacat, & corpus inanimum: deinde corpus quod augescit, quod animatum est & sentit, id est animal, quæ eadem & genera & species ὑπάλληλα dicuntur. Sunt enim essentiæ species, quòd ex ea tanquam partes secentur: eorum autem unumquodque in alias species diuiditur, quas suo complexu cõtinet, & quibus patet latius. Complectitur enim essentia corpore uacans, deum, angelum, animũ, dæmonẽ: corpus autem carens animo, terram, aquam, aërem, ignem: corpus autem augescens, uitem, oleam, palmam, & quæ sunt eiusdem generis: corpus uerò animatum & sentiens siue animal, equum, bouem, canem, & quæ sunt similia: id autem quod ex corpore & animo qui corporis est expers constat, hominem comprehendit. Essentia porro quæ subijcitur (multa autem significat) est, ut Deus, ut angelus, cœlum, terra, aqua, ignis, aër, animal rationis expers, uolatile, uietum, lapis, homo, uita, possessio, patrimonium, diuitiæ. Ac hypostasis quidem est, indiuiduum, & persona, pater, filius, & spiritus sanctus Species autem quæ illa complectitur est, quæ & omnem superat essentiam, & comprehendi non potest, diuinitas. Hypostases sunt etiam Michael, Gabriel, cæterique singuli angeli: species autem eos complectens, angelica natura. Hypostases præterea sunt, Petrus, Paulus, Ioannes, ac reliqui singuli homines: quæ autem eos complexu suo continet species, est humana natura. Rursus hypostases sunt quidam & quidam equus, eosque ut species omnino equus complectitur. Præterea hypostases, id est res singulæ sunt hæc & illa olea, quas uigens & uniuersa olea ut species complectitur. Intelligendum est igitur, ea quæ sola indiuidua continet, species infimas uocari: cuiusmodi est angelus, homo, equus, canis, olea, palma, & quæ sunt eiusdem generis: quæ autem solas species infimas complectuntur, uocari εἴδη ὑπάλληλα, id est species subalternas, ut incorporeum, ut corpus quod animo caret, quod non est sentiens, quod uiget, quod animatum est, quod sentit, animal quod rationis est particeps, quod eius expers est, quod mortale, & immortale, bipes, & quadrupes, quod graditur, & quod uolat, & quæ sunt generis eiusdem. Ac quæ species quidem infimas complectuntur, ea sunt illarum genera, earumque effectrices differentiæ: quæ autem à summo genere continentur, essentiæ sunt species. Sed aliter etiam de ijs dicendum est. Omnia quæ uno Dei imperio facta sunt, unius sunt generis, uelut cum Deus imperauit, ut multa piscium genera existerent, omnia piscium genera uno genere continentur, unaquęque autem piscium differentia species est. Rursum cum præcepit Deus, ut aquę in lucem uolucres ederent, & ortę sunt multę uolucrum dissimilitudines, omnes aues unum genus expleuerunt: unaquæque autem uolucrum differentia illius generis auium est species. Eadem est ratio eorum quæ repunt, & pecudum, & ferarum, & herbarum, & leguminum, & arborum. Dicitur autem unum etiam genus omnium animalium, unumque genus stirpium, unum eorum quæ animo carent omnino, neque uim habent augendi & alendi: rursus unum genus eorum quæ non habent corpus, & unum eorum quæ habent, dicitur. Quinetiam ea omnia quæ creata sunt, unũ genus complent, multaque sunt rerum creatarum genera, omniumque creaturarum differentiæ, & omnis essentia ac natura, uno genere continentur.

De actione. Cap. VIII.

Actio est motus eius quod agit, cuius uis tota in faciendo est. Actio autem naturalis motus est naturę qui in faciendo uersatur: ut mentis motus rationis particeps, motus animalis, motus sentiendi, alendi, augendi, generandi: itemque motus qui appetitus dicitur, id est motus corporis: præterea uisio, memoria, uoluptatis & irarum motus, uoluntas & appetitus animi, quæque sunt generis eiusdem. Hæc autem in quinque partes distributa est in angelis enim omnibusque naturis incorporeis, quæ simplici impetu

& concursu

& concursu intelligunt, ea inest quæ intelligentia continetur: in hominibus aūt, qui ex animo incorporeo & corpore constant, quicq; non simplici, sed uario ac multiplici cogitatione efficitur. In animanitbus uerò rationis expertibus, quæ sensum habent, nec ratiocinantur nec intelligunt, ea quæ uitalis uocatur: uegetandi autem uis in ijs inest, quę sensu illa quidē carent, sed tamen alendi, augendi, atq; generandi facultatibus sunt prædita. Ea autem quæ omnino uita caret, in terra & lapidibus, qui nec alendi, nec augendi, nec generandi uim habent, neq; rursus aliqua alia, nisi statu participant.

De perpeßione. Cap. IX.

Perpesio, siue acceptio naturalis, motus est naturæ in eo quod patitur, in accipiendo positus, quæ naturæ est actio: eius autem in quod actio peruenit, perpesio & acceptio: ut ortus, gaudium, ægritudo, angor, mœror, metus, pigricia, labor, somnus, uoluptas, dolor, iracundia, cupiditas, abscisio, fluxus, interitus, quæq; sunt eiusdem generis. Hæc & si qua sunt similia, naturalia sunt, nec dantur uitio aut crimini, quòd non sint nostræ potestatis. Solum autem peccatum contra naturam est, animi perpesio maximè uituperanda, eiusdemq; interitus, nostræq; uoluntatis atq; iudicij est.

De Voluntate. Cap. X.

Voluntas est naturalis cum ratione appetitio. Rursus uoluntas est naturalis cū ratione atq; libertate aliquid appetens mentis motus. Ea enim quæ rationis expertia sunt, non sua sponte ac liberè ducuntur ad concupiscendum: quippe quę naturali desiderio suo moueantur, nec rationē ducem habeant, ob eamq; causam naturā eius cupiditate uicti ducem sequantur. Itaq; statim impetu ad agendum feruntur, nisi quid impediat. Quapropter non sunt sui iuris, & potestatis, sed libertatis expertia. Natura autem quæ ratione utitur, naturali cupiditati tum succūbere potest, tum non succumbere, sed eam uincere Idq; declarat natura, quæ cum uitæ cupiditate per se ducatur, tamen rationi obtemperat. Multi enim rationē ducē, secuti, summa uoluntate ad mortem properauerunt, cibiq; somni atq; reliquorum appetitionem, cum naturam rationis arbitrio subiecissent, nec ei paruissent, neglexerunt. Vt igitur naturalis appetitio in omni natura sentiente insita est, sic libertate omnis natura rationis particeps est prædita. Quod enim ratione utitur, id omne sui iudicij est, suæq; potestatis, in eoq; Dei imago sita est. Est ergo uoluntas naturalis libera appetendi uis & motio. Quæ autem uoluntati proposita sunt ad appetendum, ea iudicij uoluntates appetitionesq; dicuntur Nam cum animus sit liber, accommodatum & proprium iudicium ad eorum usum & desiderium impellitur. Ea autem sunt, ut comedere & non comedere, bibere & non bibere, ambulare & non ambulare, ducere uxorem, & non ducere, itemq; cætera eiusdem generis, quæ in nobis sita sunt, quæ eadem in nostra sunt potestate, eorumq; contraria.

IOANNIS DAMASCENI DE DVABVS

Christi uoluntatibus & actionibus, reliquisq; naturalibus proprietatibus Liber, eodem interprete.

Qui duas naturas & unā personam in Domino nostro Iesu Christo esse profitentur, ij certè duplices easq; diuersas naturarum: simplices autem, personæ naturales proprietates profiteri debent. Fieri enim non potest, ut natura constet sine ijs proprietatibus quæ ei sunt naturales, quęq; eam efficiant, atque à cęteris naturis distinguant, quęq; uniuersę nunquam in alia specie esse dicantur. Fieri rursus non potest, ut unius eiusdemq; naturę proprietates, quę eam efficiunt, & à cęteris personis, quę eiusdem sunt generis, secernūt (personales dico proprietates, quę atributa & aduentitia moris est uocare ijs, qui in his rebus docti sunt) uniuersę in alia persona reperiantur. Omnis res quę ex duabus naturis constat, naturarum illarum proprietates necessariò complectitur, etiamsi in earum coniunctione quędam uideatur esse confusio. Nam cum ignis calidus & siccus sit, aqua frigida & humida: tamen cum ex quatuor elementis conflatur corpus, quatuor habet qualitates, calorem, frigus, siccita-

tem, & humorē. In quibus ſi temperatio quædam ſpectetur, neceſſe ſit eorum quę concreta ſunt, naturales proprietates perſpici: quanto magis in ea coniunctione, quæ ab omni confuſione abeſt, diſtatq; plurimum? Natura enim cùm naturæ comparatur, tum alia ab alia natura & ſpecies à ſpecie eſſentialibus naturalibusq; diſtinctionibus, differre dicitur. Similiterq; cum hypoſtaſis hypoſtaſi eiuſdem generis comparatur, diſtare inter ſe dicuntur, ſibi inſignitis proprietatibus: non tamen hypoſtaſis hypoſtaſi diuerſi generis ut hypoſtaſis, comparatur. Nam ſi Petri quæuis proprietates hypoſtaticæ cum hoc equo conferantur, eum à natura potius, quàm ab hypoſtaſi, ſeparabunt. Neq; enim certum hominem à certo equo differre dicimus, quòd hic caluus ſit, ille bene comatus: nec quòd ille longus, hic ſit breuis: ſed quòd ille rationis eſt compos, hic expers: nec quòd hic huius, ille illius ſit filius. Sin hunc Neſtoris filium, illū equi fœtum eſſe dicamus, atq; alterum ſapientem, alterum ſapientiæ expertem: iam naturales differentiæ diſtinctionesq; ſtatuentur. Hominū enim hypoſtaticæ, id eſt quæ ſingulos homines attingunt, diſtinctiones, cum equorum differentijs hypoſtaticis collatæ, naturales habentur. Itaq; in Domino noſtro Ieſu Chriſto, corporis ſtatura uultusq; atq; oris lineamenta, & eius ortus ex uirgine, ſi ad eum ortū, quo à Deo patre eſt ſine ulla eſſentię diuiſione editus, referantur, non ad perſonas, ſed ad naturas ſeparandas, pertinebunt. Nam quòd ex duabus naturis una perſona conſtat, tam hæ quàm illæ, id eſt, tam diuinæ naturæ, quàm humanæ perſonales proprietates, ex eo eiuſdem perſonæ hypoſtaticæ fiunt. Sapienter igitur uniuerſitatis parens & effector plurimas naturarū, id eſt formarū differentias diſsimilitudinesq; procreauit, ut ſapientiæ ac poteſtatis ſuæ excellentiam oſtenderet, quo plus ipſe admiratione affectus expeteretur, expetitus cognoſceretur, cognitus ad diuinam ſimilitudinem animal, quod mentis & rationis eſt particeps, traduceret, ob eamq; cauſam multas rerum ſpecies fabricatus eſt. Nam & ea illius quæ ſub aſpectū non cadunt, iam ab orbe condito ex eius operibus intelliguntur, ac perſpiciuntur: & ex rerum quas condidit pulchritudine collatione rationis rerum effector comprehenditur Rerum autem ſingularum in quaq; ſpecie tum differentiam, tum earum inter ſe conuenientiā effecit: ita tamen, ut conuenientia quidem ſit naturarum (omnes enim res ſingulæ, quæ eidem ſpeciei ſubijciuntur, naturæ ui & ratione cohærent) hypoſtaſeon autem, id eſt rerū ſingularum ſit differentia: diſtant enim inter ſe inſignitis quibuſdā impreſsisq; proprietatibus. Quoniam enim quod unū eſt, & ſolum, à ſocietate & communione abhorret, ac inſuaue eſt: ſocietate aūt coniungi cum ijs quę eiuſdem ſunt generis, iucundū & ſuaue: ob eam cauſam prima hęc & ſola beata, principio carens, atq; immortalis natura tribus in perſonis perſpicitur. Ait enim ea quę per ſe cohęret ſapientia, Ego ſum qua gaudebat pater & Deus. Ob eamq; cauſam non in ſingulis modò angelicarum uirtutum ordinibus diuerſas res ſingulas condidit, uerumetiā in quaq; ſpecie. ut cum naturę coniunctione inter ſe conſociatę alię etiam alijs uoluptatem afferant, & naturali habitu & figura coniunctę alię alijs & proſint, & conſulant. Rerum autem ſingularum diſsimilitudo, quod cuiuſq; eſt non toto naturę & poſſeſsionis genere ab alieno ſeparat: ut quiſque quod ſuū eſt dum cognoſcit, id tueatur, nec in alienas opes ut in ſuas inuadat, utq; ſuum quiſq; ſtatum uitamq; cognoſcat. Debet enim omnis qui de aliqua re quęrit, primùm quid ſit cognoſcere, deinde ita demū ſit', ne unum an duo, exquirere. Quod ego hoc tempore ad Domini noſtri Ieſu Chriſti uoluntates, actiones, & reliquas proprietates, de quibus quęrimus, accommodari uolo. Sed quo id fiat planius, primùm dicamus quid inter naturam & perſonā interſit: deinde eo cognito, facilè & quę naturam & quę perſonā conficiunt proprietates, intelligemus. Atq; ita deniq;, ſint'ne ea quę in Domino noſtro Ieſu Chriſto inſunt, duplicia, an ſimplicia, conſiderabimus. Natura quidem, ut placet ſanctis patribus, commune quiddam eſt & infinitum, & quaſi infima ſpecies ut homo, beſtia, animal uolucre, equus, bos, canis. Hypoſtaſis autem eſt quiddā ſingulare, quod per ſe cohęret: eſſentia etiam quędam cum ſuis attributis, quę hypoſtaſin, id eſt rem per ſe conſtantem à reliquis reuera ſeparat atq; ſecernit, quę cum ijs indiuiduis quę eiuſdem ſunt ſpeciei naturę habet commercium: attributis autem quibuſdam inſignitis, ab ijs indiuiduis quę eiuſdem & naturę & ſpeciei ſunt, differt. Atq; ut ſummatim dicam, natura eſt id quod cōmune eſt, ut humanitas. Petrus enim & Paulus ſunt homi-

nes,

nes, & reliqui singuli. Hypostasis autem est id quod speciale est, ut hic & ille. Petrus una est hypostasis, Paulus alia est hypostasis: non etiam Petrus alia, & Paulus alia natura: sed Petrus hypostasis est, quæ perfectā naturam humanam habet, ob eamq; causam perfectus & completus est homo. Itemq; alia est Paulus hypostasis, quæ eandem perfectā habet naturam humanitatis. Ac eandem quidem naturam habet perfectam unaquæque hominum hypostasis, non tamen unam eandemq; habent omnes homines hypostasin. Alius enim est Petrus, alius Paulus, aliaq; atq; alia est eorum hypostasis, non alia autem est natura Petrus, & alia Paulus. omnes enim homines natura una continentur. * Itemq; equus albus, aut uelox, eodem modo & bos qui uno cornu præditus est, & canis paruus, & leo flauus. Atq; hæc quidem de natura & hypostasi satis multa sunt ad id quod agimus. Nunc sequitur, ut quid sit naturæ proprietas, & quid hypostasis proprietas, quidq; inter illa intersit, dicendum esse uideatur. Naturæ quidem proprietas est, quod naturam efficit, sine quo natura cuius est proprietas constare nullo modo potest. Vt uita, ratio, uoluntas, sensus, incessus, respiratio, Hæc autem in homine spectantur. Quod enim rationis non est particeps, non est homo quoniam, homo non oritur, qui non ratione utatur siue probè, siue improbè. Itemq; nemo nascitur, qui non sensibus percipiat, neq; ingrediatur, neq; respiret. Naturæ igitur proprietas est, quod naturam construit, speciemq; à specie secernit, id est naturam ab alia natura, & in quaque eiusdem speciei hypostasi perspicitur, ut rationis particeps. Efficit enim hominis naturam, cum in eius definitione sumatur. Est enim homo animal rationis particeps mortale, separatq; rationis particeps hominem ab ijs omnibus, quę sunt expertia rationis. Omnis enim homo rationis est particeps. Neq; enim homo est is qui non ratione utitur, quippe cum homo non posit non esse animal rationis particeps mortale. Hypostasis autem proprietas est, quod hypustasin separat ut narium breuitas, candor, atror, caluitiū, & quæ sunt eiusmodi, Neque enim omnes homines presis sunt naribus, sed alius est presis, alius aduncis, alius aptè compositis: nec omnis homo est candidus, sed hic albus niger ille, alius inter hos temperatus. nec omnis caluus, sed unus caluus, alter capillorum multitudine insignis. Atq; ut summatim dicam, in natura humana omnes eæ proprietates, quę omnibus hominibus datę sunt à Deo effectore, naturales uocantur, ut & sanctis Patribus uisum est & uera ratio, præscribit. quæ eadem sunt fictionis & separationis. Natura enim uis est diuino iussu unicuique speciei data, quæ eam aptam reddit & ad faciendum quid, & ad patiendum. itaque oculos habere & nares, & cætera membra, naturæ est. qui enim altero eorum priuatus est, is non est homo perfectus. Eorum autem distinctio differentia ad hypostasin accommodatur. ut aspectus & cernere naturæ est. diuersus autem aspectus, id est ualens & imbecillus, hypostaseos. Itemq; cibi appetitus & comedere, ad naturam: cupiditas diuersorum ciborum, & diuersa cupiditas, uel inflammata, uel remissa, ad hypostasin pertinet. Eodemq; modo uoluntas & uelle naturæ est: uarietas uoluntatis, & uarijs modis uelle, hypostaseos. Quæ autem in nonnullis rebus singulis eiusdem speciei perspiciuntur, in alijs non perspiciuntur: eæ sunt hypostaseos proprietates. Intelligendum est igitur, omnem hominum hypostasin statum habere, eamq; cum non esset ex rebus quæ non erant, creatoris beneficio lucem editam, id est conditam fuisse, uitæq;, actionis, sensus, intelligentiæ, rationis, & appetitus, factam fuisse participem, id est & ea quæ sunt arbitrij, & ea quæ aduentitia, in omnibus constitisse. Atque hæc quidem sunt essentiæ, atque naturæ propria. Eorum autem propriæ rationes, distinctiq; motus proprietates sunt rerum singularum. Eandem enim naturam eorum indicat communio. Ratio autem cohærendi diuisaq; & proprio quodammodo conglutinata hypostasis, & cuiusque coagmentatio, & proprius in mouendo, diuersusq; eorum quæ naturæ sunt usus, hypostases, id est res singulas distinctas declarat, facitq; ut multi homines esse dicantur. Quapropter in Patre, Filio & Spiritu sancto, quoniam diuersa est uniuscuiusque persona, nec separatim aut distinctè quasi discreta unaquæque uult & agit, sed coniunctè: non tres, sed unus est Deus. His ita constitutis, uideamus num in Christo duæ sint naturæ, tum cognoscimus, an duas naturę proprietates habeat, Constare enim natura sine naturæ suæ proprietatibus

nullo modo potest. Perfectus quidem Deus Christus est, perfectus etiam homo, & certè post naturarũ coniunctione & unionem, tum in diuinitate perfectus, tum in humanitate. Diuinitas aũt & humanitas sunt'ne una natura, an duę? Duæ sunt reuera. Alia est enim diuinitatis natura, alia humanitatis. Ergo duę sunt ĩ Christo naturæ, & Christus in duabus naturis cernitur: siquidem Deus est perfectus, & homo perfectus. Rursus Christum'ne ex duabus omnino naturis cõstare profitemur? Prorsus. Cur ex duabus? Quia ex diuinitate constat, & humanitate. Quid enim diuinitatis & humanitatis uerba declarant? duas ne naturas indicant? Prorsus. Neq; enim una est diuinitatis humanitatisq; natura. Deinde Christum ne in diuinitate & humanitate post naturarum coniunctionem consistere concedemus? Certè. Si ergo post, ut ita dicam, unionem in diuinitate cum & in humanitate consistere profitemur: diuinitas autẽ & humanitas non una natura sunt, sed duæ: profectò in duabus eum naturis consistere concedimus. Rursus si habet Christus Patris naturam, etiam post coniunctionem perfectam, & eiusmodi cui nihil desit, immutabilem, & confusionis omnis expertem, Dei & Patris natura, & sanctæ uirginis, sunt'ne una, an duę? Prorsus duę. Sunt igitur duæ in Christo naturæ post coniunctionẽ. Neq; enim in Christo ante unionem duæ erant naturæ, sed una Patris. At fieri non potest, ut una eademq; natura creata sit, & non creata: principium habuerit, & non habuerit: patiatur, & non patiatur. Si enim habuit principium, non caret principio: & si increata est, non fuit creata. Ita Christus non una natura est, sed una persona duabus prædita naturis: quarum una est increata, creata altera: una sine principio, altera principium habuit. Iam uerò si ex naturis diuersis natura constat, neutra earum eiusdem est essentiæ. Simplex enim suam tantum & simplicem habet definitionem: ea autem quæ concreta est, aliam eamq; concretam & copulatam. fieri autem non potest, ut ea quę alia atq; alia definitione continentur, eiusdem sint essentiæ. Si ergo una est natura Christus, quo tandem pacto eiusdẽ erit naturæ cuius & pater & mater est? Ille enim Deus est, hæc homo. Dei autem & hominis non est una natura: quandoquidem non una est diuinitatis humanitatisq; definitio. Est. n. Deus creator, illa autẽ creatura. Præterea cum una eademq; natura eiusdem essentiæ, cuius sunt diuersę essentię & naturę, non dicatũ, nec unius personę natura eiusdem essentię esse dicatur, cuius sunt personę diuersę essentię: si una esset natura Christus post coniunctionem, quo tandem pacto eiusdem erit essentię, cuius pater & mater, quorum est essentia diuersa? Christum autem unam esse personam, non duas, hinc etiam intelligi licet. Est'ne unus filius Christus, an duo? Vnus certè. Duę aũt personę quî erit, si unus est filius? Nam si duę sunt personę, alius atq; alius Deus Verbũ erit, nec iam unus erit filius. Rursus si duę sunt personę Christi, sedent ad Patris dextrã Cherubico solio, easq; unà cum Patre ac Spiritu res omnis quę est effecta ueneratur & adorat. Ita non trinitatẽ adoramus. Pręterea si una est Christi natura post coniunctionẽ quomodo benignitas nominatur? nempe Dei hominisq; coniunctio. Qua tandẽ natura? Si una est, non est dubium quin una eius natura: non igitur eius diuina cum homine coniunctio, & quę in Christo est patietur diuinitas. Rursus si passus est Christus, certè eius diuinitas passa est, aut eius humanitas. Vtra natura? certè humana. Eius autem diuinitas an impatiens remansit? Certè natura eius quę passa est, & quę nõ est passa, eadem'ne est, an alia atq; alia? Quo aũt modo una erit duę? Atqui duę naturę una natura non sunt, sed una persona in duabus naturis, quarũ una nõ patitũ. patitũ altera. * Sed Deus prohibeat ne aliĵ rei seruiãs nisi sanctę trinitati: Patri, qui una est persona: Filio, Dei Verbo, qui carnẽ assumpsit, & una persona cũ illius carne cõstitit: & Spiritui sancto, qui etiã est una persona: Deus inquam prohibeat, ne aliĵ nisi sanctissimę & pręclarę trinitati seruiamus. Vt enim gladius igne micans, postquam ignẽ & flammã recepit, unus etiã est: sic Christus unus est & una persona post incarnationẽ. Et quemadmodũ gladiũ flammeũ non audeo atingere, non propter ferri naturã, sed propter ignis naturã, qui coniunctus est: sic filium Dei Verbũ carni coniunctũ ueneror & adoro, unàq; carnem ueneror non propter carnis naturam, sed propter Dei uerbum quod ei coniunctum est. Regem quoque unà cum purpura adoro, purpuramq; propter regem ueneror. Atqui regis & uestis non est hypostatica coniunctio, nec interminata, nec sempiterna: in Christo autem Deo nostro est. Itaque, ut unum sanctę Trinitatis unà cum Patre & Spiritu sancto,

Christum incarnatum Dei filium & Deum ueneror & adoro. Demonstratũ est igitur, duas naturas Christi esse, unamq; personam. Quòd si duabus naturis continetur, certè duarum naturarum naturales proprietates in eo perfectè & completè inesse fateamur necesse est, siquidem eum & Deum perfectum, & hominem perfectum cognoscimus. Atq; à diuina quidem paternaq; natura habet, quòd non est creatus, quòd est sine tempore, sine principio, neq; enim cœpit esse, cũ prius non esset, uerùm generatus fuit ex omni æternitate. Hoc etiam ab ea habet, quòd Deus est, quòd uult, quòd agit, quòd rerum omnium est præpotens, quòd interminatę immensæq; potestatis, quòd effector est & rerum omnium effector, quòd infinitus immensusq; est, quòd circumscribi comprehendiq; non potest, neq; uestigari, quòd immortalis, quòd omnia tenet & continet, quòd est bonus, sapiens, iustus conseruator, simplex, non concretus & cõpositus, quòd immutabilis, commutationisq; omnis expers, quòd omnia scrutatur, res futuras prouidet, quòd omnia complexu suo continet & comprehendit, quòd communionis omnis expers est, actionis autem, non naturæ suæ participes alias naturas facit, quòd liber est, quòd beneficia & munera confert, quòd illuminat, quòd sub aspectum & tactum non cadit, quòd Deo est & essentia superior. Ea deniq; omnia quæ habet Pater, sunt Filij sola gignendi ui excepta. Cuius rei ipse Dominus uerus testis. Omnia, inquit, quæ Pater habet, mea sunt. Et ipsi Patri dixit: Tua sunt mea omnia. Personæ autem eius proprium est, filium esse, à Patre generatum, nec eum Patrem ingenitum, aut procreatorem. Genitus est enim à Patre sine ulla passione, aut copulatione, id est sine permixtione, ut lumẽ ab igne, aut potius ut lumen perfectum à perfecto lumine. Habet igitur à Patre & statũ suum, & quæ habet omnia. Itaq; ait, Pater meus maior me est. Ego enim ex eo, & non post eum, nec ego à me ipso. Patremq; hoc modo honore afficit. Quòd si diuinę Christi naturæ proprietates, quas à Patre accepit, exposuimus, humanæ etiam eius naturæ naturales proprietates, quas à nostræ naturæ susceptione habuit, exponamus. Si enim, cũ Deus esset perfectus, nostri generis homo pfectus causa nostra factus est, profectò omnes habet naturæ diuinæ proprietates: quodq; Deus perfectus est, omnes quoq; humanæ proprietates habet, id est omnes naturales uires naturæ humanæ, & quæ ad agendũ & quę ad patiendũ pertinent, ut homo omnibus suis partibus expleatur. Si quam enim naturalem proprietatem non accepit, non perfectus esset homo, sed aliquid ei deesset. Hoc autem antè positum sit, nos omnis actionis, functionis & perpessionis uim naturalem ab effectore horum omniũ accepisse, atq; naturæ esse hæc omnia. Fieri enim non potest, ut natura quælibet uel munere fungatur, uel quid agat, uel patiatur, cuius uim à natura non acceperit. Velut terra non potest ex se germen edere, nisi natura ab effectore & parente uim germinandi acceperit: nec aqua pisces edere, aut terræ fœcunditas ad editionem perduci, nisi eiusmodi uim largitus esset creator. Nec aut stirpes crescere possunt, aut uolucres uolare, aut terrenę bestiæ ingredi, aut serpentes repere, nisi crescendi, uolandi, ingrediendi, rependiq; uim acceperint. Eodem modo nec cernere homo, nec intelligere, nec sponte ac liberè uelle aut agere quid potest, nisi uniuscuiusq; uim à natura concessu Dei habeat. Itaq; homo paruus mundus rectè appellari potest. Constat enĩ ex animo & corpore, mediumq; locum inter mentem & materiẽ obtinuit. Est enim rerum quæ conditæ sunt, tam earum quæ cernuntur, quàm earum quæ conspectum fugiunt: id est tam earum quæ sensu, quàm earum quæ ratione & mente intelliguntur nodus & uinculum. Mens enim oculus est animi, eiusq; pars castissima. Quapropter ei cũ naturis animi expertibus communis est quatuor elementorum temperatio & concretio, cum stirpibus & arboribus, præterquam quòd hæc ipsa etiam & alendi uis & augescendi, & preterea seminis: cum animantibus ijs quæ ratione carent, non solũ superiora omnia, uerumetiam uita, & expers rationis appetitio: ut ira, & cupiditas item uis in qua imagines rerum imprimuntur, & memoria, sensusq; ac motus appetitus. Est autem motus appetitus, motus totius corporis, impulsus imaginum, respiratio, & loci mutatio. Ei aũt cum naturis corpore uacantib. & mente præditis, ratio cõmunis est, & qui rationẽ sequitur appetitus, quæ uoluntas dicitur, primusq; mentis est motus. Qui enim uult, is intelligentia mouetur ac ducitur, & qui uult, ratiocinatur & cogitat, & iudicat. Hæc aũt appetitio libera est. Qui enim liberè appetit, is & intelligit, & ratiocinatur, & iudicat.

Ac

Ac corporis quidem sunt sectio, fluxus, & commutatio qualitatis, ut frigoris, caloris, humoris & siccitatis, membrorum'q; compositio. Animi autem solius, qui est rationis particeps, propria est per se uita, intelligentia, & appetitio, quę rationi obtemperat, quae eadem propriè uoluntas uocatur: & praeterea animi est id, quod uerissimè ac maximè propriè animum à natura angelorum seiungit, in corpore habitare, eiq; uitam motumq; largiri, libereq; suo arbitrio, id est uoluntate mouere ac impellere corpus, appetitumq; rationis expertem, ut iram, ut cupiditatem, & eum qui habet impetus suos motum: naturaliq; imperio corpori in quo est ut seruo sibi à natura dato praeesse. Itaq; magis ad Dei simulacrum homo effectus est, quàm angelus. Angelo enim non est à natura seruus datus, nec dominatio, quę sunt corporis & animi communia: quorum animus corpori impertitur uitã, eamq; uim quae imagines rerum fingit, id est quae res sensibus subiectas, percipit, uel discernit ipsam etiam sentiendi uim, id est, quinq; sensus: ut aspectum, ut auditum, ut odoratũ, ut gustatũ, ut tactionẽ. Pręterea, uim memoriae, & liberos appetitus, alendi & crescendi uim, eumq; appetitum qui rationis est expers: iram dico, & cupiditatẽ, esuriem, sitim, defatigationẽ, despumationẽ, uoluptatẽ & dolorẽ, & uoluptatis priuationẽ, metum, ignauiã, angorem, mœrorẽ, consternationẽ, sudorẽ, & mortem. Est enim mors discessus animi à corpore, deditq; ei omnẽ uictus incrementiq; moderationem. Hae autẽ omnes auersę sunt à ratione perturbationes & actiones: actiones autẽ & facultates à natura datae. Itaq; omnia quae naturae sunt munera, à natura Dei concessu habemus. Perturbationes autem dicuntur, quòd natura omnis quae creata est, aliquid accipiendo mouetur, & agit. Sola aũt diuina natura non patitur, nihilq; accipiendo mouetur, immotaq; operatur. Praeterea, quaedam eorum functiones potius quàm perpessiones uidentur esse: quaedã autem magis perpessiones. Rectius enim uitam, actionis: mortem autem & sectionẽ, & lapsionẽ perpessionis nomine appellaueris. Sectio igitur, & fluxus, qualitatisq; commutatio, id est dealbatio, in nigrorẽq; ac frigus, & calorẽ mutatio, morbus, & si qua sunt similia, perpessiones sunt. Itemq; membrorũ digestio, & cõpositio. Natura enim ipsa digerendo & fingendo operatur: corpus autem cum componitur, patitur, & accipit. Naturam aũt uoco, legẽ & uim quae cuiq; ab initio parentis Dei munere concessa est, qua duce mouetur & quiescit. mouetur quidẽ ad ea generanda, quorũ quisq; uim & facultatẽ habet: ut intelligit, ratiocinatur, uult, sentit, loco mouetur. Horũ enim uim ab effectore accepit. Quiescit autẽ, cum ea munera non exequitur, quorũ uim non accepit nisi insistat. Motus aũt sunt, ortus, interitus, immutatio, accessio, decessio, & loci mutatio. Huius sex sunt genera: antè, ponè, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, deorsum. Atq; haec quidem, & cętera quae diximus, motus habenda sunt. Intelligentia autẽ, appetitus cum ratione, cogitatio, quaestio, consideratio, consilium, iudiciũ, affectio, institutũ, sententia, & ad defunctionem usumq; impulsio, actiones nominantur. Quanquã aũt intelligentia potius actio uidetur esse, & appetitus perpessio (omnis enim patitur, qui appetit) tamen appetitũ eum qui est cum ratione actionem dicimus: propterea quòd liber est, imperatq; auersis à ratione perturbationibus, easq; dijudicat, gubernat, & quasi freno temperat, ut iram, uoluptatẽ, sensum, & appetitum. Haec enim omnia in hominibus qui naturã ducẽ sequuntur, rationi obtemperant, subiectaq; sunt, eoq; inclinant, quocunq; ratio pręscripserit. Atq; hę etiã perturbationes naturas eas efficiunt, quę uitę beneficio utuntur. Neq; enim his sublatis uitę locus ullus relinquitur. Homini aũt datę sunt Dei concessu ad munera exequenda: cupiditas, ut Deo eiusq; pręceptis pareamus: ira autẽ, ut diabolo & peccato resistamus, confirmemusq; cupiditatẽ. Ac ea quidẽ appetitio quę rationi aduersatur, ad eã naturã absoluendã quę uiuit, est data. Ea aũt quę rationi paret, ac sui est arbitrij, ut liberè quasi freno ducat omnẽ motũ naturalẽ, eumq; effectoris legi subjciat. Ergo adiuncta est homini intelligentia & appetitio, ut ne inuitis nobis, qui ratione utimur, ea accidant, quę rationis expertibus. Mens enim quę liberè appetit, tum ratione, tum intelligenter, tum cupidè & intelligit res, & quęrit, & considerat, & deliberat, & dijudicat, & gubernat, & quod statutum est sequitur, & ad agendum conuertitur. Pręsunt enim natura, quę ratione utuntur, rationis expertibus. Quòd si homo ut rationis particeps, omnis eius naturę quę rationis expers est, rex est factus, quid est quamobrem non eę perturbationes quę

à ratione

à ratione auersæ sunt, eius erunt potestatis & uoluntatis? Cum ergo & appetitus, & rationis & mentis sit particeps, tum appetitu ad intelligendum ratiocinandumꝗ ducitur, tum rationē, mentem, & suam libertatem ducem sequitur in appetendo. Eorum autem quæ animi & corporis communia sunt, uis quidem ea quæ uitam suppeditat, magis actione cernitur, itemꝗ ea quę rerum imagines fingit, quæ sensum ministrat, memoria, & motus appetitus, patibiles sunt functiones, uel ad fungendū pertinentes perpessiones. Ira autem, & cupiditas, fames, sitis, labor, metus, ignauia, angor, uoluptas, dolor, despumatio, & sudor, alendi uis & crescendi, & quæ omnibus constituta est mors, perpessiones sunt, quæ omnia hominibus à Deo data sunt, ut & naturalia sint, & careant reprehensione. Ipse enim & statum, & hunc talem statum dedit: nec quisquā est, qui non his sit prææditus. Ac eorum quidem perceptio creatoris tum sapientiam, tum uirtutem declarat: nobis autē illa nec laudi, nec uitio ducuntur. Nam & præclara sunt, à proboꝗ artifice beneficij uirtutisꝗ causa concessa, & usus eorum uirtutē uitiumꝗ gignit. Etenim si Dei legi uoluntas nostra pareat, & ex eius legibus mens, ea quæ rationi obediunt, gubernet, nos certè & uirtutem adipiscemur, & iustitiæ munus explebimus. Eò enim eorum potestatē accepimus, qua accepta tum legem accepimus, tum legi fuimus obnoxij. Ea enim animantia quæ sunt expertia rationis, quoniā mentē ducē non habent, quę iræ & cupiditati imperet, legē minimè acceperunt. Quoniam igitur à natura & Dei serui sumus, & liberum arbitrium habemus, quod uirtutis efficiens est (neque enim uirtus est, neque iucunditatem uitæ affert) legem accepimus, ut Dominum nos habere intelligamus, ne in tenebris ambulantes, in fossam incidamus. Lucerna enim, ut ait Dauid, pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis: ut non minus boni quod datū est, quàm Dei, qui dedit semina, fiamus participes. Ipse enim & rectè factorū nobis potestatē dedit, & nostræ potestatis nos procreauit, ut tum ab ipso, tum à nobis præclaræ actiones oriantur. Omnes enim qui ea quæ bona sunt uolunt & sequunt̄, in ijs efficiendis Deus adiuuat, ut cum ea quæ à natura data sunt nobis integra seruauerimus, ea quæ naturā superant consequamur, tum immortalitatem, tum ex Dei coniunctione diuinitatē: ne si ijs naturæ præsidijs quæ accepimus, contrà quàm ratio præscribit utamur, cum ijs naturis quæ rationis & mentis expertes sunt, conferamur, ad earumꝗ accedamus similitudinē. Si enim uoluntati diuinæ nostra minus obtemperet, sed ex sua libidine libera mens, ira, & cupiditas gerat omnia, erit in uitio. Vitium enim aliud est nihil, nisi peccatū, aspernatio, & auersio à lege Domini. Itaque primū bonum quod liberi arbitrij est, naturā eam decet, quæ ratione utitur, & libero arbitrio uti: perturbationibusꝗ ijs quæ rationem aspernantur, iram dico, & cupiditatem, imperare uirtus est. Liberū autem arbitrium prodere, perturbationibusꝗ à ratione auersis succumbere, & sine ratione ritu beluarum uiuere, hoc uitium est, hoc peccatum, ut ne dedecore & turpitudine afficiamur, si ea quæ beluarum sunt committamus: sed naturæ appetitus rationi obedientes faciamus. Neꝗ enim ea uiuendi ratio, quam beluæ sequuntur, eum decet qui est rationis particeps: sed ijs potius perturbationibus quæ beluas attingunt, conuenienter rationi uti debet, easque ratione moderari, & in ditionē redigere, ducere, & quasi freno cohibere, diuinæꝗ legi subijcere, ijsꝗ ita uti ut Dominus imperauit. Intelligendū est autem, ex uerborum confusione & ambiguitate, hęreticorum errorem extitisse. Vt enim, exempli causa, hæretici ij qui Monophysitæ appellati sunt, nec principiū ullum probabant, ex eo unam tantum naturā in Christo ponebant, quòd idem naturam & personā esse dicerent, ne in duas personas Christum diuiderent: itemꝗ Nestoriani, quod duas personas dicerent, ne duas naturas in unam confunderent: sic ij qui Monotheletæ dicti sunt, quòd ignorarent, quid inter naturæ & personæ uoluntatem, id est sententiam interesset, factum est ut unam solum in Christo ponerent uoluntem. Vt igitur eum errorem, quem ambiguitas parit, uitemus, hoc dicendi de uoluntate ducemus exordium. Voluntatis ambiguum est uerbum. Interdum enim uim eam qua uolumus, significat: interdum id quod uolumus, quodque ei ui qua uolumus subiectum est, id est rem ipsam, quam uult quispiam. Vt autem aliud est aspectus, aliud id quod sub aspectum cadit, quòd aspectus est ipsa uis qua cernimus, quæ in oculo suo munere fungitur: id autem quod sub aspectum cadit, est ipsa res quæ uidetur, ut lapis, ut lignum, & quæ sunt generis

neris eiusdem: sic uoluntas est ipsa uis animi qua uolumus. id autem quod sub uoluntatem cadit, est ipsa res, quam quisq; uult. cum dico me uelle nauigare, ipsa nauigatio cadit sub uoluntatẽ. Omnino autẽ quod uoluntati subiectũ est, aut actione, aut perpessione cernit. Nunc quia uoluntas est naturæ, aut personæ, utrũ oẽs homines uim eam qua uolumus habeant, nec ne, uideamus. Ac illud quidẽ dubiũ non est, quin omnis homo uoluntate sit præditus. Quis enim unq; homo extitit, qui nihil uellet? Nõ omnis aũt homo uult eo modo, sed alius bene, alius improbè: suo quisq; arbitratu. Itaq; uoluntas quidem, id est uis qua uolumus, & uelle omnino, naturæ est: id autem quod sub uoluntatẽ subiectum est, id est id quod uolumus, arbitrij est atq; rerum singularum. Rursus ambiguorum, ut diximus, uoluntas interdum uim qua uolumus declarat, interdum id quod sub uoluntatem cadit. Sciendum est enim, aliud esse uoluntatẽ, aliud id quod uoluntati propositũ est, in quo uersatur: aliudq; uelle omnino, aliud uelle aliquid & aliquo modo, & aliud id quod uelle potest, aliud id quod uult: quemadmodũ aliud est aspectus, aliud id quod sub aspectum cadit: aliudq; uidere omnino, & aliquid, aut aliquo modo uidere: & aliud quod uideri, aliud quod uidere potest, aliud id quod uidet. Aspectus enim est ipsa uis animi qua uidemus, quæ in oculo suum munus exequitur. Videre autem est, uti ipsa uidendi ui, agere & aspicere. Nemo enim cernit, qui non aspectũ, id est cernendi habeat facultatem. Aliquid autẽ cernere est, uel cœlum, uel terram, uel aliquid aliud uidere. Quodãmodo uidere, est integrè aut corruptè cernere. Id autem cadit sub aspectum, quod propositum est aspectui, & quod cernitur: id est corpus, aut color, aut figura, quæ uidentur: uidere autẽ id potest, quod â natura uidendi uim habet, etiã si dormiat, aut cæcum sit. Homo enim animal est quod potest cernere. Is uerò uidet, qui aspectu, id est uidendi ui utitur, & agendo & aspiciendo. Eo modo uoluntas est ipsa uis qua uolumus, quam à natura animo eius effector dedit, id est uolendi facultas. Velle autem est, ui ea qua uolumus uti: uult autem nemo qui uoluntatẽ, id est uolendi uim non habeat. Id autem cadit sub uoluntatẽ, quod uoluntati subiectum est, id est res quam uolumus. Vt si dicam uelle me nauigare, ipsa nauigatio id est quod sub uoluntatem cadit. Et si dicam me uelle temperantem esse, ipsa temperantia est quæ cadit sub uoluntatem. Id autem non cadit sub uoluntatem, quod nemo uult: quemadmodum id non cadit sub aspectũ, quod aliquis non uidet. Aliquid uelle est, uel coniungi Deo, uelle comedere, uelle facere, uelle nauigari, uelle cũ uxore concumbere. Quodammodo aũt uelle est, ut uelle bene & ex lege Dei, cum uxore non coocumbere: aut male, ut uelle contra legẽ Dei cum aliena concũbere. Id autẽ uelle potest, quod uim qua uult habeat à natura, ut homo, ut angelus, ut Deus. Vnusquisq; enim eorũ uim qua uult, à natura accepit. Vnaquæq; enim angelorũ hypostasis uult: quod autem unaquęq; habet hypostasis, id est naturale. Est enim naturale id, quod in omnibus singulis rebus quæ sunt eiusdem speciei & naturæ, perspicitur. Id autem uelle dicitur, quod utitur uoluntate, id est ui qua uolumus: qualis est hypostasis, id est unaquęq; rerum singularum. Voluntas ergo interdum ipsam uim qua uolumus significat: interdũ id quod sub uoluntatem cadit, id est ipsam rem quam uolumus. Itaq; uoluntas ad naturam pertinet, & uelle simpliciter. Omnis enim homo facultate ea qua uult est præditus: uultq; omnis homo, id est uoluntate utitur, quoniam homo est animal, quod aptum animum habet ut uelit. Id autem quod sub uoluntatem cadit, non tam naturæ, quàm arbitrij atq; hypostasis est, neq; enim omnes homines idem, neq; eodem modo uolunt. Ex quo fit, ut quodammodo uelle, ut bene aut malè aut aliquid, ut hoc uel illud uelle, non sit naturæ, sed arbitrij, atq; hypostasis in angelis & hominibus. Nam in sancta & indiuisa trinitate una trium personarũ naturalis est uoluntas, & unũ naturale bonum, nec suam quæq; persona rem habet quam uelit, nec propriam appetitionem: sed trium personarum una est appetitio, & sub earum uoluntatem una eademq; res cadit. Itaque non tres dij sunt, sed unus Deus, tres personæ, unus Deus, cum ijs quæ in eo sunt facultatibus, non unus concretus. Vnaquæq; enim earum perfectus est Deus, perfectaq; persona. Naturarum autem institutio nulla ex persona existit, idq; omnino inauditum est, Deoq; solo dignum. At in angelis & hominibus, non item. Vt enim una sit angelorum uoluntas, ea quæ illis primo ortu à Deo data est uis, qua uolunt (nam & unusquisque angelus uult, & unusquisque homo) tamen

tamen nō unus est omnium angelorum motus, nec unus hominum omnium: sed suus cuiusq; hypostasis motus est, sua cuiq; res proposita quam uelit. Non enim eodem modo, neq; idem uolunt singuli angeli & homines, sed hic benè, ille malè, & alius aliud: & cum unus mouetur atq; uult, non simul alter uult & mouetur. Ita in angelis & hominibus naturæ uoluntas attribuitur. Quod idem de uolendo iudicādum est. Omnes enim homines & aptum animum habent ut uelint, & omnes uolunt. Sed tamen non omnes homines idem possunt uelle, nec idem omnes uolunt. In sancta enim trinitate tres personæ aliæ insunt in alijs, suntq; Verbum ac Spiritus Patris potestates atq; uirtutes, ob eamq; causam unus est trium uoluntatis motus: itemq; ad eam res eis proposita est quā uelint. Angeli autem atq; homines suam quisq; diuisam & distinctam hypostasin habent, etsi eiusdem naturæ sunt: ob eamq; causam, uis qua uolunt, & uelle in eis est, illud quidē unum atq; naturale: uelle autē quid, aut quodā modo arbitrij, atq; hypostaseos. Et eorum quidem una est uis naturalis, qua uelle possunt: multi autem sunt, qui uolūt. Quare uoluntas est appetitio cum sensu atq; ratione. Ac ea quidem animantia quæ ratione carent, cum sensu, non cum ratione, neque libere appetunt. Homo autem qui rationis est particeps, qua ex parte animal est, cum sensu appetit: qua rationis particeps, rationem ducem in appetendo sequitur, liberosq; habet appetitus. Est igitur uoluntas, naturalis quædam appetitio rationi sensuiq; consentanea, quæ solum naturalibus accōmodatur. Naturæ autem uoluntates sunt primum, ut Dei legibus pareamus. Natura enim homo Dei seruus est, ciq; subiectus. deinde ea quæ personis rebusq; singulis natura præscripsit, ut fames, ut sitis, ut somnus, quæq; sunt eiusdem generis, sunt uoluntates rerum singularum, atq; arbitrij. Appetitio enim uoluptati & libidini, siue arbitrio congruens, eius est rei quæ eam adhibet, non autem legi diuinæ est consentanea. Ratioq; utendi ea uoluntate, quæ à natura proficiscitur, arbitratu eius fit hypostasis quæ utitur. Ita quod etiam ab altera hypostasi separar, diuersam hypostasis sententiam arbitriumq; efficit. Quanquam sunt qui hominē naturali uoluntate præditum negent. Aiunt enim duas solum esse uoluntates, unam bonam, quę diuina sit, alteram malam, quę à diabolo proficiscatur: cumq; homo id uult quod bonum est, tum eum Dei habere uoluntatem: cum autem malum, eam quam diabolus efficiat. Sed non intelligunt fieri non posse, ut quęuis natura agat aliquid, cuius uim à natura non perceperit. uelut uolare non potest auis, nisi à primo ortu uolandi facultate sit prędita: nec eodem modo terrenę bestiæ ingredi possunt, nisi uim gradiēdi à natura acceperint. Sic nec homo intelligere potest, nisi à natura intelligendi ui & facultate sit prędítus: nec loqui, nisi loquendi uim à natura habuerit. Quapropter primùm insit à natura oportet uis, qua uolumus, id est uoluntas: deinde ita deniq; uelle sequitur. Itaq; in Domino nostro Iesu Christo, quoniam duę sunt naturę, duę quoq; sunt naturę uolūtates: ut sit tum perfectus Deus, tum homo perfectus: nec ei ulla diuinitatis, ullaq; humanitatis proprietas desit. Duæ autem sunt eius uoluntates, eæq; alię atq; alię pro naturarum differentia. Diuina enim omnia complectitur (uoluntas enim diuina rerum omnium est prępotens) humana autem non omnia potest, sed imbecilla est, & ad patiendum accommodata. Est enim infirma & ad patiendum idonea humana in Deo uoluntas. Aliudq; & aliud à natura subiectum est utrique uoluntati. Neq; enim quę sub humanam uoluntatem cadunt, ea diuinę sunt uolūtatis. Nam cum à primo ortu natura humana & esculentorum, & poculentorum, & somni, cęterorumq; eiusdem generis cupiditate ducatur, hęc tamen diuina natura non desiderat. Neq; enim hęc appetit, etiamsi naturam humanam hęc uelit naturaliter desiderare, & quemadmodum, & quando præscribit. Nec uerò contrarię sunt inter se duę illę quæ in Domino nostro Iesu Christo insunt pro naturarum distinctione uoluntates. Neque enim diuinę uoluntati contraria est hominis naturę congruens uoluntas: neq; ea quæ illi subiecta sunt à natura: neq; is uoluntatis usus, quem natura prescribit, presertim cū eorum omnium quæ naturam ducem sequuntur, diuina uolūtas sit effectrix. Sed ea demū diuinę uolūtati repugnāt, quę sunt cōtra naturam, qualis est iudicio & arbitrio proprio, peccatiq; uoluptati appetitus cōsentaneus, id est peccatū, quod minimè Christus assumpsit. Peccatū enim nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Quoniā autē una est Christi persona, unusq; Christus, fit ut unus sit qui utraq; natura uelit: ita tamen, ut qua

ex parte Deus est, imperet & censeat: qua autem homo, pareat & obediat, imperet quidem ut Deus, paterna diuinaque uoluntate unà cum Patre & Spiritu: ut autem homo, nostra uoluntate diuinæ suæ, ac paternæ uoluntati morem gerat. Neque enim Patri obedit diuina sua uoluntate: quippe cum diuina uoluntas nec pareat, nec imperium recuset: quandoquidem hæc sunt, ut ait Gregorius Theologus, eorum qui in ditione alterius sunt, & serui formæ quam ex nobis Christus assumpsit. Factus est autem obeidens naturaliter humana sua uoluntate, quoniam obedientia libera, & necessitatis expers uoluntatis subiectio in aliena est uoluntate. Voluit igitur & uult res diuinas, ut Deus: humanas autem & uoluit & uult ut homo, non sententię repugnantia, sed naturarum proprietate. Voluit enim ac uult res eas quæ naturam humanam attingunt, ubi uisum est, & quando ipsius diuinę uoluntati, quòd sponte humana illius uoluntas diuinę eius pareat. Dei enim uoluntas & actio est, ut placet beato Irenæo, omnis & loci & temporis & seculi, omnisque naturæ effectrix, & prouidentia. Humana autem uoluntas uis est naturalis, qua ea continentur quæ naturā attingunt. Omnis enim natura tum statū suum, tum uitam, tum motum & sensus & mentis expetit, statumque suum naturalem, eumque perfectum & absolutum desiderat. Vult enim saluam se esse natura, eaque omnia quæ se efficiunt, propter statum suum, à quo tum pręsens appetitus, tum eius origo pendet. Itaque alij hoc naturale definiunt, appetitum cum ratione & sensu eorum quę ad naturam solum pertinent. Voluntas autem beati Clementis sententia, est eius quod proprié est appetitio. Rursus uoluntas appetitio est eius quod ratione utitur naturæ consentanea. Itemque mentis imperatricis liber motus. Deus enim hominem initiò cum finxisset, eiusmodi fecit, qui, ut beato Athanasio placet, & natura peccare non posset, & suæ esset uoluntatis atque potestatis. Ac res quidem omnis quę ortum habuit, tam ea quę rationis est particeps, quàm ea quę expers est, quęque sensum habet, & non habet, & quæ non uiuit, natura peccare non potest. Non omnis autem libera uoluntate est prędita. Cumque natura diuina & peccare non possit, & sit libera uoluntas, non tamen mutabilis est, sed omnino immutabilis. Quòd si natura diuina eiusmodi uoluntate est prædita, ut nec peccatum, nec mutatio in eam cadere possit, cum interim sit libera: omne autem quod creatum est, sic à Deo generatum est, ut peccare nequeat, (quæ enim fecit, ualde bona erant omnia) ita tamen factum est, ut in id caderet mutatio. Quorum enim ortus à mutatione initium cœpit, ea natura sunt mutabilia. Mutatio autem est ex nihilo in lucem editio. Si igitur Christus hominis uoluntatem non accepit, qua tādem uoluntate Patris præceptis paruit? Si humanā uoluntatē nō sumpsit, qua uolūtate legi subiectus fuit? Si humanam uoluntatem non assumpsit, qua uoluntate omnē iustitiam impleuit? se enim perfecta uirtute atque iustitia præditum fuisse, Ioanni dixit, Sine modo: sic enim decet nos omnem iustitiam implere. Vt enim omnibus iustitiæ & uirtutis numeris absolutus esset, non tamen in iustitiæ uirtutisque officijs progressum fecit, sed perfectū eum atque absolutum summa reddidit coniunctio. Neque enim, cum non esset, ortus est Deus: sed cum Deus perfectus esset, perfectus homo factus est. Etenim si uoluntatem humanam non assumpsisset, profectò nunquam primum illum morbū qui in nobis erat, curatione adhibita, depulisset. Vt enim ait Gregorius Theologus. Quod non est assumptum, id curatum non est. Quid enim præter uoluntatē peccauerat? Quod ergo offenderat, quod peccauerat, id maiore egebat curatione. Quòd si neges id ab eo assumptū esse, quod peccauerat, fateare necesse est ab eo naturam quæ peccauerat, & ægrotabat, non fuisse susceptam. Quam si ipse sibi non coniunxit, quo tādem pacto antequam statuerat aliquid esse bonum aut malum, id quod malum est declinabat, ut quod bonum erat deligeret? Neque enim diuina uoluntas dissuadet, aut suadet, aut eligit. Improbat igitur mala, & bona sequitur, dum paternæ uoluntati, ut homo, liberè obtemperat. delectus enim liberæ est uoluntatis, sed nō more nostro consultabat, aut iudicabat: nec duorum contrariorum, uirtutis dico & uitij, rationem ducebat, aut eorum notitiam habebat: sed solius boni, in quo est decretum diuinæ uoluntatis. Ita quod Adamus debebat, ipse dissoluit. Quod autem dicitur, prius quàm sciret bonum aut malum, non cognouit ipse, nec cogitauit malum ex coniunctione, quam hypostasis procreauit: nec ratio eius in utranque partem propendebat, aut distrahebatur: sed cùm ipse unus Christus hoc

Accipitur hoc loco natura pro nuda & simplici rei, ut ita dicam, existentia, nō pro ea qua res sunt certæ speciei.

& illud esset, id est Deus & homo, ijs quę ad humanitatem suam pertinebant, id est ijs omnibus, quæ naturam humanam attingunt, ad parendum præceptis paternis suisq; diuinis utebatur. Quòd si Angelorum præsidium & adiutorium accepit, quemadmodum scriptum est, Et ecce angelus eum confortabat: ea est lex naturę humanæ data. Ait enim Dauid, Angelis suis mandauit de te, & in manibus portabunt te. Nec si desertus est, idcirco uoluntatem non accepit: id enim ait: Eli Eli, Lamasabachthani? id est, Deus meus, Deus meus, quid me dereliquisti? Deus & pater unigenitum filium suum, cum homo factus esset, causa nostra morti dedidit. neque enim corpus eius relictum est, aut separatum ab eius diuinitate: neque corruptum est. Nec eius animus desertus est in inferis. Nec Deus & Pater Filium suum deseruit, sed eum pro nobis contumelias, ignominiam, supplicia, mortem denique perferre uoluit, cum nec in crimine ullo, nec pecca to teneretur. Itaque dum paternæ uoluntati etiam usque ad mortem paruit, ignominiam'que contempsit, uera gloria & honore sempiterno naturam nostram affecit atque coronauit. Si ij qui naturam unam in Christo concretam & compositam concedunt, duas negant, & naturarum distinctionem approbant: quo tandem modo cum duas na turas in Christo ponant, unam tamen dicunt in eo inesse uoluntatem? Sed aiunt, non ad naturam, sed ad personam uoluntatem pertinere. Quo ergo in genere uoluntatis ponetis uim qua uolumus? in quo actionem qua simpliciter & omnino uolumus? in quo id quod sub uoluntatem naturaliter cadit, & usum ipsum uoluntatis, id est uelle? in quo deniq; id quod sub cuiusque uoluntatem pro animi libidine cadit? Nam si uim uolendi & omnino uelle ad personā accōmodatis, nō uerè dicitis. Cū enim omnes homines ui uolendi præditi sint, & omnino uelint: quæ autem in omnibus personis & rebus singulis, quæ eidem speciei subiectæ sunt, perspiciuntur, naturæ sint, non personæ propria: nec omnes homines idem uelint, nec eodem modo, efficitur ut uis uolendi & absoluta uoluntas ad naturam pertineat: uelle autem certum quid, aut certo quodam modo sit uniuscuiusque rerum singularum differentia, &, ut ita dicam, hypostaticum accidens. Testis est sanctus Ioannes & uerè Chrysostomus, qui in primo libro cōmentariorum in epistolam ad Hebræos, oratione decima quarta, scribit his uerbis: Voluntas enim insita est nobis & innata, & à Deo est. Huius autem uel illius rei uoluntas nostra est, & nostri iudicij. Præterea quoniam uis uolendi, quæ personę attribuitur, ab alio proficiscitur, filius patris erit etiam diuersæ uoluntatis: ea autem quę naturam attingūt, ab alio non traduntur. Nemo enim discit esurire, nemo sitim perpeti, nemo dormire, aut respirare. Ita'ne uelle quidem quisquam docetur: quodam autem certo modo siue bene, siuè malę uelle, & uelle aliquid docetur. Itaque uelle Dei lex docet, quandoquidem id nobis naturaliter ab eo datum est, sed ut bene & aliquid uelimus. Ex quo fit, ut uelle omnino ad naturam, uelle autem, & aliquid, & quodam modo, ad personam pertineat, atq; distinguat, præterq; in sancta Trinitate. Illic enim cur eodem modo, idemq; uelint tres sanctæ illæ diuinitatis personæ, natura diuina causa est. Vnus enim sanctæ Trinitatis qui carnem sibi coniunxit Filius, qui idem & Verbum Dei, & Deus est, quē admodum hominis naturam accepit: Pater autem & Spiritus sanctus non acceperūt, ex eoq; à Patre & Spiritu est distinctus: quòd homo factus est, sic proprietatibus ijs quę naturam attingunt humanā, discretus est à Patre & Spiritu, quòd duas naturas habeat, duasq; naturales proprietates. Id autem essentiam naturamq; in eo attingit, quod cum adest, seruat: cum abest, naturę definitionem dissipat. Est'ne igitur homo expers uoluntatis? certè nō. Nemo enim homo unquam sine uoluntate extitit. An uerò ad naturam uoluntas referenda est? Si fames, si sitis, si somni cupiditas, quæ à ratione desciscunt, in naturalibus sunt, an non appetitio quæ rationi paret, & libera est, ad naturam pertinebit? Iam cum ad Dei imaginem & simulacrum effecti simus ea ex parte quæ intelligentia & libertate continetur, si uoluntatē liberam Christus non accepit, profectò ad Dei simulacrum non fuit effectus. Dicam autē nec ita multo pòst, pauca de simulacro Dei, quod ipse in efficiendis nobis imitatus est. Si igitur humanam uoluntatem Christus nō accepit, quę ipse uoluit, omnia diuina uoluntate uoluerit, necesse est. Ita cum in domū quampiam clam ingredi uoluit, non potuit. Non igitur diuina uoluntas rerum omniū est præpotens, sed infirma est & imbecilla. Has ineptias homo, & nugas pellito. Nō est

diuinæ uoluntatis cibi aut potionis cupiditate duci, aut ex loco in locū redire, aut alia eiusdē generis exequi, sed humanæ. Itaq; humana uoluntate Patris præceptis parēs hęc uoluit omnia. Sed ita occurrunt nobis hoc loco, ut dicant, non à natura libertatē homini datā esse, sed honoris causa, propterea quòd Gregorius Theologus ita dicat, Liberū arbitrium ei honoris causa tribuit. Sed attende quid rursus idē pater dicat, Hunc rationis & simulacri diuini honore ornauit. Non igitur eam partē animi, in qua ratio sita est, à natura, sed honoris causa accepit. Sed tēpus est, ut Dominum non modò animum rationis participē, uerumetiā rationē sibi coniunxisse demonstrē, & quot modis ad imaginē Dei homo factus sit. In ea quidē animi parte quæ ratione, & in ea quę intelligētia, & quę libero arbitrio continetur, hęc imago intelligitur: & in eo quòd mens uerbū gignit & spiritum ꝓfert: & in eo quod principatū obtinet. Ex his quidē & angeli & homines ad imaginē facti esse intelligunt. Homines autē ꝑterea ex essentia intelliguntur ad imaginē Dei effecti, ut ex eo quòd Adā nō est genitus, & Abel generatus est, & Eua ꝓcessit. Pręterea ex eo quòd natura tenet principatum. Natura em̄ corpori animus imperat. Ex eo etiā quòd in hominē quasi in angustum locum quę creta sunt, cōcluduntur oia. Vt enim in Deo omnia cōprehenduntur & colligātur cōmuni quodā uinculo, sic in homine. Est enim & eorum quę intelligētia, & eorum quę sensu cōtinentur, nodus & uinculum. Itemq; ex eo quòd ad eam imaginem & simulacrum factus est, ad quod gignēdus erat Dei filius. Nō enim factus est angelus, sed homo. Omnis autē res quę ex duabus naturis dissimilib. cōcreta est, naturales duarū illarū naturarum ꝓprietas cōplectatur necesse est, etiāsi in cōiunctione earum perspiciatur ꝑmixtio. Nā ignis & aqua cum inter se cōtraria sint (ignis em̄ calidus & siccus est, aqua frigida & humida) tamē cum ex quatuor elemētis corpus cōcretum est, quatuor prędītum est qualitatib. calore, frigore humore & siccitate. Quòd si in his quę permiscētur necesse est inesse naturales ꝓprietates eorum ex quibus cōstat, quāto magis in ea cōiunctione, quę omnis ꝑmixtionis expers est? Sed respōdent, homini à natura nō esse datā uoluntatē: dicuntq; id quod Manichæi, duas tātum esse uolūtates: unā quę à Deo profecta est, boni: alterā mali, quā malus genius inseuerit: & cum id uult homo quod bonū est, Dei: cum id quod malum, diaboli in eo inesse uoluntatem. O singularē amentiā, ô ignorationis tenebras. Diuinā uoluntatē quę omnia facit, utrum homo habet nec ne? certè habet, inquit. Si homo diuinā habet boni uoluntatē, ꝓfectò eorū ratione & sentētia homo autor erit rerū omniū. Nō intelligunt autē nullā omnino naturā aliquid exequi posse, cuius facultatē à natura nō perceperit. Vt aues nunquam possent uolare, nec terrenę bestię ingredi, nisi natura illis uolādi, his gradiendi uim dedisset. Similis est ratio hominis: neq; enim unquā uelle aut agere quid posset, nisi à natura ei concessa esset uolendi & agendi facultas. Nō enim exempli gratia, intelligere, aut uidere, aut etiam quid agere posset, nisi intelligendi & uidendi & agendi facultatem à natura accepisset. Itaq; in omni natura naturales actiones & insunt, & una insunt: ea autē quæ cadunt sub uoluntatē aut actionē, non insunt. Ea naturalis uoluntas, id est uis ea qua uolumus, una est: ea autē quę uolumus multa & uaria sunt. Ait enim scriptura, Omnes uoluntates eius sunt in ipsis: non ait, Diuina uoluntas in eis: sed omnes uoluntates eius in ipsis, id est, ea quæ cadunt sub eius uoluntatē. Intelligēdum est diuinitatis uoluntates ad naturā pertinere, propterea quòd immutabilis est: nec aliter atq; aliter sua natura uelle potest, sed semper eodem modo. Itaq; eadem cadunt sub Patris, Filij, & Spiritus sancti uoluntatē. Quæ enim ad naturā referuntur, Patris, Filij & sancti Spiritus, quòd eadem ortum natura sit, eadē sunt omnia. Nihil autē personarum est proprium in illa summa diuinitate, nisi Patris, à nullo ortum & originē habere & generare: Filij, generatum esse: & processisse sancti Spiritus. Quod autē diximus de uoluntate, idē de ui agēdi dicimus actionis uerbū significare diuersa. Actionis enim Dei proprium est, non solum omnē sensum, mentē & secula omnia, sed omnē etiam causam atq; rem quæ nomine appellari potest, infinitis partib. superare, & ultrà progredi. Est enim actio naturalis uniuscuiusque naturæ uis & motus. Rursus actio est uis naturalis, & uniuscuiusque essentiæ interpres. Item actio uis est animi intelligentis, naturalis & prima, id est quæ motu ꝑpetuò agitatur: id est, eius ratio quæ sempiterno motu ciet naturaliter ꝓ, ex eo semꝑ quasi ex fonte manat. Dicūtur etiā actionis oꝑationes.

ut uidere, ut loqui, ut respirare, deambulare, comedere, bibere, id est omnis naturalis facultatis functiones & munera. Pleraq; etiam eorum quæ natura patimur, actionum appellantur nomine, ut fames, sitis, quæq; sunt eius generis. Atq; ut rem in pauca conferã, actio est naturalis cuiusq; naturę uis & motio, qua separata res in nihilum recidit. Quid est ergo quamobrem Christus naturæ humanæ actionem non habeat? cum præsertim sublata naturali cuiusq; actione, naturæ interitus consequatur. Si ergo non fuit in eo naturæ humanæ naturalis actio, ne natura quidem humana in eo fuit. Quorum enim naturæ diuersæ sunt, eorum etiam tam uoluntates quàm actiones differunt. Aliud autem est agere, aliud agere quid, aut quodam modo: ut aliud est id quod agitur, id est actio: aliud id quod agere potest, & aliud id quod agit. Atq; actio quidem est ipsa uis agendi, id est ui agendi ualere. Aliquid autem agere est, ut cernere, intelligere, audire, deambulare, comedere, potare. Quodam modo agere, est benè aut malè. Id autem agere potest, quod ui agendi est præditum, ut angelus & homo. Id autem agit, quod ui agendi utitur, cuiusmodi sunt res singulæ. Quòd si actio aliâs uim agendi nostram significat, aliâs agere, interdum ipsam, ut ita dicam operationem, certè actio, id est ipsa uis agendi & agere ad naturam pertinent. Omnes enim homines agẽdi ui prędití sunt & agunt, propterea quòd homo est animal natum ad agendum. At ipsa operatio non solùm naturæ est, sed etiam rerum singularum, id est personarum duntaxat in hominibus & angelis. Nam in sancta Trinitate naturæ sunt omnia, & quæ sub uoluntatẽ cadunt, & quæ sub uim agendi, ob eamq; causam eadem sunt trium personarum. Angelorum autem & hominũ nõ est idẽ subiectũ uoluntati, nec actioni: nec in eis idẽ est his facultatib. utendi modus. Est enĩ in quoq; angelo & homine suus motus & appetitus, alioq; ac alio modo & uolunt & agunt singuli. Quapropter in Domino nostro Iesu Christo, quoniã duæ sunt naturæ duę etiã actiones sunt quę naturã attingũt, ut sit & Deus perfectus, & homo perfectus: itemq; duę sunt uoluntates, quibus alio atq; alio modo uult pro naturali duarũ naturarũ distinctione, ut Dei more & hominũ more: sed ita ut qua ex parte natura est diuina, modo quodã omnia cohibẽte, & ab omni perpeßione libero: qua autẽ humana natura est, imbecillo quodã, & perpeßioni admixto uelit omnia. Et alia quidẽ atq; alia in eo naturalis actio est. Alia est enĩ naturę diuinę, alia humana actio: ut alia natura diuina, alia humana agere in eo potest. Nam nec ea agere potest natura diuina, quę humanę sunt, nec natura humana, ea quę sunt diuinę ꝓpria. Vt exẽpli causa, nõ res creat et molitur natura humana, nec diuina comedit, aut loco mouetur. Etsi aũt natura diuina per humanã hęc agit, tamẽ unus est qui hęc & illa agit omnia, quòd ex his duab. naturis una persona constet. Si enĩ humanã actionẽ nõ accepit, nec uixit ut homo, nec intellexit, nec cogitauit, nec comedit, nec bibit, nec cibũ gustauit, nec ambulauit, nec uidit, nec audiuit, nec respirauit, nec ullũ eorũ munerũ executus est, quæ naturã attingũt humanã. Ex quib. efficitur eum hominẽ nõ fuisse. Ait enĩ B. Gregorius Nissenus: His ita digestis & subtiliter disputatis, uideamus num sancta euãgelia, apostoli, sanctiq; patres Christũ hæc habuisse omnia cõfirmẽt. Ac animũ quidẽ humanũ in se fuisse, ipse in Ioannis euãgelio asserit his uerbis: Possum ego animã meã ponere, & iterũ eam accipere possum. Et rursus: Et animã meã pono pro ouib. meis. Eum corpus habuisse Ioseph testatur, qui corpus eius & petiuit, & curauit, & sepeliuit. Membrorũ etiã cõpositionem in eo fuisse, testis est illa meretrix quę & caput eius unguẽto perfudit, & pedes lachrymis lauit: testes sunt & claui, quibus manus ac pedes perforati sunt: testis lãcea, quæ eius latus aperuit: testis discipulus, qui supra pectus eius recubuit: testis lingua quę dixit: Si quis sitit, accedat ad me, & bibat: testatur os quod Spiritũ sanctũ impetiuit: testes dẽtes, qui pascha cõminuerũt: guttur, quo in stomachũ pascha illapsum est: iecur, ꝙd pascha in sanguinẽ uertit: testis ꝑterea fatigatio, quã ex itinere suscepit, cũ artuũ cõmissurę dissolutę distractæq; essent, ut placet diuo Basilio: testis est etiã pręputij amputatio: testes clunes, qui in asino sederũt: & flagra, quibus eius tergus cæsum est: testes deniq; colaphi & os consputatũ. Eum autẽ recepisse diuisionẽ & fluxũ, testes sunt claui, lãcea, sputũ, sudor, sanguis & aqua q̃ ex latere eius manarũt. Participẽ autẽ eum fuisse animi & actionũ & motionũ, argumẽto sunt sanctißimi illius animi eæ, quas per incorruptũ corpus exequebatur, actiones & munera. Vidit enim ciuitatẽ Hierusalẽ & fleuit. Vnguẽti odor sensu perceptus: testis

est & uox quæ Lazarum ab inferis excitauit: gustatus fellis & aceti, quorum ingratū saporem natura duce repudiauit. non enim sunt hæ naturæ diuine actiones. testis est etiā lepræ tactus & ingressus, manuūq; in cruce dilatatio. Quòd si naturalē facultatē uimq; spectemus, idem testabitur corporis tū nutricatio, tum incrementa. Beatus enim uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Et puer crescebat ætate, ut ait scriptura. Ex ui sentiēdi animatus fuisse intelligitur. Est autem naturæ quæ rationis est expers, sensus, motus, qui suos habet impetus, fames, sitis. Scriptū est enim. Postea esuriuit. Et in cruce dixit, Sitio. Cibi etiam cupiditas. Ait enim, Desiderio desideraui hoc pascha mādūcare uobicum: & ira: Turbatus est, inquit, spiritu, & protestatus est, & dixit: Vnus ex uobis me tradet: hoc etiam concoctio cibi & potus indicat, eorumq; in sanguinē mutatio. Vnde em̄ sudor, unde sputum, salutarisq; cruor & aqua, nisi ex cibi cōfectione? Hęc enim omnia sensit, eisq; sic usus est, nō ut perturbationibus parēret sed ducē naturā in eis sequeret. Capiebat etiā cibum nō ut uoluptati à ratione auersa sentiret, sed ut uires reficeret. Est em̄ sanctissimū eius corpus, nullum interitum sensit, tñ diuisionē fluxumq; naturaliter pertulit. Interitus.n.corporis est, cum in ea unde cōstat occidit. In primis autē in eo fuit ipsa uita, quę est prima animātis actio: & motus, quē corpori animus impertit. Vim aūt gignēdi nō habuit, propterea quòd stabiles sunt & immutabiles diuinarum personarū ꝓprietates: fieriq; nō potest, ut Pater aut Spiritus efficiatur Filius. Itaq; hominis filius factus nō est, sed solius Dei, ut immutabilis ꝓprietas permaneat. Pręterea persona cū persona eiusdē naturæ permisceri solet, nō alia autē est iam persona eiusmodi Filius Dei & hominis Filius, nisi Deus & homo Iesus Christus, Dei Filius. Iā uerò ut sit hæc permixtio naturæ cōsentanea ad hominum genus explēdum, at necessaria nō est, pręsertim cū fieri possit, ut homo & sit & uiuat sine ulla cōtrectatione: multiq; extiterūt homines qui nunq; huic uoluptati operam dederunt. Corporis em̄ nulla est propria actio præter fluxum & diuisionē, quæ perpessiones sunt, nō actiones. Cætera omnia cū animus corpore utitur, ꝑspicuè sunt actiones Perturbatio autē nō est diuinitatis: Nunc, inquit, anima mea turbata est, nec tristitia & anxietas: Cœpit.n. cōtristari & angi: &, Tristis est anima mea usq; ad mortē. Nec metus mortis: Pater, inquit, si fieri potest, trāseat à me calix iste. Nec mors. Hæc, inq;, omnia nō sunt diuinitatis (est em̄ diuinitas expers perturbationū, perpetuaq; uita tenetur nulla morte cōsequente) sed animalis, id est naturę animi & sensus cōpotis. Animo aūt, qui rationis & intelligētiæ est particeps sapientiā est cōsecutus quoniā sapientia & ętate ꝓfecit: neq;.n. in diuina sapiētia ꝓgressum fecit. A prima enim cōceptione cōpleta fuit cōiunctio, & summa naturarum coagmētatio: nec ullā diuinæ uirtutis habuit accessionem, sed in humana sapientia progressum fecit. Nam pro ætatis corporeæ modo & progressu humana in eo sapientia apparebat: quandoquidē tanq; à prima conceptione infans ꝑfectus extitit, habuitq; digesta & cōposita mēbra corporis. propterea quòd nō pedetētim & sensim mēbrorum eius facta est delineatio & cōpositio, quēadmodum ait Magnus diuinisq; rebus eruditissimus Basilius in oratione quam in Domini natalitijs habuit: Sic humana & diuina in eo sapientia à prima conceptione perfecta fuit, qua scilicet ex parte homo erat. Nā ut Deus nō cœpit esse perfecta Dei sapientia, sed erat æterna. Progressu autē ætatis corporis, humanæ sapiētiæ quæ in eo perfecta erat, documētum & specimē progressus habebatur. Quòd si humana sapiētia fuit præditus, fuit etiā intelligētia. Sapiētiæ em̄ intelligētia uis & origo est. Itaq; Apostolus ait: Nos autē sensum Christi habemus. Et patres quorum testimonia annexuimus imaginē Dei quę in nobis est, ad mentē & intelligentiā exponēdo accōmodant. Si igiť hominē, in quo efficiēdo simulacrum suum imitatus est, sibi cōiunxit, id est humanā naturā, certè naturā quæ intelligētia & ratione cōtinetur assumpsit. Si appetitū assumpsit rationi obedientē, eum etiā qui rationis est particeps. Neq;.n. naturā accepit mētis & rationis expertē. Si.n. mētis & ratiōis expertē naturā assumpsisset, haud sanè homo esset. Nunc eā quę rationis est particeps sibi cōiunxit, quādoquidē homo natura est rationis cogitationisq; particeps. Itaq; ut omnes sancti patres duas naturas, sic omnes duplices proprietates quę naturas attingunt, in Domino nostro Iesu Christo posuerūt Neq;.n. natura ulla sine proprietatib. ijs quæ eam efficiunt, cōstare ullo modo potest. Qui igiť duas eius naturas fatentur, ij fateantur necesse est duas eius uoluntates, id est duplicem

uim

uim uolēdi, quæ ad naturā pertinet. Habet enim natura Deus uoluntatē diuinā, quæ omnia potest: & ut natura factus homo, uoluntatē humanā habebat, qua clàm domum ingredi nō potuit, cum uellet. Neq; enim certè, ut opinor, diuina eius uoluntas circumscribi poterat. Erat quidē certè in eius animo humano uis uolēdi, qua ipse res eas uolebat quæ naturā attingunt humanā, & animi sui uoluntate ad res humanas ferebatur: quēadmodum diuina ea quæ Dei sunt unus & idē Filius Dei Christus, Deus perfectus, & perfectus homo uolebat. Nec uerò in eo sentētiæ erat ulla repugnātia. Obtēperabat. n. ultro diuinæ illius & paternæ uoluntati uoluntas ipsius humana, eademq; uoluit eam uelle diuina. Quoniam enim Adamus Dei imperio nō paruit, sed arbitratu suo contrà quàm diuina uoluntas præscriberet fecit, id quod pręcepti uiolatio est: nec quisquā eorum qui ex Adamo prodierunt, in omnibus diuinæ uoluntati obediuit, singuliq; homines diuinam uoluntatem ultrò ac spontè defugerunt (omnes enim peccauerunt, ut ait Apostolus, & egent Dei gloria) Dei filius salutari patris uoluntate factus est homo, naturamq; humanam sibi unà cum humana uoluntate, quæ naturæ est, coniunxit hominis autem hypostasin non coniunxit: ne naturæ humanæ uoluntas, quæ naturæ attribuitur, uoluntate ea quæ hypostasin attingit, diuinæ uoluntatis præscriptione discederet, sed ei sponte parêret in omnibus: atq; ita, ut uetus peccatum obliteraretur. Pręterea uoluntatem humanam habuit, B. Marci Euangelistæ sententia, quòd clam domum ingredi uoluit, nec potuit. Rerum igitur omnium præpotens diuina est uoluntas, non imbecilla: imbecilla uerò humana. Ita uoluntate humana uoluit, cum diuina eius uolūtas approbasset, humanæq; ipsius naturæ utendi suis, uoluntate dico non potestate dedisset facultatē. Alio quoq; loco ait: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste, id est, mortis poculum. Hic est naturalis uitæ appetitus & cupiditas, quam naturaliter animantes tam eæ quæ ratione utuntur, quàm eæ quę eius sunt expertes, consecutæ sunt. Veruntamen non mea uoluntas fiat, sed tua. Ecce naturalis rationisq; compos mētis appetitio, quæ & potestate & iudicio suo, & quasi freno quodam appetitum eum qui rationis est expers, coërcet: Non mea, inquit, uoluntas fiat, sed tua. Voluntas mea, humana est, qua nullum tecum habeo commercium: neq; enim, ut ego, sic tu homo factus es, nec humanas perpessiones recepisti: sed uoluntas tua mihi tecum communis est, qua & naturæ & diuinitatis sum particeps. Non enim descendi, ut id quod uellem facerē, sed id quod tu qui me misisti: non ut humana mea uolūtas suo arbitratu tuę repugnet, sed ut tuę pareat: & quod uolūtati tuæ placet, id humana mea approbet. Voluntas enim Patris eiusq; decretum in eo positum erat. ut ipse Christus pro mūdi salute mortem perferret, cuius causa sibi naturam humanam coniunxerat. Hoc enim in loco uoluntas non uim ipsam uolendi indicat, sed id quod cadit sub uoluntatē. Neq; enim ei propositum fuit, uim eā siue facultatē, qua Deus uult facere (est enim increata, principioq; caret) sed id quod diuina uoluntas præceperat. Qua etiam significatione illud totū, omnes uoluntates eius in eis intelligendū est. Nā nec multæ sunt Dei facultates quibus uelit, sed una: nec uis ea qua Deus uelle intelilgitur, in sanctis inest: quippe cum una etiā sit solū natura diuina. Quorū. n. uoluntas est una, eorum etiā una natura est. Sed in sanctis uoluntates Dei insunt, id est eius pręcepta. Demonstratum est igitur Christū habuisse ut duas naturas, sic duas uoluntates, & duas actiones, quę ad naturas pertinēt, ut sit perfectus Deus & homo perfectus. Nō. n. perfectus Deus, in quo nō sint diuinitatis proprietates, & pterea natura diuina: nec perfectus homo est, qui perfectā hominis naturā nō habeat, nec oēs proprietates quæ naturā attingunt humanā. Habuit igitur diuinā uoluntatē, quam ut Deus ea quę ad Deum pertinēt, uoluit unà cum Patre & Spiritu: quorum ut una est natura, sic una ad eā accōmodata uolūtas. Habuit etiā humanā uoluntatē naturę, id est naturalē uim uolēdi, ut homo omnibus suis partib. absolutus: quēadmodū & mater, quorum sicut una natura, sic una est uoluntas. Habuit pręterea diuinā uim agendi, qua unà cū Patre & Spiritu ea libere uellet, quę sub diuinā actionē cadūt. In eo quoq; erat humana uis agendi, qua libere ea uolebat oīa quę pposita sunt hominib. ad agendū. Nō n. diuina uolūtate latere uoluit, nec potuit, nec cibū capere, aut bibere: sub naturę. n. humanę, nō diuinę uoluntatē hęc cadūt oīa: nec uerò diuina actione ambulabat, aut manus dilatabat & porrigebat, ppterea q nō est diuinę naturę ambulādi uis, aut manus dilatādi:

 & tamen

et tamen utraq; in Chriſto natura cũ utriuſq; communione ea & uolebat & agebat o
mnia, quæ propria ei erant, cũ humana eius tum uoluntas, tum agendi uis diuino ipſiu
imperio, & actioni miniſtrã ſe præberet. Vt enim per eius corporis actionẽ & functio
diuina eiuſdẽ actio munere fungebat, (tenuit enim manu puellæ manũ, eiq; dixit, Pue
la ſurge. & tactu ac uerbo diuina uis agendi puellæ uitã reſtituit) ſic humana illius uol
tate diuina eius uoluntas agebat. Cũ enim uoluit diuinitus, miraculum operatus eſt: &
cum humana uoluntate uoluit, manũ porrexit, & dixit, Surge. Atq; ut uno uerbo finiã,
omnia quæ humana uoluntate uoluit & egit, mundo fuerunt ſalutaria. Neq; enim qua
ex parte Deus erat, ea quæ Deum attingebant, operabatur: quippe cum nõ ſolius Dei
tactu aut manuum dilatione miracula ederet, nec qua homo erat, res quæ ad homines
pertinebant, gerebat: non enim ſolius hominis ſupplicia ſalutẽ mundo attulerunt: ſed
cum Deus eſſet, homo factus eſt, nouamq; quandã & inauditã rẽ Dei & uiri cõmunem
edidit: diuina quidẽ, ſed humana operaretur: humanã, ſed quæ diuinæ miniſtraret, atq;
parêret, quæq; diuinitatis ſibi coniunctæ ſigna præ ſe ferret. Vt enim ignis & ferri diuer
ſa ſunt munera, & actiones (neq; enim ignis ſecat, ſed incendit & illuminat ea ui agẽdi
quã ei natura attribuit: & rurſus ferrũ non incendit, ſed ſecat, & magnũ eſt: cum autẽ ea
coniuncta & copulata fuerint, coniunctè iam non diſtinctè ſuum munus utrunq; exe
quitur: ſimul enim & ſectio & incẽdium exiſtit, ferroq; ignis tum incendit, tũ illuminat,
cum interim non una ſit naturalis uis agẽdi, ſed duę: una ignis, qua urit, altera, quã ferro
natura dedit, diuidẽdi: & utriuſq; ſua eſt effectio, eius qua ignis præditus eſt, incẽdium:
eius, quę ferro data eſt, diuiſio. quin etiam & ea quæ ad urẽdum pertinet, diuidere: & ea
ad ſecandum ualet, incẽdere poteſt) ſic in Domino noſtro Ieſu Chriſto utraq; natura, ea
quæ ad ſe propriè pertinet, altera adiutrice & ſocia exequitur: cum interea nec una duæ
ſint, nec duarum ſit una effectio & officium: ſed humanę eius naturæ ſua ſpõte obedire
diuino imperio & uoluntati, ſuaq; uoluntate manum porrigere, & puellã tãgere, iuſſu
& imperio diuinitatis, quæ puellam tactu excitabat. Ita humanę actionis finis in libera
manus dilatione, & tactu poſitus erat, diuinę autẽ in puellę excitatione. Quocirca non
dixit magnus Dionyſius, unã Dei hominiſq; actionẽ, ſed abſolutè nouã & inuſitatam.
Vtraq; enim inuſitata erat, & diuina atq; humana. Neq; enim numerũ expreſsit his uer
bis, ſed modum inuſitatum. Dominus enim miſericordia permotus in opus ſuum, cum
peccati morbum ſpõte recepiſſet, quaſi inimici ſuperfuſum ſemẽ, totum id quod mor
boſum erat aſſumpſit, ut totũ ſanaret. Quod enim nõ eſt aſſumptũ, id curari nõ poteſt.
Quod autẽ aſſumptum eſt, ei ſalus eſt data. Quid autẽ in morbũ inciderat ab initio, niſi
mẽs & illius rationis particeps appetitio, id eſt uoluntas? Hęc igitur curationis indige
bat, præſertim cum peccatum morbus ſit uoluntatis. Si igitur ſibi animum, qui rationis
& mẽtis eſt particeps, eiuſq; uoluntatẽ nõ cõiunxiſſet, profectò naturæ humanę mor
bum minimè ſanaſſet. Ob eam enim cauſam uoluntatẽ quoq; aſſumpſit. Peccatum au
tẽ propterea nõ aſſumpſit, quòd peccatum eius opus nõ eſt. Vt igitur peccati morbum
ab hoſte inſitum, ex animo exterminaret, animum eiuſq; uoluntatẽ aſſumpſit: peccatũ
autẽ, quia nõ fecit, nõ aſſumpſit: itemq; ut corpus à peccati interitu & dominatu libera
ret, corpus aſſumpſit. Quin etiã pœnas, quę primo peccato debebãtur, ſuſcepit, ut pſo
lùto pro nobis eo peccato quod ipſi cõtraxeramus, nos abſolueret & liberaret. Nã quo
niã ſeruus ſeruũ liberare nõ poteſt, ob eam cauſam ipſe qui peccati expers erat, & liber,
nec morti nec ulli aliј pœnæ obnoxius, noſtras pœnas pro nobis ſuſcepit, noſtraq; cau
ſa eſt morte mulctatus, ut daret poteſtatẽ ijs qui eum recipiunt, filios Dei fieri, & incor
raptionis eis munus, uitamq; angelorum parẽ, à dolorib. & angoribus laboribuſq; ua
cuam, in renouatione quã futurum ſeculum promittit, cõcederet. Primum enim perfe
ramus oportet ea mala omnia quæ primus Adamus, à quo ortum habemus, in mundũ
inuexit: deinde ſecũdi Adami munera aſſequemur, ſi modò eius inſiſtamus ueſtigijs, le
giq; libertatis pareamus, nec rurſus peccati iugo ſeruiamus. Nã & naturã noſtrã libera
uit, & mãdatũ nobis dedit, uiamq; mõſtrauit: quã ſi ingrediamur, unà cũ eo in reditu no
ſtro ibi regnabimus, quò pro nobis præcurſor reuertit: ſin uiam aliã ingrediamur, exclu
demur. Faxit autẽ ipſe ut ſua ueſtigia ſequẽtes unà ſecũ in omne tẽpus ſimus & habite
mus, ipſiuſq; gloria atq; regno nunc & ſemper atq; in omnia ſecula perfruamur. Amen

B.Maximi

B. MAXIMI DE DVABVS DOMINI DEI ET SERVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI *naturis libellus, eodem interprete.*

ARius tres personas confitetur, unitatem autem negat: nec sanctam Trinitatem unius eiusdemque essentiæ esse concedit. Sabellius autem unitatem ille quidem profitetur, sed negat trinitatem. Eundem enim Patrē, Filium & Spiritum sanctum esse dicit. At ecclesia & unitatem profitetur & trinitatem prædicat. Macedonius idē sentit & docet quod Arius: Spiritum enim sanctum creatum esse ponit ab eo qui sit creatus, Ecclesia autem eiusdem essentię cuius Pater & Filius, Spiritum sanctum profitetur, Deumque confirmat. Itemque in uno sanctæ Trinitatis Nestorius naturalem distinctionem ponit, unitatem autem non fatetur: eam enim per se cōstare & cohærere, ut sit persona, negat. Eutyches porrò unitatem cōcedit, essentiæ autē naturæque distinctionem naturarumque confusionem inducit. Ecclesia uerò & essentiæ distinctionem in Christo ponit, & confusionis priuationem. Summa quidē unitas quodam modo & diuersa & eadem natura continetur. Velut in sancta Trinitate & naturam unam, & tres personas, concedimus. In homine autem cùm eadem persona insit, tamen est naturarum diuersitas. Nam cum unus sit homo, alia est animi natura, alia corporis. Eadem est Domini nostri Iesu Christi ratio: in eo enim eadē est persona, cum interea alia sit diuinitatis humanitatisque alia natura. Vt enim in sancta Trinitate unitas concedi non potest, quin distinctionem exprimamus: sic necesse est tam unitatem quàm distinctionem confiteri. Quemadmodum enim iisdem uerbis distinctio & unitas in sancta Trinitate significantur, ita tamē, ut ex eo quòd tres personæ asserantur, distinctio: ex eo quòd una essentia ponatur, unitas cō firmetur: sic in uno sanctæ Trinitatis propterea distinctio probatur, quòd duæ naturę perspiciuntur: quodque una persona constituta asseritur, conceditur unitas.

Itaque ut Arium qui in sancta Trinitate personarum distinctionem non probat, sed naturę unitatem negat, detestamur: ita Nestorium qui in Christo naturarum differentiam non concedit, & personę unitatem negat, improbamus.

Et quemadmodum Sabellium nec naturę unitatem, nec personarum distinctionem in sancta Trinitate approbātem damnamus: sic Eutychen improbamus & execramur, non quòd in Christo personę unitatem improbet, sed quòd naturarum differentiā non agnoscat. Ea autem personarum distinctio & naturæ unitas, quę in sancta Trinitate ponitur, nō sensu corporis, sed mentis oculis intelligenda est: & ratio qua in sancta Trinitate tres personæ propter personarum distinctionem exprimūtur. In uno autem sanctę Trinitatis duæ naturę in una persona enunciantur propter naturalem distinctionem.

Quemadmodum autem propter eandem sanctæ Trinitatis essentiam & naturam unam essentiam asseris, & propter personarum distinctionem tres personas: ita & propter distinctam Verbi ac carnis essentiam, duas naturas atque essentias: & propter communem eorum personam, unam personam concedito. Et tres personas nō commisceamus & confundamus, & ita tres personas, ut unam essentiam nō diuidamus: sic in uno sanctæ Trinitatis unam personam non in duarum eius naturarū confusione dicimus, nec duas naturas in unius personæ diuisione.

Qui in Christo, quia distinctæ sunt naturæ, personę unitatem negat, is Nestorianus est. Et qui negat in personę unitate naturarum differentiam, is Eutychis sectam sequitur. Qui autem & personæ unitatem, & naturæ distinctionem in uno sanctæ Trinitatis profitetur, regiam & synceram fidem tenet.

Qui porrò & distictionem & unitatem in Christo dicit, is nec differentiam diuidit, nec confundit unitatem. Beatus enim Cyrillus eos detestatur dirisque deuouet, qui propter naturarum differentiam personæ unitatem diuidunt. Et generale concilium eos auersatur, qui in sacta Trinitate propter personarū distinctionem, naturæ diuidunt unitatem.

EIVSDEM

EIVSDEM IOANNIS DAMASCENI DE HÆRESIBVS LIBER.

OMnium sectarum & hæresum genera sunt quatuor: Barbarismus, Scythismus, Hellenismus, & Iudaismus: ex quibus natæ sunt cæteræ. Barbarorum hæresis est, quæ à se orta & sola, ab Adami temporibus usque ad decimum ortum Noe durauit. Barbarismus autē hæc uocata est, quod ij homines, qui illis temporibus erant, neminem, cui parêrent, haberēt, aut unum idemque sentirent: sed quod sibi quisque statuisset, id legis instar pro animi libidine seruaret.

Scythismus à Noe & consequentibus temporibus usque ad turris Babylonicæ ædificationem, & post conditam turrim paucis annis ualuit, id est, usque ad Phalec & Ragau tempora: qui cùm in Europam Tharæ ætate, eaque superiore, ex quo Thraces orti sunt, rerum suarum sedem collocauissent, Scithyæ, eiusque gentibus, attributi sunt.

Hellenismus Seruch, qui idololatriam primus inuexit, temporibus ortus est. Cum enim omnes cultum, quem tum probauerant, superstitione quadam ad humaniorem cultum deducere communi consensu constituissent, mos simulacrorum hominum generi ponendorum ortum habuit: quæ cum illis temporibus comprobarentur, in deorū numero reposuerunt, ac principio depingere, & coloribus adūbrare cœperunt eos, qui tum apud ipsos in nomine erant, et gloria, aut tyrānos, aut diuinos, aut qui aliquid in uita gesserant, quod propter fortitudinem & firmam corporis constitutionē ac robur dignum memoria uidebatur. Deinde Tharæ Abrahami patris ætate cum suum illum idololatriæ errorē ad statuas transtulissent, maiores suos honore statuæ afficiebant: & eos qui ante ipsos è uita excesserant, primùm figulorum, deinde unaquaque arte adhibita, ut tandē & arcchitecti lapides polirent, ac sculperent, & argenti sculptores & auri fusores ex sua materia fabricarentur. Ita & fabri & cæteri deinceps adhibiti sunt. Aegyptij autē, Babylonij, Phryges & Phœnices primi huius signorum fabricandorum & mysteriorū superstitionis fuerunt interpretes, à quibus ad Græcos trāslata est Cecropi sequenti seculo. Deinde multo pôst, Saturnum, Martem, Iouem, & eos qui eum consecuti sunt, & Apollinem in deorum numero reposuerunt. Hellenes autē, id est Græci, nominati sunt à quodam Heleno qui tum Græciam incolebat: ut autem alij aiunt, ab ἐλαία, id est olea, quæ Athenis nata est. Iones autem horum duces, si rem accuratè consideremus, genus duxerunt ab Ione eorum uno qui turrim ædificauerunt, cum linguarum omnium gentium fuit facta diuisio: ob eamque causam Meropes omnes, à uoce quæ diuisa est, uocati sunt. Postea Hellenismum consequentibus tēporibus hæreses infecerunt, id est Pythagoreorum, Stoicorum, Platonicorum, Epicureorumque temporibus: quo etiam tempore religionis Dei forma fuit, lex naturæ consentanea, quæ ab his gentibus sese diuisit atque secreuit, ita ut post orbem conditum ad illa tempora medium locum inter Barbarismum, Scythismū & Hellenismū obtinuerit, quoad Abrahami religioni cōiuncta fuit.

Iudæorū inde orta est hæresis, Abrahami tēporib. à circūcisione pelliculæ sumpta religionis forma, eaque Mosis etiā ætate, qui septimus Abraham successit, legisque quā Deus dederat, scriptor fuit, seruata est: à Iuda autē, qui quartus fuit liberorū Iacob, cui nomen Israel impositū est, Dauidis, qui primus de sua tribu Iuda regnauit, instituto, nomē inuenit. De his 4. hæresib. breuiter ac apertè Apostolus meminit his uerbis: In Christo enim Iesu non est Barbarus, nec Scytha, nec Græcus, nec Iudæus, sed noua creatura.

Pythagorei, aut Peripatetici secuti sunt. Eis Monadem & prouidentiam Pythagoras primus tradidit: cauendum'que censuit, ne dijs ficta sacra fierent, abstinendum esse ab animantibus, & à uino. Rerum etiam quæ subiectæ sunt sensibus, terminos & fines eos adhibuit: utque à lunæ ambitu & superioribus continerentur, immortales: quæ infra lunā, mortales caducasque diceret. Migrationem uerò animorum à corporibus in corpora usque ad animalia & bestias, tam terrestres, quàm nantes, definiuit ac statuit. Silendum etiam quinquennio tradidit: postremò se ipse Deum nominauit.

Platonici Deum ponebant materiam & speciem, ex quibus hæc constarent omnia. Mundum ortum habuisse, nūquam autem interiturum. Animū uerò & ortu carere, & immorta

immortalem,& diuinum esse statuebant. Eius autem partes tres esse: unam, quæ rationis esset particeps: alteram eam,in qua irarum ardor existeret: tertiam eam,quæ uoluptate aleretur. Mulieres communes omnibus esse censebant,atq; suam & propriam esse nemini:sed eos qui uellent cum quauis,dummodo id uellet, concumbere. Eodemq; modo animorum à corporibus in corpora migrationes, usq; ad omnia genera animalium,probabant. Multosque deos ex uno inducebant.

Stoici corpus esse omnia, atq; hunc mundum qui sensu percipitur,Deum statuebāt. Nonnulli uerò Dei naturam ex igne constare posuerunt. Ac Deum quidem mentem esse definiunt, & quasi animum huius uniuersitatis cœli ac terræ: eius autem corpus hāc,ut dixi,ponunt uniuersitatem: oculos uerò,solem & lunam atq; stellas. Corpus itē occidere:animum à corpore in corpus migrare uolunt.

Epicurei indiuidua quædā corpora eiusdē generis, & infirmitatē rerū omnium principia, & beatā uitā in uoluptate ponebāt. Negabāt res à Deo & ꝓuidētia administrari.

Samaritanorū hęresis,à Iudęis antè ortū habuit quā hęreses apud Gręcos natę essent, & ante eorū decreta cōstituta Postea uerò quā Gręcorū superstitio cœpta est,mediū locū Iudęorū & Gręcorū tenuit, eiusq; rei causam originemq; duxit Nabuchodonosorij tēporibus cū Iudęi capti sunt. Cumq; ab Assyrijs in Iudęam coloni deducti essent, ac 5. Mosis libros, quos post seruitutem Babylonicā Esdras distinxerat, sumpsissent, omnia quæ Iudęi,seruarunt,pręter gentium detestationem,& nonnullorum ciborū delectum mortuorumq; resurrectionem, & quasdā prophetias, quæ Mosis secutæ sunt tempora.

Corthenij sunt,qui alijs temporibus,ac quibus Iebussæi,festa celebrabant.

Iebussæi sunt qui ob eandem causam festorum à Gorthenijs differebant.

Esseni nec ab alterutris dissidebāt,& sine delectu cū ijs qui aderāt festos dies agebāt.

Dosithei apud easdē gentes,apud quas Samaritani habitabāt,circūcisione,alijsq; institutis,ac 5. Mosis libris utebantur. Studiosius autē quàm cæteri ab animantib. abstinebant:itemq; & in cæteris: & ieiunia ꝑpetua seruāt: probāt etiā uirginitatē, nōnulli autē ad tēpus cōtinentiā. Alij mortuos excitatū iri credūt,quod nefas est apud Samaritanos.

Scribæ qui ijdem legis periti erant,& eorum quæ à maioribus tradita acceperant,interpretes,ea quā sponte profitebantur, nimia religione aut superstitione instituta consuetudinesq; seruabant. Atq; hæc quidem profitebantur, non quòd ex ipsis legibus ea hauserant,sed quòd legum sibi & cultum & iustitiam uendicabant.

Pharisæi idem quod diuisi & secreti ualent. Ii uitam durissimam agunt, maiorisq; uirtutis quàm cæteri speciem præ se ferunt. Apud eos etiam mortuorum resurrectio probatur,quemadmodū apud Scribas. Angelos atq; Spiritū sanctū esse confitentur. Vitæ autē degendæ rationē ab alijs secretā probāt: certo tēpore cōtinentiam uirginitatemq; terminant. Bis in hebdomada ieiunia seruāt, expiationes & urceorū & mensurā & poculorū probāt:itemq; ut Scribæ, sic hi decimas, & primos fructus & precū perpetuitatem approbāt:uolūtarię quoq; religionis speciē in incessu, cū toga & breuib. tunicis gerebāt:hi etiā phylacteria,id est signa ex purpura,& fimbrias & corymbos dilatabāt atq; laxabāt in ea tunicę parte quę fimbrijs erat adiūcta:quę quidē oīa insignia erāt eiusquā ad tēpus ꝓbabāt, pudicitię. Ii deniq; astrologorū de horroscopo errorē fatūq; seq̄bant.

Saducæi idem quod iustissimi ualent. Ii cum genere Samaritanorum essent, & simul sacerdotis, qui Saducus dicebatur, nec mortuorum resurrectionem concedebant, nec angelos & spiritum probabant. Cęteris in rebus Iudęos sequebantur.

Hemerobaptistę Iudęorum instituta omnia seruabant, nisi quòd uitę immortalitatē quenquam consecuturum negabant,qui non quotidie baptizaretur.

Hosinij autem dicuntur durissimi. Ii legi in omnibus ita obtemperabant,ut quędam eorum quę post legem scripta sunt probarent,reijcerent autem plerosq; prophetas.

Nassaręi rebelles interpretantur. Ii non solum omnem esum carnium uetabant, uerū etiam omnino animatis rebus abstinebāt. Ad Mosem autem & Iesum Naue sanctis patriarcharum nominibus,quę quinq; Mosis libri continent,Abrahami dico,Isaac,Iacob & superiorum,atq; ipsius Aaron,Mosis,& Iesu utuntur,eaq; approbant:quinq; autem illorum librorum Mosem autorem negant,seq; alios pręter hos habere confirmant.

Herodiani omni ex parte Iudęi erant. Herodem autem ut Christum approbabant, eumq; Christi & honore afficiebant,& appellabant nomine.

Simoniani

Simoniani à Simone Mago, qui Petri apostoli temporibus ex uico Samariç, qui Gi-
tho dictus est, fuit. Hic cum sibi Christi nomē tantū uendicaret, concubitum passim si-
ne delectu corporum docebat. Resurrectionem autem carnis reijciebat, Deumq; mun-
di effectorem & autorem negabat. Simulacrum suum pro illo Iouis, ac scorti sui, cui no-
men erat Elenę pro Mineruæ, discipulis suis adorandum exhibebat. Idemq; se & Sama-
ritanorum patrem, & Iudæorum Christum prædicabat.

Menandriani ab hoc Simone Menandri cuiusdam opera originem habuerunt. Inter
eos autem & Simonianos aliquid interest: quod hi mundi molitionem factam ab ange-
lis esse dicebant, illi negabant.

Saturniniani in Syria Simonianorum turpitudine confirmata, alia quæ illi non cogi-
tant, quo maiorem admirationem excitant, docuerunt. A Saturnino autem ortum ha-
buerunt. Iidemq; cum Menandri secuti sententiam, ab angelis hunc orbem conditum
esse confirment, septem tantummodo eos de patris sententia dicunt fuisse.

Basilidiani eiusdem obscœnitatis ministri fuerunt, dicti à Basilide, una cum Saturni-
no, Simonianorum Menandrianorumq; discipulo. qui cum idem quod illi sentiret, ta-
men aliquid ab eis dissidebat. Nam trecentos sexaginta quinq; cœlos esse asserit, eisq;
angelorum imponit nomina. Itaq; & annum totidem dierum esse, & uerbum Abrasax
365. explere, & hoc nomen sacrosanctum esse dicit.

Nicolaitæ autē nominati sunt à Nicolao, quem uiduis apostoli præfecerant. Hic suæ
uxoris odio turpitudinem eam, quam alij, agendam discipulis tradidit, atq; in mūdum
inuexit quædam barbara nomina, ut Caulacauchus & Protonicus aliaq; permulta.

Gnostici cum Nicolaitarum atq; superiorum hęreses approbarunt, tum eorum om-
nium turpitudinem usq; ad amentiam insanè sunt persecuti. In Aegypto autem Stra-
tiotici uocabantur, & Phibionitæ: in superioribus uerò locis Socratitæ. Alibi autem
Choldianos eos nominant, alij Borboritas. Hi Berbello & Bero imperant.

Carpocratiani à Carpocrate quodā Asiatico dicti sunt. Hic omnem libidinē atq; ob-
scœnitatē scelerū ita explendā esse docebat, ut si quis per omnia scelera nō uolutaretur,
nec omnium dęmonū atq; angelorū uoluntati pareret, eum ad summū cœlū, ad princi-
patus atq; potestates peruenire posse negaret. Iesum autē animū accepisse mētis cōpo-
tem dicebat, eumq; rerū cœlestiū scientiā tenuisse, quas in hac rerū uniuersitate enūcia-
uerit. Quòd si quis similia, quæ Iesus gereret, eum illius similem esse dicebat. Legem
cum mortuorum resurrectione repudiauit, ut omnes hæreses à Simone ad illa tempora
solebant. Hanc sectam secuta est Romæ Marcellina quædam, quæ cum occultè Iesu,
Pauli, Homeri atque Pythagoræ signa esset fabricata, colenda ea docebat.

Cerinthiani, qui & Merinthiani, à Cerintho & Merintho appellati, Iudæi quidam
erant, qui circumcisionem extollebant. Mundum ab angelis conditum: Iesum uerò ex
eo quòd profecisset, Christum uocatum asserebant.

Nazaræi autē Christū Iesum Dei filiū illi quidē profitētur, sed legi parēt in omnibus.

Ebionæi eadem quæ superiores Cerinthiani & Nazaræi docebant. Consentit cū eis
quadam ex parte Sampsæorum & Helcesæorum hæresis. Hi Christum & Spiritum san-
ctum in cælo creatos asserunt: ipsum autem Christum in Adamum primum uenisse:
deinde ex tempore egressum fuisse: hoc autē aiunt ab eo, cum in carnem illius uenisset,
esse perfectum. Quanquam autem Iudæi erant, tamen usi sunt euangelijs carnis autem
esum detestabantur. Aquam pro deo habebant. Christum autem hominem, ut dixi, suo
ipsius aduentu in carnem intrasse asserunt. Perpetuò se quemadmodum Samaritani a-
quis abluunt & æstate, & hyeme, expiationis simulatæ gratia.

Valentiniani cum carnis resurrectionem negant, tum uetus testamentum improbāt:
Prophetarum autem lectionem, cæterorumq; omnium, quæ ad suæ hæresis similitudi-
nem transferre dicendo possunt, probant. Aliæ quædam anilium ineptiarum nomina,
ut triginta seculorum, inducunt. Hermaphroditos ex parte uniuersi natos esse dicunt,
quos etiam deos ac secula esse ponunt. Christum autem è cælo carnem attulisse, eamq;
per Mariam quasi per canalem in lucem protulisse confirmant.

Secundiani, quibus Epiphanes & Isidorus adiunguntur, ijsdem cōiugationibus usi,
cum Valen-

cum Valentino consenserunt: nisi quòd eum in docenda & commemoranda obscœnitate longè multũq; superarunt. Iidem carnis resurrectionem negant.

Ptolemæi, cum essent etiam Valentini discipuli, in quorum numero Flora ascribitur, eadem de coniugationibus, quæ Valentiniani & Secundiani, affirmabant, sed inter eos aliquid interest.

Marcosæi à Marco dicti sunt. Marcus enim quidã Colobarsi condiscipulus fuit. Hic & duo principia inducebat, & carnis resurrectionem negabat. Cum uerò magicis uerbis ita oculorũ aciẽ perstringeret, ut res quæ per phialas uidebantur, in cæruleum colorem ac purpureum uerteret, mulieres deceptas sacris suis initiabat. Hic quoq;, ut Valentinus, uiginti quatuor initia uult esse rerum omnium.

Colobarsiani à Colobarso nominati sunt. Hic cum eadem traderet quæ Marci & Valentini assectatores, tamẽ nonnihil ab illis discrepabat. Aliter enim coniugationes atq; ogdoadas docebat.

Heraclionitæ etiam fabulas ogdoadũ sequuntur: ita tamen, ut aliter ac Marcus, Ptolemæus, & Valentinus atq; cæteri, elementa cõmittant. Quinetiã eos qui apud ipsos excedunt è uita, eodẽ modo quo Marcus, in morte, oleo, balsamo, & aqua redimunt: in quo Hebraicis quibusdã appellationibus in eius capite qui simulatè redimitur, utunt.

Ophitæi anguem uenerantur, eumq; Christum esse existimant. Asseruant etiam uerum serpentem in specu.

Caiani idem sentiunt, quod hæ hæreses, quæ legem eiusq; autorẽ improbant. Cumq; carnis resurrectionem negent, Cain ob eam causam honore afficiunt, quòd eum dicant maiore quædam ui ac uirtute fuisse præditum. Iudæ etiam diuinitatem tribuunt, & Core, Dathan, & Abiron, atq; adeo Sodomitis.

Sethiani rursus Seth honores tribuunt. Eum enim dicunt à matre cœlesti genitum, cui curæ fuerat: quibus de causis Cain priorem in lucem ederet: deinde post Cain Abel repudiatum ac interfectum fuisse: cumq; ipsa cum supero cœlestiq; patre rem habuisset ex illo concubitu Seth semen purum procreatum, ex quo deinceps hominum genus propagatum fuerit. Principia etiam & potestates, quæq; alij docent, ea tradunt omnia.

Archontici quoq; ad multos principes uniuersitatem referunt, & ab ijs dicunt creata esse quæ oriuntur. Tenentur autem in scelere obscœno. Iidem & carnis resurrectionem negant, & uetus Testamentum reijciunt. Quanquam ita eo utuntur, ut singula uerba arbitratu suo interpretentur, atq; deprauent.

Cerdoniani à Cerdone Heraclionis discipulo appellati sunt, qui eis quasi hæreditariam erroris contagionem etiam auctam tradidit. Is cum ex Syria Romam uenisset. Hyginij Episcopi temporibus, doctrinę suæ rationem reddidit. Duo inter se contraria principia docebat: genitum Christum uolebat fuisse: carnis resurrectionem, uetusq; Testamentum improbabat.

Marcionistæ à Marcione Pontico dicti sunt. Hic cum filius esset Episcopi, uirginiq; stuprum intulisset, ex Ecclesia à patre expulsus est. Cumq; Romam perueniens, pœnitentiam ab ijs qui ad Ecclesiæ gubernacula sedebant, petitam non impetrasset, suspensus animi in fide cœpit esse: ac tum deniq; tria principia docuit, bonum: iustum, & malum. Nouumq; Testamentum à ueteri & ab eius autore discrepare. Idem atq; ij qui ab eo sunt Marcionistę nominati, carnis resurrectionem negant. Non solum autem semel, sed etiam iterum atq; tertium baptizant eos qui lapsi sunt atq; peccarunt. Quinetiam apud eos alij pro mortuis & ijs qui sacris fidei initiantur, baptizari solent. & mulieres præficiuntur passim & palàm lauacro ministrando.

Lucianistæ uocati sunt à Luciano quodam, non eo qui modò Constantini temporibus extitit, sed à superiore. Is omnia Marcionis decreta secutus est, sed quędam pręterea secus ac Marcion docuit.

Apelliani ab Apelle nominati sunt, qui etiam cum Marcione Lucianoq; consentit. Is omne quod factum est, ipsumq; creatorem uexat: nec uerò, ut illi, tria principia induxit, sed unum principium, & unum Deum qui sit supremus, nec ullo nomine appellari debeat. Hunc autem unum alterum genuisse dicit, qui cum inuentus esset improbus, pro suo scelere mundum fecerit.

Seueriani à Seuero quodã dicti sunt, qui rursum Apellẽ secutus est. Hic uinũ respuit, uitemq́ ex draconis, qui à Satana originem habet, atq́ terrę concubitu prodijsse fingit. Mulierem autem repudiat, quòd eam dicat sinistræ & infaustæ esse potestatis. Nomina autem quædam principum librosq́ apocryphos profert. Carnisq́ resurrectionẽ, ac uetus Testamentũ more aliorũ non probat.

Tatiani à Tatiano, qui Iustini sanctissimi martyris ac philosophi tẽporibus fuit appellati sunt. Hic post sancti Iustini mortem Marcionis decretis corruptus, eadem quæ ille professus est, adiectis quibusdam alijs: quæ ab eo non erant tradita. A Mesopotamia autem prodijsse dicitur.

Encratitæ reliquiæ quædam sunt Tatiani. Hi & nuptias damnant, easq́ Satanæ esse dicunt: & omnem rerum animatarum esum improbant.

Cataphryges Montani & Ascodrugitæ sequuntur, qui uetus & nouum Testamentũ illi quidem probant, sed & alios prophetas inducunt, & Montanum ac Priscillam in honore habent & precio.

Pepuziani, qui & Quintiliani, quibus & Artotyritarum hæreses duæ adiunguntur, Cataphrygum illi quidem sequuntur sententiam, sed alia etiam ipsi ex se pepererunt. Hi Pepuzam urbem quandam desertam, quæ Galatiam à Cappadocia & Phrygia diuidit, diuinum quiddã esse dicunt, eamq́ Hierusalem esse existimant. Est autem alia quoque Pepuza. Mulieribus autem non solum magistratus mandant sed etiam sacerdotia. Contaminant etiam quendam admodum puerum: cæduntq́ uirgis æneis, ut solent Cataphryges: eiusq́ sanguini immiscent similam: ex quibus confectum panem pro donarijs sumunt: Quinetiam Quintiliæ & Priscillæ Christum illic in urbe Pepuza specie & habitu muliebri uisum esse confirmant. Nouo iuxta ac uetere Instrumento usi sunt: sed omnia arbitrio suo interpretabantur.

Tessares κæιδ ecatitæ autem uno die quotannis Pascha agunt, in quencunq́ decima quarta luna incurrerit, in quo nec sabbati, nec Dominicæ diei rationem habent. In eo autem tum ieiunia seruant, tum uigilias & festum diem agunt.

Alogi à nobis ij appellati sunt, qui Ioannis & Euangelium & Apocalypsim non probant: propterea quòd Deũ qui à patre profectus est, Verbũ esse semper non recipiunt.

Adamiani à quodam Adamo ita dicti, irrisione magis dignã, quàm ueram habent disciplinam. Res autem sic habet: Nudi tam mares, quàm fœminæ, in locum unum conueniunt: in eoq́ lectionum ac precum officia, & quæuis alia sacra, perficiunt. Simulatam uerò solitudinem. & castitatem, fictasq́ nuptias probant: suamq́ Ecclesiam Paradisum esse ducunt.

Sampsæi & Elcesæi etiam nunc Arabiam, quę in superiore mortui maris parte sita est incolunt. Eos quidam Elces pseudopropheta decepit, quem etiã hodie Martha & Marthina mulieres propinquitate attingunt, in dearumq́ numero & parte propter prænotionem habentur, & adorantur. Eadem autem quæ Ebionæi asserunt.

Theodotiani à Theodoto Scyteo Byzantino uocati sunt Hic, cum disciplinis Græcis esset eruditissimus, & in persecutione, quæ tum cõualuerat, lapsus esset: unus ex omnibus, qui duo testimonium dixerunt, fuga salutem quæsiuit: instituitq́, Christum purum hominem docere, propterea quòd hoc illi crimini dabatur, quòd Deum illum esse negauisset.

Melchisedeciani sunt qui Melchisedech uenerantur, eumq́ uirtutẽ aliquam non tantum hominem, esse asserunt: atq́ in hoc eius nomen referebant omnia.

Bardisianistæ à quodam Bardisianæ, qui à Mesopotamia prodijt, nominati sunt. Hic Bardisianes principiò ueram fidem professus est, philosophiæq́ laude excelluit. Deinde à fide & ueritate defecit ac deflexit: eademq́ quæ Valẽtinus docuit, paucis exceptis quibus ab illo dissidet.

Noëtiani à Noëto, qui Smyrnæ Asiæ natus est, uocati sunt: qui cum alijs quibusdam quasi in currum impositus, ὑοπάτορα, id est ut ita, dicam: filio patrem Christum dicebat esse. Eundem quoq́ Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse profitebatur: seq́ Mosem, & fratrem Aaron asserebat.

Valesij sunt ut existimo, ij qui Bacchaton caput Philadelphiæ Arabũ incolunt. Hi hospites

ſpites,& eos qui ſecum uerſantur,caſtrant.Sunt etiam plures apud eos eunuchi,qui ſecti fuerunt.Alia quoq; docent plena hæreſeos:ueteris autem Teſtamenti legem ac prophetas improbant:ac alia quædam plena obſcœnitatis inducunt.

Cathari & Nouatiani & Monteſi Romæ uocantur.Hi Nouato Romano adiuncti ſecundas nuptias omnino pœnitentiamq; damnant.

Angelici omnino iam nulli ſunt. Hi ita appellati ſunt, quòd angelorũ ſe ordinem habere iactabant,aut ab angelis ſe uocatos.

Apoſtolici,qui & Apotactici,id eſt,ſelecti uocantur, in Piſidia tantum apotacticos, id eſt,ſecretos ab alijs recipiunt.Accedunt ad Encratitas:ſed tamen alia quædam diuerſa ſentiunt.

Sabellianorum eadem eſt ſecta quæ Noetianorum : niſi quòd hi Patrem negant eſſe paſſum,& uerbum enunciari,ac iterum refundi reuocariq; aſſerunt.

Origeniani ſectatores ſunt cuiuſdã Origenis. Hi obſcœnis & nefandis facinoribus ſe ac corpora ſua inquinant ac contaminant.

Origeniani alij, Origenis ſcriptoris,qui Adamantius dictus eſt,diſcipuli fuerunt.Hi mortuorum reſurrectionẽ negant:Filium,Spiritumq; ſanctũ creaturas eſſe arbitrantur: paradiſum,cœlos,atq; alia, ad allegoriam transferunt: Chriſti regnum tandem aliquando deſiturum,& ſimul angelos deſituros confirmant:Chriſtum autem unà cum diabolo à rege gubernatum iri:eumq; in crucem actum,dæmonibus falſa denunciaturum.

Pauliani à Paulo Samoſateno appellati ſunt. Hic Paulus ferè Chriſtũ omni natura & ſubſtantia ſpoliat, dum eum uerbum enunciatiuum fingit & format : eumq; ait à Maria ad hoc tempus fuiſſe,cum omnia quę in ſcriptis diuinis de illo prædicta fuerant teſtimonia,haberet,ſed non eſſet: uerùm à Maria, ex quo tempore carnem aſſumpſit, eum cœpiſſe eſſe confirmat.

Manichæi,qui & Aconitæ,ex cuiuſdam Perſæ,cui Mane nomen erat,diſciplina prodierunt.Hi Chriſtum phantaſma & ſpeciem eſſe dicunt.Solem ac lunam diuinis honoribus afficiunt.Aſtra,uirtutes & dæmones precantur. Duo autem principia inducunt, bonum & malum, quæ fuerint ex omni æternitate. Chriſtum opinione tantum & ſpecie apparuiſſe,non re uera:itemq; paſſum fatentur. Vetus Teſtamentum maledictis uexant,autoremq; eius Deum,qui in eo locutus eſt.Mundum etiam non totum, ſed partem à Deo effectam eſſe ſtatuunt:reliquam aũt partẽ contrarij principij eſſe confirmant

Hieracitæ cuiuſdã Hieracis Leontopolitani Aegyptij, qui interpres erat, ſectatores, carnis reſurrectionem negant.Cumq; ueteri & nouo Teſtamento utantur, nuptias tamen omnino damnant.Iidem eos qui uitam deſertam degunt,& uirgines & cælibes & uiduas approbant:pueroſq; eos qui nondum ad ętatem legitimam perueniſſent,quòd nullum laborem ſuſceperint,uitam ſempiternam conſequi negant.

Meletianorũ Aegyptiorũ ſchiſma eſt,non hæreſis. Hi orare nolunt cum ijs qui aberrarunt à fide in perſecutionibus, & reſipuerunt. Nunc Arianis adiuncti ſunt. Prima Arij ſecta damnata eſt in concilio generali à quib.orti ſunt Eunomiani.

Ariani,qui ijdem Ariomanitæ & Diatomitæ dicti ſunt,& Dei Filium creaturã,& Spiritum ſanctum creaturæ creaturam eſſe tradunt. Filium etiam de Maria carnem modò, non etiamnum ſumpſiſſe confirmant.

Audianorum ſchiſma & diſſenſio eſt,non hæreſis. Hi temperatè uiuunt,fidemq; eandem tenent omnino, quam tota Eccleſia. Maxima ex parte in cœnobijs habitant, nec quemuis in ſocietatem & communionem ſacrorum admittunt : multis autem apocryphis crebro utunt̃. noſtroſq; epiſcopos quòd ſint diuites,alijſq; de cauſis alios culpant. Paſcha more peculiari Iudæorum celebrant. Hoc etiam habent proprium, quòd illud totum,ad ſimilitudinem,duriſsimè interpretantur.

Photiniani à Photino nuncupati ſunt:ut à Petro,Petriani:à Theodoro,Theodoriani: à Diodoro,Diodoriani:ab Euſtatio, Euſtatiani. Hic autem Photinus Smyrnæus erat, Pauliq; Samoſatei ſectã ſecutus eſt:quanq; nonnullis in rebus ab eo diſſenſit.Chriſtum à Mariæ tempore fuiſſe confirmant,in quo uehementer exultat.

Marcelliani à Marcello Ancyræ Galatiæ urbis ciue dicti ſunt.Hic principiò cũ Sabellium ſecutus eſſet,notatus eſt. Cum autem ſæpe ad cauſam dicendã ueniſſet,atq; de ſcri

pto dixisset, ab alijs accusatus est, quòd in eadem sententia permaneret. Fortasse mutata sententia, in uiam redijt: quemadmodum eius quidam discipuli sani cum eadem de causa delati essent, causam dixerunt.

Semiariani Christum Deum illi quidem fatentur, dissimulanter autem creaturã eum esse dicebant, non quòd sit una creatura, sed filium ipsum, inquiunt, fatemur. Quoniam autem pater nihil pati, nihilq; accipere potest, & hunc genuit, idcirco eum creatum fuisse dicimus. Eodem modo Spiritum sanctũ creaturam omnino esse definiunt. Filium autem cum negent eiusdem esse naturæ atq; essentiæ cuius sit Pater, eum illi similem similisq; naturæ fatentur. Quanquã sunt quidam ex eis, qui eum similis esse naturæ negent.

πνευματόμαχοι, id est cum Spiritu bellantes, aut Spiritus hostes, à Macedonio Spiritus hoste nominati sunt. Hi de Christo rectè sentiunt, Spiritum autem contumelijs uexant. Eum enim ita creatum fuisse asserunt, ut à diuinitate prodijsse negent: aut potius eum dicant per actionem impropriè creatum, cum ex sola ui constet, ut aiunt, quæ apta sit ad procreandam sanctitatem. ab his orti sunt ij, qui Montani uocantur.

Aeriani ab Aerio Pontico dicti sunt, qui etiam nunc tentat uitã. Fuit autem sacerdos Eustachij episcopi eius cui Arianæ hæreseos crimen obiectum est, filius. Cumq; sibi episcopatum denegatum uideret, multa contra Ecclesiam docere instituit, Arianorum nulli secundus. Adiecit autem quædam de suo. Negat enim quicquam offerendũ esse pro mortuis. Ieiunium feria quarta & sexta, & quadraginta diebus seruari, & pascha celebrari prohibet. stata hæc damnat omnia. Carnibus & cibis omnis generis usus est sine religione. Quòd si quis ieiunium saruare uelit, id ab eo certis statisq; diebus seruari negat oportere, sed quando uolet. Negat enim se lege teneri. negat etiam quicquã inter presbyterum & episcopum interesse.

Aëtiani ab Aëtio Cilice nominati sunt, qui diaconus fuit Georgij Arianorũ Alexandriæ Episcopi hi etiam Anomij uocantur, à nonnullis Eunomiani dicuntur à quodam Eunomio Aëtij discipulo. In quorum etiam numero fuit Eudoxius: quanquam metu regis adductus, se ipse ab illis secreuit. ex quo factum est, ut Aëtium solum exterminaret. Ac Eudoxius quidem Arianorũ partes, non etiam Aëtij secutus est. Hi autem Anomij & Aëtiani omnibus modis Christum & Spiritũ sanctum à patre dislociant, atq; secernunt. quippe qui & creatum illum fuisse confirment, & negent similitudinem ullam in eo esse diuinitatis. Ratiocinationibus aũt argumentisq; Aristotelis & Geometrarum Deum esse demonstrant, Christumq; ita à Deo proficisci minimè potuisse. Qui autem Eunomiani uocantur, nõ solum lauacrum iterant in ijs omnibus, qui ad se ueniunt, sed etiam Arianorum capita immergunt sursum uersus pedibus uersis, in quo multa canitur oratio. Quòd si quis uel stuprum intulerit, uel aliud scelus commiserit, id graue esse negant, præsertim cum Deus, ut aiunt, nisi fidem quam probant, nihil à nobis postulet.

Dimoritæ, qui ijdem Apollinarij dicuntur, Christi præsentiam iam perfectam, id est incarnationem negant esse, quorum nonnulli aliquando corpus illius eiusdem naturę, cuius est diuinitas. affirmare minimè dubitarunt. Nonnulli autem animum etiam eum sumpsisse negauerunt. Alij propter hoc totum dictum, Verbum caro factum est, eum de carne quę creata est, id est, de Maria carnem sumpsisse negauerunt. Hoc autem quod disceptatione non uacat, dixerunt, Carnem factum pòst uerò mentem in Christo fuisse negauerunt: in quo quid sibi uelint, prorsus ignoro.

Antidicomarianitæ sunt, qui sanctam Mariam uirginem permansisse negant, generato seruatore: sed cum Ioseph eam concubuisse asserunt.

Collyriani autem sunt qui eiusdem uirginis nomine certo & constituto anni die κολλυρίδα id est totam panis offerunt, quibus nomen Collidianorum impositum est.

Massalianis, qui εὐχῆται ab orando dicuntur, ij etiam asscribuntur qui apud Gręcos sectas instituerunt, Euphemitę, Martyriani, & Satanæani. Capita decretorũ impiorũ, quę Massaliani docent, collecta ex eorũ libris, Habitare in homine satanã ut præsidẽ, eiq; in omnib. dominari, satanã & dæmones mentem hominũ possidere, & hominũ naturam cum spiritibus improbitatis cõmunionẽ habere. Habitare unà in homine satanã & Spiritũ sanctũ. Nõ fuisse etiã apostolos ab actione quę operetur, liberos. Baptismũ hominẽ nõ perficere, nec diuina sacramenta accepta animi sordes expiare, sed solas preces quæ ab illis

ab illis rectè fundantur. Hominem recepto baptismo nõ esse in massa peccati. Fidelem
non baptismo, sed precib. uestem diuinã incorruptã & integrã accipere perturbationũ
uacuitatem sumi: & Spiritum sanctum ita abundanter consequi oportere, ut sensu pos-
sit percipi. Animũ comitari oportere eiusmodi cœlestis spõsi communionibus, quas ex
uiri concubitu mulier percipit. Spiritales homines tum intus, tum foris peccatũ uident,
& gratiam, & quæ operatur, & quæ efficitur. Reuelationẽ fieri & in sensibus, & in diui-
na.* Ignẽ esse effectorẽ. Animũ in quo nõ sit Christus, cũ aliquid sensib. percipit aut agit,
serpentis esse uenenatarũq; bestiarũ domiciliũ, id est omnis contrariæ uirtutis. Mala, na-
tura euenire. Adamũ ante q̃ imperiũ uiolaret, atq; transiliret, sine ullo sensu uoluptatis
cum Eua concubuisse. In Mariã ut semen & Verbũ incidisse. Hominẽ oportere duplicẽ
animũ adipisci: unum, qui hominibus sit cõmunis: alterum, qui cœlestis. Hominẽ plenè
posse sensibus accipere Spiritus sancti personã in omni actione. Iis qui orant & precant
posse apparere crucem in luce, & aliquo tempore inuenire hominem cum ipsa præsto
esse aræ, eiq; tres panes ex oleo confectos homo offert. Detestantur præterea quicquid
manibus operantur, ut deforme & indecorũ Christianis. Atq; ut sigillatim de eorũ de-
cretis dicã, inhumanitatẽ in mendicos inducunt. Negant enim ijs qui publicè ea quę ad
uictum pertinent, quęrunt, aut ijs quorũ manus opere labefactatę sint, aut ijs qui aduer
sa fortuna utantur, uel corporũ debilitatione, uel morbis, uerbis acerbitatę creditorum,
uel furũ iniurijs, uel barbarorũ incursionibus, aut ijs qui tales casus experti fuerint, sub-
uenire oportere eos, q ab illis secreti sunt, & aliquid boni agere instituũt, sed sibi quẽq;
omnia suppeditare censent oportere. Se ipsos enim dicebãt uerè pauperes esse spiritu.
His adijciebant templorũ & ararũ contemptũ, q non deceat monachos Ecclesiasticos
cœtus & sacrificiũ celebrare: eos cõtentos esse oportere precib. quas in sacellis & orato
rijs expleãt. Tantũ eñ suas preces ualere cõfirmabãt, ut Spiritũ sanctũ de cœlo in eos &
discipulos ita deuocarent, ut sentiri percipiq; posset. Nam mira canũt, eos qui salutẽ cõ-
sequi uelint, eatenus cõtinenter orare oportere, quoad peccatũ instar fumi alicuius, aut
ignis, aut draconis, aut alicuius eius generis bellue, precibus expelli & discedere sentiãt
Spiritus aũt sancti rursus introitũ sensib. percipiunt, apertũq; eius introitus sensum in a-
nimo habent, eumq; aiunt esse ueram Christianorum inter se cõmunionem. Neq; enim
aut baptismo Ecclesiæ, aut clericorũ ordinationibus omnino Spiritus sancti participes
eos fieri, qui sacra aqua expiantur: sed eos demũ, qui paulò studiosus socios se eorũ pre-
cum orationumq; præbebunt. Quinetiã aliquẽ sine baptismo Spiritũ sanctũ posse per-
cipere dicunt, si apud eos habitare, & illorũ sacris initiari uelit: quasi uerò hoc maiores
& sacerdotes quidã dixerint, se spiritũ sanctũ fide habituros, non sensu percepturos, &
precũ illorũ cõmunione ita apertè Spiritu sancto participaturos, ut sub sensum cadat.
Tanta est aũt eorũ arrogantia, ut eos qui in societatẽ simulatæ spiritus sancti, quã indu-
cunt sensu percipi, cõmunionis uenerunt, tum beatos ducant, ut perfectos & ab omni
culpa liberos peccatoq; superiores, tum obseruent & uenerentur, ut iam peccatis, peri-
culis, & iniurijs minus opportunos & obnoxios, sed in omne reliquũ uitæ tempus ita
affectos & constitutos, ut tutò possint omnib. exquisitissimis escis uesci, in armis, in ho
nore, & in uoluptatib. uiuere. Eorũ aũt pleriq; dato huiusmodi perfectionis documen-
to, ne Christianorũ quidem nomine cæteros appellare æquum putant, cum ipsorũ insi
gnes libidines, furta, stupra, oculis deprehenderint. Alia etiam multa præterea monstri
similia docẽt, ut legitima coniugia passim & sine ullo delectu dirimi: nosq; qui coniugij
onus excusserint, ut monachos recipi, & beatos duci: parentibus suadent, ut liberorum
educationẽ negligant, & ad ipsos sua omnia afferant: seruos qui conspectũ dominorũ
fugiũt, ultro excipiũt: eos aũt qui ad se grauissimis criminibus inquinati confugiũt, nul
lo extante fructu pœnitentiæ, sine sacerdotis autoritate, nulla habita ratione graduum,
qui canonibus Ecclesiasticis excipiunt, primo quoq; die se expiaturos profitent, dum
modò in illam eorũ sermone omniũ celebratam orationẽ apud eos exercitati sine dolo
ac simpliciter sacris quæ probant initientur. Itaq; nonnullos eiusmodi hominum ante-
quam à criminibus expient, ad clericorũ approbationes & ordines ducunt: doloq; mo-
lo ijs monachis, qui apud illos statuti sunt, productis testib. ab episcopis, ut manus eis
apponant, impetrant. Hoc ipsi faciunt non q clericorũ gradus in honore aut precio ha-
beant, qui quidem ipsos etiã episcopos contemnunt & pro nihilo ducunt, cum uolunt,

sed quòd potestatem aliquam uel autoritatem aucupentur. Quidam autem eorũ nunquã sacramentis initiari quenquã posse concedunt, nisi illa hora Spiritus sancti aduentus sub sensum cadat. Concedunt etiam nonnulli eorum si qui uelint, membrorum quæ ad gignendum data sunt, sectionem. Facile autem etiam cum secta sunt & secreta contemnunt Iurare eis & peierare fas est. Suam ipsorum hæresim obscurè detestantur.

Valentiniano & Valente Imperatorib. nata est Messalianorũ hæresis: Euchetas eos appellant ij qui in Græciã nomẽ transferunt. Habent etiam alia à re ipsa nomina ἐνθουσιασαὶ enim, id est numine afflati uocantur, quòd dæmonis alicuius instinctũ recipiant, eumq; Spiritus sancti esse existiment, Qui aũt grauissimè hoc morbo afflictant̃, manuũ opus ut improbũ detestantur. Quieti uerò cum se tradunt, uisa ea, quæ in somno accidunt, instinctũ diuinũ appellant. Huius sectæ principes fuerunt Diodoes, Sabas, Adelphius, Hermas, & Simeon, alijq; preterea qui à societate Ecclesiastica desciuerunt, cum cibum diuinũ obesse posse negarent, de quo Dñs dicit: Qui manducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, uiuet in æternũ. Qui uerò morbũ celare & dissimulare conant̃, ij tum eos qui impudenter negant, coarguunt: tum eos abdicant, qui ea sentiunt, quę ipsi gerunt in pectore. Litoius aũt, qui Meletinorũ Ecclesiã gubernat, diuino amore ductus, cum multa huius morbi contagione infecta cõperisset monasteria, aut potius specus latronũ, ea incendit, luposq; à grege abegit. Eodẽ modo Amphilochius clarissimus uir, qui Lycaonũ metropolim acceptã seruabat, uniuersamq; gentẽ regebat, cũ eo iam labẽ hanc & pestẽ peruasisse didicisset, rursus excitatus est: & gregẽ, quẽ pascebat, ab ista pnicie liberauit. Flauianus uerò celebris Antiochię archiepiscopus, cũ eos Edissæ legere cõperisset, atq; in finitimos suũ uenenũ euomere, missa monachorũ classe omnes Antiochiã abducendos curauit. ubi cùm malũ hoc eos retractare, tũ mores reprehendit. Nã & accusatores calumniari dixit, & testes falsum dicere Adelphiũ aũt, qui prouectissimæ ætatis erat, cũ blandè asidere iussisset, Nos, inquit, senex, qm̃ plurimum ætate processimus, certiùs & hominũ naturã obseruauimus, & aduersariorũ dæmonũ dolos fraudesq; exploratas habemus. Experti etiã fuimus gratiæ donũ Hi aũt cum sint adolescentes, nec horũ quicq; exploratũ habeãt, sermonẽ q paulò subtilius de spiritu habet̃, capere nõ possunt. Quid est eñ, cur dicatis spiritũ aduersum ab homine secedere, & Spiritus sancti gratiã in eũ introire? His cũ senex ille reprehensus esset, omne uirus quod occultũ erat euomuit, his uerbis: Nullã quidẽ utilitatẽ Christiani ex baptismo percipiunt, dæmonẽq; ex homine sola uirtutis expellit oratio. Vnusquisq; enim eorum qui procreantur, ut primi parentis naturã trahit, sic dæmonis seruitutẽ. Quæ posteaq; sancta oratio eiecit, reliquum est, ut Spiritus sanctus accedat, qui & suum aduentũ sensuũ oculorũq; testimonio significet, & corpus à motionibus & perturbationibus liberet, & animũ à propensione & deterius omnino expiet: ut nec ieiunio, quo corpus ingrauescit: nec doctrinæ, quæ quasi frenum inijcit, & modũ in uita instituenda apponit, deinceps ullus sit locus futurus. Hæc aũt qui est consecutus, non solum à corporis lasciuia & petulantia uacuus est, uerũ etiã certò futura prouidet, & diuinã illam Trinitatem oculis contemplatur. Cum diuus Flauianus hoc modo fontem malè olentem disrupisset, riuosq; ostendisset, hac uoce impiũ senem affatus est: Inueterate dierũ malorũ, os tuum te refellit, & labia tua in te testimonium dicunt, non ego. Patefacto aũt hoc malo, senex ille ex Syria exactus est: & in Pamphyliam secessit, in qua hanc perniciem usq; ad Marciani tempora corroborauit.

Nestoriani à Nestorio dicti sunt. Hi Dei Verbũ, et hominẽ sic separant, ut res infimas & minutas. quæ à Domino cum ad nos accessit, egit, soli homini ipsi: eas aũt quæ arduæ sunt, & Deo dignæ, soli Dei uerbo attribuant, nõ uni eidẽq; personæ utrasq; assignent.

Eutychiani ab Eutychæ sectæ nomen habuerunt. Hi Dominũ nostrum Iesum Christum carnem sumpsisse de sancta uirgine Maria negant, sed quodam modo diuinitus incarnatũ fuisse sentiunt: nec intelligunt, Christũ Dei Verbum eum sibi hominẽ adiunxisse ex uirgine Maria, qui Adami primi parentis peccato erat obnoxius. Itaq; principatus & potestates, ut scriptũ est, expolians, de ijs in cruce palàm ac ingenuè triumphauit, quas primi hominis peccato induerat.

Aegyptij, qui ijdem Schematici & Monophysitæ uocant̃, specioso titulo ac pretextu libri legis, qui Chalcedone probatus erat, à uera Ecclesia defecerũt. Aegyptij aũt appellati sunt, q huius speciosi tituli autores Aegyptij fuerũt, Marciano & Valentiniano imperatoribus,

peratorib. De cæteris rebus cũ Ecclesia consentiũt. Hi aũt ob studiũ suũ in Dioscorũ Alexandrinũ, qui in Chalcedonensi cõcilio, ut Eutychis decretorũ defensor, de gradu honoris motus fuerat, concilio interfuerũt: tumq; sexcenta crimina, quę in eis inerant, contra ipsum conciliũ finxerunt: quæ in hoc libro refellimus, cum eos uanos ac stultos esse ostendimus. Horũ principes fuerunt Theodosius Alexandrinus, à quo Theodosiani: & Iacobus Syrus, à qua Iacobitæ sunt nominati, conscij defensores & propugnatores: Seuerus Antiochenorũ pernicies: & qui frustra laborem suscepit, Ioannes Trittheites qui cõmunis salutis mysteriũ negant. Ad multa aũt decreta, quæ in Chalcedonensi concilio CCCXXX. Patres statuerunt, ipsi multa amentiæ suæ instituta, quæ alios facile capiant, addiderunt. Cumq; essentias & naturas singulares inducant, tamen gubernationis testimonia confundunt.

Aphartodocitę à Iuliano Alicarnasseo, & Caiano Alexandrino, qui idẽ Caianiani uocati sunt, duxerunt originem. Hi cum Seuerianis de omnib. consentiunt: de hoc autem ab eis dissident, quòd illi interitum in Christi unione & coniunctione uideri dicunt: hi iam ab ipsa fabrica & concretione Christi corpus interitus expers esse confirmãt, & necessarias naturæ imbecillitates: sitim dico, famem & laborem, Dñm tolerare illi quidem concedũt, sed eodẽ modo quo nos hæc ipsum negant pertulisse. In nobis eñ hęc necessitatis esse dicunt, in Christo aũt uoluntatis: quem etiã naturæ legibus negant paruisse.

Agnoitæ, qui ijdem Themestiani uocantur, impiè & improbè Christum diem iudicij ignorare palàm docent, eumq; ignauiæ timiditatisq; arguunt. Hi sunt quædam secta Theodosianorum. Themistius enim, qui eorum sectæ & disciplinæ princeps fuit, unã in Christo naturam coniunctam fuisse tradidit.

Barsaniani, qui etiã Semidalitæ, cũ oĩa Caianorũ Theodosianorũq; decreta defendũt, aliqd tñ præterea addiderunt de suo. Similã eñ eis, q̃ à Dioscori discipulis afferunt, admiscẽt, eãq; summo digito apponũt: & farinã tritici degustãt, idq; pro sacrificio probãt, Necuerò publice fit donariũ, & oblatio: sed Diodori, ut dixi, symbolis relictis, similæ tantũ admiscent, quantũ consumptum sit, idq; ipsis in communionis parte numeratur.

Heicetæ sunt monachi, qui cum cęteris in rebus Ecclesiæ autoritatẽ sequantur, in monasterijs cum monacharum cœtu Deum adhibitis tripudijs & saltatione laudibus afficiunt. In quo imitari se dicunt chorum illum, qui Moyse duce conflatus & coactus est tum, cum Aegyptij in mari rubro perierunt.

Gnosimachi sunt, qui omni Christianorum cognitioni ac scientiæ ita aduersantur, ut uanum & minus necessarium laborem esse dicant eorum, qui in diuinis scriptis aliquã exquirunt scientiam. Neq; enim Deum aliud à Christiano postulare, nisi præclaras bonasq; actiones. Itaq; aliquẽ simplici rudiq; animo institutum suum persequi melius est, ut aiunt, quàm multam curam in cognoscendis decretis atq; sententijs ponere.

Heliotropitæ sunt, qui in ijs herbis quæ solem eiusq; radios sequuntur, & cum mutantur, uim quandam diuinã inesse dicunt, quæ in eis has efficiat mutationes, ob eamq; causam eos colere ac uenerari uolunt: nec intelligunt, eum motum qui in eis animaduertitur, eis à natura tributum esse.

Thnetopsychitæ sunt qui hominum animos pecudum animis similes inducunt atq; eos unà cum corporibus dicunt interire.

Agnoclytæ sunt qui quoties orant, genu flectere prouoluiq; nolunt, sed semper stantes precantur.

Theocatognostę, qui ijdẽ blasphemi & contumeliosi uocantur, sunt quidã contumeliosi & temerarij, qui nonnulla uerba & facta in Domino nostro Deo, & in sanctis personis eis attributis, atq; in scriptis diuinis improbare conantur.

Christolytæ sunt qui Dominum nostrum Iesum Christũ asserunt, cum excitatus est ab inferis, ibi corpore cum animo relicto, cum sola diuinitate cœlum ac supera petijsse.

Ethnophrones cum gentium instituta sequantur, in cæteris sunt Christiani. Hi natales dies, fortunam, fatum, omnem astronomiam & astrologiam, omnemq; diuinationem, & auspicia probant: auguria, expiationes & placationes, sortes, prodigiorũ & portentorum inspectiones, ueneficia, aliasq; eiusdem generis impias fabulas adhibent: ijsdemq;, quibus gentes, utuntur institutis. Dies etiam festos quosdam Græcorum probant: dies deniq;, & menses, & annos, & tempora obseruant & notant.

Donatistæ

Donatistæ à Donato quodam in Aphrica ortum habuerunt. Hic, qui initium dedit sectæ, quoddã os suorũ manui apposuit: in quo ea uis erat, ut primùm salutare deberent, deinde donarij, quod expiandi causa adhibetur, tum particeps fieri, cum est deferendũ.

Ethicoproscoptæ sunt qui in moribus & rebus agendis aberrant, & aliquas res agendas, quæ præclaræ sunt, & cum laude coniunctæ, criminantur: contráq; nonnullas, quæ uituperatione dignæ sunt approbant.

Parermeneutę, sunt qui nonnulla diuinorum scriptorũ tam ueteris, quàm noui Testamenti capita interpretantur, arbitratu suo, idq; uincendi studio faciunt. Ad multa autẽ, quæ ita accuratè & subtiliter exponuntur, ut reprehendi non possint, studium uincendi, contentionesq; afferunt: idq; faciunt imperitia quadam, & inscitia iudicandi. Cumq; nonnulla hæreticorum decreta ignorent, ea isto modo confirmant.

Lampetiani à Lampetio quodam hoc appellati sunt nomine. Is qui uitam in communitatibus & cœnobijs degere instituunt, sinunt, quod quisq; uelit & probet uiuendi genus, id sequi. quod etiam de uestitu iudicandũ est eodem modo. Nihil enim, inquiunt, Christianus inuitus facere debet, proptereáq; scriptum est, Voluntariè sacrificabo tibi. Et rursus, Ex uoluntate mea ei confitebor. Patiuntur etiam, ut aiunt nonnulli, dari locũ naturalibus perturbationibus: nec ut eis obsistatur, postulant, quasi id natura patiatur. Aliáq; nonnulla, quæ cum Arianorum decretis congruunt, sentire dicuntur.

Monotheletæ à Cyro Alexandrino originem duxerunt: à Sergio autẽ Constantinopolitano confirmati sunt, & corroborati. Ii duas naturas, unámq; personam, in Christo illi quidem prædicant, sed unam uoluntatem, unámq; actionem in eodem ponunt: quo posito, duplicem naturam tollunt, & Apollinaris decreta confirmant, atq; defendunt. Ab his Eustathius exortus est, ex quo Eustathiani nominati sunt.

Valet ac tenet his etiam temporibus Ismaëlitarum, quæ in errorem plebem impellit: religio, quam Antichristi quasi præcursorem appellare licet. Ducitur autem ab Ismaële, quem ex Agara Abrahamus suscepit, ex quo Agarini Ismaëlitæ nominantur: Sarracenos autem eos appellant, quasi à Sarra uacuos & inanes factos, propterea quòd Agar angelo responderit, Sarra uacuam & inanem me dimisit. Hi quidẽ Luciferi astri atq; Veneris, quã Chabar sua lingua, quod magna ualet, uocant: simulacra palàm coluerũt, adorauerunt, usq; ad Heraclij tempora. Ab illius autẽ imperio, ad nostram ætatem falsus uates & propheta eis exortus est, Mamedius nomine: qui cum in ueteri ac nouo Testamẽto uersatus esset, sermonesq; cum Arianis habuisset, nouã sectam & disciplinam condidit. Simulatione autem religionis ac pietatis cum gentis fauorem conciliasset, scripta è cœlo ad se delata, & missa à Deo esse, uulgauit. Quædam uerò in suo libro ordine digesta impressit, risu dignissima, quibus uenerationem & cultum Dei genti hoc modo tradit. Ponit unum Deum uniuersi autorem, qui neq; genitus sit, neq; generauerit. Christum autem dicit Verbum esse Dei, & eius spiritum, sed creatum atq; seruum: eumq; fatetur ex Maria sine semine generatum. Ait enim, Verbum ac Spiritum Dei, cum in Mariam introissent, genuisse filium, qui Dei propheta & seruus est. Iudæos autem contra leges eum in crucem agere uoluisse: & cum eum tenuissent, eius quidem umbram egisse in crucem, Christum autem nec in crucem actum fuisse, nec mortuum: Deum enim eum ad se in cœlum transtulisse, quòd ei esset charissimus. Hoc etiam cõmemorat, Christum cum in cœlum peruenisset, à Deo interrogatum fuisse, an Dei filium se esse dixisset: eumq; facit hoc modo respondentem, in me Domine sis placato animo. Scis hanc meam orationem non fuisse, meq; tuam non fastidire seruitutem. Homines sunt isti qui contra leges hoc me dixisse arguerunt, falsoq; me circũuenerunt crimine, & uehementer errarunt. Tum Deũ hæc ei uult respondisse, Scio hanc tuam non fuisse orationem. Aliáq; multa monstri similia narrat in illo commentario, quæ ridicula sunt. Ac ille quidem hunc librum ad se à Deo missum fuisse gloriatur. Nos autem si quæramus, quis nam testimonio suo comprobet, eum librum ex cœlo ad eum allatum fuisse? aut quis propheta eiusmodi exoriturum prophetam prædixerit? atque illi nesciant: respondemus, tum Mosem legem accepisse in monte Sina, cum Deus cernente uniuerso populo, in nube, in igne, caligine & procella apparuisset: omnesq; prophetas à Mose atq; eos qui illum consecuti sunt, aduentum Christi multo antè prædixisse: Deumq; Christum, ac Dei filium tum uenturum, ut carnem assumeret, ac sibi coniungeret: tum in crucem

cem actum iri, tum moriturum, tum excitatum iri à mortuis: eundemq́ fore & uiuorũ & mortuorum iudicem. à quibus etiam si quæramus, cur non hoc modo uenerit propheta uester, alijs ei testimonium dicentibus, sed ne uobis quidem uidentibus, Deus ut Mosi populo spectante, & monte fumũ efflante, legem dederit, sic illic scripta quæ commemoratis præbuerit, ut ea etiam uos certa & rata habeatis? & illi respondeant, Deum, quæ uelit facere omnia: Hoc etiam nos scire dicimus, sed quo tandem modo scripta hæc ad prophetam uestrum peruenerint, hoc quærimus. ac illi respondeant, Cum quieti se dedisset, hæc scripta ad eum à superis allata fuisse: tum ridiculum quiddam eis commemoramus, & obijcimus, Quandoquidem ei dormienti, & nihil agenti scripta hæc missa sunt, profectò in eum cadat necesse est tritum illud uulgi sermone prouerbium, * Rursus cum eos interrogamus, cur cum ipse uobis in commentarijs & scriptis uestris uetuerit, ne quid faceretis, aut acciperetis sine arbitris, ab eo nõ petijstis ut primùm testes produceret, qui eum prophetam esse pro testimonio dicerent: deinde eum à Deo missum esse: postremò ut ipse doceret, quænam scripta ei testimonium dicerent: pudor eos tacere cogit quibuscum probabiliter disputamus.

Christianocategori & sunt & dicuntur, quòd cum Christiani unum Deum uiuum & uerum uenerentur, ipsi uenerandas imagines Domini nostri Iesu Christi, dominæq́ nostræ sanctæ Mariæ, quæ Deum sustulit, & peperit, sanctorum angelorum atq; eius sanctorum, ita coluerunt ut deos more Græcorum.

Eiconoclastæ autem uocati sunt, quòd easdem sanctas & ueneratione dignas imagines cum ignominia tractauissent, tum in minutissimas parteis cõminuerunt, tum coniecerunt in ignẽ. Eodemq́ modo eas, quæ in parietibus erant depictæ, partim aqua calida, partim calce atramentoq́ obliterarunt.

Thymoleontes autẽ dicti sunt, quod data potestate, cum sectam furore armauerant, eos qui has excepissent atq; salutassent, plagis & supplicijs sine modo affitiebãt: nisi forte à principe hæresis nomen sumpsit.

IOAN. DAMASCENI DE HÆRESIBVS FINIS.

IO. DAMASCENI EPISTOLA, DE *eo quod Ecclesia canit, Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.*

Reuerendo in Domino & pio uiro, D. Iordani Archimandritæ, bene uiuere & gaudere in Christo Ioannes Damascenus optat. Desiderij amorisq́ mei erga te causa potissima primaq́, ô patrũ optime, non ex instabili euentu occasiones possidet, sed ex diuina charitate, quæ nunquam excidere nata est. Scimus enim tuę fidei orthodoxũ, & rectè diuisiuũ sermonis ueritatis zelum igneum, eiusq́ ad Deum charitatis puritatem, ex qua, & per quam ad proximũ natus es uinctus. Ex hoc fonte natum est illud meum tui desiderium. Secunda autem & primæ signum. Characterizare enim nouit ea quę ad proximum charitas, illum, qui ad Deum, amorem. Scimus enim uoluntatem tuam & uoluptatem quam percipis ex sermonibus Dei, quæ tibi melle dulcior reputatur. Imaginatus es enim diuinam pulchritudinem, & ad ipsam subalatus ascendisti, & factus es Dei & diuinarum manifestationum mundum speculum, pulchritudinem habens uirtutem, & huius certissimis lineationibus non mendax diuinæ pulchritudinis. ut archetypæ omnis boni, exemplum factus. Propter quod te desiderantes, uirtutem desideramus, & Deum, ex quo tibi uirtutis præhonorationes. Sed heu mihi ô pater, heu mihi, qualiter ecclesiæ inimicus hanc semper turbare festinat? & quod utique difficilius, siquidem per Dei culturæ alumnos. Literis enim nobis nunciauit Dei religiosissimus noster frater Abbas Sergius, ciuis & consuetus & amicus, per proximum fratrem Abbatis Iob, quòd sacratissimus

mus noster pater dominus Abbas Anastasius, gloriosus mansionis Eutimij beati dux, usus quosdam sanctorum patrum protulit, uelut in filium solum referentes trisagium hymnum. Quo dato nihil prohibebit eam quæ ex Gnaphæo male introductam corruptelam, omnes simul corrūpere. Admiratus sum autem, & ualde admiratus sum, si quidem hæc sic habent: & rursus admiratus sum, si quidem non hæc sic habent. Honorabilis enim uiri orthodoxū scimus, & bene decens ipsius in sermone & uirtute: quæ secundum actum non ignoramus domini Abbatis Anastasij, in quo non solum, sed & non mendax accusatoris manifestè cognoscimus. Deum enim desiderans, & ipsi uiuens, nō utiq; existimo quòd mentiatur, & calumniator sit innocentis uiri, & uirtutibus prædit: quod utiq; non mediocriter nostram cogitationem contorsit. Commendauit aūt quam plurimum perreligiosissimi Abbatis Iob proximum fratrem, festinauitq; sine omni retardatione & dilatione nostram de hoc edoceri sententiā. Scripsit autem & hoc ipsum firmasse, quoniā quidē & nos. Huic sentētię annuimus: idē enim sentimus. Quod & magis & magis admiratus sum. Protulit enim nobis usus, non mentiar, & sanctorū & electorum esse hos patrum enunciauimus: non tamen in filium solum ostendere referri trisagium hymnus usus consensimus: sed & ter beatissimum patriarcham sanctæ Christi Dei nostri ciuitatis Ioannem diuinissimū, & Dei hominem, eiusdem cum ipso factū esse intelligentiæ & sententiæ. Huius quidem gratia scripsit ipsum annunciare. Oportere igitur existimamus, ad tuam sanctitatem perscribere quę mea in his sit sententia, ut nihil meorum sit tibi non commune. Hoc enim nobis amicum & consuetum. Aimus igitur, quòd definitiones & descriptiones ratione factæ decenti, firmissimæ existunt. Ait enim scriptura, quoniam adduxit Deus omnia animalia ad Adam, ut uideret quid uocaret ipsa: & omne quodcunq; uocauit ipse Adam animam uiuentem, hoc nomen ipsi. Videmus igitur nomina diuidentia speciem à specie, & nomina imposita, diuidentia hypostasim ab hypostasi. Sed & definitiones & leges positas, & usq; nunc dominantes, sic aio definitiuè reuelatū esse Esaiæ à Deo per Seraphim, & per trisagiū hymnū unam trisypostatam & diuinitatem & dominationē, uidelicet per quandam arithmeticā expressionem. Propter quid enim non millies, Sanctus, hymno cecinerunt? Et propter quid non bis, uel ter, uel quater, uel decies millies, Dominus sabaoth, plena cœlum & terra gloria ipsius, Seraphim uociferauerunt? Sed Sanctus quidē ter, Sanctus, sanctus, sanctus: Dominus autem semel quasi ostendentia tres quidem sanctas hypostases, unam aūt dominationem trium, & unum principatū & gloriā & substantiā & deitatem, & unum tres esse Deum sanctum: sanctum quidem patrem, sanctum filiū, sanctū spiritū sanctū: sed unū sanctū, non tres sanctos: & unum dominum, non tres dominos: tres quidē hypostases, Deus & Deus & Deus: sed unus Deus, non tres dij. Sanctus, sanctus, sanctus: sed unus sanctus, non tres sancti. Dominus & dominus & dominus: sed unus dominus & non tres domini. Propter quod & induxit: Plena cœlum & terra gloria ipsius, & nō ipsorum. Deitas igitur, id est, substantia, trinè explicatur, indiuise in tribus cognita hypostasibus, & tres hypostases in unā substantiā & uniuntur & copulantur. Et deitas quidem trinè sanctificatur & glorificatur, Sanctus, sanctus, sanctus: & tres hypostases unicè glorificantur, Dominus Sabaoth, Plenū cœlū & terra gloria ipsius. Vnus enim Deus in trib. hypostasibus, & tria unum, id est, una natura, non hypostasibus una. Non unaquæq; aūt hypostasum trinè glorificatur & sanctificatur. Deitas enim trinitas hypostasum existens, propriè & generaliter trinè sanctificatur: Sanctus pater, sanctus filius, sanctus spiritus sanctus, dominus sabaoth. Vnus enim tria & Deus & dominus. Vnaquæque hypostasum, una existens hypostasis, & non tres, cuius gratia ter sanctificabitur, & non semel, uel non bis, uel quater, uel decies millies. Non enim unaquæque deitatis hypostasum, trinitas. hoc enim utique modo nouenitas erit deitas, & non trinitas. Propter quid enim non bisagium, uel tetragium, uel milliagium hymnum cecinerunt, sed trisagium secundum hypostasum numerum? Quemadmodum enim patrem hypostasim aimus, & filium hypostasim, & spiritum sanctum hypostasim, & deitatem, id est, substantiam trisypostatam, ut tres continentē hypostases, & neque patrē trisypostaton, neque filiū trisypostaton, neq; spiritū sanctū trisypostaton dicere fas sic neq; trisagiā unam hypostasum, sed sanctum patrem, sanctum filium, sanctum spiritum sanctum, trisagiam autem

autem triſypoſtatam deitatem. Si igitur non triũ hypoſtaſum eſt ſignificatiuus triſagius hymnus, hymnizemus bis Sanctus, & inducamus, Dominus ſabaoth. ſed non fas, neq; ſic Seraphim hymnizauerunt: nõ ſapiamus ſuperflua, neq; Seraphim ſapientiores eſſe uideamur. Si autem dicerent deiferi patres, quorum ſolus ſermo, quoniam Ieſum hymnizantia aiunt Sanctus, ſanctus, ſanctus. ſi quidem dicerent quoniã Ieſum ſolũ hymnizantia, haberet utiq; ſuſpicionem, & in filium ſolum, dictum eſſe triſagium hymnum. Si autem inſeparabilis filius à patre & ſpiritu ſancto, inſeparabilis & hymnus. Coadoratur enim cum patre & ſpiritu filius, & eodẽ hymno celebratur & conglorificatur. Tunc de filio ſolo affirmamus hymnũ dici, quando oſtenſiua hypoſtaſeos ipſius dicimus, uelut filius Dei, uerbum, ſapientia Dei & uirtus, ex patre genitus, incarnatus, crucifixus, carne reſurgens, aſcendens in cœlos, ſedens ad dexteram patris, & talia. Quemadmodum igitur hæc oſtenſiua unius hypoſtaſeos, & nequaquam in altera hypoſtaſi, uel in communi deitatis locum habent: ſic & triſagius hymnus oſtenſiuus exiſtens trium hypoſtaſum, locum non habet. Quemadmodũ enim unamquanq; hypoſtaſin humanitatis, hominem dicimus: dicimus autem multos homines continentem ciuitatem polyanthropon, non poſſumus autem dicere, unumquenq; hominem: ſic & in triſagio unamquanq; hypoſtaſim, ſanctum dicimus: triſagium aũt, triſypoſtatam deitatem. unam aũt hypoſtaſum, triſagiũ dicere nõ poſſumus. Et quemadmodum numerantes, unum, & unum, & unum dicimus, & non poſſumus in unoquoq; dicere triſarithmon, ſic & in triſagio. Et quemadmodum lumen, & lumen, & lumen dicimus, & copulantes trilumen, lumen lumen lumen dicimus, non dicimus autem unumquodq; trilumen, ſic & in triſagio. Omnia quidem ſimpliciter & unitè & abſolutè in tota deitate dicta, & in unaquaq; hypoſtaſum dicuntur: triſarithmos autẽ in ſancta trinitate, trium eſt hypoſtaſum oſtenſiuus. Pius enim Epiphanius rectè notauit, propriè dictum ab angelis qui non bis uel quater, ſanctus, dicunt, ſed ter, niſi quoniam trium hypoſtaſum numerum demonſtrant in unam & deitatẽ & dominationẽ unicã: Sanctus Deus & pater, ex quo Deus filius, & Deus ſpiritus ſanctus: Sanctus fortis, filius, enypoſtata Dei uirtus: Sanctus immortalis, ſpiritus ſanctus uiuificans, ſecundũ quod ait Apoſtolus, Lex ſpiritus uitæ: Non quòd non ſit Deus filius uel ſpiritus ſanctus, neq; quòd nõ ſit fortis pater uel ſpiritus ſanctus, neq; quòd non ſit immortalis pater uel filius, ſed ſecundum quod Apoſtolus hypoſtaſes oſtendere uolens, ait: Nobis aũt unus Deus pater, ex quo omnia: & unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia: & unus ſpiritus ſanctus, in quo omnia. Sic & hic. Hoc autem & Dauid ſic præcinit, dicens: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus: ſignificauit unam deitatem. Deinde dicens, Sitiuit anima mea Deum fortem, uiuentem, trinum hypoſtaſum oſtendit. Et rurſus redijt in ſingularitatem naturæ, dicens: Quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei? Si autem quis dicat, quòd multoties & in una hypoſtaſi dicitur ter felix, & ter deſiderabilis, & ter beatiſsimus: cognoſcat quod τρεῖς, quando per ει diphthongum deſcribitur, trinarium numerum ſignificat: quando autem per nudum iota, pro multoties ponitur. Sicut aimus τρεῖς homines, & τρεῖς ſunt qui teſtimonium dant, aqua & ſanguis & ſpiritus: & τρὶς per iota, aduerbialiter pro multoties, ut ait Apoſtolus, de hoc, τρὶς dominũ rogaui, pro multoties. Sciendum autem, quòd in trinario numero quando aduerbialiter dicitur, per nudũ iota ſcribitur: uelut ſemel, bis, τρὶς, quater. Sed in compoſitione, ſiue ternarium, ſiue multum numerum ſignificat, per iota ſcribitur: τριώνυμος, tria nomina habens: τριπόθητος, multum deſiderabilis: τρισμακάριστος, multum beatiſsimus: τρισόλβιος, multum felix. Et hæc quidem & in una perſona, multum deſiderabili, & multum beata, locum habent. Significatiuum autem ternarij numerum, non poſsibilem, niſi in ipſo propriè numero, dici: uelut impoſsibile, non duo nomina habentem, dyonymon dicere: & tres colores non habentem, triſcolorem. Quando igitur dicimus trionymon, manifeſtamus tria ſolum habere nomina, trionymum appellatum: ſi dicamus triſagium, in ſancta quidem trinitate locum habet. Tres enim hypoſtaſes habens, unaquaq; ſancta exiſtente & hymnizata, proprie utiq; dicetur triſagios: ſi autem in una hypoſtaſi dicatur, ſuſpicabitur quis, quòd tres ſanctas ſubſtantias, uel tres ſanctas hypoſtaſes poſsidet: quorũ utrunq; & nefarium & impium in una earum, quæ deitatis, dicere hypoſtaſum. Sed & hoc dicamus, quòd triſagium hymnum, manifeſtatiuum exiſtentem trium deitatis

hypoſtaſ-

hypostasum, inconueniens, uni earum hypostasum reponere. Si quidem enim communis eius quod substantiæ esset significatiuus, diceretur utiq; in unaquaq; hypostasum: significatiuum autem existentem numerum trium hypostasum, non opportunum in una ipsum dicere, ut nouenagiam sanctam trinitatem enunciemus. Tres enim numerus in seipsum multiplicatus, nouem regenerare numerum natus est. Diximus quòd duo possidens nomina, dyonymos dicitur: & trionymos est, qui tria habet nomina, & non plura neq; pauciora. Quid igitur tertium solum, sanctus pater, uel filius, uel spiritus sanctus: uel trisypostatos pater solus, uel filius solus, uel solus spiritus sanctus, ut unusquisque dicatur trisagius? absit, sed & infinities infinitè. Sancta autem deitas, ut tres solas hypostases habens sanctas, conuenienter utiq; dicetur trisagia. Quare non in una hypostasum oportet dicere trisagium hymnum, ostensiuum existentem trium deitatis hypostasum. Determinatum enim numerum non est dicere de indeterminata deitate, non unitatem quidem substantiæ, trinitatē autem hypostasum. Si qui dicat: Pro quo, baptizantes, trinam facimus immersionem? quid utiq; aliud dicemus, quàm quoniam secundum unamquamq; deitatis hypostasum, unam immersionem, & tres propter trinum. hypostasum, & non tres immersiones secundū unamquanq; hypostasum? uel sic quidem nouem immersiones facimus, quod nefarium, quòd secundum unamquanq; immersionū nomen unius trium hypostasum dicimus. Sic & si interrogemur, cuius gratia tertiū Sanctus dicitur, & non bis uel quater? propter trisypostatam deitatem, uerum dicentes, dicemus. Qualiter autem trisagium hymnū in una hypostasum dicemus? mendaces enim nosmetipsos, & transgressores nostrorum constituimus sermonum, si unaquæq; earū, quæ deitatis hypostasum, ut ait diuinus Basilius, unicè annunciatur: unus pater, qui pater, & unus sanctus, quoniam hypostasis: & unus filius, qui filius, & unus sanctus, quoniam una hypostasis: & unus spiritus sanctus, qui spiritus sanctus, & unus sanctus, quoniam una hypostasis, una trisagia natura deitatis, quoniā tres hypostases: non trisagius pater, quoniam una hypostasis: nō trisagius filius, quoniā una hypostasis: non trisagius spiritus sanctus, quoniā una hypostasis. Spiritum sanctum & omnino sanctum, omnis simul piorū & à Deo doctorū patrum chorus semper cum respiratione omni insonuit. Trisagium autem hunc nequaquā & nunc in aliquo sermone sacrorum patrum inuenimus. Gnaphei hoc deliramentum, ex præsumptione nihil non audentis, nudo, ut utiq; dicitur, capite, quod luxuriarum mulierū ostendit inuerecundum, ut sapientiores uidelicet Seraphin, & excelsiores secundum doctrinam, uelut quandam malè textam telam, dilaceraret trisagium hymnū. Si enim in filium solum trisagium dicemus hymnum, solutum est ambiguum indubitanter, & nos Maronizabimus, apponentes trisagio crucifixionem. sed absit hæc impietas a nobis, ne offendamus Deum. Mors eligibilior. Aufer à me mortem hanc. Mors in hac lebete. Si aūt quis dicat, quod multis dicentibus audiui quoniā cuius gratia, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, dicentes dicemus multoties crucifixo uoluntate & ex mortuis resurgenti, uel huius alterum: trisagium aūt dicentes, non inferimus hoc, crucifixus propter nos: dicemus ad ipsum, quoniā cōsuetudines & traditiones Ecclesiæ præualuerunt. Non transferas enim (ait) terminos seculares, quos posuerunt patres tui: & omne antiquitate differens, uenerabile magnus Basilius enunciauit. Ecclesiæ igitur consuetudo est super hoc tradita, in dicti ordinē dicere, Gloria patri, & filio, & sancto spiritui. Quemadmodū igitur dictū dicentes, psalmi forte, uel cantici, superdicimus multoties troparium uel melodiā, non dicti mentem habentē: sic quando in dicti ordine, in hoc, Gloria patri, & filio, & sancto spiritui, dicimus, superdicimus tropariū conueniens filio soli, non habens mentem uel coordinationē huius, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Etenim hoc quidē, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, ad datiuum dictū: melodia aūt multoties ad genitiuum, uel accusatiuum, uel nominatiuum, uel uocatiuū. Et hinc manifestū, quòd non mentē habet melodia huius, Gloria patri, & filio, & sancto spiritui, nō ut in dicti ordine, animus nequaquā crucē, uel quod determinatorū eius solius, quæ Patris, uel Filij, uel Spiritus sancti hypostaseos, superdicimus, Sanctus Deus pater, Sanctus fortis filius, incarnatus carne, & resurgēs, Sanctus immortalis spiritus sanctus. Hypostases dicens, & unū Deū esse tres hypostases ostendere uolens, coniungo & dico, Miserere nobis, ut ait Deus, legem ponens Mosi: Dominus

nus Deus unus est: & Seraphin, Sanctus, sanctus, sanctus, dñs sabaoth. Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus: sed unus Deus, dixerũt Dei prædicatores patres. Et sanctus pater, & sanctus filius, & sanctus spiritus sanctus. Sed unus tria sanctus, & dominus & dominus & dominus, sed unus dominus. Deus autẽ & Deus & Deus pater, uel Deus & Deus & Deus filius, uel Deus & Deus & Deus spiritus sanctus, uel sanctus, sanctus, sanctus, uel dominus, dominus, dominus in una hypostasium, nullus alicubi electorum patrum nostrorum annunciauit. Quemadmodum enim trinitatẽ impossibile dicere unam hypostasim, sic neque unam hypostasium trinitatem sanctam. Sic & sub Proclo ter beato, ex reuelatione diuina trisagium cecinerunt hymnum: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis, quando puerũ ex media multitudine orantium, seu letanias dicentium, raptum esse ait, & edoctum esse hymnum in aëre factum ex quadam angelica uirtute, & testimonium eius quæ hymni sanctitatis, factam esse inducti mali cessationem. Sic autem & diuino inebriatus spiritu sexcentorũ triginta diuinissimus chorus hymno cecinit: & quæ sufficiens doctrina hæc, nunc commouens Dei populum & inordinate perturbãs? Sed dicet aliquis rursus fortè: Propter quid hypostasim & hypostasim & hypostasim, tres hypostases aimus: Deum autem & Deum & Deum dicentes, non tres deos dicimus? Ad quod respondemus, quòd particularia non communificantur, communia autem etsi ab uno quoque particularium participantur, sed unicè & communiter, & unaquæ'que quidem hypostasis: appropriati autem considerantur. Non est autem ipsorum communis una hypostasis. Deitas autem & dominatio & sanctificatio, etsi ab unaquaque hypostasum participatur, sed cõmunis est triũ hypostasum, una existẽs. Nõ enim alia deitas patris, & alia filij, & alia spiritus sancti, neq; sanctitas alia uel dominatio: sed una & eadẽ, totaliter et indiuisè in unaquaq; hypostasum existẽs, tota patris, tota filij, tota spiritus sancti, una patris & filij & spiritus sancti. Vnaquæq; igit quidẽ hypostasis secundũ seipsam Deus & sanctus & dominus dicit, & si quid tale. Quãdo autẽ cõnumerantur, nõ tres dij uel sancti uel dñi, sed unus Deus tria, unus dominus, unus sanctus: quoniã Deus et ipsius uirtutes uerbũ et spiritus, unus Deus unus sanctus, unus dñs, & non tres: sed Deus quidẽ & Deus & Deus, ꝓpter ꝑfectũ eius, quę uniuscuiusq; hypostaseos: & sanctus, & sanctus, & sanctus, & dominus & dominus & dominus, nõ tres autẽ dij uel sancti, uel dñi: quia uerbũ & spiritus uirtutes sunt patris, uirtutes aũt enypostatę inseparabiles à patre, ex quo & in q̃ sunt, & ad quẽ ut ad causam referunt. Neq; n. loco, uel uolũtate, uel opatione, uel fortitudine, uel potestate separant, uel aliquo eorũ quęcũq; de Deo dicunt, nisi solũ hypostalib. & characteristicis uniuscuiusq; hypostaseos ꝓprietatib. Nos. n. geniti scindimur totaliter à partib. & separamur: & hoc manifestãs, dixit Theologus Gregorius, dimittẽtes & dimissi, Nõ. n. uirtus patris filius in nobis cõsistit, neq; uerbũ uel sapiẽtia: in Deo aũt duo cõcurrunt, & uirtutes esse patris filiũ & spiritũ sanctũ, ut uerbũ intellectus & spiritus hypostases perfectas, quòd decẽs soli superstibstantiali Deo, nos & sentẽtia diuidimur, et uirtute & loco: propter quod & homines, nõ homo ille & ille dicimur. In Deo autẽ nõ sic, ut prædiximus. Sed enim utriq; & quos proferunt usus, intendamus, & diligentem horũ perscrutationẽ faciamus: patrib. enim & ipsi nequaquã cõtradicimus: sed oportet cõsonos & nõ discordes, nihil aũt minus quã sibijpsis cõtradictores & aduersarios ostẽdere sanctos patres & doctores, quorũ de fide sententiã singularẽ & impermutabilẽ ostendit una patris & uirtus & splẽdor. Rectè igitur uterq; Athanasius diuinus, in eo qui de incarnatione & Trinitate sermone, hęc ait: Deus igitur est, qui genitus & factus homo, sed non Deus & Deus & Deus, qui unius trinitatis, filius Dei, & Deus sanctus, sed nõ & sanctus & sanctus, neq; ter solũ sanctus: sed indeterminatè & infinities sanctus & supersanctus. Et rursus alibi dicit: Vidimus ipsum, & non habuit speciem, neq; decorẽ. Erat enim ante hoc, speculãs in deifica & gloriosa forma sedentem in throno excelso et eleuato, quando Cherubim glorificabant ipsum, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus sabaoth: & post uidet ipsum formam serui accipientem, & in similitudine hominum factum. Hic proferunt quæ & nos amplexamur. Sed dicant: Solum uident filium sedentem in thronò, uel patri considentem? solum glorificatum, uel cum patre & spiritu sancto? Siquidem igitur solum tribuant filio, soli & trisagium hymnum: si autem cũ

Rr patre

patre & spiritu, cognoscant trinitatis esse inseparabilem, manifestatiuam trium hypostasum, & unius substantiæ & dominationis, laudem. Sanctus enim, sanctus, sanctus, hymno canebant Seraphim: & Trinitati hymnum adducentia, hymnizant Iesum: unus enim trinitatis, Iesus. Qui autem Iesu soli trisagium reponunt hymnum, non participē hymni patrem & spiritum ponunt. Communia enim comprehendunt particularia: particularia autem uniuersalia non item. Hominem quidem enim dicens, omnes homines qui secundum patrem, significauit. Petrum autem dicens, ipsum solum enunciauit, dimittens reliquas hypostases humanitatis. Rursus proponunt sancti Epiphanij ex eo qui in sanctam Dei genitricem: Beata in mulieribus, uerbum ex te incarnatum, pariens uerbum, patris filium, uerbum ante secula Deum, uerbum sine principio & æternum, uerbum consubstantiale inseparabilis trinitatis, uerbum cum patre & sancto spiritu adoratum, uerbum confessorum patris, uerbum super Cherubim sedens, uerbum quod quadriformia animalia glorificant, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus sabaoth: Plenum cœlum & terra gloria ipsius. Siquidem altera gloria ipsius, pręter eam quę patris, ipsius solius & hymnum dicemus: si autem una glorificatio & communia sanctę Trinitatis, unus & communis & hymnus. Sanctus enim, sanctus, sanctus dicentia glorificant filium, sed non filium solum, sed ut unum sanctæ trinitatis, medium & patris & spiritus. Dictum Chrysostomi in Benedictus, cuius principium: Ex miraculis in miracula: Hodie rex gloriæ in terra propheticè glorificatur, & communicantes super cœlesti lætitia terrigenas ostendit, ut ostendat quoniam ipse est dominus utrorunque, utrinque consonanter hymnizatur. Propter hoc, qui quidem superius, eam quæ in terra salutem annunciantes, psallebant: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus sabaoth: Plena omnis terra gloria ipsius. Qui autem super cœlesti militiæ confestinantes, clamabant: Osanna in excelsis, osanna filio Dauid. Et quis dicat bene sapiens, filium Dauid separatum esse à trisagia hymnologia? unus enim sanctę trinitatis, conglorificatur cum patre & spiritu. Sed non trisagium id ipsum solum refertur. Non enim, Sanctus, sanctus, sanctus dicentia Seraphim, solum patrem, uel solum filium, uel solum spiritum sanctum significauerunt, sed trisypostatam deitatem, & unam trisagiam dominationē. Idem igitur superius cum patre & spiritu conglorificabatur, Seraphin ipsum non solum, sed cum patre & spiritu hymno celebrantibus, & clamantibus, Sanctus, sanctus, sanctus. ipse in terra laudatur, Osanna in excelsis, osanna filio Dauid, quasi per hymnum una deitatis excelsarum, etsi filius Dauid extitit, ostensiuus hypostasum. Si autem & dicat deiferus pater noster, quoniam qui quidem superius, eam quæ in terra salutem annunciantes psallebant, ualde optimè & diuinissimè ait. Scimus enim, quòd semper quidem diuina gloria replebatur & cœlum & terra. Omnia enim opera Deum benedicunt Dominum, & enarrant gloriam eius: sed quia in cœlis quidem angeli existentis Dei cognouerunt gloriam, lapsa est autem humana natura, quæ terræ sortita est habitationem, & communificauit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum, impletam esse ait deiferus terram, secundum cognitionem terram inhabitantium, diuina gloria: quod, & non aliud, his qui in terra, salus factum est. Diuina igitur gloria manifestum, quòd patris & filij & sancti spiritus: sic enim & non mendax dixit Dominus ad patrem: Pater, opus quod dedisti mihi, impleui: manifestaui nomen tuum. Et rursus: Hæc est æterna uita, ut cognoscant te solum uiuentem & uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum: sic quemadmodum natura, sic & gloria communis trium deitatis hypostasum. Adhuc Sancti Cyrilli Alexandriæ à sexto sermone, qui de sancta Trinitate, cuius principium: Aequalitatis quidem igitur: Esaias quidem igitur diuinus, non in maiori gloria uisum esse ait filium. Vidi enim, ait, dominum sabaoth, sedentem in throno excelso & eleuato & plena gloria domus ipsius: & Seraphim steterunt in circuitu ipsius: sex alæ uni, & sex alæ uni: & duabus quidem uelabant pedes: & duabus uolabant, & clamabāt alter ad alterum, quę in trino quidem principio, finientem autem in unitatem & in dominationē unam, sanctificationē. Ecce manifestè dixit: Quoniam dominū sabaoth hymno celebrarint, q est unus Deus, in tribus hypostasib. glorificatus, dicebāt hymnū, qui terno quidē principio

principio, hoc est, in principio quidem trinum hymnum trium hypostasum, quare Sanctus, sanctus, sanctus, trium hypostasum est ostensiuum: dominus autem sabaoth, unam deitatem & dominationẽ manifestat. Adhuc eiusdem à nono sermone, de ea quæ in spiritu adoratione: Supremarum autem uirtutum uelut aliqualiter & intẽsum & insatiabile & Dei uisionẽ manifestare uidetur, respicere semper in propriciatorium Cherubim. In tali figura scribit & propheta Esaias, dicens: Vidi dominum sedentẽ super solium excelsum & eleuatum, & Seraphim steterunt in circuitu ipsius: & sex quidẽ unicuiq; alas innatas esse ait, uelare autem ipsa duabus quidem pedes: duabus autẽ facies, uolare autẽ alteris. Et post pauca: Propiciatorium igitur Christus, qui & in carne apparuit, nihil minus est dominus & Deus & natura & unitate, circumstantes in circulo seruos decenter & ipse habens superiores uirtutes. Si quidẽ nõ obcæcatus est quis inter eos qui intellectus, scire habet, & ipse, ostensiuum existere eius quod est, nõ solum ipsum habere in circulo uirtutes cãtantes, neq; soli remitti trisagium hymnũ. Dicere.n. & ipse, per cõiunctionẽ manifestat, quòd & pater & spiritus. Etenim Et, appositionẽ ostẽdit, cõplexiua existẽs cõiunctio. Manifestè igitur pater habet in circulo uirtutes. Si autẽ pater et filius, & spiritus sanctus in circulo habẽt uirtutes cãtantes, Sanctus, sanctus, sanctus, nõ addicendũ soli filio trisagium hymnum, expressiuum maximè existentẽ trium hypostasum. Siquidem enim semel uel bis uel quater cecinissent hymno Sanctus tribus existentib. hypostasibus, & in unaquaq; hypostasum sola diceremus referri hymnum. Communia enim secundum unumquodq; particularium dicuntur. Sed quia utiq; alternatiuus trisagius hymnus, & ostensiuus trium hypostasum, ostẽsiuum in uno dici nequit. Si enim in uno diceretur, non trium hypostasum ostensiuum. Si autem trium omnino ostensiuum, non in uno dicetur. Item eiusdem ex eo qui ad Hermeian quarto sermone, cuius principium, Deum utiq; ex Deo: Etsi igitur in æqualitate posito angelis. pro quo utiq; igitur hic quidem paternis clarificabatur sedibus, & consedet patri: hi autẽ uelut adstãt in circulo eius, quæ sub ipso, seruitutis, non inhonorantes mẽsuram: & hic quidẽ & est & dicitur dominus sabaoth. Hi autem his quę in dominationem hymnizant laudibus, & plenum esse aiunt cœlum & terram gloria ipsius. Igitur factum esse dicere hic admiratum, & cum habentibus hæreditatem generationis supremam, frigidæ & uanæ ægritudo intelligentiæ. Et quis contradicit filio non adstare Seraphim, & non solum collaudari, habentem cum patre & spiritu hymnum suscipere, & sanctum esse, & dominum sabaoth, & plenum esse cœlum & terram gloria ipsius? Sed non quod hæc dicens, soli filio trisagium reponit hymnum. Quemadmodum si quis hymno celebret ordinem duodecim Apostolorum diuinorum, dicens ipsam duodecachordam lyram spiritus, nullum quidem Apostolorum dimisit inhonoratum: unusquisque enim una chorda spiritus, dictus est: non in unumquenque autem solum hymnus refertur: non enim Petrus solus duodecachorda lyra spiritus, neque utique Andreas, sed duodenarius omnis. Et si quis in hymno celebrans Petrum fortè dicit quidem hymnum, sed non ipsum solum hymnus ænigmatizet, sed cohymnizet cum ipso omnem Apostolorum chorum. Si autem dicat, Apostolorum duodecachorda lyra, qui ex Bethsaida, Ioannæ filius, qui in Roma martyrio coronatus sub Nerone, mendacem se ipsum ostenderet: ita si quis dicat, Sanctus, sanctus, sanctus, crucifixus propter nos, blasphemus enunciabitur. Similiter & qui dicit, trisagius crucifixus propter nos. Eiusdem ex quinto sermone, qui ad Hermeian, cuius principium, Sicut ex omni: Et utique in circulo & super naturalem & eleuatum circumstant thronum glorificãtia Seraphim & sanctũ ipsum, & nimirum quoniam & dominum uirtutum nominantia, & plenum dicentia esse cœlum & terram gloria ipsius. Hic autem utique dominans in medio omnium, & æquè magnus & æquè potens patri, & non minus gloriosus: plena enim omnia gloria ipsius. Hic priorem intelligentiam habere dicimus, uera dicentes. Eiusdem: Si quidem erat ingloriosus, & ab eo quod est adorari, longè quidem, docentia Seraphim in deitatis sede sedentem filium, circulo circumsteterunt, hymnis & glorificationibus honorificantia, & dominum sabaoth nominantia, plenumque dicentia & cœlum & terram gloria ipsius. Scimus hæc & nos & simul affirmamus: sed non hæc filium trisagium lege ponunt. Beati Procli Constantinopoleos ex sermone qui in sanctam

ctam Dei genetricem: In cruce affigebatur, & thronus ipsius in cœlis non denudabatur: in sepulchro claudebatur, & cœlum extendit ut pellem: inter mortuos reputabatur, & infernum spoliauit: & error calumniabatur, & desuper, Sanctus, sanctus, sanctus glorificabatur. Ego quidem igitur & duobus & pluribus antiquis libris, semel Sanctus legi sacratissimum Proclum dicentem. Si autem ter ipsum dicere, Sanctus, dicemus, eandem intelligentiam habet præscriptis, quoniam quidem ut unus sanctæ Trinitatis, conglorificabatur cum patre & spiritu, Seraphim clamantibus, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth. Et eiusdem ex laude quæ in sanctam Dei genitricem, cuius principium: Omnia quidem testimonia: Nihil igitur in uita uel Dei genitrix Maria. circui * igitur ô homo omnem creaturam cogitatione, & uide si est æquale uel maius sancta Dei genitrice. Ambi terram, circumspice mare, rimare aëra, cœlos mente perscrutare, uisibiles omnes uirtutes excogita: & uide, si est tale miraculum in omni creatura. Cœli quidem enim gloriam enarrant Dei, angeli ministrant cum timore, archangeli adorant cum tremore. Cherubin non ferentia horrent, Seraphim non approximant, circumuolantia & clamantia cum tremore, Sanctus, sanctus, sanctus, plena terra laude ipsius & hoc manifestum, quòd à priorum intelligentia dependet. Sed audiant hæc proferentes, & cognoscant: confido autem, quòd cognoscent, & ea, quæ de his, illuminabuntur certitudine, si quidem spiritus Dei habitat in ipsis. Sancti Athanasij ex eo qui de incarnatione & Trinitate sermone, cuius principium: Qui malitiosè: Et quando glorificant Seraphim dicentia tertiò, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus sabaoth, Patrem & Filium & Spiritum sanctum glorificant. Sancti Basilij ex eo qui ad Amphilogium de sancto spiritu, Qualiter dicunt Seraphim, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus, non edocta à spiritu sancto? quoties est pium glorificationem hanc referre? Non enim pium bis uel quater, sed ter & semel: ter quidem sanctus, propter trinitatem hypostasum: semel autem Dominus, propter unitatem substantiæ, monarchiæ. Si in Filium solum, propter quod non semel Sanctus, sed semel Dominus? propter quod non bis uel quater? Non enim tres numerus, uni sacratur hypostasi, cui plus alius numerus appropriatus est. Eiusdem ex sermone quarto, qui contra Eunomium, cuius principium: Si natura Deus filius: Quoniam neque uisione, neque oraculo diuisum de Patre & Filio & Spiritu sancto Esaias propheta: Vidi, ait, Dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum & eleuatum, & Seraphim stabant in circulo ipsius: Sex alæ uni, & sex alæ uni. Et post pauca ait: Et dixit Dominus ad me: Vade & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis & non scietis. Incrassatum est enim cor populi huius: & cætera quæ sequuntur. Quantum quidem igitur secundum hanc positionem & consequentiam propheticæ literæ, super omnia est Pater, uisa & oracula dans prophetæ. Tonitrui quidem filius eminentia loquens, & tonitruo dicens terribiliora, cuius initium est: In principio erat uerbum: Filium dixit uisum & oracula dantem prophetæ. Dicit enim in propria conscriptione: Propter hoc non potuerunt credere in Iesum, quia dixit Esaias de ipsis: Obcæcati sunt ipsorum oculi, & induratum est cor, ut non uideant oculis, & intelligant corde & conuertantur, & sanem eos. Hæc dicit Esaias quando uidit gloriam ipsius. Paulus etiam, spiritus enunciauit uisionem & oraculum esse dicens: Benedixit Spiritus sanctus per prophetam Esaiam ad patres nostros: Auditu audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non scietis: incrassatum est enim cor populi huius. Propheta Patris inducit personam apud Iudæos crediti: Euangelista Filij: Paulus Spiritus, unum dominum sabaoth eum qui uisus est, conuenienter nominantes. Diuisus est ipsis, qui de hypostasi sermo, indiuiso manente in ipsis, qui de uno Deo, sensu. diuisus est enim indiuisibiliter, qui de hypostasi modus & sermo: propter quod Sanctus, sanctus, sanctus, trinè propter trinum hypostasum: Dominus autem semel, propter unicum deitatis. Sanctus Cyrillus episcopus Alexandriæ, in eo qui de spiritu sermone ad Hermeian, cuius principium: Labor bonorum: Quid autem? non'ne & ipsos Dei sermones, spiritus esse ait scriptura? Esaias quidem enim diuinus, admirabilem nobis & tremendam maximè illam Dei uisionem enarrans: Vidi, ait, Dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum & eleuatum. & quę intermedia his inferens:

Audiui

Audiui, ait, Dominum sabaoth dicentem: Quem mittam? & quis ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade & dic populo huic. Auditu audietis & nō intelligetis: & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Sed diuinus quidē Ioannes de unigenito ait: Hæc dixit Esaias, quādo uidit gloriam ipsius, & locutus est de ipso. Stephanus quoq; sapientissimus Iudæis dixit, in hunc modum alloquens: Duræ ceruicis & incircūcisi corde, uos semper spiritui sancto resistitis, sicut & patres uestri. Ergo nonne manifestum iam, quòd alteritate ea quę secundum hypostasim appropriata est, esse patrem, & filium, & etiam spiritum sanctum. Abundè ex scripturis comprobatur. Concordia quoque ea quæ ad unitatem naturalem, omnia utiq; omnium, & præsentia & uerba & participatio & operatio & gloria, & quecunq; diuinam glorificant naturam. Quid autem? Nonne igitur & qui parū quodcunq; doctrinæ gustauit, sciet manifestè, quòd trisagius hymnus alteritate quidem ea quæ secundum hypostasim appropriatam, ut & deificus dixit pater, patrem & filium & spiritum sanctum ostendit? Concordia autem ea quę ad unitatem naturalem monarchiam, dominus. Tres enim numerus, trium est significatiuus: unus quidem, unitas. Igitur Sanctus, sanctus, sanctus, & trisagius, quoniam tres hypostases Deus, unus autem tria Deus, quoniam una deitas, & ad unum quæ ex ipso relationem habent, non distantibus, neq; quidē compositis, neq; confusis hypostasibus. Gregorij eius qui Nyssæ, eo qui aduersus Eunomium primo sermone: Similiter autem quæ & apud Esaiam Seraphim, à quibus manifestè Trinitatis prædicatum est mysterium, quando sanctam uocem in unoquoque, qui in æternitate, pulchritudinem admirantia, admiratiuè exclamauerunt. Ecce utique manifestè dixit Dei enarrator pater, per trisagium hymnum manifestè Trinitatis prædicatum esse mysterium: per ter quidem clamatum esse Sanctus, personarum Trinitatem: per semel clamatum esse Dominus, singularitatem & naturæ, & dominationis. Sed & sanctus & multis nominibus suspiciendo uir Epiphanius sic alicubi ait in suprascripto anchyro sermone: Per trinum autem testimonium accipient spiritum sanctum, & implebūtur manifestis uocibus Seraphim & Cherubim, clamantium tertio: Sanctus, sanctus, sanctus. Non enim per duas uoces glorificatio in cœlo perficitur, neque quarto nominant eadem sancta & inuisibilia & spiritualia & animalia: neque quartam uocem reddunt eadem, neque unam solam: sed tres uoces singulares, Sanctus, sanctus, sanctus: & non dicunt, Sancti, sancti, sancti, ut non singulare plurium nominum enuncient, neque trium ter numeratum abscondāt: sed ter quidem dant sanctificationem, uniformiter autem singulariter loquuntur sermone, ut non pluralitatem deitatis nominent. Eripuit nos Dei manifestator iste pater, de rebus manifestè enuncians, quòd non per duas uoces glorificatio in cœlo perficitur neque per unam, neque per quartam uocem, sed per tres, & ipsas singulares. cuius gratia? quoniam non unam hypostasim, sed tres demonstrat hymnus. Quemandmodum igitur non per duas uoces uel quatuor hymnus perficitur, sed per tres, propter trinum hypostasum: sic trium hypostasum manifestatiuus ens trisagius hymnus, in una hypostasum dici locum non habet. Impossibile igitur, ut dixi superius, determinatum numerum in Deo dicere non singularem & trinum, propter singulare naturæ, & trinum hypostasum. Et singularis quidem numerus de tribus hypostasibus dicitur. Deus & Deus & Deus: sed unus Deus, & non tres dij, pater & filius & spiritus sanctus, ut non plurali deitas existimaretur monarchia, & diuidatur unus & indiuisibilis Deus à sui ipsius enypostasis potentijs. Deus enim, & huius uerbum & spiritus, unus Deus, etsi unumquodque perfecta hypostasis propter supernaturale deitatis. Ternarius autem numerus de una hypostasi non est. Non enim trisypostatos unaquæq; hypostasis, ut per trinum numerum, trisypostaton ostendatur uniuscuiusque hypostaseos. Absit, absit: non piæ sunt cogitationis hæc, sed extra intellectum conuenientem hæc sunt. O pater diuinissime, columna & firmamentum, ab omnib. patribus & fratribus, & omnium Ecclesiæ plenitudine legi deprecamur, & uerborum mansuetudine erogari patrem nostrum dominū abbatē Anastasium, gloriosum ducē religiosæ mansionis deiferi patris nostri Eutimij, quiescere quidē à tali instātia, nobiscum autē à Deo assumptos patres secundū uestigiū sequentē, dicere: Sāctus Deus et pater, sanctus fortis, filius Dei incarnatus et crucifixus carne ꝑpter nos, sanctus immortalis spiritus sanctus, unus dn̄s sabaoth miserere nobis:

 & neque

& neq; nos accusare, neq; ter beatum Ioannem patriarcham, ut suasos in una thearchicarum hypostasium dicere trisagium. Omnis enim qui hoc sapit uel dicit, communicationis est eius quæ Gnaphei fabricatoris malitiæ. Quis enim nouit beatissimi Ioannis patriarchæ intellectum me plus? Nullus. Et ut uerum dicam, non respirant respirationem doctrinalem aliquando, quam mihi ut discipulo non reposuit, quod non uiuente & loquente sacro uiro, hæc de ipso dicta sunt. Non sunt hæc nisi occasiones quædam, quàm plurimum firmum non habentes. Non blasphement zelatorem, & ignem orthodoxiæ spirantem, interim aio semper laudabilem, omnis uanæ uocis exterminatorem & interfectorem, ut theologiæ sacris communicantem patribus: sed huius zelum acceptent, ut sacrum & beatum laudent. Deus pacis, Pater Christi domini nostri, ipse enim est pax nostra, impleat corda nostra spiritu sancto, ut probemus meliora, & expellat omnem malitiosam instantiam à nobis, pacificans sanctam ipsius ecclesiam, quam acquisiuit ipsi dilectus ipsius filius Iesus semper Deus, precioso sanguine ipsius. Ora pro nobis à Deo honorate, ut à Deo honoratus. Apponendum autem sermoni & hoc, in sacra oblatione telete diuinorum mysteriorum post dicere populum trisagium hymnũ. Sacerdos, quemadmodum interpretans hymnum, ait: Sanctus es rex seculorum, & omnis sanctitatis Dominus & dator: Sanctus & unigenitus tuus filius, per quem omnia fecisti: Sanctus autem & spiritus tuus omnino sanctus, perscrutans omnia & profunda Dei: propter quod dicit, Sanctus, sanctus, sanctus, secundum unamquanq; hypostasim sanctus semel. Sed & in eleuatione panis Eucharistiæ non dicimus, trisagios uel triskyrios, sed unus hagios. unus kyrios Iesus Christus, in gloria Dei patris, cum sancto spiritu, cui gloria. Quia autem tisagium hymnum in cõsuetis orationibus tertiò dicimus, dignum & hoc assumere, quoniam non semel patri, & semel filio, & semel spiritui sancto trisagium hymnum adducimus, Seraphim quidem enim semper Deo adstantia, inquiescibiliter trisagium adducunt glorificationem. Nos autem quia indeterminatis horis ordinatum hymnum Deo remittimus, propriè & aptè trisagium ex tertio conuenienter Trinitati attribuimus. Sed & in omnibus huius gratia trisagium numerum præ cæteris honoramus, ut qui sanctam Trinitatem ostendit, & ut ex ipsa plenitudinẽ & perfectionem suscipientẽ: unitas enim sine quentitate, dualitas autẽ principium numeri, trinitas uerò numerus perfectus: unitas enim à principio in dualitatem mota, usq; ad trinitatem stetit. Principium entium causa Deus: A principio igitur & eo quod entium, accepit numerus hanc uirtutem: quoniam quemadmodum pater genitor filij, & præmanator spiritus, sic & numerus in dualitatẽ ueniens, & attingens usq; trinitatẽ, stat: propter quod & singularis numerus, qui unum significat: & dualis qui duo significat: & pluralis qui tria significat: & non est alter character. Dicimus enim ὁ ἄνθρωπος, de uno homine: τὼ ἀνθρώπω, de duobus: & οἱ ἄνθρωποι, de tribus. Et in Deo una hypostasis, & duæ hypostases patris & filij: & tres hypostases patris & filij & spiritus sancti, quia hypostasi differt pater & filius & spiritus sanctus. Similiter & tres hypostaticæ proprietates. In quibus autem non differt hypostasis ab hypostasi, hoc est in naturalibus, non est in Deo pluraliter numerare: sed in unaquaq; hypostasi singulariter naturalia dicere, & copulantes singulariter rursus dicere conuenienter de tribus hypostasibus naturalia, & Deus, & Deus, & Deus. Sed unus Deus, & non tres dij: quia Deus & ipsius enypostatæ uirtutes, unus Deus: propter quidem propriam habere uniuscuiusq; hypostasim, unũquenque perfectum Deum, secundum seipsum dictum. Quoniam autem connumerantur non tres dij, sed unus Deus, propter uirtutes esse patris uerbum & spiritum, pater qui pater, & non filius: non enim ex aliquo: filius qui filius, ex patre enim, ut non pater, ut unus sit pater: spiritus sanctus, qui spiritus sanctus: ex patre enim per filiũ & uerbum procedens, non finaliter autem. Si enim patris filius qui filius, & filius qui spiritus, habebit & alios filios, & hoc in infinitum. Si autem filius filij spiritus, habebit & iste filium, & ille alterum: & erunt dij multi, & domini multi, & populus Deorum, & non unus Deus. Nobis autem unus Deus pater, & uerbum ipsius, & spiritus ipsius: uerbum autem enypostatum genimen: propter quod filius & spiritus enypostata processio & præmanatio, ex patre quidem, filij autem, & non ex filio, ut spiritus oris Dei uerbi enũciatus: omnino autem & corpus, non membrorum corporis: & spiritus, non spiratio soluta &

luta & diffusa. Sed hæc maioris sunt negocij. Nostras igitur perexiguas uires agnoscentes, finiamus sermonem. Noui autem quòd & ipsi diuino repleti spiritu, ea quæ desunt, lege amicitiæ adimplebitis, indesinenter pro nobis orantes.

IOANNIS DAMASCENI LIBER QVI INSCRIBITVR DISCEPTATIO CHRIstiani & Sarraceni.

SI interrogatus à Sarraceno, quis sit Christus? responde ei, Verbum Dei, nec te existimes peccare, quia & uerbum dicitur in scriptura, & brachium, & potentia Dei, & multa talia. Vicissim autem interroga ipsum & tu, à scriptura quid dicitur Christus? Tum forte uolet interrogare te & ipse aliud, cupiens sic effugere te: non uerò tu respondeas ei, donec utique respondeat quod interrogatus est à te. Necessitas autem coget ipsam ut respondeat tibi, dicens: A scriptura mea Spiritus & Verbum Dei dicitur. Tum rursus interroga ipsum: Verbum à scriptura tua, creatum'ne, an increatum dicitur? Et si dicat, Increatum: dic ipsi, Ecce consentis mihi. Omne enim non creatum, sed increatum, Deus est. Si autem dixerit, Creata esse Verbum & Spiritum: tum quere, Et quis creauit Verbum & Spiritum Dei? Quod necessitate coactus responderit Deus ipse creauit. Tum tu rursus: Ergo antequam crearit Deus Spiritum & Verbum, non habuit Spiritum neque Verbum? Quod quum audierit, fugiet à te, non habens quod respondeat. Disceptantes enim sunt tales secundum Sarracenos, & omnino abominabiles, & abiecti. Quòd si uerò tu interrogatus fueris à Sarraceno, Verba Dei creata'ne sunt, an increata? Hæc enim proponunt aduersus nos Sarraceni problemata, potentius uolentes ostendere, creatum uerbum Dei: quod non est. Et si dicas, Creata: dicet tibi, Ecce dicis creatum Dei uerbum. Si autem dicas, Increata: dicet tibi, Quoniam ecce omnia uerba Dei increata quidem sunt, dij autem non sunt. Ecce tu confessus es, quoniam Christus uerbum est Dei, non est Deus. Propter quod neque creata dicas, neque increata: sed sic responde ei: Ego unum solum uerbum Dei confiteor increatum ens: omnem autem scripturam meam non dico λόγυς, id est, uerba: sed ῥήματα Dei, id est, sermones Dei. Et Sarracenus: Qualiter dicit Dauid, Verba Domini, uerba casta? Dic ei, quòd propheta tropologicè loquutus sit, & non cyrologicè, id est, non propria & firma uerborum significatione. Et Sarracenus: Quid est tropologia & cyrologia? responde: Cyrologia quidem est firma & certa demonstratio. Et Sarracenus: Contigit'ne prophetam proprio suo instinctu loqui? Dic ipsi: Consuetudo est prophetarum tropologicè loqui: quale hoc, Mare uidit, & fugit: ecce mare oculos non habet, neque est animatum. Et rursus idem propheta uelut animatum ipsum alloquitur: Quid est tibi mare quoniam fugisti? & quæ deinceps. Rursus ostensiuum suppositionis. Dicit enim Deus ad Cain: Maledictus tu es à terra, quæ aperuit os suum suscipere sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce hic tropologicè dicit os. Et gladius meus comedet carnes. Scindit enim non deglutit. Sic & ῥήματα, id est, sermones qui dicuntur & sunt effabiles, dixit λόγια, id est uerba, quæ propriè non sunt uerba, id est, interitus solum in mentem seu ratione formata, sed (ut dictum est) ῥήματα.

3 Si querat Sarracenus: Qualiter descendit Deus in uentrem mulieris? Tum tu: Vtamur scriptura tua, & scriptura mea. Et scriptura quidem tua dicit, quòd præpurgauit Deus Mariam suam super omnem carnem mulieris, & descendit Spiritus & Verbum Dei in ipsam. Et Euangelium meum dicit, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ecce una uox utriusque loci & unus intellectus. Cognosce autem & hoc, quoniam ad nostram proprietatem diceret scriptura descensionem Dei & ascensionem Tropologicè, & non Cyrologicè. Propriè enim descendens & ascendens ipse dicitur secundum philosophos. Deus autem omnia continens, & à nullo continetur. Dixit enim quidam Prophetarum: Quis mensurauit manu aquam, & cœlum palmo, & pugillo terram? Et benè. Omnes aquæ

ſimplex comprehenſio, manus Dei ſunt: & omne cœlum, palmus: & omnis terra, pugillus: qualiter igitur contingit, ipſum in propria manu omnia retinentem, deſcendere & aſcendere.

4 Rurſus interrogatus à Sarraceno, Si Chriſtus Deus erat, qualiter comedit & bibit & dormiuit, & crucifixus eſt, & mortuus eſt, & quæ deinceps? reſponde tu: Quoniam ante ſecula uerbum Dei, quod creauit omnia, ſecundum quod teſtatur ſcriptura mea & ſcriptura tua, ipſum creauit ex carne ſanctæ uirginis hominem perfectum & animatum & intelligentem: ille comedit, bibit & dormiuit, uerbum ſcilicet, ſecundum quod uerbum Dei: uerbum autem Dei non comedit, neq; bibit, neq; dormiuit, neq; crucifixum eſt, neq; mortuum: ſed caro quam aſſumpſit ex ſancta uirgine, illa crucifixa eſt. Cognoſcis autem, quoniam Chriſtus dupliciter dicitur. *

unus autem hypoſtaſi. non enin eſt æternum uerbum Dei, & poſt aſſumptionem carnis ἀνυποστατικόν, id eſt non perſonale uel naturale. Nõ enim appoſita eſt Trinitati quarta perſona poſt ineffabilem unionem carnis.

5 Et ſi interroget Sarracenus, An quem dicitis Deum, mortuus eſt? reſponde tu, Non mortuus eſt: confidens ſcripturæ & demonſtrationi: dicit enim ſcriptura de hoc: Venit enim naturalis mors aduerſus hominum memoriam dominans, id eſt ſubijciens ut in nobis omnia. ſed perfectus primus homo, dormiuit, & coſta * eſt.

6 Et Sarracenus: Ecce percuſſus ſum in aliqua carnium mearum, & percuſſa caro cicatricem contraxit, & in cicatrice factus eſt uermis: quis igitur ipſum formauit? Dic ipſi, ſicut prædiximus, quòd poſt primam hebdomadam creationis mundi non inuenimus quodcunq; aliquando formantem hominem uel formatum, ſed præcepto Dei quod præcepit in prima hebdomada *, finiuit quæ fiunt. Poſt tranſgreſsionem autem condẽnata, uſq; hodie pediculos & uermes germinat.

7 Et Sarracenus: Quam dicitis cauſam mali & boni? Chriſtianus: Omnium bonorum aſſerimus cauſam Deum, mali autem nihil. Sar. Quam dicis cauſam mali? Chr. A ſententia diabolum * exiſtentem manifeſtum & nos homines. Sar. Propter quid? Chr: Propter liberum arbitrium. Et Sarracenus: Quid igitur liberum arbitrium, & quoniam quæcunq; uis facere? Chr. Plaſmatus ſum à Deo libero arbitrio. Sar. Propter quid? Chr. Malefacere & benefacere, quod eſt bonum & malum. Gratia huius mala quidem faciens, punior à lege Dei: bona autem operans, non timeo legem, ſed & honoror, & miſericordiam à Deo conſequor. Similiter & diabolus primum hominem decepit per liberum arbitrium, & peccauit, & Deus propria ordinatione expulit ipſum. Sed fortè & dices mihi, Qualia ſunt quæ dicis bona & mala? Et Sarracenus: Ecce ſol & luna & ſtellæ bona ſunt, fac unum ex his. Chr. Non gratia huius dico tibi, ſecundum hominem operor bonum & malum: bona quidem, glorificatione Dei & oratione & eleemoſinam & ſimilibus his. Si autem dicis tu bona & mala ex præcepto Dei eſſe, inuenietur Deus aduerſus te iniuſtus: quod non eſt. Quia enim Deus præcepit fornicatorem fornicari, & homicidam occidere, & furem furari, digni ſunt honore. uoluntatem enim Dei fecerunt. Inuenientur autem legis poſitores mendaces, & libri tui mendaces conſcripti, quia præcipiunt nos fornicatorem & furem flagellare, & homicidam occidere: uoluntatem enim Dei fecerunt.

8 Sarracenus: Quis, ait, format fœtus in uentre mulierum? Hoc proponunt nobis problema, potentius uolentes oſtendere, Deum cauſam malorum. Si enim reſpondeas dicens: quoniam Deus format fœtus in uentre mulierum: dicet tibi Sarracenus: Ecce Deus cooperator eſt fornicatorum & adulterorum. Chriſtianus ſic reſpondet dicens: Nequaquam inuenimus poſt primam hebdomadam mundi creati, ſcripturam dicentem formare Deum uel creare aliquid. Si autem dubitas ad hoc, oſtende tu plaſma uel creaturam qualemcunque poſt primam hebdomadam factam à Deo: ſed tamen nõ poteſt oſtẽdi hoc. Omnes enim uiſibiles creaturæ, in prima hebdomada factæ ſunt. Formauit enim Deus hominem in prima hebdomada, & præcepit ipſum generare & generari, dicens: Creſcite & multiplicamini & replete terram. Et quia animatum ens homo, animatum ſemen habens, in propria uxore ſemen repullulat: quare homo hominem generat, quemadmodum diuina ſcriptura ait: Adam genuit Seth, & Seth genuit Enos,

&Enos genuit Cainan, & Cainan genuit Malaleel, & quæ sequuntur. Et non dixit, Deus plasmauit Seth, Enos, uel alium aliquem. Et hinc cognoscimus, quoniam generantur & generant usque ad præsens, & sic gratia Dei mundus constitutus est: nam ab eo tempore omnis herba generat & generatur. Dixit enim Deus: Germinet terra herbam fœni. & præcepto Dei germinauit unaquæque arbor: similiter & herba & planta ex seipsa habet semen & potentiam. Semen autem omnis plantæ & herbæ, animatum quiddam est: in terram cadit à se ipso: & ab alio seminatum, regerminat, nō plasmatum ab aliquo, sed præcepto Dei obediens. Ecce & ego, quemadmodum prædicebam, liber arbitrio existens, ubi utique semino, seu in propriam uxorem, seu in alienam, libero arbitrio utens, germinat, & fit præcepto Dei obediens, non quoniam nunc secundum unamquanque diem plasmat & operatur, quia in prima hebdomada fecit Deus cœlū & terram, & uniuersum mundum in sex diebus, & die septima requieuit ab omnibus operibus suis, quæ incœpit facere, secundum quod scriptura testatur mea.

9 Sarracenus: Quid est quod ait Deus ad Hieremiam, Antequam plasmarē te in utero, sciui te, & ex matrice sanctificaui te? Omnino igitur in uentre plasmauit. Chr. Animatum & seminatiuam potentiam Adam in uentre habens, Seth genuit, quemadmodum dicebam, Seth & Enos & unusquisque homo prius habēt in uentre suum filium, & filius genuit usq; ad præsens. Hoc autem, Ex utero sanctificaui te, intellige eam, quæ uerè genuit filios Dei, secundum testimonium sancti Euangelij.

10 Sarracenus: Facientes uoluntatem Dei, bonos dicis uel malos? Chr. Dicere uis, quòd Christus nolens passus sit. Et si dicam tibi bonos, dices mihi: Vade adores deos, quoniam uoluntatem Dei tui fecerunt. Sar. Et hoc ipsum tibi uolebam dicere. Chr. Quid tu dicis uoluntatem? Ego dico sustinentiam & longanimitatem. Sar. Vnde hoc ostendere potes? Chr. Per rem, quia sedente me et te, uel stantibus, potest quis ex libero arbitrio siue stare, uel moueri. Et nunquid Deo dicente, Non furaberis, Non fornicaberis, Non occides, uult ut furemur, uel fornicemur, uel occidamus? Sar. Non. si enim uellet, non utiq; diceret hoc. Chr. Gloria Deo, quoniam tu confessus es: ecce concordas mihi, quoniam nullus ex nobis siue potest surgere siue uiuere: et quoniam non uult Deus ut furemur, uel fornicemur, uel occidamus. Et si nunc exurgens, furer, uel fornicer, uel occidam, quid ipsum dicis? uoluntatem, uel confessionem, uel sustinentiam, nel longanimitatem?

11 Sarracenus: Quis est apud te maior, qui sanctificat, uel qui sanctificat? Chr. Quid uelis dicere, intelligo. Sar. Si enim intelligis, responde mihi. Chr. Si tibi dicam, Qui sanctificat: dices mihi: Vade, adora Ioannem Baptistam, ut baptizantem & sanctificantem Christum tuum. Sar. Sic sanè tibi uolebam dicere. Chr. Superueniente te cum seruo tuo in balneo, & ablutus & mundatus ab ipso, quem habes dicere maiorem? illum miserum & argento emptum, uel te mundatum ab ipso, sic'que & dominum ipsius existentem? Sar. Meipsum dico maiorem qui possideo, quàm illum qui à me possidetur. Chr. Gratias ago Deo. Sic mihi intellige Ioannem, ut seruum & famulum, ministrantem Christo in sancto baptismate in Iordane, in quo baptizatus Saluator meus, eorum qui illic in cauernis latentium draconum & perniciosorum dæmonum capita strauit. Saracenus autem ualde admirans & deficiens, recessit, nihil apponens ad ipsum alterum.

Finis disceptationis Christiani & Sarraceni.

IOANNIS

IOANNIS DAMASCENI SENTENTIARVM ALIQVOT FRAGMENTVM BILIBALDO PIRCHEYMERO

ad Claram ſororem interprete.

OCto ſunt paſsiones, quibus admodum (præcipuè ſpirituales) impugnātur homines, gula uidelicet, turpis concupiſcentia, auaricia, ira, aduerſitas, accedia, uana gloria, & ſuperbia.

Hæc itaq; uitia diſcerni, & ſumma diligētia cognoſci debent, ut cum aliquo illorum tentatur homo, ſemper arma, quibus ſe munire poſsit, præparata habeat.

Si gula impugnaris: uentrem coërce: numero & menſura cibus & potus ſumatur: animæ ſeparatio à corpore, iudicium uenturū, & horrenda gehennę flāma: pariter & regni cœleſtis deſiderium, aſsiduè corā oculis obuerſentur: ſicq; uentris opprimet̃ uoluptas.

Si turpis & carnalis te malè uexat concupiſcentia: illam uigilijs, labore, orationibus & inedia expelle: proderit & mortis meditatio, mortiferiq; gaudij ſupplicium, ac ſexus alterius declinatio.

Auaritia uincitur liberalitate, & rei pecuniariæ contemptu, pariter & cogitatione illa, quòd ob auaritiam Dominum & magiſtrum Iudas tradidit, & quòd omnis auarus à ſcriptura diuina idololatra uocat̃, quodq; pecunijs ad breue tēpus frui datur, morsq; amara uitam acerbam auari ſequatur: quapropter ſi nihil ultra quàm ſufficiat quęratur, paſsio hæc euitatur.

Si aduerſitate aliqua perturbaris, ora & ſpem cunctam ad Deum dirige: & paſsionē Chriſti, noſtræq; imbecillitatem naturę cōtemplare: præſentia cuncta & uana deſpice: gratiam cœleſtem & iuſtorum fruitionem uenturam perpende. Id ſi feceris, nulla iniuria ſeu contumelia contriſtaberis: ſed ſolum Dei offenſio te perturbabit.

Si te ira extimulat, manſuetudinem indue, & ad Pſalmorum decātationem perfuge: malum in bono uince, maiori cede, æqualem perfer, minori, prudentemq; concordiam cū omnib. exerce hominib. memor q̃ maſuetus agnus innocēs ad mortē deductus ſit.

Si acedia infeſtaris, te ipſum laborādo, meditando, orando & legendo excita: ſpes firma te inſtiget, ut cōſiderare poſsis quantū inter frigidā pigritiā & calidum interſit feruorem: quorum unum à uētura ſeparat gloria, alterum regni cœleſtis te hęredem creat.

Quòd ſi uana tentaris gloria, te ipſum ſcrutare, nihilq; ad laudem ſeu demonſtrationem perage humanam. Sed omnis operatio tua in occulto fiat, nemini præterquā Deo ſolo uidente, ad quem uniuerſa referantur opera, hominum laudes, honores, prælationes & ſimilia contemne: & magis amplectere, ſi te accuſant & contumelia afficiunt, mētientes & odio habentes, peccatores.

Si à dæmoniaca & peſsima ſuperbię oppugnaris paſsione, neminem iudica, ſed ſolū te ipſum circumſpice & cognoſce, humilem te coram Deo oſtende: & inferiorē omnibus te exiſtima hominibus: audaciam & animi tumorem reijce: ieiunijs orationib. uigilijs inſiſte: & cum te quid rectè facere contigerit, non potentiæ tuæ illud adſcribe, ſed diuinę pietati id totū acceptū refer: ſimplex & recta ſit tua cōuerſatio: nec aliud in corde, aliud in ore habe: doloſū etenim eſt. ꝑ in oīs animi elatio lachrymarū fonte extinguat̃.

At turbæ uiciorū uniuerſę reſiſti poterit, ſi ſemper & aſsiduè homo cogitauerit, Deū operum ſuorum inſpectorem, angelum cuſtodem, uirtutis nobilitatem, uoluptatem momentaneam, peccati ſpurcitiem, uitam labilem, mortem incertam, gaudium ſeu cruciatum ſempiternum, puræ conſcientię pacem, hominis dignitatem, Dei beneficium, & ſuper omnia Chriſti uitam, mortem & crucem. Quæ enim & qualis uita, ſi uix homo ex ſepulchro progreſſus, rurſus ad ſepulchrum perget, & demum in perpetua gehennæ flamma ſepelitur? Deum igitur amemus, & præcepta eius ita obſeruemus, ut exantlata fragili et miſera uita, ad perpetuę beatitudinis gloriam fœliciter peruenire ualeamus. Amen.

IOANNIS DAMASCENI DE DIALECTICA SIVE LOGICA LIBER.

SANCTISSIMO ET IN DEO REVERENDO PATRI *Cosmæ Episcopo Maiumæ, Ioannes minimus S.*

ANgustum quidem mentis, & defectum linguę meæ sciens, pigritabar ô beate, ea quæ super potentiam incipere, & impossibilia audere, quemadmodum animus procax & audax, paratum talia audentibus adspiciens periculum. Si enim Moyses ille diuinus legislator, ab omni humana uisione recedens, & uitæ procellas derelinquens, & omnem materialem abstergens apparitionem, & animæ uisum purgans. & hinc ad Dei uisionem effectus aptus, qui ad nos Dei uerbi misericordem cõdescensionem, & ipsius fraternalem incarnationem, in rubo & in materiali igne uidere dignificatus est, inflammato quidem & ignienta spinam, & ad suijpsius splendorem transponente, non comburente autem, neque exterminante, neque à propria ipsum permutante natura, qui prius ens & uerè super substantiam entis edoctus est nomen, familiarium & contribulium primatum à Deo habens, ineloquentem uocabat seipsum, & impeditioris linguę ut non potens diuinæ famulari uoluntati, & hanc ad manifestum ducere, & mediator Dei & hominum constitui: qualiter ego, qui sordè quidem omnis peccati, quo inquinatus sum, ferens autem cogitationum in meipso multipliciter turbantium fluctuationem, & neque intellectum & mentem purgatus. ut speculum Dei & diuinarum existam apparitionum, neque sermonem habens sufficere intellectus potentem, diuina & ineffabilia loquar, omnis rationabilis creaturæ superexcedentia comprehensionem? Hæc autem cogitans, pigritabar ad sermonem, timebam autem præceptum. Dicetur enim secundum ueritatem, ne fortè duplicem debeam risum, indisciplinationis simul & insipientiæ: hoc utique difficillimum: condonabilis quidem enim indisciplinationis accusatio, si non ex negligentia procedat: cum indisciplinatione autem possedisse cognitionis existimationem, difficile & uitupetabile, & omni uenia indignum: & maioris, ut non dicam extremæ, indisciplinationis signum. Sed quia inobedientię fructus mors, humilis autem & obediens Christi imitator constitutus usque ad finem & excelsum reducitur, & gratiam à Deo lucidam reportat, & aperiens os impletur spiritu, & secundum cor purgatur, & secundum mentem illuminatur, & accipit sermonem in apertione oris, non sollicitus existens quid loquetur: organum autem existens in ipso loquentis spiritus, per uos in uobis hierarchiam tenenti Christo obediens, inclino præcepto, & aperio os: confidens quòd uestris orationibus impletus spiritu, & loquar eloquia, non meæ mentis fructum, sed fructum cæcos illuminantis spiritus, quæcunque det accipiens, & hæc loquens. Et prius quidem apud Græcos sapientum optima proponam, sciens quòd si quid quidem bonum desuper à Deo hominibus donatum est, quia omnis datio bona, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Si quid autem ueritati oppositum, satanici erroris inuentio tenebrosa, & mentis fictio infelicis, ut magnus in theologia dixit Gregorius, apis modum imitans, cum proprijs ueritates componam, & ab inimicis salutem fructificabo. Abijciam autem omne quod prauum, & mendacem habens cognitionem: deinde his coniunctas Deo odibiliũ hæresum coordinabo garrulitates, ut utiq; mendacium cognoscentes, plus ueritatis habeamus: deinde erroris perditricem & mendacium expellentem, quemadmodum in tintinnabulis aureis à Deo inspiratorum prophetarũ, & à Deo doctorũ piscatorũ, & deiferorum pastorũ & doctorũ sermonib decoratã & circumornatã ueritatẽ, cũ Deo & cũ ipsius exponã gratia: cuius gloria intus refulgẽs, existẽtes cum decẽti purgatione, & turbantiũ cogitationũ dispositione illuminati

illuminati splendoribus. Dicam autem meum quidem, ut dixi, nihil. quę autem à probatis doctorum elaborata sunt, in unum coligens, secundum posse compendiosum sermonem faciam, & secundum omnia obediens uestro præcepto. Sed mihi condonatores fiatis deprecor, Deo honoratissimi, uestris mandatis obedienti: & accipientes obedientiam, orationum largitionem retribuite.

IOANNIS DAMASCENI DIALECTICES CAPITA QVINQVAGINTA.

CAp. 1. De ente & substantia & accidente.
2 De genere generalissimo, & specie specialissima, & subalterna.
3 De indiuiduo.
4 De differentia.
5 De accidente.
6 De proprio.
7 De prædicatis.
8 De uniuoca & æquiuoca prædicatione.
9 De ea quæ in eo quod quid est prædicatione, & ea quæ in eo quod quale quid est prædicatione.
10 De hypostasi & enypostato & anypostato.
11 De substantia & natura & forma, indiuiduoq́ & persona & hypostasi.
12 De diuisione.
13 De natura priori.
14 De definitione.
15 De æquiuocis.
16 De uniuocis.
17 De polyonymis.
18 De alteris & heteronymis.
19 De denominatiuis.
20 De decem generalissimis generibus.
21 De homogeneis, & homoideis, & heterogeneis, & heteroideis, & numero differentijs.
22 De in aliquo.
23 De substantia adhuc.
24 De forma.
25 De hypostasi.
26 De persona.
27 De enypostato.
28 De anypostato.
29 De natura.
30 Diuisio entis & substantiæ.
31 De substantia.
32 Adhuc de homogeneis.
33 De quanto & quantitate.
34 De his quæ ad aliquid.
35 De quali & qualitate.
36 De facere & pati.
37 De iacere & situm esse.
38 De ubi.
39 De quando.
40 De habere.
41 De oppositis.
42 De habitu & priuatione.

De priori

43 De priori & posteriori.
44 De simul.
45 De motu.
46 De habere.
47 De enunciatione & affirmatione & negatione.
48 De termino, & propositione, & syllogismo.
49 Definitiones philosophiæ sunt sex.
50 De ea quæ secundum hypostasin unione.

De Ente, substantia, & accidente. Caput I.

OMniũ entium nomen commune est ens, quod diuiditur in substantiam & accidens. Substantia autẽ est res per se subsistens, non indigens altero ad existentiam, id est, in se ipsa ens, & non in altero habens existentiam. Accidens uerò, quod non potest in seipso esse, sed in altero habet existentiam. Substantia subiectum est, quemadmodum materia rerum, ut corpus: accidens autem, quod in substantia consideratur, ut color. Non enim est corpus in colore, sed color in corpore. Est igitur corpus substantia, color uerò accidens. Similiter & anima & prudentia. Non enim est anima in prudentia, sed prudentia in anima. Propterea non dicitur corpus coloris, sed color corporis: neq; anima prudentiæ, sed prudentia animæ. Est ergo anima substantia, prudentia autem accidens. Anima enim ablata seu interempta, aufertur seu interimit & prudentia. Non existente enim anima, in quo erit prudentia? Prudentia autem ablata, non omnino tollitur etiam anima. Contingit enim esse animam sine prudentia. Similiter in omnibus quæ sunt, quod in seipso habet esse, & nõ in altero, substantia est: quod autem non potest per se subsistere, sed in altero habet existentiam, accidens est.

De genere generalißimo & subalterno, & specie specialißima & subalterna. Cap. II.

GEnus tribus modis dicitur. Primo modo, ut à progenitoribus: quemadmodũ qui nati sunt ex Israel, Israëlitæ dicuntur. Secundo modo autem à patria: ut à Hierosolymis Hierosolymitæ, & à Palæstina Palæstini. Secundum tertium uerò modum genus dicitur, quod diuiditur in species, de quo apud philosophos est sermo: quod ita definiunt: Genus est quod de pluribus & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur. Species bifariam dicitur. Dicitur enim species figura & forma, ut species statuæ. Dicitur autem rursus species, quod ordinatur sub genere, id est, quod ex genere diuiditur. De hac apud philosophos est sermo. Quia autem de genere disputantes, speciei meminimus, dicentes. Genus est quod diuiditur in species: & rursus de specie disputantes, generis meminimus, dicentes. Species est in quam genus diuiditur: quemadmodum de patre disputantes, ex necessitate & filij mentionem facimus: iste enim est pater, qui habet filiũ: & de filio disputantes, ex necessitate & patris meminimus, iste enim est filius qui habet patrem: sic & hic impossibile est tractare de genere sine specie, uel de specie sine genere: genus enim in species diuiditur, & quod non habet species ex ipso diuisas, non est genus: & species ex genere diuiduntur, & quæ non habent genus, non sunt species: & quemadmodum primus homo Adam, non habens patrem, non dicitur filius, dicitur autem pater, habuit enim filios. Seth autem & filius dicitur, habuit enim patrem Adam qui genuit ipsum: & pater dicitur generati ex ipso, etenim genuit filium. Abel autem filius quidem dicitur, habuit enim patrem: pater autem non dicitur, non enim habuit filium. sic etiam fit in genere & specie. primum genus, quod non habet supra se genus, genus solum est, & non species, & dicitur generalissimũ genus: quod & definientes aiunt: Generalissimum genus est, quod non potest esse species, quod non habet supra se genus. Ex ipso aũt diuisæ species, si habeant sub ipsis alias species ex ipsis diuisas, & species sunt eorum quæ ante ipsas, id est, superiorum, ex quibus diuiduntur: & genera eorum quæ ex ipsis, id est, inferiorum: & dicuntur subalterna genera, & species subal-

ternæ. Species autem extremæ infimæúe, non habens ſub ipſis alias ſpecies, non dicun
tur genera, ſed ſpecies ſolum, quòd non habent ſub ipſis alias ſpecies ex ipſis diuiſas. ne
que enim dicitur genus, niſi habeat ſub ſe ſpecies. Dicitur ergo ſpecies quæ non po-
teſt eſſe genus, ſpecialiſsima ſpecies: quemadmodum genus quod non poteſt eſſe
ſpecies, dicitur generaliſsimum genus. Oportet autem cognoſcere, neceſſe eſſe ut ſpe-
cies & nomen generis ipſarũ & deſnitionem ſuſcipiant. & genus generis, uidelicet ge-
neraliſsimum. Ad inuicem aũt ſpecies non poſſunt definitionem ſuſcipere. Primũ igi-
tur & generaliſsimũ genus, eſt ſubſtantia. Diuiditur nomen quidem entis ſuſcipiunt,
definitionem aũt non ſuſcipiunt. Ens enim ſic definiunt: Ens, eſt uel res per ſe exiſtens,
& non, indigens alio ad conſiſtentiam: uel quod non ſecundum ſeipſum poteſt eſſe, ſed
in altero habet exiſtentiam. Subſtantia uerò eſt res per ſe exiſtens, & non indigens alte-
ro ad conſiſtentiam. Et accidens, res quæ non ſecuudum ſeipſam poteſt eſſe, ſed in alte-
ro habet conſiſtentiam. Ecce neq; ſubſtantia ſuſcipit totam definitionem entis, neq; ac-
cidens: ſed ſubſtantia definitionis partem, & partem accidens accipit, Species autem &
nomen & totam definitionem generis perfectam uolunt ſuſcipere. Quare ſubſtantia
non eſt ſpecies, non enim habet ſupra ſe genus: ſed ipſa eſt primum & generaliſsimum
genus. Ipſa uerò ſubſtantia diuiditur in corpus, & in incorporeum. Corpus ergo & in-
corporeũ, ſpecies ſuos ſubſtantiæ. Rurſus corpus diuiditur in animatũ & in inanimatũ.
Rurſus corpus ſpecies ſubſtantię, genus eſt animati, & inanimati Sed & animatum rur
ſus diuiditur in ſenſibile, & in inſenſibile. Senſibile quidem, animal uitam & ſenſum ha
bens: inſenſibile autem, planta. non enim habet ſenſum, Animatum autem dicitur plan
ta, quod habet nutritiuam & augmentatiuam & generatiuam potentiuam. Animal rur
ſus diuiditur in rationale & in irrationale. Rationale in mortale & in immortale. Mor-
tale in hominẽ rationalem, & irrationalia, equum, canem, & alias ſpecies: quæ non am-
plius diuiduntur in alias ſpecies, ſed in indiuidua, id eſt hypoſtaſes. Diuiditur enim ho-
mo in Petrum, Paulum, Ioannem, & in reliquos homines, qui non ſunt ſpecies. Species
namq;, ut dictum eſt, non ſuſcipiunt definitionẽ ad inuicem: ut corpus non ſuſcipit defi
nitionem incorporei, homo non ſuſcipit definitionem equi. Petrus uerò & Paulus &
Ioannes, unam & communem hominis accipiunt definitionem, ſimiliter & reliqui ho-
mines: quare non ſunt ſpecies hominis, ſed indiuidua, id eſt hypoſtaſes. Species diuiſa,
tribuit his quæ ſub ipſa, & nomen & definitionem, neq; corpori. Item omnis diuiſio à
genere in ſpecies facta, fit in duo uel tria, rarò autem quatuor attingit. Impoſsibile eſt e-
nim, diuidi genus in quinq; ſpecies, & ſupra: homo autẽ in omnes homines diuiditur,
qui infiniti ſunt numero: propterea aiunt diuiſionem non rectè dici eamq; ſit à ſpecie in
indiuidua, ſed enumerationem. Vnde manifeſtum, quoniam nõ ſunt Petrus & Paulus
& Ioannes ſpecies, ſed indiuidua, id eſt hypoſtaſes. Et homo non eſt genus Petri, & reli
quarum hypoſtaſum, ſed ſpecies. Propter quod ſpecialiſsima ſpecies eſt homo: ſpecies
enim eſt ſuperioris, & ſpecies inferiorum. Similiter et equus et canis et talia, ſpecies ſo-
lum ſunt, et non genera: propter quod ſpecialiſsimæ ſunt. Inter media autem generaliſ-
ſimi generis et ſpecialiſsimarum ſpecierũ, genera ſunt et ſpecies ſubalterna: ſpecies qui-
dem ſuperiorum, genera uerò inferiorum. Et hæ ſunt et ſubſtantiales et naturales diffe-
rentiæ et qualitates, quæ dicuntur diuiſiuæ et conſtitutiuæ: diuiſiuæ quidem ſuperio-
rum, conſtitutiuæ autem inferiorum. Corpus enim et incorporeum, diuidunt ſubſtan-
tiam: ſimiliter animatum & inanimatum, diuidunt corpus: ſimiliter ſenſibile & inſenſi-
bile, diuidunt animatũ: hæc igitur conſtituunt animal & plantatam. Accipio enim ſub-
ſtãtiam animatam ſenſibilem, & facio animal Animal enim eſt ſubſtantia animata ſen-
ſibilis. Accipio rurſus ſubſtantiam inanimatam inſenſibilem, & facio lapidem. Rurſus
accipio ſubſtantiam animatam inſenſibilem, & facio plantam. Rurſus rationale & irra-
tionale, diuidunt animal: non mortale & immortale, diuidunt rationale. Accipio ergo
animal genus, & rationale & mortale, & conſtituo hominem: homo enim eſt animal ra
tionale mortale, & accipio animal & irrationale & mortale, & conſtituo equum uel ca-
nem, & talia. Differentiæ autem hæ dicuntur ſubſtantiales & naturales, quoniam faciũt
differre ſpeciem ab alia ſpecie, & naturam & ſubſtantiam ab alia
natura & ſubſtantia.

De indiuiduo. Cap. III.

QVatuor habet ſignificata indiuiduum. Indiuiduum enim dicitur, quod non diuiditur neq; partitur, ut punctus, & nunc, & unitas, quę & ſine quantitate dicuntur Et difficile diuiſibile, indiuiduum dicitur, ut adamas lapis, & ſimilia. Indiuiduum dicitur & ſpecies, quæ non amplius in alteras ſpecies diuiditur: id eſt, ſpecialiſsima ſpecies: ut homo, equus, & talia. Indiuiduū autem principaliter dicitur, quod diuiditur quidē, non manet autem poſt diuiſionem prior ſpecies: quemadmodum Petrus diuiditur quidem in animam & corpus: ſed neq; anima ſecundum ſeipſam eſt homo perfectus, uel Petrus perfectus, neq; corpus. De hoc indiuiduo apud philoſophos eſt ſermo, quod ſignificat hypoſtaſin. Subſtantia generaliſsimum genus eſt. hoc diuiditur in corpus & corporeū: corpus, in animatum & inaminatum: animatum, in ſenſibile & inſenſibile, zoophyton & plantam: animal, in rationale & irrationale: rationale, in mortale & immortale: mortale, in hominem, bouem, canem, & talia: homo in Petrum, Paulum, & reliquos ſecundum homines. qui ſunt indiuidua, & hypoſtaſes, & perſonę. Corpus ſpecies eſt ſubſtantiæ, & genus animati. Animatum ſpecies corporis, & genus ſenſibilis animalis: ſenſibile animal ſpecies animati, & genus rationalis: rationale ſpecies animalis, & genus mortalis: mortale ſpeties rationalis, & genus hominis. Homo ſpecialiſsima ſpecies. ſpecies enim eſt mortalis, & ſpecies Petri & Pauli, quæ eſt natura & forma & ſubſtantia ſecundum ſanctos patres. Hæc media generaliſsimi generis (id eſt ſubſtantiæ, & ſpecialiſsimarū ſpecierum, id eſt hominis, bouis) genera ſunt & ſpecies ſubalterna. Hæc autem dicuntur ſubſtantiales & naturales differentiæ & qualitates, diuiſiuæ ſuperiorum, & conſtitutiuæ inferiorum, & ſpecificæ ſpecialiſsimarū ſpecierum, conſtituentes ipſas, & diuidentes naturam à natura. Natura autem in ſpecialiſsima ſpecie ordinatur.

De differentia. Cap. IIII.

DIfferentia tribus modis dicitur: communiter, propriè, & maximè propriè. Impoſſibile enim eſt inueniri duo aliqua non differentia inter ſe ſecundum aliquid. Alijs igitur rebus differt ſpecies à ſpecie, & alijs hypoſtaſis ab eiuſdem ſpeciei & eiuſdem ſubſtantiæ hypoſtaſi, & alijs hypoſtaſes à ſeipſa. Differt enim ſpecies hominis à ſpecie equi ſecundum rationale ei irrationale, & dicitur rationale & irrationale ſubſtantialis differentia. Similiter & omnia quibus differt ſpecies à ſpecie, naturalis & ſubſtantialis & conſtitutiua & ſpecificatiua differentia & qualitas dicuntur, quæ uocatur apud philoſophos maximè propriè differentia, ut quę maximè propria eſt, & naturam eſſentiáq; rei explicat, Differt homo ab homine, ut equus ab equo, uel canis à cane, ſecundū quod hic quidem eſt longus, hic autem breuis: hic quidem ſenex, hic autem iuuenis: hic unus homo prudens, alius fatuus, Hæc omnia accidentales ſeu aduentitiæ differentiæ & qualitates dicuntur: ab accidentibus enim ſumptæ ſunt.

De accidente. Cap. V.

ACcidens eſt, quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Item, quod contingit idem & eſſe, & non eſſe. Etenim contingit hominem & album eſſe, & non eſſe album: ſimiliter & longum, & prudentem, & ſimum. Hoc autem accidens diuiditur in duo, in communiter differentiam, & in propriè differentiam. Communiter quidē differentia eſt ſeparabile accidens, puta ſedet quis, & alius. Contingit enim ſurgere ſedentem, & ſedere ſtantem, ſeparariq; differentiam ipſorum, & accipere ipſos aliam pro alia. Sed & à ſeipſo dicit̃ quis differre ſecundū ſeparabile accidēs. Differt enim à ſeipſo in ſedere & ſurgere, in iuueneſcere & ſeneſcere, in ægrotare & ſanū eſſe, & talibus. Propria autem differentia, eſt inſeparabile accidens: puta eſt quis ſimus, impoſsibile eſt ſeparari ab ipſo ſimitatem: ſimiliter & glaucitatē, & talia. Secundū hæc igitur inſeparabilia accidentia indiuiduum ab indiuiduo, id eſt, hypoſtaſis ab hypoſtaſi differt, ipſa aūt à

seipso nequaquam. hęc enim non mutant, & conferunt in definitionē. Contingit enim hominem esse simū, & non esse: & absente glaucitate, non minus homo manet homo.

De proprio. Cap. VI.

PRoprium quatuor modis dicitur. Primùm, quod soli quidē inest speciei, non omni autem: quemadmodum geometram esse homini. Solus enim homo geometra est, sed non omnis homo geometra Secundò, quod omni quidem, non soli autem: ut bipes. Omnis enim homo est bipes, non solus autem homo bipes, sed & columbę, & talia Tertiò, quod omni quidem & soli, non semper autem: quemadmodū canescere hominem hoc enim omni quidem & soli homini congruit, non semper autem, sed in senectute. Quartò autē, quod fit tribus primis conuenientibus, hoc est, omni & soli & semper, quod & conuertitur: quemadmodū risibile homini, & hinnibile equo, & talia. Solus enim homo habet risibile, & omnis homo, & semper, etsi non semper utitur ipso. De hoc proprio apud philosophos sermo, quod describentes, dicimus: Proprium est quod omni & soli speciei & semper inest. Porrò tribus modis alĳs proprium diuidunt. Ab instrumentatione, ut latum unguem habere homini. Ab operatione, ut igni sursum ferri. A potentia, ut dicimus igni inesse calefactiuam potentiam superexcedentem aliorum corporum caliditates. Dicitur autem proprium accidentale, seu aduentitium.

De prædicatis. Cap. VII.

SEmper prædicatum latius patet, quàm subiectum: aut nunquam est angustius latius enim patet, quando uniuersaliora de particularioribus prædicantur. Vniuersaliora igitur sunt superiora, particularia autem inferiora. Et uniuersalius quidem omnibus est ens. Propter quod & de omnibus prædicatur. Etenim & substantia ens dicitur, & accidens ens dicitur: non possumus autem uniuersaliter dicere, ens est substantia. nō solum enim substantia est, sed & accidens. Similiter & genera prędicantur de speciebus ut uniuersaliora, species autem non prædicantur de generibus, species enim particulariores sunt generibus. Prędicatur igitur substantia de animali, & animal de homine: etenim animal substantia est, & homo animal est. non conuertitur autem. omnis enim homo animal est, non omne autem animal homo: & equus enim & canis animalia sunt similiter, & omne animal substantia est, non omnis autem substantia animal est. Lapis enim & lignum substantia est, quæ non sunt animalia. Similiter & species prædicatur de sub ipsa contentis indiuiduis, id est, hypostasibus, ut uniuersalior. Indiuiduum autem, id est, hypostasis, non prædicatur de specie: particularior enim est specie hypostasis. Et Petrus igitur homo est, & Paulus homo est: non omnis autem homo Petrus uel Paulus est: sunt enim & aliæ hypostases sub specie hominis. Sed & differentiæ prædicantur de speciebus quibus insunt, & de indiuiduis ipsarum: uniuersaliores enim sunt differentiæ speciebus. rationale enim uniuersalius est specie hominis. etenim omnis quidē homo rationalis, non omnis autem rationalis homo: & angelus enim rationalis, nō est homo. In his prædicatū uniuersalius est subiecto. Est autem aliquando æquale subiectū & prædicatum, nimirum quando conuertitur. prædicantur enim propria de speciebus quarū sunt propria. Sed & species prædicantur de proprĳs ipsarum. omnis enim homo risibilis, & omnis risibilis homo. Etsi enim ridere dicitur simia, non ridet corde, sed solum figuris imitatorium enim animal est. Quare quæ generū quidem de speciebus prædicatio, & quæ differentiarum de speciebus, & quæ specierum de indiuiduis, in plus dicitur: quæ autem propriorum, in æquale. Hæc autem quæ in æquale, conuertentia & reciproca prædicata dicuntur.

De uniuoca & æquiuoca prædicatione. Cap. VIII.

VNiuoca prædicatio est, quando & nomen & definitionem ipsius nominis suscipit: ut, animal prędicatur de homine, & suscipit homo & nomen & definitionem animalis. Animal est substantia animata sensibilis. Sed & homo suscipit definitionem hanc Et substantia enim est homo & animata & sensibilis. Aequiuoca autem prædicatio est, quando nomē quidem suscipit, definitionem autem nequaquā: ut, imago hominis

nis nomen quidem hominis suscipit, definitionem autem hominis non suscipit. Definitio enim hominis, animal rationale, mortale, intellectus & disciplinæ susceptibile. Imago autem neq; animal est. nõ enim est animata, neq; rationalis, neq; intellectus & disciplinæ susceptibilis. Sciendum autem est, quòd quæcunq; prædicantur de aliquo, ut de subiecto, id est uniuocè, & de subiecto ipsius prædicabuntur. Exempli gratia animal ut de subiecto prædicatur homine, id est uniuocè, & homo de Petro: subijcitur enim homini Petrus. Prædicatur igitur & de Petro animal, & Petrus enim est animal, Oportet autem cognoscere, quòd subiectum dupliciter dicitur, hoc quidem existentiam hoc autem ad prædicationem. Et ad existentiam quidem, quemadmodum subijcitur substantia accidentibus: in ipsa enim sunt accidentia, & extra ipsam non substant. Quod autem ad prædicationem subiectum, est particulare: subijcitur enim particulare uniuersaliori ad prædicationem, quia uniuersalius prædicatur de particulariori, ut animal prædicatur de homine. Dicitur autem uniuersale quidem de subiecto, particularius autẽ subiectum ad prædicationem. Dicitur autem accidens in subiecto substantia, substantia autem subiectum ad existentiam.

De prædicatione quæ in eo quod quid est, & ea quæ in eo quod quale quid est prædicatione. Cap. IX.

Alia ratio est prædicationis quæ in eo quod quid est, & alia eius quæ in eo quod quale quid est. Et quæ in eo quod quid est quidem, quando interrogati quid est homo, dicimus animal. In eo autem quod quale quid est. quando interrogati quale animal, dicimus rationale, mortale. Quare genus & species in eo quod quid est prædicantur, differentia autem & substantialis & accidentalis, id est accidens & propriũ, in eo quod quale quid est prædicantur. Hypostasis autem neq; quid est ostendit, neq; quale quid est, sed quis est. Interrogati enim quis est iste, dicimus Petrus. deinde interrogati quid est Petrus, dicimus homo. Rursus interrogati, qualis homo, dicimus longus, fortè uel breuis. Sciendum, quòd quæ natura differunt, aliud & aliud dicuntur. dicimus enim, aliud est homo, & aliud est equus. aliud enim secundum naturã. est enim alia species hominis, & alia equi. Numero autem differentia (id est, hypostases) alius & alius dicuntur. Dicimus enim, quoniam alius est Petrus, & alius Paulus. Non autem possumus dicere, quoniam aliud est Petrus, & aliud Paulus, quia falsum dicimus, natura enim unum sunt, non sunt unus numero. Oportet autẽ cognoscere, quod substantia quidem aliud uocatur, similiter & substantiales differentiæ, accidens autem alterum: quia substantiales quidem differentiæ circa speciem, id est circa naturam considerantur, & hanc constituunt, accidens autem circa indiuiduũ: constitutiua enim hypostaseos accidentia sunt. Aliud igitur est homo, & aliud equus: alter autẽ & alius Petrus, & alter & alius Paulus. Omnis autem differentia, & substantialis & accidentalis, alteratum facit. alteratum enim, significat & aliud & alterum. & natura quidem quid significat, hypostasis autem hunc aliquem & hoc aliquid, omnis autem differentia quale est. Scire oportet tot esse differentias quot res seu entia sunt, entia uel substantiæ sunt uel accidentia, ut Petrus & apostolus.

De hypostasi & enypostato & anypostato. Cap. X.

Hypostaseos nomen duo significat. Simpliciter quidem enim dictũ, significat simpliciter substantiam. secundũ seipsam autem, hypostasis indiuiduum significat, & determinatam personam. Et enypostaton etiã duo significat. Significat enim & simpliciter ens: secundum quod significatum, non solum simpliciter substantiã, sed & accidens enypostaton uocamus. Significat autem & quę secundum seipsam hypostasin, id est indiuiduum. Et anypostaton autem dupliciter dicitur. dicitur enim anypostaton & quod nusq; nequaquã ens. Dicitur etiam anypostaton accidens, quia accidens non habet propriam existentiam, sed in substantia subsistit.

De ſubſtantia, natura, forma, indiuiduo, perſona & hypoſtaſi. Cap. XI.

QVidam philoſophi ſecundum prædictũ ſermonem differentiã dicebant ſubſtantiæ & naturæ: ſubſtantiam dicentes, quod ſimpliciter eſt: naturam autem, ſubſtantiam ſpecificatam à ſubſtantialibus differentijs, & ſimpliciter eſſe & taliter eſſe habenti ſiue rationalẽ, ſiue irrationalem: ſiue mortalem, ſiue immortalem, id eſt, ipſum (ut dicimus) intranſmutabile & intranſponibile principium, & cauſam & potentiam à conditore impoſitam unicuiq; ſpeciei ad motum: angelis quidem ad intelligere, & ſine uocali ſermone tradere ad inuicẽ intellectus: hominibus uerò ad intelligere & ratiocinari, & per uocalem ſermonem tradere ad inuicem eos qui in corde intellectus: irrationabilib. autem, uitalem & ſenſitiuum & reſpiratiuũ motum: plantis aũt, nutritiuam & augmentatiuam & generatiuam potentiam: lapidibus autẽ, eam quæ eſt caleſcendi & frigeſcendi, & à loco in locum diuerſimobilem tranſitionem, id eſt, inanimatã. Hanc uocauerunt naturam, id eſt, ſpecialiſsimas ſpecies, ut angelum, hominem, equũ, & talia, ut uniuerſaliores & contentiuæ hypoſtaſum, ſimiliter & indeficienter exiſtentes. Quare quod particularius quidem, uocauerunt hypoſtaſim: quod autẽ uniuerſalius, & continens hypoſtaſes, uocauerunt naturam. Simpliciter aũt exiſtentiam, uocauerunt ſubſtantiam. Sancti autem patres omittentes multas contentioſas garrulitates, communiter quidem & de multis dictum, id eſt, ſpecialiſsimam ſpeciem, ſubſtantiam & naturam & formam uocauerunt, ut angelum, hominem, equum, canem, & talia. Etenim & οὐσία, id eſt ſubſtantia, ab ὤν, id eſt eſſe, dicitur: & φύσις, id eſt natura, à πεφυκέναι. Eſſe autem & πεφυκέναι, & idem eſt: ſed & forma & ſpecies idem ſignificant naturæ. Particulare aũt uocauerunt indiuiduũ & perſonam & hypoſtaſim, ut Petrum & Paulum. Hypoſtaſis aũt uult habere ſubſtantiam cum accidentibus, & ſecundũ ſeipſam ſubſiſtere, & ſenſu, id eſt, actu conſiderari. fieri non poteſt, ut duæ hypoſtaſes nõ differant accidentibus, & numero. Oportet autem cognoſcere, quòd characteriſticæ proprietates accidentia ſunt, indiuiduantes hypoſtaſim.

De diuiſione. Cap. XII.

DIuiſio eſt prima rei ſectio, ut animal diuiditur in rationale & irrationale. Subdiuiſio autem, unius partis duarum ſectionum ſectio ſeu diuiſio: ut animalis diuiſionis in rationale & irrationale, unam partem, id eſt, rationale diuidimus in mortale & immortale. Superdiuiſio aũt eſt, cum poſt diuiſionẽ rei facto rurſus aliam diuiſionem eiuſdem rei: puta, diuiditur homo in maſculum & fœminã, ecce diuiſio: & rurſus diuiditur homo in animam & corpus, & eſt ſuperdiuiſio. Non ſemper autem fit diuiſio & ſuperdiuiſio, ſed quando non omnia continentur ſub prima diuiſione. In maſculo & in fœmina conſiderantur anima & corpus. Cognoſcendũ eſt quòd contradiuiſa dicuntur duæ ſpecies ex eodem genere ſectæ: ut animal diuiditur in rarionale & irrationale. Rationale ergo & irrationale contradiuiſa dicunt̃. Sunt aũt diuidendi modi octo. Diuidit̃ enim uel genus in ſpecies, ut animal diuiditur in rationale & irrationale. Vel ut ſpecies in indiuidua, ut homo diuiditur in Petrum, & Paulum, & reliquos homines. Vel totũ in partes. Et hoc dupliciter, ut ſimiles partes indiſsimiles partes. Similes partes aũt ſunt, quando partes ſuſcipiunt nomen & definitionẽ totius, & inter ſe idem nomen eandemq; definitionem habent. ut cum diuidimus carnem in multas carnes, unaquęq; pars carnis dicitur caro, & definitionem carnis ſuſcipit. Diſsimiles autẽ partes ſunt, cum partes neq; nomen, neq; definitionẽ ſuſcipiunt, neq; totius, neq; ad inuicem: ut quando diuidimus Socratẽ in caput, & manus, & pedes: neq; enim caput, neq; manus, neq; pedes ſuſcipiunt nomen uel definitionem Socratis, neq; ad inuicem. Vel æquiuoca uox in diuerſa ſignificata: & hoc dupliciter, uel ut totum, uel ut pars. Vt totum quidẽ, ut hæc uox, canis. Dicitur enim de terreſtri cane, & ſtellari, & marino: quę totum quiddã ſunt, & non pars animalis. Vt autem pars, quando linguæ nomen dicitur de extremo calceamenti, & de extremo fiſtulæ, & guſtatiua particula animalium, quæ partes ſunt, & non tota. Vel ſubſtantia in accidentia: ut cum dico, hominum hi quidem ſunt albi, hi uerò nigri. Vel accidens in ſubſtantias: ut cum dico, alborũ hæc quidem animata, hæc quidem inanimata.

Vel accidens in accidentia: ut quum dico, frigidorũ hæc quidem sicca, hæc autem humida. Vel ab uno & ad unum. Ab uno quidem, ut à medicinali medicinalis liber, medicinale instrumentum. Ad unum aũt, ut sanatiuum, farinatũ, sanatiuus cibus: ad unum enim respiciunt sanitatem. Secundum igitur hunc modũ diuiditur ens in substantiam & accidens. Oportet aũt cognoscere, quòd in nullo modo diuisionis consideratur in sectionibus natura prius & posterius, neque magis & minus, nisi in his quæ ab uno & ad unum. Inuenitur enim farinatum sanius farinato, & medicinalior alius alio liber est.

Quæ natura sint priora. Cap. XIII.

NAtura quidem igitur prius est, quod infertur, & non infert: & quod cointerimit, & non cointerimitur: ut, animal natura prius est homine. Interẽpto enim, & non existente animali. ex necessitate neque homo erit: animal enim est homo homine autem interempto, & nõ existente, possibile est esse animal. erit enim equus, canis, & talia, quę animalia sunt. Rursus illato homine, omnino & animal infertur: animal enim est homo. Animali autem illato, non omnino coinfertur homo, sed equus, uel canis, uel aliquid talium: animalia enim sunt & ipsa. Neque igitur Petrus est natura prior Paulo, neque rationale animal irrationali animali. Petro enim interẽpto, & non existente, erit Paulus: & Paulo illato, non coinfertur Petrus: neque Petro illato, coinfertur Paulus: & neque Petrus est magis, id est, plus Paulo homo uel animal, neque Paulus Petro.

De definitione. Cap. XIIII.

DEfinitio est oratio, quæ compendiose & breuiter naturam rei explicat: ut, homo est animal rationale, mortale, intelligentiæ & scientię susceptibile. Multi quidem fecerunt de natura hominis sermones, sed prolixos, & non compendio rei essentiã complectentes: propterea definitiones non sunt. Sunt autem & compendiosi sermones, ut doctrinę, breuiloquia, propositiones geometricę: sed quia non ostendunt naturam rei, non sunt definitiones. Sed & nomen multoties ostendit naturam subiectæ rei, non est tamen definitio. Nomen enim una dictio, definitio autem sermo est. Sermo aũt ex duabus ad minus cõponitur dictionibus. Quare definitio uult ex diuersis dictionibus componi, & compendiosa esse, & ostendere naturam definitæ rei.

Constituitur autem definitio ex genere & constitutiuis differentijs, id est, substantialibus, ut in definitione animalis: animal enim est substantia animata sensibilis. Ecce substantia quidem genus est, animatũ autem & sensibile constitutiuæ differentiæ sunt. Accipitur autẽ & ex materia, & specie: ut, statua est ex ære facta, uiri speciem præ se ferens. Aes quidem materia est, hæc aũt uiri speciem, species. Proportionale est autem materia generi, species aũt differentiæ. Accipitur & ex subiecto & fine: uerbi gratia, medicinalis est ars circa humana corpora operans, sanitatis effectiua. Ecce subiecta sunt medicinali humana corpora, finis autem ipsius sanitas.

Descriptio autem ex accidentalib. cõponitur, id est, proprijs & accidentib. Verbi gratia, homo est animal risibile, erectè ambulans, latos habens ungues, hæc enim omnia accidentalia sunt: propter quod & descriptio dicitur, ut obumbrans, & non substantialem existentiam subiecti manifestans, sed consequentia. Descriptiua autem definitio, mixta est ex substantialibus & accidentalibus: uerbi gratia, homo est animal rationale, quod erectè incedit, latos habens ungues. Dicitur aũt definitio seu terminus, à metaphora finium seu termini positionũ terræ. Quemadmodũ enim finis seu termini positio separat proprium uniuscuiusque, sic & definitio seu terminus naturã uniuscuiusque separat ab alterius natura. Bonitas aũt definitionis est neque superabundare, neque deficere dictionibus malitia seu defectus definitionum est, deficere & superabundare. Perfecta aũt definitio est, quæ conuertitur cum definito: imperfecta autem, quæ non conuertitur. Neque enim quæ deficit dictionibus conuertitur, neque quæ superabundat. Quando superabundat dictionibus, deficit rebus: quando autem deficit dictionibus, superabundat rebus. Verbi gratia, perfecta definitio hominis, animal rationale mortale. Ecce conuertitur: omne enim animal rationale mortale homo est, & omnis homo animal rationale mortale est. Si igitur deficiat una dictione, superabundat rebus, ut animal rationale. ecce deficit

dictione. non enim dicebam mortale, & superabundauit rebus: non enim solus est homo animal rationale, sed & angelus, & non conuertitur. Si autem dicam animal rationale mortale grammaticum, non conuertitur: superabundauit enim dictione, nempe grammaticum: deficit autem rebus, non omnem enim hominem definiunt, sed solum grammaticos. Omne quidem animal rationale mortale grammaticum, homo est: non omnis autem homo animal rationale mortale grammaticum est: non enim omnis homo grammaticus est.

De æquiuocis. Cap. XV.

AEquiuoca quidem sunt, quę nomen commune habent, definitione autem uel descriptione differunt. Verbi gratia, hoc nomen canis æquiuocũ est. ostendit enim & terrestrem & marinum canem: aliam autẽ habet definitionem terrestris, aliam marinus, diuersa est enim natura. Describunt autem æquiuoca sic: Aequiuoca sunt, quorum nomen solum commune, secundum nomen autem ratio substantiæ diuersa. Rationem autem hic definitionem dixit & descriptionem. Secundum autem nomen dixit, ostendens alteram esse definitionem ipsius nominis secundum quam fiunt æquiuoca, ut terrestris & marinus canis secundum nomen canis sunt æquiuoca. Si enim uelit quis definitionem terrestris canis assignare & marini, secundũ quod utiq; canis uocatur uterq; ipsorum, aliam definitionem assignabit terrestri, & marino aliam. Cõtingit enim ipsos & communicare definitione rursus & nomine. Animalia enim dicuntur utriq;, & definitionem animalis recipiunt, sed non sunt secundũ nomen animalis æquiuoci, sed magis uniuoci. In æquiuocis autem tria oportet quærere: An æquiuocum sit, & de quot significatis dicatur, & de quali significato interrogatio facta sit.

De uniuocis. Cap. XVI.

VNiuoca autem sunt, quæcunq; & nomine & definitione uel descriptione eiusdẽ nominis communicant, ut animal ostendit & hominem & equum: & secundum nomen hoc, id est animalis, uniuoca sunt. unusquisq; enim ipsorum & nomen & definitionem animalis recipit. Describuntur autem uniuoca sic: Vniuoca sunt, quorum & nomen commune, & secundum nomen ratio substantiæ eadem est.

De polyonymis. Cap. XVII.

POlyonyma autẽ sunt, quęcunq; definitione quidẽ cõmunicant, nomine autem differunt, id est quando eadem res multis uocatur nominibus, ut gladius, ensis, spatha, machęra, mucro: omnia enim hęc nomina unam definitionem recipiunt, id est ferrum anceps, hoc est ferrum utrinq; acutum. Describunt autem polyonyma sic: Plura nomina de una re dicta.

De alteris & heteronymis. Cap. XVIII.

QVę autem secundum ambo differunt, uel unum subiectum habent, & dicunt heteronyma: ut adscensus & descensus habent unum subiectũ scalam. Vel non habent unum subiectum, & dicuntur altera: ut substantia, & accidens. Hęc enim & alterũ nomen habent, & alteram descriptionem, & neq; habent unum subiectum. Horum autem utrorumq;, & heteronymorum & alterorum, descriptio hęc, quorum nomen & definitio altera.

De denominatiuis. Cap. XIX.

SVnt autem quędam media ęquiuocorum, & communicantia & differentia et nomine, et definitione, quę dicuntur denominatiua: ut à grãmatica grãmaticus. Communicant enim quidem nomine, differunt autem secundum finem nominis, id est finalem syllabam. Et rursus definitione et communicant et differunt, quoniam grammatica quidem cognitio est, gramaticus autem substantia in qua cognitio. Denominatiua autẽ sunt, quęcunq; ab aliquo differentia causa, id est declinatione nominis, appellationem habent. Oportet autem cognoscere, quòd grammatica et iustitia non sunt denominatiua, sed grammaticus et iustus. Grammaticus enim ex grammatica denominatus est, et iustus à iustitia. Sciendũ etiam est, quòd denominatiua quidem continent ea,

à quibus

à quibus denominata sunt ut grammaticus grammaticã, iustus iustitiam. quę autem ab uno, nequaquam. non enim continet medicinale instrumentum medicinam.

De decem generalißimis generibus. Cap. XX.

EOrum quę dicuntur, alia quidem simpliciter & sine complexione, ut substantia, & accidens, & talia. Alia autem cum complexione: ut, equus currit, Socrates philosophatur. Eorum autem quæ simpliciter dicuntur & sine complexione, hoc quidem substantiam significat, ut homo, equus hoc aũt quantũ, ut duo, tria, bicubitum, tricubitũ: hoc autem ad aliquid, ut pater, filius: hoc autem quale, ut album, nigrũ: hoc autem ubi, ut in templo, in foro: hoc autem quando, ut anno præterito, heri, hodie: hoc autem situm esse, ut stare, sedere: hoc autem habere, ut indui, calceatũ esse: hoc autem facere, ut urere, secare: hoc autem pati, ut uri, secari. Hæc autem dicuntur categoriæ, id est prædicamenta: dicuntur enim siue prædicantur de alijs. Oportet cognoscere, quoniã unumquodq; horũ decem, generalissimum genus est. Harum igitur decem categoriarum & generalissimorũ generum, una quidem substantia est: nomen autem, accidentia. Sunt autem hæc: Substantia, Quantum, Ad aliquid, Quale, Vbi, Quando, Situm esse, Habere, Facere, Pati.

De homogeneis, & homoideis, & heterogeneis, & heteroideis, & numero differentibus. Cap. XXI.

HOmogenea sunt, quæcunq; sub eandem prædicationem, id est prædicamentum, ordinantur. Heterogenea autem sunt, quæcunq; sub aliam & aliam prædicationẽ sunt: hæc enim diuersa genere sunt. Homoidea sunt, quæcunq; sub eandem speciem ordinantur, & cõmunicant ratione substantiæ, ut Petrus & Paulus Heteroidea sunt, quæ specie differunt inter se: id est quæcunq; ratione substantiæ differũt, ut homo & equus. Numero autem differunt, quæcunq; complexione accidentium proprietatem proprię hypostaseos separatam habent, & eam quæ secundum ipsum habuerunt existentiã, id est indiuidua, ut Petrus, Paulus, & unusquisq; hominum. Omnino & heterogeneorum diuersa genera & differentiæ sunt, ut animalis & scientiæ: animal enim est substantia, scientia autem qualitas est. Animalis igitur differentiæ, constitutiuæ quidem, animatum & sensibile: diuisiuæ autem, rationale & irrationale, uolatile, aquatile, & terrestre. Scientiæ autem, constitutiuæ quidem, animatis rationalibus inesse, adhuc aũt & difficile mobile: diuisiuæ autem, grammatica, philosophia. Cuius enim prædicamenti est genus, illius & species, & speciei differentiæ. Subalternorũ autem & generum & specierum nihil prohibet easdem esse differentias, & si non omnes. Differentias autem hic aio constituentes ipsa. Oportet autem cognoscere, quòd nouem categoriæ extra substantiam, habent unaquæq; (etsi accidentia sunt) constitutiuas & diuisiuas differentias: & unaquęq; ipsarum generalissimũ genus est, & habet & genera & species subalterna, & specialissimas species. Omnino enim ubicunque genus est, & differentiæ diuisiuæ sunt: hæ enim sunt quę diuidunt genera in species: & ubi species sunt, & constitutiuæ differentię sunt: hæ enim sunt quæ constituunt species. Vnum tripliciter accipitur: Vel genere, sicut homo & equus, unũ & idem genere sunt, quod est animal. Vel specie, ut Socratem aimus & Platonẽ sub una specie existentes, sub homine, unum esse specie & idem. Vel numero, ut Socratem aimus esse unum secundum seipsum à reliquis hominibus separatum.

De in aliquo. Cap. XXII.

IN aliquo, undecim modis dicitur. Vt genus in specie, uelut animal in definitione hominis. Vt species in genere, uelut homo in definitione animalis. In loco, ut sacerdos in templo. In tempore, ut Noe in tempore diluuij. In uase, ut uinum in cratere. Vt totum in partibus, uelut Socrates in proprijs membris, capite, & manibus, & pedibus. Hoc autem non est in aliquo, sed in aliquibus. Vt pars in toto, uelut caput & manus & pedes in Socrate. Vt species in materia, uelut species statuæ in ære. Vt in factiua causa uelut omnia in Deo: ut in finali causa, uelut lectus in hominum requie: propter requiem enim hominum

hominum fit lectus. Vt in subiecto, uelut album in corpore. Sciendum quòd partes totius dicuntur, totum autem partium nequaquam, sed totum partibus.

De substantia. Cap. XXIII.

SVbstantia est res per se existens, non indigens altero ad consistentiã. Et rursus: Substantia est omne quodcunque per se existens est, & non in altero habet esse: id est, quod non propter aliud est, neq; in altero habet existentiam, neq; indiget altero ad consistentiam, sed in seipso est, in quo & accidens habet existentiam. Color enim propter corpus factus est, ut coloret ipsum, & non corpus propter colorẽ: & color in corpore existit, & non corpus in colore. Vnde & color corporis dicit̃, & non corpus coloris. Multoties igitur alterato colore & transmutato, substantia non transmutatur, id est corpus, sed manet idem. Dicitur autem οὐσία, id est substantia, ab εἶναι, id est esse.

De forma. Cap. XXIIII.

FOrma est à substantialibus differentijs uelut formata & specificata substantia, quæ significat specialissimam speciem. uerbi gratia: substantia formata & specificata à corpore animato & sensibili, & perficiens animal, rursusq; assumens rationale & mortale, perficit hominis speciem: quæ specialissima species, forma dicitur, uelut substantia formata. Sancti igitur patres in specialissima specie ordinant substantię & naturę & formæ nomen: & ijdem dicunt substantiam & naturam & formam & specialissimam speciem, homousia, id est consubstantialia, seu unius substantiæ, homophyea, id est, connaturalia, seu unius naturæ: & homogenea, & symmorpha, id est conformia, seu unius formæ: & homoidea dicunt, quæ sub eadem specialissima specie indiuidua. Heterousia autem, id est alterius substantiæ, & heterophyea & heteroidea & heterogenea & heteromorpha specialissimas species dicunt. Impossibile enim, speciem alij speciei, uel naturã alij naturæ, uel substantiam alij substantiæ, non esse heterousion & heterophyea & heteromorphon. Sciendum autem, quòd impossibile est ex duabus substantijs, id est naturis, unam naturam compositam fieri. Impossibile enim, in eodem simul contra diuisas constitutiuè existere differentias: hypostasim aũt unã compositã ex diuersis naturis possibile fieri, ut homo ex anima est compositus & corpore. Etsi enim dicit̃ una natura hominum, sed non unius naturæ homo dicitur qui singulus. una quidem enim natura hominũ composita dicit̃, quia sub unam speciẽ omnes hominum finiunt compositę hypostases, unius autem naturę singulus homo non dicitur: quia unaquæq; hominũ hypostasis ex duabus cõstituta est naturis, ex anima dico & corpore: & inconfusas has in seipsa conseruat, quod testatur diuisio quæ in morte fit.

De hypostasi. Cap. XXV.

HYpostaseos nomen duo significat. Quandoq; simpliciter existentiam, secundum quod significatum idem est substantia & hypostasis. Vnde & quidam sanctorum patrum dicebant naturas hypostases. Quandoq; autẽ eam quæ secundum ipsam & propriè consistentem & existentiam, secundum quod significatum, indiuiduum ostendit numero differens, id est Petrum, Paulum, hunc aliquem equum. Oportet enim cognoscere, q̃ neq; substantia non specificata subsistit secundũ seipsam, neq; differentia substantialis, neq; species, neq; accidens, sed solæ hypostases, id est indiuidua, & in ipsis & substantiæ & substantiales differentiæ & species & accidentia considerant̃. Et simplex quidem substantia in omnibus hypostasibus simpliciter consideratur, & in inanimatis & animatis, rationalibusq; & irrationalibus, mortalibus & immortalibus. Substantiales autẽ differentiæ aliæ in inanimatis, & in animatis aliæ: in rationalibus aliæ, & in irrationalibus aliæ: simpliciter in mortalibus aliæ, & in immortalibus aliæ, & simpliciter dicere in uniuscuiusq; specialissimę speciei hypostasibus eædẽ, copulantes quidẽ ipsas ad inuicem ratione substantiæ, separantes autem ipsas ex heteroideis hypostasibus. Similiter & accidentia in ipsis, id est hypostasibus conspiciuntur, separantia unamquamq; hypostasim ex homoideis hypostasibus. Propter quod & indiuiduum principaliter hypostaseos sortitum est nomen. In ipsa enim substantia actu subsistit assumens accidentia.

De persona. Cap. XXVI.

PErsona est, quę per proprias operationes & proprietates manifestam & circumterminatam ab his quæ unius naturæ cum ipsa tribuit nobis expreſsionem. uerbi gratia: Gabriel cum sancta Dei genitrice disputans, unus angelorũ existens, solus illic præsens, disputauit, separatus à constantialibus angelis per eam quæ in loco præsentiam & disputationem. & Paulus in gradibus ad plebem concionans, unus hominum existens, per proprietates & operationes ipsius, à reliquis hominibus diuisus est. Oportet autem cognoscere, quòd sancti patres hypostasim & indiuiduũ & personã idem uocauerunt, quod secundũ seipsum propriè consistenter ex substantia & accidentibus consistit, & numero differens, & hunc aliquem demonstrans, ut Petrum, Paulum, & hunc aliquem equum. Dicitur autem hypostasis ab ὑφεστάναι, id est subsistere.

De enypostato. Cap. XXVII.

SEd & enypostaton quandoq; quidem simpliciter existentiam significat: secundum quod significatum non solũ simpliciter substantiã enypostaton dicimus, sed & accidens quod principaliter non enypostaton est, sed heteroypostaton. Quandoq; autem & secundum seipsum hypostasin, id est indiuiduũ ostendit. quod principaliter non enypostaton, sed hypostasis & est, & dicitur. Principaliter autem enypostaton est, quod secundum seipsum quidem non subsistit, sed in hypostasibus consideratur. quemadmodum species, id est natura hominum in propria hypostasi non consideratur, sed in Petro & Paulo, & reliquis hominũ hypostasibus. Vel quod cum alio differente secundũ substantiam, in totius alicuius generationẽ componitur, & unam perficit hypostasim compositam: ut, homo ex anima & corpore compositus. Neq; enim anima sola dicitur hypostasis, neq; corpus, sed enypostata Quod autem ex utrisq; perficitur, hypostasis utrorunq;, propterea quòd sola anima bruti, neq; corpus solum subsistere potest: sed utraq; simul. Hypostasis enim principaliter, quod secundum seipsam propriè consistenter subsistens & est, & dicitur. Dicitur rursus enypostaton, ab altera hypostasi assumpta natura & in ipsa habens existentiam. Vnde & caro Domini non subsistens, secundum seipsam neq; ad temporis momentum, non hypostasis, sed magis enypostatos est. In hypostasi enim Dei uerbi subsistit, assumpta ab ipsa, & hanc habuit & habet hypostasim.

De anypostato. Cap. XXVIII.

SEd & anypostaton dupliciter dicitur. Quandoq; enim quod nequaquam unquam est, significat, id est quod non existit. Quandoq; autem, quod non in seipso habet esse, sed in altero habet existentiam, id est accidens.

De natura. Cap. XXIX.

NAtura est principium uniuscuiusq; entium & motus & quietis. uerbi gratia: Terra mouetur quidem secundum germinare, quiescit autem secundum eam quæ ex loco in locum, transmutationem: non enim mouetur à loco in locum, id est principium & causa & motus & quietis ipsius, secundum quod nata est sic moueri, & quiescere substantialiter, & non secundum accidens Sciendum, quòd principium eius quæ uniuscuiusq; motionis & quietis, modus conditionis uniuscuiusq; est, secundum quem unum quodq; entium Deus condidit, natura dicitur, à taliter natum esse & existere. Hæc autẽ nihil aliud est, nisi substantia. Ex substantia enim habet talem potentiam, id est motum & quietem: & substantia est causa motus ipsius, & quietis. Dicitur autem natura à natum esse.

De diuisione entis & substantiæ. Cap. XXX.

ENs diuiditur in substantiam & accidens, non ut genus in species, sed ut æquiuoca uox in ea quæ ab uno & ad unum. Substantia generaliſsimũ genus est. Hæc diuiditur in corpus & in incorporeum: corporeum, in animatũ & in inanimatum: animatum, in sensibile animal & insensibile, zoophyton, & plantã: sensibile, in rationale et irrationale:

nale:rationale,in mortale & in immortale: mortale, in hominem, bouem, canem & talia:homo in Petrum,Paulum, & reliquos secundum partem homines, qui sunt indiuidua & hypostases & personę Corpus species substantię,& genus animati:animatũ species corporis,& genus sensibilis:sensibile animal species animati, & genus rationis:rationale species animalis,& genus mortalis: mortale species rationalis, & genus hominis:homo specialissima species est species.cũ est mortalis,& species Petri & Pauli,quę est natura & forma & substantia secundũ sanctos patres.Hęc media generalissimi generis,id est substantiæ,& specialissimarũ specierũ,id est hominis, bouis, genera & species subalterna.Hæc aũt dicuntur substantiales & naturales differentiæ & qualitates, diuisiuæ superiorum, & constitutiuæ inferiorum, & specificæ specialissimarum specierum, constituentes ipsas,& diuidentes naturam à natura.Quid igitur sit substantia & natura & forma,dictum est:& quid hypostasis,& indiuiduum, & persona, enypostatonq;:& quæ differentia substantiæ ad accidentia,uelut in ipsa habentibus accidentibus existentiam.Dictũ est autem & de diuisione ipsius, & quid differt substantia à substantialibus differentijs:quoniam per ipsas substantia specificata, talem speciem perficit, & talis fit. Dictum est autem,quid natura & forma,& quid hypostasis,& persona,& indiuiduum: diximus etiam aliorum de his opiniones & qualiter sancti patres, ueritatis & ueræ philosophiæ discipuli & doctores,rectè diuiserunt.Agè autem nunc propria substantiæ dicamus.Proprium substantiæ, non in subiecto esse. Ipsa enim magis subiacet accidenti ad esse,& non ipsa in alio habet existentia. Hoc autem proprium & substantialium differentiarum est,quod in subiecto.Neq; præsens saluat,neq; absens corrumpit:propter quod neq; in definitione sumitur:accidens enim omnino est. substantiales autem differentiæ non sunt accidentia,& præsentia saluant,& absentia corrumpunt,propter quod in definitione accipiuntur.Propriè autem & uniuocè prædicari,id est tribuere & nomẽ & definitionem,& non habere aliquid contrarium:lapidi enim,id est ipsi substantiæ lapidis,nihil est contrarium. Et non recipere magis & minus.Hoc autem & substantialiũ differentiarum est proprium. Neq; enim est homo magis equo substantia uel animal, neq; equus magis homine. Et contrariorum esse susceptiuum diuisim & non secundũ idem,sed secundum eam quæ suijpsius transmutationem.Contrariorum autem dico accidentium, quia substantialium nequaquam. Rationale enim non suscipit irrationale. Corpus autem calescit,& transmutatum frigescit:& anima quandoq; recipit uirtutem, quandoq; autem maliciam.

De substantia. Cap. XXXI.

SVbstantia generalissimum genus est,non habens superius ipsa aliud genus. Homo autem,equus,bos canis,& talia, specielissimæ species sunt, non habentes inferius aliud quid,in quod diuiduntur, sed tantum secundum partem in indiuidua, quod non est diuisio, sed enumeratio. Quæ autem in medio generalissimorum & specialissimarum,& genera & species sunt subalterna: quoniam superiorum sunt species, inferiorũ autem genera. ut corpus species substantiæ, & genus animati corporis: & animatum corpus species simplicis corporis, & genus animalis. Animal autem species animati corporis, & genus rationalis: rationale species animalis, & genus hominis:homo autem species rationalis existens,non dicitur genus Petri,& Pauli,& reliquorum:sed species rursum. Vnde & specialissima species dicitur solum respectu & superiorum, & inferiorum.

De homogeneis & homoideis,heterogeneisq; & heteroideis,& homoypostatis & numero differentibus. Cap. XXXII.

HOmogenea sunt, quæcunq; sub idem prædicamentum ordinantur, ut quæcunq; sunt sub substantia, similiter & in alijs nouem prædicamentis. Oportet enim cognoscere,quòd decem sunt omnia prædicamenta,id est generalissima genera, sub quæ refertur omnis uox simpliciter dicta. Sunt autem hęc:Substantia,ut lapis. Quantum, ut duo,

duo, tria Ad aliquid, ut pater, filius. Quale, ut album, nigrum. Vbi, ut in Tyro, in Damasco: hoc autem loci ostensiuum est Quando, ut heri, cras: hoc tempus ostēdit. Habere, ut uestimentum induere. Situm esse, ut stare, sedere. Facere, ut urere. Pati, ut uri. Heterogenea autem sunt, quæcunq; sub alio & alio prædicamento sunt. Et homogenea quidē homo & equus: substantia enim sunt utraq;. Heterogenea autem, ut homo & scientia: homo enim sub substantia est, scientia uerô sub qualitate Homoidea sunt, quæcunque sub eandem speciem ordinantur, & communicant ratione substantiæ, ut Petrus & Paulus: uterq; enim sub una specie sunt hominis Heroidea autem, quæcunq; specie differunt, id est ratione substantię, ut homo & equus. Patres autem sancti homogenea & homoidea idem dicunt, scilicet homousia, id est eas quæ sub eadem specie hypostases. Homoypostata sunt, cum duæ naturæ in una hypostasi uniuntur, & unam tenent hypostasim compositam & unam personam, ut anima & corpus. Heteroypostata autem & numero differentia, quæcunq; complexione accidentium proprietatem propriæ hypostaseos determinant, id est quæcunq; accidentibus differunt inter se & diuisim, & secundū ipsum habuerūt existentiam, ut indiuidua Petrus & Paulus: alius. n. est hic, & alius ille.

De quanto & quantitate. Cap. XXXIII.

QVantitas est congregatio unitatum. Vnitatem enim non aiunt quantitatem, sed principium quantitatis Vnitate igitur & unitate cōuenientibus, fiunt duo. Quare non diuisio est quantitas, sed congregatio & copulatio unitatum. Duo enim diuidere in unum & unum diuisim, hoc diuisio est: unum autem & unum duo dicere, hoc magis coniunctio est. Sciendum autem, quòd quantitas est ipsa mensura & numerus, qui mensurat & numerat: quanta autem, quæ numero & mensuræ subiecta sunt, id est mensurata & numerata. Quantorum autem hæc quidem sunt discreta, hęc autem continua. Continuum est, cum unum est quod mensuratur, quemadmodum unum lignum inuenitur bicubitum, tricubitum, uel lapis, uel aliud eiusdem generis: & unum existens mēsuratur, & propter hoc dicitur continuum. Discreta autem sunt, quæ ab inuicem separata sunt, ut in decem lapidibus uel decem palmis: hæc enim separata sunt ab inuicē. Hæc igitur numerari dicuntur, si non propter paruitatem & multitudinem mēsurentur modio, uel aliquo tali, quemadmodum frumentum, uel aliquid tale. Determinant autem continua quidem, quorum particulæ ad aliquem communem terminum copulantur. Vno enim existente ligno bicubito, id est duos cubitos habente, finis unius cubiti, & principium alterius cubiti, unum est. Coniuncta enim sunt seu adhærentia & counita, & non sunt ab inuicem diuisa. Discreta autem, quorum particulæ ad aliquem communem terminum non copulantur, ut in decem lapidibus. Si enim numeres quinque & quinq;, non habent communem terminum copulantem ipsos. Si enim des aliquid intermedium quinque & quinque, fiunt undecim, & non decem. Sed & ipsum nomen ostendit continui & discreti. Sub discretum igitur quantum reducitur numerus & sermo. Numerum autem dicimus hic numerata. Numerata enim omnino discreta sunt, ut ostensum est. Sed & sermo discretus est. Sermo enim numeratus dictionibus non habet communem terminum copulantem particulas ipsius: si enim habet decem dictiones sermo, & diuidas ipsas in quinque & quinque, non habent communem terminum copulantem ipsas. Si enim interponatur aliquid in medio, fiunt undecim & non decem. Similiter & dictio numerata syllabis, non habet communem terminum copulantem syllabas, ut Socrates in intermedio So syllabæ, & Cra syllabæ, non est communis terminus copulans ipsas. Continua autem quanta, corpus, superficies, linea, locus, tempus. Opotet autem cognoscere, quòd punctus sine quantitate est: non enim mensuratur, neque numeratur, quia non habet ullam distantiam. Linea autem habet unam distantiam, est enim longitudo sine latitudine: hæc sub continuum quantum reducitur, Vna enim existens mensuratur, & particulæ ipsius habent communem terminum copulantem ipsas, medium punctum. Epiphania autem, id est superficies, id est extremitas corporis, à φαίνεσθαι, id est apparere. Habet autem duas distantias, longitudinem & latitudinem. Sed & hæc una existens numeratur, & particulæ ipsius habent communē terminum copulantem ipsas, mediam lineam. Oportet autem cognoscere, quòd regu-

laris & æqualis superficies epipedus dicitur: irregularis autem & tortuosa, simpliciter superficies. Corpus autem habet tres distantias, longitudinem, latitudinem, profunditatem, id est crassitiem: & unum existens mensuratur, & particulæ ipsius habent communem terminũ copulantẽ ipsas, superficiem. Sed & locus superficies est aëris. Locus enim tuus, superficies (id est finis) continentis te aëris est: & ut superficies, sub continuum quantum reducitur. Sed & tempus mensuratur in præteritum & in futurum, & habent particulæ ipsius communem terminum copulantem ipsas nunc. Nunc autem sine quantitate est. Tria igitur sunt sine quantitate: unitas, & punctus, & nunc. Et principaliter quidem hæc septem dicuntur quanta: numerus, sermo, tempus, loca, linea, superficies, corpus. Secundum accidens autem dicimus quanta & quæ in ipsis considerantur, actionem, motum, colorem & talia: puta, si multo tempore fiat actio & motus, aimus multum actionem, & multum motum: si autem in pauco, paucum. Similiter si in multa superficie albedo sit, aimus multum album: si autem in pauco paucum. Amplius quanti hoc est terminatum, hoc autem interminatum. Terminatum est, quod potest mensurari & numerari: interminatũ autem, quod superexcessu quodam superexcellit omnem mensuram & omnem numerum, & dicitur magnum & multum infinitè, uelut dicimus: Multa misericordia Dei magnum mysterium dispensationis uerbi Dei. Oportet autem cognoscere, quòd Aristoteles magnum & paruum, multum & paucum, maius & minus, & paucius & plus, & duplum & dimidium & talia, sub ea quæ ad aliquid, ponit. Dicimus igitur, posse eandem rem secundum aliam & aliam intentionem, sub aliud prædicamentum reduci: ut numerum & mensuram manifestantia, quæ prædicta sunt, sub quantum reducuntur: ut autem habitudinem habentia ad inuicem, & ut ad inuicem dicta, sub ea quæ ad aliquid: magnum enim ad paruum dicitur magnum, & duplum ad dimidium: similiter & reliqua. Corpus autem, secundum quod naturale est, sub substantiam reducitur: secundum quod autem mathematicum, id est mensuratum, sub quantum. Amplius, quanti hoc quidem magnitudo, hoc autem multitudo. Magnitudo igitur mensuratur, multitudo autem numeratur. Consequitur autem multum magnitudini, quantum autem multitudini. Propria autem quanti sunt tria, quæ dicuntur consequentia. Primum, non habere aliquod contrarium secundum seipsum. Corpus enim ipsum secundum seipsum non habet aliquid contrarium: secundum quod autem est album, habet aliquid contrarium, nigrum. Oportet autem cognoscere, quòd huic numero duo, non est contrarius alius numerus. Si enim erit, multi erunt: omnes enim alij numeri contrarij erunt, & inuenietur natura iniusta, uni multa contraria contraordinans. Non enim contingit uni multa contraria esse. Secundum, non recipere magis & minus: neq; enim duæ palmæ sunt magis duo, quàm duo homines. Quod autem non habet contrarium, non recipit magis & minus. Tertium autem, quod de solo & omni quanto dicitur æquale & inæquale. Linea enim lineæ æqualis est, & inæqualis.

De his quæ ad aliquid. Cap. XXXIIII.

Ad aliquid sunt, quæcunq; ipsa quæ sunt, aliorũm esse dicuntur, uel qualitercunq; aliud ad aliud. Et aliorum quidem esse dicuntur, ut pater filij: pater enim omnino filij dicitur pater. Ad aliud autem, ut magnum ad paruum, & multum ad paucum: non enim dicitur pauci multum, sed ad paucum. Oportet autem cognoscere, quòd quando aliquid secundum seipsum consideratur, non est aliquid: quando autem habet habitudinem ad aliud, tunc dicitur ad aliquid. Quare hoc est esse eorum quæ ad aliquid, & hæc ipsorum est hypostasis, in eo quod est ad aliud dici, id est in eo quod est habere habitudinem ad aliud. Ad inuicem enim habitudo, ea quæ ad aliquid facit. Eorum autem quæ ad aliquid, alia eodem nomine nominantur, ut amicus amici amicus, ut inimicus inimici inimicus: alia autẽ altero nomine, ut pater filij pater, doctor discipuli doctor. Rursus eorum quæ ad aliquid, alia secundum superabundantiam, ut maius minore est maius: alia autem secundum iudicans & iudicatum, ut scientia scibilis scientia. Scientia enim iudicat scibile, id est, cognitio iudicat cognoscibile: & sensus sensibilis sensus, & positio positi positio, & statio stabilis statio, & reclinatio reclinabilis reclinatio, & talia. Alia

secundum

secundum potentiam & impotentiam: potentiam quidem, ut calefaciens & calefactum: impotentiam autem, quod secundum priuationem potentiæ, uelut dicimus impotentiam, habere uisum, uidere non stellatam spheram. Alia autem secundum causam & causatum, ut pater filij pater. Proprium autem eorum quæ ad aliquid, ad conuertentiam dici. Amicus enim amici amicus, & doctor discipuli doctor, & discipulus doctoris discipulus. Et simul natura esse. Simul autem natura esse coinferre est & coinferri, & cointerimere & cointerimi. Patre enim existente, omnino & filius erit: & filio existente, & pater erit omnino: & patre non existente, neque filius erit. Cuius enim erit filius? & filio non existente, neque pater erit. Cui enim non est filius, non est pater. Quare cointerimitur filius patri, ut pater filio: cointerimitur autem non hypostasis ipsius, sed habitudo. Manet enim homo qui filius erat, sed non filius manet. Non habens enim patrem, qualiter erit filius? Si autem & dicimus filium eius qui mortuus est, uel non propriè dicimus, sed abusiuè: uel ut non perditi patris, & in non esse abeuntis, propter animæ immortale. Porrò sciendum est, quòd unumquodque prædicamentum generalissimum genus est, & habet & genera & species subalterna, & diuisiuas generum, & constitutiuas specierum differentias, & specialissimas species, & indiuidua. Neque enim constitutiuæ differentiæ dicuntur substantiales, nisi solius substantiæ: neque indiuidua dicuntur hypostases, nisi substantiæ solius. Oportet autem scire, quòd & ipsa substantia, ut genus & habitudinem habens ad alterum, sub ea quæ ad aliquid, reducitur. Genus enim specierum est genus, & species generis sunt species, & eorum quæ ad aliquid sunt. Item, ea quæ ad aliquid & ad conuertentiam dicta, uel in per se firmis habent habitudinem, id est substantijs: uel non in per se firmis, id est accidentibus. Et si in per se firmis, uel naturalis ipsorum est habitudo, ut patris & filij, uel non naturalis. Si autem non est naturalis, uel est fortuita, ut seruus & dominus: uel artificialis, ut discipulus & doctor: uel electiua, ut amicus & amicus, inimicus & inimicus. Si autem non in per se firmis, sed in accidentalibus, naturalis, ut duplum & dimidium. Oportet autem ea quæ ad aliquid dicuntur, prius sub aliud prædicamentum reducere, ut secundum seipsa considerata: tunc, ut habitudinem habentia ad aliud, considerare in prædicamento relationis. Oportet enim prius esse aliquid sine habitudine, & tunc considerari in ipso habitudinem.

De quali & qualitate. Cap. XXXV.

Qualitas est, secundum quam quales nominamur. Vel aliter: Qualitas est secundum quam denominatiuè, quæ participant ipsa, dicuntur. Ex prudentia enim prudens dicitur, qui habet prudentiam: & calidus dicitur, qui participat caliditate. Oportet autem scire, quoniam quale uniuersalius est qualitate. Quale enim significat qualitatem, & quod participat ipsa, id est caliditatem, & calidum quod habet caliditatem. Quales enim sunt, quæ habent qualitatem. Habentes igitur caliditatem, calidi dicuntur: calidi quidem, quales sunt: caliditas autem, qualitas. Dicitur autem multoties & ipsa qualitas quale: similiter & in quanto & in quantitate. Qualitatum autem aliæ animatis insunt corporibus, ut scientiæ, uirtutes, ægritudines, & sanitates: & dicuntur habitus & dispositiones: aliæ autem & animatis & inanimatis, ut caliditas, frigiditas, forma, figura, potentia & impotentia. Harum autem quædam quidem sunt potentia, quædam autem operatione. Et si quidem sunt potentia, faciunt potentiam & impotentiam. Si autem operatione, uel per profundum incesserunt, ut caliditas per totum ignẽ, & albedo per totum lac & niuem, & faciunt passionem & passibilem qualitatem: uel ex superficie, & faciunt figuram & formam. Sunt igitur qualitatis species quatuor: habitus & dispositio, potentia et impotentia, passio & passibilis qualitas, figura & forma. Differt autem habitus à dispositione, quoniam habitus quidem difficile transmutabilis est & diuturnior, ut prudentia. Non enim uelociter transmutatur quis à prudentia & imprudentia, similiter & scientia: quando enim certè quis scit, difficile transmutabilis est in ipso cognitio. Habitus est & fortitudo, & temperantia, & iustitia similiter. Dispositiones autem sunt, quæ facilè mouentur, & uelociter transmutantur, ut caliditas, frigiditas, ægritudo, sanitas, & talia. Disponitur enim secundum hæc homo, ue-

lociter autem tranſmutatur, ex calido frigidus effectus, & ex ægro ſanus. Sed & hæc ipſa, puta ægritudo & ſanitas, & hoc genus alia, ſi ſunt manentia, & difficile tranſmutabilia, habitus ſunt. Vniuerſalior autem eſt diſpoſitio: utrique enim diſpoſitiones dicuntur. Diſponitur enim aliqualiter ſecundum has homo. ſed difficile tranſmutabilis diſpoſitio, habitus dicitur: facile tranſmutabilis autem, diſpoſitio ſolum. Secunda autem qualitatis ſpecies, potentia & impotentia, quæ non ſunt actu, habent autem aptitudinem & potentiam naturalem uel ineptitudinem: quemadmodum aimus puerum quidem potentia muſicum: etſi enim non habeat actu muſicam, ſed habet aptitudinem ad diſcendam muſicam: irrationale autem immuſicum: ut neque actu habens muſicam, neque potens ipſam capere. Sed & durum potentiam habet ut non uelociter diuidatur. Tertia ſpecies, paſsio & paſsibilis qualitas: ut caliditas, albedo, frigiditas, nigredo, & talia. Paſsio quidem facile abijcibilis eſt, ſicut diſpoſitio: ut quando quis uel propter uerecundiam erubeſcit, uel propter timorem palleſcit. Paſsibilis autem qualitas, difficile mobilis & difficile tranſmutabilis eſt. Paſsibilium autem qualitatum quædam à paſsione non factæ ſunt, id eſt, non aliunde, ſed ſecundum ſubſtantiam inſunt: ut igni caliditas, & melli dulcedo. Neque enim igni aduentitia caliditas, neque melli dulcedo, neque prius non entia talia, poſterius acceperunt caliditatem & dulcedinem, ſed tamen eandem paſsionem faciunt ſecundum noſtrum ſenſum. Ignis enim calidus exiſtens, calefacit nos: & mel dulce exiſtens, dulcedine afficit ſenſum noſtrum. Quædam autem ab aliqua paſsione, id eſt, complexione factæ ſunt, & faciunt quandoque paſsionem ſecundum noſtrum ſenſum, ſed non eandem paſsionem & eandem qualitatem quam habent, quales ſunt colores. Album enim ex aliqua paſsione & complexione factum, paſsionem quidem facit circa uiſum, id eſt, diſcretionem & expanſionem & illuminationem, non albificat autem nos, Paſsibilis ergo qualitas non exiſtens aduentitia, uel toti ſpeciei ineſt, ut caliditas toti igni: uel non omni, ut nigredo Aethiopibus: non enim omnes homines nigri. Hæc autem nõ ſolum circa corpora conſiderantur, ſed & circa animã. Quarta ſpecies qualitatis, figura & forma. Figura in animatis & in inanimatis dicitur: forma autem in animatis ſolum. Si autẽ dicatur in inanimatis forma uel bene formatum, non propriè, ſed abuſiuè dicitur. Vniuerſalius igitur etiam figura. Etenim forma uocatur figura, inanimatorum autem figura non uocatur forma. Rectitudo autem & flexuoſitas, id eſt curuitas, qualitates ſunt. Oportet cognoſcere, quod qualia ut in plus denominatiuè à qualitatibus dicuntur, ut à caliditate calidum: quædam autẽ & æquiuocè, ut muſica ſcientia, & muſica, mulier quæ habet muſicam ſcientiam: quædam autem (etſi rarò) heteronymè, ut à uirtute ſtudioſus: uirtuoſus enim ſtudioſus dicitur. Oportet enim cognoſcere, quòd paſsio eſt duplex. Vel enim in iam paſſum dicitur eſſe, & reducitur ſub qualitatẽ: ut iam ablatum ueſtimẽtum, dicitur album: uel in nunc pati, & reducitur ſub prædicamentum pati, ut nondum albatum, ſed nũc albatum. Oportet cognoſcere, quòd non ſunt qualitates corpora, ſed in corpore. Si enim eſſent corpora, ſubſtantiæ utique eſſent. Sed & omnia accidẽtia incorporea ſunt, & ſecundum ſeipſa non exiſtentia, niſi in ſubſtantia conſiderentur. Oportet cognoſcere, quod ſubſtantiales qualitates ſub ſubſtantiã reducuntur: partes enim ipſius ut diuidentes ipſam, & in definitionem ſpecierum ipſius aſſumptæ. Sub quod autem prædicamẽtum totũ, ſub idem & partes ipſius reducentur. Graue & leue uel in mollibus conſiderantur, ut in ponderatis, & reducuntur ſub quantũ: uel in ſubſtãtia, ut in elementis, id eſt igne & terra, & reducuntur ſub ſubſtantiã: ut ſubſtantiales differẽtiæ. Similiter & denſum & rarũ: uel enim ſubſtãtialiter in elemẽtis, & reducunt̃ ſub ſubſtantiã: uel ſuperinductæ, ut in ueſtimẽtis, & reducunt̃ ſub prędicamentũ. Sitũ eſſe: poſitiones enim ſunt. Tria autẽ propria qualitatis ſunt, id eſt cõſequentiæ. Primũ contrarietatẽ recipere: calidũ enim contrariũ frigido, & album nigro. Secundũ magis & minus: ubi enim cõtrarietas eſt, & magis & minus inuenit. Magis autẽ eſt intẽſio & minus remiſsio. Cõtingit igitur dicere, hæc ſpecies magis hac album. & hæc, hac magis & minus frigidum. Tertium conſequens, quod & maximè propriũ qualis, ſimile & diſsimile. Oportet autẽ ſcire, ꝙ figura nõ habet cõtrariũ. Sciendũ etiã ꝙ nõ oẽs priuationes negatiuè dicunt̃, ſed & priuationes ſunt affirmatiuè dictæ, ut cecitas & ſurditas. Et cõtra, nõ oẽs ſpecies

affirmatiuè

affirmatiuè nominantur, sed & negatiuè, quemadmodum intemperantia species existens, non affirmatiuè sed negatiuè nominata est. Positio enim affirmatio dicitur: ut, bonus est. Abdicatio autem negatio: ut, non est bonus. Quando autem dicimus, illegalis, in negationem significat, ut, non. Si autem dicitur, hoc album æquale est huic albo, non secundum quod qualitas, dicitur æquale esse, sed secundum quod quantitas: & esse superficiem hanc æqualem illi superficiei, ut in quanto. Simile & dissimile consideratur, non secundum quod quantum, sed secundum quod participat qualitate.

Ce facere & pati. Cap. XXXVI.

OPortet cognoscere. quòd actiuitas & passiuitas, id est, actiua potentia & passiua, sub qualitate sunt: facere autem & pati, & substantia quædam est taliter operans uel paciens. Facere igitur est, in seipso habere causam operationis: pati autem, in seipso & in alio habere causam eius quod est pati: ut, conditor & conditum. Conditor quidem enim in semetipso habet causam conditionis: conditum autem, in conditione quidem principium conditionis, in seipso autem aptitudinem passionis. Conditorem autem hic artificem dicimus, puta fabrum: conditum autem materiam subiectam artifici ligneam: hæc enim subiacet fabro. Eius autem quod est facere, & eius quod est pati, hæc quidem simpliciter dicuntur facere: ut in factiuis, puta fabrili lignea, & fabrili ærata, & talibus: in quibus & post quiescere facientem, permanet quod factum est. Aedificatore enim quiescente ab ædificando, permanet quod ædificatum est. Hoc autem dicitur agere, in quibus non permanet quod actum est, quiescente agente. Quiescente enim fistulatore, non permanet, sed perit fistulatio. Hoc autem dicitur speculari, ut astronomizare, geometrizare, intelligere & talia. Adhuc & speculatæ species in inanimatis, puta, igne, lapide, ligno, & talibus. Prima quidem igitur in rationalibus sunt, extremum autem in inanimatis & irrationalibus. Non enim secundum quod animatum facit, sed secundum quod corpus approximans corpori. Duo autem habet própria. Primum, recipere contrarietatem. Calefacere enim, contrarium est ei quod frigefacere. Secundum, magis & minus. Contingit enim magis calefacere, & minus frigefacere, similiter & calefieri & frigefieri. In omnibus igitur prædicamentis consideratur facere & pati. In substantia quidem, generare & generari: in quanto autem, numerare & numerari: in his autem quæ ad aliquid, duplare & duplari: in qualitate, albificare & albificari: in situm esse, sedere & sederi: in habere, induere & indui: in ubi, continere & contineri: & in quando, contineri & continere.

De iacere & situm esse. Cap. XXXVII.

SItum esse, est quod habet positionem aliqualiter ad alterum: puta corpus iacens aliqualiter ad talem positionem, uel ad reclinationem, uel sessionem, uel stationem. Species autem eius quod est situm esse, sunt tres: stare, sedere, reclinari. Et rectum quidē esse, facit stare: sed secundum partem quidem iacere, secundum partem autem stare, facit sedere: omnino autem iacere, facit reclinari. Non ostendit autem iacere neq; iacentē neq; locum, sed ipsam positionem iacentis ad locum. Sitorum autem alia secundum naturam sita sunt, ut elementa in proprijs locis, puta terra, aqua, aër, ignis: alia autē secundum positionem & artem, ut statua, columna, & talia. Cæterum est superdiuisio quæ dicit quòd sitorum alia stabilia, ut terra: alia autem mota, ut corpora cœlestia. Item positorum alia potentia posita sunt, id est potētia pertrāsiri: alia autem: actu, ut ubi posita sunt.

De ubi. Cap. XXXVIII.

VBi locum significat. Interrogati enim, Vbi est ille: dicimus in domo, in ciuitate, hæc autem locum significant. Species autem prædicamenti ubi secundum differentias locorum, sursum, deorsum, dextera, sinistra, ante, retro.

De quando. Cap. XXXIX.

QVando, tempus ostendit. Interrogati enim, Quando factum est hoc: dicimus, Anno præterito, ante præterito, quæ tempus significant. Species autem prædicamēti, quando tot sunt, quot tēporis differētiæ. Tres autē hæ: præsens, preteritum, futurum.

De habere. Cap. XL.

HAbere, est substantia circa substantiam. Ostendit autem continere uel contineri & non esse aliquam partem rei. Et continent quidem, tunica, arma, & talia: continentur autem anulus, & si quidem alterum tale paruum. Oportet autem & quod continet & continetur, substantias esse. Si enim hoc quidem substantia esset, hoc autem accidens, ut sciens & scientia, non sub habere reduceretur. Differentiæ autem eius quod est habere, fiunt secundum differentiam entium. Vel enim animatum est, uel inanimatum. Et animatum quidem habere dicimur, ut puerum, equum, & talia: Inanimatum, ut anulum, calceamētum, & talia. Dicitur autem habere & multis alteris significatis æquiuocè: de quibus posterius dicemus.

De oppositis. Cap. XLI.

OMne oppositum uel ut res opponitur, uel ut sermo. Et si quidem ut sermo, sermone facit affirmationem & negationem. Affirmatio est dicere aliquid alicui inesse, ut bonus est. Negatio autem, dicere aliquid alicui non inesse, ut non est bonus. Dicatur autem utraq; enunciatio. Si autem ut res opponuntur, uelut ad conuertentiam dicuntur, & faciunt quæ ad aliquid, quæ & coinducunt ad inuicē conferunt, & cointerimuntur. Vel non ad conuertentiam, & non habent habitudinem, & hæc uel transponunt adinuicem, sed tamen ambo secundum naturam sunt, & faciunt contraria, ut caliditas & frigiditas. Vel hoc quidem transponit in alterum, alterum autem non transponit. Et hoc quidem ipsorum est secundum naturam, hoc autem præter naturam, & faciunt secundum priuationem & habitum contraria, ut uisus & cæcitas. Habitus enim est uisus, ut ex habere: priuatio autem habitus, id est uisus, cęcitas. Contrariorum autem alia quidem sunt immediata, alia autem mediata. Immediata sunt, quorum necessarium alterū, id est unum inesse subiecto ipsis uel his de quibus prædicantur, ut ægritudo & sanitas in corpore animalis subiecto, & necesse omnino in corpore ægritudinem esse uel sanitatem. Aegritudinem dicimus, omnem peruersionem naturę. Mediata autem, quorum non necesse alterum inesse subiecto, uel his de quibus prædicantur, ut album, nigrum, Contraria enim sunt, & non omnino necesse unum ipsorum inesse corpori. Non enim necessè, omne corpus uel album esse, uel nigrum: sunt enim corpora fusca uel rufa, nisi fortè unum contrariorum determinatè natura insit alicui, ut caliditas igni, & frigiditas niui. Mediorum alia habent nomina, ut medium albi & nigri dicitur fuscum: alia autem non habent nomina. Medium enim iusti & iniusti, non habet nomen, sed abnegatione utriusq; intermedium notum fit, puta neq; iustum, neq; iniustum. Sunt autem contrariorum proprietates quatuor. Prima, bono ex necessitate malum contrarium est: malo autem aliquando quidem bonum, aliquando autem aliud malum. Temperantiæ enim contrarium intemperantia: intemperantiæ autem quandoq; temperantia, quandoque autem insensibilitas. Insensibilitas autem est non moueri neq; erigi secundum passiones. Intemperantia enim defectus est temperantiæ, insensibilitas autem excessus, contraria autem superabundantia defectui. Secunda proprietas, impossibile simul contraria indiuiduis esse secundum idem. Non contingit enim simul Socratem sanum esse & ægrotare, uel secundum idem membrum calescere & frigescere. Tertia, contraria possunt esse in eodem subiecto, uel genere, uel specie, uel numero. Genere quidem, ut in simplici corpore album & nigrum. Specie autem, ut in corpore animalis sanitas et ægritudo. Numero autem, manifestum. Idem enim corpus contrariorum esse susceptibile, contingit secundum suijpsius transmutatiouem. Quarta, contraria sunt uel sub eodem genere, ut album & nigrum sub colore: uel sub cōtrarijs generibus, ut iustitia uel iniustitia sub bono & malo, quæ cōtraria sunt: uel ipsa cōtraria genera sunt, ut bonū & malū.

De habitu & priuatione. Cap. XLII.

HAbitus dicitur operatio habiti & habentis, ut armorum & armati, id est, induentis & induti. Secundò, superinductæ operationes manentes, existentes siue naturales, siue animales. Naturales, ut caliditas in calefactis: animales autem ut scientia. Tertiò, quod nondum quidem habet, habet autem aptitudinem recipere: quod est primū significatum

significatum eius quod potentia Quartô, naturalis qualitas, id est naturalis habitus, ut caliditas ignis, & dormientis uisus, quod est secundum significatum eius quod potentia. Potest enim comburere, operatione autem non comburit. Primum autem significatum est eius quod operatione. Quintò, ut perfectiua operatio, ut uisio iam uidens, et caliditas iam calefaciens. Priuatio autem, habitus abiectio. Opponitur igitur primo quidem significato habitus, priuatio armorum, id est indumenti. Secundo autem abiectio superinductorum habituum, quando calefactum frigescit. Tertio, quod neque totaliter natum est habere genus, ut dicimus habere aptitudinem infantem ad musicam, ficum autem nequaquam. Priuata igitur est ficus, quia genus plantarum non habet aptitudinem recipere musicam. Et quoniam genus quidem habet aptitudinem, quædam autē specierum non habent: animal enim habet aptitudinem uidendi, talpa autem species ens animalis, non habet aptitudinem uidendi. Quarto autem, abiecto potentiæ eius quæ secundum habitum. Quinto uerò, abiectio perfectiuæ operationis, quod superius dixi eam quæ secundum priuationem & habitum oppositorum oppositionem, id est potentiæ siue actiuæ, siue passiuæ, Hæc autem characterizātur tribus his: quod natum est habere, sed neque totaliter habet, sed perfectè priuatum est: & quando natū est habere & ubi natum est habere. Verbi gratia: Lapidem non dicimus esse cæcum: non natus est enim habitum habere uisus. Neque modò genitum canem dicimus cæcum, neque modò genitum infantem edentulum, quia non nati sunt secūdum illud tempus habere. Neque pedem dicimus cæcum: non enim natum est animal in pede habere habitū uisus. Quando igitur secundum tria hæc natum est habere, & non habet, dicitur priuatio.

De priore & posteriori. Cap. XLIII.

PRius diuiditur in quatuor significata Et principalissimum est tempore prius. Dicitur autem principaliter in animatis quidem senius, in inanimatis autem uetustius: abusiuè autem alterum pro altero ponitur. Secundum autem, natura prius, quod coinfertur quidem, non autem coinfert: & cointerimit, & nō cointerimitur, ut animal prius homine. Animali enim non existente, neque homo erit: animal enim homo: homine autem non existente, erit animal. etenim equus & canis animalia sunt: & homine existente, omnino erit animal: animal enim homo. Animali autem existente, non omnino homo, sed fortè equus, canis & talia: etenim hæc animalia sunt. Tertium, quod secundum ordinem, quemadmodū dicimus primum, a, b: deinde syllabæ, deinde orationes. Quartum, quod secundum dignitatem, quemadmodum aimus primùm episcopus, deinde presbyter Abijciunt autem hunc modum quidam: contingit enim, primum secundum ordinem, posterius esse secundum dignitatem. Quintum quemadmodum aimus causam & causatum. uidelicet Socrates prior propria imagine: ipse enim est causa propriæ imaginis, & pater prior & maior filio: pater enim est causa filij: ex patre enim filius generatur Propter quod & beatus Gregorius secundum hoc significatum sumpsit, quod à Domino nostro in sacris Euangelijs dictum est: Pater meus maior me est. Alij autem apponunt, quod secundum intellectum, ut prius fundamentum muro. Hoc autem reducitur sub quartum modum eum qui secundum dignitatem. Quod enim intellectu prius, hoc re posterius. Quot modis autem prius, tot modis & posterius, Prius autem & posterius, & maius & minus, non sunt æquiuocorum, sed eorum quæ sunt ab uno.

De simul. Cap. XLIIII.

SImul autem dicuntur principaliter quidem, quorum genetatio est in eodem tempore, ut duo quidam geniti sunt in eodem momento. Iste modus opponitur primo modo significatorum prioris Secundum significatum eorum quæ simul, quæ ad inuicem coexistunt, & non alterum alterius causa uel causatum, ut duplum & dimidium. Simul enim coexistunt, & cointerminunt ad inuicem, & coadinferunt. Iste autem modus opponitur secundo & quinto modo prioris In secundo quidem enim non conducunt, neque cointerimunt ad inuicem: in quinto autem, hoc quidem esse causam, hoc autem causatum. Tertium significatum eorum quæ simul, contradiuisæ species. Contradiuisæ autem species dicuntur, quæ ex eadem diuisione inductæ sunt, ut rationale & irrationale ex animali. Iste autem modus opponitur primo & secundo. & ferè alijs tribus.

De motu Cap. XLV.

MOtus est endelechia eius quod potentia secundum quod tale est, uelut æs potentia est statua. Potest enim æs recipere speciem statuæ. Endelechia autem est æris potentia entis statua, dissolui, plasmari, radi, quæ sunt motus. In quot igitur prædicamẽtis consideratur quod potentia, in tot considerabitur motus : in quot autem non consideratur quod potentia, neq; motus considerabitur. Consideratur igitur in substantia, in quanto, in quali, in ubi prædicamento. In substantia quidem, generatio & corruptio: in quanto uero, augmentatio & diminutio: in quali autem, alteratio: in ubi autem, circulo latum, quod uocatur circulatio : & in rectitudine motum, quod dicitur in rectitudine motus. Eius autem qui in rectitudine motus, differentiæ sunt sex : sursum, deorsum, intus, extra ad dexteram, & ad sinistram : propter quod cum circulatione septem locales motus sunt, Omne enim transmutatum, uel secundum seipsum transmutatur, uel secundum aliquid eorum quæ circa ipsum. Etsi quidem mutatur secundum seipsum, facit generationem & corruptionem. Si autem secundum aliquid eorum quæ in ipso, uel secundum quantum, & facit augmentationem & diminutionem : uel secundum quale, & facit alterationem. Si autem secundum quod circa ipsum, facit secundũ locum transmutationem. Locus enim neq; ipsum est quod mouetur, neq; est aliquid eorum quę in ipso, sed motis sequitur, & circa mota est. Differt autem generatio & corruptio. Generatio enim est, à non ente in esse progressus. Quod enim non erat prius, hoc fit. Corruptio autem est è conuerso, ab ente in non esse transmutatio. Augmentatio et diminutio quoque differunt. Augmentatio enim est ad maius motus, diminutio autem ad minus. In alteratione autem rursus oppositæ passiones, caliditas, frigiditas, album, nigrum. Opponitur igitur generationi quidem corruptio, augmentationi autem diminutio, alterationi autem oppositum est quies. Oppositum quidẽ calefactioni frigefactio, quies autem alterationi, cum accipiat terminum quod calefit, & ueniat ad extremam caliditatem, quiescit: nõ enim potest in caliditate progredi. Sic & ei quæ secundum locum transmutationi, & contrarius motus opponitur, & quies, contrarius quidem, ut sursum motus, ei qui deorsum: quies autem alterationi. Si enim glebam proijciat quis sursum, non prius deorsum mouebitur, quàm quies quædam fiat. Cœlesti autem motui non est contrarius motus. Videtur autem alteratio consequi reliquis motibus. Etenim & quod fit, & quod corrumpitur, & quod augetur, & quod minuitur, & quod mouetur secundum locum, omnino alteratur. In naturalibus autem motibus etsi inuenimus sequentem alterationem reliquis motibus, tamen contingit quidem alterari, non moueri, secundum alterum motum, ut in lapide: iste enim calefit & frigefit, & neque augetur, neque fit: & in reliquis similiter. Quare etsi consequitur alteratio reliquis motibus, tamen contingit ipsum secundum seipsum considerari. Vnde confessa est ipsorum differentia. Motum autem dicit Aristoteles transmutationem. In quinto enim sermone naturalis auditus ostendit, quoniam alteratio & corruptio transmutationes quidem sunt, motus autem non sunt, quia motus salua re fit. In alteratione autem & secundum locum transmutatione diximus duo contraria esse, ut contrarium motum & quietem. Sciendum quôd non in possibile, secundum aliud & aliud duo uni esse cõtrarie. Quies quidẽ enim, ut finis & priuatio: opposita autẽ principaliter, ut calefactioni frigefactio.

De habere. Cap. XLVI.

HAbere secundum octo modos dicitur. Vel enim ut habitum & dispositionem, uel aliam qualitatem. Dicimur enim habere scientiam & uirtutem. Vel ut quantum. Dicimus enim tricubitam magnitudinem habere lignum. Vel ut substantiam circa substantiam, quod est generalissimum genus. Hoc autem uel circa totum corpus, ut tunica : uel circa aliquam partem, ut anulus in digito : uel ut partem in toto. Dicimus enim habere manum. Vel ut in uase: ut dicimus uinum habere amphoram. Vel ut possessionem : dicimur enim habere domum uel agrum. Dicimur autem & uxorem habere, & uxor uirum. Videtur autem iste modus alienus esse ab habere, quia conuertitur. Nihil enim magis significat habere uirum uxorem, quàm uxorem uirum : neq; enim alterum alteri

alteri dominatur, sed æqualiter & indifferẽter locum habent. Si autem possessor habet possessionem, & possessio possessorem, & conuertitur, sed non ut uir uxorem, & uxor uirum. Possessor enim per se dominãs, & principalissimum est possessionis: & propter hoc magis possessor quidem habere dicitur, possessio autem haberi. Manifestum autẽ quoniam habere æquiuocorum est. Quidam autem tot differentias dicunt eius quod est habere, quot & eius quod est facere, & eius quod est pati: ut enim facientia & paciẽtia uel animata sunt, uel inanimata: sic & hic uel animatum est quod habet & quod habetur, uel inanimatum. Qualiter igitur differentium generum eædem differentiæ essent? sed est dicere, quoniam habens uel circa totum corpus est, uel circa partem: & rursus hoc uel protectio est, uel ornatus.

De enunciatione, & affirmatione, & negatione. Cap. XLVII.

SCiendum est, quòd affirmatio & negatio & enunciatio dicitur. Affirmatio igitur est, quæ significat quid cui inest: hoc est, quid existit quis: ut, Socrates sapiens est, Socrates ambulat. Negatio autem, quæ ostendit quod non inest cuidam, puta quod non est quis: ut ille non est sapiens, ille non ambulat. Quia autem omni affirmationi opponitur negatio, & omni negationi affirmatio: affirmatio opposita negationi, & negatio opposita affirmationi, contradictio dicitur. Necesse autem unam falsum dicere, & unam uerum dicere.

De termino, propositione, & syllogismo. Cap. XLVIII.

SCiendum demonstrationem esse logicæ speculationis. Demonstratio autem syllogismus est, Syllogismus uerò componitur ex duabus ueris propositionibus, & cõclusione. Verbi gratia: uolens demõstrare, quoniam anima immortalis est, dico. Omne semper mobile immortale est. Hæc propositio est. Deinde dico & secundam propositionem: Anima semper mobilis est. Deinde cõclusionem: Anima ergo immortalis est. Vnaquæque autem propositio ex terminis componitur: unaquæque enim dictio propositionis terminus dicitur. Terminus enim est, in quem resoluitur propositio. Verbi gratia: Propositio dicit: Omne semper mobile immortale est: Omne terminus dicitur, ut pars propositionis: & semper mobile, similter terminus dicitur: & immortale, similiter terminus dicitur. Oportet autem cognoscere, quòd oportet propositiones ueras esse, & conclusionem sequi ex propositionibus. Si enim inueniatur una propositionum falsa uel conclusio, paralogismus est & non syllogismus. Simplex uox, nomen uerbum, dictio, terminus. Hæc quinque secundum subiectum quidem nihil ab inuicem differunt, solum autem secundum habitudinem est ipsorum differentia. Verbi gratia: Homo ut simpliciter quidem significatum alicuius dicitur simplex uox prædicati: ut subiectum autẽ dicitur nomen: ut autem ordinem retinens prædicati, dicitur uerbum: ut uerò pars affirmationis, uel negationis, dicitur dictio: ut autem pars propositionis & syllogismi, dicitũ terminus. Oportet cognoscere quòd in propositione, id est affirmatione & negatione, subiectum quidem nomen dicitur, prædicatum autem dicitur uerbum. Verbi gratia: Affirmatio est, Homo ambulat: Homo subiectum est, & dicitur nomen: Ambulat, ordinẽ retinet prędicati, & dicitur uerbum. Socrates bonus est: Socrates subiectum est, & dicitũ nomẽ: Bonus est, ordinem retinet prædicati, & dicitur uerbum ut pars affirmationis, & si apud grammaticos nomen dicitur bonus: & simpliciter, cuicunque est, sequitur, uerbũ est. Sciendum, quoniam quinque hæc nihil ab inuicem differunt: enunciatio, propositio, problema, instantia, conclusio. Quando enim simpliciter enuncio, quoniam anima immortalis est, enunciatio dicitur. Quando autem ut pars syllogismi sumitur, tunc propositio est dicere, quoniam anima immortalis est. Quando uerò quis instat ad propositionem, dicens: Vnde manifestum, quoniam anima immortalis est? tunc tale instantia appellatur. Quando autem rursus protendimus in quæstionem, utrum anima immortalis est, uocatur problema. Quando autem ex propositionibus conducitur, uel concluditur, uocatur conclusio. uerbi gratia: Anima semper mobilis est: semper mobile, immortale: ex propositionibus his concluditur, ergo anima immortalis est, hoc est conclusio. Propositio est sermo enunciatiuus alicuius ab aliquo. quod est negatio: ut, Socrates nõ ridet: uel alicuius de aliq̃, q̃d est affirmatio: ut, Socrates ridet. Terminus est in quẽ resoluitũ ꝓpositio. Syllogismus est sermo in ꝓpositis quibusdã, id est cõfessis, alterũ ex necessita

te à po

te à poſitis accidit propter poſita. Propter poſitas enim propoſitiones fit concluſio, nō indigens ab extra altera aliqua conſtitutione. Problema eſt ſpeculatio, contendens in electionem & fugam, id eſt in negationem & conceſsionem, ad cognitionem & ſpeculationem. Pyſma eſt interrogatio, digreſsiuam, id eſt latam expetens reſponſionem. Differt enim interrogatus ſermo à pyſmatico, quoniam interrogato quidem uelox ſequitur reſponſio, id eſt per pauca: pyſmatico autem prolixa ſeu diuturna, & per multos ſermones. Dialogicus character dicitur, qui ſecundum interrogationem & reſpõſionem. Inſtantia eſt, quæ ex procœmijs euertit ſermonem. Antiparaſtaſis, quæ recipit quidem ſermonem ut uerum, oſtendit autem quod nihil nocet ad propoſitum. Lemnation eſt, quod aſſumptum eſt, ut confeſſum ad præparationem alicuius. Hæreſis eſt opinio plurium hominum ad inuicem quidem conſonantium, ad alios autem diſſonantium. Cõmunis intellectus eſt, qui apud omnes confeſſus eſt, ut quoniam eſt ſol. Poſitio eſt extranea opinio alicuius in ſapientia notorum, id eſt peregrinus intellectus: ut Parmenidis ſermo, quoniam unũm dixit ens: & ut Heracliti, quoniam omnia mouentur. Commune eſt, quod in multis conſideratur, uel quod de multis prædicatur. Commune autẽ quadrupliciter dicitur, uel quod in partes diuiſibile eſt, ut hæreditata terra. Vel quod in diuiſibiliter in uſu communi accipitur, nõ ſimul autem: ut unus ſeruus: uel equus unus duorum dominorum, quandoqꝫ quidem huius, quandoqꝫ autem huius iuſsionem implens. Vel quod in preaſſumptione appropriatum eſt, in commune autem remiſſum: ut in theatro locus, uel in balneo. Vel quod indiuiſibiliter in communem & eandem intelligentiam proponitur, ut uox præconis. Secundum hunc modum oportet ſumi in æquiuocis & uniuocis nomen commune. Secundum ſeipſum eſt, quod primò & ſecũdum ſubſtantiam adeſt alicui, & non ſecundum accidens: ut rationale homini. Vniuerſale eſt, quod multa ſignificat, ut homo, animal, ſubſtantia. Secundũ accidens eſt, quod poſsibile ineſſe alicui, & non ineſſe: ut homini ægrotare & ſanum eſſe. Facere dicitur in factiuis artibus, in quibus permanet quod fit, ut in fabrili & talib. Permanet enim poſt factionem lectus. Agere dicitur, in quibus non permanet opus, id eſt apoteleſma, ut in fiſtulatiua & ſaltatiua. Speculari autem dicitur intelligere, aſtronomizare, geometrizare & alia. Epinoian, id eſt intellectuationem uerſus ſermo duplicem manifeſtat. Hic quidem enim uelut epennoia quædam & epenthymiſis eſt, integram rerum & inarticulatam ſeu manifeſtam expandẽs & manifeſtans ſpeculationem & cognitionem, ut quod ſenſu uiſum eſt eſſe ſimpliciter, multa negociatione intellectus multiplex et uarium manifeſtari. Verbi gratia: Homo ſimplex apparens, intellectu duplex cognoſcitur, ex anima & corpore compoſitus. Hæc autem fictio & formatio mentis exiſtit ſecundum cõplexionem ſenſus & phantaſiæ, ex entibus nequaquam entia componens, & opinans. Talis autem eſt centaurorum & ſirenarum & tragelaphorum fabuloſa fictio: totorum enim partem aſſumens, & ex partibus aliquid componens, ſecundum multam & poteſtatem & facultatem, quæ nequaquam in hypoſtaſi & ſubſtantia conſpiciuntur, in mente & cogitationibus ſeu ſermonibus formauit, deinde & materiebus deformans in idolum finxit. Hæc autem dicitur modus intellectus. Vnio fit ſecundum differentes modos. Vel enim ſecundum maſſam fit, ut in differentibus farinis commaſſatis & mixtis. Vel ſecundum adhæſionem, ut in ære & plumbo. Vel ſecundum harmoniam, ut in lapidibus & lignis. Vel ſecundum fuſionem, ut in liquefactilibus & metallicis: liquefactilibus quidem, ut cera & pice & talibus. Vel ſecundum commixtionem ſeu contemperationẽ: ut in humidis, uino (ſi contingit) & aqua, uino & melle. Secundum compoſitionem autem unio eſt, in adinuicem partium ſine exterminatione circumınceſsio, ut in anima habet & corpore: quam unionem quidam & ſyncraſin, id eſt commixtionem ſeu contemperationem uocarunt, uel connaturationem. Secundum autem quod quidam patrum craſeos (id eſt mixtionis, ſeu temperationis) nomen in eo quod ſecundum Chriſtum myſterio non ſuſcipiunt, ſecundum compoſitionem aut unionem omnes. Hæc autem eſt ſecundum hypoſtaſim unio, uel ſecundum compoſitionem. Secundum hypoſtaſim quidem unio eſt, ex differentibus naturis ſubſiſtens res. Et rurſus, ſecundum hypoſtaſim unio eſt, quod ex duabus quidem rebus, in una autẽ perſona. Et adhuc, ſecundũ hypoſtaſim unio eſt, alteri hypoſtaſi accurrens natura.

Craſis

Crasis autem est corporum iuxtapositio, qualitatum cōtraincesio. Et rursus: Crasis est coniunctio corporum commiscentium seu contemperantium ad inuicem eas, quæ in ipsis qualitates. Crasis est substantiarum ad inuicem alteratarum concursus, & earum quæ circa ipsas qualitatum reimmisio. Est unio & quę secundum iuxtapositionem, assimulatur autem ei quæ secundum harmoniam. Rursus unio dicitur personalis, cum quis alterius induens personam, pro ipso eos qui pro ipso facit sermones. Et unio habitudinalis, ut amici ad amicum. Nestorius autem & alias intellexit uniones, secundum dignitatem aio & cohonorationem, & identitatem uoluntatis, & beneplacentiam & æquiuocationem. Oportet autem cognoscere, quoniam in ea quę secundum hypostasim unione intelligibilia, & uniuntur potentibus ipsa recipere, ut concorrupta et unita, manent inconfusa & incorrupta & incommunicata ut adiacentia, talem enim naturam habent intelligibilia.

Definitiones Philosophiæ sunt sex. Cap. XLIX.

Philosophia est cognitio entium secundum quod entia sunt, id est naturę ipsorum. Philosophia est cognitio diuinarum & humanarum rerum Philosophia est meditatio mortis & electiuę & naturalis. Philosophia est assimulatio Deo, secundum quod possibile homini. Assimilamur autem secundum iustum & sanctum et bonum. Iustum est æqualis distributiuum, id est, neque iniustum facere, neque iustum pati, neque accipere personam in iudicio, sed reddere unicuique secundum opera ipsius. Sanctum autem, quod super iustum, id est bonum, iniustum sustinere, & remittere iniuriam facientibus, & magis benefacere ipsis. Philosophia est ars artium, & scientia scientiarum, Philosophia enim mater est omnis artis. Per ipsam enim omnis ars inuenitur. Philosophia est amor sapientiæ. Sapientia autem uera Deus est. Dilectio igitur erga Deum, ipsa uera est philosophia. Diuiditur autem philosophia in speculatiuum & actiuum. Speculatiuum in theologicum, mathematicum, physiologicum. Mathematicum in arithmeticum, musicum, geometricum, astronomicum. Actiuum autem in morale, œconomicum, politicum. Speculatiuum est intelligere & incorporalia & immaterialia, id est, de Deo quidem primò & principaliter est incorporeum & immateriale, deinde & de angelis & dæmonibus & animabus, quæ & ipsa quantum ad corpus immaterialia dicuntur, etsi ad principaliter immateriale, ut est Deus, materialia sint. Hoc igitur est theologicum. Speculatiuum autem speculatur & materialium naturam, id est animalium & plantarum, & lapidum, & talium, quod est physilogicum. Speculatur autem & media horum: quæ quandoque quidem in materia considerantur, quandoque autem extra materiam: & media sunt immaterialium & materialium, quod est mathematicum. Numerus enim immaterialis est secundum seipsum. Consideratur autem & in materia, frumento, si contingit, uel uino. Dicimus enim decem modios frumenti, & decem sextarios uini. Similiter & in reliquis speciebus mathematici. Actiuum autem morem ornat: & qualiter oportet conuersari, docet. Et si quidem unum hominem erudit, dicitur morale: si autem domum totam, dicitur œconomicum: si uerô ciuitatem integram, dicitur politicum. Sciendum, quòd quatuor sunt Dialecticæ methodi, id est logicæ. Diuisiua, quæ diuidit genus in species per medias differentias. Definitiua, quæ à genere & differentijs quibus diuisit diuisa, definit subiectum. Resolutiua, quæ composita resoluit in simpliciora, hoc est, corpus in humores, humores in fructus, fructus in quatuor elementa, elementa in materiam & formam. Demonstratiua, quæ per medium aliquod demonstrat propositum. Verbi gratia: proponitur mihi ostendere quòd anima immortalis est: assumo quoddam medium, semper mobile, & syllogizo sic: Anima semper mobilis est, & semper mobile immortale est, anima ergo immortalis. Sciendum, quoniam syllogismi demonstratiuæ sunt. Oportet autem cognoscere quòd resolutiua triplex est. Est enim naturalis, ut quæ prædicta est. Est & rationalis resolutio, cum propositum syllogismum resoluimus in propriam figuram.

Est & Mathematica, cum accipimus quæsitum ut confessum, & obuiamus in quoddam confessum, unde uenatum est propositum. Verbi gratia: Si quæsitum, si immortalis

immortalis sit anima hoc quæsitum accipio ut confessum, & dico: Quia immortalis anima, sunt retributiones bonorum & prauorum actuum: si autem sunt retributiones, est iudicatum & iudicans: si autem est iudicatum & iudicans, est prouisor & prouidentia. Obuiauimus igitur in prouidentiam, quæ apud omnes confessa est: inde iam secundā compositionem dico, quia est prouidentia & iudex, sunt retributiones: quia sunt retributiones, est iudicatum: si autem est iudicatum, immortalis est ergo anima.

De ea quæ secundum hypostasim unione. Cap. L.

OPortet cognoscere, quòd secundum hypostasim unio unam hypostasim unitorū perficit compositam, saluantem conuenientes ad unionem naturas, et harum differentiamm, & harum naturales proprietates, incōfusas & inuertibiles in seipsa: ipsa autem ad seipsam neq; unam hypostaticam habet differentiam. Ipsius enim fiunt utriusq; conuenientium ad unionem characteristicæ differentiæ, quibus utrunq; ex homoideis diuiduntur, ut in anima & corpore. Vna quidem ex utrisq; perficitur, Petri (si cōtingit) uel Pauli hypostasis cōposita: saluat autem in seipsa duas perfectas naturas, & eam quæ animæ, & eam quę corporis, & horum differentiam incommassatam, & horum proprietates incōfusas. Habet autem in seipsa utrasq; characteristicas proprietates, & eas quæ animæ, separantes ipsam à reliquis animabus: & eas quæ corporis, separātes ipsum à reliquis corporibus, nequaquam separantes animam à corpore, sed unientes & copulantes, simul autem ex ipsis cōpositam unam hypostasim separantes à reliquis homoideis hypostasibus. Cum autem semel naturæ ad inuicem secundum hypostasim receperint unionē, indiuisibiles manent ad perfectum. Etsi enim separatur anima à corpore in morte, sed hypostasis utrorunq; una & eadem est. Hypostasis enim est in principio existentiæ uniuscuiusq; secundū seipsum confixio. Manet igitur corpus & anima, unum semper principium suijpsorum habentia & existentiæ & hypostaseos, etsi separantur ab inuicem. Oportet autem cognoscere, quoniam naturas quidem uniri ad inuicem secundum hypostasim contingit: ut in homine, & naturam assumi ab hypostasi, & in ipsa subsistere possibile, quæ utraq; in Christo conspiciuntur. Etenim in ipso & naturæ diuina & humana unitæ sunt, & in præexistente Dei uerbi hypostasi subsistit animata ipsius caro, & ipsam habuit hypostasim. Ex duabus naturis autem unam naturam perfici compositam, uel ex duabus hypostasibus unam hypostasim, omnino impossibile: quia impossibile, contrarias substantiales differentias in una natura coexistere ad inuicem. Harum enim est opus, distare facere ad inuicem naturas in quibus existunt. Et rursus impossibile, semel secundum seipsa subsistentia, alterum principium hypostaseos habere. Hypostasis enim secundum seipsum est existentia. Sciendum autem, quod in sancta trinitate hypostasis est imprincipatus modus sempiternæ existentiæ uniuscuiusq;. Oportet autem scire, quòd quando composita sit natura, oportet unius temporis partes esse, & ex alteris alterum perfici, non custodiens, sed uertens & alterans ea ex quibus compositum est, ut ex quatuor elementis perfecto corpore aliud ex alijs factum est, & neq; ignis perfectus, neq; aliud aliorum est uel dicitur, ut ex equo & asino mulus: neq; enim equus uel asinus est uel dicitur, sed ex alteris alterum, neq; qnodcūq; eorum ex quibus compositum est, custodiens inconfusum & inuertibile.

DIALECTICAE FINIS.

IOANNIS DAMASCENI IN THEOGONIAM PRINCIPIVM VERSVVM, ALDO

Manutio Romano interprete.

BOniloquij cantibus hymni hi canunt
Filium Dei, hominum gratia natum
In terra, & soluentem multi luctus nocumenta mundi.
Sed ô Rex, locutores libera ab his laboribus.
Saluauit populum miraculificans herus,
Liquidam maris undam terrenans olim.

Non inuitus

Non inuitus autem natus ex puella, callem accessibilem
Poli ponit nobis: quem secundum substantiam,
Aequalemque patri & mortalibus glorificamus.
Portauit uenter sacratus uerbum,
Manifestè incombusto figuratus rubo,
Commixtum formæ mortali, Dei,
Euæ miserum uentrem maledictione uetusta
Soluens amara, quod mortales glorificamus.
Ostendit stella quod ante solem, uerbum
Profectum ad sedandum peccatum, Magis
Palàm pauperem in speluncam, misericordem
Te fascijs inuolutum: quod læti
Viderunt idem & mortale, & Dominum.
Annue ad hymnos seruorum benefactor,
Inimici humilians elatum supercilium,
Ferensque ô omniuidens peccato
Super immobiliter firmatos
O beate cantores firmamento fidei.
Sponsæ perpuræ ualde diuitem partum
Videte supra sensum dignus factus chorus.
Agricola mouebatur mirabili modo,
Ordinem, canentemque, incorporeorum
Regem Christum inseminabiliter incarnatum.
Celsitudini imperans cœlorum, ob misericordiam
Est secundum nos ex innupta uirgine,
Immateriale ens ante, sed in extremis
Verbum impinguatum carne, prolapsum
Vt ad se traheret primò formatum.
Generis mortalis reformationem olim
Canens propheta, abacum prænunciat
Videre indicibiliter dignus factus formam:
Nouus infans enim ex monte uirginis
Exiuit, populorum ad reformationem, uerbum.
Par processisti mortalibus sponte
Celsissime, carne assumpta de uirgine
Virus purgare draconici capitis,
Ducens omnes ad lucem uitiferam,
Deus existens, ex portis insolaribus.
O gentes quæ olim corruptione obrutæ,
Perniciem simul inimici fugistis,
Exaltate manus cum plausibus hymnicis,
Solum colentes Christum ut benefactorem,
Nostro tempore misericorditer profectum.
Ex radice nata Iessæ uirgo,
Terminos præterijsti mortalium substantiæ,
Patris enixa ante secula uerbum,
Quemadmodum complacuit ipsi, sigillatum
Ventrem percurrere uacuitate mirabili.
Ex noctis operibus obtenebratis errore,
Propiciationem nobis Christe uigilanter
Nunc complentibus hymnum, ut benefactorem
Venias porrigens, facilemque callem,
Quo percurrentes, inueniamus gloriam.
Crudeli inimicitia in se Dominus

Incisa penitus carnis in præsentia,
Vim dominantis destruxit animi corruptoris,
Mundum connectens immaterialibus substantijs,
Ponens mansuetum genitorem creaturæ.
Populus uidit ante obscuratus,
Post diem lumen supernæ facis,
Gentes Deo autem hæreditatem filius affert,
Præbens illic indicibilem gratiam,
Vbi plurimum effloruerat peccatum.
Habitans Ionas in profundis marinis,
Venire precabatur & procellam destruere.
Vulneratus ego autem tyrannizantis iaculo,
Christe, aduoco malorum interfectorem
Citius uenire te ob meam segnitiem.
Qui erat in principio apud Deum Deus Verbum,
Nunc corroborat non potentem olim,
Conspicatus seruire nostram substantiam,
Demisso sese, secundum communionem
Rursus præmonstrans passionibus liberam.
Venit propter nos Abrahæ ex lumbo
Perniciose prolapsos in obscuritate peccatorum
Filios suscitatum, inferius innuentium
Lumen habitans, & præsepe indignè,
Nunc complacens in mortalium salutem.
Omnium regis spreuerunt desiderio
Infinitè nascentis hamati
Pueri tyranni odiosam Deo blasphemiam,
Quibus paruit ignis multus Domino
Dicunt, In secula benedictus es.
Ministros quidem iracundè comburit,
Saluat autem feruens impetuose iuuenes
Septuplicibus ardoribus adaucta,
Quos coronabat flamma multa, Domino
Præbente pietatis gratia rorem.
Auxiliator Christe mortalibus contrarium
Scutum incarnationem indicibiliter habens
Confudisti, diuititas diuinitatis ferens.
Formatus nunc cuiusdam propter spem
Desuper in latebras uenimus obscuritatis.
Asperum, incontinenter superbiens,
Non seuerè debacchans, furens
Mundi submersisti omnipotenter peccatum.
Quos traxit ante, hodie autem ex retibus
Saluas, incarnatus uolans ô benefactor.
Matricem incombustibiliter figurant uirginis
Antiquæ igne uoluti iuuenes
Supernaturaliter parientem, sigillatam.
Domino autem faciens miraculo uno
Populus ad hymnum exercitat gratia.
Nocumenta cum fugit deificandi errorem,
Indesinenter laudat exinanitum uerbum
Iuueniliter omnis cum tremore creatura,
In gloriam gloriam timens ferre,
Fluxa facta, & si sapienter expectabat.

Venisti

Venisti errabundam ad pascuum conuertens
Floriscum ex desertis collibus
Gentium surrectio, hominum natura,
Fortitudinem uiolentam mortalicidæ ad extinguendū,
Virc̨ uisus & Deus prouidentia.
Amare quidem nos tanquam in periculosum timore
Facile silentium, desiderio autem ô uirgo
Laudes texere intensim positas
Difficile est: sed etiam ô mater robur,
Quanta affectio, præbe.
Formas obscuras, & umbras eductas
O mater pura uerbi conspicati,
Iuuene uiso ex ianua clausa,
Dignificatic̨ ueritatis luce
Dignè tuum benedicimus uentrem.
Desiderium sortitus & Dei præsentiam,
Christi lætus populus dignificatus,
Nunc autem precatur, regenerationis
Vt uitæficæ gratiam ô uirgo
Tribuas pura, adorare gloriam,

IN EPIPHANIAM

HOdie puri iaciens Dei luce
Spiritus sepelit in aquis peccatum,
Cōburens omni dominantis bonus filius, propicius aūt
Cantoribus cantuum horum præbet gratiam.
Ambulat maris procellosum salum,
Terram rursus Israel ostensam,
Niger autem pontus triequites Aegyptios
Tegit, simul aquistratus tumulus
Robore forti dextræ excelsi.
Aurora uisa mortalibus lucifera
Nunc ex deserto, ad fluxus Iordanis
Rex subtenuisti solis tuum collum
Ex loco obscuro generis principem rapuisse,
Sordec̨ omni expurgare creationem.
O sine principio fluxibus consepultum tibi nate
Iuuenem facis corruptum deceptione.
Hanc ineffabiliter à patre acceptus
Vocem optimam, hic amatus
Aequalisc̨ mihi filius dicat naturam.
Quot ex antiquis soluti sumus laqueis,
Ex uoratu leonum fractorum maxillas,
Exultemus, & dilatemus os
Sermone, placentes ex sermonibus cantilenas,
Quo à nobis lætificatur donis.
Mortem qui prius inseuit creaturæ
Ferre malefactor figuratus in naturam,
Obscuratur carnali aduentu,
Vt aurora apparenti appropinquans domino,
Vt frangeret suum inimicissimum caput.
Trahit ad seipsum structideam naturam,
Ventris tyranni confossam terminis.
Regenerat rursus terrigenis reformatione
Opus optimum reficiens Dominus:

Vu s Venit

Venit enim ipsam iuuare uolens.
Igni curatus mysticæ speculationis
Laudans propheta mortalium nouificium,
Frangit uocem spiritu applausam,
Incarnationem ostendente indicibilem uerbi,
Quo dominorum potentiæ contritæ sunt.
Missum à patre quàm illustrissimum uerbum,
Noctis persequi maliuesperam retentionem,
Ab radice uenis & mortalium peccatum,
Filios contrahereq́ tuo lauacro
Beata illustres ex fluentis Iordanis.
Ipsum intuens perinclytum uerbum
Manifeste præco exclamat creaturæ:
Hic præexistens mihi, secundus carruncula,
Conformis splenduit, diuino robore
Inimicissimum nostrum destruere peccatum.
Pascuum ad ipsum uitæ ferum ferens
Venatur, draconum nidis incurrens,
Infinitos circulos deijciens Deus uerbum,
Calcaneoq́ percutientem omne genus,
Hunc incarcerans, saluat creaturam.
Inimici obscuri & inquinati
Venenum purgatione spiritus loti,
Nouum appulimus inerrabilem callem,
Ducentem impropinquam ad delectationem
Solis propinquam, quos Deus pacificauit.
Videns formator in obscuritate peccatorum
Catenis infugibilibus quem articulat digitis,
Constituit circa humeros, attollens supra,
Nunc in multifluis uorticibus eluens
Dedecore antiquo Adam ingratitudinis.
Cum pietate accurramus festinanter
Ad fontes immaculatos fluenti saluatoris,
Verbum adspicientes ex immaculato
Antiliam afferentem sitis diuinæ,
Mundi clementer medicantem morbo.
Desideratum manifestauit cum prædiuite
Voce pater, quem ex uentre eructauit,
Nempe dicit: Hic congenitus filius existens
Lumilucus exiuit ex hominum genere,
Verbumq́ meum uiuens, & homo prouidentia.
Ex marino leone triuesper hospes
Propheta in uisceribus inflammatus,
Rursus exiuit, regenerationis
Salutem dracone ex mortalicida
Omnibus præmonstrans temporibus in ultimis.
Apertis poli perillustribus rugis,
Discipulus uidet à patre uenientem,
Manentemq́ spiritum in perpuro uerbo,
Profectũ ut columbam indicibili modo,
Populisq́ ostendit accurrentem Domino.
Adussit fluento draconum capita
Is qui fornacis sublimem flammam
Iuuenes ferentem pios sopiuit.

Difficiles

Difficiles comprehensu tenebras ex peccato
Totas lauatq; rore spiritus.
Te figurantem Assyriam flammam
Stupefacientem sistis in rorem deductam,
Aquam unde nunc indutus es urentem,
Diabolum pessimum, Christe, absconditum,
Ad lubricam euocantem uiam.
Effracto Iordane olim,
Isthmum transit populus Israëlita,
Te fortissimum inferentem creaturam
Festinanter nunc in fluxibus describens
Ad illubricam & meliorem uiam.
Scimus primum perniciosum diluuium
Miserè te omnium ad destructionem inducere,
O quàm maxima faciens & admirabilia,
Nunc autem obruentem Christe peccatum
Ob misericordiam & mortalium salutem.
Libera quidem creatura cognoscitur,
Filijq; luminis antè obtenebrati.
Solus gemit tenebrarum prefectus.
Nunc benedicat extensum causam,
Quæ prius misera gentium omnis generatio,
Tres pij ignite rorati,
Splendidum tribus illuminose glorijs
Apertè manifestabant altissimam naturam,
Mixtionem mortali igni uertentem in rore,
Precabiliter omne perniciosum erratum.
Albo induatur omnis terrestris natura,
Ex causa nunc cœlorum eleuata:
A quo enim omnia seruata sunt uerbo,
Fluentibus fluentis abluta peccatis,
Quæ antè fugit persplendidè lota.
O propter supra mentem partus tui miracula
Sponsa perpura, mater benedicta,
Ob quam assecuti perfectam salutem,
Dignum plaudimus ut benefactorem,
Donum ferentes hymnum gratiarum actionis.
Scimus quæ Mosi in rubo ostensa sunt,
Hic maris legibus perfecta:
Sic enim saluata est ignifera uirgo,
Lumiferum enixa benefactorem,
Iordanisq; fluenta accepisse.
Virgis perficiens mortalem substantiam
Rex sine principio, spiritus communione
Fluxibusq; immaculatis purgans, & tenebrarum
Robur uilipendensq; elatum
Nunc ad indesinentem retribuis uitam.

IN PENTECOSTEN.

O Deigenum uerbum, spiritum aduocatum rursus alid
Ex genitoris finibus misisti terrestribus
In similitudine ignis linguis ferentē diuinitatis immate-
Signum tuæ generationis & gratiā cantoribus. (rialis
Diuina tectus tardilinguis nebula,
Elocutus est à Deo scriptam legem:

Materia enim abiecta, oculis mentis
Videt entem, & didicit spiritus
Cognitionem laudans diuinis cantibus.
Dixit seuerum & uenerandum os,
Diuisio uobis non fiet ô amici:
Ego enim ad paternum excelsum thronum
Confidens effundam spiritus
Splendere desiderantibus gratiam infinitam.
Terminus profectus uerissimum uerbum
Tranquilliforme implet cor:
Opere enim expleto lætificauit amicos
Flatu uiolento & ignis glossematis
Dato spiritu, Christus ut pollicitus est.
Effregit uentris sterilis uincula
Iniuriamque intolerabilem fœcudæ
Solo oratio prophetissæ olim
Annæ, ferentis spiritum contritum
Ad potestatem, & Deum cognitionum.
Incomprehensibilis est Dei principalissimus:
Rhetores enim demonstrauit illiteratos
Satis sophistas mutire faciendo sermone,
Et à profunda nocte extrahendo
Populos infinitos fulgur spiritus.
Erat procedens ex ingenita luce
Omnipotenti lucificus incorruptus splendor,
Cuius per filij paternam substantiam
Nunc manifestat cognatam facem
Ignita uox in Sion gentibus.
Rex regum solus ex solo, solum
Verbum procedens à patre incausato,
Aequipotentem tuum spiritum apostolis
Verè illustrando misisti ut benefactor
Cantantibus potentiæ tuæ ô Domine.
Balneum diuinum regenerationis
Verbo miscens compositam naturam,
Suppeditas mihi aquam ex incorrupto
Vulnerato tuo latere ô Dei uerbum,
Sigillans feruore spiritus.
Flectunt omnia consolatori genu,
Filioque patris, patri congenitissimo.
In personis enim nouit tribus substantiam
Vere inaccessibilem, * intenxetem, una.
Illuxit enim lumen gratia spiritus,
Seruitis omnes Dei principalissimæ
Quod serui triluminis substantiæ.
Super naturaliter perficit enim ut benefactor,
Et igni format Christus in salutem,
Totam porrigens gratiam spiritus.
Solubilem purgationem criminum
Ignispirum accipite spiritus rorem
O filij luciformes ecclesiæ:
Nunc ex Sion enim exiuit lex,
Linguigniformis spiritus gratia.
Sicut dignum patuit sponte sua liberaliter

Domino

Domino carens descendit spiritus à patre,
Sapientificans in linguis apostolos,
Insigillans uitæ uerum uerbum,
A patre acutiformi, quod pater ait.
Curabat mentes quidem à peccato
Et sibi apparabat apostolorum
Deus uerbum omnium princeps immaculata domo,
Aequiroboris autem & consubstantialis
Nunc informatur spiritus lumen.
Propiciatio nobis Christe & salus
Præsens illuxisti ex uirgine,
Vt tanquam prophetam ex fera marina
Pectoribus Ionam, à corruptione eriperes
Totum Adam omnigenam cadentem.
Desideratum celerem in interioribus
Aeternè habentibus spiritum nouans,
A patre processum undiq; coexistentem
Materiæ inimicæ ustibilem inquinationem,
Sordisq; omnis purgatiuum ô omnipotens.
Appetibilem dignitatem apostolis
Sionensibus expectantibus tuam præsentiam,
Cognitionem spiritui à patre geniti uerbi,
Nugationem impudentem gentium poppysmatum
Celeriter ostendens igniflanter requiescas.
Concors clamauit instrumentorum cantus,
Adorate auream inanimatam imaginem.
Paracleti autem lucifera gratia
Dignos facit clamare, O Trinitas sola
Aequipotens sine principio, benedicta es.
Vocem à propheta dictam qui ignorarunt,
Dicebant à uino factam stulti ebrietatem.
Loquelæ aduenæ auditæ sunt ut apostolorum.
Pij autem tibi uocamus diuinitus
Nouificè uniuersi, Benedictus es.
Vatem pertonuit uidens uocem
Diuini Ioelis Dei principalissimi,
Quibus effluam dicentis tanquam uerbum
Spiritus mei conclamabunt, O natura
Trilumiluca benedicta es.
Tertia quidem partita est horarum gratiam,
Vt demonstraret treis substantias
Adorare in simplicitate libertatis.
Sed in una nunc dierum domina,
Filius, pater, & spiritus, benedictus es.
Soluit uincula, & rotat flammam
Triluminis principatus forma.
Laudant pueri, laudate solum
Saluatorem & cunctificum & benefactorem
Creata uniuersa creatura.
Memoriam Christus mortales saluantium uerborum,
Quæ à patre audiuit, apostolis dixit.
Spiritus præparat linguignito spectaculo
Sedens, benedictum assimilata,
Alienata uerò laudat te creatio.
Saluabiliter sua potestate iens

Lux per se splendida, & datrix luminis
Existens, uenisti implere apostolos,
Honoratum tanquam halitum tuis seruis
Illustremque spiritum distribuas.
Cecinit prophetarum spiritiferum os,
Tuum corporaliter ô Domine aduentum,
Et spiritum finibus paternis productum
Increatum confactorem, confessorem tuum,
Quòd misisti incarnationis fidelibus cultum.
Salue regina matriuirginalis gloria,
Omne enim beneuolubile, benedicum os,
Eloquens non potest te laudare dignè.
Caligat autem mens omnis tuum partum
Cognoscere, unde te cum desiderio glorificamus.
Cantare decet naturam uiuificantem puellam:
Sola enim in uteris occultauit uerbum,
Aegrotanti medens mortalium naturæ:
Qui dextris sedibus nunc sedens
Patris, misit gratiam spiritus.
Quoscunque inspirauit deiflua gratia
Splendentes, fulgurantes, permutati,
Hesternam permutationem decentissimam
Aequipotentem indiuisibilem cognoscentes,
Sapientem trilucam substantiam glorificamus.

In Dominicam Pascha.

Resurrectionis dies: splendescamus populi pascha Domini pascha: è morte enim ad uitam, & ex terra ad cœlum, Christus Deus nos traduxit, uictoriam canentes.

Expurgemur sensus, & uidebimus inaccessibili luce resurrectionis Christũ effulgentem, & gaudete: dicentem apertè audiemus, uictoriam canentes.

Cœli quidem dignè lætentur, terra aũt exultet: ferietur autem mundus, uisibilisque omnis & inuisibilis: Christus enim excitatus est lætitia sempiterna.

Agite potionem bibamus nouam, non ex saxo sterili monstrificatũ, sed incorruptionem fontem è sepulchro pluente Christo, in quo solidamur.

Nunc omnia repleta sunt lumine, cœlumque & terra & terrestria: ferietur autem omnis creatio suscitationem Christi, in quo solidata est.

Heri contumulabar tibi Christe, conresurgo hodie resurgenti tibi: unà crucifigebar tecum heri, ipse me conglorifica saluator in regno tuo.

In diuina custodia diuiloquus * Abbacum stet nobiscum, & ostendat luciferum angelum clarè dicentem: Hodie salus mundo, quoniam surrexit Christus ut omnipotens.

Mas quidem, ut aperiens uirginantem uterũ, apparuit Christus: ut mortalis autem, agnus appellatus est: immaculatus aũt, ut sine gustu maculæ, nostrum pascha: & ut Deus uerus, perfectus dictus est,

Vt anniculus agnus, quæ benedicitur nobis corona, Christus sponte pro omnibus sacrificatus est pascha purgatiuũ, & rursus ex sepulchro speciosus iustitiæ nobis splenduit sol.

Diuipater quidem Dauid ante umbrosam arcam saltauit exultans, populus autem Dei sanctus, signorum euentum uidentes, lætemur diuinè, quoniam surrexit Christus ut omnipotens.

Vigilemus mane profundo, & pro unguento hymnum afferamus Domino, & Christum uideamus iustitiæ solem, omnibus uitam exorientem.

Immensam tuam misericordiam inferni catenis contenti intuiti, in lucem festinabant Christe exultanti pede, pascha plaudentes æternum.

Accedamus facigeri aduenienti Christo ex monumento, ut sponso: & unà feriemur cum amicis festorum ordinibus, pascha plaudentes æternum.

Descendisti in infima terræ, & contriuisti uectes æreos, eisque detentos expedisti Christe: & triduanus, ut ex cete Ionas, exurrexisti è sepulcro.

Seruatis signis sospitibus Christe, suscitatus es è sepulcro. Qui claues uirginis non offendisti in fœtura tua, & reserasti nobis paradisi portas.

Saluator meus, uiuensque, & in mactata uictima, ut Deus seipsum sponte adducẽs patri, unà suscitasti omnigenum Adam, surgens è sepulchro.

Qui pueros è fornace liberauit, factus homo, patitur ut mortalis: & per passionem, mortale ipsũ incorruptionis uestijt decore: solus benedictus patrũ Deus & pgloriosus.

Mulieres cum unguentis Deo affectę, post te accurrerunt: quem autem ut mortalem cum lachrymis quærebant, adorarunt gaudentes uiuentem Deum, & pascha arcanum Christi discipulis bene nunciarunt.

Mortis celebremus mortificationem, inferni destructionem, alterius uitæ sempiternæ primitiarum, & salientes cantemus causam: solum benedictũ patrem Deum, & pergloriosum, & supergloriosum.

Quàm uere sacra & tota festiua hæc salutaris nox, & splendiluca, splendigeri diei suscitationis existens prænuncia, in qua intemporeum lumen è sepulchro corporaliter omnibus effulsit.

Hæc uocata est sancta dies, una sabbatorum, regina & domina, festiuitatũ festiuitas, & celebritas est celebritatũ, in qua benedicimus Christum per secula.

Agite noui uitis fructus, diuinæ delectationis in insigni die resurrectionis: regnum Christi participemus, laudantes ipsum ut Deum per seculà.

Leua circumcirca oculos tuos Sion, & uide: ecce enim uenerunt tibi diuiluci, uelut faces ab occasu, & aquilone & mari & oriente filij tui, in te benedicentes Christũ p secula.

Illuminare illuminare noua Hierusalem, gloria enim Domini in te orta est: salta nunc & exulta Sion, tu uerò sancta delectare deipara in suscitatione tui fœtus.

O diuinam, ò amicam, ò dulcissimam tuam uocem: nobiscum infallaciter enim promisisti fore usque ad fines seculi Christe, quam fideles ancoram spei tenentes exultamus.

O pascha magnũ & sacratissimum Christi, ò sapientia & uerbum Dei, & potentiæ. Da nobis à figura remotius, te participare in non uesperascenti die regni tui.

In Assumptionem Saluatoris nostri Iesu Christi.

SAluatori Deo, qui in mari populum pedibus immadidis per iter duxit, & Pharaonem cum uniuerso exercitu demersit: ipsi soli canamus, quoniam glorificatus est.

Canamus omnes populi in humeros Cherubim ascendenti cum gloria Christi, & collocanti nos in dextera patris, cantum uictorialem, quoniam glorificatus est.

Mediatorem Dei & hominum, Christum chori angelorũ spectantes cum carne in excelsis, obstupescebant: consonanter autem recinebant cantum uictorialem, quoniam glorificatus est.

Potentia crucis tuæ Christe solida meam mentem, ad canendum & glorificandum tuam salutarem ascensionem.

Ordines angelorũ Christe mortalem naturã spectantes unà ascendentem tecum, incessanter admirantes glorificabant.

Exaudiui Domine auditionẽ potentiæ crucis, quod paradisus apertus est per ipsam: & clamaui, gloria potentiæ tuæ Domine.

Assumptus es in gloria angelorum rex, paracletum nobis à patre mittere, ut clamemus, gloria potentiæ tuæ Domine.

Vt adscendit saluator ad patrem cum carne, admirati sunt ipsum angelorũ exercitus, & clamarunt, gloria potentiæ tuæ Domine.

Supernæ potestates, superioribus clamabant: Portas attolite Christo nostro regi, quem concinimus unà cum patre & spiritu.

Vigilantes de luce, clamamus tibi Domine: Salua nos, tu enim es Deus noster, extra te alium non nouimus.

Implens lætitia uniuersa misericors, supernis potentijs cum carne peregrinatus es.

Angelorum potentiæ sublatum te uidentes, portas (clamabant) regi nostro attollite.

Circuiuit

Circuiuit me abyssus, sepultura mihi certe extitit: ego autē clamaui ad te humanum, & seruauit me dextera tua Domine.

Saltarunt apostoli, uidentes sublimem hodie creatorem latum: spe spiritus & timore clamabant, gloria ascensioni tuæ.

Adstiterunt angeli, clamantes Christe discipulis tuis: quemadmodū spectastis Christum leuatum, sic carni ueniet iustus omnium iudex.

Vt uiderunt te saluator noster supernæ potentiæ in excelsis sublatum cum corpore, in timore clamabant: magna Domine humanitas tua.

Qui in fornace ignis cantatores seruauit pueros, benedictus Deus patrum nostrorū.

In humeris Christe errantem tollens naturam, assumptus, Deo & patri adduxisti.

Qui in nebula luminis assumptus, & saluasti mundū: benedictus Deus patrum nostrorum.

Qui ascendisti è terra ad incorporeum patrem, benedictus Deus patrum nostrorum.

Ex patre ante secula natū filium & Deum, & in ultimis temporibus incarnatū ex uirgine matre sacerdotes canite: populus superexaltate per omnia secula.

In duabus substantijs uolantem uitæ datorem Christum in cœlos cum gloria & cum patre sedentem: sacerdotes laudate, populus superexaltate per omnia secula.

A seruitute creationem idolorum saluantem, & ponentem ipsam liberam apud proprium patrem: sacerdotes laudate, popule superexaltate per omnia secula.

Sua ipsius descensione qui obruit inimicum, & sua ipsius ascensione qui exaltauit hominem: sacerdotes laudate, popule superexaltate per omnia secula.

Te supra mentem & rationem matrem Dei, in tempore intemporeum indicibiliter enixam: fideles unanimiter magnificamus.

Te saluatorem mundi Christum Deum apostoli uidentes diuinitus exaltantem: cum timore exultantes, magnificamus.

Te descendentem usq; ad extrema terræ, & hominem saluantem, & ascensione tua superexaltantem hunc, magnificamus.

Aue deipara mater Christi Dei: quem enim peperisti hodie ex terra suprauolantem cum angelis uidens, magnificasti.

IN TRANSFIGVRATIONEM DOMINI nostri Iesu Christi.

Moses Dei faciem in Thabor uidit.

MOses in mari propheticè conspicatus in nebula, & in columna olim ignis gloriā Domini, exclamabat: Redemptori & Deo nostro canamus.

Vt petra corpore protectus deificato, inuisibilem intuens Moses Dei spectator, exclamabat: Redemptori & Deo nostro canamus.

Tu in monte legali & in Thaboreo uisus es Mosi in tenebris olim: in lucem aūt nunc inaccessam diuinitatis.

Obumbrans gloria in tentorio prius, & Mosi alloquens tuo seruo figura facta est illustris indicibiliter in Thabor tuæ Domine transfigurationis.

Conuenerunt tecum ô uerbū unigenitū excelsum, apostolorum summitas in monte Thabor, & simul adstiterunt Mosesq; & Elias, ut Dei serui sole humano.

Deus totus existens, totus mortalis factus es, tota diuinitate miscens humanitatem in substantia tua, quam in duabus substantijs Moses Eliasq; uiderunt in monte Thabor.

Ex carne tua radij diuinitatis egrediebantur, prophetarum & apostolorum, unde electi canentes exclamabant, Gloria potentiæ tuæ Domine.

Rubum seruans illæsum congredientem igni, Mosi deilucam carnem ostendisti Domine canenti, Gloria potentiæ tuæ Domine.

Absconsus est radius diuinitatis sensibilis sol, ut in monte Thaboreo uidit te transfiguratum Iesu mi. Gloria potestati tuæ Domine.

Ignis nos urens, materiem corporis uisus est immaterialis, ut Moses & tu apostolis uisus Eliasq; Domine, uns ex duobus in duabus perfectis naturis.

Eloquens lingua, tua magnalia non potest loqui: ut imperans enim uitæ, & morti dominans,

minans, constituisti in Thabor monte Mosen & Eliam, testantes tuam diuinitatem.

Qui manibus inuisibilibus formans secundum imaginem tuam Christe hominem, archetypam tuam in figmento pulchritudinem ostendisti, non ut in imagine, sed ut ipse ens per substantiam Deus factus & homo.

Commixtus inconfuse carbonem ostendisti nobis diuinitatis, comburentem quidē peccata, animas autem illuminantem, in Thabor monte Mosen & Eliam, discipulorūq; principes obstupuerunt.

Quàm magnum & terribile uisum est spectaculum hodie: è cœlo sensibilis, è terra uerò incomparabilis effulsit sol iustitiæ, intelligibilis in monte Thabor.

Præterijt quidem umbra legis infirmata: uenit autem manifestà Christus ueritas. Moses exclamauit in Thaboreo, intuens tuam diuinitatem.

Columna Mosis Christum transfiguratum, nebula autem manifestè gratiam spiritus obumbrantem in Thaboreo manifestabat apertissimè.

Nunc spectata sunt apostolis inuisibilia, diuinitas incarruncula in monte Thabor fulgens, clamantibus: Benedictus es Domine Deus per secula.

Horruerunt timore stupefacti decorem diuini regni in monte Thabor apostoli, clamantes: Benedictus es Domine Deus per secula.

Nunc inaudita audita sunt: sine patre enim filius de uirgine, paterna uoce gloriose testificatur tanquam Deus & homo idem per secula.

Positione non natus es excelsi, substantia autē filius dilectus præexistens, nobis conuersatus es inimitabiliter: Benedictus es Domine Deus per secula.

Audientes Domine à patre testificatum, & ut humano solidiorem aspectu uidere faciei tuæ fulgur non ferentes tuum discipuli, in terram decidebant in timore, cantantes: Pueri benedicite, sacerdotes concinite, populus superexaltate per omnia secula.

Regnantiū es rex pulcherrimus, & ubiq; dominantiū Dominus, princeps beatus, & lumen habitans inaccessibile, cui discipuli stupefacti clamabāt: Pueri benedicite, sacerdotes concinnite, populus superexaltate per omnia secula.

Tanquam cœlo dominanti, & terræ regnanti, & subterraneorum Dominum habenti Christe tibi adstitueruut, è terra quidem apostoli: tanquam è cœlo autem Thesbites Elias, Moses uero ex mortuis, canentes incessanter: Pueri benedicite, sacerdotes concinite, populus superexaltate per omnia secula.

Segnitijparæ curæ in terra derelictæ apostolorum delectu ô humane, ut te sequuti sunt ad è terra sublimem diuinam rempublicam, unde & digna tuam Dei apparentiam canebant sortiti: Pueri benedicite, sacerdotes concinite, populus superexaltate per omnia secula.

Vt tuam ostendas apertè arcanam secundam descensionem, ut excelsus Deus uidearis stans in medio Deorum apostolis in Thabor Mose cum Eliaq; ineffabiliter splenduisti, ideo omnes te Christum magnificamus.

Agite mihi, parete mihi populi ascendentes in montem sanctum, supercœlestem, immaterialiter stemus in ciuitate uiuentis Dei, & inspiciamus mente diuinitatem immaterialem patris & spiritus, in filio unigenito effulgentem.

Demulxisti desiderio me Christe, & alterasti diuino tuo amore, sed combure igne immateriali peccata mea, & impleri eis quæ in te delicijs dignum fac, ut duas saliens magnificem bone præsentias tuas.

In festum Annunciationis beatißimæ Virginis, carmen.

AVdi puella, uirgo pura, dicat iam Gabriel consilium altissimi antiquū: uerum fias ad susceptionem prompta Dei: per te enim incomprehensibilis cum mortalibus conuersatur. Ideo & gaudens clamo, Benedicite omnia opera Domini Dominum.

Intellectus omnis uincitur mortalium, respondit uirgo quærens: Quæ mihi loqueris inopinanda, læta sum tuis uerbis: sed timeo stupefacta, ne deceptione me ut Euam, longe mittas à Deo. sed tamen iam clamo: Benedicite omnia opera Domini Dominum.

Ecce tibi puella dubium solutum est. dicit ad hæc Gabriel: Bene enim dixisti rem inconiecturabilem, sermonibus tuorū labiorum parens, reliquū ne dubita ut figmēto, ut

re autem

re autem crede:ego enim gaudens clamo: Benedicite omnia opera Domini Dominũ.

Lex hæc à Deo mortalibus irreprehensibilis, rursus dicit communis amoris partum præuenire:nescio coniugalem penitus uoluptatẽ,quomodo igitur dicis quòd pariam: timeo ne deceptione loquaris:sed tamen iam clamo, Benedicite omnia opera Domini Dominum.

Verba quæ mihi dicis ò ueneranda,angelus rursus clamat,consueta sunt fœturæ hominũ mortalium . uerẽ Deũ tibi annuncio supra rationemq; & mentem incarnatum uit nouit ex te,ideo gaudens clamo:Benedicite omnia opera Domini Dominum.

Videris mihi ueritatis orator,deposuit uirgo:lætitię communis enim uenisti angelus: anima igitur quia purgata sum spiritu, secundum uerbum tuum fiat mihi, habet in me Deus ad quem clamo:Benedicite omnia opera Domini Dominum.

Tanquam animatam Dei arcam tangat nequaquam manus non initiatorum: labra autem fidelium Deiparæ,intacitè uocem angeli retinentia, in retinentia clament: Aue gratia plena,Dominus tecum.

Supra intellectum concipiens Deum,naturæ leges latuisti puella: tu enim pariendo, quæ matrum sunt,transcendisti, lubrica natura quamuis constituta, unde dignè audis: Aue gratia plena,Dominus tecum.

Quo nam modo scaturis lac uirgo pura,non fert enarrare liugua mortalis: admirabile enim naturæ ostenditur res, legalis terminos partus transgrediens, unde dignè audis: Aue gratia plena,Dominus tecum.

Admirabile sacra monstranti Mosi rubus & ignis ostendit signũ, quærens autem fin in transitum temporis,in puella pura dixit petspicere, uelut Deiparæ dicatur: Aue gratia plena,Dominus tecum.

Daniel te montem uocat intelligibilem,genitricem Dei Esaias,uidet autem ut uellus Gedeon,Dauid autem sacrarium dicit, ianuã uerò te alius, Gabriel autem tibi clamat: Aue gratia plena,Dominus tecum.

Ad Dominum.

Quàm horribile iudicium tuũ Domine,angelis assistentibus,hominibus inductis,libris apertis,operibus inquisitis, rationibus respondentibus? quale iudicium erit in me concepto in peccatis? quis meam flammam extingueret,nisi tu Domine misereare mei ut humanus?

Ad Deiparam.

Inuituperabilem Deipara spem tuam habens seruabor,defensionẽ tuã possidens quam pura,non timebo:persequar inimicos meos, & in fugam uertam, solam habens ut thoracem protectionem tuam,& omnipotens auxilium tuum:& deprecor clamans tibi: Domina, salua me intercessionibus tuis, & eleua me è tenebroso somno ad tuam glorificationem potentia ex te incarnati Dei.

Ad eandem.

Gloriosa, semper uirgo, mater Christi Dei, adduc nostram deprecationẽ filio tuo & Deo,ut saluet per te animas nostras.

Ad Dominum.

Misere nostri Domine,miserere nostri: omnis enim defensionis inopes,hanc tibi precationem ut Domino peccatores afferimus:Miserere nostri Domine,miserere nostri.

Ad eundem.

Domine miserere nostri,in te enim confidimus:ne irascaris nobis ualde, neq; memineris delicta nostra,sed aspice & nunc misericors,& libera nos ab inimicis nostris: tu enim es Deus noster,& nos populus tuus:omnes opera manuum tuarum,& nos nomen tuum inuocauimus.

Ad Deiparam.

Ad Deiparam.

Misericordiæ ianuam aperi nobis benedicta Deipara: sperantes igitur in te, ne aberremus: liberemur per te à calamitatibus: tu enim es salus generis hominum.

Ad eandem.

Multas agnoscens multitudines meorum Deipara peccatorum, ad te confugi sancta, salutis indigens: uisita ægrotantem meam animam, & pete à filio tuo & Deo modò dari mihi remissionem, quæ feci, malorum, sola sancta, sola benedicta.

Ad eandem.

Omnem spem meam in te repono mater luminis, serua me sub protectionem tuam.

Ad Archangelum.

Cœlestium exercituum princeps exercitus, precamur te nunc indigni, ut tuis precibus munias nos regimine alarum tuarum, sempiterna tua gloria custodiens nos procidêres, & fideliter clamantes, à periculis libera nos, sicut ordinis princeps superiorum potestatum.

In inuentione capitis Præcursoris, ad Baptistam.

Sicut diuinum depositum occultum terræ Christus detexit caput tuum nobis ô propheta & præcursor: omnes igitur simul profecti, in huius inuentione cantibus deiloquis saluatorem laudamus, saluantem nostras animas supplicationibus tuis.

FINIS.

IOAN. DAMASCENI HISTORIA DVORVM CHRISTI MILITVM E' GRAECO IN LATINVM VERSA.

CVM cœpissent monasteria construi, ac monachorum congregari multitudines, & illorum uirtutum & angelicæ conuersationis felix fama fines orbis occuparet, & usq; ad Indos perueniret, eosdem ad similem zelum excitauit: ita quod multi eorum omnia desererent, ac peterent deserta, & in corpore mortali conuersationem susciperent angelorum. Rebus igitur sic bene se habētibus, & aureis (ut dicam) pennis multis in cœlum uolantibus, surrexit quidam rex in eadem prouincia Auennir nomine: magnus quidem factus diuitijs & potentia, & contra aduersarios suos uictoriosus, & in bellis strenuus. Erat enim corporis magnitudine pariterq; uultus decore uenerandus, omniumq; mundialium rerum citò marcescentium successibus gloriabatur: secundum uerò animam ultima grauabatur inopia, multis malis suffocatus. Gentilis namq; erat professionis, nimiumq; superstitioso errori idolorum deditus. Cumq; in multis delitijs uiueret, & delectationibus atq; iucunditatibus præsentis uitæ deditus esset ex toto corde, nihilq; quod uellet atq; desideraret ei deesset: unum tamen uidebatur esse quod lætitiam illius minuebat, curisq; ac solicitudinibus ipsius animam affligebat, uidelicet sterilitatis malum: nam filios habere nō poterat, & idcirco multum solicitus erat quatenus tali uinculo solueretur, & pater filiorū uocaretur: quæ res multis est optabilis. Talis itaq; rex erat, & talem intentionē habebat. Glorosissimum uerò genus Christianorum & monachorū multitudines, regis cultum uilipendentes, & prorsus minas eius non formidantes, proficiebant Christi gratia, ad sermonis meliorem plenitudinem traditi, paruipēdentes regem regisq; sermonem: ea uerò quæ ad Dei cultum pertinebāt, studiosius agebant. Et ideo multi qui monachicum susceperant ordinem, omnes quidem æqualiter mundi delectationes à se repellebant. Ad unius uerò dei cultum tota intentione se contulerant, & pro Christo mortem sitiebant, æternam desiderantes beatitudinē.

Prædicabāt ergo sine timore aliquo, & dilatione, & ualde cōfidenter salutare dei no
& nihil aliud nisi Christū in ore habebāt. Fluidā uerò & corruptibilē naturā præsen
Col.3. rerum, & stabilitatē atq; incorruptionem futuræ uitæ apertè cunctis demōstrabant, &
ipsos illis exemplū præbebāt, & prædicationis semina spargebāt, ut familiares illos D
efficerent, quatenus quæ in Christo abscondita est, uitā mererent. Hinc multi dulcissi
illam doctrinā suscipientes, amaras quidē deceptionis deserebant tenebras, clarissim
ueritatis lumini iungebant: adeò ut quidā nobiliū atq; senatorum omnia deponentes
tæ seculi onera, monachi fierent. Rex autē ut hoc audiuit ira maxima repletus, atq; fu
re succēsus, edictum ilico posuit omnē Christianū coarctari, ut negaret fidē Christi.
de nouas cōtra ipsos quidē Christianos species tormentorū excogitabat, & studiose
quirebat, nouos mortium modos minabat eis, & literas per uniuersas sibi subiectas pr
uincias delegebat principibus atq; ducibus, pœnas aduersus pios, & neces iniustas
cernēs. Præcipuè uerò aduersus monasterij ordinis præpositos furens, atrocissimū cō
eos atq; inestabile excitauit bellū. Tūc multi fideliū mente cōmouebantur. Alij uerò to
menta sustinere non ualētes, execrabili illius obediebāt præcepto. Monastici autē or
nis duces ac principes, palàm quidē atq; in facie regis impietatē redarguentes, per ma
tyrium tēporalē uitæ finē sortiebant, & æternā acquirebant beatitudinē. Alij uerò in
litudinibus & montibus abscondebant, non quòd tormenta metuerēt, sed dispēsatio
quadā diuina hoc agebant. Huiusmodi ergo obscuritate Indiam occupante, & fidelib
quidē undiq; repulsis, impietatis uerò ministris omnia tenentibus, cruoribus & nido
bus sacrificiorū etiam ipso iam aëre inquinato, quidā regis archisatrapa qui dignita
qui animi cōstantia, magnitudine atq; forma, & omnibus alijs quibus pulchritudo co
poris & fortitudo significari potest, ab alijs omnib. differebat: ut audiuit impiū illud p
ceptū ualefaciens huic uanæ gloriæ deorsum traherī, atq; delitijs tēporalibus, monac
rum præpositis semetipsum cōmiscuit, montium deserta petens: ibiq; ieiunijs & uigil
ac diuinorum eloquiorum meditationi intentus, sensus suos uigilanter emūdabat, & a
mā ab omni liberans passibili affectu, impassibilitatis lumine illustrabat. Rex autē hu
ualde diligebat, & in honore maximo habebat. Qui postquā audiuit de eo talia, dolu
quidē animo, quoniā amicum perdiderat: contra monachos uerò amplius exarsit in ir
Misit itaq; ubiq; ad eius inquisitionem, & omnem lapidem ac montium concaua & sp
luncas, ut inueniretur, perquiri fecit. Post aliquantum uerò temporis hi qui ad inquisitio
nem illius directi fuerant, ut senserunt in desertis eum habitationem habere, perscrutan
tes, inuenerunt eum. Quem comprehendentes, regis tribunali exhibuerunt. Videns au
tem rex sic in paupere & asperrimo uestitu, illum uidelicet qui splendidis aliquando in
duebatur uestimentis, & multis affluebat delicijs; nunc uerò maceratum dura anachore
seos conuersatione & eremiticæ uitæ patienter opertum uestimentis, tristicia simul & ira
Impiorū uox. replebatur, & ex ambobus sermonē miscēs, ait ad eum: O stulte & mentis perditæ, cuius
rei gratia mutasti honorem in contumeliam, & splendentem gloriam in hunc ignomini
osum ac uilem aspectum: es primus in regno meo, & meæ archistrategos potentiæ. Lu
dum puerorum temetipsum constituisti, non solum nostrę amicitiæ atq; fiduciæ oblitus,
sed & contra ipsam insurrexisti naturam, & neque propriorum filiorum misertus, diui
tias & omnem uitæ gloriam pro nihilo reputasti, & tantam inhonoratione incl[illegible] tæ præ
posuisti gloriæ. ut quid hoc fecisti? & quid hinc lucraberis quod omnibus dijs, uidelicet
& hominibus illum qui dicitur Iesus prætulisti, duramq; etiam istā & superstitiosam cō
uersationem delectationibus atque iucunditatibus dulcissimæ uitæ huius? Hæc audiens
ille homo dei, hilariter simul ac planè respondit: Si rationē à me audire uis, ô rex, inimi
cos tuos de medio prætorij tui eijce, & tunc respondebo tibi de quibuscunq; interroga
re uolueris. Illis nanq; præsentibus nullus à me tibi sermo reddetur. Præter rationē uerò,
Gal.6. torque, occide, fac q̄d uis. Mihi em̄ mundus crucifixus est, & ego mundo, ait doctor me
us. Rege autē dicente, & qui sunt inimici isti, q̄s de medio pellere me iubes? Ait uir san
Ira & cōcupiscētia, duo uehementißimi hostes. ctus, ira & cōcupiscentia. Hæc em̄ ab initio quidē cooperatoria naturæ ab autore indu
cta sunt, & nunc similiter habēt ea quæ non secundū carnē conuersant, sed secundū spiri
tū. In uobis autē qui toti estis carnei, & nihil habetis spiritus, contraria facta sunt, & quæ
inimicorū & hostium sunt agunt. Nā concupiscentia in uobis operatur quidē uoluptatē
& incitat

& incitat, ira uerò destruit. Abscedat igitur hodie ista à te: assideant uerò ad audientiam dicendorũ atq; iudicium, prudẽtia & æquitas. Si enim iram & concupiscentiã de medio tuleris, & pro his prudentiã & æquitatẽ adduxeris, omnia ueraciter dicã tibi. Ad hęc rex ait: Ecce annuens tuæ postulationi, eijciam de concilio concupiscentiã & iram, in medium uerò adducere prudentiã, & æquitatẽ faciam. Dic ergo mihi secretè, unde tibi tantus error factus est, ut quæ inani spe consistunt, præponas his quæ in manibus habẽtur & oculis uidentur? Respondens autẽ eremita, dixit: Si initium quæris ô rex, unde mihi factũ est, tẽporalia quidem despicere, totumq; meipsum æternorũ spei dedisse, audi: In diebus antiquis cum ualde iuuenis essem, audiui uerbum quoddã bonum & salutare, & me fortiter huius uirtus rapuit, & quasi cuiusdã diuini seminis huius memoria in meo plantata est corde, inseparabiliterq; semper conseruatur: adeò ut radicata sit & exorta, & quẽ certis fructum attulerit in me. Verbi uerò uirtus hæc fuit. Visum est (inquit) insipientibus ea quidem quæ sunt despicere quasi non sint: quæ uerò non sunt, quasi sint apprehẽdere & continere. Qui ergo non gustauit eorum quæ sunt dulcedinem, nõ poterit eorum quæ non sunt addiscere naturam. Ignoras autẽ quomodo ista despiciet. Existẽtia quidẽ uocauit sermo æterna & non mutabilia: non existẽtia uerò, præsentem uitam & delitias, atq; fallacẽ prosperitatẽ, quibus ô rex, malè heu cor tuum addictũ est. Ego etiam his aliquando detinebar, sed uerbi uirtus exuperãs animã meam, indesinenter incitat mentẽ meam: ad id quod melius est eligendũ. Lex uerò peccati, resistens legi mentis meæ, & quibusdã ferreis cõpedibus uinciens me, affectu præsentium captiuũ tenebat. Quando autẽ complacuit bonitati ac benignitati Saluatoris nostri dei, ut liberaret me de sæua illa cupiditate, confortauit mentẽ meam, ut uinceret legem peccati, & aperuit oculos meos, ut discernerem bonum à malo. Tunc iam consideraui & uidi, & ecce omnia præsentia uanitas & afflictio spiritus: sicut & Salomon sapientissimus dicit in suis sermonibus. Tũc sublatum est de corde meo uelamen peccati, & quæ ex corporali crassitudine superposita erat, animæ meæ nigredo tetra dissipata est, & cognoui ad quod factus sum, & quia oportet me ad autorẽ meum ascendere per ipsius operationẽ mãdatorum. Vnde omnia derelinquẽs secutus sum eum, & gratias ago ei per Iesum Christum dñm nostrum, quia eruit me de lacu miseriæ & de luto fecis, id est, potestate sæuissimi exterminatoris, principis tenebrarum seculi huius, & ostendit mihi uiam cõpendiosam & facilẽ, per quam potero in hoc fragili ac fictili corpore angelicã ducere conuersationẽ. Quam apprehendere cupiens, strictam & arduam adamaui pergere uiam, condemnando præsentium uanitatẽ & instabilem impetum istorum, ac reflexum: & nescio aliquod aliud bonũ uocare, præter illud quod uerè bonum est, à quo miserrimè tu ô rex, abruptus es & disiunctus. Vnde te deseruimus, & à tuo consortio nos separauimus, eo quòd in certam & euidentẽ te præcipitasti perditionẽ, & ad æquale urges deducere nos periculum. Nam quandiu mundanã exercuimus militiam, nihil eorum quæ decebant nos prætermisimus: sicut & ipse nobis testimonium perhibes, nec inertiæ alicuius aut negligẽtiæ aliquando crimen incurrimus. Quando uerò & ipsum omniũ bonorum principale bonũ à nobis amputare contẽdis, id est, pietatẽ & deum deserere, quod damnis est omnibus præferẽdum, & propter hoc honores ac munera repromittis: quomodo boni noticiam te habere ullam rectè dicere possim, cum ex æquo prorsus cõparas ipsa ad inuicẽ (pietatem dico in deum, & amicitiam humanam & gloriam) uelut aquam defluentẽ? Quomodo ergo tibi in hoc cõmunicare possumus, & non magis è contrario amicitiam & honorẽ & affectum filiorum, & si quid aliud erat negabimus? Videmus eñ te o rex ingratum esse deo: qui & ipsum tibi esse & respirare præbuit, qui est Christus Iesus dñs uniuersorum, coæqualis & coęternus Deo patri, qui cœlos uerbo & terram stabiliuit, hominemq; manibus proprijs formauit, & hunc immortalitate donauit, regemq; cunctorum quæ in terra sunt cõstituit, & quasi regalem sedem omnibus pulchriorẽ paradisum ei subdidit: qui inuidia diaboli deceptus & uoluptate, heu proh dolor, illectus miserrime, ab uniuersis his corruit bonis. Nam qui prius erat deo dilectus, factus est miserrimus, lachrymis propter suam miseriã omnimodo plãgendus. Sed qui nos formauerat & creauerat, benignis rursus respiciẽs oculis, opus manuũ suarũ cum Deus esset, non amittẽs q̃d erat ab initio, factus propter nos absq; peccato q̃d sumus nos, crucem sponte ac mortẽ sustinens, hostem iam supradictũ, qui primum

Rom. 7.
Eccl. 1.
Psal. 39.
Gen. 3.

parentem nostrum deceperat, deiecit, & de illius amara seruitute nos redimens, in pristinam benignissime restituit libertatem. Et unde propter inobedientiam cecideramus, illuc denuò sua nos reduxit misericordia, potiori nos pristino honore efficiens dignos. Tu autem illum qui talia propter nos passus est, & talibus nos bonis iterum dignos effecit, ipse respuis, & in illius crucem offendis. Totus uerò delicijs corporis deditus, & exterminandis subditus passionibus, & deos appellas, ignominiæ & confusionis idola: & nō tantum te ipsum cœlestium bonorum hæreditate alienū efficis, sed omnes qui tuis preceptis obaudiunt, ab hac iam deiecisti, & animarū periculo tradidisti. Scito igitur, quod ego nō credā tibi, nec acquiescā aut cōmunicabo tibi in huiusmodi contra Deum impietate, neque meum benefactorem & saluatorem negabo, etiam si me bestijs deuorandum proijcias, uel gladio & igni tradas: quod nunc est tuæ potestatis. Non enim mortē timeo, nec

Nihil stabile in mundo. amo præsentia, multā eorum cognoscens infirmitatē. Quid enim in ipsis utile est, uel sufficiens aut stabile? Nec hoc solum, sed & in ipso suo esse, grandis inest eis miseria, & multa tristitia, multaque sine intermissione solicitudinis cura. Nam lætitiæ ipsorum & delectationi omnis copulatur dolor & tristitia. Diuitiæ ipsorum sunt penuria, & sublimitas ipsorum ultima deiectio. Et quis eorum mala enumerabit? Quod tamen per modica uerba mi-

Ioannis 5. hi meus theologus insinuat, inquiens: Mundus totus in maligno positus est. Et, Nolite diligere mundū, neque ea quæ in mūdo sunt, quoniā omne quod in mūdo est cōcupiscētia carnis est, & concupiscentia oculorū, & superbia uitæ: &, Mundus transit & concupiscētia eius. Qui autem facit uoluntatē Dei, manet in æternum. Hanc igitur uoluntatem Dei bonā exquirens, dimisi omnia, & adhæsi illius habentibus desiderium, & eundē quærentibus Deum. In quibus non est cōtentio aut inuidia, tristitia uel sollicitudo, sed omnes æqualem peragunt gressum ut ad æternas perueniant māsiones, quas parauit pater luminū diligētibus illū. Hos ego parētes, hos ego fratres, hos ego amicos & notos possedi. Ab illis uerò qui aliquādo mihi fuerunt amici & fratres, elōgaui fugiens, & māsi in solitudine, ex-

Psalm. 54. pectās Deum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate. His ita facilè & luculenter à Dei homine pronunciatis, rex cōmouebatur quidē ab ira: & amarissimè torquere sanctum uolebat, sed retardabatur denuò & reuocabatur, honorem illius atque nobilitatem reuerenter considerās. Exorsus ergo (inquit ad eum:) Vndique miser tui ipsius meditatus es perditionem, ad hanc (prout arbitror) à fortuna perductus. Acuisti nanque mentem simul & linguam tuam, quatenus fatuam istam ac uanam fabulationem garriendo effutires. Sed nisi in principio sermonis promisissem tibi, quod de medio cōcilij iram remouerem, nunc utique igni tuas carnes traderem. Quoniam uerò anticipans, talibus me circumuenisti sermonibus, suffero modò tuam procacitatem, quin & propter priorē meā erga te amicitiam. Surge ergo & fuge ex oculis meis, ne ultrà te uideam, & malè te perdā. Tunc egressus uir Dei secessit in desertum, cōtristatus quidē, quòd martyriū nō sustinuit. Martyriū tamē quotidie in cōscientia tolerabat, pugnās aduersus principes et potestates aduersus mundi rectores tenebrarū harū, cōtra spiritualia nequitiæ, sicut ait beatus Apostolus. Illo igitur abeunte, amplius rex iratus, persecutionē uehementē cōtra monachorū meditatur ordinē, ampliorique honore idolorū cultores ueneratur ac pōtifices. Cū in tali ergo rex esset errore crudeli & seductione, nascitur ei filius pulcherrimus. Qui ex ipso florido decore, quod futurū de eo erat, præfigurabat. Dicebatur enim, nequaquā in terra illa talē aliquādo apparuisse gratissimū ac speciosissimū puerū. Gaudio itaque rex maximo in natiuitate eius gauisus, hunc quidem Iosaphat uocauit. Ipse autem ad templa idolorum stultus abijt, insipientioribus se dijs immolaturus, & gratiarum actiones & hymnos & laudes redditurus, ignorās miser, quis uerè bonorū autor sit omniū, cui spirituale oportebat offerre sacrificium. Ille autem inanimatis & surdis causam pueri sibi nati adscribens, ubique transmisit ut congregarentur multitudines, ad istius pueri natalitia. Tunc uidens omnes confluere, timore regis afferentes secū que sacrificijs erant idonea, sicut cuique possibile erat, & manus illius inuenire poterat, & regalem dignitatem decebat. Maximè uerò ipse eos prouocabat ad solennitatem, tauros plurimos & maximos ad immolandū afferens. Et sic celeberrimo festo peracto, cunctos honorificauit muneribus, tum maiores quàm minores, tam nobiles quàm ignobiles. In ipsa uerò solennitate conuenerunt ad regem præelecti uiri quasi LV. circa Astronomicam Chaldæorum sapientiam uacātes,

tes. Et hos propius accersitos ad se rex, rogabat edicere singulos, quid futurus esset puer qui sibi natus erat. Illi uerò plurima perscrutãtes, dicebãt illum magnũ esse futurum in diuitijs & potentia, & supergressurũ omnes qui ante eum fuerunt reges. Vnus autẽ de astrologis excellentior cunctis, ait: Sicut ex his quę me docuerunt astrorũ cursus ualeo cõijcere ô rex, pueri huius profectus qui nunc natus est tibi, nõ in tuo erit regno, sed in alio meliori & incõparabiliter eminentiori. Aestimo uerò illũ quã persequeris Christianorũ religionẽ fore suscepturũ, nec puto q̃d sua spe ipse priuet. Hæc quidẽ astrologus dixit, sicut olim Balaam astrologia non uera pronunciate, sed Deo per aduersarios ea quæ sunt ueritatis significãte, ut omnẽ impijs excusationẽ adimeret. Rex igit̃ ut audiuit talia, grauiter hãc suscepit annunciationẽ, tristitiaq; mox illi lætitiã intercidit. In ciuitate itaq; seorsum palatiũ ædificauit speciosissimũ, & in eo cameras splendidas, artificiosè atq; operosè construxit, ibiq; puerũ posuit habitandũ. Postquã infantiæ cõpleuit ætatẽ, & inaccessibilẽ omnibus fore imperauit, pædagogos illi & ministros cõstituens iuuenes ætate, & aspectu pulcherrimos, præcipiẽs illis ut nihil horũ quæ in hac uita tristitiã generãt, manifestũ illi facerent: non mortẽ, non senectutẽ, non infirmitatẽ, non paupertatẽ, nec aliquid aliud q̃d eum contristaret, & lætitiã ei minuere posset, sed omnia iucunda & delectabilia ei proponerent: quatenus his mens ipsius iucundata & delectata, nihil omnino de futuris cogitare ualeret. Præcepit etiam ut nec modicũ uerbũ de Christo, & de ipsius dogmatibus penitus audiret. Hoc etenim magis omnibus occultare ei cupiebat, astrologi metuens prænunciationẽ. Si quẽ uerò ministrantiũ ei infirmari cõtigisset, hunc mox inde iubebat ejci: alium uerò pro ipso floridũ & sanum dabat, ut nihil omnino fœdũ uel enorme oculi uiderẽt illius pueri. Rex uerò sic ista disponebat & faciebat. Videns nanq; non uidebat, & audiens non intelligebat. Audiens autẽ quosdã monachos adhuc superesse, quorum nec uestigiũ remansisse putabat, furore replebat̃ & uehemẽtissimè contra ipsos agitabat̃. Præcones itaq; per uniuersas ciuitates & regiones præcepit discurrere, clamantes, ut nullus omnino post tres dies horum monachorũ inueniret̃; si autẽ aliqui inuenirẽtur post determinatos dies, per ignẽ & gladium perditioni traderẽtur. Isti enim sunt (inquit) qui suadent populo, ut quasi Deo, intendant crucifixo. Interea quiddã tale accidit, unde sæuior ac truculẽtior rex efficeret̃, & contra monachos ardẽtius irasceret̃. Nam uir quidã erat de nobilioribus, & qui inter primos illius regni præpollebat, uita quidẽ mãsuetus, fide pius, & suæ salutis solicitus, sed latebat propter timorẽ regis. Vnde quidã ꝑpter familiaritatẽ atq; fiduciã quã apud regẽ habebãt, qua eum arte cõuincerent meditabãt̃, & hoc facere omni solicitudine satagebant. Cum aliquãdo ad uenationẽ rex egrederet̃, cum cõsueta sibi obsequentiũ multitudine unus erat senatorũ bonus uir ille. Ambulante uerò ipso singulariter, ex diuina sibi, sicut arbitror, dispẽsatione contingit illud. Inuenit nanq; hominẽ in loco quodã nemoroso in terrã proiectum, & male habentẽ pedem à bestia contritũ. Qui uidens eum prætereuntẽ, rogabat ne pertrãsieret illũ, sed misereretur eius in tam malo euentu, & in suam domũ deferret: simul istud adijciens, q̃d non inutiliter tibi, & omnino inefficaciter (inquit) inuentus sum ego. Ille autẽ uir inclytus dicit ei: Ego quidẽ propter naturã suscipiam te, & curationẽ tibi quantũ potero exhibebo: sed quod est proficuum, quod à te mihi futurũ esse dixisti? Pauper autẽ ille & infirmus ait: Ego homo sum medicus uerborum: si enim aliquando in uerbis aut colloquijs lædatur aliquis, aut in tribulatione inueniatur, congruis medelis ita curabo, ut non amplius morbus succrescat. Igitur religiosus uir, quod dictum fuerat pro nihilo computauit. Illum uerò propter mandatum Dei conducere in domũ suam fecit, & competentem curam ei exhibuit. Suprà uerò memorati inuidi illi ac maliciosi quã nuper conceperant malignã nequiciã, ad effectum perducere non differunt. Nam derogant uiro apud regem, quia non tantum illius amicitiam obliuiscẽs, negauit deorum cultum, & ad Christianorum fidem declinauit, sed ettiam mala aduersus ipsius meditatur regnum, turbam peruertens atq; solicitãs, & sibimetipsi cũctos cõcilians. Sed si uis (inquiunt) certus fieri nihil nos fictũ dicere, uoca eum seorsum, & dic tentando, uelle te derelinquere paternã sectam & gloriã regni, & Christianum fieri, & monachicũ sumere habitum quem quondã persecutus es, quasi non bene sit à te hoc factum. Talia nequiter aduersus uirum machinantes, nouerãt ipsius uoluntatis mundissimã deliberationẽ, quia si talia à rege audiret, illi quidẽ melius requisitus

consilium esset daturus: hoc est, ut non negligeret perficere quæ bene cogitauerat, & ex hoc uera dicere illi probarentur. Rex autem erga se uiri amicitiam quanta esset non ignorans, incredibilia & falsa quæ dicta fuerant suspicabatur: nec tamen sine examinatione fore relinquendum, sed probare rem ad derogationem cogitabat. Vnde aduocans eum seorsum, ait ei, tentans: Nosti ô amice quanta mala ostendi monachis & omnibus Christianis? Nunc uerò pœnitētia ductus super hoc, & despiciens præsentia (spe illius immortalis regni quod prædicāt) ad aliam, futurā uitā cupio pertingere: nā præsens morte utiq; amputabitur. Nō aliter uerò hæc me consequi posse arbitror, nisi Christianus fiam, & abrenuncians gloriæ regni mei & cæteris delectationibus & iucunditatibus huius uitæ, eremitas & monachos requirā, ubicunq; sint, quos iniustè persecutus sum. illisq; me ipsum admisceam. Ad hoc quid dicis ipse, & quale das consilium? dic ipsam ueritatem: noui tenim super omnes ueracem & bonum hominē esse. Ille uerò ut hoc audiuit, nequaquā occultum dolum intelligens, compunctus animo & lachrymis perfusus, simpliciter respōdit: Rex in æternum uiue, consilium enim bonum & salutare reperisti. Quia etsi difficile est ad inueniendum cœlorum regnum, attamen hoc omni uirtute est quærendum. Nam qui quærit, inuenit illud. Delectatio enim præsentium, etsi in præsenti iucunda sit & delectet, sed tamen bonum est illam abijcere. Nam in ipso suo esse nō est: & quod lætificat, sēpliciter rursus contristat. Nā bona eius & tristia, umbra sunt infirmiora, & quasi uestigiū auis per mare trāseuntis, aut auis per aera uolātis mox dispereūt. Futurorū uerò spes (quā prædicant Christiani) firma est & stabilis, tribulationē tamē habet in mūdo: sed nostra nunc iucunditas breuis tēporis. ibi nihil aliud nisi pœnā solā inueniet, & tormēta per secula duratura. Nā dulcedo horum, tēporalis: dolores uerò perennes. Christianorū autē labor temporalis est, dulcedo uerò & satietas æterna. Dirigatur ergo regis bona uoluntas. Bonum enim & nimis bonum est, corruptibilia æternis cōmutare. Rex autem ut audiuit ista, ualdè contristatus est. Continuit tamen iram, & nihil tum uiro locutus est. Ille autem cum esset sapiens & subtilis ingenij, cognouit grauiter suscepisse regem uerba sua, et quòd in dolo tentauerat eum. Reuersus autem ad domum suam tribulabatur atq; grauabatur, hæsitans quali modo deliniret regem, & euaderet imminēs sibi periculum. Insomnem itaq; totam noctē ducenti, in memoriam uenit ei qui pedem læsum habuerat, & huic ad se adducto ait: Reminiscor quia dixeris te uerborū medicū, ac procuratorē esse malorum. Ille uerò inquit: Etiam, & si opus habes, ostendam tibi artē meam. Senator autē continuo narrauit ei quam ab initio apud regē amicitiam atq; fiduciam obtinebat, & paulò antè propositū sibi ab ipso rege fraudulentum colloquium, & quomodo ipse quidem bene responderit: rex uerò grauiter sermonē suscipiens, uultus immutatione internā sibi irā ostenderit. His auditis, pauper ille & infirmus parumper deliberans in semetipso ait: Notum tibi est gloriosissime, quoniā nunquā habet erga te rex suspicionē quasi uelis eius apprehēdere regnū, sed tentādo te, dixit ea quæ dixit: Surge ergo & tōde comā tuam, & exuendo uestimēta splēdida, cilicium indue, summoq; diluculo accede ad regē. Illo uerò interrogāte, quid sibi uult habitus iste, respōdebis: Pro his quæ hesterno die locutus es ô rex, ecce adsum paratus sequi te per uiā, qua desideras ambulare: nā etsi delitię sunt amabiles atq; iucundæ, sed nō cōtingit mihi his post te perfrui. Virtutis.n. uia qua iturus es (& si difficilis est & aspera) tamē tecū existēti, facilis mihi erit & plana & amabilis. Sicut enim me socium habuisti præsentium bonorū, sic & tristium habebis, ut & futurorum sim particeps tecum bonorum. Nobilis igitur uir ille infirmi uerba suscipiens, fecit iuxta quod ei locutus est. Quem uidens rex & audiens, super hæc uehemēter obstupuit, & erga se ueram uiri intellexit amicitiam. Falsa uerò quæ cōtra uirū illum dicta fuerant agnoscēs, ampliori honore, et maiori fiducia penes se sublimauit. Aduersus monachos uerò ira denuo nimium replebatur; illorū esse ista dogmata dicens, ut remoueantur homines ab huius uitæ delectationibus, & quasi incertæ somniorum spei addicantur. Iterum rex egressus ad uenandum, uidit duos monachos per eremum gradientes, quos teneri & ad se adduci præcepit, furibundeq; respiciens, & quasi ignis scintillas ex oculis iaculans, ait: Non audistis ô erronei & seductores, præcones meos apertè clamantes, ut nullus uestræ superstitionis post tres dies in ciuitate aut regione meæ potestatis inueniretur, alioqui igne cremaretur? Monachi autem dixerunt: Ecce, inquiunt, quemadmodum iussisti egredimur de tuis ciuitatibus

ciuitatibus & regionibus. Lōga autē nobis uia imminente ꝑgendi ad fratres nostros, necesse habuimus cibū emere ut haberemus expensas, ne in uia fame deficeremus. Rex autē ait eis: Mortis minas metuens, escarū mercimonijs non adhibet studiū. Responderunt monachi: O rex bene dixisti, quoniā mortem timentes solicitudinem gerunt, qualiter illam euadere possint. Sed q̄ sunt isti, nisi qui corruptilibus dediti rebus, his inhiantes sunt, qui nullum bonum sperantes illic inuenire, radicitus inhærēt præsentibus, & ideò timēt mortem? Nos autem qui ex multo iam tempore odiuimus mundū & quę in mundo sunt, & strictam & arduam pergimus uiam propter Christū, neq; mortem timemus, neq; præsentia diligimus, sed futura tantum desideramus. Quoniam ergo à uobis mors illata nobis propter testimoniū sit æternæ uitæ & melioris, amabilis nobis est magis quàm terribilis. Rex ergo monachos argumentatione uolens comprehendere, ait: Quid aūt? non'ne paulò antè dixistis uos discedere, idcirco quia ego iusserā? Et si mortē nō timetis, quare fugam arripuistis? ecce & ista uana iactātes mentiti estis. Tunc responderunt monachi: Non à te minatā mortem timentes fugimus, sed miseremur tui: & ne abundantioris condēnationis tibi causa efficiamur, cogitauimus discedere, nō quòd tuas ullo modo minas formidem9. Ad hęc rex iratus, iussit illos igne cremari: & cōsummati sunt Christi famuli, per ignē martyrij coronam adepti. Tunc rex edictum posuit, ut sicubi quis inuenirenē monachorum, sine interrogatione necaretur. Et ita nullus relictus est huiusmodi ordinis in regione illa, nisi hi qui in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ semetipsos absconderant. Hæc quidem taliter se habebant.

Filius autem regis, de quo sermo ab initio dicere cœpit, in præparato sibi palatio inaccessibilis existēs, ad ætatē peruenit adolescētiæ, omni Aethiopū & Persarum disciplina imbutus, non minus anima quàm corpore fulgebat, sapiēs & prudēs, & omnibus bonis cluens: quæstionesq; naturales doctoribus suis proponebat, ita ut mirarenē ipsi de uelocitate ingenij eius, & intellectu: stuperet etiā rex & gratiā uultus eius, & animæ constantiā. Mandata uerò dedit his qui cum ipso erant, ut nihil omnino eorū quę in uita hac tristitiam generāt notificarent ei, neq; hoc q̄d mors præsentes delectationes amputat. Vanæ enim incūbebat spei, & istud uerbū quasi in cœlū sagittare conabatur. Sed quando naturam hominū mors latère potest? Et quomodo puer iste ignoraret eam, qui mentem omni intellectu exornatā possidebat? Pensabat uerò in semetipso, cur eum inaccessibilē fore pater adiudicauerat, & omni uolenti ad eum ingredi non permittebat introire: Nouerat enim quòd non sine patris sui imperio istud fiebat. Tamen uerebatur interrogare eum, nec omnino interrogandū esse arbitrans, certus quod non inutilia pater ei aliquo modo prouideret: simul etiam attendēs, quod secundū uoluntatē patris res agitur, & si interrogaret, nunquam ei pater ueritatē aperiret. Vnde ab alijs, & non à patre ista discere excogitauit. Vnum uerò ex pædagogis amabiliorem cæteris in partem traxit. Quem interrogauit, cur se pater infra muros reclusisset: adiungens, Quod si hoc ueraciter manifestum mihi feceris, mihi charus eris præ omnibus, & testamentum perennis amicitiæ disponam tecum. Pædagogus itaq; cum esset & ipse sapiens, & sciret pueri intelligibilē & perfectā prudentiam, ne sibi quandoque idem puer actor periculi fieret, cuncta ei enucleatim reserauit: id est, aduersus Christianos indictam à rege persecutionem, & præcipuè contra eremitas, & q̄modo effugati sunt & eliminati de omni in circuitu regione illa, qualiaq; in natiuitate eius astrologi prænunciauerunt, Ne ergo inquit, audiens illorum doctrinā, hanc præponas nostræ sectæ, non multos tecum colloqui uoluit, sed bene sibi probatos & fideles circa te nos constituit, mandata nobis tribuens, ut nihil tibi tristiū uitæ notificaremus. Hæc ut audiuit iuuenis, nihil aliud apposuit loqui. Tetigit quippe cor illius sermo salutaris, & Parācleti gratia intellectuales eius oculos aperire cœpit, ad uerū conductura Deum, prout sequens sermo declarabit. Frequenter uerò pater eius ad uidendū puerum ueniebat: nā excellēti amore diligebat eum. Quadā autē die intulit ei filius: Discere à te cupio ô dn̄e rex, unde tristitia assidua & solicitudo continua corrodit animā meam. Pater uerò ut hæc audiuit, cōcussa sunt mox omnia uiscera eius, & ait illi: Dic mihi amātissime fili, quæ est quæ te detinet tristitia, & cōtinuò ipsam in gaudiū conuertere festinabo. Qui dixit illi: Quid sibi uult quod intra muros istos & portas concludens, me inaccessibilē prorsus & incontemplabilē cunctis constituisti? Tunc pater ait.

Nolo fili ut uideas aliquid quod cor tuum poſſit amaricare, & tibi lætitiam amputare: in delicijs enim iugibus & gaudio perenni, & hilaritate uiuere te per omne ſeculum deſidero. Ait autem patri filius: Bene ſcias domine, quoniam iſto modo non in gaudio & lætitia uiuo, ſed in tribulatione potius & anguſtia multa: in tantum ut & ipſe cibus & potus inſipidus mihi appareat & amarus. Videre enim deſidero quæ extra portas iſtas ſunt omnia. Si ergo uis ne doloribus deficiã, iube quò uoluero procedere, ut animo queã delectari cõtẽplatione rerum quas hactenus non uidi. Contriſtatus eſt igitur rex ut audiuit talia, perpendebatq́; quod ſi denegaret ei quod petebat, amplioris ei triſtitiæ & ſolicitudinis author exiſteret. Tũc ait illi, Ego fili tuo deſiderio ſatisfaciã. Electos igitur equos adduci continuò, & obſequium regale & idoneum, præcedere eum imperans: quocunq; uellet pergere permiſit, diligenter præcipiens miniſtris eius, ut nihil fœdum in occurſum ei ueniret, omni cautela ſatagerent: ſed omne bonum & iucundum ei demonſtrarent, chorosq́; plaudentes in canticis, & omni genere muſicorum eum antecedere, & uaria delectationis ſpectacula facerent, ut his mens eius uacaret & iocundaretur. Igitur ſic frequentans proceſſiones regis filius, uidit die quadam clàm miniſtris duos uiros, quorum unus quidem leproſus, cæcus uerò alter erat. Quos uidens contriſtatus eſt animo, & dicit his qui ſecum erant. Qui ſunt iſti & qualis horum fœdus aſpectus? Illi non ualẽtes quod ad aſpectum illius uenerat occultare, dixerunt. Paſſiones iſtæ ſunt humanæ, quæ ex materia corrupta, & corporis mala cõplexione hominibus ſolent accidere. Et ait adoleſcens: Omnibus hominibus nunq́d iſta cõtingere ſolẽt? Dicunt illi: Nõ omnibus, ſed quibus ſubuertitur ſanitas ex humarum malorum abundãtia. Rurſus ergo interrogauit puer, Si non omnibus hominibus iſtud contingere ſolet, ſed quibuſdum: ergo noti ſunt quos apprehenſura ſunt iſta mala, an indefinitẽ & improuiſè ſuperueniunt? Reſpondẽt illi, Et quis hominum futura præuidere poteſt, & diligenter cognoſcere? Hoc enim humanã naturam ſupergredit, ſolisq́; hæreditarium eſt dijs immortalibus. Et ceſſauit quidem regis filius interrogare. Super hoc uerò quod uiderat doluit corde, & immutata eſt ſpecies uultus eius propter inconſuetudinẽ rei. Poſt multos uerò dies, rurſus progrediẽs reperit ſenem inueteratũ dierum multorũ, rugoſam habentẽ faciem, diſſolutis brachijs, & dorſum inclinatũ, & toto capite cano, carentẽ dentibus, & balbutiendo loquentẽ. Stupefactus igitur aſſumit eum, & propius adducẽs interrogat, diſcere cupiens uiſionis miraculum. Præſentes autem dixerunt: Iſte iam plurimorum exiſtit annorum, paulatimq́ue imminuta ſibi uirtute, & ægrotantibus membris, ad hanc quam cernis peruenit miſeriam. Quis eſt, inquit, huius finis? Illi autem dixerunt: Nihil aliud quàm mors iſtum ſuſcipiet. Sed & omnibus, inquit, hominibus iſtud imminet, an aliquibus tantum? Reſponderunt ei: Niſi mors præueniens hinc transferat hominem, impoſſibile eſt annis ſuccedentibus, non ad iſtius uenire ſtatus experientiam. Et ait puer: Igitur in quot annis ſupuenit alicui? & ſi penitus mors imminet, & non eſt ars hanc euadendi, quin ad hanc perueniat miſeriam. Dicunt ei: In octoginta quidẽ uel centum annis ad hanc ſenectutem deueniũt homines, deinde moriuntur: nec aliter fieri poteſt. Debitum nanq; naturale mors eſt, ab initio inditũ hominibus, & ineuitabilis huius aduẽtus eſt. Hæc omnia ut uidit & cogitauit ſapiens & prudens iuuenis, ingemiſcens de profundo cordis, ait: Amara eſt uita iſta, & omni dolore & amaritudine plena. Si hæc ita ſe habent, quomodo ſecurus poterit eſſe aliquis, mortem incertam præſtolando, cuius aduentus non tantum inuitabilis, ſed & incertus eſt, ſicut dicitis? Et abijt, iſta intra ſe ſeruans, & inceſſanter cogitãs, & frequẽter habens de morte memoriã: & ob hæc in doloribus & defectionibus iuuenis continuã habebat triſtitiã. Dicebat enim in ſemetipſo, Ergo'ne aliquando me mors apprehẽdet? Et quis erit memoriã mei faciens poſt mortem, tempore obliuioni omnia tradente? & ſi moriens in nihilũ diſſoluar: aut eſt aliqua uita alia, & alius mũdus? Hæc & his ſimilia inceſſanter cogitans, pallidus tabeſcebat. In præſentia autem patris, quando contingebat uenire illum ad eum, fingebat hilaritatẽ & lętitiam, nolens ad noticiam patris ſui meditata peruenire. Deſiderabat autem incomprehenſibili quodam deſiderio, & æſtuabat inuenire aliquem qui poſſet ſibi certificare cor, & ſermonem bonum auribus eius infundere. Sæpe uerò memoratum pædagogum rurſus interrogabat, ſi alicubi cognoſceret uirum aliquem, qui poſſet ei auxiliari ad id quod deſiderabat, & mentẽ illius confirmare malè in cogita-

in cogitationibus fatigatam, & non ualentem repellere harum solicitudinem. Ille autem prædictorum denuò recordatus, dicebat: Dixi tibi iam pridē, quomodo pater tuus sapientes & eremitas illos semper de talibus philosophantes, alios quidē interimit, alios uerò cum ira persecutus est: & nō cognosco modò quenquā in hac regione remāsisse. Multa igitur super his tristitia ille repletus, & in animo malè sauciatus, assimilabatur uiro qui magnum thesaurum perdiderat, & ad eius inquisitionē totam mentem suam cōuerterat. Hinc in agone assiduo & solicitudine uiuebat, & omnia delectabilia & iucunda mundi erant in oculis eius quasi inquinamenta quædā & abominatio. Sic ergo habente se iuuene, & desiderante secundum animā bonum inuenire, uidit eum qui cuncta cernit oculis, nec despexit, qui uult omnes saluos fieri, et ad agnitionē ueritatis uenire: sed suā solitā benignitatē in hoc ostendens, notam fecit ei uiam qua oportebat eum ambulare, modo tali.

In illo tempore fuit quidam monachus, diuina prudentia sapiens, uita & sermone ornatus, qui ad summam perfectionem totius monasticæ professionis peruenerat. Vnde uerò uenerit, & ex quo genere fuerit, non habeo modò dicere. In deserto quodam terræ Sennaar sibi cellam fecerat, & sacerdotij decorabatur gratia. Barlaam huic seni nomen erat. Hic ergo relatione diuinitus sibi facta, cognouit ea quæ circa filium regis agebantur. Qui egressus de eremo ad seculum descendit, & mutato habitu suo, uestimentisq; secularibus indutus, ascendit nauem ad partes Indiæ profecturus: & negociatorem se esse simulans, applicuit ad ciuitatem in qua regis filius palatium habebat. Ibiq; multis diebus commoratus, diligenter inquirebat de eo & de his qui ministrabant ei. Vt autem didicit supradictum pædagogum inter reliquos plus ei familiarem esse, accedens ad eum seorsum, ait illi: Cognoscere te uolo domine mi, quoniam negociator ego sum, & de remota ualde regione huc ueni. Et est mihi lapis preciosus, cui similis aliquando inueniri non possit, & nulli usq; modo hunc manifestaui. Tibi uerò iam manifestum facio, sapientem te atq; prudentem uirum cōsiderans, rogans, ut introducas me ad filium regis & tradam illum ei. Omnibus enim bonis incomparabiliter excellit. Valet quippe cæcis corde lumen conferre sapientiæ, aures surdorum aperire, & mutis uocem reddere, & sanitatem infirmitatibus exhibere, stultis sapientiam dare, dæmones effugare: & totum quod bonum est & amabile, largiter se possidenti tribuere. Dicit ad eum pædagogus: Video te hominem stabilis & prouectæ prudentiæ, uerba autem tua in immensum te gloriari insinuant. Lapides enim eximios & preciosas margaritas minimè tibi possum enarrare quot uiderim. Habentes uerò tales quales dixisti uirtutes, neque uidi neque audiui: tamen ostende mihi ipsum, & si est secundum uerbum tuum, mox inferam hunc ad regis filium, & honores quam maximos & munera suscipies ab ipso. Priusquam tamen certificer ueraci oculorum uisione, impossibile est mihi domino meo regi, de te manifesta hæc eximia nuciare. Barlaam uerò ait: Bene dixisti: neque uidisse aliquando, neque audisse te tales uirtutes & operationes: nam sermo qui à me promptus est, non de re qualicunq; est, sed de mirabili quadam & magnifica. Quoniam uerò petisti uidere istum, audi uerba mea: Lapis iste preciosus cum præfatis operationibus & uirtutibus adhuc habet & istam uirtutem. Non ualet contemplari eum fortuitò, qui sanam non habet oculorum uisionem & integrā, castum etiam corpus, & nullo modo inquinatū. Si enim aliquis ista duo non bene habet, temerariæ inspiciet preciosum lapidē istum, & istā quā habet uisibilem uirtutē & mētem perdet. Ego uerò cum expers non sim artis medicinalis, cōsidero oculos tuos sanos non esse, & uereor, ne & huius quā habes uisionis priuationē incurras, & ego tibi tanti mali autor existam. Filium autē regis audiui uitam quidē ducere pudicam, oculos uerò pulcherrimos & sanos, & clarè uidentes habere. Quapropter illi ostendere thesaurum istm confisus sum. Tu ergo non negligenter de hoc disponas, neq; re tali dominum tuum priues. Ille autem dixit ad eum, Si sic ista se habent, noli mihi lapidem ostendere. In peccatis etenim multis uita mea sorduit, neq; uisionem oculorum incolumen sicut dixisti, habeo: sed ego tuis adhibēdo fidem sermonibus, notificare ista domino meo regi non pigritabor. Dixit ista, & ingressus, diligenter omnia filio regis annunciauit. Ille autem ut audiuit sui uerba pædagogi, gaudio quodam & lætitia spirituali sensit cor suum aspiratum, & anima illius diuinitus illustrata est. Iussit itaque statim introduci uirum.

Lapis preciosus.

Igitur

Igitur postquam introiuit Barlaam, salutauit eum. Tunc præcepit eum sedere, & pædagogum abscedere. Quo discedente, dixit Iosaphat seni: Ostende mihi lapidem preciosum de quo quædam magnifica & mirabilia te dicere meus narrauit pædagogus. Tunc Barlaam sic fari cœpit ad illum: Iniustũ est ô rex, falsò ac temerariè aliquãdo me dicere tuæ excellenti gloriæ. Cuncta etenim quæ tibi de me manifestata sunt, uera existunt & indubitabilia. Sed nisi prius experimentum tuæ capiam prudentiæ, incongruum est my-

Marci 13. sterium hoc tibi manifestare. Ait enĩ Dominus meus: Exijt qui seminat seminare. Et dum seminat, alia quidem ceciderunt secus uiam, & uenerunt uolucres, & comederunt illa. Alia uerò ceciderunr in petrosa, ubi non erat terra multa, & confestim exorta sunt, eo quòd non haberent profundam terram. Sole uerò exorto æstuauerunt: & quia non habebant radicem aruerunt. Alia uerò ceciderunt inter spinas, & surgentes spinæ suffocauerunt ea. Alia ceciderunt in terram bonam, & dederunt fructum cẽtuplum. Si ergo terram inuenero in corde tuo fructiferam & bonam, non tardabo diuinum ibi seminare semen, & magnum mysterium tibi reuelare. Si uerò petrosa est, & uia conculcabilis omni uolenti, melius est nequaquam hoc salutare in illa spargere semen, & in direptionem ipsum ponere uolucribus & bestijs: ante quas omnino non proijcere margaritas mandatum accepi. Sed confido de te meliora, & uiciniora saluti: quia & lapidem uidebis preciosum, & radio luminis eius lux & ipse mereberis effici, & fructum afferes centesimum. Propter te enim laborem sustinui, & longam peragraui uiam, ut ostendam tibi quæ nunquam uidisti, & doceam te quæ non audisti. Dixit autem ad eum Iosaphat: Ego quidem uenerande senex, desiderio quodam & amore incomprehẽsibili, quæro sermonem audire nouum aliquem & bonum, quia ignis intrinsecus in corde meo exardescit fortiter urens me, incitans ad discendas quasdam necessarias quæstiones, Non enim hactenus hominem reperi, qui de his me poterit instruere. Sed si inuenero sapientiam aliquẽ, & audiero ab eo uerbum salutis, nequaquam uolucribus (pro ut æstimo) siue bestijs illud dabo, neq; petrosa aut spinosa terra sicut dixisti, apparebo, sed gratanter accipiam, & sapienter seruabo. Tu uerò si quid tale nosti, non abscondas à me, sed indica mihi. Nam quoniam audiui te de terra lõginqua uenisse, sensit anima mea, & bonæ spei factus sum: quia per te quod iam diu desideraui assequar: idcirco mox ingredi feci te ad me, libenterq; suscepit quasi aliquem de familiaribus & coæatneis meis, si tamen non de mea spe fallar. Tunc Barlaam ait: Hoc bene fecisti, dignumq; regali fuit magnificentia, quoniam non apparenti intendisti paruitati, sed reconditæ factus spei es.

Nam quidam rex fuit magnus & gloriosus. Et factum est, procedente illo in curru deaurato cum regali obsequio, obuiasse illi duos uiros attritis & sordidis indutos uestibus, attenuatos macie, & pallidas facies habentes. Rex autem ilico cognouit eos, maceratione corporis & exercitij sudoribus carnẽ consumptã habentes. Vt ergo uidit illos, desiliẽs cõfestim de curru, & in terrã procidens, adorauit, & surgẽs amplexatus est eos, & affectuose osculatus. Magnates uerò illius ac proceres de hoc ualde indignati sunt, arbitrantes eum fecisse indigna regali gloria: non tamen ausi illum in facie reprehẽdere, germano fratri eius suggesserunt, ut ei loqueretᷣ, ne tantæ excellẽtiæ diadematis tantã inferret contumeliã. Qui cum fratri ista diceret, & regis inutilẽ ut sibi uidebatᷣ humiliationẽ reprehẽderet, ei rex respõsum dedit, q̃d tamen ille non intellexit. Cõsuetudo autẽ erat illi regi, quãdo sententiã mortis contra aliquẽ dictabat, præconẽ ante ianuã illius cum tuba huic officio deputata mittere, cuius uoce cognoscebãt omnes mortis reum illum existere. Vespere igitur ueniente, misit rex buccinã mortis tubicinare ante ianuam domus fratris sui. Vt ergo audiuit ille tubã mortis, de sua salute desperauit, & tota nocte sua disposuit. Summo uerò diluculo, nigris ac lugubribus indutus uestibus, cum uxore & filijs pergit ad fores palatij, flens & lugens. Quem rex ad se ingredi fecit, & uidẽs eum ita lugentem, ait illi: O stulte & insipiens, si tu sic timuisti præconem germani fratris tui, aduersus quem teipsum nihil deliquisse cognoscis: quomodo mihi reprehensionem intulisti, quia in humilitate salutaui, & osculatus sum præcones Dei mei sonorabilius tuba mortem mihi significãtes, & terribilẽ domini occursum, cui multa & magna meipsum peccasse cõscius sum? Ecce deniq; tuã arguẽs insipientiã, isto usus sum modo: Nũc uerò

& illorum

& illorum qui te ad meam submiserunt reprehensionem, stultitiam omnibus modis apertè arguere curabo. Et ita instruens fratrem suum, domum remisit: præcepitque autem fieri de lignis arcellas quatuor, & duas quidem undique auro coopertas: ossaque mortuorũ putentia mittens in eis, aureis obfirmauit seris. Alias uerò duas pice & bitumine liniens, repleuit lapidibus preciosis, & inæstimabilibus margaritis, & omniũ unguentorũ odoribus, funiculisque cilicinis astrinxit. Deinde accersiri fecit reprehensores suos: magnates uidelicet illos ac proceres, & posuit ante eos ipsas arcellas, ut æstimarẽt quanto quidem istæ, quanto uerò illæ precio sint dignæ. Illi itaque duos quidẽ deauratas, quia precij maximi sunt, iudicauerunt: Expedit enim (inquiunt) in ipsis diademata regalia reponi. Quę uerò illita pice & bitumine fuerant, uili quodam & exili precio dignas dixerunt. Rex autem dixit ad illos: Sciebam & ego talia uos esse dicturos. Exterioribus enim oculis exteriora cernitis. Et tamẽ non ita oportet facere, sed internis oculis intrinsecus recõdita expedit uidere, siue honorem seu contumeliam: & mox præcipit, ut aperirentur arcellæ deauratæ. Reseratis igitur illis, dirus quidam fœtor exhalauit, & fœdissimus uisus est aspectus. Ait ergo rex: iste typus est eorum qui splendidis quidem induuntur uestimentis, multa uerò gloria & potentia sunt elati: sed intrinsecus mortuis ac fœtentibus malignisque operibus referti sunt. Deinde piceatas bituminatasque præcipiens dissolui & aperiri, cunctos qui aderant lætificauit, eorum quæ intus reposita erant splẽdore & odore. Tunc ait ad illos: Scitis quibus similia sunt ista? humilibus illis qui uilibus operti erãt uestimentis, quorum uos exteriorem attendentes habitum, cõtumeliam putastis, me autem prostraui ante faciem illorum in terram ad orationem: ego uerò intellectualibus oculis reuerentiam illorum & decorem considerans animarum, glorificatus sum quidem horum tactu, omnique corona & uniuersa regali purpura preciosiores istos existimaui. Illos igitur ita confundens, docuit ne errarent in his quæ foris apparent, sed interna attenderent. Secundum illum itaque pium ac sapientem regem tu quoque fecisti, bona spe suscipiens me, quæ te non decipiet, sicut ego æstimo.

Dixit autem ad eum Iosaphat: Ista quidem omnia bene & conuenienter dixisti: sed illud uolo discere, Quis est dominus tuus quẽ in initio sermonis de semine illo dixisse asseruisti? Rursus igitur repetẽs sermonẽ Barlaam dixit: Si meum uis dñm agnoscere, dominus est Iesus Christus, unigenitus filius dei, beatus & solus potens, rex regũ & dñs dominantiũ, qui solus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilẽ, cum patre & spiritu sancto glorificandus. Nõ enim sum ego de illis, qui multos istos & inordinatos deos inuocant, & inanimata hæc & surda colunt idola: sed unum deum cognosco & confiteor, in tribus personis glorificandum (patrem inquam & filium & spiritum sanctum) in una uerò natura & substãtia, in una gloria & regno indiuiso. Ita ergo in tribus personis unus deus sine initio est, & sine fine æternus, sempiternus, increatus, inconuertibilis, incorporeus, inuisibilis, incircũscriptus, inęstimabilis, bonus & iustus solus, qui cuncta de nihilo constituit, uisibilia & inuisibilia. Primùm quidem inuisibiles uirtutes, & cœlestes innumerabiles quasdam multitudines, & incorporales administratorios spiritus magnitudinis dei: deinde inuisibilem mundum istum, cœlum uidelicet & terrã & mare, quæ & luce illuminans exornauit. Cœlum quidẽ sole & luna & stellis, terrã uerò uarijs uirgultis diuersis animalibus, mare iterum multiplici natatilium genere. Hæc omnia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, Deinde formauit hominem manibus suis: puluerem quidem sumens de terra ad formationem corporis, animam uerò rationalem & intellectualem per propriam insufflationem ei tribuẽs. Quæ secundum imaginem quidem propter intellectum & liberum arbitrium: secundum similitudinem uerò propter uirtutis (prout possibile est) similitudinem. hunc hominẽ libero arbitrio & immortalitate beatificans, regem super terram constituit. Fecit autem ex ipso fœminam, & adiutricẽ sibi similẽ. Plantauit etiam paradisum uoluptatis in oriente, lætitia & omni delectatione plenum, & posuit in illo hominem quem formauerat, omniumque quidem sibi diuinarum arborum præcepit liberè participari. De una uerò sola, ne penitus gustarẽt, mandatum posuit, quæ lignũ dinoscentiæ boni & mali uocatur, sic dicens: Quocunque die gustaueritis ex ea, morte moriemini. Vnus uerò de prædictis angelicis uirtutibus, unius exercitus prælatus, nequaquam in seipso à creatore malitiæ naturaliter habens uestigium, sed in Gen. 2.

bono

bono factus, libera arbitrij uoluntate cōuersus est de bono ad malum, & elatus superbia, rebellare uoluit contra dominum & deum suum, propter quod deiectus est de ordine suo & dignitate, & pro beata gloria illa & angelica nuncupatione diabolus uocatur, & satanas nominat̃. Proiecit enim eum Deus ceu indignum superna gloria. Euulsa est autem cum eo & deiecta multitudo magna ordinis angelorum, qui sub ipso erant. Qui mali effecti propria uoluntate, & bono derelicto, apostasiã imitantes principis sui, dæmones nominati sunt, uelut erronei & deceptores. Abnegãs ergo omnino bonum diabolus, ac malignã arripiens naturam, inuidiam suscepit aduersus hominem, cernens seipsum quidē de tali gloria expulsum, illum uerò ad huiusmodi honorē sublimatum, callidè inquirebat quomodo priuaret eum beata illa conuersatione. Serpentē igitur instrumentũ suæ deceptionis arripiens, per ipsum locutus est mulieri: & suadens ei comedere de prohibito ligno isto spe deificationis, per ipsam decepit & Adam. Sic protoplasto seducto, & comedente de ligno inobedientiæ, exterminatus est de paradiso deliciarum à creatore, & probata illa uita & felici couersatione, in miseriam hanc & ærumnosam (heu mihi) uitam corruit, & morte, demum condemnatus est. Hinc uirtutem diabolus accipiens, & uictoria elatus, & multiplicatis super terram hominibus, omnem malitiæ uiam eis indidit.

Gen. 7. Amputare uerò multam peccati enormitatem uolens omnipotens deus, diluuium induxit super terram, disperdiditq́ omnem animam uiuam. Vnum uerò solum inueniẽs iustũ in generatione illa: hunc cum uxore & filijs in arca quadam saluans, solum super terram constituit. Cum autem cœpisset iterum in multitudine genus hominum dilatari & crescere, obliti sunt deum: & in deteriorem proficientes impietatem, diuersisq́ irretiti sceleribus, ac execrabilibus corrupti impietatibus, in omnem prorsus errorē dispersi sunt. Alij nanq́ cuncta sponte sua fieri putauerunt, & sine prouidentia regi, quasi nullo existente domino. Alij fortunam putauerunt, fato totum concedentes. Alij plures deos malos & uiciosos coluerunt, ut haberent eos suorum uitiorum & malarum actionum autores. Quorum & formas figurantes erexerunt statuas, surdaq́ & insensata idola: & concludentes ea in templis adorauerunt, seruientes creaturæ potius quàm creatori. Alij uerò soli & lunæ, & stellis, quæ posuit Deus ad lucem præbendam terreno huic mundo, cum sint inanimata & insensibilia, prouidentia creatoris illuminata & gubernata. Alij autē

Rom. 1. igni & aquis. & cæteris elementis terræ, & inanimatis & insensibilibus seruierũt, & non erubuerunt animati & rationales talia colere. Alij bestijs & reptilibus, & pecudibus, quadrupedibus cultum exhibebant, irrationabiliores his quæ colebant semetipsos ostēdentes. Alij uerò quorundam hominum turpium & infirmorum imagines fecerunt, & istos deos inuocauerunt, alios quidem eorum masculos, quosdam autem fœminas nominantes, quos idem ipsi exposuerunt adulteros fuisse & homicidas, iracundos & inuidos, & furibundos, parricidas & fratricidas, fures & raptores, & claudos & debiles, ueneficos & furiosos. Et horum quosdã quidem propria morte defunctos, quosdam uerò fulmine ictos, & in animalia transformatos, ad execrabiles & turpes usus exercendos. Vnde assumentes homines exempla, & occasiones à dijs suis, sine timore contaminabantur omni immundicia. Et tetra tegebat obscuritas genus nostrum in illis temporibus, & non erat qui intelligeret, non erat qui requireret Deum.

Abraham autem quidam in illa generatione solus inuentus est, qui sensus animæ habebat incolumes, qui contemplatione creaturarum cognouit creatorem. Considerando enim cœlum & terram & mare, solem & lunam, & cætera, admiratus est congruentissimum ornatum istum. Videns autem mundum, & quæ in illo sunt omnia, non per semetipsa facta fuisse & conseruari, existimauit, neque elementis terræ, neque inanimatis idolis causam talis ornatus attribuit, sed uerum deum per ista cognouit, & ipsum esse autorem & creatorem omnium intellexit. Suscipiens autem hunc gratanti & recto iudicio Deus, manifestauit ei semetipsum, non secundum sustantiam suam (Deum enim uidere humanæ naturæ impossibile est) sed dispensatiuis quibusdam theophanijs sicut nouit ipse, & perfectiorem scientiam ponens in anima eis glorificauit, & familiarem sibi famulum effecit. Qui & per successiones his qui ex eo nati fuerunt, transmittens si-

Gen. 15. dei pietatem, eos uerum cognoscere Deum edocuit. Propter quod & in multitudinem innumerabilem crescere semen illius domino bene complacuit, & populum peculiarem sibi

rem sibi nominauit, & de seruitute eos Aegyptiaca & potestate Pharaonis cuiusdam tyranni, signis & prodigijs teribilibus & præcipuis eduxit per Mosen & Aaron uiros sanctos, & gratia prophetiæ glorificatos. Per quos, AEgyptios afflixit dignè satis ob illorum malitiam, & Israëlitas (sic enim populus ille qui de Abraham stirpe descenderat, uocabatur) per mare rubrum, quasi per aridam diuisis aquis traduxit, & quasi murus à dextris & à sinistris existentibus: Pharaonem uerò & AEgyptios post uestigia ipsorum ingressos, reuersæ aquæ subitò perdiderunt. Deinde miraculis eximijs, & diuinis manifestationibus per annos quadraginta deducens populum in deserto, & pane cœlesti alens, legem dedit in tabulis lapideis diuinitus scriptam, quam dedit in manu Mosi super montem, typum & figuram futurorum habentem, ab idolis quidem, & omnibus malis actibus hominem prohibentem. Solum nanque docet uerum colere Deum, & bonis operibus inhærere. Talia igitur prodigia operando, introduxit eos in bonam quandam terram, quam olim Patriarchæ illi Abraham promiserat se daturum, & semini eius. Longum est autem enarrare quanta eis ostendit magnalia & miracula gloriosa & præcipua, quorum non est numerus. Per quæ omnia id studij fuit, ut ab omni execrabili idolorum seruitute & actione, genus hominum abstraheret, et ad antiquum statum reduceret. Sed adhuc spontanea uoluntate regnauit mors in hominibus, tyrannide diaboli condemnationi inferni omnia transmittens. In talem ergo ærumnam & miseriam cum deuenissemus, non despexit nos Deus, qui de nihilo nos creauerat, neque dimisit in finem perire opus manuum suarum, sed per uoluntatem Dei patris, unigenitus filius uerbum Dei, qui erat in principio apud Deum & Deus erat, condescendit seruis suis condescensione ineffabili, & incomprehensibili: & Deus existens perfectus, factus est homo perfectus de Spiritu sancto, & Maria semper uirgine Dei genetrice, sine semine uiri ac coniunctione, intra uirginis intacta uiscera conceptus, sed de Spiritu sancto: sicut & ante conceptionem unus archangelorum missus est, annuncians uirgini extraneam conceptionem illam, & ineffabilem partum. Sine semine enim conceptus est filius Dei de Spiritu sancto, & compingens sibimetipsi in utero uirginis animatam carnem, anima rationali & intellectuali processit in una persona. Sed in duabus naturis perfectus Deus & perfectus homo, incorruptam uirginitatem genitricis etiam custodiens post partum, & in omnibus similis nobis passibilis factus absque peccato, infirmitates nostras suscepit & languores portauit. Nam quia per peccatum mors introiuit in mundum, oportebat eum qui redempturus erat mundum sine peccato esse, & non morti per peccatum addictum. Per triginta uerò annos cum hominibus est conuersatus, & baptizatus est in Iordane flumine à Ioanne uiro sancto, & omnibus prophetis excellentiore. Baptizato uerò ipso, uox delata est cœlitus à Deo patre, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Spiritus enim sanctus in specie columbæ descendit super ipsum. Et ex tunc cœpit signa facere magna & mirabilia, mortuos uidelicet suscitando, cæcos illuminando, dæmones fugando, surdos & mutos & debiles curando, leprosos mundando, & nostram inueteratam naturam, interius & exterius renouando, operibus que erudiendo & docendo uirtutis uiam, à corruptione quidem renouando, ad æternam uerò uitam perducendo. Vnde & discipulos elegit duodecim, quos & Apostolos uocauit, & omnibus prædicare cœlestem conuersationem præcepit, quam uenerat super terram ostendere, & nos humiles & terrenos sua dispensatione cœlestes facere. Inuidia uerò mirabilis illius & Deo dignæ conuersationis, & innumerabilium miraculorum, pontifices & principes Iudæorum, inter quos conuersabatur, contra illum insanientes, quibus prædicta mirifica signa faciebat, immemores omnium, morte eum condemnauerunt. Vnum discipulorum eius ad traditionem rapientes, tenuerunt dominum et gentibus tradiderunt, uitam uidelicet omnium: qui hæc omnia spontanea uoluntate suscepit. Venit enim propter nos omnia pati, ut nos à passionibus liberaret. Multa uerò in ipsum exercentes, ad ultimum in cruce suspenderunt. Et omnia sustinuit natura carnis, quam ex nobis accepit. Duarum nanque naturarum erat, diuinæ scilicet & humanæ. Humana quidem natura passa est, diuina uerò impassibilis extitit & immortalis. Crucifixus est igitur carne dominus noster Iesus Christus sine peccato. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Exodi 13.15. Exodi 16. Lucæ 3. Matthæi 3. Matthæi 19. Esaiæ 53. Romanos 5.

Propter peccatum enim, ſicut prædixi, mors introiuit in mundum. Nam propter nos carne mortuus eſt, ut nos à mortis liberaret tyrannide. Deſcendit in infernum & hunc conterens, à ſeculo concluſas illic iuſtorum animas liberauit. Poſitus in ſepulchro, tertia die reſurrrexit ſuperando mortem, & nobis uictoriam donauit aduerſus eam. Et incorruptibili carne reſurgens, incorruptionis largitor, apparuit diſcipulis, pacem donãs illis, & per ipſos omni humano generi. Poſt dies autem quadraginta cœlos aſcendit, & ibi ſedet in dextera patris: unde uenturus eſt iterum iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuique ſecundum opera ſua. Poſt glorioſam uerò ſuam in cœlos aſcenſionem, Act. 2. miſit paracletum ſpiritum ſuper ſanctos diſcipulos ſuos in ſpecie ignis, & cœperunt uarijs linguis loqui, prout ſpiritus ſanctus dabat eis pronunciare. Exinde gratia illius diſperſi ſunt in omnes gentes, & prædicauerunt catholicam fidem, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & docentes ſeruare omnia mandata Saluatoris. Illuminauerunt ergo gentes qui prius errabant, & ſuperſtitioſum errorem idolorum deſtruxerunt. Non ferens igitur hoſtis antiquus ſuam deiectionem, bella etiam nunc aduerſus nos Chriſti fideles excitat, ſuadẽs ſtultos & inſipientes adhuc ſequi idololatriã: ſed uirtus eius infirmata eſt, & frameæ illius defecerunt in finem Chriſti uirtute. Ecce tibi dominum meum & Deum ſaluatorem, per modica uerba notaui. Perfectius uerò cognoſces, ſi gratiam ipſius ſuſceperis in anima tua, & ſeruus illius fueris factus.

Vt ergo audiuit uerba iſta regis filius, lumen illuſtrauit eius animam. Qui ſurgens de throno ſuo, præ gaudio complexatus eſt Barlaam, & ait ei: Fortè iſte eſt (ſicut ego exiſtimo) reuerendiſsime hominum, lapis iſte precioſiſsimus, quem in myſterio conuenienter ſatis contines, non omni cernere uolenti oſtendes, ſed quibus ſani ſunt hominum ſenſus. Ecce enim ut hæc uerba ſuſcepi auditu, lumen dulciſsimum ingreſſum eſt cor meum, & graue illud triſtitiæ uelamen multo iam tempore ſuperpoſitum menti meæ, ſtatim ſublatum eſt. Si ergo iſta bene perpendi, nuncia mihi: ſi autem & melius aliquid illis quæ dixiſti cognoſcis, ne differas confeſtim manifeſtare mihi.

Rurſus ergo Barlaam reſpondit: Etiam domine mi rex, hoc eſt magnum myſterium quod abſconditum eſt à ſeculis & à generationibus, nouiſsimis uerò temporibus manifeſtatum eſt generi humano. Cuius manifeſtationem prænunciauerunt multi prophetę & iuſti, ſpiritus ſancti gratia illuminati, multipharie multiſque modis. Et omnes interiorem ſalutem à longè ſpeculantes, deſiderabant hanc præſentem uidere & non uiderunt, ſed nouiſsima generatio iſta meruit ſuſcipere ſaluatorem. Igitur qui cre-
Marci 16. diderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur.

Ioſaphat uerò ait: Omnia quæ dixiſti indubitanter credo, & quem annuncias glorificabo Deum: tamen enucleatius iſta mihi expone, & quicquid oporteat facere, diligentius edoce: nec non etiam baptiſmum quid ſit, quod fideli ſuſcipiendum dixiſti, conſequenter inſinua.

Barlaam uerò reſpondit ei: Sanctæ huius & immaculatæ Chriſtianorum fidei radix & ſtabile fundamentum, diuini baptiſmatis eſt gratia, cunctorum à natiuitate peccatorum emundationem faciens, & perfectiſsimam ablutionem ſubintrantium malitię pollutionum. Sic enim Saluator mandauit, ut per aquam regeneremur & ſpiritum, & in antiquam reuertamur dignitatem, per orationem uidelicet, & ipſius Saluatoris inuoca-
Baptiſmi effectus. tionẽ, atq; ſpiritu ſancto ſuperueniente. Baptizamur itaq; iuxta ſermonem domini, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Sicq; ſpiritus ſancti gratia habitat in anima baptizati, eam illuminando, & ad Dei imaginem & ſimilitudinem renouando. Tunc omnia uetera nequitiæ opera abijcientes, compaginamur Deo, & initium purioris conuerſationis facimus: ut & cohæredes ſimus ad incorruptionem regeneratornm, & æternam ſalutem capiamus. Sine baptiſmate uerò nullus bonã ſpem ualet adipiſci, ſi cunctis etiã bonis polleat operibus. Sic enim ad ſaluationem generis noſtri, homo factum Dei uerbum dixit: Amen amen dico uobis, niſi renati fueritis ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabitis regnum cœlorũ. Ideo ante omnia rogo te, quatenus in anima tua fide ſuſcepta, accedas ſine mora ad baptiſmum toto mentis deſiderio, & nullo modo hoc agere differas. Periculoſa enim eſt dilatio, eo quòd incertus eſt mortis terminus.

Ioſaphat autem dixit ad eum: Et quæ eſt bona ſpes illa, quam dixiſti ſine baptiſmate non

non adipiscendam? Quid'ue est illud, quod regnum cœlorum appellas? Vnde etiam incarnati Dei uerbi tu audisti? Quis est autem incertus terminus, de quo solicitudo multa cordi meo infixa, in tristitia & doloribus consumit carnes meas, etiamq́ ipsorũ ossium fortitudinẽ comedit? Vtrum morientes in nihilum dissoluimur homines? aut si est alia quælibet uita, postquã hinc exitur? Hæc & his similia discere uehementer concupisco.

Barlaam uerò tales his responsiones dedit: Bona quidem spes quam dixi, regni cœlorum est: hæc tamen linguæ humanę extat prorsus ineffabilis. Ait enim scriptura: Quę oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quando uerò digni effecti fuerimus deponere hanc carnis corruptibilitatem & crassitudinem, ac beatitudinem illam assequi, tunc ipse qui hanc spem nobis tribuit, docebit & notificabit bonorum illorum gloriam, quæ sensum superat omnem, & ineffabile lumen, ac perpetuam uitam, & cum angelis conseruationem. Sic enim Deo coniungi digni fuerimus, in quantum humanæ possibile est naturæ, omnia cognoscemus per ipsum, quæ modò ignoramus. Hoc enim ego ex diuinitus inspiratarum scripturarum instructus doctrina, omnium maximè regnum cœlorum facio propinquius esse contemplationi sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & inaccessibili lumine eius illustrari, clariusq́ & limpidius reuelata facie illius gloriam speculari. Si enim possibile esset, gloriam illam & lucem & ineffabilia illa bona habere uerbo, nihil esset mirabile. Sed neque essent magna & præcipua, si nobis terrenis & corruptibilibus, & grauem istam ac passibilem carnem gestantibus, liceret cogitatione comprehendere, aut uerbo ista demonstrare. His ergo sic cognitis, fide sola suscipe indubitanter nihil fictum habere, & per opera bona festina ad immortale regnum peruenire. Ad quod cum perueneris, addisces perfectionem. De his uerò quæ interrogasti, quomodo nos incarnati Dei uerba audiuimus, per sacra Euangelia noueris nos hæc omnia didicisse. Sic enim sanctus ille liber uocatur, quoniam immortalitatem & incorruptionem & uitam æternam, & peccatorum remissionem, & regnum cœlorum mortalibus nobis & corruptibilibus, & terrenis euangelizat: quem conscripserunt illi, qui uiderunt, & ministri sermonis fuerunt, quos discipulos & Apostolos saluator noster Christus elegit: & tradiderunt nobis in scripto post gloriosam illius in cœlo ascensionem, super terram uidelicet ipsius conuersationem, doctrinam'que eius & miracula, quantum ex his scripturæ tradi sufficiebat. Sic enim in fine sermonis præcipuus diuinorum illorum euangelistarum dixit: Sunt (inquit) & alia multa quę fecit Iesus. Quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. In isto ergo diuinorum euangeliorũ libro cõtinetur incarnationis, demonstrationis, miraculorumq́ ipsius historia, spiritu Dei scripta. Deinde & de ueneranda ipsius passione, quam sustinuit propter nos Dominus, sancta'que tertia die facta resurrectione, & in cœlos ascensione, insuper & de glorioso & terribili ipsius secundo aduentu. Venturus est etenim iterum illius Dei in terram cum gloria ineffabili, & multitudine cœlestis exercitus, iudicare genus nostrum, & reddere unicuique secundum opera sua. Hominem nanque ab initio Deus de terra formans (sicut & antea dixi) inspirauit in eum spiraculum uitæ, quod anima rationalis & intellectualis appellatur. Quoniam uerò in mortem condemnati sumus, omnes moriemur, & nullus est hominum, qui hunc calicem euadere possit. Est autem mors animæ separatio à corpore. Illud enim corpus de terra formatum, separatum ab anima, in terram reuertitur de qua sumptum est, & corruptum dissoluitur. Anima uerò ambulat ubi creator præcipit. magis autem sicut ipsa hospitium sibimetipsi præparauit cum adhuc esset in corpore. Nam quemadmodum quis conuersabitur hic, recepturus est ibi. Deinde post plurimos annos, ueniet Christus Deus noster in maiestate terribili & inenarrabili, ut mundum iudicet. Cuius timore uirtutes cœlorum mouebuntur, & cuncti angelorum exercitus cum tremore stabunt in conspectu eius. Tunc in uoce archangeli & tuba Dei resurgent mortui, & assistent illius throno terribili. Est autem resurrectio, coniunctio animæ rursus & corporis. Ipsum ergo corpus quod corrumpitur & dissoluitur, in ipsum resurget incorruptum. Et nulla incredulitatis tibi de hoc subintret hæsitatio. Non enim est impossibile ei, qui de terra ab initio formauit illud, denuò conuersum in terram, de qua sumptum est, secundum eiusdem conditoris sententiam

1. Cor. 2. Esaiæ 64.

Euangelia quid in se habeant doctrinæ.

Ioannis 21.

Mors quid.

1. Thess. 4. Resurrectio.

iterum resuscitare. Si enim considerare uolueris quanta de nihilo fecit Deus, sufficiens erit tibi illa demonstratio. Etenim terram accipiens fecit hominem, terram quæ prius nõ erat. Quomodo ergo terra facta est homo? Quomodo uerò ipsa cum non esset, creata est? Quale autem sub se fundamentum habet? Quomodo uerò ex ipsa irrationabilium prodierũt innumerabilia genera, totq; seminum atq; arborum species? Sed etiam nunc perpende nostram generationem, cuius semen breue funditur in uuluam suscipientem illud. Vnde igitur tanta huius animalis formatio? Ei ergo qui de nihilo creauit hæc omnia, & adhuc creat, impossibile non est de terra mortua, & in puluerem redacta resuscitare corpora, ut unusquisque recipiat secundum opera sua. Operationis enim (inquit) præsens tempus, & futurum retributionis: quoniam ubi iustitia Dei monstraretur, nisi resurrectio futura esset? Multi enim cum iusti essent, plurimum in præsenti seculo tribulati & uexati, demum uiolenter necati sunt. Nonnulli uerò cum fuissent impij & iniqui, in delicijs & prosperitate præsentem uitam peregerunt. Deus autem quoniam bonus est & iustus, statuit diem resurrectionis & iudicij, ut resumat quæque anima proprium corpus. Malus quidem qui hic bona recepit, illic pro his quæ deliquit torquebitur. Bonus uerò hic pro peccatis suis afflictus, ibi bonorum hæres efficietur. Audient (inquit Dominus) hi qui in monumentis sunt uocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Quando & sedes ponentur, & antiquus dierum, qui creator est omnium, sedebit, & libri aperientur, omnium nostrum actiones, sermones, cogitationes descriptas habentes, & thronus eius ut flammæ ignis est, ubi omnia occulta reuelabuntur. Nullus ibi aduocatus aut persuasor uerborum, aut falsa excusatio, uel dignitatum excellentia, aut acceptio munerum, quæ rectum peruertere solet iudicium, sed iustus ille & uerus iudex, lance iustitiæ omnia decernet, & actum, & sermonem, & cogitationem. Et ibunt qui bona fecerunt in uitam æternam, cum angelis lætaturi, & ineffabilia bona recepturi: qui uerò mala egerint, in damnationem æternam, quæ gehenna dicitur & tenebræ exteriores, & uermis qui non dormit, & stridor dentium, & alia plurima tormenta. Atrocissimum uerò omnium, alienari à Deo, & proijci à dulcissimo uultu eius, & gloria illa inenarrabili priuari, & ostentui coram omni creatura fieri, & confundi confusione finem non habitura. Nam post datam illam terribilem sententiam, omnia inconuertibilia manebunt & immutabilia, neque iustorum splendida conuersatio est ulterius finem habitura, neque peccatorum miseria atque cruciatum pœna terminum sortitura, atq; iudex post illum celsior, neque per opera bona satisfactio, non terminus alterius regenerationis, non aliqua quælibet ars tunc subueniet cruciandis, perseuerante illis cruciatu. Cum hæc ita se habeant, quales nos oporteat esse in sanctis conuersationibus & pijs actibus, ut effugere mereamur futuras minas, & stare à dextris filij Dei. Ipsa est enim statio iustorum. Peccatoribus uerò à sinistris miserrima pars deputatur. Deinde iustos quidem benedictos patris uocando, dominus in regnum sempiternum introducet: peccatores uerò cũ ira & maledictione eijciendo à facie sua mansueta quidem & quieta, in amarissimum pariter & sæuissimum præcipitabit tormentum æternum.

Danielis 7. *Matthæi 25.*

Tunc Iosaphat dixit ad eum: Magnificas quasdam atq; mirabiles res mihi dices ô homo, multo timore pariter & tremore dignas. Si hęc ita sunt, & est rursus post mortem & in cinerem & in puluerem dissolutionẽ, resurrectio atq; generatio, bonorumq; gloria, & malorum pœna, rogo quę est horum assertio: & quomodo nunc quod non uidetur, discentes sic manifestè, sic constanter & indubitanter creditis? Nã ea quę iam facta sunt & si ipsi non uidistis, attamen ab historiographis audistis: quomodo uerò de futuris talia magna & immensa prædicantes, firmam de ipsis habetis certitudinem?

Et ait Barlaam: Ex prẹteritis habemus futurorũ certitudinẽ. Qui enim ista prędicauerunt, in nullo à ueritate deuiauerunt, sed signis & prodigijs, & uarijs uirtutibus quæ dixerãt astruentes, ipsi de futuris narrauerũt. Sicut ergo hic nihil fatuum aut fictũ docuerunt: sed oĩa splẽdidiora sole fulserũt, quęcũq; fecerũt et dixerũt, sic & ibi uera docuerũt, q̃ & ipse dñs noster & dominator Iesus Christus uerbo et opere cõfirmauit. Amẽ amen (inquit) dico uobis, quoniã uenit hora quãdo mortui audiẽt uocẽ filij Dei, & qui audierint, uiuẽt. Et iterũ: Venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient uocẽ filij Dei.

Ioannis 12.

Dei. Et procedēt qui bona fecerūt in resurrectionē uitæ: qui uerò mala egerūt, in resurrectionem iudicij. Et iterum ait: De resurrectione mortuorum non legistis quòd dictū est à Deo dicente: Ego sum Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed uiuorum. Sicut enim colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione huius seculi. Mittet filius Dei angelos suos, & colligent omnia scādala, id est eos qui faciunt iniquitatem, & mittēt eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentiū. Tunc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorum: Hæc dicens, addidit: Qui habet aures audiendi audiat. Talibus quidem sermonibus & alijs pluribus, corporum nostrorum resurrectionem Dominus declarauit. Opere etiam sermones confirmauit, multos resuscitando mortuos. Nam circa finem suæ in terra conuersationis, etiam quatriduanum iam putrefactum & fœtentem Lazarum quendam amicū suum, de monumento uocans, & quasi dormientem excitans, uiuentem exhibuit. Cum his autē & ipse dominus primitiæ perfectæ, & non ulterius morti subiacens, carne mortem gustādo resurrexit tertia die, & mortuorum primogenitus factus est. Surrexerunt etiam quidam alij ex mortuis, sed iterum mortui sunt, & non potuerunt imaginem uitę futurę uerè exhibere. Solus autem ille resurrectionis illius princeps factus est, resurgens primus immortali resurrectione. Ista & qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis, prædicauerunt. Ait enim beatus Paulus, cuius uocatio non ex hominibus, sed de cœlo facta est: Notum uobis facio euangelium fratres, quod prædicaui uobis. Tradidi enim uobis quod & accepi, quia Christus mortuus est propter peccata nostra secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit secundum scripturas. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo dicunt quidam, quod resurrectio mortuorum non est? Si enim mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit: si autem Christus resurrexit, uana est fides uestra. Adhuc enim estis in peccatis uestris. Si in hac uita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit ex mortuis, primitię dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Et post pauca: Oportet enim (inquit) corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Quando uerò corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc complebitur sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Destruetur enim tunc perfectè uirtus mortis & deperibit, nihil ulterius actura, sed immortalitas de reliquo, & incorruptio dabitur hominibus æterna. Erit profectò, erit indubitanter mortuorum resurrectio. Et hoc fideliter credimus. Nam & gloriam iustorum & pœnas impiorum, non dubitamus in tremenda aduentus Christi futuras, in qua cœli igne soluentur, & elementa ardentia liquescent, sicut ait quidam sanctorum: nouos autem cœlos & nouam terram, secundum promissionem illius expectamus. Nanque retributiones sunt bonorum & malorum operum, nihilque ibi remanebit indiscussum. Sed quòd de operibus & cogitationibus atque sermonibus ratio sit reddenda, testatur Dominus, dicens: Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquę frigidæ tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. Et iterum dicit: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis: Et statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete prę paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, et dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me. Infirmus, & uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me. Cur hæc dicit, nisi quia misericordiam quam indigentibus præbemus, in semetipso suscipit? Et alibi dicit: Omnis qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre in cœlis. Ecce his omnibus, & alijs pluribus monstrauit firmas esse & stabiles retributiones bonorum operum. Sed & aduersarijs tormenta restare prænunciauit per parabolas mirabiles ac præcipuas, quas fons sapientię enarrauit. Aliquando quidem diuitem quendam introducens

Lucæ 20. *Ioannis 11.* *2. Petri 3.* *Matthæi 25.* *Lucæ 12.* *Lucæ 16.*

cens, purpura & bysso indutum, & epulantem quotidie splendidè, tenacem uerò & im
misericordem contra egenos existentē, ita ut pauperē quendā Lazarum nomine, ante
ianuam illius iacentē sperneret, & neq; ex ipsis quæ de mensa illius cadebāt micis daret
illi. Mortuis igitur utrisq;, pauper quidē ille & ulcerosus deportatus est (inquit) in sinu
Abrahæ, iustorū requiem ita insinuans. Diues uerò sepultus est in inferno, in flāma &
tormētis. Ad quē & Abrahā dixit: Recepisti tu bona in uita tua, et Lazarus similiter ma
Matthæi 22. la: nunc autē hic cōsolatur, tu uerò cruciaris. Alibi uerò cōparat regnū cœlorū homini
regi, qui fecit nuptias filio suo, futurā lætitiam atq; splendorē ita insinuans. Omnibus
nanq; humilibus & terrena sapientibus, de cōsuetis eis & cognitis dabat parabolas, nō
tamē nuptias & mēsas futuras esse in illa æternitate demōstrabat, sed illorum cōdescen
dens crassitudini, talibus nominibus utebatur, nota facere eis futura uolēs. Omnes igitur
(inquit) inuitauit rex excelsa prædicatione, ut cōuenirent ad nuptias & satiarētur ineffa
bilibus bonis illis. Multi uerò ex ijs qui erāt inuitati, negligētes nō uenerunt, sed subtra
hētes semetipsos, alius quidē in uillā abijt, alius ad negociationē, alius ad ducēdā uxorē
& ita seipsos priuauerūt splēdore spōsi. Illis uerò uolūtariè alienatis à delectabili iucūdi
tate, alij uocati sunt, & repletæ sunt nuptiæ discūbentium. Ingressus autē rex ut uideret
discumbētes, uidit ibi hominē nō uestitū ueste nuptiali. Et ait illi: Amice quomodo huc
intrasti nō habēs uestē nuptialē? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris, Ligatis ma-
nibus eius & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor den-
tium. Illi ergo qui uenire renuerūt, & prorsus inobediētes extiterūt, sunt ij qui ad fidem
Christi nolūt uenire, sed siue in idololatria, siue in aliqua hæresi perseuerāt. Ille uerò qui
uestē nō habebat nuptialē, fidelis quidē est, sed sordidis actibus intellectualē uestē pol-
luit, & iustè proijcitur de gaudijs nuptiarū. Et aliā parabolā huic consonantē addidit, de
cem quasdā uirgines figurās. Ex quibus erāt quinq; prudētes, quinq; uerò fatuæ. Quæ
fatuæ, acceptis lāpadibus nō sumpserunt oleum secū: sapientes autē sumpserunt. Per o-
leum bonorū operū possessionē significat. Media uerò nocte (inquit) clamor factus est,
ecce sponsus uenit, exite obuiā ei. Per mediā noctē incertitudinē diei significat. Tūc sur
rexerunt omnes uirgines illæ, & quæ paratæ erāt exierūt obuiā spōso, & intrauerunt cū
Matthæi 25. eo ad nuptias, & clausa est ianua. Quæ uerò paratæ non erant, quas cōuenienter fatuas
appellauit, extinctas lampades suas cernentes, ierunt ad emendum oleum. Reuersæ ue
rò, clausa iam ianua, clamabant dicentes: Domine domine, aperi nobis. Ille autem re-
spondens, dixit: Amen dico uobis, nescio uos. Ex his ergo omnibus manifestum est fu
turam esse retributionem malorum actionem, nec non uerborum & ipsarum cogitatio
Matthæi 12. num. Dixit enim Saluator: Dico uobis, quòd omne uerbum ociosum, quod locuti fue-
rint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Et iterum: Vestri uerò (inquit) & ca-
pilli capitis, omnes numerati sunt: per capillos minutissima quæque cogitationum &
Matthæi 10. intentionum demonstrans. Consona uerò his & beatus docet Paulus: Viuus est enim
(inquit) sermo Dei & efficax, & penerabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque
ad diuisionem animæ & corporis, compagum quoque & medullarum, & discretor co-
Hebr. 4. gitationum & intētionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius:
omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ad quem nobis sermo. Hæc & prophetæ
ante multa tempora spiritus sancti illuminati gratia, manifestissimè annunciauerunt.
Esaiæ 66. Ait enim Esaias: Ego opera illorum scio, & reddam eis. Ecce congregare uenio omnes
gentes & linguas, & uenient, & uidebunt gloriam meam, & erit cœlum nouum & ter-
ra noua, quæ ego facio manere coram me. Et ueniet omnis caro, & adorabit in conspe-
ctu meo, dicit dominus. Et exibunt & uidebunt cadauera hominum, qui præuaricati
sunt in me. Nam uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et erūt
usq; ad facietatem uisionis omni carni. Et iterum de die illa dicit: Et inuoluetur cœlum
sicut liber, omnes stelle cadent sicut folia de uinea. Ecce enim dies Domini uenit plena
furore & ira, ut ponat orbem totum desertum, & peccatores perdat ex eo. Nam astra
cœli & orion, et omnis ornatus cœli lumen suum non dabunt. Et obtenebrabitur dies
orto iam sole, et luna non dabit lumen suum. Et rursus dicit: Væ qui trahitis iniquitatē
in funiculis uanitatis, et quasi uinculum plaustri peccatum. Væ qui dicitis bonum ma-
lum, et malum bonum, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum. Væ qui poten-

tes estis

tes estis ad bibendum uinum, et uiri fortes ad miscēdam ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Qui declinatis iudicium pauperū & diripitis substantiam egenorū, ut sit uobis uidua in rapinā, & orphanus in prædā. Et quid facietis in die uisitationis, & ad quē confugietis in auxilium, & ubi derelinquetis gloriam uestrā? Et his cōsonans alius propheta ait: Iuxtà est dies magna, iuxtà & uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris, super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo malignos, & ambulabunt ut cæci, quia domino peccauerunt. Et effundetur sanguis eorū sicut humus, & corpus eorū sicut stercora. Sed & argentū eorū & aurū eorū non poterit liberare eos in die furoris Domini. In igne zeli eius deuorabit omnis terra: quia consummationē cum festinatione faciet cunctis habitantibus terrā. Cum his & Dauid rex propheta clamat: Deus manifestè ueniet, Deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida. Aduocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum. Et iterum: Surge (inquit) Deus iudica terram: quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & tu reddes unicuique secundum opera sua. Multa uerò & alia huiusmodi tam psalmographus, quàm & omnes prophetæ diuino edocti spiritu, de futuro iudicio & retributione prædicauerunt. Quorum sermones & Saluator firmiter stabiliens, docuit nos credere resurrectionem mortuorum, & retributionem defunctorum, uitamq; immortalem futuri seculi.

Soph. 1. *Psal. 49.* *Psal. 77.*

His auditis Iosaphat, uehementer compunctus corde, totusq; lachrymis perfusus, ait ad senem: Apertè mihi omnia nota fecisti, luculenter perorasti terribilem hanc atq; mirabilem narrationem. His ergo imminentibus nobis, quid oporteat me facere, ut euadam præparatas peccatoribus pœnas, & merear gaudio perfrui iustorum.

Barlaam respondit: Scriptum est, quòd docente Petro populum, qui & princeps uocatus est apostolorum, compuncti sunt corde, sicut & tu hodie. Et dicentibus illis, quid faciemus? ait ad eos: Pœnitentiam agite, & baptisetur unusquisq; uestrûm in remissionem peccatorum, & accipietis spiritus sancti donum. Vobis enim est promissio & filijs uestris, & omnibus qui lōgè sunt, quoscūq; aduocauerit Dominus Deus noster. Ecce igitur & in te effudit abūdè misericordiā suam, & uocauit te, cū ab eo lōgè esses uolūtate, & alienis deseruires non dijs, sed dæmonib. & simulachris mutis & insensibilibus. Propter quod ante omnia accede ad eum qui uocauit te, à quo accipies uisibiliū & inuisibilium uerā notitiā. Si uerò & post uocationē uenire nolueris aut tardaueris, iusto Dei iudicio exhæredaberis. Sic enim & ipse apostolus Petrus ad quendā discipulorū dixit: Ego autē credo quia & obaudisti uocationi, & adhuc manifestius obaudiēs, tolles crucem, & sequeris uocantē te dominatorem Deum, qui uocat te de morte ad uitā, & de tenebris ad lucem. Nam Dei ignorantia ueraciter tenebræ sunt, & mors animæ. Et seruire idolis ad naturæ perditionem, omni mihi uidetur stoliditate esse deterius. Quos cui assimilabo, & qualē fatuitatis imaginē istorū tibi exhibebo? Sed tamē exēplum tibi proferam, à quodā uiro sapiētissimo mihi dictū. Aiebat enim: Quia similes sunt idolorū adoratores uiro sagittario, qui cōprehendit unā de minutissimis auiculis, philomenā hanc uocāt. Arripiens igitur cultellū, ut occideret eam & comederet, data est philomenę uox articulata, & ait ad sagittariū. Quid tibi ô homo necis meę proficuū est? Nō enim de me tuum implere uentrē poteris. sed si me à uinculis liberaueris, tria mādata tibi dabo. Quę si custodieris, ex his magnā per totā uitā tuam utilitatē cōsequeris. Ille uerò stupefactus illius loquela, promisit quòd si quid nouum audiret ab ipsa, mox eam à uinculis liberaret. Cōuersa itaq; philomena, dicit homini: Nunquā aliquid coneris cōprehēdere eorū quæ apprehēdi nō possunt: & ne doleas de re pdita quā recuperare nō potes: & uerbū incredibile nō credideris aliquādo. Hæc tria mādata custodi, & bene tibi erit. Admirās autē uir perspicuā uerborū intelligētiā, soluēs eam à uinculis, p aëra dimisit auolare liberā. Philomena igit uolēs pbare, si recognouit uir dictorū sibi uerborū uirtutē, & lucrat9 est aliquā ex ipsis utilitatē, dicit ad eum uolitās in aëre: Væ tibi homo, quā malū cōsiliū habuisti, & qualē thesaurū hodie perdidisti. Est enim in uisceribus meis margarita, quæ struthionis ouū sua uicit magnitudine. Vt hoc audiuit sagittarius, cōtristatus est ualdè.

Pœnituit nanq; eum quod euaſerit philomena illa de manu ſua: & denuô tentās illam
apprehendere, dixit: Veni in domum meam, & omnem humanitatem tibi exhibebo,
deinde honorificè te dimittam. Tunc ait Philomena: Nunc cognoui certiſsimè te eſſe
fatuum. Suſcipiens nanq; quæ tibi dicta ſunt à me, promptè & libenter audiens, nullū
ex his proficuum aſſecutus es. Dixi tibi ne doleres de re perdita & irrecuperabili. Man-
daui tibi ne tentares incomprehenſibilia capere, & tentaſti me cōprehendere, cum non
ualeas itinere meo pergere. Cum his etiam, ne uerbum incredibile credideris, tibi man-
daui: ſed ecce credidiſti in uiſceribus meis eſſe margaritam ſupergredientem menſuram
uentris mei, & non ualuiſti intelligere, quoniam ego tota nō poſsim pertingere ad ma-
gnitudinem oui ſtruthionis: & quomodo margaritā talem caperē in me? Sic ergo ſtulti
ſunt & illi, qui confidunt in idolis, Operantur ea manibus ſuis, & adorant quæ fecerunt
digiti eorū, dicentes: Iſti ſunt qui plaſmauerunt nos. Quomodo ergo plaſmatores ſuos
ab ipſis plaſmatos & factos exiſtiment? Sed & ſeruantes eos in cuſtodia ne à furibus ra-
piantur, cuſtodes uocant ſuæ ſalutis. Et quantæ inſipientiæ eſt non cognoſcere, quoniā
qui non ſufficiunt ſemetipſos adiuuare & cuſtodire, quomodo poterunt alijs hoc præ-
ſtare? Euacuant theſauros ſuos, ſtatuas dæmonibus & imagines erigendo, & amentes
dicunt ipſos doctores bonorum, quæ neq; aliquando poſſederunt, neq; aliquādo ſunt
poſſeſſuri. Ideo ſcriptū eſt: Similes illis fiant, qui faciunt ea. Qui mercede conducentes
artificem, fecerunt opera manuum, & procidentes adorauerunt ea. Deinde tollunt illa
ſuper humeros ſuos, & ambulant. Si autem poſuerunt ea in loco, manent in eo, nec mo-
uentur. Et quantūcunq; clamauerunt ad ea, non exaudient, nec à malis liberabunt eos.
Ideo cōfunduntur cōfuſione qui confnndunt in ſculptilibus, qui dicunt fuſilibus. Vos
eſtis dij noſtri. Immolauerunt (inquit) dæmonijs & non Deo, dijs quos ignorabāt. No-
ui recentesq; uenerunt, quia generatio peruerſa eſt, & non eſt fides in eis. Ex hac ergo
generatione mala & infideli, uocauit te Dominus, dicens tibi: Exi de medio eorum, &
ſeparare, & immundum ne tetigeris, ſed ſaluare de generatione. Surge & uade, quia nō
eſt tibi requies in ea. Nam multiplices apud uos dij, & inordinati atq; ſeditioſi, & omni-
no diſcordes. Apud nos uerò nō ſunt dij multi & domini, ſed unus Deus pater ex quo
omnia, & nos in ipſo, & unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quē omnia, & nos per ipſū,
qui imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, & omnium ſeculorum: quo-
niam in ipſo creata ſunt omnia quæ in cœlis & quæ in terra, uiſibilia & inuiſibilia, ſiue
throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Omnia per ipſum, & ſine i-
pſo factum eſt nihil. Et unus ſpiritus ſanctus, in quo omnia, Dominus & uiuificans De-
us & deificans, ſpiritus bonus, ſpiritus rectus, ſpiritus paracletus, ſpiritus adoptionis.
Harum trium perſonarum unaquęq; Deus perfectus eſt, ſed non tres dij. Qualis pater,
talis filius, talis ſpiritus ſanctus. In his tribus perſonis una natura, unum regnū, una ui-
tus, una gloria, una ſubſtantia: diuiſio tantum in perſonis, ſed unitas in deitate. Vnus e-
nim pater cui proprium eſt ingenitum eſſe, unus unigenitus filius, cui propria eſt natiui-
tas, unus uerò ſpiritus ſanctus, & propria eius proceſsio. Sic enim nos de lumine patre,
lumen uidentes filium, in lumine ſpiritu ſancto uiuificamur, in tribus perſonis unam
glorificantes deitatem: & ipſe eſt uerus & ſolus Deus in trinitate cognitus, quoniam
ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Huius gratia & ego cognoſcens de te, miſ-
ſus ſum ut docerem te quæ didici, & ſeruaui uſq; ad caniciem meam. Si ergo credideris,
& baptiſatus fueris, ſaluus eris: ſi uerò non credideris, condemnaberis. Nam iſta quæ
cernis hodie, & in quibus exultas: id eſt, gloria, deliciæ & diuitiæ, & omnes uitæ ſedu-
ctiones citò tranſeunt, eijcientq; te etiam hinc nolentem, & corpus quidem conclude-
tur paruo monumento ſolum derelictum, omniq; deſtitutum amicorum & cognatorū
affectu. Abijcientur uerò delectationes mundi, & multa fœditas & putrida corruptio
pro præſenti decore & bono odore inducetur. Animam uerò tuam mittent in condem-
nationem inferni, uſq; ad ultimam reſurrectionis diem, quando rurſus ſuo ſumpto cor-
pore, eijtietur à facie Domini, & tradetur igni gehennæ, ſine fine arſura. Hæc tibi con-
tingent, & multa his deteriora, ſi remanſeris in infidelitate. Si uerò ultroneus obaudie-
ris ei qui te uocat ad ſalutem, & acceſſeris ad eum cum gaudio & deſiderio, & lumine il-
lius ſignatus fueris, & toto corde ſecutus fueris eum, omnia quidem reſpuens, & illi ſoli

adhærens

adhærens, quales habebis stabilitates & delectationes, audi: Si sederis, securus eris, si dormieris, iucundè soporatus quiesces, & non formidabis terrorem superuenientem, neque impetus sæuorum dæmonum intentatos, sed ambulabis confidens sicut leo, & uiues cum lætitia, & in æternum exultabis. Nam super caput tuum exultatio, & laus & lætitia comprehendet te, aufugiet dolor & tristitia, et gemitus. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet. Clamabis, & dicet: Ecce adsum. Ego enim sum qui deleo iniquitates tuas, & nō memorabor. Tu uerò memor esto, & iudicemur. Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris. Si fuerint peccata tua ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: etsi fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Os enim Domini locutum est hoc. *Esaiæ 1.*

Dicit ad eum Iosaphat: Omnia uerba tua bona & admirabilia sunt, quę credidi, & credo. Omnem quidē idolorum seruitutem ex corde odiens, etiam priusquā tu intrares ad me, quia inuitus & dubitans erga ista se habuit semper animus meus. Nunc uerò perfecto odio odiui, discens à te uanitatē & insipientiā illorum qui seruiunt eis. Desidero autem uerus Dei seruus fieri, si tamen nō repulerit me indignū, propter meas iniquitates: sed confido quia dimittet mihi omnia peccata mea, quoniā benignus & misericors est, sicut tu doces. Ideo ego paratus sum baptismum suscipere, & omnia quæcunque dixeris custodire. Quid uerò me oporteat facere postquam baptisatus fuero, etsi hoc solum sufficit ad salutem (credere uidelicet & baptisari) an alia oportet subsequi, manifesta.

Tunc ait ad eum Barlaam: Audi quid oportet facere post baptismū. Ab omni quidē peccato, & ab omni uitio abstinere, ædificare uerò super fundamentū rectæ fidei, uirtutum operationē: quoniā fides sine operib. mortua est, sicut & opera sine fide. Ait enim Apostolus: Spiritu ambulate, et desideria carnis nō perficietis. Manifesta autē sunt opera carnis, q̄ sunt adulteria, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorū seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contētiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, auaritia, maledictiones, amor uoluptatū, ebrietates, cōmessationes, & his similia. Quæ prædico uobis, sicut prædixi: quoniā qui talia agunt, regnū Dei nō cōsequentur. Fructus enim spiritus est charitas, gaudium, pax, pacientia, longanimitas, bonitas, mansuetudo, fides, continentia, sanctificatio animæ & corporis, humilitas cordis & contritio, eleemosina, immemoria mali, humanitas, uigiliæ, diligens pœnitentia omnium præteritorum peccatorum, lachrymæ compunctionis, luctus tam pro peccatis suis, quàm pro peccatis proximorum suorum, & his similia, quæ uelut quidam gradus & scalæ inuicem uinctæ & subinde auctæ, in cœlum animam subleuant. Ecce ista mandamur post baptismum fortiter tenere, à contrarijs uerò abstinere. Si autem post acceptam ueritatis cognitionem, priora rursus mortua apprehenderimus opera, & sicut canis ad uomitum reuersi fuerimus, continget nobis quod à Domino dictum est: Cùm enim (inquit) spiritus immundus exierit ab homine (gratia uidelicet baptismatis) ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inuenit. Non ferens autem diutius sine domo & sine tecto errare, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui, & ueniens inuenit scopis mundatam & ornatam, id est, uacuam & uacantem, seu quæ gratię non suscepit operationem, nec seipsam uirtutum diuitijs ditauit. Tunc uadit & assumit septem spiritus nequiores se, & ingressi, habitant ibi: et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus. Nam baptismus omnium quidem præteritorum peccatorum, chirographa perfectæ tradit perditioni, & deinceps murus est nobis firmus, & antemurale, & arma fortia aduersus inimici prælium. Non autem destruit liberum arbitrium, neque post baptismum peccatorum habet indulgentiam, neque secundam in piscinam descensionem. Vnum enim confitemur baptismum, & ideo opus est omni custodia seruare semetipsos, ne rursus polluantur, quin potius mandata Domini comprehendant. Dicēs enim ad Apostolos: Euntes docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: nō hic resistit, sed addit, Docentes eos seruare omnia quęcunque mandaui uobis. Mādauit enim pauperes quidem esse spiritu quos beatos esse dicit, & regno cœlorū dignos appellat. Deinde lugere in præsenti subdidit uita, ut futura cōsolatione digni efficiamur. Mites quoque esse & semp esurietes, & sitientes

Iacobi 1. *Gal. 5.* *Lucæ 11.* *Marc. 16.* *Matth. 5.*

sitientes iustitiam, misericordes & facilè tribuentes, miserationem habentes & compassionem, mundos corde, abstinentes ab omni pollutione carnis & spiritus. Pacificos cõtra proximos, & contra animam suam. Subijcientes uidelicet deterius meliori, & inter ipsos pertinax bellum recto iudicio pacificantes. Sustinere etiam omnẽ persecutionẽ, & omnem tribulatioẽ, & opprobrium propter iustitiam, pro nomine eius nobis illatũ, ut æternum gaudium in splendida distributione adipisci mereamur. Sed & in mundo præcepit, ut sic luceat lux nostra coram hominibus, ut uideant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Nam lex Mosi, quæ quõdam data fuit Israëlitis: Non occides (inquit) non mœchaberis, nõ furaberis, non falsum testimoniũ dices. Christus uerò ait: Quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio, Quicunq; dixerit fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Et quia si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum

Matth. 5. ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo. Et quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo, pollutionem animę & uicij consensum, adulterium uocans: sed & lege periurium prohibente. Christus nec omnino iurare, præter est & non, mandauit. Oculum pro oculo, & dentem pro dẽte: ibi. Hic autem, Quicunq; percusserit in dextrã maxillam, præbe ei & alteram. Et, Qui tecũ uult iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium Et quicunq; te angariauerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Qui petit à te, da ei. Et uolentem à te mutuari, ne auertas. Audistis quod dictũ est, Diliges proximũ tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico uobis: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequẽtibus & calũniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

Lucæ 6. Nolite iudicare & non iudicemini. Dimittite, & dimittetur uobis. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furãtur.

Matthæi 6. Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi neq; ærugo, neq; tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, nec furãtur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Ne soliciti sitis animæ uestrę quid manducetis, neq; corpori uestro quid induamini. Scit enim pater uester cœlestis, quoniam his omnibus indulgetis. Qui ergo animã dedit & corpus, dabit prorsus & cibum & uestimentum, qui uolatilia cœli nutrit, & lilia agri tali exornat pulchritudine. Quærite uerò primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & omnia ista adijcientur uobis. Nolite soliciti esse de crastino: nam crastinus dies sui ipsius solicitus erit. Omnia quęcunq; uultis ut faciant uobis homines, sic & uos facite illis. Intrate per angu-

Lucæ 18. stã portã, quia lata est porta & spaciosa uia quæ ducit ad mortẽ, & multi sunt qui intrãt per eam: quoniã angusta porta et stricta uia quę ducit ad uitã, et pauci sunt qui inueniũt eam, Nõ omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnũ cœlorũ: sed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis est. Qui diligit patrẽ aut matrẽ plus quã me, nõ est me dignus. Ecce ista & his similia mandauit Saluator apostolis, ut docerent fideles. Et hæc oĩa debemus custodire, si desideramus perfectionẽ cõsequi, & incorruptibilẽ coronam iustitiæ ꝓmereri, quã reddet Dominus in illa die iustus iudex, omnibus diligẽtibus se.

Dicit ei Iosaphat: Igitur quantũ ex hoc dogmatũ subtilitate perpẽdere ualeo, si hanc mundã conuersationẽ post baptisma, unius uel duorũ transgressione mandatorũ istorum uiolare me cõtigerit, ab omni mea corruã intentione, & omnis spes mea irrita fiet.

Respondit Barlaam: Noli sic ista perpendere, nam pro saluatione generis nostri, homo factus Deus uerbum, sciens infirmitatem multam atq; miseriam naturæ nostræ, nec in hac parte dimisit nos sine medicina lãguere, sed sicut sapientissimus medicus lubricę nostrę atq; peccatrici uolũtati cõmiscuit antidotũ pœnitentiæ, prædicãs ista in remissionem peccatorũ. Post acceptam etenim cognitionem ueritatis, & sanctificationem per aquam & spiritum, omnisq; peccati & totius sordis facilẽ emundationẽ, si contigerit in aliquos peccatorum casus nos corruere, non est quidem per baptismũ secunda regeneratio in aqua piscinæ per spiritũ sanctificata, quæ pfectè renouat baptizatos. Hoc quippe donũ semel datur: sed per pœnitentiã laboriosam, & lachrymarũ abundantiã, ærumnasq; atq; sudores fit emũdatio atq; remissio culparũ, ꝑ uiscera misericordię Dei nostri.

Baptismus. Baptismus. n. uocatus est etiã fons lachrymarũ secundũ gratiã Dñi, sed labore & dolore indigeas

indigẽs. Multosq́ de plurib. peccatis liberauit, eo quòd peccatũ nõ ualet Dei superare benignitatẽ: si tamen occurramus pœnitentiam agere, & lachrymis delictorum sordes abluere, ne mors præueniens, hinc sordidos eijciat. Non est enim in inferno pœnitentia uel confessio. Dum enim uiuimus (fundamento tamen rectæ fidei stabili permanente) etsi aliquid trabium uel tectorum dissoluatur, licet quod putrefactum est negligentia, pœnitentia renouare. Nam multitudinem miserationum denumerare, & magnitudinem misericordiæ illius metiri impossibile est: peccata uerò quantacunq́ sint atq́ delicta, mensuræ subiacent, & numerabilia esse constat. Ergo mensuræ & numero subiacentia peccata nostra, immensam misericordiam & innumerabiles Dei uincere nequeunt miserationes. Quapropter non debemus in multitudine desperare peccatorum, quorum remissio nobis adiacet benignitate Christi, qui pro peccatis nostris suum effudit sanguinem. Vbiq́ uerò per scripturas pœnitentiæ uirtutem discimus, & maximè ex præceptis & parabolis domini nostri Iesu Christi. Ex tunc enim ait: Cœpit Iesus docere & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Sed & in parabola quadam filium narrat, qui accepit patris substantiam, & abijt in regionem longinquam, ibiq́ totam dissipauit uiuẽdo luxuriosè. Deinde fame in illa regione facta, abijt, & adhæsit uni malignorum ciuium regionis illius peccatricis. Qui & misit illum ut pasceret porcos, asperrimum et abominabile sic uocans peccatum. Multum enim tribulatus, & ad extremam deueniens miseriam, in tantum quod neq́ de siliquis quas porci manducabant, suum posset implere uentrem. Tandem aliquando suam in se reuersus sentit confusionẽ, lamentansq́ seipsum, dicebat: Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrẽ meum & dicam ei. Pater peccaui in cœlum & corã te, & iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens uenit ad patrẽ suum. Cùm autẽ adhuc lõgè esset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accedẽs cecidit super collũ eius, & osculatus est eum. Et in priorẽ restituans illum honorẽ solennitatẽ lętabundã fecit in eius inuentionẽ, occidens uitulũ pascualẽ. Ecce parabolã hanc, de peccatoribus ad pœnitentiã reuertentibus, nobis narrauit Sed & pastorẽ quendã bonum qui 100. oues habuit, & una perdita, dimisit 99 & ad quęrendã illam exiuit, donec inuenit eam, & inuentam in humeros suos leuauit, & alijs qui non errauerant cõiunxit, uocauitq́ amicos & uicinos ad epulas in eius inuentionẽ. Sic (inquit Saluator) gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiã agente, quàm super 99. iustis, qui non indigent pœnitentia. Princeps etiam apostolorum Petrus, fidei petra, circa ipsum tẽpus passionis Christi, ad modicum derelictus, dispensatiua quadam desertione, ut agnosceret humanæ infirmitatis pusillanimitatem & miseriam, negationis crimen incurrit. Deinde statim uerborũ Domini recordatus, exijt foràs, & fleuit amarè, lachrymisq́ illis deiectionis uerecundiã protestatus, uictoriam reportauit. Nam cum esset arte bellandi imperitus cecidit, non tamen est dissolutus, neq́ in semetipso desperauit, sed resiliens, amarissimas de corde contribulato produxit lachrymas: statim'que hostis cernens hoc, quasi flamma uehementissimæ facis succensus, recessit fugiens longius, & durissimè eiulans. Princeps autem Apostolorum Petrus antè fuit, fuit & postea magister orbis ordinatus: sic iam & pœnitentiæ forma effectus est. Post resurrectionem uerò suam Christo dicente ei, Petre amas me, ternam negationem correxit, ipso Apostolo respondente, Etiam Domine tu scis quòd amo te. Ex his enim omnibus & alijs pluribus, & numerum superantibus exemplis, discimus uirtutem lachrymarum & pœnitentiæ, tantum ut modus huius dignè & rationabiliter fiat, ex affectu abominando peccatum, & odiendo atque condemnando, lachrymas etiam fundendo, sicut ait propheta Dauid: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo Et ita peccatorum emundatio fiet per sanguinem Christi, in magnitudine misericordiæ illius, & multitudine miserationum Dei, dicentis: Quòd si fuerint peccata uestra sicut phœnicium, quasi nix dealbabuntur: si autem fuerint ut coccinum, quasi lana alba erunt. Hæc quidem ita sunt, & ita credimus. Oportet itaque ut post acceptam notitiam ueritatis, & regenerationis & adoptionis filiorum Dei, dignitatem & mysteriorum gustum diuinorum, omni uirtute obseruare, ne ruamus.

Matth. 3. *Lucæ 15.* *Lucæ 15.* *Petri lapsus.* *Lucæ 22.* *Ioan. 21.* *Lachrymæ ex corde fluunt.* *Psalm. 6.* *Esaiæ 1.*

Nam ca

Nam cadere non expedit certanti: quoniam iam multi qui corruerunt, resurgere non potuerunt. Alij uicijs quidem ianuam aperientes, & inseparabiliter eis adhærentes, ulterius ad pœnitentiam uenire nequiuerunt. Alij uerò morte præuenti, & non occurrētes, per pœnitentiam seipsos à sorde peccati abluere, condemnati sunt. Propterea periculosum est in quodcunque uitium cadere. Si uerò contigerit, statim resilire oportet, & rursus in bono stare certamine. Et quotiescunque istud acciderit, & illud mox fiat, id est resurrectio & statio usque ad mortem. Nam conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, dicit Dominus Deus.

Ad hæc Iosaphat dixit: Quomodo igitur quis custodiet seipsum post baptisma mundum ab omni peccato? Nam si restat delinquentibus pœnitētia, sed tamen non sine labore & dolore, fletu & planctu, quæ non facilia multis fore mihi uidentur. Et ideo mallem inuenire uiam, ut custodirē diligēter præcepta Dei, & non declinarē ab eis, ne post indulgentiam priorum malorū, ad iram prouocarē iterū dulcissimum Dominū meum.

Tunc Barlaam ait: Bene dixisti domine mi rex, nam hoc & mihi desiderabile est. Sed laboriosum est, & ualdè impossibile, iuxta ignem conuersari aliquem & non fumigari. Difficile est ergo & nimis arduum, secularibus uinctum negocijs, & eius curis implicitum & conturbationibus, & in delicijs atque diuitijs uiuentem, mandatorum Dei indeclinabiliter uiam pergere, & mundum seipsum conseruare. Ait enim Dominus: Nemo

Matth. 6. potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonę. Scribit autē & dilectus ipsius discipulus Ioannes Euangelista & theologus, in epistola sua sic:

1. Ioan. 2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū, & ambitio seculi, quæ non ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatē Dei, manet in æternum. Ista ergo diuini ac deiferi patres nostri, & Apostolum audientes, quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum, festinauerunt, post sanctum baptismum immaculatam & impollutā incorruptionis seruare tunicam. Vnde quidam illorum & aliud addiderunt baptismum suscipere,

Baptismus martyrij. per sanguinē dico & martyrium. Baptismū enim & hoc nominatur, & ualde preciosum atque laudabile. Secundis nanque peccatorū non polluitur sordibus. Quod & Dominus pro nobis suscipiens, baptismū decenter uocauit. Hinc ipsius imitatores facti, prius quidem sui discipuli & apostoli, deinde uerò & omnis sanctorū martyrum chorus, cultoribus idolorū, regibus & tyrannis semetipsos pro nomine Christi obijcientes, omne genus tormentorū sustinuerunt: uidelicet bestijs proiecti, & ignibus exusti, atque gladijs interempti, bonamque confessionē confessi, cursum consummauerunt, fidē seruauerunt, iustitiæque brauiū sunt adepti, angelisque associati, & Christi cohęredes effecti sunt. Quorum uirtus intantū resplenduit, quod in omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Istorū non tantū uerba & opera, sed & sanguis & ossa, omni sanctitate sunt plena. Dęmones nanque potenter eijciunt, insanabilium uerò languorū sanitates de accidentibus præstant. Vestimēta uerò, & si quid aliud preciosis ipsorū appropiatum corporibus, creaturæ omni semper sunt ueneranda. De quibus longus erit sermo, si per singula uirtutes eorū referre uoluerimus. Postquā uerò crudeles illi & atroces tyranni mali malè perierunt, & persecutio quieuit, regesque fideles per uniuersum orbē regnauerunt: suscipientes alij, & imitantes zelū alium & diuinū desiderium (martyrium dico) & eodē amore in animo uulnerati, diligenter satagebant mundā animā, & corpus impollutū Domino exhibere, omnesque uiciorū illecebras circūcidentes, & ab omni pollutione carnis & spiritus, seipsos emundantes. Quoniam uerò non aliter hoc, quā per custodiam mandatorū Christi efficere nouerant. Custodiam autē mandatorū & operationum uirtutū difficilē in medio mundialium fieri posse cōsiderabant, aliam quandā uitā peregrinā, & sibimet insolita ducere studuerunt, & secundū diuinā uocē omnia derelinquentes, uidelicet parētes, filios, amicos, cognatos, diuitias atque delicias, & omnia quæ in mundo sunt odientes, & deserta quasi quidā fugitiui adierunt, egeni, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ. Ab omnibus terrenis delectationibus & refrigerijs seipsos elongantes, ipsum

tes, ipsum etiam uictũ & uestitum ualde tenuem habentes. Ista duo negociantes, ut uitarent materias uiciorum, radicitus ipsorum concupiscentias de animo euulserunt: & eorum delentes memorias, amorem & desiderium diuinorũ & cœlestium in seipsis plantauerunt. Ad hæc etiam per macerationẽ carnem suam affligentes, & martyres uoluntate effecti, ne priuarentur gloria illorũ, qui per effusionem sanguinis sui consummati sunt; sed imitatores & ipsi Christi passionum quantũ in ipsis est effecti, & perennis regni participes Sic ergo uirtutibus adornati, solitariã & quietã uitam ducebant. Alij quidẽ sub dio absq; tecto perdurantes, solis æstu & rigoribus frigoris, & imbribus & turbinibus uentorum affligebantur. Alij uerò tiguria figentes, aut speluncis & antris latitantes degebant. Sic ergo uirtutem uirtutibus cumulantes, omni carnali cõsolationi & repausationi penitus abrenunciauerunt, oleribus crudis & herbis aut glandibus, seu pane arido & ualde sicco transigebant diætam, non solum qualitati delectationũ abrenunciantes, sed etiam ipsi tenori abstinentię, ex sua parte semper aliquid addebant. Nam tantum de ipsis talibus & abiectis sumebant escis, ut solum uiuere possent. Quidã nanq; eorũ tota hebdomada ieiuni permanentes, Dominica die cibũ sumebant Alij bis in hebdomada huius memoriam habebant. Alij autẽ post dies duos uespere edebant, tantũmodo modicum gustantes, orationibusq; & uigilijs uacabant, angelorum uitam imitantes, auri argentiq; possesionibus, emptionibus & uenditionibus abrenunciantes, inter homines se esse obliuiscebantur. Inuidia uerò atq; superbia, quæ maximè bona opera comitari solent, in eis locum non habebant. Nam neq; qui in conuersatione minor erat, aduersus eum qui amplius pollebat, inuidiæ cogitationẽ ullo modo in semetipso suscipiebat. Nec rursus magnificè agentem aduersus infirmiores in superbiã extollebat arrogantia, ut sperneret proximũ, aut gloriaretur in sua sanctitate: aut magnifice saperet in uirtutibus. Nam qui plus uirtutis habebat, non proprijs laboribus, sed Dei gratiæ totum ascribebat, in humilitatẽ deprimens semetipsum, nihil omnino esse reputans quod agebat, iuxta quod ait Dominus: Cum feceritis omnia quæ pręcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus: quæ debuimus facere fecimus. Illi uerò nec fecisse aliquando quæ præcepta sunt confidebant seipsos, sed plura sibi deesse arbitrabantur quæ fieri oporteret. Et rursus qui in conuersatione debilior erat, despiciendo se miserũ clamitabat, negligentię uoluntatis, non naturæ infirmitati quod deerat imputans. Sic ergo alius alio, & omnes omnibus erant humiliores. Cenodoxiæ uel placendi hominibus uitiũ, quomodo esset in illis, qui ideo de mundo fugerant, & desertũ inhabitabant, ne hominib. sed soli Deo uirtutũ suorum operatio nota fieret, à quo & bonorũ retributiones sperabant, bene scientes, quia quæ propter uanam gloriam bona perficiuntur opera, sine mercede remanent. Nam propter laudem hominum fiunt, & non propter Deum. Vnde & dupliciter huiusmodi detrimentum patiuntur, corpus quidem macerantes, & mercede carentes. Illi uerò supernę gloriæ inhiantes, & hanc toto corde desiderantes, omnem terrenã & humanam laudem spreuerunt. Habent autem habitacula sua, alij quidẽ in omnimodo recessu & solitudine agonem percurrentes, elongantes seipsas ab hominum cõmoratione, per totum tempus uitæ suæ, & Deo appropinquant. Quidam uerò longe abinuicẽ cellas habentes, Dominicis diebus ad ecclesiam unam conueniunt, & diuina mysteria sumunt (sacrificium dico intacti corporis & preciosi sanguinis Christi) quę fidelibus in remissionem peccatorũ, illuminationemq; & sanctificationem animæ & corporis Dominus donauit, instruentes alterutrum exercitijs diuinorum eloquiorum, & solitis admonitionibus occulta colluctatorum bella publicantes, ut nullus ab his detineatur luctandi artem nesciens: Deinde domum unusquisq; reuertitur, mel uirtutũ in fauis cordium diligenter reponentes, & operantes fructum dulcissimum, & cœlesti mensura dignissimum. Alij uerò cœnobialem ducunt uitam. Qui plures in simul congregati sub uno prælato, ab omnibus differentes degunt, omnẽ uoluntatẽ suam obedientiæ gladio occidentes, & quasi seruos emptitios se uoluntariè reputantes, non sibimetipsis uiuũt, sed cui propter Christi amorem semetipsos subdiderunt. Familiarius autẽ magis est dicere, quia non uiuunt sibi: uiuit uerò in eis Christus, quẽ sunt secuti, omnia deserentes. Hoc enim est mundi secessio, uoluntarium odium, & naturæ negatio, eorũ quæ supra naturam sunt desiderio. Hi ergo quasi angeli in terra conuersantur, psalmis & hymnis

Heb. 11.

Lucæ 17.

Monachorũ in desertis cõsuetudo.

unanimiter Deum laudantes, & confessores laboribus obedientiæ apparent, in quibus *Lucæ 17.* & Dominicus sermo adimplet. Ait enim: Vbi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Non hac mensura in nomine ipsius congregationem concludens, sed per duos uel tres indeterminatũ numerum demonstrat. Siue enim pauci siue multi propter nomen sanctum eius congregentur, ardente seruientes ei desiderio, ibi hunc adesse credimus in medio seruorũ suorũ. His exẽplis & talibus conuersationibus atq; ordinibus, terreni & lutei uitã imitati sunt cælestium in ieiunijs, & orationibus, & uigilijs, in lachrymis feruentib. & inconsolabili luctu, in peregrinatione mortis, in mansuetudine & lenitate, in silentio labiorũ, in egestate & inopia, in castitate & prudẽtia, in humili sensu & trãquillitate, in charitate perfecta erga Deũ & proximũ, præsentem peregere uitã, quasi angeli morib. effecti. Vnde Deus miraculis & signis, & uarijs uirtutibus ipsos exornauit, & sonũ admirandæ conuersationis eorũ in omnẽ terrã effudit. Et si uitã unius ipsorũ per partes enarrauero, qui & autor fuisse monachicæ conuer- *Antonius monasticæ cõuersationis autor.* sationis dicitur, Antonius uerò nomen fuit ei, cognosces utiq; ex una arbore reliquarũ quæ eiusdem sunt generis & speciei, dulcedinem fructuũ, & quale posuit ille anachoreseos fundamentũ, qualem etiã structura superædificauit, & qualia meruit à Saluatore adipisci charismata. Multi uerò & alij post illũ simili agone decertantes, similem adepti sunt coronã gloriæ. Beati isti & ter beati, qui Deũ amando propter charitatẽ illius omnia despexerunt, fleuerunt, & luctum habuerunt diebus ac noctibus, ut in futuro æternã haberent consolationẽ. Humiliauerunt seipsos uoluntarie, ut illic exaltarentur. Afflixerunt carnes suas fame & siti & uigilijs, ut ibi susciperent eos deliciæ & exultatio paradisi. Tabernaculũ facti sunt spiritus sancti, in munditia cordis, sicut scriptũ est: Inhabitabo in eis & inãbulabo. Crucifixerunt semetipsos mundo, ut à dextris crucifixi stent in die iudicij. Præcinxerunt lũbos suos in ueritate, & paratas semper habebat lãpades, immortalis aduentũ præstolantes. Intellectualib. enim mentis oculis præuidebant assiduè terribilem horã illam, contemplationeq; futurorũ bonorũ & æterni cruciatus cor eorũ repletum semper erat: ut perennẽ gloriam acquirerent, facti sunt impassibiles sicut angeli, & nunc cum illis lætantur, quorũ & uitã imitati sunt. Beati isti & ter beati, qui oculis interioribus non fallentibus considerauerunt præsentiũ uanitatem, & humanæ actionis instabilitatem & lubricitatẽ, & hanc abnegantes, æterna sibi thesaurizauerunt bona & nunquã casuram, neq; morte amputandam uitam acquisierunt. Hos ergo mirabiles & sanctos uiros, & nos despicabiles & indigni imitari satagimus, non quòd pertingere ualeamus ad altitudinẽ cœlestis cõuersationis eorũ, sed secundũ posse infirmæ naturæ & miseræ, uirtutis uitã eorũ figuramus, & habitu eorũ operti sumus, quãuis operib. nõ impleamus. Nã ista diuina promissio, à peccandi uoluntate nos retrahit, & ad incorruptionẽ quæ nobis in diuino mysterio baptismate data est, nos astringit. Vnde sermones beatorum illorũ sequentes, ualde abhorremus corruptibilia hæc & mortalia uitæ negotia, in quib. nihil potest inueniri firmũ, neq; planũ stabile in seipsis, sed uanitas sunt om- *Eccl. 1.* nia & afflictio spiritus, multas in puncto ferentia transmutationes. Somno enim & umbra, & aura per aërẽ flante sunt fragiliora, minimaq; inest eis gratia, & neq; gratia, sed error quidẽ & seductio, malitiæ mundi, quæ non diligere, sed potius odire ex corde præcipimur. Et est secundũ ueritatem odibilis iste mundus & abominabilis. Nã quantacũq; donat amicis suis, cũ ira denuo diripit ea, nudatosq; omni bono & confusione indutos, omnibusq; grauib. prægrauatos, æternæ trãsmittit tribulationi. Quos modò exaltat, subitò ultima miseria humiliat, subdens eos pedibus omnium inimicorum suorum. Tales ergo gratiæ ipsius, talia sunt & dona. Inimicus enim est amicorũ suorum, & hostis omnium qui faciunt eius uoluntatem. Discerpit crudeliter incumbentes super se, eneruat *Fortunæ instabilitas.* illos qui cõfidunt in eo. Fœdus posuit cum insipientibus, & promissiones falsas eis pollicitus est, ad hoc tantum ut trahat eos ad se. Illis sibi acquiescentibus ingratus ipse & fallax demonstratur, nihil eorum cõplendo quæ promiserat. Hodie nanq; epularum delectationibus eorum gulam illicit, deuorandos inimicis, cras eos totos proijcit. Hodie regem aliquem constituit, & cras seruitutis iugo supponit. Hodie multis affluentem bonis, cras mendicantem reddit. Hodie coronam gloriæ eius uertice imponit, sed uultum illius cras in terram deprimit. Hodie exornat collum illius splendidis gemmis, dignitatum

tum torquibus, cras humiliat ferris uinctum compedibus. Amabilem hunc ad modicū omnibus facit, odibilem uerò paulò pòst & abominabilem. Hodie lætificat, & cras lamentis eum & fletibus afficit. Qualem uerò & his finem imponit, audi Habitatores gehennę, dilectores suos perficit miserrimè. Talem habet intentionem semper, taleq́ꝫ propositum. Neq́ꝫ recedentes hinc lamentatur, neq́ꝫ remanentiū miseretur. Illos enim male seduxit & retibus conclusit, ad istos uerò rursus artem suam transferre conatur, nolens aliquē suos sæuos effugere laqueos. Itaq́ꝫ qui tali seruiunt duro & maligno domino, & à bono ac benigno mente perdita semetipsos elongant, & præsentibus inhiāt negocijs, & eis tenentur astricti, & nullam futurorū habent memoriā, sed delectationes corporales incessanter desiderant: animas uerò suas dimittentes fame tabescere, & innumerabilibus affici malis, similes esse arbitror homini fugienti à facie furentis unicornis. Qui nō ferens sonum uocis illius & terribilium mugituum, fortiter fugiebat ne deuoraretur ab eo. Dum ergo uelociter curreret, in magnum quoddam decidit barathrū. Dum aūt caderet, manibus extensis arbusculā quandā apprehendit, & fortiter tenuit, & in basi quadam pedibus impressis, uisum est sibi in pace de reliquo fore & stabilitate. Respiciens ergo uidit duos mures, album quidem unum, alterum uerò nigrum, corrodentes incessanter radicē arbusculę quā apprehenderat, & iam propè erat ut eam abscinderent. Considerans etiā ipsius barathri fundū, uidit, draconem aspectu terribilē, ignem spirantē, & feralibus oculis aspicientē osq́ꝫ terribiliter aperire, & deuorare eum cupientem. Intuens uerò rursus basem illā super quā pedes habebat firmatos, contēplatus est quatuor aspidum capita de pariete prodeuntia ubi consistebat. Eleuans autē sursum oculos, uidit de ramis arbusculæ illius exiguū mel distillans. Dimittens ergo considerare quæ circundederunt eum mala, scilicet quomodo sursum quidē unicornis horribiliter insaniens quærebat hunc deuorare: deorsum uerò amarissimus draco inhiabat deglutire eum. Arbuscula uerò quā apprehenderat, post modicū erat excidenda, pedes super lubricam & infidelē basem statuerat. Et tantorum ac taliū malorū oblitus, seipsum dulcedini modici illius mellis tradidit. Hæc similitudo est eorum qui seductioni præsentis seculi adhæserunt. Cuius expositionem mox dicam tibi: Vnicornis quidam figurā tenet mortis, quæ semper persequitur & comprehendere desiderat genus humanū. Barathrum uerò mundus est iste, plenus omnibus malis & mortiferis laqueis. Arbuscula autē quæ à duobus muribus incessanter incidebat, quam apprehendimus, uitæ uniuscuiusq́ꝫ nostrûm mensura est, quæ consumit & diminuit per horas diei & noctis, & incisioni paulatim appropiat. Quatuor uerò aspides, de quatuor fragilibus & instabilibus elementis, constitutionem humani corporis significant. Quibus inordinatis & conturbatis, compago dissoluitur. Cum his & igneus ille atq́ꝫ crudelissimus draco, terribilem figurat uentrem inferni, cupiens suscipere eos qui præsentes delectationes futuris prēponunt bonis. Stilla uero mellis, dulcedinem significat delectationum mundi, per quam seductor ille suos amicos non sinit propriam uidere salutem.

Hac ergo Iosaphat ualde libenter suscepta parabola, ait: Quā uerus est iste sermo, & quā bene coaptatus. Ne quæso pigriteris tales semper mihi typos subrogare, ut sciā diligēter qualis est præsens uita nostra, & quorū amicis suis autor malorū sit. Senex uerò dixit: rursus similes sunt amatores seculariū delectationū, & qui harū dulcedine illiciunt, atq́ꝫ futuris & stabilibus fluida & fragilia præferunt, homini q̄ tres amicos habuit, quorū quidē duos precordialiter & affectuosè honorabat, ac uehemēter eorū charitate afficiebat, usq́ꝫ ad mortē pro ipsis agonizās, & piclitari desiderās. Aduersus tertiū uerò multo ferebat despectu, neq́ꝫ honore, neq́ꝫ decēti eū aliqn̄ gratificās dilectione, nisi modicā quandā & exiguā ad eū simulans amicitiā. Venerunt ergo die quadā terribiles quidā ac præcipui milites, festinantes celeritate multa hunc ad imperatorē ducere, rationē redditurū pro debito decē miliū talentorū. Coartatus uerò ille, quærebat adiutorē ad subueniendū sibi, in terribili rationis positione apud regē. Currēs igit̄ ad primū suū, & prę omnib. alijs charissimū amicū, dicit ei: Nosti ô amice, quomō animā meā semp̄ pro te posui: nunc aūt indigeo auxilio tuo in die ista, detinēte me necessitate. Quomō ergo ꝓmittis mihi nūc auxiliari? Et quę apud te reposita mihi spes est dilectissimū? respondēs ergo ille, ait: Non sum amicus tuus ô homo neq́ꝫ scio quis sis. Habeo enim alios amicos, cum

quibus oportet me hodie lætari, & amicos iſtos amodo poſsidebo. Præbeo tantum ecce tibi ciliciola duo, ut habeas ea in uia qua ambulas: quæ tamen nihil tibi proderunt, & nullam ſpem à me præſtoleris. Hęc audiens ille, & diffidens de auxilio quod ſperauerat ab eo, ad ſecundum perrexit amicum. Cui & ait: Recordare amice, quantum à me recepiſti honoris & gratię. Hodie uerò in tribulationem corruens & aduerſitatem maximã, auxiliatore opus habeo. Quantũ igitur uales mihi ſubuenire nunc, indica mihi. Ille uerò ait: Non uacat mihi hodie, ut tecum ſubeam agonẽ. Curis enim & ſolicitudinibus circundor, & in tribulatione ſum. Modicũ tamen tecum pergam, quamuis non ſit tibi profuturum, & ſtatim domũ reuerſus, proprijs uacabo negocijs. Vacuis ergo manibus homo inde reuerſus, & undiq; deſtitutus, lamentabatur ſeipſum de uana ſpe ingratorum ſuorum amicorũ, & de inutilibus laboribus quos pro illorum ſuſtinuit dilectione. Pergit etiam ad tertium amicum, de quo nunquã curam habuit, nec ſocium lætitiæ ſuæ aduocauit. Et ait ad eum, confuſo & in terram uultu demiſſo. Non habeo os loquendi ad te. Cognoſco enim diligenter quod nunquã tibi bene feci, nec amicabiliter erga te me habui. Sed quoniam aduerſitas me apprehendit dirisſima, & nullam ſpem ſalutis in cæteris meis amicis reperi, ueni ad te rogans, ſi eſt tibi poſsibile, quodlibet auxiliũ uel modicum impendere ne tardes, memor ignorantiæ meæ. Tunc ille reſpondit ei hilari & ſereno uultu: Certè amicũ meum chariſsimum confiteor te eſſe, & modici illius beneficij tui non immemor, cũ uſuris retribuã tibi. Ne timeas ergo, neq; formides. Ego enim præcedam te. Ego interueniam pro te apud regem, & non tradam te in manus inimicorum tuorũ. Confide ergo dilectiſsime, & ne triſteris. Tunc compunctus ille dicebat cum lacrymis: Heu mihi quid prius lamentator, aut quid potius plangã? Vanum affectum meum reprehendam, quem ingratis illis & falſis exhibui amicis: an amentiam meam plangam, quod huic uero & germano amico nullam oſtendi familiaritatem? Ioſaphat aũt ſermonem iſtum cum admiratione ſermonẽ ſuſcipiens, expoſitionem requirebat. Tunc ait Barlaam: Primus amicus utiq; eſt diuitiarum poſſeſsio & amor pecuniarum, pro quibus homo multis ſubiacet periculis, & plurimas ſuſtinet miſerias. ueniente uerò ultimo mortis termino, nihil ex omnibus illis, niſi qui ad ſepulturã pertinent inutiles accipit panniculos. Secundus autem amicus uocatur uxor, & filij & cognati & cæteri amici, quorũ affectui adhærentes inſeparabiliter tenemur, ipſam animã & corpus, propter illorum ſpernentes amorem. Sed nullam aliquis ex eis utilitatem conſequitur in hora mortis, niſi quod tantũmodo uſq; ad monumentũ ſecum pergunt. Deinde mox reuertentes, ſuis uacant curis ac ſolicitudinibus, non minus obliuione memoriam, quàm corpus aliquãdo amici operientes ſepulchro. Amicus uerò tertius deſpectus & grauis, nõ familiaris, ſed exoſus & quaſi aduerſus, iuſtorũ operum chorus eſt: uidelicet ſpes, charitas, fides, eleemoſyna, humanitas, & cætera uirtum congregatio, quæ poteſt præcedere nos cum exierimus de corpore, & pro nobis apud Deum interuenire, & de inimicis crudelibus exactoribus liberare, qui calumniam & amaram rationis exactionem nobis cõmouent, in aëre nos cõprehendere tentantes. Iſte eſt gratus amicus & bonus, qui & modicum bonum opus noſtrum in memoria fert, & cum uſura nobis integrum reſtituit.

Rurſus ergo Ioſaphat ait: Bene ſit tibi à domino deo tuo ô ſapientiſsime hominum. Lętificaſti nanq; animam meam congruis ac dignis ſermonibus tuis. Rogo etiam te, ut depingas mihi imaginẽ uanitatis mundi, & quomodo eum aliquis liberè, ac ſine impedimento tranſire ualeat.

Aſſumpto uerò ſermone Barlaam, ait: Ciuitatem quandam didici fuiſſe magnã, cuius ciues talem habebant conſuetudinem antiquitus, ut aſſumerent extraneum aliquem & ignotum uirum, nihil legem ciuitatis ſuæ & traditionum penitus ſcientem, & hunc ſibi regem conſtituebant. Qui omnem poteſtatem accipiebat, & ſuarum uoluntatum perficiendarum facultatem habebat, uſq; ad completionem unius anni. Deinde in omni ſecuritate eo permanente, delicijſq; ac ſuauitatibus ſine ulla formidine, & ſecum ſemper permanſurum regnum exiſtimante, repentè ſurgentes ciues illi contra eum, regali ablata ſtola, nudum per totam trahentes ciuitatem, exulem tranſmittebant in magnam ac longius remotam inſulam. In qua neque cibum inueniens neque ueſtimentum, in fame ac nuditate malè atterebatur, pręter ſpem conceſsis ſibi delicijs & gaudio, in triſtitia rurſus

rursus præter spem omnem & expectationem transmutatus. Interea iuxta morem con suetudinum ciuium illorũ, ordinatus est quidã uir in regno, qui non exiguo mentis intellectu uigebat. Qui tanta ac tali ex improuiso accidente sibi abundantia, mox non est dissolutus, nec ab ea raptus, neq; eorum qui ante eum regnauerunt, & miserrimè eiecti fuerunt, incuriã secutus est, sed solicitudinem gerebat, & laborabat animo, quomodo se & sua bene disponeret. Dum ergo asidua meditatione diligentius ista pertractaret, cognouit per quendam sapientissimum consiliarium suum, consuetudinem ciuium & locũ perennis exilij: & quomodo oporteret semetipsum custodire sine errore, edoctus est. Hoc ergo ut agnouit, & quia oportet eum prius paululum ad illam applicare insulam, hoc quoq; caducum regnum & peregrinũ alienigenis rursus derelinquere: apertis thesauris suis, quorũ tunc liberam habebat facultatẽ, & de illis quod uellet facere, accepit pecuniarum multitudinem: auri uidelicet & argenti, & lapidum preciosorũ amplissimum pondus, & fidelissimis committens famulis, in illam præmisit, ad quam ducendus erat insulam. Peracto igitur anni termino, in seditionẽ uersi ciues, nudum (sicut & illos qui ante eum fuerunt) in exilium transmiserunt. Tunc cæteri stulti & temporales reges malè fame cruciabant. Ille uerò qui diuitias antè ibi deposuerat, in abundantia perpetua uiuens, & delicias infinitas habens, timoreq; prorsus incusso, infidelibus & malignis ciuibus, sapientissimo seipsum beatificauit consilio. Ciuitatem ergo intellige, uanum istum & deceptorem mundum. Ciues autem, principes & potestates dæmonum, mundi rectores tenebrarum seculi huius, qui illiciunt nos dulcedine uoluptatũ, & suggerunt ut corruptibilia & mortalia ceu immortalia, & semper nobiscum mensura consideremus. Sic ergo nobis seductis, & nullam solicitudinem de stabilibus & æternis gerentibus, neq; nobis ipsis aliquid in illa uita recondentibus, repentè nobis imminet perditio mortis. Tunc iam nudos nos hinc maligni & amari suscipientes tenebrarũ ciues, cum quibus totum expendimus tempus, ducunt nos in terram tenebrosam & caliginosam, in terram tenebrarum ęternarum, ubi non est lux nec uita hominum. Consiliarium autem bonũ, qui omnia uera fecit nota, & salutaria edocuit studia sapientem ac prudentem regem, meam æstima paruitatem, qui bonam & rectam uiam ueni demonstrâre tibi, introducens te in æterna & infinita bona, ibiq; te omnia consulens reponere, abstractum ab errore mundi huius, quem & ego aliquando infeliciter diligebam: & ipsius delectationibus detinebat atq; iucunditatibus, donec ueracibus mẽtis oculis cousideraui, quomodo in istis omnis hominum uita atteritur, alij quidem uenientibus, alijs uerò discedentibus, & nullis firmum statum habentibus, neq; diuitibus in diuitijs, neq; potentibus in potentia, neq; qui prosperantur in prosperitate sua, neque qui delicijs affluunt in iucũditate sua, neq; putantibus firmiter se uiuere in uana sua & infirma stabilita, neq; in aliquo alio eorum quæ laudantur in hac uita, sed omnia similia sunt torrenti, impetu magno in profundũ maris ruenti. Fluida namq; sic sunt omnia præsentia & temporalia. Hinc intellexi, quia uniuersa ista uana, & in quibus utilitas est nulla, sic obliuioni tradũtur perpetuæ, & absentantur, siue gloriã dicas siue regnum, siue splendorem dignitatũ, siue potentatuum magnitudinem, siue tyrannorum crudelitatẽ, siue quidlibet talium, in futuris temporibus obtinebuntur. Ex quibus cum & ego unus sim, consuetæ nimirũ mutationi subiaceo: & quemadmodum mei prædecessores iucundari pręsentibus non omiserunt, ita erit & in me. Noui enim qualiter homines tyrannus iste ac turbulentus agitat mundus. Hinc inde eos transferens, hos quidem de diuitijs ad inopiam, illos uerò de paupertate ad gloriam, quosdam quidem subtrahens uitæ: alios uerò rursus inducens, nonnullos quidem sapientes & prudentes reprobans, quosdã contumeliosos scilicet & exiguos, honorabiles splẽdidos faciens. Alios etiam insipientes & fatuos in sede collocans gloriæ, honorabilesq; ignominiosos & obscuros demonstrans omnibus. Et est uidendum, quomodo genus hominũ nequaquam ante faciem ipsius tyrannidis crudelis habet statũ, sed est sicut columba quæ fugiens aquilã uel accipitrẽ, mutat se de loco ad locũ, nunc quidẽ huic insidens arbori: unde rursus mota, immergit se uepribus, deinde statim cauernis petrarum, & diuersis spinarum densitatibus semetipsam cõmittens, nusquã tutũ inueniens refugium, in motu & defectione tribulatur asidua: sic sunt qui præsentia perdere metuentes, & sub impetu quidẽ irrationabili miserrimè laboran-

tes, nihilq; penitus tutũ uel firmũ tenẽtes, neq; sciẽtes ad qualẽ peruẽturi sunt finem, & quod eos uana deseret uita, cui subdiderunt semetipsos ualde infeliciter & miserrimè. Mala enim pro bonis appetunt, pro bonitate malitiã exercentes: & ignorant quis frigidos multorũ & grauium suorũ laborũ suscepturus sit fructus, siue domesticus, siue alienus, & multoties neq; amicus omnino uel notus, sed hostis & inimicus. Hæc omnia & his similia dijudicans in prætorio cordis mei, odiui præsentem uitã, quæ in uanitatibus tota consumit, quã olim & ego deducebam, terrenis laboribus addictus. Abijciente uerò me de animo meo horum affectuum, & longius projiciente, apparuerũt mihi ea quæ ueraciter sunt bona, id est, deum timere, & facere eius uoluntatem. Hoc enim cognoui cunctorum bonorum caput esse, hoc & initiũ sapientiæ dicitur, & etiã perfecta sapien-

Prouerb. 1. tia. Nam uita est sine tristitia, & sine tentatione secura atq; quieta, & incũbentibus super se, quasi super rectissimã uiam mandatorũ Domini, & agnoscens subtiliter, nihil ei tortuosum aut anfractuosum esse, neq; defossum uel arduũ, sed spinis & tribulis carentẽ, & totã facilẽ penitus & gratã atq; planã, delectantem quidẽ oculos ambulantiũ per eam, splendidissimis contẽplationibus spaciosos exhibens pedes, & calcians in præparatione euangelij pacis, ut securè & expeditè gradiantur. Quã omnibus meritò præposui, & ædificare cœpi deiectã animæ meæ & corruptam domũ. Sic ergo me ea quæ apud me erãt disponẽte, & defectũ mentis corrigente, uerba audiui cuiusdã doctoris sapientis, talia mihi præcipiẽtis: Exite (inquit) qui saluari desideratis, separate uos à uanitate mũdi: præterit enim figura eius. Quantulumcunq;, & ecce non erit. Exite indeclinabiliter, nõ sine dote & mercede, sed expensas ferẽtes æternæ uitæ. Longinquã enim ituri estis uiã multarũ expensarũ cẽsu opus habentẽ, & peruenietis ad æternũ locũ, duas habentẽ regiones quæ multas in se mansiones habent. Quarũ quidẽ unam præparauit Deus his qui diligunt eum & eius mandata custodiunt, omnib. bonis plenã. Quã promerentes, in incorruptione uicturi sunt durabili atq; perpetua, perennẽ accepturi immortalitatẽ, ubi aufugit dolor & tristitia & gemitus. Secunda uerò regio plena est tenebris atq; tribulationibus, & dolorib. quę præparata est diabolo & angelis eius: in quã mittentũ & illi qui per opera mala hãc sibimet acquisiuerũt, & q incorruptibilia & æterna pro præsentibus cõmutauerũt, & se totos cibũ ignis ęterni fecerũt. Hanc ego uocẽ audiens, & ueritatẽ illius recognoscẽs, ad illã peruenire habitationẽ studui, quæ ab omni quidẽ dolore & tristitia libera est, tãta securitate talibusq; bonis repleta. Quorũ scientia nunc quidẽ ex parte in me est, adhuc ętate spirituali paruulo, & quasi per speculum & in enigmate quę ibi sunt uidente: cùm aũt uenerit quod perfectum est, & cognoscam facie ad faciem, tunc quod ex parte est destruetur. Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrũ. Nã lex spiritus uitæ, in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis, & aperuit oculos meos ut absq; errore uiderent: quia prudentia carnis mors est, prudentia uerò spiritus uita & pax. Igitũ sicut ego prudentiũ recognoscens uanitatẽ, ea perfecto odiui odio, sic & te recognoscere & odire fideliter moneo: ut quasi aliena & mox desitura reputes ea, & auferẽs hinc omnia, thesaurizes tibimetipsi in seculo incorruptibili thesaurũ securũ, diuitiasq; indeficientes, quò te proculdubio oportet proficisci: ut cum perueneris, non sis egenus, sed diuitijs plenus, sicut horum tibi simillimã suprà depinxi imaginẽ. Dixit Iosaphat seni: Quomodo ergo possum thesauros pecuniarũ & diuitiarũ illuc pręmittere, ut securam ipsorũ & corruptilẽ iucunditatem abiens reperiam, & qualiter demonstrem aduersus præsentia odium meum & amorem æternorũ, planè quæso insinua mihi. Et ait Barlaam: Diuitiarum quidem ad æternum locum præmissio, manibus fit egenorũ. Ait enim quidam prophetarũ, Daniel sapientissimus, regi Babylonis: Propterea ô rex, consilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus egenorum. Dicit autẽ & Saluator: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiãt uos in æterna tabernacula. Et longum superius seruis sermonẽ Dominus de eleemosyna & largitione pauperũ facit sicuti in euangelio didicimus. Sic ergo tutissime uade, præmittens illuc omnia egenorũ manibus. Quanta enim his feceris, sibi Dominus attribuẽs, multiplicius tibi restituet. Vincit enim semper donorũ retributionibus diligentes se. Hoc ergo modo nunc thesauros seculi istius quasi diripiendo à Domino suo, cui & tu miserrimè seruisti, bene ex his in futuro sumptum

tib

tibi repones, & ab alieno auferẽs, tibi cuncta recondes, & per fluida ista & tẽporalia, stabilia atq; manentia cõparabis. Deinde Deo tibi cooperante, peruidebis instabilitatẽ ac prauitatẽ mundi, & ualedicens omnibus ad futura cum affectu multo transuolabis: prętergrediens quidẽ transeuntia, sperandis uerò ac stabilibus inhærens, & deserens tenebras cum umbra mortis. Odiens uerò mundum, & mundi rectorẽ, & corruptibilem carnem inimicitiã tibi reputans, currens ad lumẽ inaccessibile, & crucẽ super humeros tollens, sequeris eum indeclinabiliter, ut & cũ ipso glorificeris, & æternæ uitæ hæres ostendaris. Iosaphat uerò ait: Cuncta ergo despicere, & istã laboriosam assumere uitã (sicut dixisti superius) traditio est antiqua, ab apostolorum descendens doctrina: an modò nouiter uobis sic uisum est, mentis uestræ scientia quasi melius eligentib. illud? Respondens senex, ait: Non legẽ recenter introductã doceo te (absit hoc à me) sed ab antiquo nobis traditã. Dixit enim Deus cuidã diuiti, qui interrogauit eum, quid faciendo, uitam æternam possideret. & glorianti omnia se custodisse quæ scripta erant in lege: Vnũ (inquit) tibi deest. Vide, & quæcunq; habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlis, & ueni sequere me, tollendo crucem. Ille uerò hoc audiens, tristis effectus est. Erat enim diues ualde. Videns eum contristatũ Dominus, dixit. Quàm difficilè qui pecunias habent, intrabunt in regnũ cœlorũ. Facilius enim est, camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum, cœlorum. Hoc ergo mandatum cuncti audierunt sancti, & separari ab omni tali diuitiarũ difficultate studuerunt, cuncta sua dispergentes in pauperũ erogationem, & diuitias sibi æternas reponentes, tulerunt crucẽ, & secuti sunt Christũ. Alij quidẽ martyrio, sicut iam dixi tibi, consummati sunt. Alij uerò eremiticè agonizantes, & nihil eorum quæ ad conuersationẽ huius ueracis philosophię pertinent, omiserunt. Mandatum igitur hoc esse noueris Christi regis nostri & Dei, quod nos ab amore temporalium retrahit, & æternorum participes efficit. Cùm igitur, inquit Iosaphat, sic antiqua & necessaria huiusmodi sit philosophia, cur non hodie hanc multi sequuntur? Senex uerò ait: Multi quidem imitati sunt, & imitantur: plurimi uerò pigri remanent, & negligentes. Pauci enim sunt (sicut ait Dominus) qui strictam & arctã pergant uiam, amplã uerò & latam plures. Qui enim semel ab auaritia & uoluptate malorũ capiunt, inani ac uanę dediti gloriæ, inextricabiliter ipsis astricti remanẽt, & quasi seruos semetipsos uoluntariè uenundantes alieno domino, & ex aduerso stantes ista præcipienti Deo, & uincti ab eo tenentur: Anima enim quę semel de sua salute desperat, habenasq; suas irrationabilibus laxat cupiditatib. ubiq; fertur. Propterea deflens propheta circumfusam stultitiam huiusmodi animabus, & adiacentis eius caliginis crassitudinem deflens, dicebat: Filij hominũ usq; quo graui corde, ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendaciũ? Ita & quidam nostrorũ sapientiũ & doctorũ rationabilis uir & continens, & quædã à seipso adijciens, clamabat omnibus uelut de euidenti & altissima specula: Filij hominum usq; quo graui corde? ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendaciũ? magnum quid uitã istã & delicias, atq; modicã gloriã & humilem potentiã, & falsam prosperitatem arbitrantes. Quæ non eorum sunt quæ uidentur, uel putant se habere illa, sed sicut puluis agitantur, & ad alios uentilata trajciunt: aut sicut fumus, defluentia, & somnia illudentia, & uelut umbra inania, neq; absentia desperata non habentib. neque præsentia defluentia possidentibus. Si uerò Saluatore mandante, prophetis etiam & apostolis prædicãtibus, ac sanctis omnib. opere & sermone ad uirtutis uiã rectissimam uos exhortantibus: etsi pauci per hanc gradiunt, cum plures spaciosam, & quæ ad perditionẽ ducit eligãt, non'ne ex his cõuersatio diuinæ huius adnihilatur sapientię? Nã sicut sol ad illuminationẽ omnib. ortus, sine inuidia porrigit suos radios, cunctosq; illuminari permittit: ita & sapientia sui appetitores more solis illuminat & illustrat, & splendidos ostendit. Si quidam claudentes oculos uidere eius fulgorẽ nolunt, non idcirco reprehendendus est sol, uel è cæteris despiciendus, aut gloria sui splendoris per illorum inhonorabitũ stultitiã: sed illi potius seipsos lumine eius priuantes, quasi cæci palpabunt parietem, & in multis cadent foueis, pluribusq; lacerabuntur facies eorum spinis. Et quemadmodũ sol in suo splendore permanens, illuminat reuelata facie fulgorẽ suũ speculantes: eodẽ modo & lux Christi splendet quidẽ omnibus, ditissimè largiens eis suã claritatẽ. Participat uerò unusquisq; iuxta quod desiderat & appetit. Neq; enim de-

est alicui uolentiũ se intueri Sol iustitiæ, neq; tamen cogit sponte suas tenebras eligentes, sed proprio unusquisq; relinquitur arbitrio & prælectioni, quamdiu in hoc seculo est. Iosaphat aũt suscitante, quid est liberũ arbitriũ, & quid prælectio, respondit senex: Liberũ quidem arbitriũ est animę rationalis uoluntas, sine prohibitione cuiusquã mota ad quodcunq; uoluerit, siue ad bonum siue ad malũ, sic ab autore concessum. Rursus liberũ arbitriũ est intellectualis animæ motus sui iuris. Prælectio est consultũ desideriũ eorũ quæ in nobis sunt, aut consiliũ desiderabile. Quod enim præiudicatũ est, ex consilio tenemus eligentes. Consiliũ uerò est desideriũ, perquirens de his quæ à nobis sunt facienda. Consiliat enim quis, si debeat rem peragere uel non, deinde iudicat quod melius est, & uocatur iudiciũ. Exinde appetit & amat quod ex consilio iudicatũ est, & dicitur deliberatio. Si enim iudicat, & non effectat quod iudicatũ est, id est, non diligit illud non dicitur deliberatio. Deinde post dispositionẽ fit prælectio. Nã prælectio est duorum propositorũ unum eligere pro altero. Et hoc manifestũ est, quod consilium est post iudiciũ uel prælectionẽ, & ex ipsa etymologia. Prælectũ quippe, est unum præ altero electũ. Nullus uerò aliquid antè iudicat quàm uideat, neq; prælegit, nisi antè iudicet. Non enim omnia quę uidentur nobis, ad effectũ deducere cogitamus. Tum pręlectio & prælectũ fit, quando quod antè iudicatũ est ex consilio, accipit appetitũ. Et sic colligitur, prælectionem esse desideriũ consultum eorũ quę in nobis sunt. Nam quod ante iudicatũ est ex consilio, desideramus pręligentes. Omne enim consiliũ fit propter illud quod agendũ est & sic ante omnem prælectionẽ consilium est, ante uerò omnẽ actionem, prælectio. Idcirco non solum actiones, sed & ea quæ secundũ intentionem prælectiones exhibent, & coronæ & tormenti iure causa fiunt. Principiũ enim peccati & iustæ actionis, prælectio est ex his quę à nobis sunt inducta. Quorũ enim in nobis affectus sunt, horũ & actiones: in nobis uerò secundum uirtutẽ operationes sunt, in nobis utiq; & uirtutes. Propriè nanq; in nobis sunt animata omnia, & ea de quib. consiliamur. Sic per liberũ arbitriũ considerantibus hominibus, & ipsum idẽ præeligentibus, quanto quis prælegit, tanto participatur diuini luminis, & proficit in philosophiæ studijs. Differentiæ enim pręlectionũ, sunt uelut quidã fontes aquarũ, de uenis terrę scaturientium. Alij quidẽ in superficie terrę oriuntur, quidã uerò paulò profundius, nonnulli aũt profundissimè. Harũ quippe aquarũ nonnullæ quidẽ indesinenter fluunt, & gustu dulces sunt: quædã uerò de profundo prodeunt, & amaræ sunt aut sulphureæ. Aliæ aũt largiter fluentes, alię uerò distillant modicè: sic & in pręlectionibus intellige, alius quidẽ ueloces esse & ualde feruentes, quasdam uerò torpentes & frigidas: & alias quidem ad bona iter habentes, nonnullas uerò ad contrarium omnium uirtute declinantes. Ergo iuxta affectum earum & actiones, sequuntur impetus.

Liberum arbitrium. *Prælectio.* *Consilium.* *Deliberatio.*

Tunc Iosaphat ait seni: Sunt ergo & alij qui ea quæ tu prædicas prædicent, aut solus es tu hodie qui ista doces, & sic odibilem præsentem uitam astruis?

Respondens aũt Barlaam, dixit: In uestra infelicissima regione ista neminẽ esse cognosco. Nam patris cui tyrannica crudelitas innumerabilibus hos mortibus tradidit, & satagit ne penitus audiat in uobis diuinæ notitiæ prædicatio: in cęteris uerò omnib. linguis cantant ista, & glorificant. Alijs quidẽ rectissimo sermone, alijs uerò distorto, hoste nostrarũ animarũ declinare eos à rectitudine faciẽte, & alienis monẽte glorijs, & dicta quędã scripturarũ aliter, & nõ secundũ congruũ sensum interpretari docente. Vna aũt ueritas est gloriosis apostolis & deiferis patribus, & in catholica ecclesia à finibus usq; ad fines orbis, sole splendidius coruscãs, cuius ego prædicator & doctor missus sum tibi.

Dixit autẽ Iosaphat ad eum: Nunquid non aliquid ex his meus aliquando didicit pater? Et ait senex: Subtilius & conuenientèr nihil didicit. Clausis enim mentis sensibus, bonum non uult suscipere, ad malum uerò præcipiti ruit impetu. Sed uellem (inquit Iosaphat) etiam illum ista didicisse.

Ait uerò senex. Apud hominem impossibilia sunt ista, apud Deum omnia possibilia sunt. Quid enim scis, si tu saluum facies patrem tuum, & modo mirabili genitor tui efficiaris genitoris?

Audiui enim regem quendã fuisse, multũ bene regnum suũ disponentẽ, mansuetéq; ac leniter erga suum se habentẽ populũ: hoc autem solũ sibi deerat, quod non habebat

diuinæ

diuinæ notitiæ illuminationẽ, sed errore idolorũ detinebat. Habebat aũt consiliariũ quẽdam bonũ, & perfectè exornatũ, tam quæ ad Deũ pertinet pietate, quàm & omni reliqua uirtutũ sapientia. Qui multũ grauabat & tristis erat eo quòd rex in tali permaneret errore. Volebatq; eum quandoq; redarguere, sed ab impetu isto reuocabatur, metuens, ne fortè autor malorũ sibimet & suis omnibus fieret, & quæ per eũ multis proueniebat utilitatẽ amputaret. Quærebat tamen tempus opportunũ ut traheret eum ad bonum. Dixit itaq; rex ad eũ: Veni, egrediamur, & perambulemus ciuitatẽ, sicubi fortè aliquid utilitatis uideamus. Deambulantibus uerò eis in ciuitate, uiderunt lucis fulgorẽ per quoddam foramẽ relucentẽ: & huic oculos inijcientes, aspiciunt subterraneã habitaculũ, ante quod sedebat uir ultima degẽs inopia, qui uili quodã ac dilacerato amictus erat indumento. Assistebat ei uxor sua propinatura. Quo uitreũ calicẽ in manus suscipiente, dulcissimũ cantando melos, illa iucunditatẽ ei exhibebat, saltans, & uirũ laudibus extollẽs. Tunc hi qui iuxta regem aderant, diutius ista cõsiderantes, mirabantur: quoniã tali inopia grauati, qui nec domum habebant, & uestimentis carebant, ita locupletem ac securam uitam ducebant. Tunc ait rex consiliario suo: O miraculum amice, quia mihi & tibi nunquã sic nostra placuit uita, quæ tantis delicijs & tanta refulget gratia, sicut uilis hæc & miserrima sua uita hos stultos lætificat & iucundatur, lenis eis ac suauis apparens, cũ sit odibilis & aspera. Opportunam itaq; nactus horã protosymbolos, ait: Reuera ô rex, qualis tibi uidetur horũ uita? Qui ait: Omniũ quæ aliquãdo uidi amarissima & infelicissima, abominabilisq; & auertenda. Tunc dicit ad eũ protosymbolos Ita ergo bene scias ô rex, quia multo amplius antè miserã & infelicẽ nostrã deputant uitã, contẽplatores ac narratores æternæ gloriæ illius, & bonorũ quę omnẽ superant sensum. Nam auro splendentia palatia nostra, & splendida indumenta ista, stercoribus & cœno fœtidiora uidentur, oculis contemplantiũ inenarrabilẽ pulchritudinẽ in cœlis, non manufactorũ tabernaculorũ, stolæq; diuinitus textæ, & incorruptibiliũ diadematũ, quæ præparauit Deus diligentib. se. Quẽadmodũ enim desipere nobis isti uisi sunt, eodẽ modo, & eo amplius nos qui in hoc mũdo erramus, & sufficientiã nobis esse putamus in falsa gloria & in utilibus delicijs, lamentationib. digni sumus, & lachrymis, in oculis eorũ qui gustauerũt dulcedinẽ bonorũ æternorũ. Rex aũt his auditis stupefactus, ait: Qui sunt ergo illi qui meliorẽ nostra uita obtinent? Omnes, inquit protosymbolos, qui æterna præponunt tẽporalibus. Rursus ergo scire rege cupiente, quę æterna, ait uir: Regnũ sempiternũ, & uitam quæ morti nõ subiacet, & diuitias quæ nunquã metuunt egestatẽ, gaudiũ quoq; & lætitiã totius expertẽ tristitię & grauitatis, & pacẽ perennẽ, liberã ab omni inimicitia & contentione. Qui istam merebuntur accipere, beati erunt: & hoc certissimum est. Sine dolore enim & sine tristitia uiuent in æterna uita, & omnia delectabilia & iucũda quę sunt in regno Dei absq; labore percepturi, & cum Christo sine fine regnaturi Et quis dignus erit ista percipere, ibi dicẽte rege, ille respondit: Omnes qui uiã tenent, illuc ducentẽ Facilis enim est introitus uolentibus tantum. Tunc rex ait: Et quę semita illuc producens? Respondit ei uir nobilis: Cognoscere solum uerũ Deum, & Iesum Christũ unigenitum eius filium, & sanctum ac uiuificantẽ spiritũ. Rex igitur regalem habens intellectũ, ait ad illum: Et quis prohibuit te hactenus ista nota mihi facere? Non enim abiectione & despectu digna mihi uidentur esse ista, si uera sunt: si aũt ambigua, studiosè oportet quærere, donec quod certum est inueniamus. Non negligentia (inquit uir) aut inertia detentus ista tibi notificare distuli, cum uera sint & omnino indubitabilia, sed excellentiã metuens tuæ gloriæ, ne fortè generarem tibi molestiã. Si ergo iusseris tuo famulo, ut amodo de his aliqua tibi recommemorem, per omnia tuo obsecundabor imperio. Etiam, inquit rex, non per singulos dies tantum, sed etiam per singulas horas horum memoriam mihi assiduè renoua. Nõ negligenter enim oportet his attendere, sed feruentius & studiosius Audiuimus nanq;, ait Barlaã, piè regem istum uixisse postea, & tranquille præsentem duxisse uitam, nec futura priuatum esse beatitudine. Si igitur & patri tuo talia quis opportuno suggesserit tempore, forsitã intelliget & cognoscet, quantis obsessus est malis, & ab his declinans, eliget bonũ Nunc ergo cęcus est, uero se priuans lumine, sponteq; sua impietatis agit tenebras.

Dixit autẽ Iosaphat ad eum: De patre meo faciat Dominus, sicut ei placet. Ipsi enim

(ſicut iam dixiſti) poſsibilia ſunt omnia, quę apud homines impoſsibilia ſunt. Ego uerò ex tuis ſacris ſermonibus præſentiũ cognoſcens uanitatẽ, diſcedere quidẽ penitus cogito, & tecum reliquũ uitæ meæ ducere, ne propter temporalia illa & fluida, ab æternorum & incorruptibilium excidam refrigerio.

Cui ſenex reſpondit: Si hoc feceris, ſimilis eris cuidam iuueni ſapientiſsimo. De quo audiui, quod filius fuit ditiſsimorũ parentũ, cui pater ſuus deſponſauit filiã cuiuſdã nobiliſsimi, & præ omnibus locupletiſsimi uiri, nimis pulcherrimã. Mouit aũt cum puero ſermonẽ de nuptijs, & quomodo facere meditabatur, annunciauit. Quod ille audiens, & quaſi rem malã ac nefariã reſpuens, relicto patre, fuga elapſus eſt. Ambulans aũt declinauit in domum cuiuſdã ſenis pauperis, propter æſtũ diei ſemetipſum repauſaturus. Tunc filia ſenis uirgo, quæ erat ei unigenita, ſedens ante ianuã, operabaẗ manibus, ore uerò ſuo Deũ laudabat aſsiduè, gratias agẽs ei de imo cordis. Huius aũt laudes iuuenis auſcultans, ait: Quod eſt iſtud tuũ ô mulier ſtudiũ. Cuius aũt rei gratia cũ ita ſis pauper & tenuis, quaſi pro quibuſdã magnis donis gratias referẽdo, ſic laudas datorẽ? Quæ reſpondens, ait ad eum: Neſcis quod ſicut exigua medicina de magnis languorib. ſæpius liberat hominẽ, ita & in paruis Dei donis gratiarũ actio, magnorũ auctrix efficiẗ bonorũ? Ego quidẽ filia ſum ſenis pauperis, gratia tamẽ refero Deo pro modicis iſtis donis, & benedico Dominũ, certa q̃m qui hęc cõtulit. & maiora ualet dare. Et iſta quidẽ de his quæ extrinſecus ſunt, & noſtra nõ ſunt. Ex quib. neq; multa poſsidentib. lucrũ aliquod prouenit, ut nõ dicã quod & ſępius damnũ ſuſtinẽt: neq; minora accipientib. accidit detrimentũ, eandẽ utriſq; uiã pergentibus, & ad eundẽ peruenientib. finẽ. Eorũ uerò quæ magis ſunt neceſſaria & perfectiſsima, multa & maxima accepi Dei dona, quę innumerabilia & inæſtimabilia ſunt. Nam ſecundũ imaginẽ Dei facta ſum, & ipſius noticiã habere merui, & ratione præ omnib. animalibus ſum prædita, & ab ipſo Deo inuitata ſum ad uitam per uiſcera miſericordiæ eius: cuius & myſterio particeps eſſe promerui, & paradiſi ianua aperta eſt, facilè ſi uoluero, introitũ mihi præbitura. Pro tantis igiẗ ac talibus donis, quę indifferenter diuites percipiunt & pauperes, ut dignum eſt gratias agere, penitus eſt impoſsibile. Si autẽ & modicã iſtã laudationẽ largitori bonorũ non obtulero, qualẽ excuſationẽ habebo? Iuuenis itaq; eximiũ illius ſtupẽs intellectũ, eius patrẽ accerſiuit, cui & dixit: Da mihi uxorẽ filiã tuã, adamaui enim illã ꝓpter intellectũ eius ac pietatẽ. Tunc ſenex ait: Non licet tibi accipere pauperis filiã, cum diuitũ parentũ ſis filius. Rurſus aũt iuuenis ait: Etiã hãc accipiã, ſi tamẽ mihi nõ negaueris eã. Nobiliũ quippe & diuitũ quorundã filia mihi fuit deſponſata, ſed hãc reſpuẽs, fugã arripui. Filiã uero tuã propter pietatẽ quã habet in Deũ, & præclarũ illius intellectũ adamans, copulari eam mihi præ omnibus cogitaui. Senex aũt dixit ad eum: Non poſſum tibi hanc dare, ut ducas in domũ patris tui, & ab ulnis meis ſepares illã. Vnica enim mihi eſt: Sed ego (inq̃t) iuuenis apud uos manebo, & ueſtrã ſuſcipiens conuerſationẽ. Deinde & ſplendidũ deponens ueſtimentũ, ſenis habitũ poſtulans, induit. Tunc ille ſenex in multis tentans eũ, & uariè ipſius examinans cogitationẽ, poſtquã cognouit firmã mentis illius ſtabilitatẽ, & quia nõ amore inſipientiæ detentus petijt eius filiã, ſed pietatis amore elegit pauperrimè uiuere, hanc præponens ſuæ glorię & nobilitati, tenens eũ manu, introduxit in ſuũ cubiculũ, & oſtendit ei diuitias multas ibi repoſitas, & immenſum pondus pecuniarũ, quantũ non uiderat aliquando iuuenis ille. & ait ad eũ: Fili, hæc omnia tibi do, eo quòd elegiſti meæ fieri hæres ſubſtantiæ. Quã tenens hæreditatẽ ille, omnes ſupergreſſus eſt glorioſos terræ & diuites. Dixit autem Ioſaphat ad Barlaam: Conuenienter ſatis & iſta me tangit narratio, unde & iſta dicta eſſe de me exiſtimo. Sed quæ eſt examinatio, per quam cognoſcere firmitatem mentis meæ quæris?

Cui ſenex ait: Ego quidẽ examinaui iam, & cognoui quàm ſis prudens & firmæ mentis, & animi uerè rectiſsimi: ſed finis tuę actionis, utinã iſta corroboret. Huius rei gratia, flecto genua mea ad Deum noſtrũ in trinitate glorificandũ, omnium creatorẽ uiſibiliũ & inuiſibiliũ, qui ſemper eſt & erit, nec unquam initiũ habuit ſua deitas, nec habitura finem, terribilẽ & omnipotentem, bonũ & miſericordem, ut illuminet oculos cordis tui, & tibi ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitionem ipſius, ut uideas quæ eſt ſpes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſupereminens

nens magnitudo uirtutis illius in nos qui credimus: ut iam nõ ſis peregrinus & aduena, ſed ciuis ſanctorum & domeſticus Dei, ſuperædificatus ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in Domino.

Ioſaphat autem nimium compunctus corde, ait: Hæc omnia & ego deſiderans ſcire, precor te, ut ea nota mihi facias, diuitias ſcilicet uirtutis Dei, & magnitudinẽ ſupereminentem uirtutis eius.

Tunc dixit ei Barlaam: Oro Deum, ut iſta doceat te, & ſcientiã talium infigat animæ tuæ, quia apud homines ipſius enarrare gloriã & potentiã prorſus eſt impoſsibile, etſi omnes qui modo ſunt & aliquando fuerunt hominum linguę unà fierent. Deum enim (inquit) Euangeliſta & theologus, nemo uidit unquã. Vnigenitus qui eſt in ſinu patris, ipſe narrauit. Inuiſibilis autem & inæſtimabilis gloriam & magnificentiam, quis poterit terrigenarum comprehendere, niſi cui ipſe reuelauerit quantum uult, ſicut prophetis ſuis & apoſtolis reſerauit? Nos uerò & ex prædicatione eorũ, & ex ipſa rerum natura iuxta quod poſsibile eſt, didicimus. Dicit enim ſcriptura: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum. Et, Inuiſibilia eius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Sicut enim aliquis domum cernens ſplendidiſsimã & artificioſè fabricatam, cuius forma ingenioſè compacta eſt, ædificatorem aut architectum mox conſiderans, mirabitur: ita & ego de nõ extantibus formatus, & ad hoc quod ſum adductus, etſi plaſtẽ atq; factorẽ uidere non poſſum, ſed tamen ex benefacta & mirabili fabrica meijpſius, ad noticiam ueni ſapientiæ eius, non ſecundum quod eſt, ſed ſicut potui intelligere, quia non à meipſo ueni, nec me ipſum feci, ſed ille plaſmauit me ſicut uoluit. In principio omnes quidem fecit creaturas, quarum aliquas diminutas & contritas, rurſus meliori innouatione reformat. Deinde ſubleuans hinc diuino ſuo imperio, ad aliam transfert uitam infinitam & æternam. In nullo horum poſſum reſiſtere fortitudini illius prouidentiæ, nec aliquid adijcere mihi ipſi neq; demere, ſiue ſecundum ſtatuã, ſeu iuxta formæ ſpeciem, nec inueterata in me renouare præualens, nec corrupta redintegrare. Nullus enim hominum horũ aliquid potuit aliquando perficere, neq; rex, neq; ſapiens, neq; diues, neq; potens, nec aliquis alius humana peragens ſtudia. Nullus enim regum (ait quidam) aut eorũ qui in ſublimitate ſunt, aliud habuit natiuitatis exordium. Vnus enim omnium introitus ad uitam, exitusq; ſimilis. Ex his ergo quæ circa me ſunt, ad ſcientiã creatoris magnificè perductus ſum. Cum his autem & bene compactam fabricã, & conſeruationẽ creaturæ totius conſideraui, & uidi quod ipſa omnia ſecundum ſe, ipſa quidem conuerſioni ſubiacent, & mutationi. Intellectualia quidem ſecundum liberum arbitrium, & in bono profectum, & à bono defectum: ſenſibilia uerò iuxta generationem & corruptionem, augumentumq; & detrimentum, & iuxta qualitatem tranſmutationũ & localem motionẽ. Et ex his prædicant uocibus ineffabilibus, ab increato & immutabili ſe facta eſſe Deo, continerìq;, conſeruari, & ſemper prouideri. Quomodo ergo contrariæ naturę, ad unius mundi completionẽ in ſimul conuenerunt, & indiſſolubiles permanſerunt niſi quędam omnipotens uirtus iſta cõmiſcuiſſet, & ſemper indiſſolubilia conſeruaret? Quomodo eñ aliquid maneret, niſi ipſe uoluiſſet? Aut quod non uocatũ eſt ab eo, quomodo, ait ſcriptura, ſeruaretur? Si enim nauis ſine gubernatore nõ poteſt ſubſiſtere, ſed mox ſubmergitur, & domus modica nunquam ſtabit ſine prouiſore: mundus quomodo conſtat tanto tempore, creatura ſic magna, ſic bona & mirabilis, ſine glorioſa quadã & magnifica atq; mirabili gubernatione & ſapientiſsima prouidentia? Ecce enim cœlum quantũ tempus habet, & non denigratum eſt, terræ uirtus non eſt laſſata ex tanto tẽpore, fontes non deſierunt fluere ex quo facti ſunt, mare tot & tanta ſuſcipiens flumina, non ſupergreditur menſuram. Curſus ſolis & lunę non mutantur, ordines diei & noctis non peruertuntur. Ex omnibus iſtis ineffabilis Dei uirtus & magnificentia nobis declaratur, teſtificata à prophetis & apoſtolis, ſed nemo dignè conſiderare uel laudare gloriam eius poterit. Omnia nanq; uiſibilia & inuiſibilia, Apoſtolus qui Chriſtũ habebat in ſeipſo loquentẽ, conſiderans, dixit: Et ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum aũt uenerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Ideo ſtupens 1.Cor.13.

inæſtimabiles

Rom.11. inæstimabiles diuitias eius, aperte clamat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uię eius, Si autem ille qui usq; ad tertium raptus est cœlũ, tales emisit uoces: quis similis mei omnino audebit abyssum tantorum mysteriorum non solum non discere, sed nec etiam cogitare dignè, nisi ei qui largitor sapientiæ, & insipientium corrector, gratiã suam infuderit? Nam in manu eius & nos & sermones nostri, omnisq; sapientia & operum disciplina, ab ipso est. Ipse enim dedit nobis horũ quę sunt scientiã uerã, ut sciamus dispositionem orbis terrarum, & uirtutes elementorum. Initium & consummationem & medietatem, temporũ uicissitudinem, permutationes omnium horarũ, & quod omnia in numero, & mensura, & pondere ordinauit. Nam magnificè posse ei exhibuit semper, & fortitudinẽ brachij eius quis sustinebit? Quia sicut ictus stateræ totus mundus in conspectu eius, & sicut stilla roris mane pertransiens. Miseretur uerò omniũ, quia omnia potest, & dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam: neminem quippe abominatur neq; auertit ad se currentium. Solus bonus & amator animarum dominus: benedictum sit nomen eius & laudabile & superexaltatũ in secula Amen. Dixit autem ad eum Iosaphat: Si multo tempore meditareris sapientissime, quatenus propositarũ enodationem quæstionum nobis dissolueres, non melius id facere posse mihi uideris, quàm talia dicendo qualia paulò antè protulisti. Autorem enim cunctorũ & datorem bonorũ docuisti esse. Incomprehensibilem etiam cogitationibus humanis, gloriã magnificentiæ eius sermonibus euidentissimis ostendisti: & quia non aliter quis ualet hanc apprehendere, nisi ipse Deus (quantũ sibi placet) reuelauerit: propter quod tuã ualde rationabilem sapientiã admiratus sum uehementer. His ergo prætermissis, dic mihi beatissime, quot annorũ ipse es, & in quibus locis cõuersaris, quosq; huius philosophiæ socios habes. Fortiter enim anima mea ex tua pendet, & nequaquam à te omni tempore uitæ meæ uolo separari.

Cui senex ait: Annorum sum (sicut opinor) quadraginta quinq;. In desertis enim terræ Sennaar degens, agonizantes mecum habeo eos qui in cursu superni itineris laborãt. Quomodo, inquit Iosaphat, ista mihi dicis? Amplius enim appares mihi septuaginta annorũ esse. Quid igitur sermo sibi uult quadraginta annorũ. Non enim uideris mihi in hoc uerũ dicere. Dixit aũt ad eum Barlaam: Siquidem à natiuitate annos meos quæris discere, bene hos ęstimasti amplius septuaginta annorum esse. Sed nullo modo à me in mensura uitæ cõputantur, quotquot in uanitate mundo expensi sunt. Quando enim uiuebã, carne seruiens peccatis, mortuus eram in interiori homine. Annos igitur mortis, nunquam uitæ nominabo. Ex quo uerò mihi mundus crucifixus est & ego mnndo, &
Eph.4. deposui ueterẽ hominẽ qui corrumpitur secundũ desideria erroris non iam uiuo in car-
Gal.6. ne, sed uiuit in me Christus. Quod autem uiuo, in fide uiuo filij Dei, qui tradidit semetipsum pro me. Hos meritò & annos uitæ & salutis dies uocabo, quos circa quadraginta quinq; cõputo annos secundum ordinẽ tibi, & nõ secundũ opinionem horũ dixi numerũ. Et tu talem ergo habeto cogitationẽ semper, nequaquã uiuere arbitrans eos, qui mortui sunt quidẽ in bono opere, uiuunt aũt in peccato, & mundi rectori seruiunt, deorsumq; tracti, in uoluptatibus & desiderijs malis uitã expendunt: sed mortuos esse istos non ambigas, & defunctos efficaciæ uitæ. Nam peccatũ mortem, immortalis sapiens
Rom.6. quidẽ pulchrè appellauit. Ait autẽ & Apostolus: Cũ serui eratis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quẽ ergo fructũ habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc aũt liberati à peccato, serui aũt facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uerò uitam ęternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei uita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

Dixit itaq; Iosaphat ad eum: Quoniamquidem uita carnalis non iure uita uocatur, ergo nec mors temporalis, mors debet appellari.

Cui senex respõdit: Indubitanter & de his ita sentio, nequaquã temporalẽ hanc mortẽ timens, nec mortẽ ipsam penitus appellãs. Nã si me in uia mandatorũ ambulantẽ cõprehenderit, transitus est magis de morte ad uitã: scilicet meliorẽ, & perfectiorẽ, & in Christo absconditã. Quã desiderantes assequi sancti, magnũ uitę præsentis tædiũ patiebantur.
2.Cor.5. Propter quod ait Apostolus: Scimus quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatr, quod ædificationẽ ex Deo habeamus, domũ nõ manufactã, sed æternã in cœlis.

cœlis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationē noſtrā quæ de cœlo eſt ſuperindui cupientes, ſi tamen ueſtiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt à uita. Et iterum: Miſer (inquit) ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et rurſus: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Propheta etiam: Quādo ueniam (inquit) & apparebo ante faciem Dei. Quia & ego omnium ſeruorum Dei minimus, iſtam tēporalem mortē nullo modo formidē, uales hinc indubitanter perpēdere: quoniam contēnens patris tui minas, abſq; timore ad te ueni, & ſalutare uerbum tibi annunciaui, cum diligenter nouerim, quod ſi ei in notitiā iſta uenerint, mille me (ut poſſibile eſt ei) mortibus ſubijciet. Sed ego omnibus uerbum Dei præponēs, & ipſum deſiderans aſſequi, neq; paueo temporalem mortem, neq; tali appellatione dignam ipſam prorſus iudico, Dominico obediens mādato, dicenti: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam uerò nō poſſunt occidere: ſed magis eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Rom.7 Phil.1. Pſal.41. Matth.10.

Iſta uerò (inquit Ioſaphat) ueracis ueſtræ philoſophiæ exercitia, nimis ſupergrediuntur naturam terrenorum, uitæ præſenti radicitus inhærentium. Beati eſtis uos, qui tam uirilem atq; cōſtantem habetis uoluntatem. Sed unde & qualis tibi & his qui tecū ſunt in huiuſmodi deſerto uictus, unde etiā indumēta, & qualia, ueraciter q̃ſo mihi inſinua.

Cui Barlaam ait: Victus quidē nobis eſt ex his quæ inueniri poſſunt, fructus uidelicet arborū, & herbę quas eremus defert rore irrigata cœleſti, & p̄cepto creatoris obediens, pro quibus nullus nos impugnat uel nobiſcū cōtendit, plus q̃rens diripere auaritię cauſa, uel lege cupiditatis. Sine inuidia eñ omnib. adiacet illaborata eſca, & ultro p̄parata mēſa. Si uerò aliquādo & uicinorū aliquis fideliū fratrū panis offerat benedictionē, quaſi diuina prouidētia trāſmiſſum, ſuſcipimus illū pro benedictione fideliter offerētiū. Indumenta uerò lanea & cilicina & melotaria, inueterata & aſpera ſunt, atterentia infirmam carnem iſtā. Id ipſum nāq; nobis eſt optoriū, æſtate & hyeme. Quod nullo modo ex q̃ induimus exuere licet, donec inueteratū penitus corrūpat. Si.n. frigoris & ardoris neceſsitatib. uexati, futurorū inccorruptiōis ueſtimētorū meremur nobis ipſis opimēta *Victus monachorum deſerta incolentiū.*

Ioſaphat uerò ait: Vnde igitur hoc tuum eſt quo indueris ueſtimentum? Reſpōdit ſenex: In uſu iſtud à quodam fidelium fratrum ſuſcepi, iter ad te facturus. Non enim congruebat cum conſueta ueſte huc aduenire. Feci enim ſicut quidam qui habebat dilectiſſimum ſibi cognatum captiuum, in alienam gentē ductum: & hunc uolens inde educere, depoſito habitu ſuo & aduerſariorum induto, adijt regionē, & multimodè domeſticum de amara liberauit tyrānide. Eodē modo & ego quæ circa te ſunt agnoſcēs, hoc indutus habitu, ſemē diuinę prędicationis in tuo corde ueni ſerere, & de ſeruitute crudeliſsimi mundi rectoris liberare. Et nunc ecce diuina uirtute, quātum in me fuit, miniſterium meum cōpleui, Deiq; notitiā annunciaui tibi, ac prophetarū & apoſtolorū prędicationē notificaui: oſtēdiq; ſimul ueraciter & ſine errore p̄ſentium uanitatē, & quātis & qualibus malis mundus eſt plenus, crudeliter ſeducēs obedientes ſibi atq; multimodè eos illaqueans. De cętero redire me oportet unde ueni: quo cū p̄uenero, alieno habitu depoſito, p̄prium reſumā. Rogat igit̃ ſenē Ioſaphat, oſtēdi ſibi ab eo cōſuetum ueſtimētum. Tunc Barlaam exuta qua indutus erat ueſte forinſeca, apparuit Ioſaphat uiſio horribilis. Erat enim tota carnis qualitas cōſumpta, denigrataq; cutis ab ardore ſolis, & oſſibus hęrēs, & tēſa ac ſi pellis ſubtilibus tēdatur calamis. Laneo uerò quodā pāno diſciſſo & ualdè aſpero pręcinctus erat à lumbis uſq; ad genua. Simili quoq; huius pallio circa humeros opertus erat. Admiratus eſt itaq; nimium Ioſaphat huius duri laboris conuerſationem, & perſeuerantię ſtupuit eminentiam: & ingemiſcens, lachrymatus eſt, & ait ſeni: Quoniam me de dura & amara diaboli ſeruitute liberare uenisti, finem cōgruum tuo imponens benificio, educ animam meam de carcere iſto, & me tecum ſumpto, eamus hinc, ut perfectè redēptus de mundi errore, ſignum tunc ſuſcipiā ſalutaris baptiſmatis, & ſocius tibi huius admirabilis philoſophiæ, & eximiæ conuerſationis fiam.

Dixit autē Barlaā ad eum: Hinnulū caprę nutrierat quidā diuitū. Qui cum creuiſſet, deſerta deſiderabat, naturali tracta affectu. Egreſſa igitur die quadā, inuenit gregē caprarū paſcētiū, & iuncta his, circuibat per cāpos & ſyluas. Reuerſa tamē ad ueſperū, denuò

ſummo diluculo famulorum negligentia exibat, & ſyluestribus aggregata capris, paſc batur cum eis. Quibus longius ad paſcendum recedentibus, ſubſecuta eſt & illa. M ſtri diuitis hoc ſentientes, aſcenſis equis abierunt poſt eas. Et ſuam quidẽ capream un capientes, & reducentes domum, de cætero exire prohibuerunt. Reliquum uerò pe cuti ſunt gregem, & alias quidẽ occiderunt, alias uerò diſperdiderunr. Eundẽ nanq; m dum timeo fieri & in nobis, ſi me ſecutus fueris. Nam & tuo conſortio carebo, & mul rum malorum fratribus meis autor exiſtam. Sed hic te uult Dominus nunc quidẽ ſign ri ſigno baptiſmatis, & manere in regione iſta, omnemq́; firmiter tenere pietatẽ, & man datorũ Dei operationẽ. Cũ autẽ hoc autor dederit omnium bonorũ, tunc uenies ad m & reliquũ pręſentis uitę ſimul habitãtes, ducemus. Cõfido uerò in Domino, quia & futuri ſeculi cõuerſatione cõiuncti erimus & aſſociati. Rurſus lachrimatus Ioſaphat, a ad ſenem: Si domino iſta placẽt, uoluntas eius fiat. Cõſigna ergo me de reliquo diuino baptiſmate: & aſſũptis à me pecunijs & ueſtib. ad uictũ & ad tui atq; tuorũ fratrũ, uade ad locũ cõuerſatiõis tuę in pace à Deo cõſeruatus, & me ne deſeras orãdo, ut nõ excidã de ſpe mea, ſed citius ualeã ad te peruenire, & in ſecura quiete à te percipere profectus mei utili tatẽ. Cui Barlaam ait: Chriſti quidẽ ſuſcipiendi ſignũ, prohibitio nulla, imò cõgruit de cętero temetipſum Domino cooperãte, cõſignari. De his autẽ quæ dixiſti, id eſt, pecu nias mihi & meis te daturũ, quomodo erit iſtud, ut tu pauper diuitibus præbeas eleemo ſynam? Diuites nanq; ſemper egenis benefaciunt, nõ inopes locupletibus. Extremus enim omnium meorũ ditior te incõparabiliter eſt. Sed cõfido in miſerationib. Domini & te paulo pòſt ditari, & tũc miſericors nõ eris. Dixit autẽ Ioſaphat ad eum: Enucle mihi ſermonẽ, quomodo ultimus omniũ tuorũ ſuperat me diuitijs, quos in ultima uiuere inopia, & nouiſsima tribulari egeſtate paulo antè dixiſti? Quomodo etiã me pauperem uocas: ſed quãdo locupletabor, tunc miſericordem nõ fore dicis, nunc etiam miſericor dem exiſtentem. Barlaam reſpondit: Non egeſtate hos dixi tribulari, ſed diuitijs abũ dare in deficientibus. Nam ſemper pecunias addere pecunijs, & non ab hoc impetu fr nari, ſed amplius his inſatiabiliter inhiare, iſtud extremæ inopiæ eſt, & ultima pauper tas. Præſentia uerò contemnentes deſiderio æternorum, & quaſi ſtercora iſta exiſtimã tes, ut Chriſtum ſolum lucrifaciant, omnemq́; ciborum & ueſtimentorum deponentes ſolicitudinem, & in domino hanc proijcientes, lætantes inopia, ſicut quiuis amator mũ di nonnunquã lætatur diuitijs & pecunijs honoratus, & uirtutum diuitias ſine inuidia aggregantes, ſpeq́; indeficientium ſaginatos bonorũ, meritò ditiores te, & omni regno terreno uocaui. Deo autem cooperante accipies & ipſe huiuſmodi ſpiritualem ſubſtan tiam quam diligentius ſeruans, & ſemper meritò deſiderans, nunquam poterit aliquid huius uacuari: hęc enim uera ſubſtantia. Tẽporalium uerò immenſitas diuitiarum, ſuos potius lædit amicos, quam proſit eis. Meritò igitur extremam inopiam has uocaui, qui bus amatores cœleſtium bonorum penitus abrenunciant, eas fugientes ſicut refugit a liquis à facie colubri. Si uerò hoſtem quem iam necauerunt, & ſub pedibus conculca uerunt confratres mei & commilitones, hunc denuò uiuentem à te ſuſcipiens eis infe ram, & autor eis bellorum ac uitiorum fiam, eroq́; proculdubio angelus malus. Quod abſit à me ut faciam. Eadem quoque & de ueſtimentis intellige. Nam exuta uetuſtatis corruptione, & inobedientiæ, quantum in ipſis eſt, depoſita, Chriſto uerò quaſi ueſti mento ſalutis, & indumento lætitię ab eis induto, quomodo cogã eos iterum pelliceas induere tunicas, & confuſionis operiri amictu? Sed meos quidem omnes nullo talium indigere cognoſcens: eremi uerò contentus exercitio, & delicias hoc reputantes ueriſ ſimas, pecunias & ueſtes quas eis te uelle præbere dixiſti, egenis tribue, theſaurumq́; ti bimetipſi in futuro ſecurum, Deo procurante, illorũ orationibus repone. Sic enim ma

Ephes. 6. gis cooperantibus diuitijs ad bona uteris. Deinde & armaturam ſpiritus aſſumens, & lũbos in ueritate habẽs pręcinctos, indutusq́; lorica iuſtitię, & galea ſalutis aſſumpta, pe desq́; in præparatiõe euãgelij pacis calciatus, & in manu fidei aſſumpto clypeo & gladio ſpiritus (quod eſt uerbũ Dei) undiq; fortiter armatus atq; munitus, ſic cõfidenter ad bel lum contra impietatem egredere: & hac in fugam à te conuerſa, & illius principe diabo lo in terrã proſtrato, uictoriæ corona adepta, coronaberis uiuifica dextra dominatoris.

Talibus ergo dogmatibus & uerbis ſalutaribus inſtruens Barlaam filium regis, & ad diuinum

ad diuinum baptismum præparans, ieiunare quoque & orare ei mandans, per plurimos dies non deseruit eum, sed frequenter ingressus, totam ex integro orthodoxæ fidei insinuans, & diuinum euãgelium recitans ei, insuper & apostolicas admonitiones, & prophetica dicta exponens. Nam uir ille à Deo doctus, totam in ore ueterẽ & nouam scripturam ferebat, diuino afflatus spiritu, illuminauit eum ad ueram Dei notitiam. In ipsa itaque die quando baptizandus erat, intulit ei, dicens: Ecce Christi debes accipere signaculum, & lumine signari uultus Domini, & filius Dei fieri, & templum spiritus sancti. Crede igitur in patrem & filium & spiritum sanctum, sanctam & uiuificam Dei trinitatem in tribus personis, & unam deitatem glorificandam, diuisam quidem in personis et personarũ proprietatib. unitã in substãtia. Vnũ quidẽ cognosce Deum patrẽ ingenitũ, dominũ nostrũ Iesum Christũ, lumẽ de lumine, Deum uerũ de Deo uero natũ ante omnia secula. Nã de bono patre, bonus natus est filius. De lumine uerò tãto lumẽ resplẽduit sempiternũ, & de uera uita fons uiuificãs prodijt, & de uirtute patris, filij uirtus apparuit. Qui est splẽdor gloriæ, & uerbum substãtiale quod erat in principio apud Deum, & sine initio est & sine fine, per quẽ facta sunt omnia uisibilia & inuisibilia: & unũ scias spiritũ sanctũ ex patre filioque procedentẽ, Deum perfectũ & uiuificantẽ, et sanctificationis largitorẽ, suæ uoluntatis suæque potestatis substãtiuum. Ita ergo adora patrẽ & filium & spiritum sanctum in tribus personis, id est proprietatib. & diuinitate una. Vna nanque est trium deitas, & una eorum natura, una substãtia, una gloria, unum regnum, una uirtus, una potestas. Cõmmune autẽ est & filio & spiritui sancto, de patre esse: propriũ est autẽ patris, ingenitum esse, filij uerò natiuitas uel processionis nõ quæras: incõprehensibilis enim est. Sed in rectitudine cordis accipe, quia pater & filius & spiritus sanctus per omnia unum sunt (exceptis proprietatib. quas paulo antẽ dixi) & quia unigenitus filius & uerbum Dei, & Deus propter nostram salutem descendit in terram, & uoluntate patris & cooperatione spiritus sancti, sine semine uirili conceptus est in utero uirginis, & Dei genitricis Mariæ per spiritum sanctum, & ex ea natus est homo perfectus, ex duabus & in duabus intellectualibus naturis, & in una persona. Et ista indubitanter accipe, & fideliter crede. Nec uelis discutere, quomodo semetipsum exinaniuit filius Dei, & homo factus est de uirginali sanguine & uirili semine, & sine matris corruptione. Fide enim ista edocti sumus tenere, diuinitus nobis ex diuina scriptura tradita. Modum uerò ignoramus, nec dicere ualemus. Crede filium Dei per uiscera suæ misericordiæ factũ hominẽ, onus suscepisse, quæ sunt humanitatis naturales & ineuitabiles passiones. Esuriuit enim & sitiuit, & in agonia fuit natura humanitatis, & pro nobis impijs ductus est ad mortem, & crucifixus est, mortem'que gustauit & sepultus est, deitate tamen impassibili & incommutabili permanente. Nihil enim omnino passionum impassibili attribuimus naturæ: sed corpore cognoscimus eum passum & sepultum, et diuina maiestate à mortuis resuscitatum in incorruptione, & ad cœlos ascendisse, & iterum cum gloria uenturum iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua. Resurgent quippe mortui, & exurgent qui in monumentis sunt. Et quidem qui Christi mandata seruauerunt, & in recta fide perstiterunt, hæreditate possidebunt uitam æternam: illi uerò qui in peccatis & iniquitatibus semetipsos corruperunt, & à recta fide declinauerunt, in supplicium ibunt æternum. Noli credere substantiam aliquam mali esse aut regnum, neque principium illud esse suspiceris, aut à se ipso subsistere, uel à Deo factum, sed nostrum opus hoc esse & diaboli, quod nostra superbia irrepserit nobis, ac per liberum arbitrium nos illud fecisse, & propria uoluntate elegisse, siue bonum siue malum. Cum his conuertere unum baptisma, ex aqua & spiritu in remissionem peccatorum. Accipe & perceptionum illibatorum Christi mysteriorum, & crede in ueritate, corpus & sanguinem esse Christi Dei nostri, quem dedit fidelibus in remissionem peccatorum. Nam nocte qua tradendus erat, sanctis suis discipulis & apostolis & per eos omnibus in se credituris dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur in remissionem peccatorum. Similiter & calicem accipiens, dedit eis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis effundetur: hoc facite in mei commemorationem. Ipse est enim Dei sermo uiuus & efficax, & omnia uirtute sua peragẽs, facit & cõuertit diuino uerbo suo panis & uini

Sermo baptizandis.

Sacramentorũ cœnæ Domini cæ mentio.

oblationem, in corpus & sanguinē suum, superueniente spiritu sancto, in sanctificationem & illuminationem cum deuotione percipientium. Adora eum fide, osculando, uenerando imaginem Dominici characteris, propter nos incarnati Dei uerbi ipsum te putans creatorem cernere imagine sua. Reuerentia nanq; imaginis (ait quidam sanctorum) ad exemplar eiusdem transit imaginis. Exemplar uerò est, ex quo ipsa imago deriuatur. Nam in imagine figuram intuentes, mētis oculis ad uerum transimus illius aspectum cuius imago est, piè adorantes propter nos incarnati effigiem: non Deum facientes, sed imaginem incarnati Dei osculantes, desiderio & amore qui semetipsum exinaniuit propter nos usque ad formam serui. Similiter etiam & figuram uiuificæ & uenerandæ crucis adorando cole, propter eum qui in ea carne pepēdit pro salute generis nostri, scilicet Christum & saluatorem mundi, qui dedit nobis huius protectionem contra insidias diaboli. Pauescit enim ipse & tremit, non sustinens adorandam ipsius uirtutem. In huiusmodi documentis & in tali fide baptizaberis, incōmutabilem hunc & purum ab omni hæresi custodiens, usque ad ultimam expirationem. Omnem uerò doctrinam & totam dogmaticam uocem huic immaculatæ fidei contrariam abominare, & alienationem cogita esse à Deo, Ait enim Apostolus: Quia etsi nos uel angelus de cœlo euangelizauerit, uobis præter quod accepistis, anathema sit. Non est enim aliud euangelium, uel alia fides, præter illam quæ ab apostolis fuit prædicata, & per sanctos patres in diuersis synodis extitit confirmata, & ecclesiæ catholicæ tradita. Hæc dicens Barlaam, & fidei symbolum expositum in Nicena synodo docens regis filium, baptisauit eum in nomine patris & filij & spiritus sancti, in piscina aquę quæ erat in paradiso eius, uenitq; super eum gratia spiritus sancti. Reuersus autem ad hospitium suum, sacram missam celebrauit, tradiditq; ei intacta Christi mysteria, & exultabat spiritu, gloriam referens Christo, Deo & domino nostro, dixitq; ad Iosaphat: Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit te in spem uiuam, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis, in eodem Christo Iesu Domino nostro per spiritum sanctum. Hodie nanque liberatus à peccato, seruus autem factus Deo, pignus accepisti æternæ uitæ: & tenebras deserens, lumen induisti, adoptatus in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatē filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Itaq; iam nō es seruus, sed filius & hęres Dei, per Christū in spiritu sancto. Ideo charissime festina mundus & immaculatus ei inueniri, bonū operādo fundamētum fidei. Fides enim sine operibus mortua est, nec nō & opera sine fide, quēadmodum & antea memini dixisse tibi. Deponens ergo de cętero omnem malitiam, & omnia ueteris hominis odiens, qui corrumpitur secundum desideria erroris, quasi modò genitus infans, rationabile, & sine dolo lac uirtutum concupisce, ut in eo crescas, & peruenias ad agnitionem mandatorum filij Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut non iam paruulus sensibus fluctues, & circumferaris omni uento erroris, sed malitia paruulus esto, & ad bonum, stabilem & firmum habeto sensum, ut dignè ambules uocatione qua uocatus es in custodia mandatorum Domini, repellens à te & alienans uanitatem prioris conuersationis: quemadmodum gentes ambulant in uanitate sensus sui, obscuratum habentes intellectum, & alienatę à gloria dei, subduntur desiderijs, & irrationabilib. motibus carnis. Tu uerò sicut accessisti ad deum uiuum & uerum, ita ut filius lucis ambula. Fructus enim spiritus est in omni bonitate & iustitia & ueritate. Et nouum quem induisti hominem, ne ulterius priori corrumpas uetustate, sed renoua de die in diem in iustitia & sanctitate ueritatis. Possibile est enim omni uolenti, sicut audisti, quia potestatem dedit filios Dei fieri. Itaque non iam possumus dicere, quia impossibilis est nobis uirtutum possessio. Facilis est enim uia et plana: etsi stricta & arcta uocetur propter corporis maceratione, tamen desiderabilis est & recta propter spē futurorū bonorum, eis qui nō insipienter gradiuntur, sed diligēter attēdunt quę sit uolūtas Dei, & armaturā illius induūt ad pręliandū cōtra uersutias aduersarij, & in oratione & obsecratione in idipsum uigilātibus, in omni patientia & spe. Tu ergo sicut audisti à me, & didicisti, firmū pone fundamentū, & in ipso abunda crescēs & proficiens, & bonā exerce militiā, habēs fidē & bonā cōscientiā testificatā, sectādo iustitiā, pietatem

Gal. 1.

Ioannis 1.

pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, ut cōsequaris æternam uitã, ad quam uocatus es. Omnem uerò uoluptatem & uitiorum libidinem, non solum effectu clonga à te, sed etiam mentis cogitatione, ut impollutam animam tuam Deo repræsentes. Non solum enim actiones nostræ, sed & cogitationes coronæ nobis seu pœnæ causa sunt. In cordibus enim mundis habitare Christum unà cum patre & spiritu sancto credimus: econtrario, sicut fumus apes, sic malignæ cogitationes fugant spiritus sancti gratiam. Quapropter diligenter hoc attendendo, omnem cogitationum posibilitatẽ ex anima tua dele, & beneplacitos insere cogitatus, templum teipsum faciendo spiritus sancti. A cogitationibus enim ad effectũ operationis peruenimus: & omne opus à mẽte & cogitatione originẽ ducẽs, paruũ quidẽ est initio, sed paulatim augmentũ capiendo, magnũ efficitur. Propterea nullo modo tui dominari consuetudinẽ permittas malã, sed dum adhuc moderna est, euelle de corde tuo radicẽ paruã, ne fortè exorta, & in profundũ fixis radicib. mora pariter ac dolore ut eradicetur indigeat. Idcirco enim semper maiora peccata superueniunt nobis, & uim inferunt animabus nostris, quia minora nõ uitãtur: ut sunt cogitationes malæ, sermones incõgrui, colloquia praua, quę solerti egẽt correctione. Sicut enim in corporibus qui modicas despiciunt plagas, putredinem ac mortem sæpius incurrunt: sic & animabus quæ modica spernunt uitia & peccata, maiora subrepunt eis crimina. Quę cum in habitum duxerit anima, contemnit. Nam impius (inquit) cum in profundum malorum uenerit, contemnit, & de reliquo sicut sus in uolutabro luti lota delectatur. Infelix quippe anima malis consuetudinibus detenta, nec etiã peccatorum fœtorem sentit, sed potius oblectatur in ipsis & gaudet, quasi bonum aliquod malitiam daputans. Quæ licet tandem aliquando resipiscens, in senium uenerit, labore tamen multo & sudore liberatur, ab his quę peregit, ultro semetipsam subijciens seruituti malignæ consuetudinis. Propter quod omni uirtute elonga temetipsum ab omni praua intentione & cogitatione maligna, & uniuersa uitiosa consuetudine. Potius uerò temetipsum in uirtutibus exerce, & in habitum harum operationem ducito. Si enim modicum laboraueris in eis, & habitum ducere præualueris, de reliquo sine labore, Dei cooperatione proficies. Nam uirtutum habitus animę insertus, quasi naturalem cognationem habens erga eam, & Deum cooperatorem possidens, indiuulsus permanet, & ualde stabilis, sicut cernis, quia & fortitudo atque prudentia, temperantiaq; & iustitia, uirtutes sunt insuperabiles. Habitus enim animæ sunt, & qualitates & operationes in profundo illius dimissæ. Si enim passiones malitię, cum non sint nobis naturales sed extrinsecus aduenient, dum in habitum uenerint, uix abijci possunt: quanto magis uirtus naturaliter nobis inserta ab autore, & ipsum procuratorem habens, si modicum laborantibus radicata fuerit in anima, indiuulsa permanebit? Vnde quidam huius operator mihi narrauit, quod postquam accepi cõtemplationem diuinam in habitu firmissimam, & huius meditatione impinguatam habui animam, uolui aliquando consuetudinem huius abijcere, sed detinebat mentem meam, non permittens eam ab assueta meditatione discedere. Et cognoui illã contristatã, & grauiter ferentẽ, & ad ipsam incõprehẽsibili inhiantẽ desiderio, & nullo modo ad cõtrariã aliquã cogitationẽ declinare ualentem. Cum autem modicum laxarem habenas, uelociter mox recurrebat ad suam operationẽ, sicut ait propheta: Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad Deum fontẽ uiuum. Ostẽsum est igitur ex his omnibus, quia in nobis est possessio uirtutũ, & nos huius domini existimus: si tamẽ uelimus hanc tenere & peccatum respuere. Qui enim malitiæ seruiunt, radicitus ei inhęrent, quemadmodum superius dictum est. Tu autem de cætero liberatus ab ea per uiscera misericordię Dei nostri, & Christum indutus spiritus sancti gratia, & totum temetipsum trãsfer ad Dominum: nulloq; pacto ulterius uitijs aperias ianuam, sed bono odore, splendore uirtutum exornando animam tuam, templum illam sanctæ trinitatis facito, & eius contemplationi omnes mentis tuæ uirtutes adhibe. Si ergo aliquis cũ rege terreno conuersans, & ei familiariter colloquẽs, beatus omnib. esse uidetur: mẽte Deũ cernere, & cũ eo esse, ipsumq; cõtẽplari assiduè, quãtæ beatitudinis est? & ei cõiungi, quãtæ dulcedinis, secumq; colloq per orationẽ & deprecationẽ, & ei ap,ppinquare? Nã amore feruẽtissimo et corde mundissimo precãdo, & ab omnium materialiũ quidẽ externorũ amore cor penitus elõgan

do, cum timore ac tremore deprecationem suam offerendo, talis appropinquat Deo, et quasi facie ad faciem loquitur cum eo. Adest enim ubique bonus Deus noster & dominator, exaudiens illos qui puro corde & sincero inuocant, & deprecantur eum, sicut ait
Psalm. 33. propheta: Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et ideo sancti patres per orationem coniungi hominem Deo posse dicunt, & opus angelorum hanc uocant, futuræ lætitiæ procemium. Nam eam regni cœlorum appropinquationem & contemplationem sanctæ trinitatis esse, plus omnibus alijs iudicant: ad hanc uerò, deuotionis intentio mentem deducit. Cōuenienter gratia procemium, & quasi præimaginatio illius beatitudinis uocatur ista. Non tamen omnis oratio talis est, sed quæ appellatione ista ueraciter est digna: Deum uidelicet habens magistrum, qui tribuit orationem deprecanti super omnia quæ in terra sunt subleuata, & Domino Deo mundè presentata. Hanc tibimetipsi solerter acquire, & ad hanc agoniza proficere. Sufficiens enim est de terra ad cœlos te subleuare. Non enim improuidè & quasi casualiter proficies in ea, sed ab omnibus uitijs animam tuam purifica, & ab uniuersa maligna cogitatione illam ablue, ut uelut mundum & præclarissimum fiat speculum. De corde tuo etiam iram & indignationem ejce. Nam hæc plus omnibus nostras orationes ad Deum ascendere prohibent. Quapropter omnibus in te peccātibus ex corde dimitte offensas, & de eleemosynis & miserationibus pauperum ipsi orationi alas faciendo, offer eam Deo cum feruentibus lachrymis. Sic orando poteris dicere, quod & beatus Dauid. Hic enim cum esset rex, & plurimis distraheretur solicitudinibus, ab omnibus tamen suam purificans animam, dicebat Deo: Iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem
Psalm. 118. autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Sic ergo te uociferante Deus exaudiet, & adhuc te loquente dicet, ecce adsum. Vnde si talem orationem possederis, beatus eris. Impossibile est enim, hominem cum tali deuotione orantem & obsecrantem Deum, non quotidie in bono proficere, & cunctos inimici laqueos præteruolare. Nam calefaciendo mentem suam (sicut quidam sanctorum ait) & animam resuscitando, & ad Deum semetipsum transferendo, ita Dominum suum inuocādo, memórque peccatorum suorum, & pro indulgentia eorum postulando, & lachrymis feruentissimis exorando, propitium sibi fieri Deum non est dubium. Nam pro consuetudine sermonum & cogitatuum istorum, omnem deponit secularem solicitudinem, & humanis passionibus celsior fit, & Dei collocutor uocari meretur. Quo quid beatius aut sublimius est? Dignum ergo te faciat Dominus, huiusmodi adipisci beatitudinem. Ecce enim ostendi tibi uiam mandatorum Domini, & non subterfugi quin annunciarem tibi omne consilium Dei. Et ego quidem iam erga te ministerium meum compleui. De reliquo ipse pręcingens lumbos mentis tuæ, secundum illum qui uocauit te sanctum, & ipse sanctus in omni conuersatione tua esto. Sancti enim estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit Dominus. Scribit autem & princeps apostolorum
Leuit. 19. Petrus: Si patrem (inquit) inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat se-
1. Petri 1. cundum opus uniuscuiusque, cum timore incolatus uestri consolamini, scientes, quod non corruptibilibus auro & argēto redempti estis de uana conuersatione paternarum uestrarum traditionum, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi. Hæc igitur omnia in corde tuo reposita, sine intermissione recole, ante mentis oculos semper habendo timorem Dei, & terribile illud iudicium claritatémque iustorum, quam accepturi sunt in illo seculo, nec non & condemnationem peccatorum in tenebris profundissimis, fragilitatémque & uanitatem præsentium, & futurorum æternitatem. Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis sicut flos fœni. Exiccatum est fœnum, & flos decidit, uerbum autem Domini manet in æternum. Hæc meditare semper, & pax Dei tecum sit, & illuminet te, atque intellectum tibi tribuat, ad uiam'que salutis ducat te, & omnem uoluntatem malam longius à tua mente repellat, muniendo animam tuam signo crucis, ut nihil tibi appropiet scandalorum maligni, sed merearis in omni perfectione uirtutum, fructum adipisci infinitum & insuccessibile regnum, & illustrari lumine beatæ ac uiuificæ trinitatis in patre & filio & spiritu sancto glorificandæ

glorificandæ. Talibus ergo moralibus sermonibus instruens preciosissimis senex filiũ regis, in suum abijt hospitium. Ministri uerò iuuenis & pædagogi frequentem ipsius Barlaam introitum in palatium cernentes, mirabantur. Vnus autem qui inter eos præpollebat, quem quasi fidelissimum sibi atque gratissimum rex constituerat, in palatio filij sui, Zardan nomine, ait ad filium regis: Nosti utiq; domine mi, quantus patris tui timor inest mihi, & quanta mea apud eum fides est. Ideoq; me quasi famulum fidelissimum ut tibi seruirem præcepit. Nunc autem uirum hunc extraneum frequenter uidens colloquentem tibi, uereor ne fortè sectæ sit Christianorum, aduersus quam ualde hostiliter se habet pater tuus. Et si hoc est, mortiferæ condemnandus subiacebo sententiæ. Nunc ergo uel regi de ipso notifica, aut amodo cessa ab eius collocutione. Si autem istud non uis facere, ejce me à facie tua ne sim reprehensibilis, & alium loco mei postula patrem tuum huc introducere. Filius autem regis ait ad eum. Hoc ante omnia Zardan fac. Ingredere tu infra cortinam, & audi ipsius ad me sermocinationem, & postea dicam tibi quid te oporteat facere. Venturo itaque Barlaam ad eum, introduxit Zardan, & post cortinam posuit eum, & dixit seni: Recapitula mihi diuinam doctrinam tuam, quatenus cordi meo fortius insigatur. Exorsus itaque Barlaam, multa de Deo, & de fidei pietate pronunciauit, & quomodo ipsum solum oportet diligere, ex toto corde & ex tota anima, & ex tota mente, & custodire mandata eius cum timore pariter & amore, & quia ipse factor omnium uisibilium & inuisibilium. Cum his & primi hominis plasmationem recommemorauit, datum'que sibi mandatum, & pro præuaricatione à plasmatore condemnationem. Deinceps etiam bona enumerauit, quorum, spernentes mandatum, nosmetipsos priuauimus. Et rursus memorauit tristium, quanta post illorum amissionem nos miserabiliter comprehendere. Cum his etiam non tacuit, quomodo creator nostræ salutis solicitudinem quærens, benignitatem suam impendit. Nam misit prophetas unigeniti filij sui incarnationem prædicare, & postea illius descensionem, incarnationis beneficia, miracula pro nobis ingratis, passiones, crucem, lanceam, spontaneam mortem, finem, restaurationem nostram, reuocationem in statum bonum, post hæc suscepturum dignos cœlorum regnum, repositum malis supplicium: uidelicet ignem inextinguibilem, tenebras indeficientes, immortalem uermẽ, & quantamcunq; aliam pœnã, sibimetipsis peccati serui thesaurizauerunt. Ista pertransiens, & immortali doctrina sermonẽ suũ confirmans, multaq; de mundicia uitæ disputans, & præsentium uanitatem demonstrans, miseriamq; eorum qui istis addicti sunt redarguens: & ad orationem conuersus exorabat Deum, uti Iosaphat non conuerteretur ad priorem errorem, sed indeclinabilem teneret orthodoxæ fidei confessionem, immaculatam uitam & mundã conuersationem. Finitaq; oratione, ad hospitium iterũ abijt.

Regis itaq; filius Zardan accersens, & ipsius tentans dilectionem, ait: Audisti qualia mihi seminator uerborum iste dixit, seducere me uanis suis moliens persuasionibus, & alienare à iucunda ista delectatione & refrigerio, & extraneo seruire Deo? Zardan uerò ait: Quid tibi uisum est domine mi rex, tẽtare famulũ tuum? Noui eñ profundius in corde tuo descẽdisse huius uiri sermones. Nisi.n hoc esset, nõ utiq; tã libẽter & incessanter cũ eo loquereris. Nec etiã nos ignoramus hãc prædicationẽ. Sed ex quo pater tuus persecutionẽ sæuã aduersus Christianos excitauit, & ipsi hinc effugati sunt, siluit prædicatio eorũ. Si uerò nunc beneplacitũ dogma illorũ apparet, ac duritiam illius ac laborẽ suscipere præuales, dirigatur uoluntas tua in bonũ. Ego uerò quid faciã? ad huiusmodi quidẽ austeritatẽ nec etiã respicere ualens. Timore uerò regis, animo meo in dolorib. & angustijs posito, solicitus sum, quid respondeã ei. Nã negligẽtius illius præceptis inuigilans, hunc ad te intrare uirum permisi. Tunc ait ad eum regis filius. Ego quidẽ maximæ tuæ beneuolentiæ erga me, nullã aliam magis congruã recõpensationẽ agnoscens, hãc dignã tuo beneficio reperi, ut opus istud bonũ manifestũ tibi facerẽ, ut scires ad quid factus es, & creatorẽ tuũ qui te fecit recognosceres: quatenus derelinquẽdo tenebras, ad lucem curreres: moxq; ut audires, incõprehensibili desiderio illam sequereris. Sed sicut uideo, spes mea fefellit me. Nam cerno te durum ad ea quæ dicta sunt, atque stolidum: Si uerò ista regi & patri meo manifestaueris, nihil aliud efficies, quàm curis atque tristitia animum illius replebis. Sed si illi gratiam uis impendere, nullo modo usq; ad tẽpus

opportunum quicquam de eis annuncies. Talia quidem ad ipsum loquens, in aquis uisus est seminare. Nam in animam stultam non introibit sapientia.

Mane ergo Barlaam ueniens, de profectione sua loquebatur, Iosaphat autem huius non ferens separationem, animo tristabatur, & lachrymis oculi illius replebantur. Multa tunc senex ei locutus est, & ut immotus permaneret in bono, contestabatur, uerbisq; consolatorijs cor illius stabiliuit: & ut se alacriter dimitteret, precabatur: simul & prædixit, quod non post longum tempus denuò sociarentur ipsi societate inseparabili. Tunc ergo regis filius nolens amplius seni labores iniungere manēdi, & ab itinere quod desiderabat, eum prohibere, simul etiam metuens, ne manifesta de ipso Zardan ille regi faceret, & tormentis ipsum subijceret, dicit ad eum: Quoniam quidem tibi hoc uisum est pater spiritualis, & magistrorum optime, ac mihi boni totius autor, me sic derelinquere, & cum mundi uanitate adhuc conuersari: tu uerò ad spiritualis quietis tuæ locum uis pergere, ulterius te detinere & impedire non audeo. Vade igitur in pace à Deo custoditus, & meæ miseriæ in sanctis orationibus tuis memor esto propter Dominum, ut ualeam uenire ad te, & uenerandam faciem tuam semper uidere. Sed fac unam petitionem. Quoniamquidem noluisti accipere pro fratribus tuis, suscipe saltem pro temetipso modicam aliquam pecuniam ad uictum & uestitum. Ille autem respondit ei: Si pro fratribus meis à te quicquā non accepi (non enim illi indigent mundi materias suscipere, à quibus uolētes elōgauerūt se) quomodo mihimetipsi assumā quod illis denegaui? Si enim bona esset pecuniarū possessio, illis potius quā mihi eas tradidissem: quoniam uerò fragilem ipsarum noui possessionem esse, neq; illos neq; meipsum talibus suppono laqueis. Quia uerò in hoc obedire non acquieuit Barlaam, rursus secundam petitionem facit Iosaphat, ne penitus ipsius deprecationem sperneret, & in omni illum dimitteret defectione, sed relinqueret ei laneum illud uestimentum & asperum pallium, & tā in memoriam religionis magistri, quā ad monumentum sibi contra omnem satanę operationem: susciperet etiam aliud à se pro ipso, ut utiq; à me datum (inquit) cernēs, meam semper in memoria feras humilitatem.

Senex uerò ait: Vetus quidem ac scissum tibi dare, ac nouum uestimentum accipere nō decet, nec modici laboris mei retributionē in hac uita recipiam. Vt autē tuam deuotionē nō amputē, uetera & quæ nihil à meis differāt, quęrant ciliciola, & illa suscipiam. Quæsita sunt igit, & data sunt seni. Cuius Iosaphat & ipse uestimentū suscipiens, uehementer gaudebat omni purpura regali & ueste coccinea preciosius illud incōparabiliter existimās. Tunc sanctus Barlaam post paululum discessurus, nouissimā ei doctrinā adhibuit, dicens: Frater dilectissime, & fili dulcissime, quem per euāgelium genui, scito cui militas regi, & apud quē confessiones tuas deposuisti. Oportet ergo ut firmas istas custodias, & militiæ deuotus cōpleas, quantacunq; promisisti in charta cōfessionis omnium domino, pręsente cœlesti exercitu & testificāte, necnō & describēte cōfessiones tuas: quas si custodieris, beatus eris. Nihil igit præsentiū, Deo & ipsius pręferas bonis. Quid.n. sic terribile est in hac uita, quomodo est gehēna ignis æterni ardētis, nec prorsus lucē habentis, cruciantis, & nunq; desinētis. Quid autē rursus mundi bonorū taliter lætificat, sicut Deus idem ipse diligentibus se donaturus? Cuius pulchritudo quidem ineffabilis, potētia uerò inexpugnabilis, & gloria sempiterna: cuius bona suis amicis reposita, omnibus uisibilib. incōparabiliter supereminent: quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: quorum hęres fieri merearis, Dei manu potentissima cōseruatus. Tunc filius regis lachrymis perfusus, mœrore & luctu detinebat à patre tam amabili & magistro optimo derelinqui non sufferens aiebat: Quis mihi pater uicē tuam supplebit, aut ubi talē pastorē & ducē salutis animarum reperiam? Quod uice tua amoris solatium capiam? Ecce enim malum seruum & apostatam Deo reconciliasti, & in filij & hæredis ordine constituisti, & qui perieram & errraueram, & omni bestiæ expositus eram, ad deuorandum me requisisti, & eis quæ non errauerant Dei ouibus copulasti, & ostendisti mihi compendiosam ueritatis uiam, educens me de tenebris & umbra mortis, & pedes meos trāsferēs de lubrica & mortifera & distorta atq; praua uia, magnorum mihi & mirabilium factus es autor bonorum: quorū nullus sufficiet sermo excellentiam referre: magnorum & ipse propter me paruum, efficieris particeps

Dei

Dei bonorum,& quod meæ deest gratiarum actioni,cōpleat Dominus, qui solus uincit donorum retributionibus diligentes se.

Barlaam itaq; lamentationem illius amputare uolens, surrexit, & in oratione stans, eleuatis manibus suis ad cœlum, ait: Deus pater domini nostri Iesu Christi, qui illuminasti quæ obscura prius erant,& uisibilem istam & inuisibilē creaturam de nihilo fecisti & tuum plasma ad te conuertisti, & non permisisti nos post insipientiam nostram abire,gratias agimus tibi & tuę uirtuti & sapientię,domino nostro Iesu Christo,per quem & secula fecisti,nosq; qui cecideramus resuscitasti,& delinquentibus peccata dimisisti, errantes reduxisti,captiuos redemisti,mortuos uiuificasti precioso filij tui sanguine. Te ergo inuoco & unigenitum filium tuum,& sanctissimum tuum spiritum, respice super hanc rationabilem ouem tuam, accedentem per me indignum ad sacrificium tuum, & sanctifica ipsius animam tua uirtute & gratia, & conuerte uineam istam tuo sancto plātatam spiritu, & da ei ferre fructum iustitiæ, conforta illam disponendo in ea testamentum tuum,& eripe illam à diabolo, sapientia boni spiritus tui. Doce illum facere uoluntatem tuam,& auxilium tuum ne auferas ab eo. Dignare eum mecum indigno famulo tuo æternorum bonorum tuorum hæredem fieri, quoniam benedictus es & gloriosus in secula amen. Consummata ergo oratione,conuersus osculatus est filium,eiq; cœlestis patris pacem & salutem imprecando, exijt de palatio:& ibat gaudens, & gratias agens Deo,qui prosperam fecit uiam eius in bonum.

Iosaphat uerò postquam Barlaam egressus est, in orationem semetipsum dedit,& lachrymis feruentissimis dicebat:Deus in adiutorium meum intende,domine ad adiuuādum me festina.Quoniam tibi derelictus est pauper,orphano tu eris adiutor. Respice in me, & miserere mei, quia omnes uis saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. *Psalm.9.* Saluum me fac,& conforta me indignum, ut ambulem per uiam mandatorum,quoniam quidem ego debilis sum & infirmus,& ad faciendum bonum insufficiens,sed tu me *1.Timoth.2.* potes saluum facere,quia omnia uisibilia & inuisibilia contines & sustines.Ne dimittas me post uoluntates carnis uias ambulare, sed tuam doce facere uoluntatem, & conserua me in æterna & beata uita tua. Pater & fili & spiritus sancte,consubstantialis & indiuidua deitas, te inuoco & te glorifico. Te enim laudat omnis creatura, & te glorificant intellectuales incorporalium uirtutes in secula:Amen. Ex tunc itaq; Iosaphat omni custodia attendebat sibimetipsi,puritatem animæ pariter & corporis uigilantius seruans, in abstinentia uiuens,& in orationibus totis noctibus Diei nanq; sępius partem amputabat,eorum qui secum erant commoratione præpeditus. Fiebat aliquando ei & regis ad illum aduentus, aut eius ad ipsum regem uocatio. Sed nox ei quod deerat diei, supplebat in orationibus & lachrymis,usq; ad auroram eo perseuerante, & Deum inuocāte. Vnde propheticus ille sermo in eo cōplebatur: In noctibus extollite manus uestras in sancta,& benedicite Dominum. Zardan uerò ille illius sentiens conuersationem,tri *Psalm.113.* stitia replebatur,curisq; malis in animo agitatus,nesciebat qualiter euaderet,aut ad quē finem peruenire posset. Tristitia ergo comprehensus, in domum suam abijt,& ægrotare se simulauit.Vt autē in notitiā regis istud peruenit, alium pro illo ministrare filio dixit.Ipse salutis Zardā solicitudinē gerēs,medicū mittit ei probatissimū,et multū curationis studiū ei iubet impēdere. Medicus itaq; sciens quòd Zardā sic regi charus erat,uigilanter ei intēdebat. Qui cū de illo certius agnouisset,regi protinus nūciauit, dicēs: Ego quidē nullius infirmitatis causam in homine isto inuenire ualeo Existimo tamen quòd defectione quadam obsessus sic infirmetur.Rex autē his auditis, suspicatus est grauiter ei filium indignatū fuisse,& huius rei gratia contristatū Zardā,ab eo discessisse.Discere autē rem uolēs,mādauit illi,quòd crastina die(inquit) ad te uisendū ueniam, ut quæ tibi accidit, ægritudinem agnoscā. Tunc Zardan hoc audito nuncio, summo diluculo induens se uestimento suo, pergit ad regem. Et ingressus, adorauit eum super terram, Rex autē ait:Quare uim tibimetipsi intulisti ut uenires ad me? Nā ipse uolebā te uisitare,& amicitiam quam erga te habeo omnibus demonstrare. Cui ipse ait:Mea ô rex, infirmitas non est de his quæ solent hominibus contingere ægritudinibus,sed ex tristitia & abundantia animæ: & corde dolente, condoluit & corpus. Stultitia magna esset, cum ita sim, si non ad tuum utpote seruus, uenissem imperium, sed tuum regnum ex-

pectarem

pectarem fatigari usque ad me famulum tuum. Rege ergo sciscitante, quæ defectionis tuæ est causa, respondit Zardan: Magnum mihi periculum imminet, & maximè ego dignus sum tormentis, multarumque etiam mortium reus existo, quia tuis præceptis negligenter obaudiens, tristitiæ tibi multæ causa paulò antè effectus sum. Iterum rex interrogauit eum: Et quæ est ista negligentia, uel quis est timor qui circumdedit te? Respondit ille: Circa dominum meum filium tuum negligens uigilaui. Nam quidam malignus homo & magus ueniens, locutus est ei quæ ad sectam Christianorum pertinent. Deinde narrat minutatim regi ea quæ filio eius à sene dicta sunt, & cum quãta dilectione ac desiderio idem filius sermonẽ suscepit, & quomodo totus Christi est effectus: insuper & senis uocabulum significat, Barlaam hunc uocari dicens. Audierat autem rex prius de Barlaam & de summa abstinẽtia eius. Vt autem in aures ista peruenerũt regis, mox conturbatus est, & obriguit, repletusque est furore, & mentis insania agitabatur: fecitque accersiri statim Arachim quendam nomine, qui secundus erat à rege, & primus ei in omnibus consilijs aderat, simul etiam astrologicæ artis scientia nimium pollebat. Cui ad se uocato, rex quod sibi contingerat cum defectione multa & animi destitutione narrat. Ille ergo conturbationem illius, & confusionem animi considerans ait: O rex, noli conturbari & contristari. Non enim despero me posse suadere ei quod uolo, sed certo certius cognosco, statim ipsum negaturum illius seductoris doctrinam, & tuæ consensurũ uoluntati. His ergo sermonibus Arachis regem animo quietiorem reddit. Deinde erga negocij meditationem & considerationem se totum contulit, & ait: Ante omnia rex istud faciamus, malignum Barlaam comprehendere festinemus. Etsi hunc consequi poterimus, nostra intentione non priuabimur, neque à spe nostra decidemus. Sed idem ipse aut uerbis suasorijs aut diuersis tormentorum generibus coactus, etiam nolens cõfitebitur falsa & erronea se dixisse, & dominum meum, etiam filium tuum, ad sequendũ paternum dogma suadebit. Si uerò illum comprehendere nequiuerimus, alium ego cognosco senem eremitam solitarium, qui Nachor uocatur, similem Barlaam per omnia: quem non est facilè dignoscere illum Barlaam non esse. Sed iste de nostra secta est, & magister meus in literarum eruditione fuit, Hunc ergo allocutus adibo nocte, cunctaque per singula ei notificabo. Deinde captum esse Barlaam diuulgantes, hunc exhibebimus, qui & Barlaam semetipsum nominabit, & dogmata Christianorum tueri simulabit. Qui post multam disputationem, quasi responsione deficiens, potenter superabitur. Cum ista filius regis uiderit, quòd Barlaam quidem uictus erit, nostri uerò uictores, uictoribus omnino palmam dabit, libenterque tuum regnum timebit, & tibi quæ grata sunt facere non tardabit. Conuertetur insuper & ille, qui personam Barlaam simulabit, & errasse semetipsum confitebitur. His igitur auditis rex gauisus est nimis, & optimum reperisse Arachim consilium arbitratus est. Vanæ etenim spei incumbebat. Quia uerò Barlaam nouiter discessisse cognouerat, apprehendere eum festinabat. Insidiatoribus igitur & lancearijs missis, plures exitus uiarum occupauit. Vnam uerò ex ipsis omnibus metuebat, quam ipse ascensis equis indeclinabiliter tenens, celerius præoccupare eum proculdubio sperabat. In totis uerò sex diebus laborans, uanè fatigatus est. Deinde ipse quidem in quodam regalium palatiorum in uilla posito restãs, Arachim cum militibus non paucis usque ad Sennaritidem eremum ad inquisitionem Barlaam direxit. Perueniens itaque ille ad locum, omnes uicinos conturbauit. Quibus non se uidisse uirum asserentibus, ad deserta ipse princeps pios uenaturus exijt: multóque eremi transmisso spacio, montes circumdedit & ualles inuias, & prærupta quædam, pedibus & manibus reptando cum turba quæ secum erat, ad crepidinem montis cuiusdam peruenit. Super quam stans, uidet sub ipso monte cuneum eremitarum ambulantem. Et statim præcepto principis omnes super eos unanimiter irruunt, alius alium cursibus præuenire contendentes: & præuenientes circundederunt eos quasi canes multi, & bestiæ quædam feroces & inhumanæ. Et tenent uiros specie & habitu uenerandos, & signa eremiticæ conuersationis in uultibus ferentes. Et hos trahentes exhibent principi, non tumultuantes omnino, nec quicquam pauidum aut triste ostendentes uel pronunciantes. Ille uerò qui præcedebat eos sicut abbas, peram portabat laneam, plenam reliquijs quorundam sanctorum patrum, Considerans uerò ipsos Arachis, postquam non uidit

uidit Barlaam (agnoscebat quippe eum) contristatus est ualdè, & dixit ad eos: Vbi est erroneus ille qui filium regis seduxit? Tunc ille qui peram gestabat, respondit: Non est ille inter nos. Absit: Fugit enim nos, Christi gratia repulsus, sed in uobis habitationes habet. Ait princeps: Cognoscis ergo illum? Etiam (inquit eremita.) Noui seductorem illum qui est diabolus, qui in medio uestri habitat, & apud uos latitat, & ibi procuratur. Princeps autem dixit: De Barlaam ego te requisiui, & discere cupiens ubi sit interrogauite. Monachus autem ait: Et cur aliud pro alio locutus, & de illo qui seduxit filium regis interrogationem intulisti? Si enim Barlaam quæris, oportebat utique te dicere: Vbi est qui de errore conuertit & liberauit filium regis? Ille enim frater noster est, & sanctæ conuersationis, sed ex multis iam diebus non uidimus eum. Et ait princeps: Habitaculum illius nobis ostende. Eremita respondit: Si uidere uos uoluisset ille, utique in occursum extitisset: nobis uerò non licet cellam illius uobis demonstrare. Furore igitur super hoc repletus princeps, dixit ad eum, iracundè pariter ac ferociter eum conspiciens: Extranea quidem morte uos interficiam, nisi cōtinuò Barlaam exhibueritis mihi. Et quid (inquit eremita) mundialium cernis, quod tenacius amantes, præsentem timeamus uitam amittere, & à te intentatam formidemus mortem? Potius enim gratias tibi confitebimur, si nos uirtutum amatores præsenti subduxeris uitæ. Non mediocriter enim finis nostri timemus incertitudinem, ignorantes quomodo illum sumus consecuturi, ne fortè uoluntatis lubricum, uel tentatio quælibet diabolica prelectionis statum peruertat, & alia sapere aut facere, quàm Deo promisimus suadeat. Vnde nos adipisci quæ speratis penitus desperantes, ne tardetis facere quod estis facturi. Neque enim adeò dilecti fratris nostri habitaculum, etiam scientes, demonstrabimus, neque aliqua alia uobis latentia monasteria prodemus. Sic mortem effugere pessimum iudicamus. Optimum uerò nobis erit si moriamur, sudorem uirtutis prius, & nunc strenuitatis sanguinem Deo offerentes. Ita confidenter loquentes non sustinens miser, sed aduersus fortitudinem prudentiæ celerrimè commotus, multas eis imposuit plagas & tormēta, quorum magnanimitas & fortitudo etiam tyranno dignæ miraculo uisæ sunt Vt autē post multos cruciatus suadere non potuit, ut aliquis eorum cellā Barlaam sibi uellet ostendere, assumens istos ad regē iubet eos ducere, gestantes etiam perā reliquiarū. Post dies ergo nō modicos uenerūt ad regē, cui Arachis de illis nota fecit omnia. Deinde p̄sentat eos ante faciē regis atrociter furētis. Quos cū uidisset, furore succēsus est, & furioso similis, cędi illos immisericorditer iubet. Postq̃ autē uidit eos crudeliter plagis laceratos, uix à multa respirās insania, cessare cædētes iubet. Et ait ad illos: Cur ossa ista defunctorū circūfertis? Si ergo illos amātes, ossa eorū baiulatis, hac hora ponā & uos cū ipsis, ut desideratos adepti, grates nobis exinde referatis. Diuinę huius cohortis princeps & magister, pro nihilo regis minas cōputās, ac si nihil triste cōtigisset ei, libera uoce & sereno uultu, & habitantē in se gratiā significās ait: Ossa ista mūda & sancta circūferimus ô rex, illorū rep̄sentantes mortē, quorū sunt mirabiliū uirorū & exercitij eorū, & adeò dilectę cōuersationis in memoriā nosmetipsos reducētes, & ad similē zelū excitātes, requiem quoq; speculātes, & delicias in quibus modò conuersant̄. Hos quia beatificamus, & inuicem nosmetipsos exhortamur, & eorū seq uestigia satagimus, insup & mortis nosmetipsos assiduè memoriā p̄sentamus, ualdè utilē existentē, & à sanctę cōuersationis agones deuotius erigentē, & sanctificationē nobis horum tactu haurimus. Rursus autē rex ait: Si utilis est mortis memoria (sicut dicitis) cur nō in corporū uestrorū ossibus huius accipitis memoriam, proprijs uestris, & paulo pòst corrumpendis, si alienis istis & iam corruptis assumitis? Tunc monachus ait: Cùm ego quidem causas quinq; fuisse dixerim, cur sanctorum reliquias circumferimus, ad unam eorum respondendo, subsannare nos uideris. Sed luce clarius nosti, quòd ossa mortuorū mortis exhibent memoriā uiuētibus: & quoniā ista sic esse cognoscis, & in carne tua ossa mortē tibi significāt: cur nō & ipso paulo pòst uēturæ memor mortis, bene quę tua sunt disponis: sed omnib. quidē animā tuā tradidisti impietatib. uiolēterq; & imisericorditer interficis seruos dei, q in nullo te lędūt, neq; p̄sentium aliqd tecū diuidūt aut auferre cōtendunt? Cui rex ait: Malè uos & populos seducitis, & monetis ut à delectationib. seculi discedāt, & p dulcedine uitæ & desideratissima cōcupiscētia & uoluptate durā & sordidā ac miserā uitā eligere cōuersationem

Reliquiarum mortuorum utilitas.

tionem cogitis, & deorum honorem Iesu deferendum esse prędicatis Ne ergo uestrum
sequentes errorem populi, desertam terram derelinquentes, & à paternis dijs receden-
tes alieno seruiant, tormentis uos & morti subijcere æquũ iudicaui. Cui monachus ait:
Si omnes participari bonorum desideras uitæ, cur non omnibus æqualiter largiris deli-
cias atq; diuitias, sed multo pluribus inopia laborantibus, tu quæ eorum sunt diripiens,
tuis apponis? Non ergo pro multorum sollicitus es salute, sed etiam impinguas carnẽ,
materiam præparans uermium deuorationi. Propterea & omnium abnegans Deum,
eos qui non sunt, deos appellas, totius sceleris inuẽtores, ut tu secundum imitationem
eorum luxuriando, & scelera exercendo, imitator appellari deorũ tuorum ualeas. Qua-
lia nanque dij uestri egerunt, cur non & obedientes eis homines agerent? Errore igitur
magno erras ô rex. Metuis enim, ne aliquos de populo suadeamus nobis cõsentientes
discedere manu tua, & omnia continenti offeramus manui. Vis enim multos esse qui
tuæ seruiant auaritiæ, ut ipsi quidem miseri sint, tuo uerò quæ eorum sunt lucro proue-
niant. Quemadmodum aliquis canes nutriens, aut accipitres uenandi ignaros, ante ca-
ptionem quidem blandiri eis uidetur: cum autẽ uenationis aliquid comprehenderint,
uiolenter de ore ipsorum quod captum est extrahet: sic & tu multos habere uolens, red-
ditus tibi & uectigalia atq; censum de terra & mari afferentes, dicis quidem ipsorum so-
licitudinem te gerere salutis, perditionem uerò eis præparans æternã, ante omnes pro-
culdubio tibimetipsi, ut solummodo tibi quasi stercorũ & cœni inutilitatis fluant diui-
tiæ lethargiam patiẽs, tenebras pro lumine approbãs. Sed euigila de graui somno isto,
& aperi clausos oculos tuos, & uide ubiq; splendentẽ omnibus Dei nostri gloriã, & tu
aliquãdo teipsum seruum illius facito. Intelligite enim insipientes in populo, et stulti ali-
quãdo sapite. Intelligite ergo, quia nõ est deus sicut deus noster, & non est salus nisi in i-
pso. Tunc rex ait: Ab hac tua stulta nugacitate quiescẽs, Barlaam illico ostẽde mihi, aut
experieris tormẽtorum genus, quorum nunq; experientiã accepisti. Sapientissimus er-
go ac cõstantissimus eremita, & cœlestis amator philosophiæ, nullo modo minas illius
formidabat, sed intrepidus permanẽs, dicebat: Nõ ea quę tu imperas facere, ô rex, iussi
sumus, sed præcepta domini Dei nostri, qui sobrietatẽ nos docuit, & à præsentib. dele-
Psalm. 39. ctationib. & desiderijs abstinere, & fortitudinem exercere, & omnem tribulationẽ pro
iustitia sustinere. Quanto ergo nobis pro pietate deteriora intuleris, tanto præstantius
beneficium exhibebis. Fac igitur quod uis: nobis enim extra quod conuenit agere, ali-
quid non est congruum, nec ullum peccato dabimus assensum. Non autẽ hoc paruum
putes esse peccatum, si confratrem nostrum & commilitonem in tuis tradiderimus ma-
nibus. Sed de nobis hanc derisionem nunquã facies, etiamsi innumerabilibus nos sub-
ieceris mortibus. Non enim ita debiles sumus, ut formidine tormentorum tuorum no-
stram prodamus philosophiam, & indignum aliquid agamus diuina lege. Quid plura?
Quodcunq; nostri tormentorum genus adhibe: nobis enim uiuere Christus est, & mo-
ri pro eo lucrum optimum Super his ergo furore accensus tyrannus, iussit diuinas ipso-
rum abscindi linguas erui uerò oculos, manusq; simul & pedes detruncari. Data igitur
sententia, apparitores quidem circumstãtes atq; lictores, inhumanè & immisericordi-
ter summitates membrorum detruncabant. Et linguas quidem eorum uncinis detra-
hentes, crudeliter abscindebant, oculos uerò ferreis unguibus eruebant, pedes & ma-
nus securibus abscindebant. Beati igitur illi, & omni reuerentia digni, animo constanti
quasi ad epulas inuitati, uiriliter accedebant ad tormenta, inuicem semetipsos exhortã-
tes, & ad mortem propter Christum sine timore accedẽtes. In talibus ergo & tam diris
tormentis perseuerantes, animas suas sacri eremitæ illi Domino tradiderunt, decem &
septem numerum perficientes. Manifestum est ergo, quod rector est passionum pius
animus, sicut quidam nostrorum ait, agones referens cuiusdam senioris sacerdotis, &
septem iuuenum matre consentiente agonizantium pro paternis legibus, quorum per-
seuerantia & magnanimitate isti similes extiterunt admirandi patres, supernæ Hierusa-
lem ciues & hæredes. His piè consummatis, protoconsiliario suo rex Arachi dixit: Pri-
mo irrito facto, ad secundum cõsilium respice, & Nachor illum accersire. Arachis itaq;
intempesta nocte speluncam illius adijt. Nam in desertis habitabat, diuinationum ua-
cans artibus. Tunc omnibus ei consiliorum adinuentionibus reseratis, ad regẽ summo
diluculo

diluculo rediјt:& equitibus rursus ab ipso postulatis & acceptis,ad perscrutandum Bar
laam egredi simulauit Exeunti uerò,& deserta circumuenienti apparet uir quidā de ual
le quadam egrediens: illoq; ad persequendū eum præcipiente, consequuntur eum ue-
locius,& comprehendentes ad se adducunt. Illo uerò suscitante, & quis esset, & cuius
professionis,aut quis uocaretur,ille Christianum quidem semetipsum uocauit, Barlaā
uerò nominauit,sicut edoctus erat. Gaudio itaq; repletus Arachis sicut apparebat,hoc
assumpto,celerius ad regem reuertitur, & iussus est ad regem intrare. Et ait rex in audi-
entia omnium assistentium:Tu es dæmonis operator Barlaam? Respondit ille:Dei ope
rator sum.& non dæmonum.Noli ergo malū dicere mihi. Multas enim mihi gratias a-
gere debes,quia filium tuum Deum colere docui,& ab omni errore liberaui, & uero re
conciliaui Deo, & omni uirtutū specie adornatum reddidi illum. Rursus aūt rex quasi
iratus ait:Iustū esset equidem, ut sermonis pariter & responsionis tibi facultate subiata,
absq; ulla interrogatione morti tradereris: sed suffero te propter naturaliter mihi insitā
humanitatem.usq; ad constitutū diem.Perscrutabor nempe de te Et siquidem obedie-
ris mihi,indulgentia dignus eris:sin aūt,male peribis.Sic locutus,Arachi illum tradidit,
custodiri diligentissime mandans.Sequenti igitur die surgens inde,ad suum rediјt pala
tium,Et auditum est,captum esse Barlaam,peruenitq; fama usq; ad regis filium Quod
cū audisset,uehementer animo doluit,& nullo modo à lachrymis abstinere potuit. Ge-
mitibus & lamentationib.Deum exorabat,& in auxilium senis inuocabat eum Nō de
spexit uerò illum,nec diutius affligi permisit benignus ac misericors Deus Præsto nan
que est omnibus inuocantibus eum in die tribulationis, & cognoscit eos qui colunt il-
lum. Qui & iuueni per uisionem nocturnam notificat, & fortitudinem illi immittit, &
ad pietatis confortat agonem,& fiduciam præstat, gaudioq; plenum & confidentia, &
lumine dulcissimo paulò ante contristatum, & dolore plenum: cor suum reperit.Rex
itaq; sic ista peragens, & ita considerans, gratulabatur, bene prouidisse existimans, &
Arachi immensas reddebat grates. Sed mentita est iniquitas sibi (sicut sanctus Dauid *Psal. 26.*
ait)& iustitia uincit iniquitatem,perfectius ipsam deiectura, & memoriam illius disper
ditura cum sonitu,prout in sequentibus sermo declarabit Post duos autem dies,pergit
rex ad palatium filij sui. Et hunc in occursum patris egressum, non osculatus est pater
ut solebat, sed indignato & quasi irato similis, ingressus est regale cubiculum, & mœ-
stus sedit.Deinde filium aduocans,ait:Fili mi,quæ est ista fama,quæ auribus meis inso-
nuit,& defectionibus animam meam comburit? Nullus enim hominum tanto fuit re-
pletus aliquando gaudio in filij natiuitate(prout arbitror)quantum ego in tua:neq; rur
sus contristatum esse puto,sicut tu me nunc in tristitiam deposuisti,& meam inhonora-
sti caniciem,lumen abstulisti oculorum meorum,& meorum uires excidisti neruorum.
Timor enim quem timebam de te euenit mihi, & quod uerebar accidit mihi, & factus
sum inimicis meis in derisum, & aduersarijs meis in delusione. Indisciplinata mente &
infantili consilio seductorum uerbis obaudiens, & consiliū male sapientium meo præ-
ferens,& nostrorum deorum cultum derelinquens,alieno seruisti deo. Quare sibi hæc
fecisti sic?& quem sperabam cum omni nutrire & educari custodia, & senectutis habe-
re baculum & fortitudinem,regniq; successorem optimum derelinquere,ea quæ inimi
corum & hostium sunt,non erubuisti ostendere mihi in te? An non oportebat mihi am
plius obedire te,& mea sequi dogmata, quàm dolosi & putridi senis obaudire fatuitati
& stultiloquijs, amaram tibi pro dulci suggerentis uiam, & pro amantissimis delicijs
duram & asperam pergere uiam, quàm filijs Mariæ ambulare præcepit? Non timuisti
etiam maximorum deorum indignationem, ne fulmine te interficiant, aut hiatu terræ
absorbeant, qui tanta nobis bona fecerunt, ut diuitijs & potentia, ac diademate regni
nos ornarent,& gentes innumeras nobis subijcerent, & te præter spem per orationem
meam,& deprecationem nasci facerent,& dulcissimo isto participare lumine concede
rent? Hos contemnens atque despiciens, crucifixo adhæsisti, seductus inanibus uer-
bis famulorum illius,qui nescio quæ fabulosè dicunt futura secula, & mortuorum cor-
porum resurrectionem delirant, & alia plurima ad seductionem stultorum introducen
tes.Sed nunc fili charissime,mihi patri tuo acquiesce,& longè ab istis deliramentis sece

BB dendo

dendo ueni, & sacrifica pijs ac mansuetis dijs centũ tauros, si forte libaminibus eos pl
care poterimus, ut ueniam tibi offensionis præbeant: Nam potentes sunt & fortes, ta
ad benefaciendum quàm ad inferenda supplicia. Atqui dictorum exemplum nos e
possumus, qui eorum misericordia ad hunc principatum peruenimus. Ideoq; grata il
seruitia rependimus, & eorũ cultoribus honores, & eis sacrificare contemnentibus to
menta exhibentes. Multa ergo talia uaniloquia rege percurrẽte, & nostra quidẽ irride
te ac respuente, idola uerò efferente atq; laudante: uidens sanctissimus iuuenis, quo
non oporteret iam rem in angulo & occulto, sed super candelabrum in excelso poni, u
manifesta fiat omnibus, confidentia simul & constantia repletus, ait: Quod circa me a
ctum est domine pater, nunquam negabo. Tenebras effugi, ad lumen cucurri, & erro
rem deserui, ueritati acquieui, & dæmonibus abrenunciaui, Christoq; fœderatus sum,
Dei patris filio & uerbo, per quem totũ quod est, factum est, qui & hominem de limo
terrę formauit, & uitalem ei flatum indidit, & in paradiso deliciarum posuit conuersari.
Præuaricantem uerò mandatum illius, & morti addictum, potestatiq; diaboli rectoris
tenebrarum subditum non deseruit, sed omnia patiendo, ad antiquum honorẽ uolens
eũ reducere, totius factor creaturę, & nostri generis autor homo factus est propter nos,
de uirgine sancta natus, in terra cum hominibus conuersatus est, & pro nobis indignis
& ingratis famulis suis Dominus mortem suscepit, & mortem crucis, quatenus soluere
tur peccati dominiũ, & prima condemnatio destrueretur, & cœlorum portæ rursus no
bis panderentur. Illuc enim nostram naturam eleuauit, & in throno glorię collocauit, re
gnumq; perenne diligentibus se donauit, & bona meliora uerbi auditu contulit. Ipse e
nim est fortis & solus potens, rex regnantium & dominus dominantium, cuius impe
rium inexpugnabile, & potestas inæstimabilis, & solus sanctus, & in sanctis requie
scens, cum patre & spiritu sancto glorificandus. In cuius nomine baptizatus sum, &
confiteor & glorifico unum Deum in tribus personis, consubstantialem, increatum &
immortalem, ęternum & inęstimabilem, incircumscriptum & incorporalem, impassibi
lem & inconuertibilem, immutabilem & indefinitum, fontem bonitatis & ęquitatis &
lucis æternæ, omnium creaturarũ uisibilium & inuisibilium factorem, continentemq;
omnia & conseruantem, omnium prouisorem, tenentem omnia & regentem. Neque
enim factum est aliquid eorũ quæ sunt sine illo, nec absque illius prouidentia subsistere
quippiam ualet. Ipse enim uita omnium, stabilitas cunctorum & illuminatio, omnimo
da dulcedo, auiditas insatiabilis, & omniũ desiderabilium summa. Derelinquere ergo
sic bonum, sic sapientem, sic potentem Deum, & dæmonibus immundis, & omnium
scelerum auctoribus seruire, & idolis surdis & mutis cultum exhibere, quæ nunquam
fuerunt aliquid nec futura sunt, quantæ esset utiq; pater insipientiæ ac stultitiæ? Quan
do enim audita est aliqua loquela aut sermo ab ipsis? Quando uel paruam responsio
nem exorantibus se dederunt? Quando ambulauerunt, aut sensum aliquem ostende
runt? Neq; enim stantes sessionis aliquando recordati sunt, neq; sedentes surgere uisi
sunt. Quorum turpitudinem & fœtorem atq; insensualitatem, necnon & in eis operan
tium, & per illa uos seducentium dæmonum fragilitatem, à uiro sancto discens, & eo
rum malitias conspuens, & perfecto odio odiens eas, uiuenti & uero Deo adhæsi, & il
li seruiam usque ad diem uitæ meæ, ut & in manus eius ueniat spiritus meus. Igitur cum
tam inenarrabilibus bonis occurrentibus mihi, gauderem quidem quòd de maligno
rum seruitute dæmonum liberatus, & de dura captiuitate reuocatus essem, & lumine
uultus Domini illustratus, dolebam tamen, quòd animam meam dimidiam perdidis
sem, eo quòd tu dominus ac pater meus, talium non esses particeps bonorum: sed con
siderans tuæ pertinaciam uoluntatis, continebam in memetipso tristitiam, nolens te ad
iracundiam prouocare. Deum uerò incessanter exorabam, ut traheret te ad se, & de lon
ginquo reuocaret exilio, cuius tu autor tibimetipsi (heu mihi) fugitiuus pietatis factus,
& malitiæ minister totius impietatis. Quoniam uerò tu ipse opera in manifestum quæ
circa me erant adduxisti, perfectionem mei auscultа consilij. Non uiolabo fœdus quod
composui cum Christo, non perdam illum qui me redemit precioso sangine suo, etsi
me oporteat mori pro eo. De me igitur sic certus factus, noli frustra laborare, quoniam

nunquam

nunquam me poteris à bona confessione reuocare. Sicut enim ubi impossibile est cœli altitudinem manu tangere, aut maximum siccare pelagus (inefficax utique conatus est iste & inutilis) sic & istud esse cognosce. Si ergo ipse meo acquiescere uolueris consilio, Christo reconciliaberis, & quæ super mentem humanam sunt, experientiam accipies bonorum, socijque ad inuicem erimus, sicut naturæ, ita & fidei: aut à tua discedam (bene scias) filiatione, & Deo seruiam munda conscientia.

Rex igitur ut audiuit hæc omnia, statim cōmotus est, & furore incomprehensibili arreptus, iracundè ei loquebatur: & amarissimè dentibus frendens, & furioso similis, ait: Et quis mihi horum autor est malorum, nisi ego ipse qui sic te disposui, & talia tibi feci, qualia nullus aliquando patrum fecit filio suo? Quapropter prauitas tuæ uoluntatis, & contentio impudenter effrenata, aduersus caput meum insanire te fecit. Meritò igitur in tua natiuitate astrologi dixerunt, te malignum fore uirum ac pessimum, arrogantemque, & parentibus inobedientē. Nunc uerò si meo non obaudieris consilio, & à mea discesseris filiatione, pro patre inimicus effectus, illa faciam tibi quę nec etiam hostibus aliquis ostendit.

Tunc Iosaphat respondit: Cur rex ita succensus, quoniam ego talium particeps effectus sum bonorum, tristaris? Et quis unquam pater in filij felicitate contristatus apparuit? Aut quomodo iam pater talis, & non ut inimicus reputabitur? Non ergo patrem meum de reliquo uocabo te, sed discedam à te, sicut aliquis fugit à serpente, si cognouero te inuidere saluti meæ, & ad perditionem coartari uiolenta manu. Quod si contrà tyrannicè & hostiliter egeris, sicut & dixisti, quid aliud lucraberis, nisi quod pro patre tyrannus & homicida duntaxat uocaberis? Et quia facilius est tibi aquilæ uestigia sequi, & per ipsum aërem uolitare, quàm quæ in Christo est fidem meam mutare, & quam ei confessus sum bonam confessionem peruertere, ab hoc conatu quiesce. Sed potius intellige pater, & albuginem atque caliginem de mentis tuæ oculis excute, ut cernere ualeas Dei mei splendidissimū lumen, & ipse aliquando illustrari dulcissime lumine isto merearis. Quare enim totus deditus es carnis passionibus & uoluptatibus, & respectus non est in te? Scito quod omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni. Exiccatum est fœnum, & flos eius cecidit: uerbum autem Domini mei quod euangelizatum est omnibus, manet inæternum. Cur ergo sic insanè tenes ac defendis more uernalium florum marcidam & perituram gloriam, atque abominandas fœtidasque delicias, & uentris & sub uentre immundissimas passiones: quæ ad tempus quidem delectant sensus stultorū, postea uerò amariores felle faciunt retributiones? Quoniam quidem umbræ ipsi & somnia uanæ istius pertransibunt uitæ, in dolore uerò perenni ignis inextinguibilis & obscuri concludentur horum amatores, & iniquitatis operarum, ubi uermis eos non dormiens sine fine commedet, & ignis assiduè & inextinguibiliter in secula exuret, nullum exitum habituros. Cum quibus (heu mihi) & ipse conclusus, & atrocissimè cruciatus, multum quidem conscientia malorum consiliorum, multum uerò & meorū uerborum requires præsentes dies, sed utilitas pœnitentiæ non erit, Nam in inferno confessio & pœnitentia non est. Sed præsens tempus operationis est, futurum uero retributionis erit. Si enim præsentes iucunditates non perditioni subiacerent & fluxui, sed perenniter florerent permansuræ cum dominis suis, nec sic oporteret Christi bonis, & æternis donis ista præferre. Quanto enim sol nocte profunda splendidior est & lucidior, tanto & eo amplius bona promissa diligentibus. Deum, omni terreno regno & gloria, gloriosiora sunt & magnificentiora. Et omnino conuenit maiora minoribus anteferre. Quoniam uerò & fluxui omnia & corruptibilitati subiacent, & quasi uisio & somnū & umbra prætereunt & pereunt, & auræ potius est credendū non stanti, & nauis pontū præterlabentis uestigijs, quàm hominū prosperitati quantę est improuidentiæ, uel potius uecordiæ & imprudentiæ, corruptibilia & mortalia, infirma & fragilia, incorruptibilibus præferre, & æternis immortalibusque & infinitis, & temporali horum refrigerio insuccessibili priuari bonorū illorum refectione? Non intelligis ista pater? Non pertransibis transeuntia, & adhærebis permansuris? Non præferes habitationem incolatui, lucem tenebris, æternā uitam umbræ mortis, non indissoluenda fluidis?

Non fugies à dura seruitute mali rectoris, nequissimi (inquam) diaboli, & bono atq; clementi & multum misericordi non reconciliaberis Domino? An non à multorum discedens & falsorum deorum seruitute, uni seruies uero & uiuenti Deo? Nam etsi peccasti & diutius blasphemando, eiusq; famulos diris tormentis perimendo, suscipiet te tamẽ proculdubio quia benignus est, si conuertaris ad illum, & omnium tuorum immemor erit delictorum. Non enim uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Qui de innumerabili altitudine, descendens ad inquisitionem nostri qui errauerimus, crucem, flagella, mortem pro nobis sustinuit, & suo nos precioso sanguine redemit, uenundatos sub peccato. Ipsi gloria & laus, in secula: Amen.

Rex autem stupefactus pariter & ira repletus, tam intellectu pueri & uerbis, quibus contradici non ualebat, quàm & ex hoc, quod non dimiserat filius eius quicquã, quod ad deorum derogationem pertinere potuerit, sed totum eorum subsannauerit & deriserit uitam: sermonis tamen claritatem ob internam tenebrarum crassitudinem non percepit, & punire illum, aut mali aliquid de illo disponere, propter naturalem amorem non potuit. Peruertere se illum minis posse omnino desperabat, & insuper metuebat, ne si amplius moueret erga illum sermonem, illo fiducialiter acturo, & deos illius despecturo, ampliori furore succenderetur, & cogeretur aliquid mali irrogare ei. Cum ira igitur surgens, discessit, & dixit: Vtinam nunquam natus esses, uel in lucem istam processisses, talis futurus blasphemator deorum, & paternæ spretor amicitię & admonitionis. Sed non in finem inuictos subsannabis deos, nec in longum gaudebunt aduersarij, aut horum præualebunt maleficia. Nisi enim obediens fueris mihi, & dijs gratus extiteris, & multis & uarijs afflictum tormentis malè te interficiam, non sicut filium te tractans, sed quasi hostem quendam & apostatam.

Hæc patre minante, & cum ira discedente, in suum cubiculum filius ingressus, ad suũ adiutorẽ oculis eleuatis, orauit: Domine Deus, de profundo cordis clamaui, dulcis spes mea & uera promissio, tu refugium ad te confugientium, uide contritionẽ cordis mei propitio & mansueto oculo, & ne derelinquas me, neq; discedas à me, sed secundũ ueram promissionem tuam, adesto mihi indigno famulo tuo. Te enim cognosco & confiteor factorem & prouisorẽ omnis creaturę. Ipse ergo me conforta, ut in bona confessione permaneam, usq; in finem uitæ meæ. Respice in me & miserere mei, & assiste mihi, de uniuersa me diabolica illęsum seruans operatione. Respice rex. Inflammata est enim fortiter anima mea tuo amore & desiderio, & exarsit quasi in siti ardoris in inaquoso, desiderans fontem immortalitatis. Ne tradas bestijs animam confitentem tibi, animã pauperis tui ne obliuiscaris in finem, sed concede mihi peccatori in omni uita mea pro tuo nomine & confessione omnia pati, & totũ meipsum tibi sacrificare. Te enim uires subministrante, & infirmi fortes efficiuntur, quia solus es adiutor insuperabilis, & Deus misericors, quem benedicit omnis creatura glorificandum in secula: Amen. Sic orando, diuinam sensit consolationem in cor suum descendisse: & constantia repletus, perseuerauit tota nocte in oratione.

Rex aũt Arachi amico nota faciens de puero, & duram illius pertinaciam, & immutabilem significans uoluntatẽ, consilium ab eo accepit, cum eo amabilem potius ac suauem faciendam esse, quã sęuam & asperã collocutionem, blandicijs sperans penitus esse trahendũ. Venit igitur rex sequenti die ad filiũ. Et sedens propinquius, aduocauit eũ. Deinde circũplectens osculatur eum, mansuetè subingrediens, & leniter dicendo: Fili dulcissime & amantissime, honora tui caniciẽ patris, & meam audiendo deprecationẽ, accedens offer sacrificia dijs. Sic enim illos clementes habebis, & longitudinem dierũ, gloriæq; omnis & regni & omnium bonorum participationẽ ab ipsis accipies, mihiq; patri tuo eris gratus per totam uitam, & omnibus hominibus uenerandus atq; laudabilis. Patri enim obedire magna laus est, & maximè in bono, & erga deos dilectione. Cur ergo fili uisum est tibi, quod uolens de bono declinando, uiam contrariam ambulando præelegi, aut ignorantia & experientia boni, perditioni meipsum dedi? Sed si uolentẽ me putas utilitati præferre malum, & uitæ præponere mortem, multũ mihi uideris filì à recto deuiare iudicio. An non uides, quanto labori, & fatigationi memetipsum trado,

expeditionibus

expeditionibus contra inimicos uel alijs quibusdã reipub. utilitatibus uacans, famem etiã & sitim, itineris pedũ fatigationẽ, & in nuda terra cubationẽ, quando necessitas incumbit, sustineo? Diuitiarũ uerò & pecuniarũ, tantus mihi contemptus inest atq; despe ctus, ut sæpenumero satis prodigè omnia promptuaria palatij mei uel tui euacuauerim ut ædificarẽ maxima templa deorũ, & meis exercitibus largiter dispensauerim thesauros pecuniarum. Cùm igitur tantæ sim particeps largitatis & laborũ & perseuerantiæ, si Galilæorũ cognouissem meliorẽ sectam nostra esse, quomodo illã omni studio & festinatione non apprehendissem, cuncta deserendo, & spernendo causa salutis meæ? Si autem ignorantiã meam, & inexperientiã boni reprehenderis, attende quantas sępius noctes insomnes duxi, quæstione aliqua proposita, & sæpe non multũ necessaria, non tamen indulgebã mihimetipsi penitus requiẽ, priusquã quæstionis apertã & congruentissimã inuenirẽ solutionẽ. Si ergo harũ rerũ temporaliũ, nec minimũ aliquid despectui habui, sed omnia diligenter ad utilitatẽ uniuersorũ inuestigaui, in tantũ quod in pscrutatione atq; scientia etiã ineffabiliũ quæ sub sole sunt (sicut arbitror) nulli secũdus fuerim: quõ consequẽs est, ut diuina, quę coli & uenerari oportet, despicienda iudicarẽ, & non omni studio, omni uirtute, tota anima, & tota mente ad eorũ uocauerim inquisitionẽ, ut inuenirẽ uerã uiã & cõpetentissimam? Nam & quæsiui laboriosius, plurimas noctes & dies in his expendens, multosq; sapientes & eruditos ad istud consiliũ conuocaui, nonnullis etiã Christianorũ sępius locutus sum: & uiuaci conquisitione, & experientissima persecutione inuenta est à me ipsa uia ueritatis, quæ à sapientibus tam rationabilitate quàm intellectu præditis, testificata est, quia non est alia nisi per quam hodie ambulamus, maximis dijs seruientes, & dulcissimã uitam atq; iucundã tenentes, omnibus hominibus ab ipsis distributam, quæ delectatione & lætitia plena est: quam Galilæorum principes & pontifices imprudenter repulerunt, qui & dulce lumen istud, & iucunditates omnes, quas ad refrigeriũ nobis dij largiti sunt, spe cuiusdã alterius incertæ uitæ reijciunt, nescientes quid dicunt, uel de quibus affirmant. Tu aũt fili temerè patri tuo acquiesce, diligenti & uerissima scrutatione indubitanter bonũ inuenienti. Ecce enim ostensum est, quia neq; uolens neq; ignorantię modo detorsi à bono, sed inueni & accepi: desidero etiam & te non uecorditer errare, sed me sequi. Verere igitur patrem tuum. An nescis quale bonum est patri obedire, & eum in omnibus lætificare, sicut econtrario q̃ detestabile est & malignũ, patrẽ exacerbare, & ipsius mandata pro nihilo computare? Quotquot enim hoc fecerunt, malè perierunt, cum quibus tu fili non annumereris, sed patrem lætificans, adipiscaris bona omnia, & hæres fias meæ benedictionis, & regni.

Prudentissimus uerò & uerè nobilis iuuenis, patris superflua locutione & stulta oppositione audita, & agnita tortuosi draconis uersutia, quod à dextris pedibus illius parauit laqueum, capere deificam animam artificiosè tentans, & ad propositum impedire brauium, Domini ante oculos posuit præceptum, Non ueni mittere pacem dicentis, sed gladium. Veni enim separare filium à patre suo, & filiam à matre sua, &c. Et Quoniam qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus Et, Quicunque negauerit me coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo qui est in cœlis. *Matth.10.*
Hæc cogitando, & diuino timore animã erudiendo, desiderioq; & amore confortando, Salomonis illud uerbũ nimiũ gaudens assumpsit, dicentis: Tempus amandi, & tempus odiendi. Tempus belli, & tempus pacis. Et primũ quidẽ in mente orans, illud Dauidicũ dixit: Miserere mei Deus, miserere mei, quoniã in te confidit anima mea Et, In umbra alarum tuarũ sperabo, donec transeat iniquitas. Clamabo ad Deum altissimũ, Deũ qui benefecit mihi. Et cætera psalmi. Deinde dixit ad patrem: Procurare patrem & illius obedire præceptis, charitate quoq; & amicitia ministrare, communis nos edocet Dominus, naturalem nobis huiusmodi inserens amorem. Quando uerò parentum affectus & amicitia ipsam animam fert ad periculũ, & ab autore remouet, abscindere hanc penitus iubemur, & nullo modo obedire debere separantibus nos à Deo, se odire istos & auertere, etiamsi pater sit qui execrabilia præcipit, etsi mater uel rex, & si uitæ ipsius dominus. Nam propter affectum paternum Deum perdere, impossibile mihi est. Quapropter noli tibimetipsi laborẽ incutere uel mihi, sed potius crede, & uiuo & uero uterq;

Eccl.3.
Psal.56.

seruiamus Deo. Quę enim nunc colis idola, sunt manuum hominum opera, flatu carentia & surda, nihil aliud penitus quàm solam perditionem & cruciatus æternos se colentibus exhibentia. Si uerò istud facere nolueris, fac de me quod tibi uidetur. Seruus enim sum Christi, & neq; blandicijs, neq; tormentis ab illius discedam charitate (sicut in anterioribus dixi tibi) in medio ponens huius nomen Domini, & firmissimè uerbum astruens. Quia uerò neq; uolens dixisti te malè agere, neq; ignorantia à bono declinare, sed multa & laboriosa inquisitione hoc cognouisti ueraciter bonũ esse, idolis seruire, & libidinibus passionum affligi, malum quidem te ex industria agere nolo dicere. At multa tibi circunfusa est caligo ignorantiæ, & quasi in tenebris palpando ambulans, penitus non uides luminis uel modicum quemlibet radium. Vnde rectitudine perdita, per præcipitia mala & deuexa errabundus non rectè graderis. Hoc & ego indubitanter scio, & te pater cognoscere uolo. Ideo tenebras pro lumine ponens, & mortem pro uita approbans, putas tibi bene consultũ esse, & utiliter prouidisse: sed non est ita. Neq; enim quæ colis dij sunt, sed statuæ demonum, omnem illorum execrabilem operationem intrinsecus habentes: neq; quam uocas dulcem & iucundam uitam, delectatione ac lætitia putas repleri. Huiusmodi est naturæ: sed potius abominabilis habetur ista secundum ueritatis sermonem, & execranda. Temporaliter enim gulam lenit, sed postea amariores felle facit retributiones (sicut meus Magister ait) & acutiores gladio ancipiti. Et quomodo huius narrabo mala? Enumerabo ea, & super arenam multiplicabuntur. Hamus enim est diaboli, præsens uita, operta abominabili uoluptate uelut esca, per quam seductos ad profundum trahit inferni. Sed à Domino meo promissa bona, quæ tu incertæ uitæ spem nominasti, uera sunt & immutabilia: finem nesciunt, corruptioni non subiacent. Sermo non est qui referre magnitudinem illius gloriæ, & delectationis ualeat, gaudij quoq; ineffabilis & lętitię perennis. Omnes enim, sicut ipse cernis, morimur, & non est homo qui uiuet, & non uidebit mortem. Rursus aũt resurrecturi sumus, quando ueniet Dominus Iesus Christus, filius Dei, in maiestate ineffabili, & uirtute terribili, solus rex regum, & dominus dominantium, cui omne genu flectetur cœlestium, terrestrium & infernorum: & tantum terrorem tunc incutiet, ut etiam ipsæ celestes uirtutes timeant. Astabunt uerò ei cum timore milia milium, & decies centena milia angelorũ & archangelorum, & cuncta timore & tremore erunt plena. Vnus autem archangelorũ tuba canet, & mox cœlum inuoluetur sicut liber. Terra autem dirupta, emittentur corpora hominum quicunq; fuerunt ex quo Adam primus homo factus est, usq; ad diem illam. Et tunc omnes à seculo mortui, in ictu oculi uiui adstabunt tribunali immortalis Domini, & unusquisq; redditurus est rationem operum suorum. Tunc iusti fulgebunt sicut sol, qui crediderunt in patrem & filium & spiritum sanctum, & in operibus bonis finierunt præsentem uitam. Quomodo uerò tibi enarrabo qualem ille tunc suscepturi sunt gloriam? Nam etsi solis comparem claritati splendorem eorum & pulchritudinem, uel fulguri coruscanti, nihil splendore illo dignum referam. Oculus enim non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit Deus diligentibus se in regno cœlorum, in luce inaccessibili, in gloria ineffabili & infinita. Et iusti quidem talia adipiscentur bona, talemq; beatitudinem. Illi autem qui uerum Deum negauerunt, plasmatorem & creatorẽ ignorantes, dæmones uoluptatesq; uanæ huius uitæ amauerunt, & more pecorum in cœno uiciorum uolutati sunt, & totius nequitiæ sentinam animas suas fecerunt, stabunt nudi & miseri, confusi & deiecti, & habitu & re ipsa opprobrium facti omni creaturę. Cuncta enim quæ egerunt in uerbo, in opere, in cogitatione, ante faciem illorum uenient. Deinde post confusionem illam durissimam, & opprobrium illud intolerabile, præcipitabuntur in ignem inextinguibilem & teterrimum, in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, & uermis immortalis comedet carnes eorum. Hæc est pars eorum & hæreditas. In his per secula sine fine cruciabuntur, eo quod bona à Deo promissa despicientes, propter temporalem peccati uoluptatem, & damnationem æternam elegerunt pro istis. Itaque pro ineffabili quidem gaudio adipiscendo, & inæstimabili gloria perfruenda, & luce cum angelis, ut bono ac dulcissimo Domino cum fiducia assistere mereamur: amarissima uerò & infinita tormenta, & execrabilem

Vita præsens hamo similis est.

execrabilē illam confusionē possimus euadere, dignū est non tantū pecunias, sed & corpora, & ipsas animas impendere. Quis enim ita uecors est & absq; sensu, qui nō potius uellet mille sustinere mortes tēporales, ut ab ęterna liberatus & infinita morte, uitā possideat beatā & immortalē, & luce resplendeat indiuiduæ trinitatis? His auditis rex sermonibus, & firmitatē atq; stabilitatē pueri considerans, quod neq; blandicijs delinitus sermoni obedire uoluerit, neq; pœnarū minis: mirabatur quidē in suasione uerbi, & responsionibus eius acutissimis, & arguebatur à propria conscientia, uera dicere illum & iusta, sed retrahebatur à mala consuetudine, & ex usu confirmatis in eo uicijs, à quibus chamo & freno constringebatur, non permissus lucē uidere ueritatis. Vnde omnimodā obliuionē sermonis faciens, detinebatur ueteri intentione, præmeditatū à se cū Arachi consiliū ad effectū producere uolens. Et ait puero: Oportebat te quidē, fili, meis obedire pręceptis in omnibus: sed quoniā durus existens & inobediens, ita fortiter resistis mihi, tuā potius quàm meā cupiens facere uoluntatē, ueni, ut postposita pertinacia & uana contentione, ambo pariter cedamus ueritati. Et quoniā Barlaā, qui te seduxit, ferro uinctus apud me tenetur, congregabo ecclesiā magnā, & omnes nostros, & Galilæos in unū conuocabo, præconesq; manifestè clamare præcipiā, ut nullus Christianorū me tuat, sed omnes sine timore conueniant: & sic cōmuni desiderabimus deliberatione, ut aut suadentes uos cum uestro Barlaā assequamini quæ optatis, uel suasi à nobis, ultronea uoluntate præceptis nostris obedire consentiatis. Prudens uerò iuuenis per uisionem diuinitus sibi demonstratā, pręcognita regis fictione, ait: Voluntas Domini fiat, & sit quemadmodū iussisti. Ipse enim bonus Dominus & Deus præstet, ne à ueritate eius deuiemus. Nā in ipso confidit anima mea, & ipse miserebitur mei. Tunc iam iubet rex omnes congregari, idolatras uidelicet & Christianos. Literis quidem ubiq; transmissis, præconibusq; per uniuersas ciuitates & uillas clamantibus, ut nullus Christianorum timeat se aliquid mali quod non speret passurū, sed securè omnes per tribus & cognationes in unum conueuiant, ad spontaneam, & non coactam ueritatis conquisitionē futuram, cum principe ac duce suo Barlaā. Similiter uerò pontifices, & cultores idolorū, & sapientes Chaldæorum & Indorum, qui in toto regno illius & principatus reperiri potuerunt, conuocauit, & quosdam augures, & magos, & diuinos. Conuenit itaq; ad regem multitudo magna de sua execranda secta. Christianorum uerò unus inuentus est solus, in auxilium ueniens qui putabatur esse Barlaam, nomine Barachias. Alij autem fidelium mortui erant ab insania principum, qui per ciuitates erant occisi: alij uerò in montibus & speluncis latitabant timore imminentium malorum: nonnulli timebant minas regis, & non audebant in aperto parere, sed nocturni erant Dei cultores, latenter Christo seruientes, & nequaquam confidenter agentes. Ille autem solus cum esset forti animo, & agonem processit ueritatis. Residente igitur rege in tribunali excelso & eleuato, considere sibi filium iussit. Ille uerò ob patris reuerentiam & honorem, hoc noluit facere, sed in terra prope illum sedit. Astiterunt autem eruditi sapientia, quam Deus stultam fecit. Quorum insipiens cor errauit: sicut dicit Apostolus, putantes se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriā in incorruptibilis Dei, in similitudinem mortuorum hominum, & quadrupedum & serpentium. Hi uerò conuenerunt sermonem facere aduersus filium regis, & eos qui secum erant, & completa est in eis illa parabola, quod aduersus leonem caprea pugnam inijt. Ille nanque altissimum posuit refugium suum, & in umbra alarum illius sperauit: at illi in principibus confidebant seculi huius destruendis, & principe tenebrarum, cui semetipsos miserabiliter subdiderunt. Adducitur igitur Nachor, simulans se Barlaam esse. Et hi quidem qui erant circa regem talem habebant intentionem: sed sapiens prouidentia desuper ordinabat alia. Assistentibus itaq; his omnib. ait rex rhetoribus & suis philosophis, imò populi seductoribus, & stultis corde: Ecce certamen nobis adiacet, & agonis magnitudo. De duobus enim alterū fiet uobis hodie. Aut nostra manu tenentes errare Barlaam, & eos qui cum eo sunt redarguentes, & gloriam maximam & honorem à nobis et ab omni senatu consequemini, et coronis uictoriæ coronabimini: uel superati, cum omni confusione pessimæ morti trademini, et omnia uestra populo dabuntur, et ut omnino deleatur memoria uestra

Astus diaboli

Rom. 1.

de terra, corpora etiam uestra bestijs dabo ad deuorandũ, & filios uestros perenni con
demnabo seruituti. His ita dictis à rege, filius quoq; illius ait: Iudicium tuum iustum iu
dicasti ô rex. Corroboret Dominus hanc uoluntatem tuam. Sed & ego eadem dico ma
gistro meo. Et conuersus, ait ad Nachor: Nosti ô Barlaam in quali me gloria inuenisti
& delicijs? Sed uerbis plurimis suasisti mihi, ut à paternis quidem discederem legibus
& moribus, & ignoto seruirem Deo, ineffabilium quorundam & ęternorum bonorum
promissionibus trahendo mentem meam ad sequenda dogmata, & mea exacerbandũ
dominum & patrem. Nunc ergo quasi in lance existima temetipsum stare. Nam si uice
ris imminentem luctam, uera esse dogmata tua ostendes, quæ me docuisti, erroneosq;
redargues, qui contra nos hodie dimicaturi sunt, & tu glorificaberis plus omnibus qui
aliquando fuerunt, & prædicator ueritatis uocaberis. Ego quoq; in tua permanebo do
ctrina, & Christo seruiam usq; ad finem uitæ meæ: si uero superatus seu ueritate, seu falsi
tate, confusionis mihi hodie autor extiteris, statim meã contumeliam uindicabo in te,
manibus meis cor tuum & linguam exttahens, canibusq; ad deuorandum ista cum cæ
tero corpore tuo tradam, ut discant omnes per te, ne præsumant filios regum in errorẽ
mittere. His auditis Nachor sermonibus, tristis effectus est ualde, & deiectus, uidens se
metipsum cecidisse in foueam quam fecit, & laqueo quem abscondit esse comprehen
sum, & gladium suum in cor eius ingressum. Animaduertens ergo in semetipso, cogno
uit sibi melius esse regis filio adhærere, & partẽ illius defendere, quatenus euaderet præ
paratũ sibi periculum. Sciebat enim, quoniã ei facillimũ, tormentis se tradere, si uel mo
dicum illum exacerbaret. Totum tamen ex diuina fiebat prouidentia, sapienter etiam
per aduersarios nostra tuente. Vt enim ad uerba utriq; uenerunt, cultores scilicet idolo
Num.22. rum & Nachor: ibi Nachor, quemadmodũ ille Balaam qui sub Balach aliquando male
dicere Israël proposuerat, econtrario quoq; multis philosophis restitit. Sedente itaq; re
ge in throno suo, cõsedente quoq; filio, sicut iam diximus astiterunt & insipientes rhe
Psal.7. tores, qui quasi gladium linguas suas exacuerunt ad destructionem ueritatis. In quibus
impletum est illud quod scriptum est: Conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatẽ.
Conuenerunt ei innumerabiles populi ad spectaculum illius certaminis, quæ pars ui
ctoria potiretur. Tunc unus rhetorum sapientior omnibus, dixit ad Nachor: Tu es Bar
laam, qui imprudenter sic & inuerecundè dijs nostris contumeliam & omne dedecus
infers, & dilectissimum regis filium in errorem induxisti, & crucifixo seruire docuisti?
Cui Nachor respondit: Ego sum Barlaam, qui deos tuos (sicut dixisti) despicio, filium
autem regis non in errorem misi, sed ab errore liberaui, & uero reconciliaui Deo. Et rhe
tor ait: Cum eximij & mirabiles uiri qui omnem sapientiæ artem adinuenerunt, deos
excelsos nominauerunt illos & immortales, & qui cuncti in terra fuerunt, & sunt reges
& gloriosi, & nobiles eos adorauerint & coluerint: quomodo tu ipse linguã aduersus
eos commoues, & omnino sibilare audes talia? Quæ autem assertio est, hos deos non
esse, sed crucifixum? Suspiciens ergo Nachor, rhetorem quidem illum nullo modo re
sponsione iudicauit esse dignum. Manu autem multitudini silentium indicens, & ape
riens os suum, sicut asina Balaam, quæ non proposuerat dicere, illa locutus est, & ait ad
regem: Ego rex prouidentia Dei ueni in mundum, & considerans cœlum, terram, ma
re, & solem & lunam, & cætera, admiratus sum ornatum eorum. Cernens autem mun
dum, & quæ in eo sunt omnia, quia secundum necessitatẽ mouentur, intellexi mouen
tem & tenentẽ esse deũ. Omne enim mouens, fortius est moto: & tenens, fortius est ten
to. Ipsum ergo dico esse deum, qui constituit omnia & tenet, qui sine initio est & sine fi
ne, immortalis, æternus, nullo egens, superior omnibus passionibus & diminutionib.
id est, ira & obliuione, ignorãtia, & cæteris: per ipsum uerò omnia sunt constituta. Non
indiget sacrificio & libamine, nec aliquo cunctorum apparentium: omnes uerò illo in
digent. His ita de Deo prolatis, sicut permisit me de se dicere, ueniamus & ad genus ho
minum: quatenus uideamus qui eorum participes sint ueritatis, & qui erroris. Manife
Tria hominũ genera. stum est nobis, ô rex, quia tria genera sunt in hoc mundo: quorum sunt apud uos qui di
cuntur deorũ adoratores, & Iudæi, & Christiani. Ipsi aũt rursus qui multos colunt deos,
in tria diuidunt genera: Chaldæos uidelicet, & Gręcos, & Aegyptios. Nam isti fuerunt
principes

principes & magistri cæteris gentibus, in multorũ deorum cultu, & adoratione. Videamus ergo horum qui sint participes ueritatis, & qui erroris. Chaldæi nanq; nescientes Deum, errauerunt post elementa, & cœperunt colere creaturam potius quàm suum creatorem. Quorum & imagines quasdam facientes, nominauerunt figuram cœli, & terræ & maris, solisq; & lunæ, & cæterorum elementorum & luminarium. Et concludentes in templis, adorauerunt, deos uocantes eos, quos seruant diligenter ne rapiantur à furibus: & non intellexerunt, quod omne quod seruat maius est seruato: & faciens maius est facto. Si enim inualidi sunt dij eorum circa suam salutem, quomodo alijs salutationem exhibebunt? Errore igitur magno errauerunt Chaldæi, colentes statuas mortuas & inutiles: & mirari satis nequeo, ô rex, quomodo qui dicuntur philosophi eorum nullo modo intellexerunt, quod & elementa corruptibilia sunt. Si autem elementa corruptibilia sunt, & subdita necessitati: quomodo statuæ quæ factæ sunt ad honorem illorum, dij existunt? Veniamus ô rex, ad ipsa elementa, ut ostendamus de eis quod non sunt dij, sed corruptibilia & mutabilia, de nihilo creata præcepto Dei, qui est incorruptibilis, & immutabilis, & inuisibilis. Ipse enim cuncta cernit, & quemadmodũ uult immutat, & transponit. Quid ergo de elementis dico? Qui putant cœlum esse deum, errant. Nam uidemus ipsum uolubile, & secundum necessitatem motum, & ex multis constitutum, propter quod κόσμος uocatur. κόσμος autem fabrica est alicuius artificis. Quod autem fabricatum est, initium & finem habet. Mouetur autem cœlum cum suis luminaribus secundum necessitatem. Nam astra ordine & spacio feruntur de signo in signum: & nunc quidem occumbunt, nunc autem oriuntur, & secundum tempora iter peragunt, ut perficiant æstatem & hyemem, sicut est eis ordinatum à Deo, & pertranseant proprios terminos secundum ineuitabilem naturæ necessitatem cum cœlesti ornatu. Vnde manifestum est, non esse cœlum deum, sed opus Dei. Qui autem putant terram esse deam, errauerunt. Videmus enim illam ab hominibus contumeliam patientẽ, & dominationi eorum subiacentem, defossam & conspersam, & inutilem factam. Nam si igne torreatur, efficitur mortua, sicut uidemus quod de testa nihil oritur. Insuper, & si paulò amplius infundatur, corrumpitur & ipsa, & fructus eius. Conculcatur autem ab hominibus & cæteris animalibus. Sanguine interfectorum inquinatur, effoditur & impletur, mortuorum theca fit corporum. His ita se habentibus, non sequitur terram esse deam, sed opus Dei ad utilitatem hominum.

Chaldæorum error.

Qui autem putant aquam esse deam, errauerunt. Nam & ipsa ad usum hominũ facta est, & dominationi subiacet eorum. Polluitur, corrũpitur & immutatur: calescit, & tingitur coloribus, & frigore congelatur, & cruoribus inquinatur, & ad cunctarum sordiũ ablutionem assumitur. Idcirco impossibile est aquam esse deam, sed opus Dei.

Illi uerò qui arbitrantur ignem esse deum, errant. Nam ignis factus est ad usum hominum, & subiacet illorum dominationi. Circunfertur de loco ad locum, & accenditur ad elixandas & assandas carnes, adhuc autem & mortuorum corpora comburenda. Multis etiam modis corrumpitur ab hominibus, & extinguitur. Propter quod non est congruum, ignem deum æstimare, sed opus Dei. Qui autem credunt uentorum flatum esse deum, errant. Manifestum est, quod seruit alij, & ad gratiam hominum præparatus est à Deo ad conductum nauium, & ad uentilationem segetum, & cæteras hominum utilitates, secundum præceptum Dei. Quapropter non est æquum, uentorum flatum esse deum, sed opus Dei. Opinantes uerò solem esse deum, errant. Videmus enim illum agitatum secundum necessitatem, & uolubilem & translatum de signo in signum, occumbentem & orientem, & calefacientẽ pullulantia plantaria ad usum hominum, insuper & diuisionẽ habentem cum cæteris astris, & multo minorẽ cœlo existentem, & defectum luminis patientem, & nullam in se potentiam habentem. Quapropter non æstimes solem deum esse, sed opus Dei. Qui autẽ lunam putant esse deã, errant. Videmus enim illam secundum necessitatem motã & conuertibilem, & translatã de signo in signum occumbentẽ & resurgentẽ ad utilitatẽ hominũ, & minorẽ esse sole, crescentemq; & diminutã, & eclipsim patientem. Ideoq; non debemus lunã putare deam, sed opus Dei. Qui autem hominẽ putant esse deum, errant. Videmus quippe illum motũ se-

cundum necessitatem, & enutritũ, ac senescentem etiam se nolente. Et aliquando quidem lætatur, & aliquando tristatur. Indiget cibo & potu & uestitu. Est & iracundus & inuidus, & auidus, & pœnitens, & minorationes multas habens. Corrumpitur etiam multis modis ab elementis & animalibus, uel imminente sibi morte. Non conuenit ergo, hominem esse deũ, sed opus Dei. Errore igitur magno errauerunt Chaldei post opiniones suas. Colunt corruptibilia elementa, & mortuas statuas, & non sentiunt, ista deos facientes. Veniamus itaq; ad Græcos, ut uideamus quid fortè de Deo sentiant. Græci nanq; dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, deterius Chaldæis, introducentes plurimos deos factos esse, alios quidem masculos, & alios fœminas, omnium uitiorum cunctarũq; autores iniquitatum. Vnde ridicula, & fatua & impia induxerunt Græci, ô rex, eos qui non sunt deos appellantes, secundum maligna desideria sua, ut aduocatos istos & patronos habentes suæ nequitię adulterentur, rapiant, occidant, & omnia mala faciant. Si enim dij illorum talia fecerunt, quomodo & ijdem ipsi eadem non facient? Et his igitur errorum aduentionibus accidit hominibus, bella habere frequentia, & occisiones & amaras captiuitates. Vnde si unumquenque deorum suorum uoluerimus sermone pertransire, plurimam intueberis horum malitiam. Inducitur enim ab eis ante omnes deos Saturnus, & huic sacrificant filios suos. Qui genuit pueros multos de Rhea, & insaniens comedit filios suos. Aiunt autem Iouem abscidisse sibi uirilia, & proiecisse ea in mare, unde Venus fabulosè dicitur fuisse nata. Alligans ergo suum patrem Iupiter, proiecit in tartarum. Cernis errorem & luxuriã, quam inducunt aduersus deum suum. Conuenit ergo, deũ esse uictũ & desertũ? O insipientia. Quis mentẽ sanã habentium hæc dixerit? Secundus inducitur Iupiter, quẽ ferunt regẽ esse aliorũ deorũ, & transformatũ fuisse in animalia, ut cũ mortalibus mulieribus adulteria cõmitteret. Inducunt enim hunc transformatũ in taurũ propter Europã, & in auẽ propter Danaẽn, & in cygnum propter Ledam, & in satyrũ propter Antiopen, & in fulmen propter Semelẽ, & ita genuisse ex his filios multos: Liberũ uidelicet & Rhetum, & Amphionẽ, & Herculẽ & Apollinẽ, & Arthemiam, & Perseum, Castoremq; & Pollucem, & Helenam, & Minoẽm, & Rhadamantum, & Sarpedonem, & nouem filias, quas appellauerunt musas. Deinde inducunt de Ganymede. Contigit ergo ô rex, hominibus imitari hęc omnia, ut fiant adulteri & masculorum concubitores, & aliorum malorum operum patratores, secundum imitationem dei sui. Quomodo ergo creditur Deum esse adulterum, aut Sodomitam, uel parricidam? Cum hoc uerò & Vulcanum quendã inducunt deum esse, & istum claudum, & tenentem malleum & forcipes, & ferrariã artem exercentem uictus gratia. Ergo egenus erat, quod non conuenit Deum esse, nec claudum. Deinde Mercurium inducunt Deum esse, cupidum & furem & auarum, & magnũ & uersipellẽ, & sermonũ interpretẽ. Sed non conuenit deum esse talem. Asclepium etiam inducunt deũ esse medicũ, & potiones conficientem, & emplastra componentẽ uictus gratia. Indigentiam enim patiebatur. Nouissime uerò fulmine ictus à Ioue, propter Darij Lacedæmonij filium, interijt. Si ergo Asclepius deus est, & fulmine ictus non ualuit sibimetipsi auxilia, quomodo alijs auxiliabitur? Mars autem inducitur deus belligerator & zelotes, cupidus ouium, & aliarum quarundam rerum. Nouissime uerò adulterio perpetrato, cum Venere esse ferunt ligatũ à paruulo Cupidine, & à Vulcano. Quomodo deus ergo cupidus, & belligerator, & adulter, & uinctus? Bacchum uerò inducunt deum esse, nocturnas agentem festiuitates, & magistrum ebrietatis, & euellentem uxores proximorum, & furiosum, et fugitiuum. Nouissimè autẽ à Titanis occisus est. Si ergo Bacchus occisus non potuit semetipsum adiuuare, qui et ebriosus fuit, et furiosus et fugitiuus, quomodo erat deus? Herculẽ uerò inducunt ebriosum fuisse et insanum, et suos occidisse, et ad ultimũ igne consumptum interijsse. Sed quomodo deus erat ebriosus, et interfector filiorũ, et cõbustus? Aut qua ratione alios adiuuabit, qui sibimetipsi auxiliũ præbere non potuit? Apollinẽ quoq; inducunt deũ esse zelotẽ, insuper arcũ et pharetrã gestantẽ, aliquando uerò citharã, et tibiã, et diuinantẽ hominibus, mercedis gratia. Ergo indigebat. Sed non conuenit deũ indigentẽ esse, et zelotẽ, et citharistã. Dianã uerò inducunt sororẽ illius, fuisse uenatricem, et arcũ habuisse cum pharetra, et hanc errare in montibus

montibus solam cum canibus, ut caperet ceruũ aut capream. Quomodo ergo erit dea talis mulier uenatrix, & per montes uagabunda cum canibus? Venerem autem dicunt etiam deam esse adulteram. Nam aliquando habuit mœchũ Martem, aliquando uerò Anchisen, & aliquando Adonidẽ, cuius mortem deflet, quærens amasium suum, Quã dicunt etiam ad infernum descendisse, ut redimeret Adonidem à Persephona. Vidisti ô rex, maiorem hac dementiam, deam inducere adulterantem & lamentantem, atq; flentem? Adonidem quoque inducunt deum esse uenatorem, & hunc uiolenter mortuum esse ab apro plagatum, & non potuisse auxiliari miseriæ suæ. Quomodo ergo corporum solicitudinem habebit mœchus & uenator, atq; biothanatus? Hæc omnia, & multo plura, turpiora & maligna inducunt Græci, ô rex, de dijs suis, quæ neq; dicere congruit, neq; in memoriam omnino deferre. Vnde sumentes homines occasionem à dijs suis, perpetrant omnem iniquitatem & luxuriam, & impietatem, polluentes terram & aërem prauis suis actibus. Aegyptij uerò sceleratiores & stolidiores his existentes, deterius omnibus gentibus errauerunt. Non enim contenti fuerunt Chaldæorum & Græcorum cultibus, sed insuper & bruta animalia induxerunt deos esse, terrena uidelicet & aquatilia, & arbores & germinantia. & contaminati sunt omni insania & luxuria deterius omnibus gentibus quæ sunt in terra Nam in principio colebant Isin, habentẽ eundem & fratrem & maritũ Osirin, qui interfectus fuit à fratre Typhone, & ideo fugit Isis cum Oro filio suo in Byblum Syriæ, quærendo Osirin: & amarissimè lamantando, donec creuit Orus, & interfecit Typhonem. Itaq; neq; Isis potuit adiuuare suum fratrem & maritum, neq; Osiris occisus à Typhone, ualuit subuenire sibimetipsi, neq; Typhon fratricida, perditus ab Oro & Iside, quiuit se à morte eruere. Et cum in huiusmodi infelicitatibus uixisse & occubuisse sint cogniti, dij tamen à stultis Aegyptijs fuisse existimati sunt. Qui neq; his contenti, uel cæteris cultibus gentium, etiam bruta & muta animalia induxerunt deos esse. Nam quidam illorum coluerunt ouem, quidam uerò hircum. Alij autem uitulum & porcum, nonnulli coruum & accipitrem, & uulturem & aquilã: alij uerò crocodilum, quidam uerò cattum & canem, & lupum & simiam, & draconem & aspidem, & alij cepas, & allia & spinas, et cæteras creaturas. Et non intellexerunt miseri de his omnibus, quòd nihil agere preualent. Videntes enim deos suos, comestos & interfectos ab alijs hominib. & concrematos & putrefactos, non intellexerunt de ipsis quia non sunt dij. Errore ergo magno errauerunt Aegyptij & Chaldæi & Græci, tales introducentes deos, & statuas eorum erigentes, & adorantes, surda & insensibilia Idola. Et miror, quomodo uidentes deos suos ab artificibus factos, & dolatos, & detruncatos, & præ uetustate temporis consumptos, & dissolutos, et conflatos, non sapuerũt de ipsis, quia non sunt dij. Qui enim de sua salute nihil potuerunt agere, quomodo hominum prouidentiam habebunt? Sed poëtæ eorum, et philosophi Chaldæorum scilicet et Græcorum, et Aegyptiorum, uolentibus poëmatibus suis et scripturis uenerari deos suos, maiorem confusionem eorum et dedecus detexerunt, et nuda omnibus exposuerunt. Si enim corpus hominis, cũ de multis cons/tet partibus, non reijcit tamen aliquid membrorum suorum, sed erga omnia membra indiscissam unitatẽ seruans, sibimetipsi consonat: quomodo in natura dei pugna, et discordia tanta est? Si enim una natura deorum esset, non deberet deus deos persequi, nec affligere. Si autem dij à dijs insectati sunt, et occisi et rapti, et fulmine icti, non iam una natura est, sed uoluntates diuisæ, omnesq; malignę. Itaq; nullus ex eis deus est. Manifestum est igitur, ô rex, errorem esse omnem de dijs physiologiam. Quomodo autem non intellexerunt philosophi et rationabiles Græcorum, quoniam autores legum à suis legibus iudicantur? Si enim leges iustę sunt eorum qui iniqua egerunt, id est, inter se homicidia et ueneficia et adulteria et furta et ἀρσενοκοίτας, si bene fecerunt: istę leges igitur iniustæ sunt aduersus deos cernentes. Nunc autem leges iustæ sunt et bonæ, bona laudantes, et mala fieri prohibentes: opera autem ipsorum deorum iniqua. Iniqui igitur sunt dij eorum, et rei mortis uniuersi, et impij, qui tales deos inducunt. Nam etsi fabulosæ de ipsis sunt historiæ, nihil sunt nisi tantummodo uerba. Si ergo physicæ, non iam dij sunt qui ista fecerunt, et passi sunt: si autem allegoricæ, fabulæ sunt, et non aliud aliquid. Ostensum est ergo, ô rex, omnes

omnes istos multorum deorum cultus erroris opera & perditionis esse. Non conuenit enim deos nominare, uisibiles & non uidentes: sed inuisibilem omnia uidentem, cunctorumque creatorem oportet deum colere. Veniamus ergo, ô rex, & ad Iudęos, ut uideamus quid sentiant & ipsi de deo. Hi nanque existentes de stirpe Abraham, Isaac, & Iacob habitauerunt in Aegypto. Eduxit aūt illos Deus inde in manu forti & brachio excelso per Mosen legislatorem ipsum, & prodigijs multis & signis notam fecit illis uirtutem suam Sed ingrati & ipsi apparuerunt & perfidi. Nam sępius dijs gentium seruierunt, & missos ad se prophetas & iustos interfecerunt. Deinde postquam complacuit filio Dei ut ueniret in terram, negantes eum, tradiderunt præsidi Pilato Romanorū, & crucifixerunt eum, immemores benefactorum eius, & innumerabilium miraculorum quæ inter eos operatus est, & perierunt propria iniquitate. Colunt etiam nunc solum deum omnipotentem, sed non secundum scientiam. Nam Christum negant filium Dei, & sunt similes gentibus: licet appropinquare aliquo modo ueritati uideant̃, à qua seipsos elongauerunt. Ista de Iudæis dicta sufficiant. Christiani autē à Christo dicuntur. Sic enim filius Dei altissimi uocatur, qui de cœlo descendens propter salutem hominum, de spiritu sancto ex Maria uirgine natus absque uirili semine, & salua matris integritate carnem suscepit, & hominibus apparuit, ut à multorum deorum errore ipsos reuocaret. Qui mirabili sua dispensatione per crucem morte gustata, spontanea uoluntate post tres dies resurgens, per xl. dies cum eis conuersatus, cælos ascendit. Cuius gloriam aduentus, ex ipsa sacra scriptura euangelica licet tibi (si placet) rex, agnoscere. Vbi inuenies, quia duodecim habuit discipulos, qui post eius in cœlum reditum exierunt in omnes orbis prouincias, & docuerunt illius magnificentiā, quemadmodum unus ex eis nostras circuit regiones, dogma prædicans ueritatis. Vnde qui adhuc ministrant iustitiæ prædicationis illorum, Christiani uocant̃. Et hi sunt, qui super omnes gentes terræ inuenerunt ueritatem. Cognoscunt enim Deum creatorem & autorem omnium, in filio unigenito & in spiritu sancto, & alium deum præter illum non colunt. Habent mandata ipsius Domini Iesu Christi cordibus exarata, & ista custodiunt, præstolantes resurrectionem mortuorum, & uitam futuri seculi Non adulterantur, non fornicantur, non falsum testimonium dicunt, non concupiscunt aliena, honorant patrē & matrem, & proximos amant, iusta iudicant: & quæcunque nolunt sibi fieri, non faciunt alijs. Nocentes se obsecrant, & amicos faciunt. Inimicis benefacere student, mites sunt & mansueti, ab omni copula iniusta, & ab omni inuidia abstinent, uiduam non spernunt, orphanum non contristant: qui habet, non habenti libenter tribuit. Peregrinū si uiderint, sub tectum introducunt, & gaudent in eo quasi in fratre uero. Non enim secundū carnem fratres seipsos uocant, sed secundum animam. Parati sunt pro Christo animas suas ponere. Nam præcepta illius firmiter custodiunt, sanctè & iustè uiuentes, sicut Dominus Deus eis præcepit, gratias agentes ei omni hora, in omni cibo & potu, & cęteris bonis. Veraciter enim hęc est uia ueritatis, quæ ambulantes per eam in regnum perducit æternum, promissum à Christo in futura uita. Et ut noueris rex, quod non à me ipso dico, scripturas intuens Christianorum, inuenies nihil extra ueritatem me dicere. Bene igitur intellexit filius tuus, & iustè edoctus est seruire Deo uiuenti, ut salutem ab eo in futuro seculo adipisci mereatur. Magna enim & mirabilia sunt, quæ à Christianis dicuntur & aguntur. Non autem hominum uerba loquuntur, sed Dei. Reliquæ uerò gentes errant, & semetipsos decipiunt. Ambulantes enim in tenebris, impingunt in seipsos quasi ebrij: Hactenus ad te sermo meus, ô rex, à ueritate in mente mea pronunciatus. Quapropter quiescant stulti sapientes tui, aduersus Christum uana loqui. Expedit enim uobis, Deum creatorem colere, & incorruptibilia illius auribus percipere uerba, ut condemnationem euadentes & tormenta, uitæ inextinguibilis hæredes esse mereamini.

Christianorū uerorum opera.

Vt aūt pertransiuit ista Nachor, rex quidē furore concitabatur. Rhetores uerò illius & sacerdotes idolorū, muti stabant, non ualentes contradicere, nisi quod infirma quædam & nullius momēti uerbula mussitabāt. Filius aūt regis exultabat spiritu, & lętabunda facie glorificabat Deū, qui in inuio transitū fecit cōfidentibus in se. Nā per hostē & inimicū ueritatis, ueritatē defendit, & erroris princeps, aduocatus recti sermonis monstratus est.

est. Rex quidem quamuis atrociter iratus fuisset Nachor, nihil tamen in eum exercere mali potuit, eo quòd corã omnibus iusserat ei, ut fiducialiter & sine ullo timore ageret pro Christianis. Multũ tamen ipse contradicens, subinferebat per ænigmata, ut cederet instantię disputandi, & pateretur se uinci à rhetoribus. Sed Nachor multo magis conualescebat, dissoluens omnes oppositiones eorum & syllogismos, & redarguens persuasionem erroris. Protracta uerò ferè usq; ad uesperã disputatione, iussit rex dissolui concilium, quasi sequenti die rursus de his tractaturus.

Filius autem ait regi: Sicut in principio præcepisti iustum iudicium fieri domine, iusticiam fini impone, de duobus alterũ faciendo: aut meum magistrũ permitte manere mecum nocte ista, ut simul conferamus de his, quę opus est cras respondere aduersarijs nostris. Tu autem denuò tuos tecum assumens, congrua uobis meditamini prout uolueritis, aut tuis mihi permissis, accipe meũ ad te ipsum. Si uerò utriq; fuerint apud te, meus quidem erit in tribulatione & timore, tui uerò in gaudio futuri sunt & requie. Et hoc mihi non uidetur iustum esse iudicium, sed uiolentiam esse potestatis, & fœderis præuaricationem. Superatus deniq; rex euidentia sermonis, suis quidem philosophis & sacerdotibus penes se retentis, Nachor concessit filio, spem adhuc in illo retinens, & seruaturum quæ promiserat arbitrans.

Abijt igitur regis filius ad palatiũ suum, quasi quandã olympiacam uictoriam de aduersarijs reportans, habens secũ Nachor. Quẽ singulariter aduocans, ait ad illũ: Ne putaueris me ignorare quis sis. Scis enim diligenter te non esse sanctũ Barlaã, sed Nachor astrologũ. Et miror, quomodo uisum est uobis talẽ simulare hypocrisim, & tantæ cæcitatis me putare esse, ut media die lupũ pro oue susciperẽ. Sed bene sermo cantat, Quia cor fatui uana cogitabit. Cogitatio igitur uestra inanis, & consiliũ illud uanũ fuit, & omnino fatuũ: sed opus quod operatus es, omni intellectu plenũ est. Ideo gaude Nachor & exulta. Plurimas tibi gratias refero, quòd defensor ueritatis factus es, & nõ contaminasti labia tua pollutis sermonib. & dolosa simulatione, sed potius illa purificasti ab inquinationibus, errorẽ falsorũ redarguendo deorũ, & ueritatẽ Christianorũ dogmatũ asserendo. Ego aũt sategi te mecũ adducere duabus de causis, ne uidelicet rex seorsum te suscipiens, tormentis addiceret, eo quòd non sibi placita pronunciasti: & ut gratiã hanc quã hodie operatus es, tibi recompensarẽ. Sed quę est retributio? Ista scilicet, ut ostendã tibi declinare à uia mala & lubrica, per quã hactenus incessisti, & ambules per rectã salutarẽ semitã, quam non ignoranter, sed scienter & sponte malè agendo effugisti, barathris ac præcipitijs teipsum cõmittendo. Intellige ergo Nachor intellectualis existens, & præ omnibus solũ desidera Christũ, ut apud ipsum absconditã uitã lucreris, fluxa ista & corruptibilia despiciens. Non enim p omne uiues seculũ: sed cũ sis talis, discedes hinc post modicum, sicut & omnes alij qui ante nos fuerunt. Et uę tibi, si graue peccati onus baiulans, ieris illuc ubi iudiciũ iustum, & retributio operum est, & non abieceris prius illud, cum facilis sit eius depositio.

Nachor igitur cõpunctus animo in uerbis istis, ait: Bene dixisti rex, bene dixisti, noui enim & ego uerũ, & qui non mentitur Deum, per quem omnia facta sunt. & futurũ iudiciũ scio, quia ex multis scripturis hoc audiui: sed mala consuetudo ueteris inoleuit erroris quæ oculos cęcauit cordis mei, & tenebras profundas aspersit cogitationib. meis. Nunc aũt in uerbo tuo uelamentum obscuritatis reijciens, ad lumen curro uultus Dñi: forsitan miserebitur mei, & ianuam pœnitentiæ aperiet seruo nequã, apostatæ: licet impossibile uideatur mihi remissionẽ peccatorum meorũ (quę arena maris grauior sunt) posse adipisci, quæ scienter & ignoranter peccaui ab infantia usq; ad hanc ætatẽ. Hęc ut audiuit regis filius, mox spiritu sancto inflãmatus, intrinsecus in corde concaluit, & cogitationẽ Nachor ad desperationẽ inclinatã, releuare cœpit, & ad stabilitatẽ fidei Christi erigere, dicens: Nulla ô Nachor, nulla sit tibi in hoc dubitatio. Scriptũ est enim: Possibile est Deo & de lapidibus istis excitare filios Abrahæ. Quod quid aliud q̃ hoc est, sicut pater ait Barlaã, de desperatis & omnib. detentis iniquitatib. saluari posse, & seruos fieri Christi. Qui propter summã benignitatis eminentiã, omnib. ad se conuersis cœlestem aperuit ianuã, nulli salutis denegãs introitũ, sed misericorditer pœnitentes recipit. *Matthei 3.* Nam ideo & prima & tertia & sexta & nona, & undecima hora æqualis omnib merces redditur, *Matthei 20.*

redditur, sicut sacrum refert Euangelium. Itaq; licet hactenus in peccatis consenueris, si flagranti corde accesseris, eorum qui à iuuentute pondus diei & ęstus portauerunt, consortio dignus efficieris. Hæc & alia multa de pœnitentia locutus sanctissimus iuuenis in malis inueterato Nachor, & pollicitus remissionem peccatorum, promittensq; Christum fore propicium, & plurimis exemplis certificans, quia paratus est semper ad suscipiendam pœnitentiã, languidam illius animã, uelut quibusdã medelis refocillans, plenè restituit sanitati. Ait enim confestim Nachor ad illum: Tu quidẽ ô nobilissime anima pariter & corpore, bene instructus his mirabilibus mysterijs, perseuera in bona confessione usq; ad finem, nullus modus uel tempus hanc de tuo corde amputet. Ego uerò continuò uadam salutem meam quærere, & per pœnitentiã Deum placare quem irritaui. Non enim regis ulterius uidebo faciem, si tu tantummodo uolueris. Lætus igitur uehementer effectus est regis filius, & gratanter uerbũ suscipiens, complexatus eum osculatur: & attentissimè pro eo oratione fusa, & commendans eum Deo, emisit de palatio. Egressus autem Nachor, compunctus corde, & ad profundissimam currendo quasi ceruus peruenit eremum, & monachi cuiusdam sacerdotali honore præditi, speluncam attigit, ubi ille absconsus latebat propter regis timorem. Cui humiliter prostratus, abluit pedes lachrymis, imitatus meretricẽ de euangelio, & diuinum postulabat baptismũ. Sacerdos igitur cum diuina plenus esset gratia, intellexit illud diuinitus fieri, & continuò sicut mos erat catechizans eum, & instruens diebus non modicis, demum baptizauit eum in nomine patris & filij & spiritus sancti. Mansit itaque Nachor cum eo, pœnitentiam agens de peccatis suis, & benedicens Deum, qui non uult aliquem perire, sed omnium conuersionem expectat, & pœnitentes benignè suscipit. Mane autem discessu Nachor cognito, rex decidit de spe quam retinebat in illo. Videns autẽ suos sapientes & imprudentes rhetores ita facilè superatos, in defectu erat maximo. Et illos quidem contumelijs plurimis & dedecore affectos, quosdã etiam & neruis uehementer flagellatos, nonnullos oculis orbatos eiecit à facie sua. Ipse aũt partim recognoscere cœpit falsorũ deorũ infirmitatẽ, licet perfectè lumen Christi respicere tunc noluerit. Nam circumfusa caliginis spissa nebula, adhuc cordis illius uelabantur oculi. Veruntamen iam sacerdotes non honorabat, neq; festiuitates agebat, & libamina non exhibebat idolis, sed uacillantẽ utrobiq; mentẽ gestabat: hinc quidẽ infirmitates recognoscens deorum suorũ, inde uerò certitudinem atq; diligentiam formidans euangelicæ conuersationis: sed radicitus malignis tenebatur moribus. Vehementer enim uoluptatibus seruiebat corporis, & omnino uicijs more captiui inhiabat, ebrius (sicut Esaias ait) sed nõ à uino, & quasi chamo prauæ consuetudinis trahebatur. Sic ergo rege cũ duabus luctante cogitationibus, nobilissimus eius filius, & uerè imperialem possidens animam, in suo quiescebat palatio, naturæ suæ strenuitatem, ornatumq; atq; perfectũ operibus cunctis repræsentans. Theatrum nanq;, & cursus equorum, & uenationis inductiones, meditationes, & omnis iuuentutis inania studia & seductiones, quę sunt imprudentium animarum illecebræ, pro nihilo computabantur ab eo, sed omnino Christi mandatis instruebatur, & ipsum sitiebat, uulneratã gestans animam eius amore, ipsumq; desiderans uerè desiderabilem, qui est tota dulcedo, & insatiabilis suauitas. In memoriam uerò reducens magistrum Barlaam, & illius speculans uitam, amore illius liquefiebat. Et ut ipsum aliquando uidere posset, solicitudinem gerebat assiduam, & sermones illius in corde circunferebat indesinenter: similis ligno quod plantatum est secus decursus aquarum, irrigatũ assiduè, & speciosos afferens fructus Domino. Multas enim animas eripuit de principatu diaboli, & Christo saluandas obtulit. Plurimi enim ad ipsum uenientes, uerba hauriebant salutaria. Vnde non pauci errore derelicto, ueritatis uiam indeclinabiliter tenebant. Nonnulli etiam secularibus abrenunciantes, eremiticam subibant palæstram. Ipse autem orationibus uacabat & ieiunijs, & frequenter hanc emittebat uocem, dicens: Domine domine rex meus, cui ego credidi, ad quem ego confugi, per quem & ab errore sum liberatus, retribue mercedem dignam seruo tuo Barlaam, qui mihi ad te reducto monstrauit uiam & ueritatem & uitam: & præsta mihi, ut citius uideam in corpore illum angelum, quo mundus non est dignus, & cum ipso peragam reliquum uitæ meæ,

Falsorũ prophetarũ merces.

Esaiæ 51.

meæ, ut per uestigia conuersationis illius incedens, placeam tibi Domino meo.

Secundum tempus illud solennitas erat futura falsorum deorum celeberrima, in ciuitate illa. Solebat autem rex interesse festiuitati, & sacrificiorum largitate hanc exornare. Vnde metuebant templorum pontifices, cernentes eum negligenter circa cultum eorum, & tepidè se habentem, ne fortè ex toto subtraheret præsentiam suam à templis, & priuarentur ipsi regali munificentia quæ dabatur eis, & cæteris oblationibus. Surgentes itaque, adeunt antrum in uastissima positum eremo, ubi habitabat quidam uir magicis uacans artibus, & idolorũ erroris acerrimus defensor, Theodas nomine. Quem rex honorabat magnificè, & ut amicum colebat & magistrum, dicens, per ipsius diuinationem ad augmentum & profectum peruenisse suum regnum. Vt ergo sordidi sacerdotes peruenerunt ad illum, hunc in auxilium suum conuocant, & factam regi deorum hæsitationẽ manifestã faciunt, & qualia regis filius egerit, qualiterque Nachor aduersus eos publicè concionatus sit. Et quia nisi ipse (inquiunt) ueneris nobis auxiliaturus, tota spes nostra defecit, cunctique deorum cultus perierunt. Tu enim solus nobis derelictus es in aduersis consolatio, & in te spem nostram ponimus. Surgit ergo Theodas cum præsenti sibi diabolica malicia, & contra ueritatem armatur: multosque malignorum spirituũ uocans, quos ad mala facienda nouerat promptissimos, & quibus ille ministris semper utebatur, cum his proficiscitur ad regem. Vt autem nunciatus est regi aduentus eius, & intrauit quidem uirgam oliuæ baiulans, melote uerò præcinctus, surrexit rex de sede sua: & procedens obuiã illi, osculatus est eum, & allata sede, iuxtà sedere fecit. Tunc Theodas ait regi: Rex in æternum uiue, maximorum deorum benignitate protectus. Audiui enim te certamen magnum egisse aduersus Galilæos, & splendidissimo uictoriæ diademate esse coronatũ. Ideoque ueni ut lætabundã solennitatẽ simul celebremus, iuuenesque pulcherrimos, & decoras uirgines, immortalibus dijs sacrificemus, taurosque centum & animalia plurima his offeramus, ut habeamus eos & deinceps adiutores inuictos, & per omnem uitam nostram placabiles. Ad hæc rex ait: Non uicimus ô senior, non uicimus, sed debiliter potius superati sumus. Nam quos pro nobis putabant esse, subitò contra nos facti sunt: & bacchantem & amentem, & infirmam nostram inuenientes aciem, prorsus hanc deiecerunt. Nunc uerò siqua tibi uirtus adest & fortitudo, ad auxiliandum depositæ sectæ nostrę, & rursus hanc erigendam, annuncia mihi. Tunc Theodas tales dedit regi responsiones: Galileorum quidem congressiones & uaniloquia, noli rex formidare. Nam quid sunt quæ dicuntur ab eis aduersus uiros rationabiles & sapientes? Quę si mihi obuiauerint, multo facilius deijcientur, quàm folium quod à uento motum corruit. Neque enim ante faciem meam uenire sustinebunt, nedum & sermonem mecum conferre, & interrogationes & oppositiones facere. Sed ut istud propositum certamen, & totum quodcunque uoluerimus rectè nobis eueniat, & secundum uotum res nobis procedat, exorna solennitatem hanc celeberrimam, & pietatem deorum quasi quædam arma fortia indue, & bene tibi erit. Sic gloriabatur potens in malicia, tota die meditans iniquitatem, (sicut ait Dauid) & cooperatione malignorum spirituum, ex toto regem fecit obliuisci uerba salutaria, quæ cor illius aliquantulum tetigerant, & ad consueta penitus reuocauit. Vnde literę regales undique mox transmissæ sunt, ut conuenirent omnes ad execrandam solennitatem deorum. Tunc uideres confluentes multitudines populorum, oues & boues & diuersa adducentium animalia. Omnibus itaque congregatis, surgens rex, cum seductore Theoda ad templum abijt, tauris ad sacrificium adductis centum uiginti, & alijs multis animalib & celebrant prophanam solennitatem, adeò quod resonaret quidem ciuitas à uocibus brutorum animalium, & ipse aër pollueretur nidore sacrificiorum. His ita consummatis, & nequitiæ spiritibus ualde gloriantibus super uictoria Theodæ, & gratias eis referentibus templorum sacerdotibus, rex iterum ad palatium redijt, & ait Theodæ: Ecce sicut iussisti, totum impendimus studium in exornatione solennitatis, & sacrificiorum liberalitate. Iam ergo tempus est, ut promissa adimpleas, & filium meum qui à nostris dicessit cultibus, ab errore Christianorum liberes, & clementibus dijs reconcilies. Ego enim omnem artem & manus agitans, nullam morbi huius inueni curationem, sed omnibus potiorem eius reperi uoluntatem. Si mansuetè

Psal. 51.

mansuetè eum aggressus sum & leniter, nec sic mentem illius attendentem mihi uidi. Si uerò austeritate usus sum & contumelijs, ad superbiam magis & pertinaciam declinantem consideraui. Tuæ de reliquo sapientiæ, quod mihi contigit infortunium, committo. Si ergo ab hoc liberatus, per te rursus uidero filium meum dijs seruientem, & delectationibus uoluptuosæ uitæ huius & regni fruentem, statuam tibi erigens auream, sicut dijs sacrificabo illi, & ab omnibus honorari te faciam per infinita tempora. Theodas igitur aurem attentè inclinans maligno, & ab illo edoctus consilium malum & exterminabile, lingua illius & os effectus, ait ad regem: Si recuperare tuum uis filium, & uanam illius peruicaciam deponere, inueni artem cui non præualebit resistere, sed facilè mollescet rigida eius cogitatio, sicut cæra à facie ignis. Rex autem uanum sic superuacuè facientem cernens, ad delectationem mox & alacritatem transpositus est, sperans impudicam illam & audacem linguam circunuenire posse filij sui à Deo doctam, & sapientia plenam animam. Et discere uolens quæ esset ars illa, interrogauit eum. Tunc Theodas quasi nouaculam acutam præparat maliciam, & dirum condit ueneficium, & contempiatur sophisma artificiosum, & à maligno suggestionem, & ait: Cunctis ô rex, assistentibus filio tuo & ministrantibus longè ab eo remotis, mulieres decoras & ualde speciosas & ornatas introduci præcipe, ut sint cum eo assiduè, & ministrent ei, conuersentur & morentur cum eo. Ego autem de spiritibus unum, qui ad huiusmodi mihi ordinati sunt immittens, ei fortius libidinis ignem succendã. Et postquam coierit ipse cum una sola talium mulierum, nisi omnia tibi concesserit pro uoto, despicabilis ero tibi, & de reliquo inutilis, & supplicijs dignus. Nihil enim ut facies mulierum adducere & seducere iuuenum cogitationes præualet, & audi narrationem meo sermoni testificantem.

Quidam rex filios mares habere non poterat. Vnde uehementer tristis erat, & hoc in felicitatem esse non modicam æstimabat. Qui cum in huiusmodi esset anxietate, nascitur ei filius. Et super hoc gauisus est gaudio magno. Dixerunt autem ei peritissimi medicorum, quod si infra decem annos solem uel ignem uiderit, omnino lumine priuabitur. Hoc enim oculorum illius positio significabat. Rex itaq; ut audiuit talia, fertur speluncam in quadam petra excidisse, & ibi filium cum nutricibus suis inclusisse, ut nullo modo usq; ad completionem decem annorum lucis claritatem uideret. Finitis autem decem annis, de antro puer educitur, nullam mundicialiũ rerum per uisum habens noticiam. Tunc iubet rex omnia sibi secundum genus exhiberi, & ostendi ei: uiros quidẽ in uno loco, alibi uerò mulieres. Hic aurum & argentum, ibi margaritas & lapides preciosos, uestes splendidas & ornamenta, currus preciosos, cum equis regalibus frena aurea habentibus, & purpura coopertis, & ascensores armatos, & armenta boum, & greges ouium. Et, ut breuiter dicam, omnia secundum ordinem & genus ostenderunt puero. Interrogante uerò ipso, quid horum unumquodq; uocaretur, regis ministri uniuscuiusq; appellationẽ indicauerunt. Cum autem mulierum nomen discere anxiè quæreret, fertur spatarius regis ludendo dixisse, dæmones eas esse quæ seducunt homines. Cor autem pueri illarum desiderio, plus quàm cæteris rebus anhelabat. Ostensis igitur sibi omnibus, ad regem reduxerunt eum. Tunc interrogat rex filium, quid amplius amaret ex omnibus quæ uiderat. Quid (inquit) pater aliud nisi dæmones illos qui seducunt homines? Nullius enim horum quæ mihi hodie demonstrata sunt, sicut illorum amicitia exarsit anima mea. Et miratus est rex ille in uerbo pueri. Et uide quàm tyrannica res est amor mulieris. Et tu igitur non aliter putes superare te posse filium tuum, nisi hoc modo. Suscipit uerbũ rex libenter: Et adducuntur ei præelectæ puellæ, decoræ, & ualde speciosæ, quas & ornatu illustrat splendido, ut amplius ad captiuandũ puerum sint idoneæ. Famulos quidem & ministros pueri omnes eiecit de palatio, illas uerò in loco eorũ constituit. Itaq; ipsi assident ei, circũplectuntur, ad execrandum suum coitum illiciunt, omni gestu & uerbis inuitantes ad libidinẽ. Non habebant alium ad quem respiceret, aut cum quo loqueretur, uel cum quo conuesceretur. Ipsæ nanq; erant ei omnia. Et ista quidem rex faciebat. Theodas uerò rursus ad illam malignam speluncam suam redijt, & libros suos respiciens, per quos talia operari poterat, unũ malignorũ accersiuit, & ad bellandum contra Christi militẽ transmisit, ignorans miser qualem derisionẽ habebat sustinere,

stinere, & quanta confusione repleri cum tota sua cohorte diabolica. Malignus uerò spiritus alios quoque nequiores se secum assumens dæmones, cubiculũ adijt fortissimi iuuenis, & irruit in eum, uehementissimum carnis succendens caminum. Et malignus quidẽ intrinsecus inflãmabat, facie autẽ pulcherrimæ, sed anima turpissimæ puellæ, exterius diræ libidinis excitabant ardorem. Munda uerò illa anima diaboli suggestiones sentiens, & bellum cernens malarum cogitationum super se fortiter uenientium, turbabatur & solutionem tanti mali quærebat inuenire, mũdumque seipsum exhibere Christo, ne cœno uitiorum macularet sanctam illam stolam, quam baptismatis illum induit gratia. Mox uerò amori libidinoso diuinum amorem opposuit, & in memoriam reduxit seipsum illius pulcherrimæ & ineffabilis gloriæ, Christi immortalis sponsi mundarum animarum & nuptiarum. De quibus miserrimè eijcientur, qui nuptialem polluerunt tunicam, ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores. Hæc cogitans, & lachrymis perfusus, percutiebat pectus suum, ut malignas inde cogitationes effugaret. Deinde surgens, & manus in cœlum eleuans, flagrãtissimis lachrymis & gemitibus Deum inuocabat ad auxilium, & dicebat: Domine deus omnipotens misericors & miserator, spes desperatorum, & destitutorum adiutorum, recordare mei indigni serui tui in hac hora, & propitio me oculo respice, & libera à gladio dæmoniaco animam meam, & de manu canis unicam meam, & ne sinas me incidere in manus inimicorum meorum, ne supergaudeant mihi qui oderũt me, ne derelinquas me corrũpi in iniquitatibus, & inquinare corpus meum, quod castum tibi exhibere promisi. Te enim desidero, & te adoro patrem & filium & spiritũ sanctũ, nunc & semper in secula seculorum. Et cum dixisset, Amen, diuinam sensit consolationẽ cœlitus super se uenientem, & statim malignæ discesserunt cogitationes. Ipse uerò usque mane in oratione perstitit. Et agnitis machinamentis diaboli, cœpit corpus suum amplius affligere fame & siti & alia cõtritione. Totis nanque noctibus stabat super pedes suos, sibimetipsi reducens in memoriam quæ promiserat Deo: & describens in animo hinc iustorum splendorem, & inde malorum gehennam commemorans assiduè, ne ociosam & uacuam suam hostis inueniens inimicus animam, cogitationes illi malas facilè aspergeret, & mentis mundiciam pollueret. Vndique igitur hostis destitutus, & omnino desperãs seipsum taliter posse strenuum deijcere iuuenem, aliam uadit dirissimus hostis inuenire seductionem. Et cum semper malignus sit ad lædendum callidus, nunc multo attentius satagebat, nihil omittens quatenus ad effectum perduceret quæ sibi à Theoda iniuncta fuerant, & tale rursus conficit ueneficium. Nam ingressus est una iuuencula illarum, quæ cunctis erat formosior, & regis erat filia, quæ captiua de sua alienata est patria, & regi Auenniro quasi quoddam munus eximium, fuit oblata. Hanc eo quòd esset pulcherrima, ad lapsum & supplantationem filij pater transmiserat: eamque seductor (ut dictum est) ingressus, sermones ei suggerit, intellectum atque prudentiam sonantes illius intentionis. Omnia enim ad maliciã pertinentia machinamenta, facilè & citò malignus inuenit. Deinde regis filio à dextris corruens, compassionis charitatẽ erga puellã immittit ei, quasi sub obtentu intellectus & ornamenti mentis illius, quòd esset ingenua, & de regali genere, patria etiam Syria, & gloria esset priuata. Cum his & cogitationes submittit ei, ut liberaret eam ab idolis, & Christianã faceret. Sed hæc omnia fraudes erant uersuti draconis. Sic enim animũ suum disponens regis filius, & nullam cogitationẽ sordidam, uel amorem uitiosum cernẽs in seipso erga puellam commotum, nisi tantum compassionem & misericordiam, tam captiuitatis illius quàm animæ perditionis, nequaquam hanc rem putabat esse tunc diabolicam seductionem. Nam diabolus cum sit autor tenebrarum, aliquando se in angelum lucis transformat. Vt ergo loqui cœpit puellæ regis filius, & diuinæ noticiæ sibi uerba proferre, dicens: O' mulier, cognosce uiuẽtem in secula Deum, & noli hoc errore idolorum corrumpi, sed dominum Iesum Christum intellige autorẽ esse omnium rerum, & beata eris, desponsata immortali sponso. Multaque alia dicente illo, mox spiritus malignus suggerit mulieri, ut seductionis expandat retia, & ad peccati foueam trahat Deo dilectam animam illam, quemadmodum primum hominem decepit per Euam, & à beata & immortali uita & à Deo separans, à paradiso etiam extorrem in huius uitæ exilium præcipitauit. Vt enim audiuit puella uerba illa omni sapientia plena,

ſtulta exiſtens non intellexit,ſed tales dedit reſponſiones ceu lingua & os diaboli facta,
& ait:Si meæ ſalutis domine mi,ſolitudinē geris,& cupis Deo tuo me offerre,& humi-
lem animā meam ſaluam facere,fac & ipſe unam petitionē meam,& omnibus ſtatim pa-
ternis dijs abrenunciās,tuo adhærebo deo uſq; in finē uitæ meæ, ſeruitura ei,& mercedē
recipies pro mea ſaluatione,& ad deum cōuerſione. Tunc eo interrogāte, quæ eſt poſtu-
latio tua ô mulier? illa habitum & geſtum & oculos,& totā ſemetipſam ad libidinē trāſ-
formās,inqt:Coniungere mihi nuptiarū copula,& ego præceptis tuis gaudens obediā.
Cui ille:Inaniter ô mulier,talem mihi prętendis petitionē duram.Ego enim licet fortiter
tuæ ſolicitudinē geram ſalutis,& de profundo perditionis deſiderē te extrahere:inquina-
re tamen corpus meum per turpem cōmixtionem,graue mihi eſt,& omnino impoſſibi-
le.Illa autem totam cōplanans illi uiam,& iniungens.Et quare (inquit) talia faris tu omni
replere ſapientia? Vt quid pollutam rem & turpem uocaſti commixtionem? Non enim &
expers ſum ſcientiæ Chriſtianorū librorum,ſed multa uolumina legi in patria mea,mul-
tosq; Chriſtianos mecum colloquentes audiui. Non'ne ſcriptum eſt in quodam librorū
Heb.13. ueſtrorum,Honorabiles nuptiæ,& torus immaculatus? Et, Melius eſt nubere quàm uri?
1.Cor.7. Et,Quod deus coniunxit homo non ſeparet? An nō omnes antiquos iuſtos patriarchas,
Matth.19. ſed & prophetas uxores habuiſſe docent ſcripturæ ueſtræ? Non'ne Petrum illum,quem
principem apoſtolorum dicis fuiſſe,coniugem ſcriptum eſt habuiſſe. Quibus igitur au-
toritatibus fultus,nuptias pollutionem debes appellare? Valde mihi uideris à ueritate
dogmatum ueſtrorum errare. Cui ille reſpondit:Etiam mulier ſic ſe habent iſta, quemad-
modum dixiſti. Nam permittitur uolentibus uxores ducere,ſed non eis,qui ſemel promi-
ſerunt:Chriſto uirginitatē illibatam ſeruare.Ego enim ex quo lauacro purificatus ſum
diuini baptiſmatis,à iuuentutis & ignorātiæ meæ delictis,mundū meipſum ſeruare Chri-
ſto ſpopondi.Et qua ratione quod Deo promiſi uiolare potero? At illa rurſus ait: Sit &
iſta tua uoluntas, quēadmodum propoſuiſti. Aliam uerò minimam quandam & ferè nul-
lam petitionem meam perfice,ſi uis ſaluam facere animam meam.Concūbe mecum hac
nocte tantum,& tua perfrui me patere pulchritudine,nec non & ipſe meo ſaciare deco-
re,& promitto tibi quod ſummo diluculo Chriſtiana fiam,& omni abrenunciabo cultui
deorum.Et erit tibi non ſolùm indulgentia pro diſpenſatione iſta,ſed inſuper munerum
Lucæ 19. retributio pro ſalute mea à Deo tuo. Nam gaudiū fit in cœlo ſuper uno peccatore pœni-
tentiā agente.Si ergo fit gaudium in cœlo propter conuerſionē peccatoris,autori cōuer-
ſionis nonne merces magna debetur? Etiam ita eſt, & penitus indubitabile.Nonne pluri-
ma & principes religionis ueſtræ apoſtoli,ſecundum diſpenſationē egerunt,prætereun-
tes nonnunq; minus,propter maius mandatum? Nonne Paulus dicit circūcidiſſe Timo-
theum propter meliorē diſpenſationē? Et licet execrabilis ſit Chriſtianis circunciſio,ta-
men ille non reſpuit hanc facere. Et multa talia in ſcripturis tuis inuenies.Si ergo ſecun-
dū ueritatē ſaluare quæris animā meam,modicū iſtud meum cōple deſideriū. Et ego qui-
dem perfecta tibi copula nuptiarū coniungi poſtulās,quoniā mihi minime deſiderabile
eſt,ulterius te non cogā,quæ tibi placite ſunt omnia tamē factura.Ergo & ipſe ne omni-
no me execreris,ſed acquieſcēdo mihi ſemel in hoc,ſaluabiſ me,à ſuperſtitioſo idolorū
cultu liberās,& tu deinceps quæ tibi uiſa fuerint,facies omni tēpore uitæ tuæ. Sic locuta
eſt.Nā & habebat narratorē,cui & aures adhibebat ipſa occultè. Et ſcripturarū experien-
tiſſimus eſt,totius malitiæ autor & magiſter diabolus. Hęc igit̄ dicēs,& blādiens,retiaq;
& laqueos à dextris & à ſiniſtris circūplicans,fortitudinē animę illius cōmouere cœpit,
rigoremq; deponere propoſiti illius,& deliberationē nutabundā efficere.Seminator au-
tem malitię & iuſtorum inimicus,uacillantē illius cor conſiderans,gaudio magno reple-
tus eſt,& qui ſecum uenerāt nequitiæ ſpiritus,mox aduocat,uociferans: Videtis quomodo
puella iſta concuſſit,quē nos non potuimus cōmouere? Venite ergo,fortiter irruamus in
eum. Aliud enim tempus non inueniemus ita congruum ad cōplendam uoluntatē illius
qui miſit nos. Hæc locutus uerſipellis, & omni dolo plenus,cum ſuis canibus unanimi-
ter aggrediuntur Chriſti militē,omnesq; illius animæ uirtutes cōturbant,& durum amo-
rem puellæ ſuggerentes,ignem uehementiſſimum cōcupiſcentiæ ſuccenderunt in eum.
Cernens autē ille ſeipſum fortiter inflāmatum,& ad peccandum captiuatum, puellæ ſa-

lutem & ad Deum conuersionē, quasi hamo escam, propositæ actioni circumpositas, & occultantes ei non esse hostis submissiones, id est, peccatum pro salute animæ semel mulieri, ingemiscēs defectionē animæ pessundatæ, mox semetipsum ad orationem conuertit, & flumina lachrymarum ex oculis largiter profundens, clamabat ad Deum, qui saluos facit sperantes in se: In te dñe speraui, non confundar in æternum. Nec irrideant me inimici mei tua protectum dextera, sed adesto mihi in hac hora, & secundum uoluntatē dirige uiam meam, ut glorificetur nomen tuum sanctum & gloriosum & terribile in me famulo tuo, qui es benedictus in secula, Amen.

Per plurimas uerò horas cum lachrimis orans, & multas genuflexiones faciens, collocauit seipsum in pauimēto. Et soporatus paululū, uidet semetipsum à quibusdā terribilibus raptū, & loca quæ nunquā uiderat pertranseuntē, & ad quoddā perductū maximum pratum decoris floribus & bene redolētibus exornatū: ubi arbores quidē cernit omnigenas & uarias, fructibus extraneis quibusdā & mirabilibus oneratas: foliaq; arborum dulcem sonum reddebant, aura quadā grata agitata, & insatiabilē & gratissimum odorē emittebant: sedesq; positæ erant de mundissimo auro, & lapidibus preciosis fabricatæ, nimium splendorē reddentes: & lecti lucidi preciosissimis stratmentis, quæ decore suo omnem narrationē superant. Aquæ etiam præterfluunt lympidissimæ, ipsos lætificātes oculos. Per mirabilē uerò istum & maximū campum terribiles illi deducentes illum, in ciuitatē introduxerunt, ineffabili fulgore splendentē. Et ex auro quidē obryzo muri erāt, & de lapidibus q̄s nullus aliquādo uidit, ꝓpugnacula altissima. O quis illius referre præualet ciuitatis decorē & claritatē? Lux autē desuper infusa radijs suis, omnes plateas ipsius illustrat, & ætherei quidā exercitus splēdidi in ea conuersant, canticū cantantes q̄d auris mortalis nunq; audiuit. Et uocē audiuit dicentē: Hæc est requies iustorū, ista est lætitia eorum q placuerunt Dño. Inde deniq; educentes illum reuerendissimi uiri illi, repedabāt. Qui iucunditate illa & gaudio totus ꝑfusus, ait: Ne priuetis me rogo ineffabili gaudio isto, sed cōcedite me in uno præclaræ ciuitatis huius angulo cōuersari. Illi autē dicebant: Impossibile est te nunc hic esse, sed labore multo & sudore uenies huc, si tamen tibimetipsi uim inferre potueris. His dictis, & maximū illum cāpum rursum trāseuntes, ad loca deduxerunt tenebrosa, & omni fœditate & tristitia & tribulatione & turbine plena, ubi fornax æstuabat igne succēsa, & uermiū genus atq; serpentiū ibi erat inter flāmas uiuēs, & animas cruciās. Et uox audita est, dicēs: Iste locus est peccatorū. Ista sunt tormenta eorū, q prauis actibus & turpibus semetipsos polluūt. Postea eduxerūt eum inde hi q eum introduxerāt, statimq; in semetipsum reuersus, tremebūdus erat totus, fluminaq; lachrymarū decurrebāt ex oculis eius. Omnis autē pulchritudo illius impudicæ puellæ & cæterarū, fœtidior stercore atq; putredine uidebat. Voluens autē in animo eorum quæ uiderat memoriā, desiderio bonorū & timore malorū super lectū infirmus decubuit, nequaquā surgere ualens. Nunciat ergo regi ægritudo filij. Qui postq; uenit, interrogat quidē q̄d acciderat. Ille autē refert ei per ordinē quæ uiderat, & ait: Vt qd laqueū pedibus meis præparasti, & deijcere animā meam uoluisti? Nisi eñ audiuisset me Dñs, paulominꝰ in inferno habitasset anima mea. Sed quàm bonus Israël Deus rectis corde, qui meam eripuit humilitatē de medio catulorū leonū, & dormiui conturbatus. Sed uisitauit me ex alto Deus salutaris meus, & ostendit mihi qualibus priuauerunt se bonis, qui eum prouocāt ad iracundiā, qualiumq; tormentorum pœnas sustinebunt. Et nunc ò pater, quoniā aures tuas obturasti, ne audires uocem meam bona tibi suggerentem, saltem me ne prohibeas uiam rectam incedere. Hoc eñ desidero, hoc ambio: id est, ab omnibus terrenis liberari, & ad loca pergere ubi Barlaam Christi famulus habitat, & cum eo residuū pręsentis uitæ meæ expendere. Si autem ui retinere me uolueris, uidebis me repentè tristitia & angustia mori, & neq; tu pater de reliquo uocaberis, neq; filium me ulterius habebis.

Iterum ergò defectus apprehendit regē, & rursus tædet eum uitæ suæ, & malè cōuersus ad seipsum, in suum abijt palatium. A Theoda uerò qui missi fuerant nequitiæ spiritus aduersus sanctum puerum, redeuntes ad eum confusi, deiectionē confitentur: & licet sint mendacissimi, tamen casum suæ deiectionis apertè retulerunt. Ille autem sic ait: Vos infirmi & miseri, quomodo ab uno puero estis superati? Tunc maligni spiritus diuina uir-

tute cõpulſi,in lucem(liber inutili)ueritatẽ protulerunt,dicentes:Non ualuimus ſuſtine
re,nec omnino reſpicere Chriſti uirtutẽ & uexillum paſſionis eius,quod crucem uocãt.
Illo enim ſigno rediuimus eneruati,fugientesq; exuſti omnis aëris principes & rectores
tenebrarum. Nam priuſquã perfecte eo ſignaretur iuuenis iſte.ſuper eum irruentes for
titer,conturbauimus eum:ut autẽ Chriſtũ inuocauit in auxilium,& ſigno crucis armauit
ſemetipſum,nos pſecutus eſt cum ira,& præſidium ſibimet tutiſſimum poſuit. Meditan
tes ergo inuenimus inſtrumentũ,per quod & protoplaſto locutus eſt aliquado princeps
noſter,& eum ſuperauit.Sed nunc pro nihilo reputati ſumus à puero iſto,& irrita facta
eſt ſpes quam habuimus de illo.Nam inuocatus Chriſtus in auxilium,ignis ſupernæ iræ
nos inflãmauit,& in fugam conuertit,ut amodo non audeamus appropinquare ei.Sic er
go maligni ſpiritus apertè nota fecêre Theodæ quæ facta fuerant.Rex autẽ undiq; deſti
tutus,Theodã iterũ aduocat.Cui & dixit:Omnia quæ nos docuiſti ô ſapentiſſime,com
plentes.nullã utilitatẽ conſecuti ſumus.Nunc autẽ ſi qua alia ars tibi reſidua eſt,& illius
experientiã capiemus,fortè inueniemus aliquã mali ſolutionem. Petente uerò Theoda
ad colloquiũ uenire filij,mane rex ſecum aſſumẽs eum,ad uiſitandũ,pergit filiũ.Et ſedẽs
rex,loqui cœpit,exprobrans & reprehendens de inobedientia ſua,& pertinaci uolunta
te.Illo uerò denuò cõfirmante,& nihil præponendũ eſſe Chriſti claritati clamante,proce
dens in mediũ Theodas,ait: Quid cognouiſti ô Ioſaphat,in immortalibus dijs noſtris,
quòd ab eorũ cultu diſceſſiſti,& patrẽ tuum regẽ,ita ad iracundiã prouocaſti,ud bilis fa
ctus omni populo?Nonne ab ipſis tibi præſtita eſt uita?Nonne & ipſi exhibuerũt te pa
tri,oratione eius exaudita,& de ſterilitatis eum uinculo liberauerunt?Plura autẽ uanilo
quia & inutiles nugacitates in malis inueteratus pponens,& ſyllogiſmos conſuens,de
pdicatione euãgelij nolens quidẽ iſtum deridere,idolorũ uerò dogmata defendere modi
cũ ſuſtinẽs ſupni regis filius,& urbis illius ciuis quã fixit Dñs & nõ homo,ait ad Theo
dã:Audi erroris profunditas,& palpabiliũ tenebrarũ fœtor,Babyloniũ ſemen,& Chal
demicæ turris conſtruentiũ proles,propter quã mundus cõfuſus eſt,uaniloque ac miſer
rime ſenex,cuius & igne & fulgure cõcremata Pentapolis,leuiora ſceleribus operata eſt.
Cur deridere conaris ſalutis prædicationẽ,per quã errabundi uiam inuenerunt,per quam
perditi & malè captiui,reuocati ſunt?Quid melius eſt (dic mihi) Deo ſeruire omnipo
tenti,cum filio ſuo unigenito,& ſpiritu ſancto,Deo increato & immortali,principio &
fonti bonorũ?Cuius imperiũ inæſtimabile,& gloria incõprehenſibilis, cui aſtant miliã
& decies centena milia angelorũ & cœleſtiũ ordinum,& pleni cœli & terra gloria eius
ſunt:per quẽ omnia de nihilo facta ſunt,per quẽ omnia cõtinentur & gubernãtur,& pro
uidentia illius reguntur:an dæmonibus perditis & inanimatis idolis, quorum gloria &
laus adulteriũ eſt,& puerorum corruptio,& cætera impietatis opera,quæ de ueſtris dijs
ſcripta ſunt in inſtitutionibus ſuperſtitionis ueſtræ?Non erubeſcitis miſeri,& ignis inex
tinguibilis cibus,ſimilitudo generis Chaldaici, non confundimini mortuas ſtatuas ado
rantes,manus humanæ opera?Lapidem enim dolãtes,uel lignum cædentes,deum appel
latis.Deinde meliorẽ de armentis taurũ tolllentes,uel aliud qd occurrerit decentiſſimũ
de animalibus,mortuo delubro ſacrificatis,Stulte,pcioſius eſt tuò idolo anima qd offert
ei.Nã idolum homo fecit,animal Deus creauit. Et ideo lõgè te rationali intellectualibus
eſt irrationabile animal.Nam illud cognoſcit nutrientem ſe:tu uerò Deum ignoras,per
quẽ de nihilo factus es,per quem uiuis & conſeruaris.Et appellas deum, quẽ paulò antè
uidiſti ferro cæſum,& igne cõflatum,& malleis productum.Quẽ argento & auro circun
texiſti & de terra eleuãs in alto collocaſtis.Deinde corruens in terrã,miſerum lapidẽ,mi
ſerior illo,adoras,& non deum,ſed opera manuũ tuarum mortua & inanimata : imò ne
que mortuum utiq; eſt iuſtum,uocari idolum.Quomodo eñ mortuũ eſt quod nunq̃ ui
xit?Sed quoddã nouum oporteret inueniri ſibi nomen,tanta fatuitate dignũ. Nam lapi
deus,puluis efficitur, ligneus corrumpitur,æneus fuſcatur,aureus & argẽteus cõflatur.
Nec hoc ſolum,ſed etiam diſtrahuntur dij tui alij modico,alij precio multo. Non eñ diui
nitas ineſt eis.Deum enim quis emit,deum quis uendit?Quomodo deus uocatur,qui nõ
mouetur?An non cernis quoniam quidem ſtans,nunquã ſedet:ſedens uerò nunquã ſur
git?Erubeſce ſtulte,& manum pone ſuper os tuum fatue,talia laudans. Nam à ueritate
alienatus

alienatus es, mendacibusque figuris seductus, statuas finges, & operibus manuum tuarum dei nomē imponēs. Euigila infelicissime, & intellige quod antiquior es tu deo à te facto. Ista plurimæ sunt insaniæ. Cōfidis enim temetipsum cum sis homo, deum posse facere. Et quomodo potest hoc fieri? Itaque non deum facis, sed effigiem hominis, uel alicuius animalis, linguam non habentem, neque guttur, neque cerebrum, neque aliquid interius. Itaque neque hominis similitudo neque animalis, sed omnino quiddam inutile & uanitate plenum. Cur ergo insensibilibus adularis? Cur immotis & inutilibus assides? Nisi enim ars fuisset cæsoris lapidum, uel architecti aut ferrarij, deum utique non habuisses. Nisi custodes assiderēt, utique deum tu perderes. Quem enim sæpius urbs populosa insipienter precatur ut deum, ut ab eo custodiatur, huic custodes pauci assident, ne à furibus rapiatur. Et siquidem aureus uel argenteus fuerit, solerter custodietur: si uerò lapideus aut luteus, uel alterius cuiuslibet uilioris materiæ, semetipsum custodiet. Forsitan robustior est luteus apud uos aureo. Non est igitur congruum, uos insipientes & cæcos & sine intellectu, iustos subsannare, sed potius uosmetipsos deflere. Amentię quippe non pietatis sunt opera uestra. Nam studiosus bellorum, militaris aspectus simile idolum erigens, uocauit Martem. Alius autem mulierum concupiscentia succensus, uitium suum deum fecit, quē uocauit Venerem. Iste autem propter suam uinolentiam finxit idolum, quod uocauit Bacchum. Similiter uerò & aliorum malorum concupiscentes, suorum uitiorum statuerunt idola. Nam passiones suas deum uocauerunt. Et ideo in delubris suis impudicæ fiunt ab eis saltationes, & luxuriosa cantica resonāt, & furiosi in impetu fiunt. Quis autem horum per ordinem abominabilem edicet actionem? Quis sustinebit illorum turpitudines, referendo os suum inquinari? Sed omnibus manifesta sunt, etsi nos taceamus. Isti tui cultus sunt, ô Theoda, statuis insensibilior. Hæc me suades adorare, hæc colere? Tuæ ueraciter est malitiæ & stultæ uoluntatis, tale consilium. Sed similes illis fiant, tu & omnes qui confiditis in eis. Ego uerò Deo meo seruiam, & sacrificabo totum meipsum Deo creatori & prouisori uniuersorum, per Dominum nostrum Iesum Christum spem nostrā: per quem accessum habemus ad patrem luminum in spiritu sancto, per quem redempti sumus de amara seruitute in sanguine eius. Nisi enim humiliasset semetipsum usque ad formā serui, nunquam nos filiorum adoptione digni essemus. Humiliatus est ergo propter *Phil. 2.* nos, non rapinam arbitratus est esse æqualem deo. Nam quod erat, permansit: & quod non erat, assumpsit. Locutus est hominibus, ascendit in crucem carne sua, positus est in sepulchro tribus diebus, descendit in infernum, eduxit eo quos uinctos tenebat sæuus mundi rector uenundatos sub peccato, resurrexit die tertia, ascendit in cœlum, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Quæ igitur sibi ex his læsio facta est, quem subsannare uideris? An non cernis solem istum quot & quantis transmittit radium suum locis inhonestis & sordidis, & quanta corpora respicit fœtida atque putētia? Nunquid aliqua sibi ex his prouenit macula? Nonne potius sordida & fœtentia, atque saniem decurrentem desiccat, astringit, tenebrosa uerò illuminat, & ille illæsus omnino & intactus ab omni macula permanet? Quid uerò ignis? Nonne frigidum ferrum & nigrum suscipiens in seipso, flammigerum totum atque ignitum efficit? Nunquid recipit ferri proprietates? Nunquid cæso ferro malleis, & concusso, patitur aliquid ignis, aut læsionem ullo modo sustinet? Si ergo creaturas istas corruptibiles, nihil ex societate uiliorum pati constat, qua ratione ô stulte & lapidei cordis, reprehendere præsumis, dicens: quia filius & uerbum dei nullo discedens à paterna gloria, sed Deus existens, pro salute hominum suscepit corpus humanum, ut homines participes diuinæ & intelligibilis naturæ faceret, & de inferno educeret substantiam nostram, & cœlesti gloria donaret, ut principem tenebrarum seculi huius, assumptione carnis illiciens subijceret, & genus nostrum ab illius tyrannide liberaret? Vnde impassibilis sustinet passionem crucis, duas naturas manifestans suas. Nam ut homo crucifigitur, sed sicut Deus solem obscurat, cōmouet terram, & multa qui dormierant suscitauit corpora sanctorum de monumentis. Rursus ut homo moritur, sed sicut Deus resurgit, spolians infernum. Ideo clamat propheta: Infernus lætatus est, obui- *Matth. 27.* ans tibi deorsum. Nam exultabat, hominem putans se suscipere infirmum: sed in Deum incidit, & inanis subitò effectus est, & captiuus. Surgit ergo sicut Deus, & redijt in celū

unde nũquam discessit, et naturam nostram prius despicabilem & omnibus inferiorem,
ingratam & inhonoratam, omnibus superiorem effecit, & in throno gloriæ collocauit.
Igitur quæ ipsi de uerbo huic facta est læsio, quod blasphemare non desinis? Quid enim
pulchrius quàm ista confiteri, & talem colere Deum bonum ac benignũ, qui mandat iu
sticiam, constantiam imperat, mundiciam iubet, misericordiam docet, fidem exhibet, pa
cem prædicat, ipsa ueritas nominatur, & est ipsa charitas, ipsa bonitas? Hũc melius est co
lere, quã deos tuos nefarios & uiciosos, turpes pariter actibus & nominibus. Væ uobis
qui estis lapidibus duriores, & irrationabilibus irrationabiliores, filij perditionis, tene
brarum hæredes. Beatus uerò ego & omnes Christiani Deum habentes bonum & beni
gnum. Nam qui ei seruiunt, & si modico tẽpore in hoc seculo mala sustinent, sed immor
talem retributionis fructum uindemiabunt in regno perenni, & diuinam beatitudinem.

Dixit autem ad eum Theodas: Ecce manifestum est quod nostrã sectam multi & ma
gni sapientes, & narratores tam uirtute quàm scientia mirabiles tradiderunt, & omnes
reges terræ & potentes ceu bonam & nihil falsitatis habẽtem susceperunt. Galilæorum
uerò rustici quidam pauperes, & uiles homines prædicauerunt, & ipsi pauci numero, nec
duodenarium supergredi ẽtes. Quomodo ergo paucorum, & ignobilium atq; rusticorum
prædicatio præponenda est multorum & magnorum, sapientia tanta splendentium tra
ditioni? Quæ est autem assertio, hos uera dicere, & illos mẽtiri? Rursus ergo regis filius
respõdit: Forsitan Theoda asinus es, lyram rationis audiens, & sine intellectu permanẽs,
Hier.13. uel potius aspis obturans aures, ne audias uocem incãtantium. Bene igitur propheta ait
de te: Si mutauerit Aethyops pellem suam, & pardus uarietatem suam, & tu poteris bene
facere, cũ didiceris mala. Stulte, & ecce quomodo non reducis te in sensum ueritatis? Hoc
enim ipsum quod à multis quidẽ sapientia admirandis uestri cultus laudari sunt, & à mul
tis regibus defensi, prædicatio uerò euangelij à paucis & ignobilibus uiris prędicata est:
ostendit diuini cultus nostri uirtutem, & uestrorum malignorum dogmatum infirmitatẽ
& exterminium. Nam uestra licet aduocatos habuerint sapientes, & defensores fortissi
mos, tamen extinguuntur, & debilitantur: nostra uerò nullo humano fulta auxilio, luce
splendidiora sole, & mundi obtinẽt plenitudinem. Si enim à rhetoribus & philosophis
exposita fides nostra fuisset, regesq; & potentes habuisset cooperatores, meritò dicere
posses, humana uirtute totum fieri: nunc autem cernens à piscatoribus quidẽ uilibus san
Psal.18. ctum compositum euangelium, ab omnibus uerò tyrannis persecutum, & postea orbem
Rom.10. implesse uniuersum (nam in omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uer
ba eorum) quid dicere potes aliud quàm diuinam quandam esse & inexpugnabilem uir
tutem, pro salute hominum semetipsam astruentem? Quam ergo assertionẽ requiris in
sensate, mentiri quidem tuos, uera autem dicere nostros, his quæ dicta sunt potiorem? Si
enim non deliramenta essent & mendacia omnia tua, nunquam, tantam obtinentia abo
Psal.36. mnibus fortitudinem & defensionẽ, sic essent imminuta & infirmata. Vidi enim (inquit)
impium superexaltatũ & eleuatũ, sicut cedros libani. Et transiui, & ecce non erat. Quæ
siui eum, & non est inuentus locus eius. De uobis ista dixit propheta propugnatoribus
idololatriæ. Modicũ enim quantulumcunq;, & non inuenietur locus uester: sed sicut de
ficit fumus deficiens, & quẽadmodum liquescit cera à facie ignis, sic peribitis. De euan
Lucæ 11. gelica uera & diuina noticia inquit Dominus: Cœlum & terra transibunt, uerba autem
Psal.101. mea non transibũt. Et iterum Psalmographus ait: Initio tu Domine terram fundasti, &
opera manuum tuatum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut ue
stimentum ueterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem
ipse es, & anni tui non deficient. Et quidam diuini præcones aduẽtus Christi, sapientesq;
orbis prædicatores omnes traxerunt de profundo erroris, quos nunc infelix & uerè ser
uus peccati despicis. Nam ipsi resplenduerunt signis & prodigijs, & uarijs uirtutibus ue
lut sol in mundo, cæcis lumen donantes, surdis autem auditum uel claudis gressum, mor
tuis uitam exhibentes. Nam umbræ illorum solæ, omnes languores hominum curabãt.
Dæmones quos uos timetis quasi deos, non solùm ab hominum pellebant corporibus,
sed etiam ab ipso extirpauerunt mundo crucis signo, per quod omnem perdiderunt ma
chinam, & omnia ueneficia inefficacia esse fecerunt. Et illi quidem humanam ita sanãtes
infirmi-

infirmitatem Christi uirtute, & creaturam totam renouantes, ceu ueritatis præcones, meritò admirabiles uidebantur omnibus recta sapientibus. Quid ergo potes dicere de sapientibus tuis & rhethoribus, quorum stultã fecit Deus sapientiã? Fautores diaboli, quid memoria dignum reliquerunt seculo? Quid potes dicere de ipsis, nisi irrationabilitatẽ & turpitudinem, & artem uanam, ornatu uerborum cœnum contegentẽ fœtẽtissimæ sectæ uestræ? Sed & ipsorũ poëtarũ quicunque uisi sunt aliquo modo à multa resipuisse insania, quod uerius est dixerunt, quod hi qui dicunt dij, homines fuerunt, & eo quod quidã illorũ ædificauerunt ciuitates, & regiones gubernauerunt, uel quodlibet aliud egregium facinus secundũ seculũ fecerunt, errantes homines, deos eos uocauerunt. Nam in initio Seruch ille dicitur idola reperisse. In antiquis nempe tẽporibus quisquis uel fortitudinis uel amicitiæ suæ uel alicuius alterius industriæ opus memoria dignũ ostendisset, statuis ferẽ & imaginibus fuisse honoratus. Postea uerò homines prædecessorũ suorum ignorantes intentionẽ, quod propter memoriã solã eis qui aliquid fecerunt laudabile, statuas & imagines erexerunt, paulatim errãtes, diabolica seducti uersutia, quasi immortales & incorruptibiles homines adorauerunt, & sacrificia eis & libamina obtulerũt, certumque dæmonibus in idolis habitãtibus ad se honorẽ & sacrificia trahentibus. Nã illi eis qui non probauerunt deum habere in noticia, persuaserunt deos se credi duabus ex causis, ut illi quidẽ in appellatione ista gloriarent. Delectant enim, nimirũ superbia & arrogãtia pleni, quasi dij honorari, ut eos quos seduxerunt, in præparatũ sibi ptrahant ignẽ. Vnde omnẽ illos docuerunt impietatẽ ac turpitudinem, ut suæ subderent ditioni. Ad hanc igitur eminentiam malorum peruenientes homines, obtenebrati mente, unusquisque sui uitij, & propriæ concupiscentiæ erexit statuam, & deum nominauit, abominabiles errore, abominabiliores impietate eorum quos adorauerunt effecti, donec ueniens Dominus per uiscera misericordiæ suæ liberauit nos qui credidimus in eum, de maligno hoste & perdito errore, & docuit ueram Dei noticiam. Non est enim salus nisi in ipso, & non est alius Deus *Act. 4.* neque in cœlo, neque in terra, nisi ipse solus omnium factor, omnia portans uerbo uirtutis. *Heb. 1.* Verbo enim Dei cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et omnia per *Psal. 30.* ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Theodas autem his auditis sermoni- *Ioan. 1.* bus (quia sermo plenus erat diuinæ sapientiæ) quasi tonitrui fragore consternatus, sine uoce obstupuit. Serò autẽ & uix suam sensit miseriam. Tetigit autẽ obtenebratos cordis illius oculos sermo salutaris. Multũ igitur de prioribus actibus suis pœnitentiã gerens, & idolorum errorem cõdemnans, ad lumen ueritatis cucurrit. Et ex illo tẽpore ita à maligna conuersatione discessit, & tantum seipsum execrandis uitijs & magicis artibus hostem exhibuit, quantum ante hoc tempus erga illas amicitiã habuit. Tunc enim in medio consilij stans, rege præsidente, magna uoce clamauit: Verè, rex, spiritus Dei habitat in filio tuo. Veraciter uicti sumus, & nullam ultrà responsionẽ habemus, uel resistere his quæ ab eo dicta sunt præualemus. Verè magnus est Deus Christianorum, magna fides eorum, magna mysteria. Conuersus ergo ad filium regis, ait: Dic mihi illuminata anima, suscipiet me Christus, si discedens à malis actibus meis, conuertero me ad ipsum? Etiam (inquit) ueritatis præco, etiam suscipiet te, & omnes qui cõuertuntur ad ipsum. Suscipiet autem non qualitercunque, sed sicut pater filium, qui de longinqua reuersus est regione, id *Lucæ 15.* est, de uia iniquitatum cõuersus est, obuiã exiuit, & hunc apprehendens osculatus est: & peccati cõfusione sublata, mox eum ueste induit salutari, & stola splendidissima circundedit, mysticamque supernis uirtutibus lætitiam & solennitatẽ pro conuersione perditæ ouis exhibuit. Nam ipse Dominus ait, gaudium fieri in cœlo super uno peccatore pœ- *Matth. 18.* nitentiam agente. Et iterum dicit: Non ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitenti- *Lucæ 5.* am. Dein per prophetã: Viuo ego, dicit dominus, nolo mortẽ impij, sed ut cõuertatur de *Ezech. 18.* uia sua mala, & uiuat. Conuersione conuertimini de uia uestra mala, & quare moriemini domus Israel? Iniquitas eñ iniqui non nocebit ei. In quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua peccator, & fecit iustitiã, & in pceptis uitæ ambulauerit, uita uiuet, & nõ morietur. Omnia peccata illius quæ peccauit, non recordabuntur. Quia iudicia iusticiæ fecit, *Esaiæ 1.* in ipsis uiuet. Et rursus per alium prophetã clamat. Lauamini, mũdi estote, auferte malũ cogitationũ uestrarũ ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere. Et si fuerint

peccata uestra sicut phœnicium, ut nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erũt. Talibus ergo propositis à Deo promissionibus, his qui ad eum cõuertuntur, noli hæsitare ô homo, neq; ambigas, sed ueni ad Christũ, benignum Deum nostrum, & illuminare, & facies tua non confundetur. Mox enim ut descẽderis in piscinam diuini baptismatis, omnis cõfusio ueteris hominis, & tota sarcina multorum peccatorum sepelietur in aqua, & in nihilũ defluet. Iuuenis uerò tu inde & ab omni sorde mundus exibis, nullam maculam uel rugam peccati deferens tecum. Et de reliquo in te erit, ut conserues tibimetipsi adeptam emundationem, per uiscera misericordiæ Dei nostri.

Theodas igitur his instructus sermonibus, exit cõtinuò, & execrabile illud antrum repetens, & suæ magicæ artis libros assumẽs, uelut totius autores maliciæ, & mysteriorum dæmonicorum thesauros igne cõbussit. Deinde uerò speluncã adijt sacratissimi illius uiri, ad quem Nachor uenit, & de se narrat omnia, puluerem super caput suum aspergens, graues gemitus emittens, & abluens semetipsum lachrymis, per ordinẽ etiã seni execrãdas suas referens actiones. Ille uerò cum ad saluandas animas, & de fraudulenti draconis faucibus rapiendas artificiosus esset, incantat illum uerbis salutaribus, peccatorum remissionẽ promittit, propicium spondet fore iudicem. Deinde catechizans eum, ieiunare multis diebus pro his quæ deliquerat, mandauit, lachrymisq; & gemitibus Deum pro illo exorans.

His itaq; peractis, rex undiq; destitutus uehementer tristis erat, & plurimam commotionem in animo ferebat. Conuocans autem rursus quotquot de cõsilio habebat, diligenter perquirebat ab eis, quid de reliquo suo faceret filio. Multa autem consilia multis suponẽtibus, Arachis ille superius memoratus, illustrior ducatu, & primus cõsilij existẽs, ait regi: Quid oportebat rex filio tuo facere, & non fecimus, suadendo ei nostra sequi dogmata, & nostris seruire dijs? Sed ut uideo, ad impossibile nitimur. Nam ex natura inest ei, uel fortè ex fato, cõtentio ista, atq; duritia. Igitur si tormẽtis eum tradere uolueris, & cruciatibus, tu hostis eris naturæ, & pater non uocaberis: & illum amittes pro Christo mori cupientem. Restat igitur istud ad faciendum, id est, ut diuidas ei regnum, & in parte quæ contigerit ei, regnare permitte. Et siquidem rerum negocia, & cura secularium traxerint eum ad nostrum laborem sequendum & uitam, ex sententia nobis res proueniet. Nam mores fortiter in animo roborati, facilè deleri nõ possunt: & ideo suasione potius quàm ui sunt transmutandi. Si autem in secta permanserit Christianorum, hoc ipsum, non amisisse te filium, erit tibi magnum defectionis solatium. Hæc Arachi dicente, omnes laudauerunt suscipientes consilium. Consentit itaq; rex sic ista disponi.

Mane autem facto, & accersito filio, rex ait illi: Iste mihi ultimus iam ad te sermo fili: cui nisi confestim obaudieris, & saltem in hoc cor meum recreaueris, non ultrà (bene scias) parcem tibi. Illo uerò sciscitante, quæ uirtus est uerbi: Quoniam quidem (inquit) multum laborans, inobedientem te ad omnia reperi, ut acquiesceres sermonibus meis: ueni, iam regnum diuidens, in una parte te esse, regnare te faciam, & erit tibi amodo licitum quamcunque desideras pergere uiam: Cognoscens autem illa diuina ueraciter anima, & istud ad lapsum suæ deliberationis proponere regem, tamen obedire consensit, ut ipsius manus euaderet, & desideratã sibi uiam ambularet. Suspiciens autem ait regi: Ego quidem desiderabam diuinum illum quærere uirum, qui ostendit mihi uiam salutis, ut omnibus abrenunciãdo terrenis, cum ipso residuũ uitæ meæ expenderẽ. Sed quoniã me pater non permittis ut desiderata peragã, in hoc obediam tibi. Nã in quibus non adiacet manifesta perditio, & à Deo alienatio, bonum patri obedire est. Rex igitur maximo repletus gaudio, diuidit statim in duas partes uniuersam sibi subiectã prouintiã, ordinat filium regem, ornat diademate, & omni hunc regali illustrans gloria, in designatum sibi dirigit regnum, cum splendido comitatu, & decenti obsequio. Principibus autem & ducibus, magistratibusq; & satrapis præcepit licere omni uolenti abire cum filio suo rege: & ciuitatem quandam magnam & populosam constituit ei in caput regni, & omnia tribuit quæ erant cõgruentia regi. Tunc iam Iosaphat regni potestate, percepta, cum peruenit ad ciuitatẽ in qua regnaturus erat, passionis quidẽ signũ, id est, Christi crucẽ uenerandã in unaquaq; urbis turriũ posuit. Tẽpla uerò idolorũ & delubra in statuis insequens

quens destruit, & usq; ad fundamenta diruit, ipsaq; etiā fundamenta effodit, nullas impietatis reliquias derelinquens. In medio autē ciuitatis templū magnum & speciosum Dño ædificat Christo, & præcepit multitudini, ut ibi frequēter cōueniant ad exhibendū Deo cultū per sanctæ crucis adorationē. Tūc in mediū ante omnes ipse præcedit, intentissime se tradens orationi. Omnes autē qui sub ipsius erant potestate admonet, obsecrat: omnia facit impensius, quatenus à superstitioso dæmonum errore separet eos, & Christo reconciliet. Deceptionem ostendit idololatriæ, & prædicationem insinuat euangelij, dei uerbi descensionem docet & miracula, prædicat aduentum eius, passionē notificat crucis per quā saluati sumus, resurrectionis uirtutem & ad cœlos ascensionē, metuendā cunctis denunciat diem terribilis illius aduentus, repositaq; fidelibus bona, & susceptura peccatoribus supplicia. Hæc omnia suauibus moribus, & mellifluis pertrāsit sermonibus. Non enī tantum eminentia potestatis regali munificentia ambiebat uenerabilis esse metuendus, quantum humilitate & mansuetudine. Et eo amplius trahebat ad seipsum, quo erat quidem operibus mirrabilis, mansuetus & modestus moribus. Vnde potestas, humilitate & mansuetudine magnis adiunctis sibi cooperatoribus, oēs obedire suis facilè psuasit sermonibus. Itaq; sic in breui tēpore cunctus sibi subiectus populus, ciues scilicet & ruricolæ diuinis illius edocti sermonibus, ut abnegarent quidē multorū eorum errorem, & abrumperentur ab idolorum sacrificijs & abominationibus, recteq; iungerentur fidei & eius certissimis doctrinis Christo reconciliarent. Omnes qui in mōtibus & speluncis propter timorem patris illius inclusi fuerāt, sacerdotes scilicet & monachi, & episcoporum pauci, egressi de abditis suis, ad eum gaudentes ueniebāt. Ipse autē eos qui propter Christum in talibus deciderant malis & tribulationibus, obuiā exeundo honorificè suscipiebat, & in suum introducebat palatiū, pedes lauās, capita abluens, & omnimodo eos procurans. Deinde nouiter à se ædificatā ecclesiā dedicat, & quendā episcopū, qui multa propter fidem Christi mala passus fuerat, & sui episcopatus amiserat sedem, archiepiscopum in hac constituit, uirum sanctū, & ecclesiasticis institutionibus eruditum, zeloq; diuino feruentē. Piscinā autē confestim præparat, baptizari eos qui ad Christum cōuersi fuerant, iubet. Et baptizant̄ principes prius, & q̄tquot in dignitate erāt: deinde milites, & reliqua turba. Et baptizati non tantum animarum recipiebāt sanitatē, sed etiam quanticunq; languoribus fuerant grauati corporalibus, & febribus uexati, omnia deponentes, anima purificati, corpore roborati, à diuino fonte egrediebant̄, curationes adepta animarū simul & corporū. Hinc & cōfluebant ad regē Iosaphat undiq; multitudines, pietatē ab eo discere quærētes, & omnia quidē subuertebant tēpla idolorum. Tollebantur uerò omnes diuitiæ, & repositæ in phanis pecuniæ. Sacra autē Deo templa ædificabātur, & diuitias illas eis & preciosa uestimenta & thesauros rex Iosaphat reposuit, de execrabili & superflua illa materia opus faciens bonum & utile. De tēplis uero illis ac delubris, in quibus prius cōuersabantur sordidi dæmones, psecutione atrocissima pellebantur, & miseriā quæ eis superuenerat, in multorum audientia uociferādo flebāt. Et liberata est tota regio illa à teterrima seductione eorum, luceq; fulgebat immaculatæ fidei Christianorum. Igitur & rex bonum omnibus se præbebat exemplum, & multos ad similem inflammabat intentionem, & accendebat. Qualibus enī potestas conformatur, talibus semper subiectus sibi populus inhiat, & ambit illa, in quibus principē gaudere sentit. Hinc Deo cooperante, pietas crescebat in eis, & confortabatur, quoniā rex in mandatis Christi & ipsius dilectione perfectus erat, dispensatorq; & gubernator animarum, ad portum Dei eas perducēdo. Sciebat enim ante omnia, hoc regis opus esse, ut homines doceat Deum timere, & iusticiā seruare: quod & faciebat, semetipsum regendo, & uoluptates corporis domando, subiectosq; sub suos admonendo, sicut gubernator optima solerter æquitatis tenens gubernacula. Hæc enī ueri regis diffinitio est, uoluptates regere & tenere: q̄d ille faciebat. De parentū quippe nobilitate & regali gloria quæ inerat ei, nullo modo extollebatur, sciens quòd luteū habemus generis nostri primū parentē, & de ipsius sumus diuites & pauperes. In profundo uerò humilitatis mentem semper deprimebat, & futuræ beatitudinis memor, & aduenam quidem seipsum hic reputabat. Illa autē agnoscebat propria esse, quæ adepturus foret, postquam de hac uita migraret. Quoniam uerò bene

Regis officiū.

illa

iſta diſpoſuerat, & omnes qui ſub illius erant ditione, ab antiquo liberatos errore paternarũ traditionũ fecerat ſeruos illius qui redemit nos de maligna ſeruitute precioſo ſanguine ſuo, meditatꝰ ſecundũ opus, miſericordiæ uirtutẽ. Pudicitiã nempe & iuſticiã iam prius adeptus fuerat, & diademate pudicitiæ coronatus, & purpura iuſticiæ coopertus. Perpẽdebat deniq; terrenarũ diuitiarũ inſtabilitatẽ, fluminaliũ aquarũ imitari curſum. Quapropter ibi ſtuduit eas reponere, ubi neq; erugo neq; tinea demolit̃, et ubi fures non effodiunt, nec furant̃. Et cœpit omnes pecunias pauperibus diſtribuere, nullo modo parcens eis. Sciebat eñ, q̃d magnã poteſtatẽ aſſumens, datorẽ potentiæ ſecundum uirtutem debet imitari. In hoc autẽ maximè Deum imitabat̃, quòd nihil æſtimabat miſericordia ꝑcioſius. Super aurũ ergo & lapidẽ ꝑcioſum, miſericordiæ diuitias ſibimetipſi aggregabat. Et hic lætabat̃ ſpe futuræ quietis, & ibi iucundabat̃ experientia ſeparatæ beatitudinis. Hinc perſcrutabãtur ab eo carceres, & qui in metallis erant cõcluſi, & qui à creditoribus erant ſuffocati, & omnibus omnia largiter miniſtrabat. Pater erat omnium orphanorum & uiduarũ, & egenorũ pater amabilis & benignus, ſibimetipſi putãtes beneficiũ impendere, cum aliorũ miſereret̃. Nam diues erat muneribus, & uerè regalis animi. Omnibus dabat liberaliter indigentibus, multiplices ſperans pro his recõpenſationes in tẽpore operum retributionis. Vbiq; autẽ huiuſmodi illius fama in breui crebreſcente, uniuerſi ad eum quaſi quodã odore ungenti tracti, per ſingulos dies confluebant, & per ora omnium uolitabat. Nam timor & coactio minime trahebat populum, ſed deſiderium, & ad Chriſtum ex corde uera dilectio, quæ eſt Deo & eius pulcherrima conuerſatione animis omnium erat inſita. Tunc & illi qui patri eius erant ſubditi, ei potius adhærebãt cunctumq; errorem abijcientes, ueritatem euangelizabant. Et domus quidem Ioſaphat creſcebat, & confortabatur: domus autem Auennir minuebatur, & infirmabatur, quemadmodum de Dauid & Saul, regnorum narrat hiſtoria.

Iſta rex Auennir cõſiderans, & uix atq; ſerò in ſenſum rediens, ſuorũ recognouit falſorum infirmitatẽ deorum, & uanam ſeductionem: & iterum primos conſilij conuocãs, in lucem profert à ſe meditata. Omnibus autem eadem confirmantibus (uiſitauerat eñ eos oriens ex alto, ſalutaris exaudita oratione famuli ſui Ioſaphat) uiſum eſt regi filio manifeſta facere. Scribit igitur ſequenti die epiſtolam Ioſaphat, continentem hunc modũ:

Rex Auennir dilectiſſimo filio Ioſaphat bene ualere. Cogitationes plurimæ fili chariſſime, meam ſubintrantes animam, crudeliter conturbant. Nam noſtra omnia cernens deficientia, quemadmodum fumus deficit, quę uerò ſunt ſectę Chriſtianorũ ſuper ſolem reſplendẽtia, ſenſi uera eſſe quæ mihi ſemꝑ à te dicebant̃. Et quia tenebræ nos peccatorũ ꝓfundæ & impietatis operuerunt, ut hinc neq; ad ueritatẽ reſpicere, nec uniuerſorũ auctorem ualeremus recognoſcere, ſed & lucem ſic ſplendidam per te nobis oſtenſam, oculos claudẽtes uidere noluimus. Multa tibi quidẽ mala oſtendimus, infeliciterq́; (heu) & Chriſtianorũ non paucos occidimus, qui cooperãte ſibi inexpugnabili uirtute roborati, per mortẽ aduerſus noſtrã crudelitatẽ dimicauerunt. Nunc autẽ craſſam illam nebulã de noſtris auferentẽ oculis, lucem quandã, licet modicã, ueritatis cernimus, & priorum nobis pœnitentia ſubintrat malorum. Sed & hanc lucem nubes alia malæ deſperationis interpollans, obtenebrare tentat, multitudinẽ opponens meorum malorũ, & quòd abominabilis ego ſum Chriſto, & nõ ſuſcipiendus, ſicut apoſtata & hoſtis illius factus. Quid igitur ad iſta dulciſſime fili, dicas, ipſe mihi manifeſtũ citius facito: & q̃d oporteat me facere, tuum patrẽ edoce, & ad noticiã rei quæ expedit, me pertrahe. Hanc epiſtolã Ioſophat ſuſcipiens, & quæ in ea continebant̃ legendo ꝑtranſiens, gaudio ſimul & admiratione replebatur. Moxq; ingreſſus ſuum cubiculum, ante Dominicã inaginẽ in faciem corruit: & lachrymis terrã rigans, gratias egit Domino: ſimul & confitens, & labia exultationis mouens, hymnum dixit, Exaltabo te Deus meus rex, & benedicã nonini tuo in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Magnus es Domine, & laudabilis nimis, & magnitudinis tuæ non eſt finis. Et, Quis loquetur patientias tuas, qui conuertiſti petrã in ſtagna aquarum, & in ꝑem in fontes aquarum? Ecce eñ rupis iſta & petra, duriſſimum cor uidelicet patris mei te uolente quaſi cæra effectum eſt molle. Nã & poſſibile eſt tibi de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Gratias ago tibi Dñe, amator hominũ, Deus miſericordiæ, quòd liberter ſuſti-

ter sustinuisti, & patiēter sustines excessus nostros, & hactenus nos impunitos dimisisti. Nos eñ eramus olim digni proijci à facie tua, & exēplum fieri in populo tuo, sicut Pētapolim habitātes facinorosi fuerunt, q̄s igne & sulphure cōbussisti: sed immēsa tua patientia misericorditer effusa est super nos. Gratias ago tibi humilis ego & indignus: etsi non sum sufficiens ad glorificandā bonitatē tuam, deprecor inæstimabiles tuas miserationes Dñe Iesu Christe, fili & sermo inuisibilis patris, qui omnia uerbo deducis, & uoluntate contines. Qui positus super lignū ligasti fortē, & sub illo ligatis æternā dedisti libertatē, ipse nunc extēde manum tuam inuisibilē & omniū operatricē, & perfectè libera seruum patrē meum, de sæua illa captiuitate diaboli, & ostende ei efficacissimè, q̄a tu es qui semp̄ uiuis Deus uerus, & rex solus æternus & immortalis. Vide contritionē cordis mei propicio & misericordi oculo, & secundum ueram propitiationē tuam adesto mihi cognoscenti & confitenti te factorem & prouisorem totius creaturæ. Influe in me tuam salientem aquam, & detur mihi sermo in adpertionem oris mei, & sensus bene fundatus in te, summo angulari lapide, ut ualeam inutilis famulus tuus annunciare meo genitori, sicut oportet, mysterium dispensationis tuæ, & separare eum tua uirtute ab errore uano malignorum dæmonū, & ad te adducere Deum & Dominum, qui non uis mortem nostram, sed expectas conuersionem & pœnitentiam, qui es gloriosus in secula seculorū: Amen.

Sic orauit, & certitudinē accipiens consequendi à Deo quod desiderabat, & in misericordia Dei confisus, tollens se inde, cum regali officio ad regnum patris sui uenire festinauit. Vt autē patri nunciatus est aduentus filij, egreditur confestim obuiam illi, circumplectitur, osculatur, maximū facit gaudium, & celebrem festiuitatē peragit in aduentu eius. Quid plura? Post hæc pariter cōsident. Et quis dicet quę disseruit patri filius, & cum quanta philosophia? Sed quæ alia nisi quæ sibi à sancto spiritu fuerant administrata, per quē piscati sunt Christo totū mundū piscatores, & illiterati sapientib. sapientiores ostensi sunt? Huius gratia & ipse locutus est patri, illuminās eum lumine scientiæ. Etenim prius multū laborauit, ut traheret eum à superstitioso errore, q̄d non dicens, q̄d non faciens ut abduceret eum, sed inaniter cāticum psallebat, quod in aure minimè audientis dicebat. Quādo autē respexit Dñs ad humilitatē serui sui Iosaphat, & deprecationē eius exaudiuit, clausam ianuam cordis patris sui mox arripuit. Voluntatē eñ (inquit) timentium se faciet, & deprecationē eorum exaudiet: facilè quæ dicebantur à filio rex intellexit. Itaq; Iosaphat Dei gratia opportuno tēpore, quo insurgere deberet aduersus uictoriam malignorum spirituum, qui dominati prius fuerant animę patris sui, & de illorum perfectè errore liberare eum, salutare uerò apertè notificare uerbū, & in cœlis uiuēti Deo recōciliari. A' principio enim sermonē repetens, annunciauit ei quæ nesciebat magna & mirabilia, & aurib. cordis nō audierat. Multa quidē de Deo locutus est, & fidei pietatē ostēdit, q̄a nō est alius Deus in cœlo sursum, neq; in terra deorsum, nisi unus Deus pater & filius & spiritus sanctus. Plura illi etiā mysteria nota fecit theologiæ, & de uisibili atq; inuisibili creatura, q̄modo ex nihilo omnia creauit, & secundū imaginē & similitudinē suam formauit hominē, & hunc libero arbitrio donans, in paradiso posuit, & omniū bonorū participari licentiā dedit, abstinere uerò ab uno solo præcipiens, q̄d erat dinoscens boni & mali. Præuaricantē uerò mādatum, de paradiso expulit. Vnde de familiaritate quā obtinebat apud Deum, elapsum genus humanū in multos decidit errores, seruiens peccatis, & subditū morti per tyrannidē diaboli, q subditos semel homines accipiens, ex toto obliuisci fecit Deum & Dñm, & sibi seruire persuasit idolorū execrabilē cultū. Misericordia igitur ductus, qui nos formauit Deus ex uolūtate patris, & cooperatiōe spiritus sancti, cōplacuit de sancta Maria uirgine apud nos nasci, & passibilis & mortuus est immortalis. Qui tertia die resurgens, nos liberauit à mortuis, prioriq; honore & sublimi gloria dignos effecit. Nam subleuauit nos secum in cœlū, ascendēs unde descēderat. Quē & iterum uenturum credimus ut plasma suum resuscitet, redditurumq; unicuiq; secundū opera sua: hoc est, electos cœlorū regnum suscepturos ineffabilia bona: malos uerò æterna habituros tormēta, id est, ignem inextinguibilem, tenebras exteriores, immortalem uermem, & quantacunq; alia sibi thesaurizauerunt supplicia, seruiendo peccatis. Hæc omnia uerbis plurimis & abundè sibi inesse spiritus sancti gratiā testificātibus p̄transiens,

deinde

deinde & inueſtigabile benignitatis Dei enarrãs pelagus. & quomodo paratus eſt ſemper ad ſuſcipiendã pœnitentiã ad ſe conuertẽtium: & quod non eſt peccatum uincẽs eius pietatis uiſcera, ſi tantum uoluerimus pœnitentiã agere. Et multis hoc exẽplis & ſcripturarum confirmans teſtimonijs, ſermoni impoſuit finem.

Cõpunctus itaq; rex in hac à Deo docta ſapientia, uoce magna, flagrãtiſſimo animo ſaluatorẽ Chriſtum cõfitetur, ab omni dæmoniorum errore diſcedẽs, ſignumq; uiuificæ crucis adorat ſub aſpectu omnium. Et in cunctorũ audientia Deum prædicat eſſe uerum Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, prioremq; ſuam cõfitetur Impietatẽ, & propriã aduerſus Chrſtianos crudelitatẽ, & homicidia arguit: magnaq; portio ad pietatẽ efficitur, ut in eo quod dictum eſt à Paulo, opere cõpletum eſſe uideatur: Vbi abundauit iniquitas ibi abundauit & gratia. Multa igitur ſapientiſſimo Ioſaphat his qui conuenerãt magiſtratibus & ſatrapis, & omni populo de Deo & de pietate eius fidei perorante, & quaſi ignita lingua nouum canticũ cantãte, cum ſpiritus ſancti gratia ſuperueniens, omnes excitat ad glorificationẽ Dei, quaſi ex una uoce turbis clamãtibus: Magnus Deus Chriſtianorum, Non eſt alius deus præter Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, cum patre & ſpiritu ſancto glorificandũ. Zelo itaq; diuino ſuccenſus rex Auennir. inſurgit fortiter aduerſus idola, quæ erant in palatio ſuo ex auro & argento facta, in pauimẽtum ea proiecit. Deinde permiſnutẽ diuidens, egenis diſtribuens, proficuũ ſibi de inutilibus fecit. Poſtea cum filio idolorũ templa & delubra omnino, inſtanter uſq; ad ipſa ſubruit fundamẽta. Sacra aũt Deo oratoria, in loca ipſorũ ædificat. Non ſolum autẽ in ciuitate, ſed etiam in uniuerſa regione miro ſtudio eadẽ perficiunt. Maligni uerò ſpiritus qui habitabant in delubris, eiulantes pellebanttur, & inexpugnabilẽ eſſe Dei noſtri uirtutẽ tremẽtes confitebãur. Omnis autẽ in circuitu regio, & uicinarũ gentium multitudines, ad piam fidẽ Chriſti currebãt. Tũc ſuprà iam dicto epiſcopo ueniente catechizatur rex Auennir, & diuino perfruitur baptiſmate, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & Ioſaphat eum de diuino fonte ſuſcepit, & carnali genitori ſpiritualis regenerationis autor effectus eſt. Nam cœleſtis patris filius erat, & fructus ueræ diuinæ radicis ſanctiſſimus, radice illa clamante: Ego ſum uitis, uos palmites. Ita renatus rex per aquã & ſpiritum ſanctũ, lætabatur gaudio ineffabili. Cum quo & tota ciuitas & in circuitu regio uniuerſa, diuinũ meruit baptiſma accipere, & filij lucis effecti ſunt qui prius erãt tenebræ. Cunctus autẽ languor, & omnis dæmoniaca calamitas procul à credentibus pulſa eſt, perfecti autẽ & ſani omnes animabus & corporibus erãt. Et plurima alia miracula, ad confirmationẽ fidei peracta ſunt. Eccleſiæ reædificabãtur, & epiſcopi qui abſconſi erant propter timorẽ exibãt, & ſuas recipiebãt eccleſias, & alij de ſacerdotibus & monachis ordinabantur ad paſcẽdum gregẽ Chriſti. Rex quidẽ Auennir, ita priore illa infelici cõuerſatione derelicta, & pœnitentiã agens de his quæ fecerat, totum quidẽ regalẽ principatum filio tradidit. Ipſe autẽ apud ſeipſum ſolitariã uitam ducens, pulueremq; ſemper capiti aſpergens, graues gemitus emittebat. Lachrymis ſemetipſum abluẽdo, ſolus ſoli ubiq; præſenti colloquebatur, indulgentiã ab eo ſuarum poſtulans culparũ. In tantã uerò cõpunctionis & humilitatis abyſſum ſemetipſum depoſuit, ut non auderet nomẽ Dei ſuis nominare labijs, & uix hoc filij exhortatione præſumeret, Igitur bona mutatione mutatus, ad uirtutẽ ſe deducentẽ perrexit uiam, ut ſupergrederetur pietate piorum iniquitatũ ignominiã, Per quatuor uerò annos ita uiuens in pœnitentia & lachrymis & omni uirtute, in ægritudinẽ decidit, de qua & mortuus eſt. Quando & finis eius appropinquauit, cœpit timere, & tœdere, ſedulò in memoriam reducens mala quæ fecerat. Ioſaphat autẽ uerbis conſolatorijs alleuiabat triſtitiam & fortitudinẽ quæ ſibi contigerat, dicens: Quare triſtis es pater, & quare temetipſum cõturbas? Spera in Deo, & confitere ei, qui eſt ſpes omnium finium terræ, & in mari lõgè, ſicut ſcriptum eſt per prophetã dicentẽ: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere. Et ſi fuerint peccata ueſtra ſicut phœnicium, quaſi nix dealbabuntur: ſi uerò ut coccinum, ſicut lanam dealbabo. Noli ergo pater timere, noli dubitare. Non uincunt enim peccata conuertentium ſe ad Deum, inæſtimabilẽ illius bonitatẽ. Ipſa quippe ſub menſura ſunt & numero, quantacunq; ſint: illa uerò immenſa eſt, etiam innumerabilis. Non enim poteſt quod

subiace

subiacet nnmero, uniuersum superare. Talibus consolatorijs uerbis incantans ipsius animam, bonæ spei effecit. Deinde extendens pater manus, gratias agens, bona etiam precabatur illi, & diem benedicebat in qua natus ipse fuit, dicens: Fili dulcissime, non meus, sed cœlestis patris, quam retribuam tibi gratiam, qualibus te benedicam benedictionibus? Quam uerò gratiarum actionem referam Deo pro te? Perditus enim eram, & inuentus sum per te. Mortuus eram peccatis, & reuixi. Inimicus Dei & apostata fui, & reconciliatus sum. Quid ergo retribuam tibi pro his omnibus? Deus est, qui dignas reddat tibi retributiones. Sic locutus est, & frequenter dilectum osculabatur filium. Deinde orauit, dicens: In manus tuas benignissime Deus commendo spiritum meum: & ita in pœnitentia Domino animam reddidit. Tunc filius eius Iosaphat lachrymis honorans patrem mortuum, & exequias dignas illi exhibēs, posuit corpus eius in monumēto inter uiros sanctos, & non tamen operuit uestimento regali, sed pœnitentiæ texit cilicio. Stans autem super monumētum, manibus in cœlum eleuatis, & flumina lachrymarum ex oculis deducens, orauit ad Dominum, dicens: Deus gratias ago tibi rex gloriæ, solus potens & immortalis, quia non despexisti deprecationem meam, lachrymas meas non spreuisti: quoniam complacuit tibi ut istum seruum tuum patrem meum cōuerteres ab iniquitatibus, & ad teipsum traheres saluatorem uniuersorum, separansq; à superstitione idolorum, dignū fecisti ut cognosceret te uerum Deum et amatorem hominum. Et nūc domine Deus, inuestigabilis & immensæ bonitatis, colloca eum in loco refrigerij, & in loco quietis, ubi lux splendet uultus tui, & ne memineris iniquitatum illius antiquarum, & secundum magnam misericordiam tuam dele chirographum peccatorum suorum, & chartam illius scinde criminum, & sanctos tuos pacifica ei, quos igne & gladio interemit, & præcipe illis ne contra eum iram teneant. Omnia possibilia tibi sunt omnium domino, nisi hoc solum, misereri eorum qui non conuertuntur ad te, hoc est tibi impossibile. Nam misericordia tua effusa est super omnes, & saluas inuocātes te Domine Iesu Christe, quia decet te omnis gloria in secula: Amē. Tales orationes & deprecationes obtulit Domino in totis septē diebus, nullo modo à monumento surgens, immemor penitus cibi ac potus, nec quietis somniq; particeps, sed lachrymis pauimentum rigabat, gemitibusq; inenarrabilibus orando Deum pulsabat. Octaua autē die ad palatium regressus, cunctas diuitias & pecunias indigētibus distribuit, ita ut nullus iam relinqueretur inopiam patientium. In paucis ergo diebus huiusmodi perficiens ministerium, & omnes thesauros euacuans: quatenus per angustam intraturum portā non impediret pondus pecuniarum. Quadraginta dies obitus patris sui memoriam ei perficiens, conuocat omnes principes & militari præcinctos baltheo, & urbani populi non paucos: sedensq; pro tribunali, ait in audientia omnium: Ecce sicut uidetis, rex Auennir, pater meus, quasi unus de pauperibus mortuus est, neq; diuitiæ, neq; regalis gloria, neq; ego dilectus filius illius, neq; aliquis de cæteris amicis suis & cognatis adiuuare illum præualuerunt, ut ineuitabilem sententiam præteriret, sed abijt ad illa iusta iudicia, rationem redditurus conuersationis præsentis uitæ, nullum de omnibus ducens secum adiutorem, nisi tantum quæ egit opera qualiacunq; sint. Idipsum aut & de omnibus humanæ sortis naturam contingere constat, nec aliter. Nunc ergo audite me amici mei & fratres, populus Domini, & hæreditas sancta, quos redemit Christus pretioso sanguine suo, & de antiquo errore & seruitute aduersarij eruit. Ipsi nostis inter uos conuersationem meam, quomodo ex quo Christum cognoui, & seruus eius esse merui, omnia habens odio, ipsum concupiui solum: & istud mihi erat desiderabile, ut à strepitu uitæ & uana conturbatione subtrahendo me, solus sibi uacarem, & in silentio & quiete animi seruirem Domino Deo. Sed impediuit me patris mei obstinatio & mandatum, honorari præcipiens genitorem. Vnde Dei gratia & cooperatione non frustra laboraui, nec in uanum tales dies expendi. Nam illū Christo reconciliaui, & omnes uos hunc solum cognoscere uerum Deum, & dominum omnium docui. Non autem hæc ego feci, sed gratia Dei mecum, quæ & me de superstitioso errore liberauit, & de seruitute ido

lorum eripuit, & uos populum meum de ſæua captiuitate liberauit. Iam ergo tempu
eſt, ut de cætero compleam quæ promiſi Deo opera. Tempus eſt eundi quò ipſe c
ducet me, & reddam uota mea quæ uoui ei. Nunc ergo uos conſiderate, quemcu
que uelitis præeſſe uobis, & regnare. Iam enim perfecti eſtis in uoluntate Domini, &
nihil uos latet præceptorum eius. In iſtis ambulate non declinantes ad dextram u
ad ſiniſtram, & Deus pacis erit uobiſcum. Hæc ut audiuit populus ille, & uiroru
congregatio, tumultus illico & planctus & uox maxima & confuſio fit, flentibus o
mnibus & lamentantibus ſuam deſolationem. Talia lamentantes, & cum lamentatio
nibus etiam ſacramentis obteſtabantur, ſe non eum dimiſſuros aliquatenus, ſed com
prehenſuros, & diſcedere penitus non conceſſuros. Ita uociferante populo, & prin
cipibus omnibus, rex turbam ſedare uolens, ſilentio imperato, eorum ſe obedire pro
miſit obſtinationi. Contriſtatos tamen & triſtitiæ ſigna in uultu ferentes, domum re
miſit. Ipſe autem unum de principibus, qui erat ei charus præ omnibus, & propter
fidei pietatem & pudicitiam uitæ admirandus, Barachiam nomine, quem & ſuperius
ſermo demonſtrauit, quando Nachor Barlaam ſimulans cum philoſophis diſputauit,
qui ſolus paratus fuit ſecum aſtare, & decertare aduerſus illos, zelo diuino ſuccenſus
in corde: ſingulariter aſſumens, leniter alloquebatur, & dulciter flagitabat, ut regnum
ſuſciperet, & cum timore Dei populum illius regeret, quatenus ipſe deſideratam à ſe
uiam pergeret. Vt autem illum negantem uidit, & omnino reſpuentem, & dicentem,
ô rex, quàm iniuſtum iudicium tuum, quam'que non ſecundum mandatum tuus eſt
ſermo. Si enim diligere proximum ſicut teipſum edoctus es, qua ratione onus quod
ipſe deponere feſtinas, mihi conaris imponere? Nam ſi bonum eſt regnare, ipſe quod
bonum eſt tene: ſi autem iſtud eſt animæ ſcandalum atque offendiculum, cur mihi im
ponis illud, & uis me ſupplantare? Poſtquam ergo talia dicentem et aſſerentem uidit, à
colloquio ceſſauit. Et ecce intempeſta nocte epiſtolam quidem ad populum ſcripſit,
multa refertam philoſophia, & omnem pietatem pronunciantem, quomodo deberent
in Domino gloriari, & qualem uitam ei offerre, quales'que hymnos, & quas gratia
rum actiones. Deinde non alium quàm Barachiam præcepit in regalem principatum
eis aſſumere. Et in ſuo cubiculo chartam, in qua epiſtola erat ſcripta, derelinquens,
clam omnibus de palatio egreditur. Sed penitus latêre non potuit. Nam ſummo di
luculo hoc auditum eſt, & turbationem repentinam & luctum populis exhibuit. Qui
celeritate multa ad inquiſitionem eius egrediuntur, præripere fugam ei omni modo ſa
tagentes. Vnde nec in uanum ceſſit eis ſtudium. Vt enim omnes præoccupauerunt
uias, cunctos'que montes circundederunt, & inuias circuierunt ualles, in torrente
quodam hunc inuenerunt, manus in cœlum extenſas habentem, & orationem ſextæ
celebrantem horæ. Videntes autem eum, perfuſi ſunt lachrymis, rogantes, & diſceſ
ſionem improperantes. Ille autem ait: Cur fruſtra laboratis? Non enim ultrà me re
gem habere ualetis. Plurima uerò illorum conſtrictus inſtantia, reuertitur ad palatium.
Et congregatis omnibus, declarauit ſuum conſilium. Deinde & iuramento confirmat
ſermonem, quòd nec unam cum ipſis diem de reliquo facturus eſſet. Ego enim mi
niſterium meum in uobis impleui, & nihil dimiſi neque ſubterfugi utilium, quin an
nunciarem uobis & docerem, teſtificans omnibus fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti,
& pœnitentiæ uiam oſtendens. Et nunc ecce ego pergo uiam, quam ex longo iam
tempore deſideraui, & amplius non uidebitis faciem meam uos omnes. Propter quod
teſtificor uobis hodie ſecundum diuinum Apoſtolum, quod ego mundus ſum à ſan
guine omnium ueſtrûm. Non enim ſubterfugi, quin annunciarem uobis omne con
ſilium Dei. Hæc audientes, & intentionis eius firmitatem ſcientes, quoniam à pro
poſito ſuo non ualerent eum prohibere, mœrebant quidem deſolationem ſuam, non
poterant autem omnino ipſi ſuadere. Tunc rex Barachiam illum quem & ſuperior ſer
mo demonſtrauit, apprehendens, dixit: Fratres, hunc uobis ordino regem. Illo ue
rò fortiter aduerſus negocium repugnante, inuitum atque uolentem in regali princi
patu conſtituit, diadema capiti eius impoſuit, annulumq́ue regalem miſit in manu eius,
& ſtans

& stans contra orientem, orationem pro eo fudit ad Dominum, inconuertibilem sibi in Deum fidem seruari, & indecclinabilem secundum mandata Christi inuenire uia. Orauit etiam pro omni grege & hæreditate, petijt'que auxilium à Domino eis & salutem, & omne quodcunque eis expediret ad utilitatem dispensandam. Ita oratione facta, conuersus dixit Barachię: Ecce tibi frater mando, sicut aliquando Apostolus testificatus est, attende tibi & omni gregi in quo te spiritus sanctus posuit regem, ad regendum populum Domini, quem acquisiuit sanguine suo. Et sicut ante me cognouisti Deum, & seruisti ei munda conscientia, sic & modò ampliori studio placere satage illi. Nam quanto maiorem à Domino adeptus es principatum, tanto potioris exactionis debitor existis. Et ideo retribue benefactori debitum gratiarum actionis, sancta illius custodiendo mandata, & ab omni declinando uia quæ ducit ad perditionem. Si enim in nauigantibus quandoquidem nauta fallit, modicam remigibus infert læsionem: quando uerò gubernator, totius efficit nauis perditionem: sic & in regibus. Si quis principum delinquit, non tantum populo quantum sibimetipsi nocet. Si uero rex ipse, omnis operatur conuersationis detrimentum. Et ideo maximas sustinebis pœnas, si quid utilium spreueris. Quapropter cum multa diligentia custodi teipsum in bono, cunctam exosam habēdo uoluntatem ad peccatum te trahentem. Ait enim Apostolus: Pacem sectamini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Cyclum attende humanarum rerum, quomodo currit, contrario'que modo & uano fert ipsas & circumfert. Et in istarum ueloci permutatione, immutabilem serua piam cogitationem. Nam uariari rerum mutatione, mentis inconstantis indicium est. Tu autem fixus esto in bono, & omnino stabilis. Ne extollaris propter temporalem gloriam inani tumore, sed expiata cogitatione ignobilitatem tuæ naturæ considera, breuitatémque & incertitudinem istius uitæ & carni mortem copulatam. Et ista cogitans, in superbiæ non decides foueam: sed timebis Deum uerum, & cœlestem regem, & uere beatus eris. Beati enim (inquit) omnes qui timent Dominum, & qui ambulant in uijs eius. Et, Beatus uir qui timet Dominum, in mandatis eius uolet nimis. Quæ uerò ante omnia debes seruare mandata? Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et, Estote misericordes, sicut pater uester misericors est cœlestis. Hoc enim mandatum ante omnia debent seruare, qui in maiore sunt principatu locati. Et certe maximam potestatem accipiens, datorem potestatis iuxta possibilitatem debet imitari. In hoc autem Deum maximè imitabitur, si nihil iudicauerit quàm misereri preciosius. Sed & obedientem nihil ita ad amicitiam Dei pertrahit, sicut beneficentiæ gratia indigentibus exhibita. Nam propter timorem facta eleemosina, adulationi est comparanda, ficto honoris nomine sibi attendentes decipiens, & non sponte subditum resilire facit, temporis occasione reperta. Vinculis uerò amicitiæ astrictus, firmam habet ad id quod tenetur effectionem. Idcirco beneficus esto indigentibus, & aperi aures pauperibus, ut inuenias auditum Dei tibi reseratum. Quales enim nostris conseruis erimus, talem circa nos inueniemus Dominum. Et sicut audierimus, audiri merebimur. Et sicut uidebimus, uidebimur à diuino & omnia cernente oculo. Inseramus igitur misericordiæ misericordiam, ut pro simili similem accipiamus. Sed & aliud audi mandatum consimile primo: Dimittite, & dimittetur uobis. Et, Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, neque pater uester cœlestis dimittet uobis peccata uestra. Quapropter malitiæ memoriam non retinebis aduersus peccantes, sed ueniam postulans delictorum tuorum, indulge & ipse in te peccantibus: quoniam remissioni recompensatur remissio: & aduersus conseruos nostros reconciliatio, Dominicæ iræ fit sedatio. Et rursus duritia nostra erga peccantes, irremissibilia nobis facit nostra peccamina, sicut audis quid millium passus est debitor talentorum erga proximum immisericordia, sibimet ad actum reuocans huiusmodi debitum. Propter quod diligenter nobis considerandum est, ne nos similia patiamur, sed dimittamus omne debitum, & omnem iram ex corde eijciamus, ut & nobis dimittantur nostra delicta. In omnibus autem & ante omnia bonum custodi

stodi depositum, piam uidelicet fidei rationem quam didicisti, & omnis zizania hæresis non pullulet in uobis, sed mundum & sine dolo semen conserua diuinum, ut multiplicem fructum Domino consignes, quando uenerit rationem ponere cum unoquoque nostrûm, & reddere unicuique iuxta opera sua: quando iusti quidem fulgebunt sicut sol, peccatores uerò tenebræ operient & æterna confusio. Et nunc fratres commendo uos Deo, qui uos potest ædificare, & dare uobis hæreditatem in sanctificatis omnibus. Et hæc dicens, positis genibus suis, cum lachrymis rursus orauit. Et conuersus osculatus est Barachiam, quem regem ordinauerat, & omnes principes. Tunc iam funduntur lachrymæ ueraciter ex corde. Circunstantes enim eum uniuersi, quasi animæ illorum ex illius penderent anima, & sine illo nullo modo uiuere possent, quid non compassione dignum dixerunt? Qualem lamentationis excellentiam dereliquerunt? Osculabantur & amplexabantur: reuerentiæ obliuionem, doloris passio fecerat. Væ nobis, clamabant, ab hac infelicitate atrocissima. Deinde illum uocabant patrem, saluatorem, benefactorem. Per te (inquiunt) Deum cognouimus, ab errore liberati sumus, & ab omnibus malis requiem inuenimus. Quid ergo erit nobis post tuum discessum? Quæ nos mala non apprehendent? Talia dicentes, pectora percutiebant, & quæ comprehenderant eos deflebant infortunia. Ille autem in sermonibus consolationis plurimos gemitus illorum compescuit, cum eis se spiritu futurum promittens, quod corpore iam esset impossibile.

Talia dicens, omnibus uidentibus egreditur de palatio. Cum quo mox omnes exierunt, promittentes se ad ciuitatem non reuersuros, nec etiam oculis eam amplius se uisuros. Vt autem extra ciuitatem facti sunt (quia sermone blando ab illo discedere nolebant) increpatione auulsi sunt, & inuiti reuertebantur. Frequenter eis conuertentibus, quidam autem feruentiores mœrentes à longè sequebantur eum, quousque nox superueniens separauit eos ab inuicem.

Egrediebatur ergo de regno suo fortis ille iuuenis, gaudens uelut quando de longo exilio in suam aliquis reuertens patriam lætus ambulat, & erat indutus extrinsecus quidem consuetis uestibus, intrinsecus uerò laneo panno, quem Barlaam sibi dederat. Nocte itaque illa in domunculam cuiusdam pauperis hospitatus, uestimentis suis exutis, ea pauperi tradidit, ultimam eleemosinam istam perficiens. Et sic tam illius quàm aliorum multorum pauperum orationibus procuratorem sui Domini acquirens, & ipsius gratiam & auxilium quasi uestimentum salutis & indumentum lætitiæ sibimet circumponens, ad eremicam egressus est uitam, non panem secum deferens, non aquam, non aliquid aliud ad cibum pertinens, non uestimento indutus alio, nisi duro illo panno tantum, cuius paulo antè memoriam fecimus. Desiderio enim quodam incredibili & amore diuino uulneratus animo immortalis regis Christi omnino desiderati, erat extra se factus, totus enim liquefactus amore. Fortis enim (inquit) ut mors dilectio. Huiusmodi ipse à diuina charitate susceperat ebrietatem, ita exarserat siti secundum prophetam dicentem: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus fontem uiuum. Et quemadmodum uulnerata tali dilectioni anima clamat in Canticis canticorum: Vulnerata charitate ego sum. Et alibi: Ostende mihi faciem tuam, & fac me audire uocem tuam. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Huius ineffabilis pulchritudinis Christi amorem uelut ignem in corde suscipiens, Apostolorum chorus & martyrum populi, omnia spernebant quæ uidentur, omnem scilicet uitam temporalem. Mille tormentorum species subibant animantes diuinam pulchritudinem, & circa nos Dei uerbi cogitantes dilectionem. Hunc ignem & bonus iste, nobilis quidem corpore, nobilior uerò & regalior anima, in seipso suscipiens, omnia simul terrena despiciebat, omnes'que conculcabat corporis uoluptates. Spernebat diuitias & gloriam, & ab hominibus honorem. Deponebat diadema & purpuram, aranearum tela fragiliora ista cogitans. Ad omnia uerò laboriosa & tristia eremiticæ uitæ, promptum semetipsum exibuit, clamans: Adhæsit Christe, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.

Et ita inconuertibiliter ingressus est uastitatē eremi, & quasi onere quodam & graui catena deposita rerum temporalium confusione, lætabatur spiritu: & desideratum intuens Christum, clamabat ad eum quasi præsentem & uocem audientem, dicens: Bona mundi huius Domine ne uideat oculus meus, neq; eleuetur amodo mens mea presenti uanitate, sed imple oculos meos lachrymis spiritualibus: dirige gressus meos & ostende mihi famulum tuum Barlaam, ostende mihi eum, qui mihi salutis, tua gratia, autor factus est, ut eremiticę uitę huius per ipsius diligentiam addiscam exercitiū, ne pugnandi imperitia ab inimico supplanter. Da mihi Domine uiam inuenire per quam ueniam ad te, quia uulnerata est anima mea amore tuo, & te sitio fontem uitæ & salutis. Hæc uoluebat penes semetipsum semper, & Deo dicebat, per orationem ei & contemplationem altissimam iunctus, & ita impensius iter suum peragebat, ad chorum sanctorum peruenire satagens, ubi Barlaam degebat. Edebat uerò herbas, quæ per eremum nascebantur. Nihil enim aliud deferebat secum (ut dictum est) nisi solum corpus suum, & pannum quo coopertus erat. Sed & cibum quidem mediocrem & paruum de herbis sumebat. Aquæ uerò omnino penuriam patiebatur, inaquosa & arida existente eremo illa. Itaque iam circa meridiem sole ardente uehementer, iter agendo uehementius ipse æstuabat siti, æstu perseuerante, & ultima affligebatur miseria. Sed uincebat desiderium naturam, & sitis qua Deum sitiebat, flammam rorabat sitis aquæ. Inuidus uerò & osor hominum diabolus, non sufferens in iuuene tale cernere propositum, & sic feruentissimam in Deo dilectionem, plurimas per eremum excitauit tentationes, submittens ei memoriam regalis gloriæ suæ, & dudum assistentium ei splendidissimi obsequij amicorum & cognatorum atque coætaneorum: & quia cunctorum animæ ex ipsius perficiebantur anima, & alia uitę refrigeria. Deinde asperitatem conuersationis proponebat ei, & plurimos illius sudores, corporisq; infirmitatem, & inconsuetudinem eius in tali miseria, & temporis longitudinem, præsentis'que sitis necessitatem, & nusquam sperandam consolationem tanti laboris, uel finem. Et omnino multum excitauit ei puluerem cogitationum in mente, quemadmodum scriptum est de magno Antonio. Vt autem uidit semetipsum inimicus debilem aduersus illius propositum (Christum enim ipsum cogitans, & illius desiderio accensus, spe'que bona confortatus, & fide stabilitus, pro nihilo illius submissiones reputabat) erubuit. Tunc à prima congressione decidens, alteram pergit uiam. Multæ enim malitiæ eius semitæ, & phantasmatibus uarijs & inanibus eum euertere tentabat, & in formidinem mittere. Aliquando uerò gladium acutum tenens insiluit super eum, & percutere minabatur, nisi retrò statim conuerteretur. Alia uice bestiarum diuersarum formas assumebat, frendens aduersus eum, dirissimum edens mugitum & sonitum. Deinde & in draconem & aspidem & basiliscum transformabatur. Bonus uerò ille & fortissimus athleta, intrepidus erat animo, ceu qui altissimū sibimetipsi refugium posuerat. Mente uerò uigilans, & malignum subsannans, dicebat: Non latet me, ô seductor, quis sis, qui ista mihi excitas, qui & ab initio contra genus hominum talia es fabricatus, & semper malignus es, & lædere nunquam cessas, & aptum tibi habitum & familiarissimum assumis: hoc est, bestias & serpentes imitaris, bestialitatem consilij tui ac prauitatem, uenenum'que & lęsionem intentionis tuę demonstrans. Cur ergo ad impossibilia conaris miserrime? Ex quo enim agnoui tuæ esse nequitiæ machinamenta ista & terrores, mihi nulla de te cura fuit. Dominus mihi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos. Et super aspidem & basiliscum ambulabo, quibus similem te fecisti, te conculcabo & leonem & draconem, uirtute Christi confortatus. Confundantur & reuereantur omnes inimici mei, auertantur & erubescant ualdè uelociter. Hæc dicens, & signum crucis sibimet imprimens arma inexpugnabilia, omnia diaboli phantasmata absentauit. Tunc enim bestiæ ac serpentes sicut deficit fumus defecerunt, & sicut liquescit cera à facie ignis, sic perierunt. Ipse uerò Christi uirtute munitus, ambulabat gaudens, & gratias agens Domino. Sed & bestiæ plurimæ & uariæ, & serpentium atque draconum diuersa genera, quæ eremus illa nutrit obuiantia illi, non iam phantasticæ, sed in ueritate apparuerunt. Quocirca timore

more quidem erat plena uia & labore. Ipſe uerò utraque ſpernebat animo, timorem quidem dilectione (ut ait ſcriptura) forâs mittente, laborem uerò amore alleuiante. Ita ergo multis ac uarijs incommodis & miſerijs fatigatus diebus non modicis, tandem peruenit ad eremum illam Sennaariticæ terræ, in qua Barlaam habitabat: ubi & aquā inueniens, flammam ſitis extinxit.

Manſit autem Ioſaphat duobus annis integris per eremi illius uaſtitatem uagabundus, & non inueniebat Barlaam, Deo & in hoc fortitudinem animi eius & cogitationis ſtabilitatem probante. Et erat ita ſub dio ſole exuſtus per diem, & frigore per noctem congelatus, & inceſſanter quærens uelut aliquem theſaurum precioſum uenerandum ſenem. Plurimas uerò ſuſtinuit tentationes, & pugnas malorum ſpirituum, & multos labores, herbarum indigentia, quibus in cibum utebatur, quia & iſtas, cum ſicca eſſet eremus, rariſsimas ferebat. Sed amore Domini inflammata adamantina anima illa & inuicta, facilius ſuſtinebat triſtia iſta quàm uoluptates: ideoque ſuperno non fuit priuatus adiutorio, ſed ſecundum multitudinem dolorum ipſius & laborum, à deſiderato Chriſto fiebant conſolationes, nocte lætificantes animam. Completis ergo duobus annis, Ioſaphat quidem, inceſſanter circuibat quærens deſideratum, & rogabat Deum, lachrymarum flumina effundens, & clamabat: Oſtende mihi Domine, oſtende mihi uiatorem tuæ cogitationis, & tantorum autorem bonorum, & ne propter multitudinem peccatorum meorum bono tuo priues me, ſed dignum me fac uidere illum, & æqualem ei agonem conuerſationis ponere.

Inuenit autem Dei gratia ſpeluncam, ueſtigia ſequens illuc ambulantium, & monachorum quendam reperit eremiticam uitam tranſigentem. Et hunc flagrantiſsimè amplexatus & oſculatus, rogabat ab illo ſibi oſtendi Barlaam habitaculum, & de ſeipſo cuncta uiro illi manifeſta fecit. Per ipſum itaque didicit habitationem illius quem quærebat. Peruenit'que celerrimè, uelut quando uenator gnarus ueſtigia incurrit uenationis: & habens alia ſigna ab illo ſene ſibi demonſtrata, ambulabat gaudens, & ſpe robuſtus, ſicut paruulus ex longo tempore patrem cupiens uidere. Quando enim amor qui ſecundum Deum eſt, in anima diſtillat, naturali multo eſt feruentior atque fortior.

Stetit igitur ante oſtium ſpeluncæ, & pulſans, Benedic pater, ait, benedic. Vt autem uocem audiuit, exijt Barlaam de ſpelunca. Cognouerat enim per ſpiritum quem ſecundum exteriorem aſpectum perfectè recognoſcere non ualebat, propter mirabilem illam transfigurationem & immutationem, quia immutatus & transfiguratus erat ab aſpectu illo priore, & decora ac florida iuuentute. Nam denigratus erat ab ardore ſolis, comatusq; crinibus, exeſam habens faciem, & oculos in profundum habens demerſos, & cilia exuſta habens riuis lachrymarum, & multa inopiæ afflictione. Sed Ioſaphat ſpiritualem cognouit patrem, characterem uultus ſeruantem eundem. Stans ergo mox contra orientem ſenex, orauit, gratias agendo Deo. Et poſt orationem dicto Amen, apprehendentes ſe & oſculantes, feruentiſsimis alterum amplexibus conſtringebant, & præ interno amore ſatiari non poterant. Vt autem ſufficienter ſe uiderunt, oſculati ſunt inuicem, & proprijs nominibus ſe ſalutauerunt, ſedentesq; colloquebantur.

Sermonem autem incipiens Barlaam: Bene ueniſti, dicebat, fili Dei, & hæres cœleſtis regni, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem dilexiſti, quem meritò deſideraſti, ſuper omnia temporalia & corruptibilia. Et ſicut prudens negociator & ſapiens, omnibus uenditis, precioſiſsimam emiſti margaritam: & theſauro abſcondito in agro reperto mandatorum Domini, omnia dediſti, nulli parcens prætereuntium, ut agrum illum emeres tibimetipſi. Donet tibi Dominus pro temporalibus æterna, pro corruptibilibus incorruptibilia, & non ueteraſcentia. Dic ergo mihi fili dilectiſsime, quomodo huc ueniſti, & quomodo poſt meum diſceſſum factum eſt de te, & ſi cognouit Deum pater tuus, aut ſi & hucuſque in prima perſeuerans inſipientia, ac dæmonum ſeductione captiuatur.

Hæc Barlaam interrogante, Ioſaphat referre cœpit, quanta poſt illius abſceſſum facta

facta ſunt ei, & quomodo Dominus omnia in proſperitatem uertit, uſque ad præſentem eorundem coniunctionem. Senex autem audiens iſta cum delectatione & miraculo, præ gaudio lachrymatus, dicebat: Gloria tibi Deus noſter, qui ſemper a-des & auxiliaris diligentibus te. Gloria tibi Chriſte rex uniuerſorum, & Deus beniġniſsime, quia complacuit tibi ſemen quod in anima ſeminaui ſerui tui Ioſaphat, ſic centeſimum referre fructum, dignum quidem te agricola, & Domino noſtrarum animarum. Gloria tibi paraclete bone, ſanctiſsime ſpiritus, quia quam dediſti gratiam ſanctis tuis Apoſtolis, huius participem dignum fieri feciſti ſeruum tuum, & innumeras hominum multitudines à ſuperſtitioſo per ipſum errore liberaſti, & uera illuminaſti Dei notitia. Sic ſic ab ambobus Deo gratiæ referuntur: & talia colloquentibus & Dei exultantibus gratia, ſuperuenit ueſpera.

Tunc ad orationem ſurgentes, conſuetum celebrarunt officium. Deinde cœnaturis ponit menſam Barlaam locupletem, ſpiritualem plenam epulis, ſenſualem uerò nequaquam participem conſolationis. Olera enim fuerunt cruda, quorum ſenex ipſe operator & cultor fuit, & dactyli pauci, qui in ipſa eremo inueniebantur, & ſylueſtres herbas. Gratias igitur agentes, & appoſita edentes, & aquam de fonte qui aderat bibentes, aperienti manum & implenti omne animal, denuò gratias egerunt. Rurſus autem ſurgentes, & nocturnas complentes orationes, ſpirituale poſt orationem repetunt colloquium: ſermones uidelicet ſalutis, & cœleſti plenos philoſophia, per totam ſecum conferentes noctem, donec eos mane ſolitarium iterum recordari orationum fecit.

Manſit autem Ioſaphat cum Barlaam ſic plurimis annis, mirabilem illam & ſuper hominem tranſigens conuerſationem, & quaſi patri huic eruditori per omnia obediens & conſentiens, omníque ſubiectione & humilitate ſe illi ſubijciens, & ad omnem uirtutis ſpeciem ſemetipſum exercens, optiméque inſtructus ad luctandum contra iniquiſsimos ſpiritus. Hinc quidem paſsiones cunctas mortificat, prudentiam uerò carnis ſubiecit ſpiritui quaſi ſeruum Domino, deliciarum & requietionis penitus oblitus. Somno uerò quaſi malo precipiebat domino. Et ut ſimpliciter dicam, tantus inerat ei labor conuerſationis, ut & ipſe miraretur, qui plurimos in hac expenderat annos Barlaam, & perſeueranti illius uinceretur inſtantia. Nam tantum de illo duro & inconſolabili cibo percipiebat, ut ſolum poſſet uiuere, ne ſi uiolenter moreretur, mercedes amitteret bonarum operationum. Sic autem ad uigilandum naturam ſubdidit, quaſi incorporeus aliquis & ſine carne. Orationis etiam illi & intellectualis operis inceſſabile opus erat, & omne uitæ tempus in contemplationibus expendebat ſpiritualibus & cœleſtibus, ut nec horam nec punctum ipſe perderet omnino, ex quo in illa eremo habitauit. Hoc enim opus uerè monaſtici ordinis eſt, nunquam ocioſum inueniri à ſpirituali operatione. Quod bene obſeruauit ille fortis & congruentiſsimus curſor ſtadij cœleſtis itineris, & inextinguibilem calorem ipſius cuſtodiuit: à principio uſque in finem aſcenſiones ſemper in corde diſponens, & de uirtute in altiorem aſcendens uirtutem, deſiderium deſiderio, ſtudium ſtudio aſsiduè iungens, donec peruenit ad ſperatam & deſideratam beatitudinem. Sic autem inuicem conuerſantibus Barlaam & Ioſaphat, & bona cõiunctione unitis, & extra ſolicitudinem & uniuerſam ſecularem exiſtentibus perturbationem, purificatamq; mẽtem poſsidentibus, & expiatã ab omni confuſione, poſt multos ſuos pro pietate labores, quadam die aduocauit ſenex ſpiritualem filium, quem per euangeliũ genuit: & tunc ſermonẽ arripuit & ſpirituale colloquium, ita dicens: Dilectiſsime Ioſaphat, in hac te eremo habitare oportebat. Et hoc mihi Chriſtus oranti de te promiſit, ante uitæ meę obitũ uidendũ. Vidi ergo ſicut deſiderabam. Video enim te modo à mundo abſtractũ, & ab his quæ in mundo ſunt: coniunctũ uerò Chriſto inſeparabili mẽte, & in menſurã ueniſſe pfectionis plenitudinis ipſius. Nũc autẽ quoniã iam mihi reſolutionis tẽpus in ianuis eſt, & ſociale et coętaneũ deſideriũ eſſe cũ Chriſto iam cõpletũ eſt: tu quidẽ corpus meum terra operi, & puluerẽ tradi pulueri. Mane uerò cęte ro in hoc loco, ſpirituali adhęrẽs conuerſationi, & meæ memoriã faciens humilitatis.

Timeo enim, ne fortè obscura dæmonum multitudo animæ meæ obsistant propter multitudinem ignorantiarum mearum. Tu ergo fili ne metuas laborem conuersationis, neque formides longitudinem temporis, & uersutias dæmonum: sed horum quidem infirmitatem Christi uirtute munitus, audacter deride. Aduersus uerò duritiam laboris & temporis spacium sic eris, quasi quotidie hinc migrationem expectans, & quasi initium esse tibi conuersationis hanc diem & finem existimans. Sic semper ea quæ retrò sunt obliuiscens, & ad ea quæ antè sunt te extendens, secundum intentionem persequere ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Quemadmodum sanctus Apostolus iubet, non deficiamus, dicens: Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Nam momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. Ista cogitans charissime, confortare, & esto robustus, & quasi bonus miles contende regi tuo placere. Et si cogitationes tibi pusillanimitatis malignus immiserit, & rigorem relaxare propositi studuerit, ne acquiescas eius uersutijs, Dominicum considerans præceptum: In mundo tribulationem habebitis: sed confidite, quia ego uici mundum. Ideoque gaude in Domino semper, quia elegit te, & separauit de mundo, & posuit ante faciem suam. Ipse autem qui te uocauit uocatione sua sancta, adest tibi semper, nihil solicitus sis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones tuæ apud Deum innotescant. Ipse enim dixit: Nõ te deseram, neque derelinquam. Sic ergo in duritia conuersationis & pusillanimitate exercitij tales possidens cogitationes, lætare, memor Domini Dei nostri. Memor enim (inquit) fui Dei & delectatus sum. Quando autem rursus alium deceptionis modum econtrario callidè perquiret hostis, elatas supponens cogitationes, & gloriam multam regni quod dimisisti, & cætera quæ in mundo sunt, salutarem appone sermonem quasi scutum, dicentem: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus, quæ debuimus facere fecimus. Sed quis ex nobis ualet debitum persoluere, quod debemus Domino, pro eo quòd cum diues esset, pauper factus est, ut nos illius paupertate ditaremur, & passus est impassibilis, ut à passionibus nos liberaret? Quæ enim est gratia seruo, similia Domino pati? Nobis enim plura desunt de passionibus eius. Hæc meditare cogitationes emundans, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei & in captiuitatem ducentem, redige omnem sensum in obedientiam Christi. Et pax Dei quæ superat omnem sensum, custodiat cor tuum, & intelligentias tuas, in Christo Iesu Domino nostro.

His à beato Barlaam dictis, riui lachrymarum Iosaphat mensuram non habebant, sed uelut de fonte multifluo scaturientes, eum totum ac terram in qua sedebat rigabant. Deflens autem separationem, uehementer rogabat, ut comes eius itineris moriendo fieret, & ne post se relinqueret illum in hac uita, dicens: Cur quæ tua sunt tantum pater quæris, & non ea quæ proximi sunt? Quomodo uerò perfectam in hoc imples charitatem secundum eum qui dicit, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Ad requiem quidem ipse pergens, in tribulatione ac miseria me derelinquis: & priusquam bene exercitatus sum laboribus conuersationis, & hostium didicerim multimodas congressiones, ad monomachiam me ipsorum exponis, & quid fiet aliud, nisi ut prosternar multimodis illorum machinamentis, & moriar in anima (heu mihi) in æterna morte, quod inexpertis & formidolosis contingere constat pugnatoribus. Sed deprecare Dominum, quæso te, ut comitem me de hoc seculo tecum assumas: etiam per ipsam spem quam habes recipiendi laboris præmium deprecare, ne uel unam diem post tuum discessum faciam in hac uita, & in uastitate huius deserti oberrem.

Hæc Iosaphat cum lachrymis dicente, senex leniter & planè respondit, dicens: Non debemus fili incomprehensibilibus iudicijs Dei resistere. Ego enim plurimum de hoc

de hoc deprecatus sum Dominum, ne separaremur ab inuicem: & edoctus sum à bonitate illius, quia non est congruum te nunc pondus deponere carnis, sed permanere oportet in exercitio, donec splendidiorem coronam tibimet componas. Non enim sufficienter adhuc decertasti, ad eam que tibi præparata est mercedis retributionem: sed oportet te hic modicum laborare, ut lætus intres in gaudium Domini tui. Ego enim ferè centum sum annorum. In hac uerò eremo annos septuaginta quinque peregi. Tibi autem licet non tantum tempus sit constitutum, sed tamen appropinquare oportet, sicut iubet Dominus: ut cum similis ostendaris mihi, & nihil minus habens ab eis qui portauerunt pondus diei & æstus. Suscipe ergo charissime libenter quæ à Deo decreta sunt: nam ea quæ ipse disposuit, quis hominum sufficit mutare? Vnde in his perseuera, eius custoditus gratia. Vigila autem semper aduersus cōtrarias cogitationes, & munditiam mentis quasi quendam thesaurum preciosum cōserua, ad altiorem operationem & contemplationem uegetans temetipsum quotidie, ut impleatur in te quod amicis suis Saluator promisit, dicens: Si quis diligit me, sermones meos seruabit. Et pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ioannis 14.

Hæc dicens senex, & multo plura, sanctissima illius anima & theologa lingua digna, contristatam Iosaphat animam consolatus est. Deinde ad quosdam transmittit eum fratres procul habitantes, ut afferret ei quæ ad sacram hostiam consecrandam erant necessaria. Tunc confortatus Iosaphat ualdè, uelociter ministerium impleuit. Metuebat enim, ne fortè se absente naturæ debitum Barlaam solueret, & spiritum Domino traderet, detrimentúmque sibi dirissimum inferret, non uerba testatoria, non orationes, non benedictiones illius adepto. Ita ergo uiriliter ab illo longa uia peracta, & allatis pro quibus ierat, offert Deo sacrificium sanctissimus Barlaam. Et communicans ipse, tradidit & Iosaphat incontaminata Christi mysteria, & exultauit spiritu. Deinde consuetum percipientes cibum, ædificatorijs uerbis animam rursus Iosaphat alebat, dicens: Non iam nos dilectissime fili in unum comgregat esus & mensa in hac uita: ingredior enim iam uniuersalem uiam patrum meorum. Oportet ergo te erga me dilectionem per custodiam mandatorum Dei, & in hoc loco usque in finem perseuerantiam ostendere, conuersans quemadmodum didicisti et edoctus es, memor semper humilis & negligentis animæ meæ. Gaudio igitur gaude, & in Christo exultatione lætare. quia pro terrenis & corruptibilibus accipio æterna & incorruptibilia, & quia appropinquat merces operum tuorum, & mercedis retributor iam adest, qui uenit uineam inuisere quam coluisti, & plenius tibi mercedem operis tui exhibebit. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, sicut sanctus clamat Apostolus Paulus: Nam si commorimur, & conuiuemus. Si sustinemus, & conregnabimus in regno æterno & infinito, luce splendentes inaccessibili, & splendore digni effecti beatæ & indiuisæ trinitatis.

Talia quidem Barlaam usq; ad uesperam, & per totam noctem Iosaphat loquebatur ineffabili dolore detento, & separationem non ferenti. Mox uerò illucescente die ad eum collocutionem finiens, eleuatis in cœlum manibus & oculis, & gratiarum actionem referens Deo ait: Domine Deus meus, qui ubique præsens es & omnia imples, gratias ago tibi, quia respexisti humilitatem meam, & in orthodoxa confessione, & in uia mandatorum tuorum dignum me fecisti cursum consummare huius incolatus mei. Et nunc optime Domine & misericordissime, suscipe me in ęterna tabernacula, & ne recorderis peccata, quæ tibi peccaui scienter & ignoranter. Custodi etiā & hunc fidelem famulum tuum, cui præesse me uoluisti indignum famulum tuum. Erue eum ab omni uanitate & tentatione aduersarij, & altiorē illum facito perplexis laqueis, quos in laqueū posuit malignus omnib qui salui fieri uolūt. Disperde omnipotēs omnē uirtutē seductoris à facie serui tui, & da ei potestatē cōculcandi nequissimū caput hostis animarū nostrarū. Mitte ex alto gratiā spiritus sancti tui, & corrobora illum aduersus inuisibiles hostes. ut uictoriæ mereatur à te coronā accipere, & magnificetur nomen tuum in ipso: quia te decet gloria, & laus in secula: Amen.

Finita

Finita oratione, paterno affectu amplexatus Ioſaphat, oſculatus eſt eum oſculo ſancto, ſignoꝙ crucis ſemetipſum ſignans, & pedibus extenſis, exhilarato uultu quieuit in pace, ſenex & plenus dierum.

Tunc Ioſaphat corruens ſuper eum, fletibus atꝙ ſuſpirijs, gemitibusꝙ dolori ſatis faciens, & lachrymis corpus abluens, ac laneo panno quē dederat ei in palatio inuoluens, decātabat pſalmos, per totā diem & totā noctē pſallens, pariter & lachrymis uenerandū beati madefaciens corpus. Sequenti uerò die ſepulchrū faciens prope ſpeluncam, & religioſe ualde & cū ſumma reuerentia ſacram glebā deferens, in monumento depoſuit ſpiritualē patrem, bonus ac uenerabilis filius, & flagranti animo ad intentiſsimam extendens ſe orationem, ait: Domine Deus meus, exaudi orationē meam qua clamaui ad te, miſerere mei & exaudi me: quoniam te ex toto corde meo quæro. Exquiſiuit te facies mea: ne auertas faciē tuam à me, ne declines in ira à ſeruo tuo. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, neꝙ deſpicias me Deus ſalutaris meus. Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autē aſſumpſit me. Legē pone mihi Domine in uita tua, & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniā in te proiectus ſum ex utero de uentre matris meæ. Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me, quoniā præter te nō eſt qui adiuuet me. Ecce enim in multitudine miſerationū tuarū ſpē poſui animæ meæ, guberna uitā meam, qui omnē creaturam ineffabili ſapientię prouidentia regis. Et notam fac mihi uiam in qua ambulem, & ſaluum me fac, quoniam bonus es amator hominū, orationibus & interceſsione famuli tui Barlaam. Quia tu es Deus meus, & te glorifico patrem & filium & ſpiritum ſanctum: Amen.

Finita oratione, iuxta ſepulchrū ſedebat flens, & ſedens obdormiuit. Et uidit terribiles uiros illos, quos & prius uiderat uenientes ad ſe, & deducētes in maximū illum & mirabilē campum, deinde ad glorioſiſsimam & ſplendidiſsimā introduxerunt ciuitatem. Ingrediente uerò illo, alij obuiabant multo fulgentes lumine, coronas in manibus ferentes ineffabili decore reſplēdentes, & quales humani oculi nunquā uiderūt. Interrogante uerò Ioſaphat, cuius ſunt coronæ gloriæ ſplendidiſsimæ quas cerno, reſponderunt: tibi quidem una propter multas animas quas ſaluaſti, præparata eſt, exornanda uerò nunc amplius pro exercitatione eremitica quā peragis, ſi tamē uiriliter in hac in finem uſꝙ perduraueris. Altera uerò tua quidē & ipſa, ſed patri tuo oportet te exhibere eam, qui per te à uia mala declinando, & pœnitentiam ueraciter agendo, reconciliatus eſt Domino. Ioſaphat itaꝙ hoc audito, hæſitanter & mœſtè hoc accepit, & dixit: Quomodo poſsibile eſt, non impar mihi qui tanta ſuſtinui, patrē meum adipiſci donum propter ſolam pœnitentiam? & Barlaam confeſtim æſtimabat ſe uidere, quaſi exprobrantem ſibi & dicentem: Iſti ſunt ſermones mei Ioſaphat, quos aliquando dicebam tibi, & quia cum prædiues fueris, non beneficus eras, & ipſe hæſitabas in uerbo. Nunc autem quomodo contriſtatus es de æquali honore, tibi uidelicet & patri, & non potius lætatus es animo, quòd exaudita eſt tua multa pro ipſo oratio? Ioſaphat autem, prout mos erat ei ſemper dicere: Ignoſce ait, pater ignoſce, & ubi habitas oſtende mihi. In hac (inquit ſenex) ſpecioſa & magna ciuitate habitationem habere merui, in media urbis platea luce fulgentem eximia. Rogare uerò iterū Ioſaphat Barlaam ſe putabat, ut eum induceret in habitaculū, & affectuoſè in hoſpitio ſuo reciperet. Sed nondum tempus ueniſſe dicebat ille, quo ad illa peruenire poſſet habitacula, adhuc humano ſubiectum corporis ergaſtulo. Si ergo uiriliter perſeueraueris (quemadmodum mandaui tibi) uenies paulo poſt, et eiſdem dignus efficieris manſionibus, & eandem gloriam cōſequeris, & eodem gaudio frueris, & in æternum ſimul erimus. Excitatus uerò à ſomno Ioſaphat, luce illa & ineffabili gloria habebat animam adhuc ſatiatam, & cum multa admiratione Domino gratiarum referebat hymnum.

Manſit autem uſque ad finem uitæ ſuæ, angelicam ueraciter in terra ducens conuerſationem, & duriore exercitatione poſt tranſitum ſenis utens. Aetatis quidem ſuæ uiceſimo quinto anno terrenum deſeruit regnum, & eremiticum ſubijt laborem, triginta uerò & quinque annis in hac eremo conuerſatus eſt.

Multas

Multas prius animas hominum diabolo surripuit, & Deo saluandas obtulit, & in hoc perficiendo apostolicam gratiam promeruit. Erat autem martyr uoluntate. Nam cum fiducia magna Christum in conspectu regum & tyrannorum confessus est, & prędicator eius magnitudinis eximius claruit. Multos etiam spiritus nequitiæ in eremo luctando prostrauit, & omnes Christi superauit uirtute, cœlestis'que particeps muneris diutius extitit & gratiæ. Insuper & mundum animæ oculum ab omni terrena caligine habuit, & ualdè præsentia, futura contemplabatur, & Christus erat ei pro omnibus: Christum desiderabat, Christum quasi præsentem cernebat, Christi decorem assiduè speculabatur, secundum prophetam dicentem: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Et iterum: Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Adhæsit enim uerè anima illius post Christum, coniunctione indissolubili illi copulata. Non enim defecit à mirabili ista operatione, nec immutauit rigorem conuersationis suæ à principio usque in finem, æqualem seruans promptitatem à puero usque ad tantam ætatem: imò ad altiorem indies profecit uirtutem, & mundiorem promeruit contemplationem. Denique tali peracta conuersatione, & ita dignam sua uocatione operationem retribuens ei qui se uocauit, crucifigens mundum sibi & seipsum mundo, in pace ad Deum pacis uadit, & ad eum quem desiderauit semper proficiscitur Dominum, & uultui Domini nitidè & mundè præsentatur, illius'que gloriæ iam antè promissa sibi corona exornatur, & Christum cernere dignus efficitur, & cum Christo esse meretur, Christi decore semper exultat. Cuius in manus animam suam commendans, in uiuentium transmigrauit regionem, ubi sonus epulantium, ubi lætantium omnium habitatio. *Psalm.15.* *Psalm.26.*

Preciosum uerò corpus illius quidam uir sanctus, qui habitationem non procul ab eo fecerat, qui ad Barlaam iter illi prius ostenderat, diuina quadam edoctus reuelatione, ipsa hora eius dormitionis aduenit, & sacris laudibus honorificans illum, lachrymas'que effundens, signum erga illum dilectionis, & omnia alia perficiens, quæ Christianis sunt legitima, in sepulchro patris Barlaam posuit eum. Nam decebat eorum simul esse corpora in terra, quorum in cœlis perenniter erant animæ iunctæ. Præcepto etiam cuius terribili per uisionem fortiter illum in mente contestantis, acquiescens eremita qui eum sepelierat, ad regnum Indorum pergere contendit, & ad regem Barachiam peruenit, omnia'que sibi manifesta de beato Iosaphat facit. Ille autem non negligens, illicò pergit cum multitudine magna & uirtute, & ad speluncam peruenit. Monumentum aspicit, & superlachrymatus tollit operculum, & uidet Barlaam, & Iosaphat, habentes membra secundum proprietatem speciei utriusque posita, & corpora nil à priore colore immutata, sincera uerò & omnino integra cum suis indumentis.

Tunc illa sanctarum animarum tabernacula multam odoris suauitatem emittebant, nihil penitus fœditatis retinentia. Quæ rex in thecis preciosis reposita, in suam reportauit patriam. Vt autem ad aures populi peruenit quod factum fuerat, multitudo innumerabilis ex omnibus ciuitatibus & in circuitu regionibus ad adoranda & uidenda beatorum illorum uirorum corpora confluebant honorificè, cum hymnis & canticis, & lampadibus ac cæreis ardentibus. Vnde quidam ibi congruenter satis & ualdè idoneè dixit: Luminaria circa luminis filios & hæredes. Splendidè uerò simul & magnificè in ecclesia, quam Iosaphat ab ipsis fundamentis erexerat, deposita sunt corpora. Plurima ergo miracula & sanitates in translatione & depositione, & deinceps per sanctos suos famulos operatus est Christus, ad laudem & gloriam nominis sui. Et uidit rex & omnis turba, uirtutes quæ per eos fiebant. Et plurimæ gentes quæ erant in circuitu, infidelitate languentes & Dei ignorantia, per ea quæ ad sepulchrum fiebant signa crediderunt. Et omnes uidentes & audientes angelicam Iosaphat conuersationem, & à pueritia inæstimabilem eius ad Deum amorem, mirabantur, glorificantes in omnibus Deum, qui cooperatur diligentibus se, & maximis illos glorificat donis & uirtutibus.

Huc

Huc uſque finis præſentis laboris, quem ſecundum uirtutem meam ſcripſi, ſicuta cepi à uenerabilibus uiris, qui ueraciter illum tradiderunt mihi. Coutingat igitur uo bis legentibus & audientibus utilem animarum narrationem, ut in parte ſanctorum qui ab initio placuerunt Domino computari mereamur, precibus, & interceſsione Ba laam & Ioſaphat beatorum, de quibus eſt narratio, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cu eſt decus, honor & imperium, gloria & magnificentia, cum patre & ſpiritu ſancto nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum: Amen.

Conuerſus ad te Deum patrem Dominum omnipotentem, puro corde tibi quan tum poteſt paruitas mea, maximas atque uberes gratias ago, deprecans toto anim ſingularem tuam manſuetudinem, ut preces meas in beneplacito tuo exaudire digne ris: inimicum quoque à meis actibus & cogitationibus tua uirtute expelle, multiplica mihi fidem, mentem guberna, ſpiritales cogitatio- nes accende, & ad beatitudinem tuam perduce- re dignare, per Ieſum Chriſtum filium tuum: Amen

IOANNIS DAMASCENI HI-
STORIAE FINIS.

IOANNIS CASSIANI EREMITAE IN LIB. DE INSTITVTIS COENOBIORVM PREFATIO AD *Castorem Pontificem.*

VEteris instrumenti narrat historia sapientissimum Salomonem post acceptam diuinitus sapientiam, prudentiamq; multam nimis, & latitudinem cordis quasi arenam maris innumerabilem: ita ut domini testimonio nullus ei similis retroactis temporibus extitisse, neque post eum surrecturus esse dicatur, illud magnificum domino templum extruere cupientem, alienigenæ regis Tyri auxilium poposcisse. Qui misso ad se Hyram filiam mulieris uiduæ, quicquid diuina sapientia suggerente præclarum in templo domini, uel in sacris uasis moliebatur, ministerio eius ac dispositione perfecit. Si ergo ille uniuersis regnis terræ sublimior principatus, & Israelitici generis nobilior excellentiorq; progenies, illaq; sapientia diuinitus inspirata, quæ cunctorum orientalium & Aegyptiorum disciplinas & instituta superabat, nequaquam pauperis atq; alienigenæ uiri consilium dedignatur, rectè etiam tu his eruditus exemplis, beatisime papa Castor, uerùm ac rationabile Deo templum, non lapidibus insensibilibus, sed sanctorum uirorum congregatione, nec temporale & corruptibile, sed æternum atq; inexpugnabile ædificare disponens, uasa etiam preciosissima domino cupiens consecrare, non multo auri metallo argenti'ue conflata, quæ post rex Babilonius capta concubinarum suarum ac principum deputet uoluptati, sed animabus sanctis quæ innocentiæ iusticie & castitatis integritate fulgentes, regē Christum in semetipsis circunferant commorantem, egenum me omniq; ex parte pauperrimum, ad communionem tanti operis dignaris adsciscere. In prouincia siquidem tua cœnobiorum ex parte orientalium maximeq; AEgyptiorum uolens instituta fundare, cum suis ipse cunctis uirtutibus scientiaq; perfectus, & uniuersis ita refertus diuitijs spiritualibus, ut perfectionem quærentibus satis abundeq; non modo tuus sermo, sed etiam sola uita sufficiat ad exemplum, me quoq; elinguem & pauperem sermone atque scientia, ut aliquid ad explementum tui desiderij de inopia sensus mei conferam, poscis præcipisq; ut instituta monasteriorum quæ per AEgyptum ac Palestinam custodiri conspeximus, ita ut ibi nobis à patribus tradita sunt, quamuis imperito digeram stilo, non leporem sermonis inquirens in quo ipse adprimè es eruditus, sed sanctorum simplicem uitam simplici sermone fratribus in nouello monasterio tuo cupiens explanari. Cui rei quantum me pius ardor desiderij tui prouocat obedire, tantum permultiplices æstuum moles uolentem obtemperare deterrent. Primum quia nec uitæ meæ ita equiparant merita, ut confidam me res tam arduas, tam obscuras, tam sanctas, dignè posse animo ac mente complecti. Secundo quòd ea quæ à pueritia nostra inter eosdem constituti atq; ipsorum incitati quotidianis adhortationibus & exemplis, uel agere temptauimus, uel didicimus, uel uisu percepimus, minimè iam possumus ad integrum retinere, tot annorum circulis ab eorum consortio & imitatione conuersationis abstracti, præsertim cum harum rerū ratio nequaquam possit ociosa meditatione doctrinaq; uerborum, uel tradi uel intelligi, uel memoria contineri: totum nanq; in sola experientia usuq; consistitt. Et quemadmodum tradi nisi ab experto non queunt, ita nec percipi quidem uel intelligi, nisi ab eo qui de pari studio ac sudore apprehendere elaborauerit, possunt: quæ tamen si collatione iugi spiritualium uirorum frequtēer discussa non fuerint & polita, cito mentis retrorsum incuria dilabuntur. Tertio quia idipsum quod utcunq; non promerito rei, sed pro presentis temporis statu possumus reminisci, imperitior sermo cōgruè non ualet explicare. Huc accedit, quòd super hac re uiri & uita nobiles, & sermone scientiaq; præclari multa iam opuscula desudarunt, sanctum Basilium & Hieronymum dico, aliosq; nonnullos, quorum anterior sciscitantibus fratribus super diuersis institutis uel quæstionibus non solum facundo, uerum etiam diuinarum scripturarum testimonijs copioso sermone respondit. alius uerò nō solum suo elucubratos ingenio edidit libros, uerum etiā

greca lingua digestos, in latinum uertit eloquium. Post quorum tam exuberantia elo-
quentiæ flumina, possem non immeritò presumptionis notari, si aliquid stillicidij huius
inferre tentassem, nisi me hæc fiducia tuæ sanctitatis animaret & sponsio, quod uel tibi
hæ nugę forent acceptæ qualescunque sunt, uel eas cōgregationi fratrū in nouello tantū
monasterio commorantium deputares. Qui si quid à nobis minus forsitan cautè prola
tum fuerit, & piè relegant, & cum uenia indulgentiore sustentent, fidem potius mei ser-
monis quam uenustatē eloquij requirentes. Quapropter beatissime papa, unicum reli-
gionis & humilitatis exemplar, tuis precibus animatus, secundum uires ingenij mei o-
pus quod iniungis aggrediar, & ea quæ omnimodis intacta relicta sunt ab anterioribus
nostris, utpote qui audita potius quàm experta describere tentauerunt, uelut rudi mo-
nasterio, & ueritatem sitientibus imitabo. Nec planè mirabilium Dei signorumque narra
tionem studebo contexere, quæ quamuis multa per seniores nostros & incredibilia nō
solum audierimus, uerum etiam sub obtutibus nostris perspexerimus impleta: tamen
his omnibus prętermissis, quę legentibus præter admirationem nihil amplius ad instru
ctionem perfectæ uitæ conferunt, instituta eorum tantummodo ac monasteriorum re-
gulas, maximeque principalium uiciorum, quæ octo ab eis designantur origines & cau-
sas, curationesque secundum traditiones eorum, quantum Domino adiuuante potuero
fideliter explicare contendam. Propositum siquidem mihi est, non de mirabilibus Dei,
sed de corruptione morum nostrorum & consummatione uitæ perfectæ, secundum ea
quæ à senioribus nostris accepimus, pauca differere. In eo quoque præceptis tuis satisfa-
cere studebo, ut si quid fortè non secundum typum maiorum antiquissima constitutio-
ne fundatum, sed pro arbitrio uniuscuiusque instituentis monasterium uel diminutum,
uel additum in istis regionibus comprobauero, secundum eam quam uidimus mona-
steriorum regulam, per Aegiptum, uel Palestinam antiquitus fundatorum, fideli sermo
ne uel adijciam uel recidam. Nequaquam enim credas rationabilius quippiam uel per-
fectius cōstitutionem nouellam in occiduis Galliarum partibus reperire potuisse, quā
illa sunt instituta, in quibus ab exordio prædicationis Apostolicæ à sanctis ac spirituali-
bus patribus fundata monasteria ad nos usque perdurant. Illam sanè moderationem opu
sculo huic inserere præsumam, ut ea quæ secundū Aegyptiorum regulam, seu pro aspe-
ritate aërum, seu pro difficultate ac diuersitate morum impossibilia in his regionibus,
uel dura uel ardua comprobauero, institutis monasteriorum, quæ per Pale-
stinā uel Mesopotamiam habentur, aliquatenus tēperiem, quia
si rationabilis possibilium mensura seruetur, eadē
obseruantiæ perfectio est etiam in
impari facultate.

Præfationis finis.

IOANNIS CASSIANI EREMITAE LIBER I.

De habitu monachi. Cap. I.

DE Institutis ac regulis monasteriorũ dicturi, unde cõpetentius, donãte Deo, quã ex ipso habitu monachorũ sumemus exordiũ. Quorũ interiorẽ cultũ consequenter tũc poterimus exponere, cũ exteriorẽ ornatũ sub oculorũ depinxerimus obtutibus.

De cingulo monachi. Cap. II.

ITaque monachum ut militem Christi in procinctu semper belli positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere, Hoc enim habitu etiam illos ambulasse qui in ueteri testamento professionis huius fundauere primordia: Helyam scilicet & Heliseum, diuinarum scripturarum auctoritate monstratur: ac deinceps principes auctoresq́; testa- testamenti noui, Iohannem uidelicet, Petrum & Paulum, cæterosq́; eiusdem ordinis uiros taliter incessisse cognoscimus. Quorum prior qui in ueteri testamento uirginitatis iam flores & castimoniæ continentiæq́; præfigurabat exempla, cũ fuisset à domino missus ad increpandos nuncios Ochoziæ sacrilegi regis Israel, eo quòd egritudine prepeditus super statu salutis suæ beelzebub Deum Accaron consulere destinasset, & idcirco eis occurrens idem propheta descensum de lecto eius in quo conciderat denegasset, decumbenti regi exposita uestitus qualitate compertus est. Reuersos enim ad se nuncios, ac referentes sibi prophetæ sententiam, sciscitatus est cuius esset figuræ & habitus uir, qui occurrisset eis, & locutus fuisset huiuscemodi uerba. Vir, inquiunt, pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Ex quo habitu confestim rex contemplatus hominem Dei, ait: Helias Thesbites est: zonæ uicem indicio & hirsuti incultiq́; corporis specie uirum Dei indubitanter agnoscens: eo quòd istud ei inter tot Israhelitici populi milia commoranti, cultus ꝓprij ac uelut quoddã impressum spetiale signũ ꝑpetuò cohæreret. De Iohanne quoq́;, qui ueteris nouiq́; testamenti uelut quidam sacratissimus limes finis initiumq́; processit, ita euangelista narrante cognoscimus. Ipse autem Iohannes habebat uestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Petro etiam in custodiam carceris ab Herode detruso, & ad necem die postero producendo, angelo assistẽte, præcipitur. Præcingere & calcia te caligas tuas. Quod ut faceret, nequaquam monuisset eum angelus Dei, nisi uidisset eum ob refectionem nocturnæ quietis paulisper defecta membra solita cinguli obstrictione laxasse. Paulum quoq́; ascendentẽ Hierosolymam, & protinus à Iudæis in uincula mittendũ, Agabus propheta reperiens Cesareæ, sublato eius cingulo, manus suas ligans ac pedes, ut gestu corporis sui passionis eius præfiguraret iniurias, ait: Hæc dicit spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt Iudæi in Hierusalem, & tradent in manus gentium. Quod utiq́; à propheta proferri minimè potuisset dicente: uirum cuius est zona hæc, nisi Paulus eam lumbis suis indesinenter solitus fuisset aptare.

De ueste monachi. Cap. III.

VEstis quoq́; sit monachi quæ corpus contegat tantum, ec repellat nuditatis uerecundiam, & frigoris retũdat iniuriã: nõ quæ seminaria uanitatis aut elationis enutriat, ita eodẽ apostolo pdicãte: Habẽtes autẽ alimẽta & operimẽta his cõtenti simus. Operimẽta inquiens nõ uestimẽta, ut quibusdã latinis exemplarib. nõ propriè cõtinetur, id est, quę corpus operiant tantũ, nõ que amictus gloria blãdiantur: ita uilia, ut nulla coloris uel habitus nouitate inter cæteros huius propositi uiros habeantur insignia: ita studiosis accurationib. aliena, ut nulli rursum sint affectatis per incuriã sordibus decolora. Postremo sic ab huius mundi separentur ornatu, ut cului seruorũ Dei in omnib. communia perseuerẽt. Quicquid enim inter famulos Dei presumitur ab uno uel paucis, nec catholicæ per omne corpus fraternitatis tenet, aut superfluum aut elatũ est, & propter hoc noxiũ iudicandũ est, magisq́; speciẽ uanitatis, quã uirtutis ostentãs. Et idcirco hæc quę nec à ueterib. sanctis qui huius professionis fundamẽta iecerũt, neq; ẽ patrib. nostri tẽporis qui eorũ per successiones instituta nũc usq; custodiunt, tradita uidemus exẽpla, ut superflua & inutilia nos quoq; resecare cõueniet. Quamobrẽ cilicinã uestẽ uelut circumspectã cũctis atq; notabilẽ, & quæ ex hoc ipso nõ solũ nulla spiritui possit emolumẽta cõferre, sed etiã elationis cõcipere uanitatẽ, quanq; ad necessarij operis exercitiũ,

in quo monachū semper impigrū expeditūq; oportet incedere, inhabilis atq; inepta sit, omnimodis refutarūt. Quod si q̃sdā hoc amictu circūdatos audimus ꝓbabiles extitisse, nō ex eo nobis monasteriorū est regula sanciēda, uel antiqua sanctorū patrū sunt perturbāda decreta, quod pauci pręsumētes aliarū uirtutū priuilegio, ne in his quidē quę nō secundū catholicā regulā ab eis usurpata sunt, reprehēdi debere credunt. Generali nāq; omnium cōstitutioni, paucorū nō debet ꝑponi nec ꝑiudicare sentiā. Illis n. debemus institutis ac regulis indubitatā fidē & indiscusā obedientiā per oīa cōmodare, nō quas paucorum uolūtas intulit, sed quas uetustas tātorū tēporū, et innumerositas sanctorū patrū cōcordi definitione in posterū ꝓpagauit. Nec hoc sanè ꝑiudicare nobis debet ad q̃tidianæ cōuersationis exēplū, quod uel lorā sacrilegus rex Israel cateruis hostiū circūseptus, scissa ueste, ciliciū habuisse perhibetur intrinsecus: uel ꝙ Niniuitæ ad mitigandā Dei sententiam quæ in eos illata fuerat per prophetam, cilicij asperitate uelati sunt, cum & ille ita intrinsecus latentur indutus eo fuisse monstretur, ut nisi scisso desuper uestimento à nemine prorsus potuisset intelligi, & isti eo tempore operimentū cilicij ostentarent, quo cūctis super imminēte urbis euersione lugētibus, eodemq; amictu circūdatis, nullus posset à quoquam ostentatione notari. Quia nisi insolens sit diuersitas, non offendit equalitas.

De cucullis Aegyptiorum. Cap. IIII.

SVnt ꝑterea quędā in ipso Aegyptiorū habitu, nō tm̄ ad curā corporis, q̃tum ad morum formulā cōgruentia, quo simplicitatis & innocētiæ obseruātia etiā in ipsa uestitus qualitate teneatur. Cucullis nāq; ꝑparuis usq; ad ceruicis humerorūq; demissis cōfinia, quib. tm̄ capita cōtegant, indesinēter dieb. utuntur ac noctib. scilicet ut innocentiā & simplicitatē paruulorū iugiter custodire etiā imitatione ipsius uelaminis cōmoueantur. Qui reuersi ad infantiā Christi cunctis horis cū affectu ac uirtute decātant: Dn̄e non est exaltatū cor meū, neq; elati sunt oculi mei neq; ambulaui in magnis neq; in mirabilibus sup me. Si nō humiliter sentiebā, sed exaltaui aīam meā: sicut ablactatus ē sup matre sua.

De collobijs Aegyptiorum. Cap. V.

COllobijs quoq; lineis induti, quę uix ad cubitorū ima pertingūt, nudas de reliq̃ circūferunt manus, ut amputatos habere eos actus & opera mūdi huius suggerat abscissio manicarū, & ab omni cōuersatione terrena mortificatos eos uelaminis linei doceat indumentū, audiantq; per hoc apostolū q̃tidie dicentē sibi. Mortificate mēbra uestra quę sunt super terrā. Illud quoq; ipso habitu protestante. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Et iterum: Viuo autem iam no ego, uiuit uerò in me Christus. Mihi quidem mundus crucifixus est, & ego mundo.

De rebrachiatorijs. Cap. VI.

GEstāt etiam resticulas duplices, laneo plexas subtegmine, quas Gręci analaboys, nos uerò succinctoria seu redimicula uel ꝓpriè rebrachiatoria possumus appellare. Quæ descēdentia per sūma ceruicis & à laterib. colli diuisa, utrarūq; alarū sinus ambiunt, atq; hinc inde succingūt, ut cōstringentia latitudinē uestimēti ad corpus cōtrahant atq; cōiungant, & ita cōstrictis brachijs impigri ad omne opus expeditiq; reddantur, illud Apostoli pręceptum studentes omni uirtute complere. Quia non solum mihi, sed etiam his qui mecum sunt ministrauerunt manus iste, neq; gratis panem ab aliquo mā ducauimus, sed in labore & fatigatione nocte ac die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Et si quis non uult operari: nec manducet.

De mafortibus eorum. Cap. VII.

POst hæc angusto palliolo tā amictus humilitatē quā utilitatē precij cōpendiumq; sectātes, colla pariter atq; humeros tegunt, quæ mafortes tā nostro quā ipsorū nuncupantur eloquio, & ita planeticarū atq; birrorum precia simul ambitionemq; declināt.

De melote & pelle caprina. Cap. VIII.

VLtimus est habitus eorū pellis caprina quæ melotes uel pera appellatur, & baculus, quæ gestant ad imitationem eorum, qui professionis huius præfigurauere lineas in ueteri testamento. De quibus apostolus: Circumierunt (inquit) in melotis & in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, & in montibus, & in speluncis. & in cauernis terræ. Qui tamē habitus pellis caprinę, significat mortificata omni petulantia carnalium passionum debere eos in summ

in summa uirtutum grauitate consistere, nec quicquam petulcum uel calidum iuuentutis ac mobilitatis antiquæ in eorum corpore residere.

De baculo. Cap. IX.

NAm & baculum gestasse eosdē uiros, etiam Heliseus, qui unus ex ipsis est docet, cum dicit ad Giezi puerum suum, mittens eum ad suscitandum filium mulieris. Tolle baculū meum, & currens pone eum super faciem pueri, ut uiuat Quem utiq; nō dedisset ei propheta gestādum, nisi eum manu sua solitus esset iugiter circūferre. Cuius gestatio spiritualiter monet, nunq; debere eos inter tot oblatrantes uiciorum canes, & inuisibiles nequitiarū spiritualium bestias, inermes incedere, de quibus beatus Dauid liberari postulans dicit: Ne tradas domine bestijs animam coufitentem tibi, sed irruentes eas retundere crucis signaculo, ac longius propulsare, atq; aduersum se seuientes iugi memorie dominicæ passionis, & imitatione illius mortificationis extinguere.

De calciamentis eorum. Cap. X.

CAlciamēta uerò uelut interdicta euāgelico pręcepto recusantes, cū infirmitas corporis uel matutinus hyemis rigor seu meridiani ęstus feruor exegerit, tantūmodo caligis suos muniunt pedes: hoc interpretātes usu earum uel dominica permissione signari, ut si in hoc mundo constituti cura & sollicitudine carnis huius omnimodis exuti esse nō possumus, nec ab ea penitus pręualemus absolui, saltē occupatione leui et implicatione tenui necessitatē corporis explicemus, ne uel animę nrę pedes, qui expediti ad spiritalē cursum, & pędicandā euāgelij pacē semper esse debēt parati, quibus post odorē unguentorū Christi currimus, & de quibus Dauid: Cucurri in siti. Et Hieremias: Ego autē non laboraui te sequens, morticinis huius seculi curis patiamur inuolui, de his scilicet cogitātes quæ nō ad supplendā necessitatē naturæ, sed ad superfluā noxiamq; pertinēt uoluptatē. Quod ita implebimus, si secundū apostolum carnis curā nō fecerimus in desiderijs. Quibus tñ caligis quamq; licito utanť, utpote dñi mādato cōcessis, nequaq; tñ pedib. eas inhęrerere permittūt cum accedunt ad celebrāda seu percipiēda sacrosacta mysteria, illud æstimātes etiā secundū literā custodiri debere, q̊d diciť ad Moysen uel ad Iesum filiū naue. Solue corrigiam calciamenti tui, locus enim in quo stas terra sancta est.

De temperamento obseruantiæ quæ secundū aërum qualitatem uel usum prouinciæ sit tenenda. Cap. XI.

HAec dicta sint, ne qd ꝓtermisisse de Aegyptiorū habitu uideamur. Cęterū à nobis tenēda sunt illa tātūmodo q̄ uel locorū situs uel ꝓuinciæ usus admittit. Nā neq; caligis nos neq; colobijs seu una tunica esse cōtentos hyemis ꝑmittit asperitas, & paruissimi cuculli uelamē uel melotis gestatio derisum potiꝰ q̄ ædificationē ullā uidētib. cōparabit. Quapropter illa tm̄ q̄ supius cōmemorauimus quęq; sunt & humiliati ꝓfessionis nrę et qualitati aërū cōgruētia à nobis q̊q; affectāda cēsemus, ut oīs sum̄a nostri uestitus nō in nouitate habitus q possit offēdiculū hominib. seculi huiꝰ inferre, sed honesta in uilitate cōsistat.

De cingulo spiritali, & sacramento ipsius. Cap. XII.

HIs itaq; uestimētis Christi miles indutus, nouerit prius ob id se cinguli cōstrictiōe munitū, ut ad cunctos usus & opera monasterij nō solū mente prōptus, sed etiam ipso habitu semper expeditus incedat. Tāto naq; feruētior circa spiritalē profectum ac diuinarū rerū scientiam & cordis puritatē probabiť, quāto fuerit erga obediētiæ studiū operisq; deuotior. Secūdo cognoscat etiā in ipso habitu cinguli inesse nō paruum q̊d à se expetiť sacramentū. Accinctio .n. lumborū & ambitus pellis emortuæ significat eum mortificationē circūferre mēbrorū, in quib. libidinis atq; luxurię seminaria cōtinenť, euangelicū illud mandatū q̊d diciť, sint lūbi urī ꝑcincti, apostolica interꝑtatione ingeri sibi semp intelligēs, mortificate scilicet mēbra urā q̄ sunt sup terrā, fornicationē, immūdiciam, libidinē, cōcupiscentiā malā. Ideoq; illos tm̄modo legimus in scripturis sanctis cingulo fuisse ꝑcinctos. in quib seminaria coitus inueniunť extincta q̊q; illud B. Dauid eloquiū ope atq; uirtute decātant: qa factus sum sicut uter in pruina, eo q̄ erasa medullitus carne uiciorum emortuam exterioris hominis cutē spiritus uirtute distēdant. Et idcirco in pruina significanter adiecit, quòd scilicet nequaquam fuerint sola cordis mortificationem cōtenti, uerūetiam exterioris hominis motus & ipsius naturæ incētiua cōtinentiæ pruina extrinsecus accedēte habuerint cōgelata, nullū iam dūtaxat secundū apostolū regnū peccati suo mortali corpore sustinētes, nec gestātes carnē spiritui repugnantē.

De habitu monachi liber finis.

LIBER II. DE CANONICO NOCTVRNARVM ORATIONVM ET PSALMORVM modo. Caput I.

DVplici igit̃ hoc quod diximus cingulo Christi miles accinctus, interim qui modus canonicarũ orationũ psalmorumq́ꝫ sit in partibus orientis à sanctis patribus antiquitus statutus agnoscat. De qualitate uerò earũ, uel quemadmodũ orare secundũ apostoli sentẽtiã, sine intermissione possimus, suis in locis cũ seniorũ collationes cepimus exponere qm̃ dñs dederit ꝓferemus.

De diuersitate numeri qui ad decantandos psalmos per uniuersas prouincias sit statutus. Cap. II.

MVltos nãqꝫ cõperimus per alias regiones ꝓ mẽtis suæ capacitate, habẽtes quidẽ, ut ait apostolus, zelũ Dei, sed nõ secundũ scientiã, sup̱ hac re diuersos typos ac regulas sibimet cõstituisse. Quidã. n. uicenos seu tricenos psalmos, & hos ipsos antiphonarũ ꝓtelatos melodijs, & adiunctione quarundã modulationũ debere dici singulis noctib. cẽsuerunt: alij hũc modũ etiã excedere tẽtauerunt: nõnulli 18. atqꝫ in hunc modũ diuersis in locis diuersũ canonẽ agnouimus institutũ, totqꝫ ꝓpemodũ typos ac regulas uidimus usurpatas, q̊t etiã monasteria cellasq́ꝫ cõspeximus. Sunt quib. in ipsis q̊qꝫ diurnis orationũ officijs, i. tertia, sexta, nonaq́ꝫ id uisũ est, ut secundũ horarũ modũ in quib. hæc dño reddunt̃ obseq̃a, psalmorũ etiã & orationũ putarẽt numerũ coæquandũ, nonnullis placuit senariũ numerũ singulis diei cõuentib. deputari. Quapropter necessariũ reor antiquissimam patrum proferre in medium constitutionẽ, quæ nunc usqꝫ per totam Aegyptum à Dei famulis custoditur, quà nouelli monasterij in Christo rudis infantia antiquissimorum potius patrum uetustissimis institutionibus imbuatur.

De uniformis regulæ per totã Aegyptũ custodia, & de electione eorũ qui fratribus præponãtur. Cap. III.

ITaqꝫ p̱ uniuersã Aegyptũ & Thebaidẽ, ubi monasteria nõ ꝓ uniuscuiusqꝫ renũciantis instituunt̃ arbitrio, sed p̱ successiones ac traditiones maiorũ, usqꝫ in hodiernũ diẽ uel p̱manẽt uel mãsura fundant̃, legitimũ orationũ modũ in uesp̱tinis cõuentib. seu nocturnis uigilijs uidimus retẽtari. Nõ. n. quisq̃ꝫ cõuenticulo fratrũ, sed ne sibi q̱dẽ ipsi p̱esse cõcedit̃, priusq̃ꝫ nõ solũ uniuersis facultatib. suis reddat̃ externus, sed ne sui q̱dẽ ipsius se esse dñm uel potestatẽ hr̃e cognoscat. Ita nãqꝫ renunciantẽ huic mũdo q̱buslibet facultatib. ac diuitijs p̃ditũ necesse est cœnobij cõmorationẽ expetere, ut in nullo sibi ex his q̃ reliq̱t aut intulit monasterio blãdiat̃: sic obedire cũctis ut redeundũ sibi secũdũ s̃niã dñi ad infantiã pristinã nouerit, nihil sibi cõsideratione ęui uel annorũ numerositate p̃sumẽs, q̃ꝫ in seculo inaniter cõsumptã se reputat p̱didisse, sed ꝓ rudimẽtorũ meritò & tyrocinij nouitate q̃ꝫ se gerere in Chr̃i militia recognoscit, subdere se etiã iuniorib. nõ moretur. Op̱is q̊qꝫ ac sudoris assuetudinẽ ita subire cõpellit̃, ut ꝓprijs manib. iuxta apostoli p̃ceptũ, q̊tidianũ uictũ uel suis usib. uel aduenientiũ necessitatib. p̃parãs, fastus uitæ p̃teritæ possit & delicias obliuisci, & humilitatẽ cordis cõtritione laboris acq̱rere. Ideoq́ꝫ nullus cõgregationi fratrũ ꝓfuturus eligit̃, priusq̃ꝫ idẽ q̱ p̃ficiendus est, q̱d obtẽperaturis oporteat imperari, obodiẽdo didicerit, & q̱d iuniorib. tradere debeat, institutis seniorũ fuerit assecutus. Bene. n. regere uel regi sapiẽtis esse ꝓnunciãt, summumq́ꝫ donũ & gratiã S. spiritus esse definiũt. Nã neqꝫ salutaria p̃cepta quẽpiam posse obtẽperantib. p̃stituere, nisi qui prius uniuersis uirtutũ disciplinis fuerit instructus, nec obedire quenq̃ꝫ seniori posse nisi eum q̱ cõsummatus timore Dei & humilitatis fuerit uirtute p̱fectus. Ideoq́ꝫ diuersitates typorũ ac regularũ per cęteras ꝓuincias cernimus usurpatas, q̃ plerũqꝫ seniorũ institutionis exp̱tes monasterijs p̃esse audemus, & abbates nos anteq̃ꝫ discipulos ꝓfessi q̊d libitum fuerit statuimus, ꝓmptiores nostrorũ inuentorũ exigere custodiã, q̃ꝫ examinatã maiorũ seruare doctrinã. Sed dum orationũ modũ qui potissimũ debeat custodiri, uolumus explicare, institutis patrũ auidius prouocati, narrationẽ quam suis reseruabamus locis propero excessu præuenimus. Nunc itaque ad propositum reuertamur

Quod per Aegyptum & Thebayden duodenarius psalmorum numerus obseruetur Cap. IIII.

IGitur per uniuersam, ut diximus, Aegyptum & Thebayden duodenarius psalmorũ numerus tam in uespertinis quàm in nocturnis solennitatib. custoditur, ita duntaxat ut post hunc numerum duæ lectiones ueteris scilicet ac noui ţestamenti singulæ subsequantur.

quant. Qui modus antiqtus cõſtitutus, idcirco per tot ſecula penes cuncta illarũ prouinciarum monaſteria intemeratus nunc uſq; perdurat, quia nõ humana adinuentione ſtatutus à ſenioribus affirmatur, ſed cœlitus angeli magiſterio patribus fuiſſe delatus.

De duodenario pſalmorum numero angeli traditione ſuſcepto. Cap. V.

NAm cũ in primordijs fidei pauci quidẽ ſed probatiſsimi monachorũ nomine cẽſerentur, qui ſicut à beatæ memoriæ euangeliſta Marco, qui primus Alexãdrinæ urbi Pont. pręfuit, normã ſuſcepere uiuẽdi, non ſolũ illa magnifica retinebãt qui primitus eccleſiam uel credẽtium turbas in actib. apoſtolorũ legimus celebraſſe, multitudinis ſcilicet credẽtium erat cor unũ & anima una, nec quiſq; eorũ quę poſsidebat aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erãt illis omnia cõmunia, quotquot enim poſſeſſores agrorũ aut domorum erant, uẽdentes afferebãt precia eorũ quę uẽdebant, & ponebãt ante pedes apoſtolorũ: diuidebatur autẽ ſingulis prout cuiq; opus erat, uerumetiam his multo ſublimiora cumulauerant. Etenim ſecedentes in ſecretiora ſuburbiorũ loca, agebant uitã tanto abſtinentiæ rigore diſtrictã, ut etiã his qui erant religionis externi, ſtupori eſſet tam ardua conuerſationis eorũ profeſsio. Eo enim feruore ſcripturarũ diuinarũ lectionibus orationiq; & operi manuum diebus ac noctibus incubabãt, ut nec eſcarũ quidẽ appetitus uel memoria niſi alio tertio'ue die corporis interpellaret inedia, cibumq; ac potum nõ tam deſideratum, quàm neceſſarium ſumerent, & ne hunc quidem ante ſolis occaſum, ut tẽpus lucis cum ſpiritualium meditationum ſtudijs, curã uerò corporis cum nocte ſociarent, aliaq; his multo ſublimiora perficerent. De quibus etiam is qui minus indigenarũ relatione cognouit eccleſiaſtica hiſtoria poterit edoceri. Ea igitur tempeſtate cum eccleſiæ illius primitiuæ perfectio penes ſucceſſores ſuos adhuc recenti memoria inuiolata duraret, ferueńsq; paucorum fides nec dum in multitudinem diſperſa tepuiſſet, uenerabiles patres peruigili cura poſteris conſulentes, qui nam modus quotidiano cultui per uniuerſum fraternitatis corpus decerni deberet tractaturi conueniunt, ut hæreditatem pietatis ac pacis etiam ſucceſſoribus ſuis abſolutam ab omni diſſenſionis lite tranſmitterent: uerentes ſcilicet ne qua in quotidianis ſolennitatibus inter uiros eiuſdem culturæ conſortes diſſonantia uel uarietas exorta, quandoq; in poſterum erroris uel emulationis ſeu ſciſmatis noxium germen emitteret. Cumq; pio ſuo unuſquiſq; feruore infirmitatis immemor alienæ id ſtatui debere cenſeret, quod contemplatione fidei ac roboris ſui facillimum iudicabat, parum diſcutiens quod generaliter plenitudini fratrum poſsibile eſſet, in qua neceſſe eſt infirmorũ quoq; partem maximam repperiri, diuerſo q; modo enormem pſalmorum numerũ inſtituere pro animi ſui uirtute certarent, & alij quinquagenos, alij ſexagenos pſalmos, nonnulli uerò ne hoc quidẽ numero contenti excedi eum debere cenſerent, eſſentq; inter eos pro religionis regula piæ cõtentionis ſancta diuerſitas, ita ut tempus ſolennitatis ueſpertinæ ſacratiſsimæ ſuccederet queſtioni, quotidianos orationum ritus uolentibus celebrare, unus in medium pſalmos domino cãtaturus exurgit. Cumq; ſedẽtib. cunctis (ut eſt moris nunc uſq; in Aegypti partibus) & in pſallẽtis uerba omni cordis intẽtione defixis, II. pſalmos orationũ interiectiõe diſtictos cõtinuis uerſib. parili pnũciatione cãtaſſet, duodecimũ ſub alleluiæ reſpõſione cõſummãs, ab uniuerſorũ oculis repẽte ſubtractus, qſtioni pariter & cęrimonijs finẽ impoſuit

De conſuetudine duodecim orationum. Cap. VI.

EXin uenerabilis patrum ſenatus intelligens angeli magiſterio congregationibus fratrum generalem canonem non ſine diſpenſatione domini cõſtitutum, decreuit hunc numerum tam in ueſpertinis qnàm in nocturnis conuenticulis cuſtodiri, quibus lectiones geminas adiungentes, id eſt, unum ueteris et aliam noui teſtamenti tanquam à ſe eas traditas & uelut extraordinarias uolẽtib. tm̃, ac diuinarũ ſcripturarũ memoriam poſsidere aſsidua meditatione ſtudẽtib. addiderãt. In die uerò ſabbati uel dñico utraſq; de nouo recitãt teſtamẽto. i. unã de apoſtolo uel actib. apoſtolorũ, & aliam de euãgelijs. Quod etiam totis quinquageſimę diebus faciunt hi quibus lectio curę eſt ſeu memoria ſcripturarum.

De diſciplina orandi. Cap. VII.

HAs igit̃ pdictas oratiões hoc mõ incipiũt atq; cõſummãt, ut finito pſalmo, nõ ſtatĩ ad incuruationẽ genuũ corruãt, quẽadmodũ facimus in hac regiõe nõnulli q ne dũ bñ finito pſalmo in orationẽ pcũbere feſtinam9 ad celeritatẽ miſſę q̃ toti9 pperãtes.

Cuius dũ uolumus excedere modũ qui antiqtus à maiorib. statutus est, supputãtes resi. duorũ psalmorũ numerũ, ad finẽ tẽdere perurgẽm, de refectiõe potius lassi corporis cogitãtes quã orationis utilitatẽ & cõmoda reqrẽtes. Apud illos ergo nõ ita est, sed antequ flectãt genua paulisp orãt, & stãtes in supplicatiõe maiorẽ tẽporis partẽ expendũt. Itaq post hęc puncto breuissimo procidẽtes humi uelut adorãtes tm̃ diuinã clementiã, summa uelocitate cõsurgũt, ac rursus erecti expãsis manib. eodẽ modo quo prius stãtes orauerãt, suis precib. intẽtius immorant̃. Humi nãq diutinus procũbentes, nõ solũ cogitationib. aiunt, uerũ etiam somno grauius impugnari. Quod etiã nos uerũ esse utinã non experimẽtis & q̃tidiana cõsuetudine nosceremus, qui sæpe numero hanc eandẽ incuruationẽ mẽbrorũ, nõ tã orationis q̃ refectionis obtẽtu in terrã ꝓstrati, optamus diutius prolõgari. Cũ autẽ is q orationẽ collecturus est è terra surrexerit oẽs pariter surgũt, ita ut nullus nec antequ inclinetur ille genu flectere, nec cũ è terra surrexerit remorari p̃sumat, ne nõ tã secutus fuisse illius cõclusionẽ q precẽ colligit, quàm suam celebrasse credatur.

De subsequente oratione post psalmum. Cap. IX.

ILlud etiã quod in hac prouincia uidimus, ut uno cantante in clausula psalmi omnes astantes concinant cum clamore, Gloria patri & filio & spiritui sancto, nusquã per oẽm orientẽ audiuimus, sed cum omniũ silẽtio ab eo qui cantat finito psalmo orationẽ succedere: hanc uerò glorificationẽ trinitatis tantummodo solere antiphona terminari.

De orationis statu super quo in collatione seniorum plenior reseruetur instructio. Cap. IX.

ET quia nos ad orationũ canonicarũ modũ cõsequẽter institutorũ ordo ꝓuexit, q̃rũ pleniorẽ tractatũ licet in collatiões seniorũ reseruemus ibidẽ plenius digesturi, cũ de earũ qualitate seu iugitate uerbis eorũ disserere cepimus, necessariũ tñ reor ꝓ oportunitate loci ac narrationis ipsius, q̃niã ita obtulilt sese occasio, etiã in p̃senti pauca ꝑstringere, ut formãtes interim exteriores hominis motus, & uelut quędã nũc oratiõis fundamẽta iaciẽtes, minore post hęc labore cũ cepimus de statu interioris hominis disputare, orationũ q̃q eius fastigia cõstruamus. Illud ante oĩa ꝓuidẽtes, ut si nos ab illa narratiõe quã cupimus oportunè Deo uolẽte digerere, ꝓueniẽs uitæ nr̃ę finis excluserit, uel initia uobis rei p̃sertim tã necessarię hoc ope relinquamus, quib. pro ardore desiderij totũ est ut dũ nobis huius cõmorationis tribuunt̃ indutię saltẽ quasdã tantisp orationũ uobis lineas ꝑsignemus, quib. hi uel maximè qui in cœnobijs cõmorant̃ ualeãt aliquatenus informari. Simul etiã ꝓspicientes his qui forsitã huic tm̃modo occursuri sunt libro, & ad illum ꝑuenire nõ potuerint, ut instructione huius erga orationis qualitatẽ uel ex parte reperiant̃ imbuti, ut quẽadmodũ sunt de habitu & amictu exterioris hominis instituti, ita etiã qualiter eũ ad offerẽda spiritalia sacrificia debeãt exhibere nõ nesciãt. Siquidẽ hi libelli q̃s in p̃senti cudere dño adiuuãte disponimus, ad exterioris hominis obseruantiam & institutionẽ cœnobiorum cõpetentius aptabuntur, illi uerò ad disciplinam interioris ac perfectionem cordis, & anachoretarum uitam atq doctrinam potius pertinebunt.

Cum quanto silentio & breuitate orationes apud Aegyptios colligantur. Cap. X.

CVm igitur prædictas solẽnitates quas illi synaxis uocãt celebraturi cõueniunt, tm̃ à cunctis silentiũ prębet̃, ut cũ in unũ tam innumerosa fratrũ multitudo cõueniat, p̃ter illũ qui cõsurgens psalmũ decãtant in medio nullus hominũ penitus adesse credat̃. ac p̃cipuè cũ cõsummat̃ oratio, in qua nõ sputũ emittit̃, nõ excreatio obstrepit, nõ tussis intersonat, nõ oscitatio somnolẽta dissutis malis & hiantib. trahit̃. nulli gemitus nulla suspiria etiã astãtes impeditura promunt̃, nulla uox absq sacerdotis precẽ cõcludẽtis, auditur, nisi fortè hæc quę per excessum mentis claustra oris effugerit, quæq insensibiliter cordi obrepserit, immoderato scilicet atque intolerabili spiritus feruore succenso, dum ea quæ ignita mens in semetipsa non præualet continere, per ineffabilem quendam gemitum ex intimis pectoris sui conclauibus euaporare conatur. Illum uerò qui constitutus in tepore mẽtis cũ clamore supplicat, aut aliquid horũ quę prędiximus à faucib. suis emittit, aut præcipuè oscitationib. præuenitur, dupliciter peccare pronũciant. Primo q orationis suæ reus sit, q eam uidelicet negligẽter offerat Deo. Secũdo q indisciplinato strepitu, alterius q̃q qui forsitã ardentius orare potuit intercipit sensum. Ideoque præcipiunt eam celeri fine cõcludi, ne forte immorantib. nobis in ea, redundantia quædã spu ti seu

ti seu flegmatis interrũpat nostrę orationis excessum. Et idcirco dũ adhuc feruet, uelut è faucib. inimici uelociter capienda est. Qui proculdubio cum sit nobis semp infestus tũc maximè adsistit infestior, cum contra se offerre nos preces dño uelle peruiderit, cogitationibus seu diuersis humorib. excitatis, abducere mentẽ nostrã à supplicationis intentione festinans, & per hoc eam tepefacere à cepto feruore contendens. Quamobrẽ utilius cẽsent breues quidẽ orationes, sed creberrimas fieri, illud quidẽ, ut frequẽtius Dñm deprecãtes iugiter eodẽ cohęrere possimus. Hæc uerò ut insidiantis diaboli iacula, quæ infligere nobis tunc præcipuè cum oramus insistit, succincta breuitate, tentemus.

Qua disciplina apud Aegyptios Psalmi dicantur. Cap. XI.

ET idcirco ne psalmos quidem ipsos quos in congregatione decantant, continuata studẽt pronunciatione cõcludere: sed eos pro numero uersuum duabus uel tribus intercessionib. cũ orationũ interiectione diuisos distincti particulatimq; cõsumant. Nõ eñ multitudine uersuũ sed mẽtis intelligẽtia delectant, illud tota uirtute sectãtes: Psallã spiritu, psallã & mẽte. Ideoq; utilius habẽt 10. uersus cũ rationabili assignatione cantari, q̃ totũ psalmũ cum cõfusione mẽtis effundi. Quæ nõnunq̃ pnunciantis festinatiõe generat, dum residuorũ psalmorũ qui decantãdi sunt, modũ numerumq; considerans, nõ distinctionẽ sensuum audientib studet pãdere, sed ad finẽ synaxeos pperat puenire. Deniq; si quispiã iuniorũ uel p feruore spiritus uel p eo q nec dũ institutus est, ceperit modum decãtationis excedere, psallẽtis pgressio senioris interdicit plausu, quẽ dãs manu sua in sedili quo sedet, cunctos facit ad orationẽ cõsurgere, illud omnib. modis puidẽs, ne quod sedentib. tædium generet plixitate psalmorũ, quę is qui decãtat, nõ modo per seipsum intelligẽtiæ fructum amittat, sed etiã per illos incidat detrimẽtum quos fastidiũ synaxeos nimietate sua fecit incurrere. Illud quoq; apud eos omni obseruãtia custodit, ut in respõsione alleluiæ nullus dicat psalmus, nisi is qui in titulo suo alleluiæ inscriptione prænotatur. Prædictum uerò duodenarium psalmorum numerum ita diuidunt, ut si duo fuerint fratres, senos psallant, si tres, quaternos, si quatuor ternos. Quo numero nũquam minus in congregatione decantant, ac proinde quantalibet multitudo conuenerit, nunquam amplius psallant in synaxi quàm quatuor fratres.

Cur uno psallente, cæteri in synaxi sedeant, uel quali post hoc studio per cellulas suas usq; ad lucem uigilias extendant. Cap. XII.

HUnc sanè canonicũ quẽ pdiximus duodenariũ psalmorũ numerũ tali corporis gete releuãt, ut has easdẽ cõgregationũ solẽnitates ex more celebrãtes, absq; eo q dicturus in mediũ psalmos surrexerit, cũcti sedilib. humillimis insidẽtia, ad uocẽ psallẽtis omni cordi intẽtione depẽdeant. Ita nãq; ieiunijs & opatione totius diei noctisq; assuescũt, ut nisi huiuscemodi refectione adiuuent, ne hũc qdẽ numerũ stãtes implere ualeãt. Nullũ etenim tẽpus ab opis exercitatiõe uacuũ trãsire cõcedũt, qa nõ solũ ea q̃ diei splẽdor admittit omni instãtia manib. exercere cõtẽdunt, sed etiã illa opationũ genera sollicita mẽte pquirũt, q̃ ne ipsius qdẽ noctis dẽsissimæ tenebrę ualeãt impedire, credẽtes se tãto sublimiorẽ spiritualiũ contẽplationũ puritatẽ mẽtis intuitu q̃situros, q̃to deuotius fuerit erga opis studiũ ac laboris intẽti. Et idcirco mediocrẽ canonicarũ orationũ numerũ iudicãt diuinitus moderatũ, ut ardẽtioribus fide spaciũ q̃ se uirtutis eorũ infatigabilis cursus extẽderet seruaret, & nihilominus fessis ægrisq; corporibus minimè gigneret de nimietate fastidiũ. Ideoq; cũ fuerit orationũ canonicarũ functiones ex more finitæ, unusqsq; ad suã recurrẽs cellulã, quã aut solus aut cũ alio tm̃ inhabitare pmittit, quẽ scz societas opationis uel discipulatus, & disciplinæ imbutio copulauit, uel certè quẽ similitudo uirtutum comparem fecit, idem rursus orationum officium uelut peculiare sacrificium studiosius celebrant, nec ulterius quisquam eorum in requiem somni resoluitur, donec superueniente diei splendore nocturno operi ac meditationi operatio diurna succedat.

Quare post missam nocturnam dormire non oporteat. Cap. XIII.

QVẽ laborẽ pter illã rationẽ qua tota industria annitẽtes sacrificium Deo de fructu manuum suarũ offerre se credunt, duab. ex causis cũ omni obseruãtia custodiunt. Quod nos quoq; si pfectioni studemus eadẽ diligẽtia conuenit obseruare. Pria ne fortè purificationẽ nr̃am in nocturnis psalmis & oratiõib. acqsita, inuid9 inimic9 liuẽs puritati nr̃ę cui maximè insidiat sp & indesinẽter infest9 est, quadã somni illusione cõtaminet.

Qui

Qui post illam satisfactionem quam pro negligentijs seu ignorationibus nostris obtulimus, & confessionis nostræ ueniam profusis gemitibus imploratam, sollicitius nos si tempus quietis inuenerit maculare festinat, tunc præcipuè fiduciam nostram deijcere atque eneruare contēdens, cum feruentius nos ad Deum tendere orationum nostrarum puritate peruiderit, ita ut nonnunquam quos per totum noctis spacium sauciare nō potuit, sub illius horæ breuissimo tempore dehonestare conetur. Secunda uerò quòd tam & si nulla talis uerenda diaboli emergat illusio, intercedens etiam purus sopor inertiam monacho mox euigilaturo parturiat, segnemq; torporem inferens menti, per totũ diei spatium uigorem eius obtundat, illamq; hebetet perspicaciam sensus, & pinguedinem cordis exhauriat, quæ nos possit per totũ diē aduersus omnes insidias inimici cautiores robustioresq; seruare. Quamobrē canonicis uigilijs priuatæ ab eis subiunguntur excubiæ, ac maiore illis obseruātia succedunt, ut & illa purificatio que psalmis & orationib. est acquisita, non pereat, & intentior sollicitudo diligentius nos per diem custoditura præparetur meditatione nocturna.

Quemadmodum in cellulis suis opus manuum & orationes pariter exerceant. Cap. XIIII.

ET idcirco eas cũ adiectione operis exequuntur, ne uelut ociosis ualeat somnus irrepere. Sicut enim nullũ fermè ab eis ocij tēpus excipit, ita nec meditationi quidē spiritali finis imponit. Nā pariter exercētes corporis animęq; uirtutes, exteriores hominis stipēdia cũ emolumētis interioris exequāt, lubricis motib. cordis & fluctuationi cogitationũ instabili, operũ pōdera, uelut quandā tenacē atq; immobilē anchorā præfigentes, cui uolubilitas ac peruagatio cordis innexa intra cellæ claustra, uelut in portu fidissimo ualeat cōtineri, atq; ita spiritali meditationi tantũ & custodiæ cogitationũ intēta, nō modò ad cōsensum prauæ cuiusq; suggestionis peruigilē mentē corruere non sinat, uerum etiam ab omni superflua ociosa'que cogitatione custodiat, ita ut quod ex quo pendeat haud facilè possit à quoquam discerni, id est, utrum propter meditationem spiritalem incessabile manuum opus exerceant, an propter operis iugitatem tam præclarum spiritus profectum scientiæ'que lumen acquirant.

Qua lege modestiæ post orationum missam unusquisq; ad suam cellulam redeat, & cui subdatur increpationi is qui aliter fecerit. Cap. XV.

FInitis itaq; psalmis, & quotidiana cōgregatione, sicut superius cōmemorauimus, absoluta, nullus eorũ uel ad modicũ subsistere aut sermocinari audet cũ altero: sed ne quidē per totũ diei spaciũ à cella sua ꝓgredi, aut deserere opus q̄d in ea solitus est exercere p̄sumit, nisi fortè cũ fuerint ad officiũ necessarij cuiusq; operis euocati. Quod ita explēt foras egressi, ut nulla inter eos sermocinatio penitus cōferat. Sed sic unusquisq; opus exequit iniunctũ, ut psalmũ uel scripturā quālibet memoriter recēsendo, nō solũ cōspirationi noxiæ, uel cōsilijs prauis, sed nec ociosis quidē colloquijs, ullā copiā uel tēpus impartiat, oris pariter & cordis officio in meditatione spirituali iugiter occupato. Sũma nāq; obseruātia custodit, ne quisq; cũ alio, ac p̄cipuè iuniores, uel ad punctũ tēporis pariter substitisse, aut ospiā secessisse, uel manus suas inuicē tenuisse dephendantur. Si q uerò cōtra huius regulę disciplinā repti fuerint aliqd ex his q̄ interdicta sunt, admisisse, ut cōtumaces ac p̄uaricatores mādatorũ nō leuis culpę rei ꝓnũciati, suspitione etiā cōiurationis prauiq; cōsilij carere nō poterũt. Quā culpā nisi in unũ cōiũctis fratrib. cōgregatis publica diluerint pœnitētia, orationi fratrũ nullus eorũ interesse permittitur.

Quod nulli orare cum illo qui fuerit ab oratione suspensus liceat. Cap. XVI.

SAnè si quis pro admisso q̄libet delicto fuerit ab oratione suspēsus, nullus cũ eo prorsus orādi habet licētiā, anteq; submissa in terrā pœnitētia, recōciliatio eius & admissi uenia corā fratrib. cũctis, publicè fuerit ab abbate cōcessa. Ob hoc nāq; tali obseruātia semetipsos ab orationis eius cōsortio segregāt atq; secernũt, ꝙ credũt eũ qui ab oratione suspēdit, secũdũ apostoli sententiā tradi sathanæ, & si qs orationi eius anteq; recipiat à seniore, incōsiderata pietate permotus, cōmunicare p̄sumpserit, cōplicē se dānationis eius efficiat, tradēs scilicet semetipsum uolũtariè sathanę, cui ille ꝓ sui reatus emēdatiōe fuerat deputatus, in eo uel maximè grauius crimē incurrēs, quod cũ illo se uel cōfabulationis uel orationis cōmunione miscēdo maiorē illi generet insolētię fomitē et cōtumaciā delinquētis in peius enutriat. Perniciosum nāq; solatiũ tribuēs, cor eius magis ac magis

gis faciet indurari, nec humiliari eum sinet ob q̃d fuerat segregatus, & p hoc uel increpationem senioris nõ magnipẽdere, uel dissimulanter de satisfactione & uenia cogitare.

Quod is qui ad orationem fratres exuscitat, hora solita debeat eos commouere. Cap. XVII.

IS autem cui religiosi cõuentus cõmonitio, uel synaxeos cura committitur, non passim ut libitum est, nec pro ut nocte fuerit expergefactus, aut oportunitas eum somni proprij seu insomnij coartat, fratres etiam ad quotidianas uigilias exuscitare præsumit. Sed q̃uis eum consuetudo diurna hora solita euigilare compellat, tamẽ sollicitè frequẽterq́ stellarum cursu præstitutum congregationis tempus explorans, ad orationum eos inuitat officium, ne in utroq; inueniatur incautus, si uel oppressus somno statutã noctis trãsgrediatur horam, uel eandem dormiturus atq; festinus ad somnũ anticipet, & non tam officio spiritali uel quieti omnium deseruisse, quàm requiei suæ satisfecisse credatur.

Quod à uespera Sabbati usq; ad uesperam diei Dominicæ genua non flectantur. Cap XVIII.

HOc quoq; nosse debemus, à uespera Sabbati, q̃ lucescit in diẽ Dñicũ, usq; in uesperã sequẽtẽ apud Aegyptios genua nõ curuari: sed nec totis quidẽ quinquagesimæ dieb. nec custodiri in eis ieiuniorũ regulã. Quarũ rerũ ratio suo loco in collationib. seniorũ cũ dñs iusserit exponet̃. Nũc ꝓpositũ est nobis causas tm̃mõ breui narratiõe pcurrere, ne statutũ modum uolumẽ excedẽs, aut fastidio legẽtem oneret aut laborare faciat.

De canonico nocturnarum orationum & psalmorum modo, libri secundi finis.

LIBER TERTIVS DE CANONICO DIVRNARVM ORATIONVM ET PSALMORVM MODO. Cap. I.

DE nocturno orationum & psalmorum modo, qui nã per Aegyptũ habeatur, donãte Deo, quantũ tenuitas ingenij nostri præualuit, arbitror expeditũ: nunc de solennitate tertiæ, sextę, nonæq; secundum regulam monasteriorum Palestinæ uel Mesopotamiæ nobis est disserendum, ut præfati sumus in Prologo, perfectionem Aegyotiorum, & imitabilem disciplinæ rigorem horum institutis moderantes.

Quod apud Aegyptios sine horarum discretione per totam diem cum operis adiectione & orationibus iugiter insistatur & psalmis. Cap. II.

APud illos etem̃ hęc officia q̃ dño soluere p distinctiões horarũ & tẽporis interualla cũ am̃onitione cõpulsoris adigim̃, p totũ diei spaciũ iugiter cũ opis adiectione spõtanea celebrant̃. Ita nãq; ab eis incessãter opatio manuũ priuati p cellulas exercet̃, ut psalmorũ quoq; uel ceterarũ scripturarũ meditatio nunq̃ penitus omittatur. Cui p̃ces & orationes p singula momẽta miscẽtes, in his officijs q̃ nos statuto tẽpore celebramus totũ diei tẽpus absumũt. Quãobrẽ exceptis uesptinis horis ac nocturnis cõgregationib. nulla apud eos p diẽ publica solẽnitas absq; die sabbati uel dñica celebrat̃, in quib. hora tertia sacrę cõmunionis obtẽtu cõueniunt. Plus enim est id q̃d incessanter offertur, quàm q̃d tẽporis interualla psoluit, & gratius uolũtarium munus, quã functiones quæ canonica cõpulsione redduntur: pro hoc quod Dauid gloriosius aliquid exultãtè cum dicit. Voluntariè sacrificabo tibi, & uoluntaria oris mei beneplecita sint tibi domine.

Quod per omnem orientem solennitas tertiæ, sextæ uel nonæ, trinis tantum psalmis & orationibus finiatur: & cur specialius istis horis hæc spiritalia sint officia deputanda. Cap. III.

ITaq; in Palestinæ uel Mesopotamiæ monasterijs ac totius oriẽtis supradictarũ horarũ solẽnitates trinis psalmis q̃tidie finiunt̃, ut et orationũ assiduitas statutis tẽporibus Deo offerat̃, & necessaria opationis officia consumatis iusto moderamine spiritalib. obsequis, nullatenus ualeãt impediri. His em̃ trib9 tẽporib. etiã Danielẽ ꝓphetã q̃tidie fenestris aptis in cœnaculo p̃ces dño fudisse cognoscimus. Nec im̃eritò hęc specialius tpa religiosis sunt officijs deputata. In his siquidẽ ꝓmissionũ pfectio, & sum̃a nrę salutis est adimpleta. Hora nãq; tertia repmissus olim p ꝓphetas spiritus sanctus sup apostolos in orationũ officio cõstitutos, descẽdisse primitus cõpbat̃. Nã cũ ꝓ elocutione linguarũ, q̃ ab eis infusione spũs sancti ꝓfluebat, gẽs incredula Iudęorũ obstupescẽs pariter & irridẽs, diceret eos musto repletos: stãs Petrus in medio eorũ ait. Viri Israelitę & q habitatis Hierusalẽ uniuersi, hoc uobis notũ sit, & aurib. percipite uerba mea: Nõ em̃ sicut uos existimatis, hi ebrij sunt cũ sit hora diei tertia, sed hoc est quod dictũ est per ꝓphetam Iohel.

Et erit

Et erit in nouiſsimis diebus, dicit dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem car-
nem, & prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ: & iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt, &
ſenes ueſtri ſomnia ſomniabũt. Et quidem ſuper ſeruos meos & ſuper ancillas meas in
diebus ilis effundam de ſpiritu meo & prophetabunt. Quæ omnia hora tertia uidemus
impleta, ſanctiq; ſpiritus uaticinatum per prophetas aduentum eodem tempore ſuper
Apoſtolos commeaſſe. Hora autem ſexta immaculata hoſtia, dominus noſter atq; ſal-
uator oblatus eſt patri, crucemq; pro totius mundi ſalute conſcendens, humani generis
peccata diluit: & expolians principatus ac poteſtates traduxit palã, uniuerſosq; nos ob-
noxios atq; conſtrictos inſolubili chyrographi debito liberauit, tollens id de medio, &
crucis ſuę affigens tropheo. Eadẽ quoq; Petro hora in exceſſu mentis uocatio gentium
omnium per ſubmiſsionem uaſis euangelici delati cœlitus, & purificatio omnigenum
animantium in eodem conſiſtentium, delata ad eum uoce diuinitus reuelatur, dicẽte ei:
Surge Petre, occide, & manduca. Quod uas quatuor initijs de cœlo ſummiſſum, non a-
liud quàm Euangelium deſignare manifeſtè cognoſcitur. Licet enim quadriformi euã-
geliſtarum narratione diſtinctum quatuor uideatur habere principia, unũ tamen euan-
gelij corpus eſt: eiuſdem ſcilicet Chriſti natiuitatem pariter ad deitatẽ, miracula quoq;
paſsionemq; complectens. Pulchrè autem non ait linteum, ſed quaſi linteum. Linteum
quippe mortificationis indicium eſt. Quoniam igitur mors dominicæ paſsionis nõ hu-
manæ naturæ lege, ſed proprie uoluntatis ſubitur arbitrio, quaſi linteum dicitur Mor-
tuus enim ſecundum carnem, non eſt ſecundum ſpiritũ mortuus: quia nec derelicta eſt
anima eius in inferno, nec caro eius uidit corruptionem Et rurſus. Nemo (inquit) tollet
à me animam meam, ſed ego pono eam à meipſo. Poteſtatẽ habeo ponete eam, & pote
ſtatem iterum habeo ſumere eam. In hoc itaq; euangeliorũ uaſe cœlitus deſtinato, id eſt
à ſpiritu ſacto perſcripto, omnes gentes quæ quondam extra legis obſeruãtiam poſitæ
habebantur immundæ, per credulitatem fidei confluentes, ut ab idolorũ cultu ſalubri-
ter immolentur, atq; ad ſalutarẽ eſcam proficiant, Petro purificante uoce dominica de-
feruntur. Hora uerò nona inferna penetrans, inextricabiles tartari tenebras choruſcatio
ne ſui ſplendoris extinxit, portasq; eius æreas effringens, ac ſeras ferreas conterẽs, capti
uitatem ſanctorum quę clauſa tenebris immitis tenebatur inferni, ſalubriter captã tranſ
uexit ſecum ad cœlos: igneaq; romphea ſummota, antiquum incolam paradyſo pia cõ-
feſsione reſtituit. Eadem quoq; hora Cornelius centurio in precibus ſolita deuotione
perſiſtens, commemorationem orationum & eleemoſinarum ſuarum ante dominũ fa-
ctam, angelo ſibi colloquente cognoſcit, palamq; ei hora nona uocationis gentiũ ſacra-
menta panduntur, quæ Petro in exceſſu mentis hora ſexta fuerant reuelata. Alio quoq;
loco de eodem tempore in actibus Apoſtolorum ita narratur: Petrus autem et Ioannes
aſcenderunt in templum, ad horam orationis nonam. Quibus liquido cõprobatur, non
immerito à ſanctis & Apoſtolicis uiris has horas religioſis obſequijs cõſecratas, à nobis
quoq; obſeruari ſimiliter oportere: qui niſi uelut lege quadam ſoluere hæc pietatis offi-
cia ſaltem ſtatutis temporibus adigamur, totum diei ſpatium obliuione aut deſidia uel
occupationibus inuoluti, abſq; orationis interpellatione conſumimus. De ueſpertinis
autem ſacrificijs quid dicendum eſt, quæ iugiter offerri etiam in ueteri teſtamento lege
Moſaica ſanciuntur? Holocauſta enim matutina & ſacrificia ueſpertina cunctis diebus
in templo, licet figuralibus hoſtijs etiam ex eo probare poſſumus, indeſinenter oblata,
quod à Dauid canitur. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio
manuum mearũ, ſacrificium ueſpertinum. Quo in loco de illo quoq; uero ſacrificio ue-
ſpertino ſacratius intelligi poteſt, quòd uel ueſpere à Domino ſaluatore cenãtibus Apo
ſtolis traditur, cum initiaret eccleſiæ ſacroſancta myſteria: uel quòd ipſe die poſtero ſa-
crificium ueſpertinum in fine ſcilicet ſeculorum eleuatione manuum ſuarum pro ſalu-
te totius mundi oblatus eſt patri. Quæ extenſio manuum eius in patibulo ſatis propriè
eleuatio nuncupatur. Omnes enim nos in inferno iacentes, eleuauit ad cœlos, ſecundũ
promiſsionis eius ſententiam, dicentis: Cũ exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me
ipſum. De matutina uerò ſolennitate etiam illud nos inſtruit, quòd in ipſa quotidie de-
cantari ſolet. Deus meus ad te de luce uigilo. Et: In matutinis meditabor in te. Et: Preue-
ni in maturitate & clamaui. Et rurſum: Preuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut medita-
rer eloquia

rer eloquia tua. In his quoq; horis etiã ille euangelicus paterfamilias operarios conduxit in uineã suam. Ita enim & ille primo mane conduxisse describitur: quod tempus designat matutinã nostram solennitatem: deinde tertia, inde sexta, post hæc nona, ad extremum undecima, in qua lucernaris hora signatur.

Quòd matutina solennitas non antiqua traditione statuta sit. sed nostro tempore pro causa sit adinuenta. Cap. IIII.

SCiendum tamen hanc matutinam quæ nunc obseruatur in occiduis uel maxime regionibus canonicam functionem nostro tempore in nostro quoq; monasterio primitus institutam, ubi dominus noster Iesus Christus natus ex uirgine humanæ infantię suscipere incremento dignatus, nostram quoq; adhuc in religione teneram & lactentẽ infantiam sua gratia confirmauit. Vsq; ad illud enim tempus hac solennitate matutina, quę expletis nocturnis psalmis & orationibus post modicum temporis interuallum solet in Gallię monasterijs celebrari, cum quotidianis uigilijs parit̃ consummata, reliquas horas refectioni corporum deputatas à maioribus nostris inuenimus. Verum cum hac abutentes indulgentia, negligentiores quiq; indutias somnilongius protelarent: quippe quos uel cellas progredi uel de suis stratis consurgere ante horam tertiam nulla conuentus ullius necessitas inuitaret, & cũ operationis iactura tẽpore quoq; diei quo nonnullis oportebat officijs inhærere, soporis nimietate torperent, in his præsertim diebus quibus à uespertinis horis excubias usq; ad auroræ uiciniam celebrantibus nascebatur onerosior lassitudo, quorundam illic fratrum feruentium spiritu quibus hoc negligentiæ genus haud leuiter displiceret, ad seniores quærela delata, decretum est ab eis diutino tractatu & consultatione sollicita, ut usq; ad solis ortum quo iam sine offensione uel lectio parari: uel opus manuum posset assumi. fessis corporibus refectione concessa: inuitati post hæc religionis huius obseruantia cuncti pariter è suis stratis consurgerent: ac tribus psalmis & orationibus celebratis: secundum modũ qui antiquitus in obseruatiõne tertiæ, sextæ, uel nonæ, trinæ confessionis exẽplo statutus est, & somno deinceps finem, & initium operationi equali simul moderamine facerent. Qui typus licet ex occasione uideatur inuentus, & recenti memoria pro causa, quam diximus status appareat, tamen illum numerũ quem designat beatus Dauid quanquã spiritualem quoq; habeat intellectum, secundum literam manifestissime supplet. Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuę. Hac enim adiecta solennitate, septies sine dubio spiritales hos conuentus in die facientes, septies in ea laudes domino dicere comprobamur. Deniq; cum hic idem typus de oriente procedens hucusq; fuerit utilissime propagatus, in nonnullis nunc usq; per orientẽ antiquissimis monasterijs quæ nequaquàm uetustissimas regulas patrum uiolari patiuntur minime uidetur admissus.

Quòd post matutinas orationes ad somnum reuerti non oporteat. Cap. V.

CVius solennitatis ratio cur statuta sit uel inuenta in hac prouincia, nonnulli ignorantes, expletis matutinalibus hymnis iterum reuertuntur ad somnũ, in illam causam nihilominus incidentes ob quàm compescendam hæc à senioribus nostris solennitas instituta est. Illa nanque hora eam consummare festinant, qua negligentioribus minusq; sollicitis rursum dormiendi reddatur occasio. Quod omnimodis fieri non oportet licet in libello superiori describentes Aegyptiorũ synaxim plenius exposuimus, ne purificationem nostram confessione supplici & antelucanis orationibus acquisitam, uel emergens quædam redundantia humorum naturalium polluat, uel illusio corrumpat inimici: uel certe intercedens etiam puri ac simplicis somni refectio interrumpat spiritus nostri feruorem: ac tepefactos somni torpore per totum diei spacium inertes deinceps ignauosq; traducat. Quod Aegyptij ne incurrant equidem cum soleant certis temporibus etiam ante gallorum cantum consurgere, missa canonica celebrata usq; ad lucem post hæc uigilias extendunt, ut eos superueniens lux matutina in hoc feruore spiritus reperiat constitutos, ac per totũ diei tempus feruentiores sollicitioresq; custodiat, preparatos eos suscipiens ad conflictum & contra diurnam diaboli colluctationem nocturnarum exercitio uigiliarum ac spiritali meditatione firmatos.

Quòd nihil sit à senioribus immutatum de antiquo ordine psalmorum cum matutina statueretur solennitas. Cap. VI.

ILlud quoq; nosse debemus nichil à senioribus nostris qui eandem matutinam solennitatem addi debere censuerunt, de antiqua psalmorum consuetudine immutatum: sed eodem ordine missam quo prius in nocturnis conuentibus perpetuo celebratã. Etenim hymnos quos in hac regione ad matutinam excepere solennitatem, in fine nocturnarum uigiliarum quas post Gallorum cantum ante auroram finire solent similiter hodieq; decantant, id est centesimum quadragesimũ octauum psalmũ, cuius initiũ est. Laudate dominũ de cœlis, & reliquos qui sequuntur, quinquagesimũ uero psalmũ & sexagesimum secundum & octogesimum nonum huic nouelle solennitati nouimus fuisse deputatos. Denique per Italiã hodieq; consummatis matutinalibus hymnis quinquagesimus psalmus in uniuersis ecclesijs canitur, quod non aliunde quam exinde tractũ esse non dubito.

Quòd ei qui ad diurnam orationem antequàm primus finiatur psalmus non occurrerit, oratorium introire non liceat: in nocturnis autem usq; ad finem secundi psalmi ueniabilis mora sit. Cap. VII.

IS uero qui in tertia, sexta uel nona priusq; psalmus cœptus finiatur ad orationẽ non occurrerit, ulterius oratoriũ introire non audet, nec semetipsum admiscere psallentibus: sed congregationis missam stans pro foribus pręstolatur donec egredientibus cunctis, submissa in terram pœnitentia negligentiæ suę uel tarditatis impetret ueniã, sciens nequaquã se posse desidiæ suæ noxam aliter expiare, sed ne in ea quidem quæ post tres horas erit secutura solennitas admittendũ, nisi pro negligentia pñti confestim uera humilitate subnixius satisfacere festinauerit. In nocturnis uero conuenticulis usque ad secundum psalmum præberetur tardanti dilatio, ita duntaxat ut anteq; finito eodem psalmo fratres in oratione procumbant, semetipsum congregationi inserere atq; admiscere festinet, eidem proculdubio increpationi ac pœnitentiæ quã prædiximus subijciendus si ultra præstitutam dilationis horam uel modicum tardauerit.

Vigiliæ quæ à uespera illucescente sabbato celebrantur quem temporis modum teneant uel quo ordine celebrentur. Cap. VIII.

SAne uigilias quę singulis hebdomadib. à uespera illucescente sabbato celebrantur, idcirco seniores hyemali tempore quo noctes sunt longiores usq; ad quartũ gallorum cantum per monasteria moderantur, ut post excubias totius noctis reliquis duab. ferme horis reficientes corpora sua, nequaquàm per totum diei spaciũ somni corpore marcescant, requie breuis huius temporis pro totius noctis refectione contenti. Quod nos quoq; cũ omni obseruatione custodire conuenit, ut scilicet contenti somno qui nobis post uigiliarum missam usq; ad lucis indulgetur aduentum, id est usq; ad matutinos psalmos, totum deinceps diem in opere ac necessarijs ducamus officijs, ne somnum quem nocti subtraximus resumere per diem uigiliarũ lassitudine & inanitate compulsi non tam requiem corporis subtraxisse, quam quietis tempus & refectionem nocturnã cõmutasse uideamur. Nullatenus enim potest fragilis caro ita totius noctis quiete fraudari ut per consequentẽ diem sine dormitatione mentis animiq; torpore inconcussam possit seruare uigilantiam. Quę impedietur ex hoc potius quàm iuuabitur, nisi post uigiliarum missam somni quantulumcunq; gustauerit. Et idcirco saltim unius horę sopor quemadmodũ diximus ante lucis aduentum si fuerit impartitus, lucrabimus omnes uigiliarum horas quas tota nocte in oratione consumpsimus, impartientes naturæ quod suum est, nec habentes necessitatem resumendi per diem quod nocti subtraximus. Totum enim carni huic proculdubio reddet: quisquis ei non rationabiliter partem subtrahere, sed totũ temptauit denegare, & ut uerius dixerim, non superflua sed necessaria uoluerit amputare. Propter q; maiore fœnore necesse est uigilias cõpensari, si fuerint usq; ad lucem

ad lucem inconsiderata atq; irrationabili nimietate protractæ. Ideoq; eas tripertitis distinguunt officijs, ut labor hac diuersitate diuisus, delectatione quadam defectionem corporis releuet. Nam cum stantes antiphona tria concinuerunt: humi post hæc uel sedilibus humillimis insidentes, tres psalmos uno modulante respondent. qui tamen singuli à singulis fratribus uicissim succedentibus sibi præbentur, atq; his sub eadem quiete residentibus ternas adijciunt lectiones. Itaq; fit ut corporeum minuentes laborem uigilias suas maiore intentione mentis exerceant.

Quare illucescente die sabbati uigiliæ statutæ sint, & quare per omnem orientem absolutio ieiunij in die sabbato præsumatur. Cap. IX.

QVas à tempore prædicationis apostolicæ quo religio ac fides Christiana fundata est per uniuersum orientem. idcirco statutum est illucescente sabbato debere celebrari, quòd Domino & saluatore nostro sexta sabbati crucifixo, discipuli adhuc recenti eius passione perculsi, peruigiles tota nocte manserunt, nullatenus quietis somnũ oculis suis indulgentes. Quamobrem ex illo tempore huic nocti deputata uigiliarum solennitas usque in hodiernũ diem per uniuersum orientẽ similiter obseruatur. Ideoq; & absolutio ieiunij post uigiliarum laborem, totidem apostolicis uiris in die sabbati statuta, non immerito præsumitur per uniuersas orientis ecclesias, secundũ illam quoque ecclesiastes sententiam, quælibet habet & alium mysticum sensum, tamen ab hoc quoque non abhorret: quo utrique diei, id est, hebdomadi paritur & ogdoadi eandem partem solennitatis impartire præcipimur, ita dicentis. Da partem his septem, & quidem his octo. Non enim ad cõmunionem festiuitatis iudaicæ absolutio ista ieiunij reputanda est, his præsertim qui ab omni iudaica superstitione alieni monstrant, sed ad refectionem quã diximus lassi corporis pertinere, quod per totas anni septimanas iugiter quinis diebus ieiunans: nisi duobus saltem interpositis refocillatum fuerit, facile lassascit ac deficit.

Vnde factum sit ut in urbe die sabbati ieiunetur. Cap. X.

CVius moderaminis causam nonnulli in quibusdã occidentalibus ciuitatib, ignorantes, & maxime in urbe, idcirco putant absolutionẽ sabbati minime debere præsumi, quòd Apostolum Petrum in eodem die contra Symonem conflictaturum asserunt ieiunasse. Ex quo magis apparet homo eum non consuetudine canonica fecisse, sed præsentis potius necessitate conflictus. Siquidem & ibi pro hac eadem re non generale sed speciale uidetur petrus discipulis suis ieiunium indixisse. Quod utique non fecisset si scisset illud canonica consuetudine solere seruari: idem proculdubio etiam dominico die paratus indicere, si certaminis ipsius in eum compegisset occasio, nec tamen ex hoc statim canonica fuisset ieiunij regula promulganda: quod non generalis obseruatio statuerat, sed ut semel fieret ratio necessitatis extorserat.

In quo dominicæ diei solennitas ab aliorum dierum consuetudine diuersa teneatur. Cap. XI.

VErum ne hoc quidem ignorandũ, die dominico unam tantummodo missam ante prandium celebrari: in qua psalmorum atque orationum seu lectionum pro ipsius collectæ uel communionionis dominicæ reuerentia solennius aliquid ac propensius impendentes, in ipsa tertiam sextamq; pariter consummatam reputant. Itaq; fit ut de orationum obsequijs nihil imminuatur, adiectione scilicet lectionum: & nihilominus differentia quædam uel remissio uideatur fratribus indulgeri pro reuerentia domicæ resurrectionis præ cætero tempore, quæ & totius septimanæ uideatur obseruantiam relaxare, & pro hac ipsa quæ intermiscetur quadam differentia eundem diem uelut festiuum prouocet rursum solennius expectari. minusq; faciat hebdomadis uenturæ ieiunia huius expectatione sentiri. Semper enim equanimius quælibet fatigatio sustinetur: & sine fastiduo labor impenditur: si interiecta ei uicissitudo quædã uel operis immutatio qualiscunq; succedat.

Quibus diebus cum cœna fratribus exhibetur, accedentibus ad refectionem psalmus non dicatur sicut fieri in prandijs solet. Cap. XII.

DEniq; etiã in ipsis diebus, id est sabbato uel dominica seu feriatis temporibus quibus pariter prandium & cœna solet fratribus exhiberi, psalmus ad uesperam nõ dicitur: id est nec cum accedunt ad cenam: nec cum ab ea consurgunt, ut solet fieri in solennibus prandijs, uel canonica ieiuniorum refectione, quam & pręcedere consuetudinarij psalmi solent & subsequi: sed tantũmodo simplici oratione facta accedunt ad cœnam, eamq; rursum consurgentes ab ipsa sola oratione concludunt, quod scilicet extraordinaria sit inter monachos ista refectio, nec omnes ad eam conuenire cogantur, nisi aut peregrini qui superuenerint fratres, aut hi quos infirmitas corporis aut propria inuitat uoluntas.

De canonico diurnarum orationum & psalmorum modo, libri tertij finis.

LIBER QVARTVS DE INSTITVTIS RENVNCIANTIVM CAPVT primum.

DE canonico modo psalmorum atq; orationũ qui debeat in diurnis & uenticulis per monasteria custodiri, ad institutionem eius qui renunciat huic mundo, narrationis nos ordine prouocante transimus, conditiones in primis quibus hi qui ad dominum conuerti cupiunt recipiantur in cœnobijs breui quantum possumus studentes sermone complecti, quædam scilicet de Aegyptiorum, quædam de Tabenensiotarũ regulis admiscens, quorum in Thebayde est cœnobium, quanto numero populosius cunctis, tanto conuersationis rigore districtius. Siquidem in eo plusquàm quinq; milia fratrum sub uno abbate reguntur, tantaq; sit obedientia hic tam prolixus monachorum numerus omni ęuo seniori suo subditus, quanta non potest apud nos unus uni uel obedire pro modico tẽpore uel præesse.

Qua ratione usq; ad ultimam senectutem apud eos in cœnobijs perseuerent. Cap. II.

QVorum tam longa perseuerantia & humilitas atq; subiectio quemadmodũ tam diuturna perduret, quaúe institutione formetur, per quam usq; ad incuruam senectam in cœnobio perseuerent, opinor nos ante omnia debere perstringere. Tanta nanq; est: quantam neminem in monasterijs nostris ingressum ne anno quidem integro tenuisse meminimus, ut cum renunciationis eorum primordia uiderimus, consequens fuisse intelligamus ut in tam sublimia perfectionis fastigia talium uirorum fundamenta consurgerent.

Quo examine probetur qui in cœnobio suscipiendus est. Cap. III.

IGitur ambiens quis intra cœnobij recipi disciplinam: non ante prorsus admittitur, quam diebus decem uel eo amplius pro foribus excubans, indicium perseuerantiæ ac desiderij sui paritérq; humilitatis ac patientiæ demonstrauerit. Cunq; omnium prætereuntium fratrum genibus prouolutus, & ab uniuersis de industria refutatus atq; despectus, tanquàm qui non religionis sed necessitatis obtentu monasterium optet intrare: iniurijs quoq; & exprobrationibus multis affectus, experimentum dederit constantiæ suæ, qualisq; futurus sit in temptationibus opprobriorum tolerantia declarauerit, atq; ita fuerit explorato mentis ardore susceptus: diligentia summa perquirit ne de pristinis facultatibus suis inhæserit ei uel unius nũmi contagio. Sciunt enim eum sub monasterij disciplina diuturnum esse non posse: sed ne humilitatis quidem aut obedientiæ apprehensurum esse uirtutem, nec ulla cœnobij paupertate ac districtione contentum fore, si in conscientia eius pecuniæ quantulumcunq; latitauerit: sed ubi primum exorta fuerit qualibet occasione commotio, fiducia stipis illius animatum continuo de monasterio uelut funda rotante fugiturum.

Quare qui in monasterio recipiuntur. Cap. IIII.

ET idcirco ne usibus quidem cœnobij profuturas suscipere ab eo pecunias acquiescunt. Primum ne confidentia huius oblationis inflatus, nequaquàm se pauperioribus fratribus coequare dignetur, tum ne per hanc elationem nullatenus ad humilitatem Christi descēdens, cū in disciplina cœnobij non posit perdurare, egressusq; exinde ea quæ in principio renunciationis suæ spiritali feruore succensus intulerat, tepefactus postea non sine iniuria monasterij sacrilego spiritu recipere atque exigere moliat. Quod omnimodis obseruari debere: multis sunt experimentis frequenter edocti. Nam per alia minus cauta monasteria simpliciter quidam suscepti, de eis quę intulerat quęq; in dei opere fuerant dispensata, cum ingenti post blasphemia redibitionē poscere temptauerunt.

Cur hi qui renunciant suscepti in monasterijs propria uestimenta deponant: & ab abbate alijs induantur. Cap. V.

QVamobrem ita nudatur quisq; cum receptus fuerit omni pristina facultate, ut ne ipsum quidem quo opertus est indumentum permittatur ulterius, sed in concilio fratrum productus in medium exuatur proprijs, ac per manus abbatis induatur monasterij uestimentis, ut per hoc se non solum uniuersis rebus suis antiquis nouerit spoliatum, uerumetiam omni fastu deposito mundiali, ad Christi paupertatem & inopiam descendisse, iamq; opibus sustentandum non seculi arte quæsitis: nec de infidelitate pristina reseruatis: sed de sanctis ac pijs monasterij largitionibus militiæ suæ stipendia percepturum, atq; inde se deinceps uestiendum alendumq; cognoscens, & nihil habere nihilominus de crastino non esse sollicitū secundum euangelij discat sententiam, nec erubescat pauperibus, id est, corpori fraternitatis æquari, quibus connumerari Christus & quorum se fratrem non erubuit nuncupare: quin potius glorietur domesticis eius factū se esse consortem.

Qua causa uestimenta renunciantium cum quibus ingreßi sunt monasterium à dispensatore seruentur. Cap. VI.

ILla uero quę deposuit uestimenta œconomo consignata tamdiu reseruantur, donec profectus & conuersationis eius ac tolerantiæ uirtutem diuersis temptationibus ac probationibus euidenter agnoscant. Et si quidem posse eum inibi perdurare tempore procedente perspexerint, & in eodem quo cœpit feruore persistere, indigentibus eadē largiuntur. Sin uero quoddam ex eo murmurationis uitium, uel paruæ cuiuslibet inobedientiæ culpam processisse deprehenderint, exuentes eum monasterij quibus indutus fuerat uestimentis, & antiquis reuestitum uestimentis quæ fuerant sequæstrata depellunt. Nullum etenim fas est cum illis quæ accepit abscedere: nec quenquam patiuntur illis adhuc indui: quem semel ab institutionis suæ regula tepuisse peruiderint. Vnde etiam copia nulli penitus palàm discedendi conceditur, nisi aut in morem serui fugacis captans densissimas tenebras nocte diffugiat: aut certe hoc ordine & professione iudicatus indignus: cum confusione & nota coram cunctis fratribus deposita ueste monasterij expellatur.

Cur in monasterio suscepti non permittantur statim congregationi fratrum commisceri: sed xenodochio ante tradantur. Cap. VII.

CVm igitur quis susceptus & hac perseuerantia quā diximus comprobatus ac depositis proprijs uestimentis habitu monasteriali fuerit accinctus: non statim congregationi fratrum commisceri permittitur: sed deputatur seniori qui seorsum haud longe à uestibulo monasterij commanens: habet curam peregrinorum & aduenien-

tium deputatam, eisque omnem diligentiam susceptionis & humanitatis impendit. Cumque ibidem integro anno deseruiens absque ulla querela suum circa peregrinos exhibuerit famulatum, imbutus per hoc prima institutione humilitatis ac patientiæ atque in ea longa exercitatione præcognitus, admiscendus ex hoc congregationi fratrum: alijs traditur seniori qui decem iunioribus præest, quos sibi creditos ab abbate instituit pariter & gubernat: secundum illud scilicet quod ordinatum in exodo legimus per Moysen.

Quibus primum institutis iuniores exerceantur: ut ad superandas omnes concupiscentias proficiant. Cap. VIII.

CVius hæc erit sollicitudo & eruditio principalis, per quam iunior introductus ascendere consequenter etiam culmina perfectionis summa præualeat, ut doceat eum primitus suas uincere uoluntates, quē studiose in his ac diligenter exercens, hæc illi semper imperare de industria curabit, quæ senserit animo eius esse contraria. Multis siquidem experimentis edocti, tradunt monachum & maxime iuniores ne uoluptatem quidem concupiscentiæ suæ refrenare posse, nisi prius mortificare per obedientiā suas didicerit uoluntates. Ideoque pronunciant nullatenus præualere uel iram uel tristitiā uel spiritū fornicationis extinguere, sed nec humilitatem cordis uerā, nec cum fratribus unitatem perpetuam, nec firmā diuturnamque posse retinere concordiam: sed nec in cœnobio quidem diutius perdurare eum: qui prius uoluntates suas non didicerit superare.

Quare iunioribus imperetur ut seniori suo nihil de cogitationibus suis subtrahant. Cap. IX.

BIs igitur institutis eos quos initiant uelut elementis quibusdam ac syllabis imbuere ad perfectionē atque informare festinant, per hæc ad liquidum discernentes, utrū ficta & imaginaria an uera sint humilitate fundati. Ad quod ut facilè ualeant peruenire consequenter instituuntur nullas penitus cogitationes prurientes in corde perniciosa confusione celare, sed confestim ut exortæ fuerint, eas suo patefacere seniori: nec super earum iudicio quicquàm suæ discretioni committere, sed illud credere malum esse uel bonum quod discusserit ac pronunciauerit senioris examen. Itaque fit ut in nullo circumuenire iuuenem callidus inimicus uelut inexpertū ignarumque præualeat, nec ulla fraude decipere quē præuidet non sua sed senioris discretione muniri, & suggestiones suas uelut ignita iacula quæcunque in cor eius iniecerit: ut seniorem cœlet non posse suaderi. Aliter quippe subtilissimus diabolus illudere uel deijcere iuniorē non poterit, nisi cum eum seu per arrogantiam siue per uerecundiam ad cogitationum suarum uelamen illexerit. Generale namque & euidens indicium diabolicæ cogitationis esse pronunciant, si eam seniori confundamur aperire.

Quanta obedientia iunioribus etiam in naturali necessitate tribuatur. Cap. X.

POst hæc tanta obseruantia obedientiæ regula custoditur, ut iuniores absque præpositi sui scientia uel permissu non solum non audeant cellam progredi, sed ne ipsi quidem communi ac naturali necessitati satisfacere sua auctoritate præsumant. Sicque uniuersa complere quæcunque fuerint ab eo præcepta, tanquàm si à Deo sint cęlitus ædita sine ulla discussione festinant, ut nonnunquàm etiam impossibilia sibimet imperata ea fide ac deuotione suscipiant: ut uirtute ac sine ulla cordis hæsitatione perficere ea aut consummare nitantur, & nec in possibilitatem quidem præcepti pro senioris sui reuerentia metiantur. De quorum obedientia speciatim nunc dicere prætermitto. Exemplis enim eam ipsis paulò post tradere suo loco disponimus: si dominus nobis orationibus uestris dederit commeatū. Nunc instituta cætera prosequamur, prætermittentes illa contexere quæ in hac regione uel tradi monasterijs uel ab ipsis nequeunt custodiri, sicut in prefatiuncula nostra facturos nos esse promisimus, quod scilicet nec laneis indumentis

utantur

utantur sed lineis tantũ, & ne ipsis quidem duplicibus quibus uicaria præpositus unusquisq; suæ decaniæ subministrat cum illa quibus uestiti sunt sorduisse conspexerit.

Cuiusmodi cibus apud eos delicatissimus habeatur. Cap. XI.

ILlud quoq; arduũ atq; sublime genus continentiæ similiter prætermittentes, in qua summæ reputantur delitię si herba sale condita quam lapsanium uocant aqua diluta ad refectionem fratribus apponatur, aliasq; complura his similia quæ in hac prouincia nec aërum temperies, nec qualitas nostræ fragilitatis admittit, illa tantummodo prosequar quæ nulla carnis infirmitas non situs loci poterit impedire: si ea non fragilitas animæ ac tepor mentis ademerit.

Quòd ad sonitum pulsantis ostium nihil operis non omittant studio celeriter accurrendi. Cap. XII.

ITaq; considentes inter cubilia sua & operi ac meditationi studiũ pariter impendentes, cum sonitum pulsantis ostium ac diuersorum cellulas percutientis audierint: ad orationẽ eos scilicet seu ad opus aliquod inuitantis, certatim è cubilibus suis unusquisq; prorumpit, ita ut is qui opus scriptoris exercet, quam repertus fuerit inchoasse litteram finire non audeat, sed in eodem puncto quo ad aures eius sonitus pulsantis aduenerit, summa uelocitate prosiliens, ne tam tum quidem more interponat quantum cœpti apicis consummet effigiem, sed imperfectam lineam litteræ derelinquens, non tam operis compendia lucra ue sectetur, quàm obedientiæ uirtutem exequi toto studio atque æmulatione festinet. Quam non solum operi manuum seu lectioni uel silentio & quieti cellæ, uerumetiam cunctis uirtutibus ita præferunt, ut huic iudicent omnia postponenda, & uniuersa dispendia subire contenti sint, dum modo hoc bonũ in nullo uiolare uideantur.

Quàm criminosum habeatur si aliquid uel uilißimum quispiam suum dixerit. Cap. XIII.

ILlam sane uirtutem inter cæteras eorum institutiones uel commemorare superfluũ puto, quod scilicet nulli cistellam, nulli peculiarem sportellam liceat possidere, nec tale aliquid quod uelut proprium retinens suo debeat communire signaculo. Quos ita nouimus omni ex parte nudos existere, ut pręter colobium, mafortem, caligas, melotẽ, ac psiathium, nichil amplius habeant, cum in alijs quoq; monasterijs in quibus aliqua remissius indulgentur, hanc regulam uideamus strictissime nunc usq; seruari, ut ne uerbo quidem audeat quis dicere aliquid suum: magnumq; sit crimen ex ore monachi processisse, codicem meum: tabulas meas, grafium meum: tunicam meam, caligas meas, proque hoc digna pœnitentia satisfacturus sit, si casu aliquo per subraptionẽ uel ignorantiam huiusmodi uerbum de ore eius effugerit.

Quòd licet multa pecunia de uniuscuiusq; opere congeratur: nullus tamen præsumat excedere statutæ sufficientiæ parcitatem. Cap. XIIII.

ET cum tantos unusquisq; eorũ quotidie de opere ac sudore proprio redditus conferat monasterio, ut ex his sustentare non solũ suam ualeat parcitatẽ uerumetiã usibus possit exuberare multorũ: in nullo tamen inflatur, nec sibi de tanto operis sui quæstu ac sudore blanditur, sed præter duo paximacia quę tribus uix denarijs ibidem distrahuntur: nihil sibimet amplius unusquisq; pręsumit. Inter quos nullum peculiare opus: quod pudet dicere, quodq; in nostris monasterijs utinam fieri nesciremus, non dicam effectu, sed ne cogitatione quidem ab aliquo pœnitus affectatur. Cunque totam enthecam cœnobij suam credat esse substantiam, cunctisq; rebus ut omnium dominus omnem curam sollicitudinemq; impendat, ad retinendam nihilominus arreptę nuditatis uirtutem, quam studet ad finem usq; perfectè atq; inuiolabiliter custodire: ita semetipsum à cunctis extraneum & ex omnibus iudicat alienum, ut tanquàm peregrinum se-

gerat, & incolam istius mundi, alumnumque se potius monasterij reputet ac ministrum quàm dominum cuiuscunque rei præsumat.

De immodico apud nos studio habendi. Cap. XV.

AD hęc nos miserabiles quid dicemus, qui in cœnobijs commorantes: ac sub abbatis cura & sollicitudine constituti, peculiares circumferimus claues, omnique professionis nostræ uerecundia & confusione calcata: etiam anulos quibus recondita præsignemus in digitis palam gestare nos non pudet, quibus non solum cistellæ uel sportæ, sed ne arcæ quidem uel armaria: ad ea quæ congerimus uel quæ egressi de seculo reseruauimus condenda sufficiunt. Quique ita nonnunquàm pro uilissimis nullisque rebus accendimur, eas dumtaxat uelut proprias uendicantes, ut si quis uel digito quicquàm ex his contrectare præsumpserit, tanta contra eum iracundia suppleamur, ut commotionem cordis nostri à labijs ac tota quidem corporis indignatione reuocare non possimus. Sed prætermissis nostris uicijs, & his quæ nec commemorari quidem dignum est silentio traditis, secundum illud eloquium, non loquatur os meum opera hominum uirtutes potius quæ apud illos sunt, & hæc quæ nos quoque omni studio debemus appetere, cœpto narrationis ordine prosequamur, ipsasque iam regulas ac typos cursim breuiterque ponamus, ut peruenientes post hæc ad quosdam actus & opera seniorum quæ studiose memoriæ mandare disponimus, hæc quæ nostra expositione digesta sunt uelut testimonijs ualidissimis roboremus, uniuersa quæ diximus exemplis eorum potius ac uitæ auctoritate firmantes.

De regulis diuersarum correptionum. Cap. XVI.

SI quis igitur gillonem fictilem quem baucalem nuncupant: aut huiusmodi aliud casu aliquo fregerit, aut perdiderit aliquid, non aliter negligentiam suam quam publica diluet pœnitentia: cunctisque in synaxi fratribus congregatis: tamdiu prostratus in terram ueniam postulabit, donec orationum consummetur solennitas, impetraturus eam cum iussus fuerit abbatis iudicio de solo surgere. Eodem modo satisfaciat quisquis ad opus aliquod accersitus uel ad congregationem solitam tardius occurrerit: aut si decantans psalmum uel modicum titubauerit. Similiter si superfluo, si durius: si contumacius responderit, si negligentius obsequia iniuncta compleuerit, si uel leuiter murmurauerit, si lectionem operi uel obedientiæ præferens officia statuta segnius fuerit executus, si dimissa synaxi non concitus ad cellam recurrere festinauerit: si cum aliquo uel ad modicum substiterit, uel si ad punctum temporis uspiam secesserit: si alterius tenuerit manum, si cum illo qui cellulæ suæ cohabitator non est confabulari quantulumcunque præsumpserit, si orauerit cum illo qui est ab oratine suspensus, si parentum quempiam uel amicorũ secularium uiderit, uel collocutus eis sine suo fuerit seniore: si epistolam cuiuscunque suscipere, si rescribere sine abbate suo temptauerit. Hucusque & in huiusmodi ac similibus admissis, procedit animaduersio spiritalis. Residua uero quæ apud nos indifferenter admissa, à nobis quoque reprehensibilius sustinentur, id est aperta conuicia, manifesti contemptus: contradictiones tumidæ: libera & effrenata processio, familiaritas apud fœminas: iræ rixæ, simultates & iurgia, operis peculiaris præsumptio, philargyriæ contagio, affectus atque possessio rerum superfluarum quæ à cæteris fratribus non habentur extraordinaria ac furtiua cibi refectio, & his similia, non illa increpatione quam diximus spiritali: sed uel plagis emendantur, uel expulsione purgantur.

Quibus autoribus sit inuentum ut reficientibus fratribus sacræ lectiones in cœnobijs recitentur & quantum apud Aegyptios præbeatur silentium. Cap. XVII.

ILlud autem ut reficientibus fratribus sacrę lectiones in cœnobijs recitentur: non de typo Aegyptiorum processisse, sed de cappadocium nouerimus. Quos nulli dubium est non tam spiritalis exercitationis causa quàm compescentæ superfluæ ociosæque confabulationis gratia, & maximè contentionum quæ plerumque solent in conuiuijs generari hoc statuere uoluisse, uidentes eas aliter apud se non posse cohiberi. Apud Aegyptios enim uel maxime Tabẽnensiotas tantũ silentiũ ab omnib. exhibet, ut cũ in unũ tanta nu-

ta numerositas fratrũ refectionis obtentu consederit, nullus nec mutire quidem audeat præter eum qui suę decaniæ pręest. Qui tamen si quid mensę superinferri uel auferri necessariũ esse peruiderit: sonitu potius quàm uoce significat. Tantaq; uescentibus eis silentij huius disciplina seruatur, ut cucullis ultra oculorũ palpebras demissis, ne scilicet liber aspectus habeat curiosius copiam euagandi, nihil amplius intueantur quàm mensam: & appositos in ea uel quos ex ea capiunt cibos, ita ut quemadmodum uel quantũ reficiat alius nullus inuicem notet.

Quàm illicitum sit extra mensam communem quicquàm cibi potusúe gustare. Cap. XVIII.

ANtequàm uel postquàm legitimam communemq; refectionem percipiant summa cautione seruatur ne extra mensam quicquàm cibi penitus ori suo quisquã indulgere præsumat, ut incedentibus per hortos & pomaria, cum passim blandeq; per arbores poma pendentia non solum obijciant se pectoribus transeuntium, uerumetiam strata per terram conculcanda pedibus offerant, atq; ad colligendũ parata facile ad consensum concupiscentię illicere ualeant intuentes, & oportunitate uel copia quamuis districtos atq; abstinentissimos ad sui desiderium prouocare, sacrilegũ ducatur non modo quicquam ex his degustare, uerumetiã manu contingere, absq; eo quod palam cunctis in commune reficientibus exhibetur, & ad percipiendum œconomi dispensatione per fratrum obsequia publicè ministratur.

Quemadmodum per Palæstinam uel Mesopotamiam quotidiana fratribus exhibeantur obsequia. Cap. XIX.

NE quid sane de institutis cœnobiorum prætermisisse uideamur, quemadmodum quotidiana fratribus etiam per alias regiones exhibeantur obsequia, commemorandum breuiter puto. Per cunctam nanq; Mesopotamiam, Palæstinam & Capadociã ac totum orientem, singulis hebdomadibus uicissim fratres ad hæc officia sibi reddenda succedunt, ita ut secundum cœnobij multitudinem: ministrorum quoq; numerus deputetur. Quæ explere tanta deuotione & humilitate properant: quanta nullus seruorũ ditissimo domino ac præpotenti exhibet suum famulatum, ita ut ne istis quidem solis contenti obsequijs quæ canonico iure soluuntur, etiã nocte surgentes illos quibus specialiter hæc manet cura studio suo releuent, & ea quæ ab ipsis perficienda sunt furtim præuenientes implere contendant. Has autem septimanas unusquisq; suscipiens, usq; ad cœnam dominici diei ministraturus obseruat. Qua peracta ministerium totius hebdomadis ita concluditur, ut hi quibus succedendum est, conuenientibus in unum fratribus ad concinendos psalmos quos quieturi ex more decantant: omnibus in ordine pedes lauent, hanc scilicet ab eis pro labore totius septimanæ benedictionis mercedem fideliter expetentes, ut eos explentes mandatum Christi emissa generaliter ab omnibus fratribus oratio prosequatur: quæ uel pro ignorationibus intercedat uel promissis humana fragilitate peccatis, & commendet Deo uelut sacrificium pingue consummata eorum deuotionis obsequia. Itaq; secunda sabbati post matutinos hymnos alijs rursum succedentibus utensilia in quibus ministrauerant ac uasa consignant: quæ tanta sollicitudine curaq; suscipientes custodiũt, ne quid ex eis imminuatur uel pereat. ut credant se etiam pro minimis quibusq; uasis tanq; pro sacrosanctis rationem non solum dispensatori pręsenti sed etiam domino reddituros, si forte aliquid ex eis negligentia eorum fuerit imminutũ. Cuius disciplinę qui modus sit uel quanta fide & cautione seruetur: uno testimonio quod exẽpli gratia ponã poteritis agnoscere. Sicut enim studemus satisfacere uestro feruori: quo plenam uniuersorum cognitionem desiderantes, etiam ea quæ optime nostis hoc libello uobis cupitis iterari, ita ueremur mensurã breuitatis excedere

De tribus lenticulæ granis ab œconomo repertis. Cap. XX.

IN septimana cuiusdam fratris cum præteriens œconomus tria lenticulæ grana uidisset iacere in terra, quæ hebdomadario festinanti dum ea præparat coctioni inter manus

manus cum aqua qua diluebantur elapsa sunt, confestim super hoc abbatem consuluit. A quo uelut interuersor neglectorq; sacri peculij iudicatus, ab oratione suspensus est. Cuius negligentiæ reatus non aliter ei remissus est: nisi eum publica pœnitentia dilruisset. Non solum enim seipsos non esse suos: sed etiam omnia quæ sua sunt credunt domino consecrata. Propter quod si quid fuerit in monasterio semel illatum, ut sacrosanctũ cum omni decernunt reuerentia debere tractari. Tantaq; fide uniuersa procurant atq; dispensant, ut etiam ea quæ despectui habentur paruaq; reputantur ac uilia, si uel loco mouerint uel competentius collocauerint, sigillonem aqua impleuerint, si ex eo cuiq; obtulerint ad bibendum, si tenuem festucam de oratorio cella'ue submouerint, mercedem se consecuturos à domino tota credulitate confidant.

De spontaneo quorundam fratrum ministerio. Cap. XXI.

NOuimus fratres in quorum septimana cum accidisset tanta lignorum penuria ut non esset penitus unde soliti cibi fratribus pararentur, & donec possent coëmpta deferri ut xerofagia contenti essent abbatis fuisset auctoritate præceptum, essetq; hoc uniuersis placitum, nec quisquàm posset ullum coctionis sperare pulmentum, illos uelut qui fructu ac mercede sui laboris & obsequij fraudarent, si in ordine uicis suæ cibos fratribus non secundum consuetudinem parauissent, tantum sibi spontanei operis ac sollicitudinis indixisse, ut in illis aridis ac sterilibus locis in quibus ligna nisi de fructiferis arboribus excidantur omnimodis nequeunt inueniri, nec enim, ut apud nos, ulla reperiuntur frutecta syluestria: per extenta auia discurrentes, & hæremum quę uersus mare mortuum tenditur obeuntes: festucas tenues ac spinulas quas uentus huc illucq; dispersera, suo sinu & gremijs colligentes: cunctam solennitatem ciborum spontaneis obsequijs præpararent: ita ut de solita præbitione nihil paterentur imminui, tanta fide hæc sua munia fratribus exhibentes, ut etiam cum illos honeste posset uel lignorum excusare penuria uel abbatis imperium, pro fructu suo atq; mercede noluerint hac abuti licentia.

De Aegyptiorum typo qui est super quotidianis fratrum statutus obsequijs. Cap. XXII.

HAec dicta sint secundum typum ut præfati sumus totius orientis: quem etiam in partibus nostris necessario dicimus debere seruari. Cæterũ apud Aegyptios quibus maxima cura est operis, non est hebdomadarum mutua uicissitudo, ne sub occasione huius officij omnes ab operis canone impediantur: sed uni probatissimo fratrum cellarij uel coquinæ cura committitur, qui perpetuo donec uires eius uel ætas admittit, iugiter opus istud exerceat. Non enim magno labore corporis fatigatur, quoq; nec tanta cura inter eos parandorum ciborum uel coctionis impenditur, quippe qui maxime xerofagijs uel homofagijs utuntur, & apud quos secta singulis mensibus porrorum folia, labsania, salfrictum oliuæ: pisciculi minuti salliti: quos illi menominia uocant: summa uoluptas est.

De obedientia abbatis Iohannis per quam usq; ad prophetiæ profectus est gratiam. Cap. XXIII.

ET quoniam hic liber de institutione est eius qui renunciat huic mundo, per quam scilicet introductus ad humilitatem ueram & obedientiam perfectam cæterarum quoq; uirtutum culmina posit, ascendere, necessarium reor quædam seniorũ gesta qui bus per hanc enituere uirtutẽ, exempli gratia, sicut promisimus explicare, de multis admodum pauca carpentes, ut studentibus subimiora sectari, non solum incitamentũ ex his uitæ perfectæ, sed etiam propositi forma procedat. Quamobrẽ duos uel tres proli belli huius compendio de tam innumera patrũ multitudine proferentes ponimus. Primum abbatem Iohannem qui commoratus est iuxta Lico quod est oppidũ Thebaydis quiq; propter obedientiæ uirtutẽ ad prophetiæ gratiam sublimatus, sic uniuerso claruit orbi, ut etiam regibus mundi huius merito suo redderet illustris. Nam cũ in extremis ut

diximus

diximus Thebaidæ partibus commaneret, non ante præsumebat Theodosius imperator ad præpotentium bella tyrannorum procedere, quam oraculis illius animaretur atque responsis. Quibus confidens uelut cœlitus sibi delatis: trophea de bellis desperatis atq; hostibus reportabat.

De ligno itaq; arido quod idem abbas Iohannes ad arbitrium senioris sui quasi adolendum rigare non destitit. Cap. XXIIII.

HIc itaq; Beatus Ioannes ab adolescentia sua usq; ad perfectam ac uirilem ætatem seniori deseruiens, donec ille in huius uitæ conuersatione durauit, tanta humilitate inhæsit eius obsequijs, ut ipsi quoq; seni stuporem summum obedientia eius incuteret. Cuius hanc uirtutem utrum de uera fide ac profunda cordis simplicitate descenderet, an affectaticia esset, & quodammodo coacticia: atq; ad imperantis faciem præberetur, uolens manifestius explorare, quamplura ei etiam superflua minusq; necessaria uel impossibilia frequentius iniungebat. Ex quibus tria ponam: per quæ manifestari possit uolentibus scire, uel mentis eius uel subiectionis integritas. Sumpsit itaq; de lignario suo senex uirgultum: quod olim excisum usibus foci fuerat pręparatum: dumq; coctionis retardaret occasio: non modo aridum, sed prope putre iacebat temporis uetustate. Cunq; hoc coram ipso fixisset in terrã, præcepit ådueċta aqua quotidie bis rigari, ut scilicet diurnis humoribus radicatũ, atq; per aquam in arborem diffusis ramis reuiuiscens, amœnitatem oculis atque umbraculum in æstu feruenti subter residentibus exhiberet. Quod præceptũ ueneratione solita sine ulla imposibilitatis consideratione suscipiens adolescens, ita quotidianis diebus expleuit, ut aquam per duo ferme milia indesinenter apportans, nullatenus lignum rigare cessaret, atq; per totum anni spacium non infirmitas corporis, non festiuitas solennitatis, non occupatio necessitatis ullius quę illum etiã honestè excusaret ab executione mandati, non deniq; hyemis asperitas intercedens ab huius obseruatione pręcepti potuerit impedire. Cunq; eius hanc sedulitatem tacitus senex latenter diebus singulis exploraret, & uideret eum simplici cordis affectu mandatum suum uelut diuinitus emissum sine ulla permutatione uultus uel rationis discussione seruare, sinceram humilitatis eius obedientiam comprobans, pariter etiam miserans tam longum laborem quem per totum anni spacium studio deuotionis impenderat, ad uirgultum aridum accedens, ò inquit Iohannes misit ne radices hæc arbor an non? Cumq; ille se nescire dixisset, senex uelut inquirens rei ueritatẽ, & tanquàm temptans utrum iam suis radicibus niteretur, euulsit coram ipso leui commotione uirgultũ, sicq; projciens illud, præcepit ut deinceps rigare desineret.

De proiecto ab abbate Iohanne uase unico olei ad senioris imperium. Cap. XXV.

ITaq; cum huiusmodi exercitijs eruditus quotidie iuuenis in hac parendi uirtute succresceret, & humilitatis eius enitesceret gratia, atq; obedientiæ suæ suauis odor per monasteria uniuersa fragraret, quidam fratrum probationis immo ædificationis obtentu uenientes ad senem, cum subiectionẽ eius quam audierant mirarentur, uocans eum repente senex, ascende ait, & sumens lenticulam olei: quæ sola in hæremo suis uel aduenientium usibus liquorem pinguedinis tenuissimum ministrabat, deorsum proijce per fenestram. Quam ille cum ad superiora concitus peruolasset, per fenestram proferens comminuendam dimisit ad terram, parum cogitans uel retractans præcepti ineptiam, diurnam necessitatem, infirmitatem corporis, penuriam sumptuum, hęremi squalentis angustias ac difficultates, in qua etiam si pecunia suppeditaret, nihilominus perdita species inueniri repararìq; non posset.

Quemadmodum abbas Ioannes suo obedierit seniori ad aduoluendum saxum quod ne à multis quidem poßibile erat moueri. Cap. XXVI.

ALijs rursum ædificari cupientibus obedientiæ huius exemplo, uocans eum senior, curre inquit Ioannes, saxum illud huc aduolue quamtotius. Qui confestim

saxum

ſaxum immane quod turbæ multæ hominum uel mouere non poſſent, applicita nunc ceruice, nunc toto pectore, tanto niſu atq; conatu prouoluere contendebat, ut ſudore omnium membrorum ſuorum non ſolum totum infunderet ueſtimentum, ſed etiam ſaxum ipſum ſuis ceruicibus humectaret: in hoc quoq; parum metiens impoſsibilitatem præcepti uel facti pro reuerentia ſenioris & obſequij ſimplicitate ſincera, qua credebat ſenè tota fide nihil poſſe in caſſum ac ſine ratione præcipere.

De humilitate & obedientia abbatis Mucij quam in proijcienda in fluuium paruulo filio ex præcepto ſenioris non hæſitauit implere. Cap. XXVII.

HVcuſq; abbatis Iohannis paucà dixiſſe de multis ſufficiat, nunc abbatis Mucij factum memoria dignũ comprehendam. Hic namq; abrenunciare deſiderans hunc mundo, tam diu pro foribus monaſterij excubans perdurauit, donec immobili perſeuerantia ſua contra omnem conſuetudinẽ cœnobiorum cum filio ſuo paruulo qui octo circiter erat annorum ut ſuſciperetur eliceret. Cumq; tandem recepti fuiſſent, confeſtim non ſolum diuerſis præpoſitis traditi, uerumetiam cellę habitatione ſeiuncti ſunt, ne ſcilicet iugi uiſione paruuli reminiſceretur pater ex omni ſua quam renuncians abiecerat facultate atq; affectione carnali ſaltem ſibi filium ſuper eſſe: & quemadmodum ſe iam diuitem non eſſe ſciebat: ita etiam patrem ſe eſſe neſciret. Quod ut plenius probaretur utrum uidelicet plus faceret affectionem ſanguinis ac ſuorum uiſcerum charitatem, an obedientiam & mortificationem Chriſti quam renuncians quiſq; pro eius debet amore præferre, de induſtria negligebatur paruulus, pannis potius quàm ueſtimentis indutus: ſordibus quoq; ita obſitus ac fœdatus: ut offendere potius quàm delectare paternos oculos poſſet quotiens ab eo fuiſſet aſpectus: ſed etiam colaphis atq; alapis expetus diuerſorum: quas plerunq; ſub obtutibus ſuis innocenti paruulo etiam gratis cernebat inferri, ita ut nunquàm genas eius niſi lachrymarum ſordentibus ueſtigijs uideret infectas. Cumq; taliter infans ſub oculis eius per dies ſingulos ageretur, pro amore nihilominus Chriſti & obedientiæ uirtute rigida ſemper atq; immobilia patris uiſcera permanſerunt. Non enim iam reputabat ſuum filium quem ſecum pariter obtulerat Chriſto: nec curabat de pręſentibus eius iniurijs: ſed potius exultabat quod eas nequaquàm infructuoſè cernebat tolerari, parum cogitans de lachrymis eius, ſed de propria humilitate ac perfectione ſollicitus. Quam diſtrictionem mentis illius atq; immobilem rigorem peruidens cœnobij ſenior, ad comprobandam penitus animi eius conſtantiã, cum plorare quadam die uidiſſet infantem, ſimulans ſe aduerſus eum commotum præcepit patri ut tollens eum iactaret in flumen. Tunc ille uelut à Domino ſibi hoc præceptum eſſet, confeſtim celeri curſu rapiens filium, ulnis proprijs uſq; ad oram fluminis aduexit iacturus. Quod profecto feruore fidei & obedientiæ eius fuiſſet opere conſummatũ, niſi procurati fuiſſent de induſtria fratres, qui ſollicite ripã fluminis obſiderent, proiectumq; iam & quodammodo de fluminis alueo paruulum rapuiſſent: & conſummationem pręcepti obſequio patris ac denominatione completam, ab effectu operis atq; ab ipſo fine reuocaſſent.

Quemadmodum reuelatum ſit abbati de patre Mucio opus eum Abrahæ feciſſe: & quòd defuncto eidem abbati idem pater Mucius in monaſterij adminiſtratione ſucceſſerit. Cap. XXVIII.

CVius fides atq; deuotio in tantum Deo fuit accepta, ut diuino ſtatim teſtimonio comprobata ſit. Reuelatũ nanq; eſt continuo ſeniori, hac eum obedientia Abrahę patriarchę opus impleſſe. Cunque breui tempore tranſacto idem abbas cœnobij de mundi huius commoratione migraret ad dominum: hunc præponens cunctis fratribus ſucceſſorem ſibi atque abbatem monaſterio dereliquit.

De

De obedientia fratris qui decem sportas circumferens publice distraxit ad abbatis imperium. Cap. XXIX.

NOn tacebimus etiam nobis cognitum fratrem secūdum seculi huius ordinem summæ familiæ. Nā patre comite ac ditissimo oriundus fuit, studijs quoq; liberalibus non mediocriter institutus. Qui relictis parentibus cum ad monasterium peruolasset ad comprobandam mentis humilitatem uel fidei eius ardorem, confestim ei a seniore præceptum est, ut decem sportas quas necesse non erat publicè uendicari, ceruicibus suis onērans distrahendas per plateas circunferre, adiecta conditione quæ diutius in hoc officio retineretur, ut si forte eas unus coëmere uoluisset nō cederet, sed singillatim eas quærentibus uenundaret. Quod ille tota deuotione cōpleuit, & omni confusionis uerecundia pro nomine ac desiderio Christi calcata, sportas humeris suis imponens precio statuto distraxit, ac pecuniam ad monasterium reportauit, nequaquam perterritus tam uilis & insueti officij nouitate, nec considerans indignitatem rei, nataliumq; splendorem, ac uenditionis iniuriam, dum illam Christi humilitatem quæ est uera nobilitas, per obedientiæ gratiam desiderat obtinere.

De Abbatis Pynufij humilitate, qui relicto cœnobio celeberrimo cui præsbyter præerat, longinquum monasterium in quo uelut incipiens susciperetur desiderio subiectionis expetijt. Cap. XXX.

COartat uos libelli modus ad finem tendere, sed obedientiæ hominum quæ inter cæteras uirtutes primatum tenet, non patitur nos eorum gesta qui per hanc claruerūt penitus silentio præterire. Propter quod utrumq; congruè temperantes, id est, tam breuitati quàm studiosorum desiderijs atq; utilitatibus seruientes, unum adhuc ponemus humilitatis exemplum, quod non ab incipiente sed à perfecto atq; abbate completum, non solum iuniores instruere, sed etiam seniores ad perfectam humilitatis uirtutem lectione sua poterit incitare. Vidimus itaq; abbatem Pynufium, qui cum esset immanis cœnobij præsbyter, quod est in Aegypto non longe à Panefisi ciuitate, & pro ipsa reuerentia, uel uitæ suæ, uel ætatis, uel sacerdotij, cunctis honorabilis ac uenerandus existeret, uidens se pro hoc ipso humilitatem illam quam secundum suæ mentis ardorem concupierat exercere nō posse, nec habitare quo uirtutem desideratæ subiectionis extenderet, clàm fugiens de cœnobio secessit solus in Thebaidos ultimas partes. Ibiq; deposito habitu monachorum, assumpta seculari ueste cœnobium Tabenensiotarum expetijt, quod sciebat cunctis esse districtius, & in quo se uel pro longitudine regionis credidit ignorādum, uel pro magnitudine monasterij ac multitudine fratrū facilè posse celari. Vbi diutissimè pro foribus perseuerās, cunctorum fratrum genibus prouolutus ut susciperetur summis precibus exorabat. Cunq; multo despectu tandem fuisset admissus, quod scilicet decrepitus senex & qui omnem suam peruixisset ætatem ingredi cœnobium postularet, quo tēpore iam ne deseruire quidem suis uoluptatibus præualeret, ac ne hoc quidem ipsum causa religionis expetere eum assererent, sed famis & inopiæ necessitate constrictū, ut seni nulliq; operi penitus apto horti cura diligentiaq; mādatur. Quam sub alio fratre iuniore qui eum sibi creditum retinebat exercens, sic eidem subdebatur tantaq; obedientia desideratam humilitatis excolebat uirtutem, ut non solum ea quæ ad horti curam diligentiamq; pertinebant, uerumetiam uniuersa officia quæ cunctis erant aspera uel indigna, atq; ab omnibus ducebantur horrori, tota quotidie sedulitate compleret. Quā plura etiam nocte consurgens ita furtim nullo teste uel conscio tenebris occulentibus efficiebat, ut penitus auctorem operis nemo deprehenderet. Cunq; ibidem triennio delitescens dispersis per uniuersam Aegyptum ubiq; fratribus quæreretur, à quodam tandem uisus qui de Aegypti partibus commearat, uir pro humilitate habitus sui ac uilitate officij quod gerebat agnosci. Nam sarculo deorsum incuruus laxabat oleribus terram, deinde stercus humeris suis aduectans eorum radicibus ingerebat. Cumq; hæc intuens frater super agnitione eius diutissima fuisset hæsitatione detentus, propius tandem accedens, & non solum uultum sed etiam sonum uocis diligenter explorans, ad pedes eius cōminus procidens primo quidem super hoc stuporem summum uidentibus cunctis incussit, cur uidelicet istud

fecerit ei qui apud ipsos uelut nouicius ac de seculo nuper egressus habebatur extremus,
post uerò miraculo sunt maiore perculsi: cum eius nomen quod apud ipsos quoque ma-
gna fuerat opinione compertum protinus prodidisset. A quo uniuersi fratres prioris
ignorantiæ ueniam postulantes, quod eum uidelicet tanto tempore inter iuniores ac par
uulos deputassent, inuitum ac flentem quod inuidia diaboli digna sibi fuisset conuersati
one atque humilitate fraudarus, quam diutissimè requisitam tandem aliquando se inue-
nisse gaudebat, nec meruisset uitam suam in illa quam arripuerat subiectione finire ad
proprium cœnobium reduxerunt, custodientes eum summa diligentia, ne ab eis quoque
similiter quoque dilapsus aufugeret.

*Quemadmodum Abbas Pynusius reductus in monasterium suum modico tempoe commo-
ratus iterum fugerit in partes Syriæ.* Cap. XXXI,

VBi cum fuisset modico tempore demoratus, eodem rursus humilitatis desiderio
atque ardore succensus, captans nocturna silentia ita diffugit, ut iam prouinciam
non uicinam sed ignotas & alienas longeque diuisas regiones expeteret. Nam conscen-
dens nauem in Palestinæ partes commeare festinauit, credens se tutius latitaturum, si ad
illa semetipsum asportaret loca, in quibus ne nomen quidem suum fuisset auditum. Quo
cum aduenisset, nostrum monasterium protinus expetiuit, quod non longè fuit à spelca
in quo Dominus noster Iesus Christus ex uirgine nasci dignatus est. In quo per modico
tempore delitescens, secundum sententiam domini tanquam ciuitas super montem po-
sita diutius abscondi non potuit. Nam continuo quidam fratrum qui ad loca sancta
de Aegypti partibus orationis causa conuenerant, agnitum eum summa ui præcum ad
cœnobium suum reuocarunt.

*Quæ præcepta dedit idem Abbas Pynusius fratri quem in suo monasterio sub nostra
recipiebat præsentia.* Cap. XXXII.

HVnc igitur senem pro illa quæ nobis fuerat apud ipsum in monasterio nostro fa-
miliaritas, cum post hæc in Aegypto studiosissimè requisissemus, exhortationem
quam dedit fratri quem sub nostra præsentia in cœnobio suo recipiebat, quia puto ex
hac posse aliquid instructionis accidere, animus est opusculo huic intexere. Nosti, ait,
quot diebus pro foribus excubans, hodie sis receptus. Cuius difficultatis causam primi-
tus debes agnoscere. Poterit enim tibi in hac uia quam ingredi concupiscis mul-
tum conferre, si ratione eius agnita ad Christi seruitium consequenter ac sicut oportet
accesseris.

*Quod sicut magna remuneratio monacho debetur secundum institutionem patrum laboran-
ti, ita & pœna similiter tribuatur, & idcirco non debeat quis facilè admi-
ti in monasterio.* Cap. XXXIII.

SIcut nanque immensa gloria fideliter seruientibus deo ac secundum regulæ institutio-
onem ei adhærentibus repromittitur in futurum, ita pœnæ grauissimæ præparantur
his qui tepidè eam negligenterque fuerint executi, & secundum hoc quod professi fue-
runt uel quod ab hominibus esse creduntur, fructus etiam congruos sanctitatis eidem exhi-
bere neglexerint. Melius est enim secundum scripturæ sententiæ nõ uouere quemque quàm uo-
uere & non reddere, & maledictus qui facit opus dei negligẽter. Ideo igitur à nobis diu-
tissimè refutatus es, non quia tuam uel omniũ salutẽ nõ toto desiderio cupiamus ample-
cti, & his qui ad Christũ cupiunt puenire etiam procul occurrere nõ optemus, sed ne te-
merè recipiẽtes, & nos apud deũ leuitatis, & temetipsum reum grauioris supplicij facere-
mus, si ad præsens faciè susceptus, nec pondus professionis huius intelli-
gens, uel destitutor post hæc uel repidus extitisses. Quamob-
rem ipsam causam abrenunciationis debes in primis
agnoscere. Qua perspecta, quid te cõueniat
agere eius ratione manife-
stius instruaris.

Quo

Quod abrenunciatio nostra nihil sit aliud quam mortificatio & imago crucifixi Cap. XXXIIII.

ABrenunciatio nihil est aliud quam crucis ac mortificationis indicium. Ideoque noueris hodierno die te huic mundo & actibus eius ac desiderijs esse defunctum, teque secundum Apostolum mundo huic esse crucifixum, tibique hunc mundum. Considera ergo conditiones crucis sub cuius te deinceps sacramento oportet in hac luce uersari, quia iam tu non uiuis, sed ille uiuit in te qui est crucifixus pro te. Eo ergo habitu ac figura qua pro nobis in patibulo fuit ille suspensus. nos quoque necesse est in hac uita degere ut scilicet secundum Dauid affigentes timore domini carnes nostras. uniuersas uoluntates nostras ac desideria, non nostræ concupiscentiæ seruientia, sed mortificationi eius habeamus affixa. Sic enim Domini præceptum implebimus dicentis, qui nō accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Sed fortè dicas: Quomodo potest homo crucem suam iugiter portare, uel quemadmodum uiuens quis possit esse crucifixus? Audi rationem breuiter.

Quod crux nostra timor domini sit. Cap. XXXV.

CRux nostra timor domini est. Sicut ergo crucifixus quis iam non pro animi sui motu membra sua quoque mouendi uel conuertendi habet potestatem, ita & nos uoluntates nostras ac desideria non secundum id quod nobis suaue est ac delectat ad præsens, sed secundum legem domini quo nos illa constrinxerit applicare debemus. Et sicut is qui patibulo crucis affigitur, non iam præsentia contemplatur, nec de suis affectationibus cogitat, non pro die crastino sollicitudine curaque distenditur, nulla possidendi concupiscentia permouetur, nulla superbia, nulla contentione, nulla emulatione succenditur, non de præsentibus dolet iniurijs, non præteritarum iam recordatur, seque cum adhuc spirat in corpore cunctis elementis credit esse defunctum, illuc præmittens sui cordis intuitum, quo se non dubitat ilico transiturum, ita nos quoque timore domini crucifixos oportet his omnibus, id est, non solum carnalibus uitijs uerumetiam ipsis elementis mortuos esse, illuc habentes oculos animæ nostre defixos quos nos sperare debemus momentis singulis migraturos. Hoc enim modo mortificatas poterimus uniuersas concupiscentias nostras & affectus habere carnales.

Quod renunciatio nostra nihil prosit ijsdem quibus renunciauimus implicemur. Cap. XXXVI.

CAue ergo ne quid aliquando eorum resumas quæ renuncians abiecisti, & contra domini interdictum de agro euangelicæ operationis reuersus, inueniaris tunica tua qua te expoliaueras reuestiri. neque ad humiles terrenasque mundi huius concupiscentias ac studia reuoluaris, & contra Euangelij mandatum de perfectionis tecto descendens, tollere aliquid præsumas ex his quæ abrenuncians abdicasti. Caue ne parentum, ne affectionis pristinæ recorderis, & ad curas huius seculi sollicitudinesque reuocatus, secundum Saluatoris sententiam ponens manum tuam super aratrum & aspiciens retro, regno cœlorum aptus esse non possis. Caue ne quādo superbiam quam nunc incipiens ardore fidei ac pia humilitate calcasti, cum ceperis psalmorum uel professionis huius quandam noticiam degustare, paulatim elatus resuscitare mediteris, ac secundum Apostoli sententiam quæ destruxisti iterum reædificans præuaricatorem constituas temetipsum, sed potius ut in hac nuditate quam coram Deo & angelis eius professus es ad finem usque perdures. In hac quoque humilitate ac patientia, qua ut susciperceris in monasterio decem diebus pro foribus perseuerans multis lachrymis implorasti, non solummodo persistas, uerumetiam proficias atque succrescas. Satis enim miserum est ut cum debeas à rudimentis ac primordijs tuis prouehi & ad perfectionem tendere, etiam ab ipsis incipias ad inferiora decidere. Non enim qui ceperit hæc, sed qui perseuerauerit in his usque ad finem, hic saluus erit.

Quod diabolus nostro fini semper insidietur, & nos eius caput iugiter obseruare debeamus. Caput XXXVII.

VErsutus enim serpens calcanea nostra semper obseruat, id est, insidiatur exitui nostro, & usq; in finem uitæ nostræ nos supplantare conatur. Et idcirco bene cœpisse nihil proderit, nec pleno feruore renunciationis arripuisse principia, si hæc congruus etiam finis similiter non commendauerit atque concluserit, Christiq; humilitas atq; paupertas quam nunc coram ipso professus es usque ad extremum uitæ quemadmodum arrepta est à te non fuerit custodita. Quod ut possis implere, tu eius capita, id est, cogitationum principia semper obserua, ad seniorem scilicet mox ea deferens. Ita enim disces perniciosa eius initia conterere, si nihil ex eis seniori tuo erubueris reuelare.

De renunciantis præparatione aduersum temptationes, & de paucis imitandis. Cap. XXXVIII.

QVa propter, secundum scripturæ sententiam egressus ad seruiendum domino, sta in timore dei, & præpara animam tuam non ad requiem, non ad securitatem, non ad delitias, sed ad temptationes & angustias. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Angusta namq; est porta & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Considera ergo te de paucis & electis effectum, & ne exemplo ac tempore multitudinis refrigescas, sed uiue ut pauci, ut cum paucis inueniri merearis in regno dei. Multi enim sunt uocati, pauci uerò electi, & pusillus est grex, cui complacuit patri hæreditatem dare. Itaq; non leue noueris esse peccatum, perfectionem professum quempiam ea quæ sunt imperfecta sectari. Ad quem perfectionis statum his gradibus atq; hoc ordine peruenitur.

Quo ordine quis ad perfectionem ualeat peruenire, per quam de timore Dei ad charitatem consequenter ascendat. Cap. XXXIX.

PRincipium nostræ salutis eiusdemq; custodia, sicut dixi, timor domini est. Per hunc enim & initium conuersionis & uitiorum purgatio & uirtutum custodia, his qui imbuuntur ad uiam perfectionis acquiritur. Qui cum penetrauerit hominis mentem, contemptum ei rerum omnium parit, obliuionem parentum, mundiq; ipsius gignit horrorē. Contemptu autem ac priuatione facultatum omnium, humilitas acquiritur. Humilitas uerò his indicijs comprobatur, primo si mortificatas in se habeat omnes uoluntates. secundo si non solum actuum suorum uerumetiam cogitationum nihil suum celauerit seniorem. tertio si nihil suæ discretioni sed iudicio eius uniuersa committat, ac monita eius sitiens ac libenter auscultet. quarto si in omnibus seruet obedientiam, mansuetudinem, & patientiæ constantiam. quinto si non solum iniuriam inferat nulli, sed ne ab alio quidem sibimet irrogatam doleat atq; tristetur. sexto si nihil agat nihil præsumat quod non uel communis regula uel maiorum cohortantur exempla. septimo si omni uilitate contentus sit, & ad omnia se quæ sibi præcipiuntur uelut operarium malum iudicauerit & indignum. octauo si semetipsum cunctis inferiorem non superficie pronunciet labiorum, sed intimo cordis credat affectu. nono si linguam cohibeat, uel non sit clamosus in uoce. decimo si non sit facilis ac promptus in risu. Talibus namq; indicijs & his similibus humilitas uera dinoscitur. Quæ cum fuerit in ueritate possessa, confestim te ad charitatem quæ timorem non habet, gradu excellentiore perducet, per quam uniuersa quæ prius non sine pœna formidinis obseruabas, absq; ullo labore uelut naturaliter incipies custodire, non iam contemplatione supplicij uel timoris ullius sed amore ipsius boni & delectatione uirtutum.

Quod non debeat monachus exempla perfectionis à multis expetere sed ab uno uel paucis. Cap. XL.

AD quod ut ualeas facilius peruenire, exēpla tibi sunt imitationis ac uitæ perfectæ in congregatione commoranti, à paucis imò ab uno uel duobus non à pluribus expetenda. Nam præter id quod examinata uita atque ad purum excocta reperitur in paucis, etiam istud ex hoc utilitatis accidit, quod ad perfectionem propositi huius, id est, cœ

nobialis

nobialis uitæ diligentius quis unius imbuitur ac formatur exemplo.

Quarum debilitatum similitudinem suscipere debeat qui in cœnobio commoratur. Caput XLI.

QVæ omnia ut possis consequi, & sub hac regula spiritali perpetuo perdurare, tria hæc in congregatione necessario custodienda sunt tibi, ut scilicet secundum Psalmistæ sententiam, ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus qui non aperit os suum, & factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationem, tu quoque uelut surdus ac mutus & cæcus incedas, ut absque illius contemplatione qui tibi fuerit ad imitandum merito perfectionis electus, uniuersa quecunque uideris minus ædificationis habentia uelut cæcus non uideas, ne animatus eorum qui hæc agunt authoritate uel forma, ad id quod deterius est, & quod ante damnaueras, traducaris. Si inobedientem, si contumacem, si detrahĕtem audieris, uel secus quam tibi traditum est aliquid admittentem non offendaris, nec ad imitādum eum tali subuertaris exemplo. sed ut surdus qui hæc penitus nec audieris uniuersa transmittas. Si tibi uel cuiquam conuicia, si irroganter iniuriæ, esto immobilis, & ad responsionem talionis ut mutus ausculta, semper hunc Psalmistæ uersiculum in corde tuo decantans: Dixi custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersus me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Verum & quartum hoc præ omnibus excole, quod hæc quæ supra diximus tria ornet atque commendet, id est, ut stultum te secundum Apostoli sententiam facias in hoc mundo ut sis sapiens, nihil scilicet discernens nihil dijudicans & his quæ tibi fuerint imperata, sed cum omni simplicitate ac fide obedientiam semper exhibeas, illud tantummodo sanctum, illud utile, illud sapiens esse iudicans, quicquid tibi uel lex dei, uel senioris examen indixerit. Tali enim institutione fundatus, sub hac disciplina poteris durare perpetuò, & de cœnobio nullis temptationibus inimici nullis factionibus deuolueris.

Quod bonum patientiæ suæ non debeat monachus de aliorum sperare uirtute, sed de sua longanimitate. Cap. XLII.

ERgo patientiam tuam non debes de aliorum sperare uirtute, id est, ut tunc eam tantummodo possideas cum à nemine fueris irritatus, quod ne possit non euenire, tuæ non subiacet potestati, sed potius de humilitate tua & longanimitate, quæ in tuo pendet arbitrio.

Recapitulatio expositionis per quam monachus ad perfectionem poßit ascendere. Cap. XLIII

ET ut hæc omnia quæ latiori sermone digesta sunt cordi tuo facilius inculcentur, ac tenacissimè tuis sensibus ualeant inhærere, quoddam ex his breuiarium colligam, per quod possis breuitate & compendio mandatorum memoriter uniuersa complecti. Audi ergo paucis ordinem, per quem ascendere ad perfectionem summam sine ullo labore ac difficultate ualeas. Principium nostræ salutis sapientiæque secundum scripturas timor domini est. De timore domini nascitur compunctio salutaris. De compunctione cordis procedit abrenunciatio, id est, nuditas & contemptus omnium facultatum. De nuditate humilitas procreatur. De humilitate mortificatio uoluntatum generatur. Mortificatione uoluntatum extirpantur atque marcescunt uniuersa uitia. Expulsione uitiorum uirtutes fructificant atque succrescunt. Pullulatione uirtutum puritas cordis acquiritur. Puritate cordis apostolicæ charitatis perfectio possidetur.

De institutis renunciantium libri quarti finis.

LIBER QVINTVS DE SPIRITV GASTRIMARGIAE

Transitus de institutis cœnobiorum ad colluctationem octo principalium uitiorum. Caput I.

QVINTVS nobis iuuante deo liber iste procuditur. Nam post quatuor libellos qui super istitutis monachorum digesti sunt, nunc arripere colluctationem aduersus octo principalia uitia uestris orationibus domino confortante disponimus, id est, primum Gastrimargiæ quæ interpretatur gulæ cõcupiscentia. secundum Fornicarionis. tertium Philargyrię quod intelligitur auaricia, uel ut proprius exprimatur amor pecuniæ. quartũ Iræ. quintum Tristiciæ. sextum Ascidiæ quod est anxietas siue tædium cordis. septimum Cœnodoxiæ. quod sonat uana seu inanis gloria. octauum Superbiæ. Quem ineuntes agonem tuis precibus ô beatissimè papa Castor, nunc impensius indigemus, ut primum naturas eorum, tam minutas, tam occultas: tamq́ obscuras inuestigare condignè, deinde causas eorundem sufficienter exponere. tertio ut idoneas curationes eorum ac remedia possumus inferre.

Quæ causæ uitiorum sicut in omnibus immorantur, ita ab omnibus ignorantur, & quia ad manifestandas eas domini egeamus auxilio. Cap. II.

QVarum passionum causæ quemadmodum cum patefactæ fuerint traditionibus seniorum ab omnibus protinus agnoscuntur, ita priusquam reuelentur cum ab ipsis uniuersi uastemur & in cunctis hominibus immorentur, ab omnibus ignorãtur. Verum eas ita nos aliquatenus explicare posse confidimus, si intercessionibus uestris ad nos quoque ille qui per Esaiam prolatus est sermo domini dirigatur, ego ante te ibo, & potentes terræ humiliabo, portas æreas confringam, & uectes ferreos conteram, & aperiam tibi thesauros absconditos & arcana secretorum, ut nos quoque uerbum dei præcedens. primum terræ nostræ potentes humiliet, id est, has easdem quas expugnare cupimus noxias passiones, dominationem sibi ac tyrannidem sæuissimam in nostro mortali corpore uendicantes, easq́ faciat indagini nostræ atque expositioni succumbere, & ita nostrę ignorationis portas effringens, ac uitiorum uectes excludentium nos à uera scientia conterens, ad secretorum nostrorum nos arcana perducat, ac secundum Apostolum illuminatis nobis reuelet ea quæ sunt abscondita tenebrarun, & manifestet consilia cordium, ut sic ad tetras uitiorum tenebras purissimis oculis animæ penetrantes, patefacere eas ac producere possimus ad lucẽ, earumq́ causas atque naturas his uel qui caruerunt eis uel adhuc obligati sunt pandere ualeamus, & ita secundum prophetam trãseuntes per ignem uitiorum dirissime nostras exurentium mentes, confestim per aquas quoque uirtutum extinguentium scilicet ea transire possimus illęsi, ac spiritalibus remedijs irrigati ad refrigerandum perfectionis puritate cordis mereamur educi.

Quod prima nobis colluctatio sit aduersus spiritum Gastrimargiæ, id est, coucupiscentiam gulæ. Cap. III.

ITaque primum ineundum certamen est aduersus Gastrimargiam quam diximus gulæ esse concupiscentiam. Et in primis de modo ieiuniorum & escarum qualitate dicturi, rursus ad Aegyptiorum traditiones ac statuta recurremus, quibus sublimiorem cõtinentiæ disciplinam, & perfectam discretionis inesse rationem nullus ignorat.

Testimonium abbatis Antonij quo docet unamquamque uirtutem ab illo qui eam peculiarius poßidet expetendam. Cap. IIII.

VEtus namque est beati Antonij admirabilisq́ sententia, monachum qui post cœnobiale propositum fastigia nititur sublimioris perfectionis attingere, & apprehenso discretionis examine, proprio iam potẽs est stare iudicio, atque ad arcem anachoreseos peruenire: minime debere ab uno quamuis summo uniuersa genera uirtutum expetere

petere. Alius enim scientiæ floribus exornatur, alter discretionis ratione robustius communitur, alter patientiæ grauitate fundatur, alius humilitatis, alius continentiæ uirtute præfertur, alius simplicitatis gratia decoratur. Hic magnanimitatis, ille misericordiæ, iste uigiliarum, hic taciturnitatis, ille laboris studio supereminet cæteros. Et idcirco monachum spiritualia mella condere cupientem, uelut apem prudentissimam debere unamquanquam uirtutem ab his qui eam familiarius possident deflorare, & in sui pectoris uase diligenter recondere, ne quid minus aliquid habeat discutere, sed hoc tantum quid uirtutis habeat contemplari studioseq; decerpere. Cunctas namque si ab uno uolumus mutuari, aut difficile aut certe nunquam idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperiri. Quia licet nec dum Christum omnia factum secundum Apostolum uideamus in omnibus, tamen hoc modo possumus eum, id est, per partes in omnibus inuenire. De ipso enim dicitur, qui factus est nobis ex deo sapientia, iusticia, sanctitas & redemptio. Dum ergo in alio sapientia, in alio iusticia, in alio sanctitas, in alio mansuetudo, in alio castitas, in alio humilitas, in alio patientia reperitur, membratim Christus per unumquemque nunc sanctorum diuisus est. Concurrentibus uerò uniuersis in unitatem fidei ac uirtutis, redditur in uirum perfectum, plenitudinem sui corporis, in singulorum membrorum compage ac proprietate perficiens. Donec ergo ueniat illud tempus quo sit deus omnia in omnibus, in præsenti potest hoc quo diximus modo, id est, per partes uirtutum esse in omnibus deus, licet non dum per plenitudinem earum omnia sit in omnibus. Quia licet unus religionis nostræ sit finis, professiones tamen diuersé quibus ad deum tendimus, sicut in collationibus seniorum plenius disputandum est. Ideoq; discretionis & continentiæ forma ab his est nobis peculiarius expetenda, à quibus uirtutes has per gratiam spiritussancti uberius uidemus effluere, non quod ullus quæ in multos diuisa sunt solus possit acquirere, sed ut in his bonis quorum capaces esse possumus, ad eorum nos imitationem qui ea peculiarius obtinuere tendamus.

Quod non possit ab omnibus uniformis ieiuniorum regula custodiri.
Caput V.

Itaque super ieiuniorum modo haud potest facilè uniformis regula custodiri, quia nec robur unum cunctis corporibus inest, nec sicut cætere uirtutes animi solius rigore patrantur. Et idcirco quia non in sola fortitudine mentis animæqúe consistunt, cum coporris enim possibilitate participant, talem super his diffinitionem traditam nobis accepimus, diuersum esse refectionis quidem tempus ac modum & qualitatem, pro impari scilicet corporum statu uel ætate ac sexu, unam tamen esse omnibus pro mentis continentia & animi uirtute castigationis regulam. Neque enim cunctis possibile est hebdomadibus protelare ieiunia, sed ne triduana quidem uel biduana inedia refectionem cibi differre. A multis quippe ægritudine & maxime senio iam defessis, ne usque ad occasum quidem solis ieiunium sine afflictione toleratur. Non omnibus infusorum leguminum esus conuenit eneruatus, nec cunctis purorum olerum habilis est parsimonia, nec uniuersis sicci panis refectio castigata conceditur. Alius quantitate librarum duarum saturitatem non sentit, alius libræ unius siue unciarum sex edulio prægrauatur, attamen unus in omnibus his continentiæ finis est, ne quis iuxta mensuram capacitatis suæ saturitatis oneretur ingluuiæ. Non enim qualitas sola sed etiam quantitas escarum, aciem cordis obtundit, ac mente cum carne pariter impinguata noxium uitiorum fomitem igneumq; succendit.

Quod non solo uino mens inebriatur. *Cap. VI.*

Qvilibet escis refectus uenter seminaria luxuriæ parit, nec præualet mens discretionum gubernacula moderari, ciborum pondere præfocata. Non enim sola crapula uini mentem inebriare consueuit, uerumetiam cunctarum escarum nimietas uacillãtem eam ac nutabundam reddit, omniq; integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat. Sodomitis causa subuersionis atque luxuriæ, non uini crapula, sed saturitas extitit panis. Audi dominum per prophetam Hierusalem increpantem. Quid enim peccauit soror tua Sodoma, nisi quia panem suum in saturitate & abundantia comedebat?

Et quia per saturitatem panis inextinguibili carnis fuerant ardore succensi, iudicio Dei cœlitus sunt igne sulphureo concremati. Quod si illos sola nimietas panis ad tam prçruptum flagitiorum præcipitium uitio facietatis impegit, quid censendum est de his qui uegetato corpore perceptionem carnium ac uini immoderata ubertate præsumunt, non quantum expetit imbecillitas, sed quantum animi libido suggerit usurpantes?

Qua ratione infirmitas carnis puritatem cordis nequeat impedire.
Caput VII

INfirmitas carnis ad puritatem cordis non officit, si hæc tantummodo quæ fragilitas carnis non quæ uoluptas exigit usurpentur. Facilius uidimus uiros qui ab escis corpulentioribus omnimodis temperarent, quam moderatè usos pro necessitate concessis, & qui totum sibi pro continentiæ amore denegarent, quam qui eas sub infirmitatis occasione sumentes mensuram sufficientiæ custodirent. Habet etiam corporis imbecillitas continentiæ suæ palmam, dummodo escis defectioni carnis indultis adhuc indigentem se refectione defraudet, tantumque esus indulgeat, quantum sufficere ad uiuendi usum temperantiæ discretio rigida iudicauerit, non quantum desiderij appetitus exposcit. Esculentiores cibi ut procurant corporis sanitatem, ita castitatis non adimunt puritatem, si cum moderatione sumantur. Quicquid enim fortitudinis causa esu eorum percipitur, ægritudinis labore ac defectione consumitur. Quamobrem ut nulli statui uirtus parsimoniæ adimitur, ita ne integritatis quidem consummatio denegatur.

Quo perfectæ continentiæ fine esca sumenda sit. Cap. VIII.

VErissima est itaque patrum probatissimaque sententia, ieiuniorum & continentiæ modum in mensura parcitatis tantum & castigatione consistere, & hunc esse perfectæ uirtutis in commune omnibus finem, ut ab escis quas summere sustentandi corporis necessitate compellimur, adhuc in appetitu earum positi temperemus. Quamuis enim quis corpore sit infirmus, perfectam uirtutem quam robustus ac sanus in omnibus possidebit, si desideria quæ fragilitas carnis non exigit, mentis rigore castiget. Apostolus nanque ait: Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.. Non ergo curam eius omnimodis interdixit, sed ut in desiderijs fieret, denegauit. Voluptuosam ademit diligentiam carnis, gubernationem uitæ necessariam non exclusit, illud ne indulgentia carnis ad desideriorum occupationes noxias deuoluamur, hoc uerò ne corruptum nostro uitio corpus spiritales ac necessarias functiones implere non possit.

De mensura castigationum assumendarum remedioque ieiunij. Cap. IX.

SVmma igitur continentiæ non sola temporis ratione, nec escarum qualitate tantummodo, sed ante omnia conscientiæ iudicio colligenda est. Tantum enim debet unusquisque sibi frugalitatis indicere, quantum corporeæ obluctationis pugna deposcit. Vtilis quidem & omnimodis obseruanda est canonica ieiuniorum custodia, sed nisi hanc frugi temperanter fuerit ciborum refectio subsecuta, ad integritatis calcem non poterit peruenire. Longorum nanque ieiuniorum inedia, saturitate corporis subsequente, lassitudinem potius temporalem quam puritatem castitatis acquirit. Integritas mentis uentris cohæret inediæ. Non habet perpetuam castimoniæ puritatem, quisquis non iugem temperantiæ æqualitatem tenere contentus est. Quamuis enim districta sint ieiunia, succedente superflua remissione uacuantur, & in Gastrimargiæ uitium protinus collabuntur. Melior est rationabilis cum moderatione quotidiana refectio, quam per interualla arduum longumque ieiunium. Nouit immoderata inedia non modo mentis labefactare constantiam, sed etiam orationum efficaciam reddere lassitudine corporis eneruatam.

Ad conseruandam mentis & corporis puritatem, abstinentiam ciborum non posse sufficere. Cap. X.

AD integritatem mentis & corporis conseruandam abstinentia ciborum sola non sufficit: nisi fuerint cæteræ quoque uirtutes animæ coniugatæ. Humilitas igitur primitus obedientiæ uirtute, & cordis contritione, corporisque fatigatione discenda est. Pecuniarum non solum uitanda est possessio, sed etiam desideriū earum radicitus extirpandum. Non enim eas sufficit non habere, quod plerumque solet etiam ex necessitate descendere, sed ne ipsam quidem si forte oblatæ fuerint habendi recipere uoluntatem. Iræ conterendus est furor, tristiciæ superanda deiectio, cœnodoxia, id est, uana gloria contemnenda. Superbiæ calcandus est fastus, mentis quoque ipsius instabiles uagique discursus assidua dei memoria refrenandi. Totiensque nobis est ad contemplationem dei lubrica cordis nostri peruagatio reducenda, quotiens subtilis hostis ab hoc intuitu mentem captiuare pertemptans, recessibus nostri cordis irrepserit.

Concupiscentias cordis non extingui nisi omni extirpatione uitiorum. Cap. XI.

IMpossibile nanque est extingui ignita corporis incentiua, priusquam cæterorum quoque principalium uitiorum fomites radicitus excidantur, de quibus singillatim distinctis libellis suo loco donante domino disseremus. Nunc uerò propositum nobis est de Gastramargia, id est, gulæ concupiscentia, contra quam nobis primus conflictus est disputare. Nunquam igitur poterit ardentis concupiscentiæ stimulos inhibere, quisquis desideria gulæ refrenare nequiuerit. Interioris hominis castitas, uirtutis huius consummatione discernitur. Nunquam enim robustioribus emulis colluctari posse confidas, cum quem in leuiore conflictu conspexeris ab infirmioribus paruisque superari. Cunctarum nanque uirtutum una natura est, licet in multas diuidi species & uocabula uideatur, sicut auri quoque una substania est, licet per multa uariaque monilium genera pro artificum uideatur ingenio ac uoluntate distincta. Itaque nullam perfectè possidere probabitur, quisque elisus in earum parte dinoscitur. Quo enim modo flagrantes æstus concupiscentiæ, qui non sola instigatione corporis sed & etiam mentis uitio succenduntur, extinxisse credendus est, qui aculeos iræ cordis solius intemperantia prorumpentes mitigare non potuit? Aut quo nam modo putandus est carnis animæque lasciuientes stimulos retudisse, qui superbiæ uitium simplex non quiuit deuincere? Aut quemadmodum credendus est insertam carni luxuriam conculcasse, qui pecuniarum concupiscentiam forinsecus sitam atque à nostra substantia alienam non ualuit abdicare? Qua autem ratione bellum carnis & animæ triumphabit, qui idoneus non fuit morbum curare tristitiæ? Quantalibet urbs sublimitate murorum & clausarum portarum firmitate muniatur, posterulæ unius quamuis paruissimæ proditione uastabitur. Quid enim differt utrum per excelsa menia & ampla portarum spacia, an per angusti cuniculi latibula perniciosus hostis penetralibus ciuitatis irrepat.

De Agone carnali etiam spiritalis agonis imitationem esse sumendam. Cap. XII.

QVi in agone contendit, non coronabitur nisi legitimè certauerit. Qui naturales appetitus carnis optat extinguere extra naturam uitia collocata primitus superare festinet. Si enim apostolicæ sententiæ uim uolumus experiri, quæ sint agonis mundani leges ac disciplina primitus debemus agnoscere, ut ita demum harum comparatione scire possimus quid nos in spiritali agone certantes beatus Apostolus hoc exemplo uoluerit edocere. In illis enim certaminibus quæ secundū eundem Apostolum corruptibilem coronam uincentibus parant, mos iste seruatur, ut is qui se ad gloriosam coronam, & immunitatis priuilegio decoratam præparare contendit, & perfecta cupit agonis subire certamina, prius in Olimpiacis ac Pithijs certaminibus indolem suæ iuuentutis ac rudimentorum robur ostentet. In his siquidem iuniores qui has disciplinas cupiunt profiteri, utrum mereantur uel debeant ad eas admitti, tam eius qui istis certaminibus præsidet, quam totius populi iudicio comprobantur. Cunque diligenter examinatus quis primum repertus fuerit nulla uitæ respersus infamia, deinde

non seruu-

non seruitutis iugo ignobilis: & ob hoc indignus disciplina hac, uel congressu eorum qui hanc profitentur fuerit iudicatus, tertio si artis, si fortitudinis digna præferat documenta, & iunioribus coæuisque decertans peritiam pariter ac uirtutem suæ demonstrauerit iuuentutis, ac proficiens de epheborum luctamine, perfectis iam uiris & experientia longa probatis congredi permissus fuerit præsidentis examine, seque non solum parem uirtutis eorum assidua colluctatione probauerit, uerumetiam frequenter inter hos quoque uictoriæ palmam fuerit consecutus, tum demum ad agonis præclara certamina merebitur peruenire, in quibus non nisi uictoribus tantum, & his qui multarum coronarum stipendijs decorati sunt facultas conceditur decertandi. Si intelleximus carnalis agonis exemplum, spiritalis quoque certaminis quæ disciplina uel ordo sit, comparatione huius debemus agnoscere.

Quod nisi gulæ fuerimus uitio liberati nequaquam possimus ad pugnas interioris hominis peruenire. Cap. XIII.

OPortet nos quoque primum libertatem nostram carnis subiectione monstrare. A quo enim quis uincitur, eius & seruus addicitur. Et omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Cunque nos nulla concupiscentiæ turpis respersos infamia examen certamini præsidentis inuenerit, nec fuerimus ab eo ut serui carnis & ignobiles indignique Olimpiacis uitiorum colluctationibus iudicati, tunc poterimus contra coæuos nostros, id est, concupiscentiam carnis & motus ac perturbationes animæ inire certamen. Impossibile nanque est saturum uentrem pugnas interioris hominis experiri, nec bellis robustioribus attemptari dignum est eum qui potest deijci leuiore conflictu.

Quomodo possit gulæ concupiscentia superari. Cap. XIIII.

PRima enim nobis calcanda est gulæ concupiscentia, & eo usque extenuanda mens non solum ieiunijs, uerum etiam uigilijs, lectione quoque & crebra compunctione cordis, in quibus se forsitan uel illusam uel uictam reminiscitur, ingemiscens nunc horrore uitiorum, nunc desiderio perfectionis & integritatis accensa, donec eiusmodi curis ac meditationibus occupata pariter ac possessa: ipsius cibi refectionem non tam iocunditati concessam quam oneris uice sibi impositam recognoscat, magisque eam necessariam corpori quam desiderabilem animæ sentiat attributam. Quod studio mentis & iugi compunctione detenti, lasciuiam carnis quæ fotu escarum uehementius insolescit, & aculeos eius noxios retundemus, atque ita fornacem corporis nostri quæ à rege Babylonio occasiones peccatorum & uitia nobis iugiter subministrante succenditur, quibus naptæ & picis uice acrius exuramur, ubertate lachrymarum & fletu cordis poterimus extinguere, donec dei gratia spiritu oris sui in cordibus nostris insibilante æstus carnalis concupiscentiæ penitus ualeant consopiri. Hæc est igitur nobis prima contentio, hæc nostra uelut in Olimpiacis certaminibus prima probatio, gulæ uentrisque concupiscentiam desiderio perfectionis extinguere. Ob quod ciborum non solum superfluus appetitus uirtutum contemplatione calcandus, sed etiam ipsi naturæ necessarius tanquam castitati contrarius, non sine cordis anxietate sumendus est. Et ita demum uitæ nostræ instituendus est cursus, ut nullum magis sit tēpus quo sentiamus nos à spiritalibus studijs reuocari, quam quo descendere ad necessariam corporis curam eius fragilitate compellimur. Cunque ad hanc necessitatem submittimur, usui potius uitæ quàm mentis desiderio famulantes quam totius ab ea uelut à salutaribus nos studijs retrahente subtrahi festinemus. Nequaquam enim poterimus escarum præsentium spernere uoluptates, nisi mens contemplationi diuinæ defixa amore uirtutum potius & pulchritudine cœlestium delectetur. Et ita quis uelut caduca despiciet uniuersa præsentia, cum ad ea quæ immobilia sunt & æterna, inseparabiliter defixerit mentis obtutum, adhuc in carne positus futuræ commorationis beatitudinem iam corde contemplans.

Quomodo

Quomodo ad custodiendam cordis sui puritatem monachus semper debet esse intentus. Cap. XV.

VElut si quis immania uirtutum premia in sublimi quibusdam paruis indicijs desi-
gnata, perspicacissimis oculorum obtutibus cum teli directione tendentibus feri-
re festinet, sciens immensam gloriæ palmam & remunerationis præmia in eorum confi-
xione consistere, oculorum aciem ab omni intuitu auertens, illuc dirigat necesse est, ubi
summam remunerationis & præmij perspicit collocatam, amissurus proculdubio com-
peritiæ palmam & remunerationem uirtutis, si quantulumcunque contemplationis eius
acies deuiauerit.

Quod monachus secundum Olimpiaci certaminis morem non possit spirituales conficere pugnas, nisi obtinuerit bella carnalia. Caput XVI.

ITaque uentris & gulæ concupiscentia hoc intuitu superata, nec serui carnis, nec infa-
mes uitiorum nota pronunciati, uelut in Olimpiacis disciplinis iudicabimur superio-
rum quoque certaminum digni esse conflictu, præmissisque huiuscemodi documentis, spi-
ritalibus quoque nequitijs congredi posse credemur, quæ non nisi uictoribus tantum &
his qui merentur in spiritali agone contendere, concertare dignantur. Illud enim est con
flictorum luctaminum uelut quoddam solidissimum fundamnetum, ut primitus carnali-
um desideriorum incentiua perimantur. Nam nullus carne propria non deuicta legiti-
mè decertare poterit. Et qui legitimè non decertat, sine dubio nec in agone confligere,
nec coronæ gloriam uictoriæ gratia poterit promereri. Quod si hoc fuerimus uino supe-
rati, uelut serui carnalis concupiscentiæ comprobati, & per hoc nec libertatis nec robo-
ris insignia præferentes à spiritalium congressionum conflictu, ut indigni serui non sine
confusionis nota protinus repellemur. Omnis enim qui facit peccatum seruus est pec-
cati. Diceturque nobis per beatum Apostolum cum his inter quos fornicatio nomina-
tur. Temptatio uos non appræhendit, nisi humana. Non enim merebimur mentis robo-
re conquisito grauiores pugnas nequitiarum cœlestium experiri, qui carnem fragilem
resistentem spiritui nostro subiugare nequiuimus. Quod Apostoli testimonium non in-
telligentes quidam posuerunt pro indicatiuo optatiuum modum, id est, temptatio uos
non apprehendat, nisi humana. Quod ab ipso magis dici manifestum est, non optantis
sed pronunciantis uel exprobrantis affectu.

Quod fundamentum ac basis spiritalis agonis in Gastrimargiæ sit certamine collocata. Cap. XVII

VIs audire uerum athletam Christi legitimo agonis iure certantem? Ego igitur, in-
quit, sic curro, non quasi aërem uerberans, sed castigo corpus meum & seruituti
subijcio, ne alijs prædicans ipse reprobus efficiar. Vides ut in seipso, id est, in carne sua
colluctationum summam uelut in base quadam firmissima statuerat, & prouentum pu-
gnæ in sola castigatione carnis & in subiectione sui corporis collocarat. Ego itaque sic
curro non quasi in incertum. Non currit in incertum, qui cœlestem Hierusalem conspi-
ciens defixum habet quo sibi cordis sui indeflexibilis sit dirigenda pernicitas. Non cur-
rit in incertum qui obliuiscens posteriora, ad ea quæ priora sunt extendit se ad destina-
tum persequens brauium superne uocationis dei in Christo Iesu, quo semper dirigēs suæ
mentis obtutum, & ad eum omni cordis præparatione festinans, cum fiducia proclamat.
Bonum agonem certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Et quia se nouerat post o-
dorem unguentorum Christi præpeti conscientiæ deuotione infatigabiliter cucurrisse,
& spiritalis agonis certamen carnis castigatione uicisse, cum fiducia infert & dicit: De
cætero reposita est mihi corona iusticiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iu-
dex. Et ut nobis quoque similem spem retributionis aperiret, si in agone cursus isti-
us imitari eum uelimus, adiecit, non solum autē mihi sed & omnibus qui diligunt aduen
tum eius, participes nos coronæ suæ in die iudicij fore pronuncians, si diligentes aduen-
tum Christi, non illum tantum qui etiam nolentibus apparebit, sed etiam hunc qui
quotidie

quotidie in sanctis cōmeat animalibus, uictoriam certaminis castigatione corporis a-
quiramus. De quo aduentu dominus in euangelio. Ego inquit & pater meus uenie[m]
ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et iterum: Ecce sto ad ostium & pulso, si q[uis]
audierit uocem meam & aperuerit ianuam, introibo ad illum & cœnabo cum illo, &
ipse mecum

Per quot genera certaminum atq; palmarum beatus Apostolus ad coronam sublimißimi agonis ascenderit. Cap. XVIII.

NEc tamen agonem cursus tantummodo se consummasse describit cum dicit, sic e-
ro non quasi in incertum, quod specialiter refertur ad intentionem mentis & f[er]-
uorem spiritus sui, quo toto Christum sequebatur ardore cum sponsa decantās, post t[e]
in odore unguentorum tuorum curremus, & iterum, adhæsit anima mea post te, sed e[ti]-
am aliud collucationis genus se uscisse testatur dicens. Sic pugno non quasi aërem ue[r]-
berans, sed castigo corpus meum & seruituti subijcio. Quod propriè ad continentiæ d[o]-
lores & corporale ieiunium atq; afflictionem carnis pertinet, per hanc se pugilem que[n]-
dam strenuum suæ carnis esse describens, nec inuanum aduersus eam ictus continent[iæ]
exercuisse designans, se triumphum pugnæ mortificatione sui corporis acquisisse, q[uod]
uerberibus continentiæ castigato, & ieiuniorum cestibus ælisο, uictori spiritui immor[ta]-
litatis coronam & incorruptionis contulit palmam. Vides legitimum collucationis [or]-
dinem, & spiritualium certaminum contemplaris euentum, quemadmodum athle[ta]
Christi adeptus de rebellatrice carne uictoriam, subiecta illa quodammodo non pe[di]-
bus suis, ut sublimis triumphator inuehitur. Et idcirco non currit in incertum, quia co[n]-
fidebat urbem sanctam Hierusalem cœlestem se protinus ingressurum. Sic pugnat ie[iu]-
nijs scilicet & afflictione carnali, non quasi aërem uerberans, id est, inuanum ictus co[nti]-
nentiæ porrigens, per quos non aërem uacuum sed illos spiritus qui in eo uersantur ca[sti]-
gatione sui corporis uerberabat. Qui enim dicit, non quasi aërem uerberans, ostend[it]
se tam & si non aërem uacuum & inanem, aliquos tamen in aëre uerberare. Et quia h[æc]
certaminum genera superarat, & ditatus multarum coronarum stipēdijs incedebat, no[n]
immerito robustiorum incipit hostium subire luctamina, ac prioribus emulis triumph[an]-
tis cum fiducia proclamat & dicit. Iam non nobis est collucatio aduersus carnem & sa[n]-
guinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebr[a]-
rum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus.

Quod athletæ Christi donec in corpore commoratur pugna non desit. Caput XIX.

ATHletæ Christi in corpore commoranti nunquam desit collucationum palm[a],
sed quanto magis triumphorum successibus creuerit, tanto ei etiam collucatio-
num robustior ordo succedit. Subiugata etenim carne atq; deuicta, quantæ aduersario-
rum cohortes, quanta hostium agmina aduersum uictorem militem Christi triumphis e-
ius instigata consurgunt, scilicet ne pacis ocio miles Christi lentescens incipiat obliui-
sci collucationum suarum gloriosa certamina, ac securitatis inertia dissolutus, præmio-
rum stipendijs ac triumphorum meritis defraudetur. Itaq; si ad hos triumphorum gra-
dus cupimus crescente uirtute conscendere, eodem nos quoq; ordine oportet præliorum
inire certamina, & primum cum Apostolo dicere: Sic pugno non quasi aërem uerberās,
sed castigo corpus meum & seruituti subijcio, ut hoc conflictu superato, rursus cum eo
dicere possimus. Non est nobis collucatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus
principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spi-
ritualia nequiciæ in cœlestibus. Aliter enim congredi cum illis nullo modo
poterimus, nec spirituales pugnas merebimur experiri, carnali
deiecti conflictu, & collucatione uentris elisi, meri-
toq; nobis ab Apostolo cum exprobra-
tione dicetur. Temptatio uos non ap-
prehendit nisi humana.

Quod

Quod non debeat monachus sumendi cibi tempus excedere, si uult ad pugnas interiorum certaminum peruenire. Cap. XX.

IGitur monachus ad pugnas interiorum certaminum cupiens peruenire, hanc in primis cautionem sibimet indicat, ut non potus quicquam, non esus ulla oblectatione deuictus, ante stationem legitimam communemq; refectionis horam, extra mensam percipere sibimet prorsus indulgeat: sed ne refectione quidem transacta, ex his præsumere sibi quantulumcunq; permittat: similiter quoq; canonicum somni tempus mensuramq; custodiat. Eodem nanq; studio istæ sunt mentis amputandæ lasciuiæ, quo meretricationis uitium desecandum. Qui enim gulæ superfluos appetitus inhibere non potuit, quomodo estus carnalis concupiscentiæ ualebit extinguere? Et qui non quiuit passiones in propatulo sitas paruasq; compescere, quemadmodum occultas, nullo'q; hominum teste prurientes, moderatrice discretione poterit debellare? Et idcirco per singulos motus & in quolibet desiderio robur animæ comprobatur: quæ si in minimis apertisq; cupiditatibus superatur, quid in maximis ac fortioribus occultisq; sustineat: unicuique sua conscientia testis est.

De interiori monachi pace & abstinentia spiritali. Cap. XXI.

NOn enim est nobis aduersarius extrinsecus formidandus, in nobismetipsis hostis inclusus est. Intestinum nobis quotidie ingeritur bellum, deuicto eo omnia quæ forinsecus sunt reddentur infirma, ac militi Christi uniuersa pacata erunt & subdita. Nõ habebimus aduersarium nobis extrinsecus metuendum, si ea quæ intra nos sunt spiritui deuicta subdantur. Nec solum nobis istud ieiunium uisibilium ciborum ad perfectionem cordis & corporis puritatem sufficere posse credamus, nisi fuerit huic animæ quoq; ieiunium copulatum. Habet nanq; & illa suos noxios cibos, quibus impinguata etiam sine escarum abundantia ad luxurię pręrupta deuoluitur. Detractio cibus eius est & quidem persuauis. Ira etiam cibus eius est licet minimè leuis, ad horam tamen infelici eam esu pascens, ac pariter lætali sapore prosternens. Inuidia cibus est mentis, uirulentis eam succis corrumpens, & prosperitatis alienæ successibus iugiter miseram excruciare non desinens. Cenodoxia, id est, uana gloria: cibus eius est, qui delectabili eam esca permulcet ad tempus, post uerò uacuam omniq; uirtute spoliatam reddet ac nudã, cunctis eam spiritalibus fructibus sterilem inanemq; dimittens: ita ut non solum immanium laborum faciat merita deperire, uerumetiam supplicia maiora conquirat. Omnis concupiscentia & peruagatio cordis instabilis pastus quidã est animæ, noxijs escis eam nutriens: expertem uerò cœlestis panis ac solidi cibi in posterum derelinquens. Ab his itaq; quanta nobis est uirtus sacratissimo ieiunio continentes, utilem habebimus commodamq; obseruantiam ieiunij corporalis. Labor nanque carnalis spiritus contritioni coniunctus, acceptissimum Deo sacrificium dignumq; sanctitatis habitaculum puris mundisq; recessibus exhibebit. Cæterum si corporaliter ieiunantes perniciosissimis animę uitijs implicemur: nihil nobis proderit carnalis afflictio preciosiore parte polluta, per eam scilicet substantiam delinquentibus nobis qua efficimur habitaculum spiritus sancti. Non enim tam corruptibilis caro, quàm cor mundum habitaculum Deo templumq; spiritus sancti efficitur. Oportet ergo exteriore homine ieiunante, interiorem quoq; similiter à cibis noxijs temperare, quem præcipuè exhiberi mundum Deo: ut hospitem in se Christum recipere mereatur, beatus apostolus monet his uerbs, interiorem inquiens, hominem habitare Christum per fidem in cordibus uestris.

Quod idcirco nos oporteat exercere continentiam corporalem, ut per ipsam perueniamus ad spiritale ieiunium. Cap. XXII.

NOuerimus itaque nos idcirco laborem continentiæ corporalis impendere, ut ad puritatem cordis hoc possimus ieiunio peruenire. Cæterum labor à nobis impẽdit in cassum, si hunc quidem contẽplatione finis infatigabiliter sustentemus: finem uerò propter quem tolerauimus afflictiones tantas obtinere nequeamus, meliusq; fuit interdictis escis animæ temperasse, quàm uoluntarijs minusq; noxijs corporaliter ieiu-

HH nasse

nasse. In his enim simplex & innoxia creaturæ Dei perceptio est, nihil per semetipsam habens peccati, in illa uerò primitus fratrum perniciosa deuoratio, de qua dicitur. Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Et de ira atque inuidia beatus Iob dicit. Etenim stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Simulque notandum, quòd qui irascitur stultus, & qui inuidet paruulus iudicetur. Ille nanque non immerito stultus iudicatur, uoluntariè sibi mortem iræ stimulis incitatus inducens, & hic dum liuet, paruulum minoremque se probat. Dum enim inuidet, testatur maiorē esse eum cuius prosperitate cruciatur.

Qualis esse monachi cibus debeat. Cap. XXIII.

IGitur est cibus eligendus non tantum qui concupiscentię flagrantis estus temperet, minusque succendat, uerumetiam qui ad parandum sit facilis: & quem ad comedendū oportuniorem uilioris precij compendium præstet: quique sit conuersationi fratrū usuique communis. Triplex enim natura est Gastrimargiæ Vna quæ canonicam refectionis horam præuenire compellit: alia quę tantummodo uentris ingluuię & saturitate quarumlibet gaudet escarum: tertia, quæ accuratioribus epulis & esculentioribus oblectatur. Ideoque aduersus eam necesse est monachum obseruantiam triplicem custodire, id est, ut primum legitimum tempus absolutionis expectet, deinde ut castiget & refrenet desiderium carnis: tertio ut qualibuscunque escis uilioribusque contentus sit. Quicquid enim extra consuetudinem pręsumitur usumque communem, ut uanitatis & gloriæ atque ostentationis morbo pollutum, antiquissima patrum traditio notat, nec quēquam ex his quos meritò scientiæ ac discretionis enituisse peruidimus, uel quos ad imitādum gratia Christi uelut splendidissima luminaria omnibus prēlocauit, esu panis qui apud eos uilis habetur ac facilis, abstinuisse cognouimus, nec eorum quempiam qui hanc regulam declinantes, prætermisso panis usu, leguminum uel olerum seu pomorum refectionē sectati sunt, inter probatissimos habitum aliquando conspeximus, sed ne discretionis quidem aut scientiæ gratiam consecutū. Non solum enim cæteras inusitatas escas expetere monachum non debere decernunt, ne uidelicet cursus eius uelut in propatulo cunctis expositus, inanis factus ac uacuus cœnodoxiæ morbo depereat, sed ne ipsam quoque ieiuniorum castigationem communem cuiquā facilè patefieri oportere pronunciant: uerū quantum fieri potest contegi pariter & abscondi. Aduentantibus autem fratribus magis humanitatis ac dilectionis offerri debere uirtutem, quam continentię districtionem & quotidiani propositi rigorem manifestari probabilius censuerunt, nec quid uoluntas utilitasque nostra seu desiderij ardor exposcat attendere, sed quod aduenientis requies uel infirmitas exigit proponere & gratanter implere.

Quod in Aegypto indifferenter uidimus sub aduentu nostro solui quotidiana ieiunia. Cap. XXIIII.

CVm de Syriæ partibus seniorum scita discere cupientes, Aegypti prouinciam petissemus, ibique tanta cordis alacritate nos suscipi miraremur, ut nulla prorsus sicut fueramus in Palestinæ monasterijs instituti, usque ad præstitutam ieiunij horam refectionis regula seruaretur, sed absque legitimis quartæ, sextæque feriæ, quocunque pergebamus quotidiana statio solueretur: quidam seniorum percunctantibus nobis, cur ita indifferenter apud eos pręterirentur quotidiana ieiunia: respondit. Ieiunium semper est mecū. Vos autem continuo dimissurus mecum iugiter tenere non possum. Et ieiunium quidem licet utile sit ac iugiter necessarium, tamen uoluntarij muneris est oblatio. Opus autem charitatis impleri, exigit pręcepti necessitas. Itaque suscipiens in uobis Christum, reficere eum debeo: deducens autem uos humanitatem eius obtentu prębitam, districtiore ieiunio in memetipso potero compensare. Non enim possunt filij sponsi ieiunare, donec cum illis est sponsus. Cum autem discesserit, tunc illi ieiunabunt.

De continentia senis, qui ita sexies cibum sumpsit, ut seruaret esuriem. Cap. XXV.

QVidā seniorū cum reficientem me, ut adhuc paululum quid ederem hortaretur: iamque me dixissem non posse: respondit. Ego iam sexies diuersis aduenientibus fratribus

fratribus mensam posui, hortansq; singulos cum omnibus cibum sumpsi, & adhuc esurio, & tu primitus nunc reficiens, iam te dicis non posse.

De eo sene, qui in cella sua escam nunquam solus accepit. Cap. XXVI.

VIdimus alium in solitudine commorantem, qui nunquam se sibi soli indulsisse cibum testatus est, sed etiam si per totos quinq; dies ad eius cellulam nullus è fratribus aduenisset refectionem iugiter distulisse, donec Sabbatorum uel Dominico die deuote congregationis obtentu procedens ad ecclesiam, peregrinorum quempiam repperisset, quem exinde reducens ad cellulam, consorte eo refectionem corporis nō tam suæ necessitatis obtentu quā humanitatis gratia causáq; fratris assumeret. Itaq; ut norūt in aduentu fratrum indifferenter soluere quotidiana ieiunia, ita discedentibus eis refectionem ob illos indultā continentia maiore compensant, perceptionē cibi paruisimi acriore castigatione nō sola panis, sed etiā somni ipsius diminutione durius exigentes.

Quid de fructu studij professi sint abbas Pesius & Iohannes. Cap. XXVII.

APud senem Pesium in eremo uastissima commorantem, cùm senex Iohannis magno cœnobio ac multitudini fratrum præpositus aduenisset, & ab eo uelut antiquissimo sodale, perquireret, quidnā per omnes quadraginta annos quibus ab eodem separatus in solitudine minimè à fratribus interpellatus egisset: nunquam me ait sol reficientem uidit. Et ille: nec me inquit iratum.

Quam exempli sui professionem abbas Iohannes discipulis reliquerit discessurus. Cap. XXVIII.

EVndem senem cum alacrem tanquam ad propria transmigrantem, in extremo iam anhelitu positum anxij fratres circumuallantes suppliciter precarentur, ut aliquid eis memoriale mādatum uelut hæreditarium quoddam legatum relinqueret, per quod possent ad perfectionis culmen præcepti compendio facilius peruenire: ingemiscens ille, nunquam ait meam feci uoluntatem, nec quenquā docui quod prius ipse non feci.

De abbate Machete inter collationes spiritales nunquam dormitante, & semper inter terrenas fabulas obdormiente. Cap. XXIX.

VIdimus senem Machetem nomine à turbis fratrum eminus commorāntem, hanc à Domino gratiam diuturnis precibus impetrasse, ut quotquot diebus ac noctibus agitaretur collatio spiritualis, nunquam somni torpore penitus laxaretur. Si quis uerò detractionis uerbum seu ociosum tentasset inferre, in somnum protinus concidebat, ac sic ne usq; ad aurium quidē eius pollutionem uirus obloquij poterat peruenire.

Eiusdem senis de nemine iudicando. Cap. XXX.

HIc idem senex cum instituerit nos neminem diiudicare debere, intulit tria fuisse in quibus discusserit uel reprehenderit fratres, quòd scilicet uuam sibi nonnulli paterentur abscidi, quòd haberent in cellulis sagum, quòd oleum benedicentes exposcentibus secularibus darent, & hæc omnia se incurrisse dicebat. Nam ægritudinem uuæ contrahens, tandiu inquit eius lāguore distabui, donec tam doloris necessitate quàm seniorum omnium adhortatione compulsus abscidi eam permittere. Cuius etiam infirmitatis obtentu sagum quoq; habere coactus sum. Oleum etiam benedicere ac supplicantibus dare, quod prę omnibus execrabar, utpote iudicans illud ex magna cordis præsumptione descendere, circumdantibus me repentè secularibus multis: ita constrictus sum, ut aliter eos nullatenus euadere possem, nisi à me summa ui & obtestationibus extorsissent, ut oblato ab eis uasculo manum meam impresso crucis signaculo superponerem: itaq; se credentes benedictionis oleum consecutos, tandem me aliquando relaxarunt. Quibus mihi manifestè compertum est, ijsdem causis ac uicijs monachum obligari, in quibus de alijs iudicare præsumpserit. Oportet ergo unumquenque semetipsum iudicare tantummodo, & circumspectè cauteq; custodire in omnibus, non aliorum conuersationem uitamq; discutere, secundum illud apostoli præceptum. Tu autem quid iu-

dicas fratrem tuum? suo domino stat aut cadit. Et nolite iudicare ante tempus. Et illud: Nolite iudicare & non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Praeter hanc enim quam diximus causam etiam ob hoc iudicare de alijs periculosum est, quod ignorantes uel necessitatem uel rationem qua illi hæc in quibus offendimus aut rectè coram Deo, aut uenialiter agunt, inuenimur eos temerè iudicasse, & per hoc admittimus non leue peccatũ, secus quàm oportet de fratribus nostris aliquid sentientes.

Increpatio eiusdem senis, cum fratres inter se spiritales collationes dormitantes, ad narrationem ociosæ fabulæ uidisset expergefactos. Cap. XXXI.

HIcidem senex ociosarum fabularum diabolum esse fautorem, ac spiritalium collationum impugnatorem semper existere, his declarauit indicijs. Nam cum fratrib. quibusdam de rebus necessarijs ac spiritalibus disputaret, eosq; uideret letheo quodam sopore demergi, nec posse ab oculis suis pondus somni depellere: ociosam repentè fabulam introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos euigilasse confestim atq; erectas aures suas habere uidisset, ingemiscẽs ait: Nunc usq; dum de spiritualibus loquebamur omnium uestrum oculi letali dormitione deprimebantur: at cũ ociosa fabula intromissa est, omnes expergefacti torporem somni dominantis excussimus. Vel ex hoc ergo perpendite, quisnam collationis illius spiritalis fuerit impugnator, aut quis huius infructuose atq; carnalis insinuator existat. Ille etenim esse manifestissimè deprehẽditur, qui malis adgaudens, uel istam fouere, uel illam impugnare non desinit.

De epistolis priusquam legerentur incensis. Cap. XXXII.

NEc minus quoq; hoc opus fratris erga puritatem sui cordis intenti, & erga contemplationem diuinam ualdè solliciti, cõmemorari necessarium reor: qui cum ei post annos quindecim patris ac matris amicorumq; multorum de prouincia Ponti complures epistolæ delatæ fuissent, accipiens grandem fasciculum literarum, diuq; apud semet ipsum uoluens, quantarum, inquit, cogitationum causa erit mihi harum lectio, quæ me uel ad inane gaudium, uel ad tristitias infructuosas impellent: quot diebus horum recordatione qui scripserunt, intentionem pectoris mei à proposita contemplatione reuocabunt. Post quantum temporis digerenda est hæc mentis concepta confusio, quantoq; labore rursus iste tranquillitatis reparandus est status, si semel animus literarum permotus affectu, eorumq; recensendo sermones ac uultus quos tãto tempore dereliquit, iterum eos reuisere, ipsisq; cohabitare & animo ac mẽte ceperit interesse. Quos profecto corporaliter deseruisse nihil proderit, si corde eos incipiat intueri, ac memoriam quam seculo huic renuncians quisq; uelut mortuus abdicauit, reuiuiscens eandem rursus admiserit. Hæc uoluens in corde suo, non solum nullam resoluere epistolam definiuit, sed ne ipsum quidem fasciculum resignare, ne scilicet eorum qui scripserant uel nomina recensendo, uel uultus recordando à spiritus sui intentione cessaret. Itaq; ut eum constrictum susceperat, igni tradidit comburendum. Ite, inquiens, cogitationes patriæ, pariter concremamini, ne me ulterius ad illa quæ fugi, reuocare tentetis.

De absolutione quæstionis quam abbas Theodorus orando promeruit. Cap. XXXIII.

VIdimus etiam abbatem Theodorum summa sanctitate & perfecta scientia præditum non solum in actuali uita, sed etiam notitia scripturarum, quam ei nõ tam studium lectionis uel literatura mundi contulerat, quam sola puritas cordis: siquidem uix ipsius quoq; grecæ linguę perpauca uerba uel intelligere posset uel proloqui. Hic cum explanationem cuiusdam obscurissimæ quæstionis inquireret, septem diebus ac noctibus in oratione infatigabilis perstitit, dònec solutionem propositæ quæstionis domino reuelante cognosceret.

De sententia eiusdem senis, qua docuit quo studio monachus possit assequi scientiam scripturarum. Cap. XXXIIII.

HIc ergo quibusdam fratribus admirantibus tam pręclarum scientiæ eius lumen, & ab eodem quosdam scripturarum sensus inquirentibus, ait: monachum ad scripturarum notitiam pertingere cupientem, nequaquam debere labores suos erga commentariorum

tariorum libros impendere, sed potius omnem mentis industriam & intentionem cordis erga emendationem uiciorum carnalium detinere. Quibus expulsis confestim cordis oculi, sublato uelamine pasionum, sacramenta scripturarum uelut naturaliter incipient contemplari. Siquidem nobis non ut essent incognita uel obscura Sancti spiritus gratia promulgata sunt: sed nostro uicio uelamine peccatorum cordis oculos obnubente reddantur obscura, quibus rursum naturali redditis sanitati, ipsa scripturarum sanctarum lectio ad contemplationem uerę scientię abundê etiam sola sufficiat, nec eos commẽtariorum institutionibus indigere, sicut oculi isti carnales ad uidendum nullius egent doctrina, si modò fuerint à suffusione uel caligine cæcitatis immunes. Ideo nanq; & tanta uarietas errores'que inter tractatores ipsos exorti sunt, quòd plerique minimè erga purgationem mentis adhibita diligentia, prosilientes ad interpretandum eas pro pinguedine uel immundicia cordis sui diuersa atque contraria uel fidei uel sibimet sentientes, ueritatis lumen comprehendere nequiuerunt.

Increpatio eiusdem senis cum ad meam cellulam media nocte uenisset. Cap. XXXV.

HIc idem Theodorus cum inopinatus ad meam cellulam intẽpesta nocte uenisset, quidnam rudis adhuc Anachoreta solus agerem, paterna curiositate latẽter explorans, meq; illico finita uespertina solennitate incipientem fessum corpus iam reficere, & incubantẽ psiathio reperisset: protrahens imo corde suspiria, meoq; me uocitans nomine: quanti, inquit, ô Iohannes, hora hac Deo colloquuntur, eumq; in semetipsis amplectuntur ac retinent, et tu fraudaris tanto lumine, inerti sopore resolutus. Et quoniam nos ad huiuscemodi narrationem diuertere patrum uirtutes & gratia prouocarunt, necessarium reor memorabile opus charitatis quam summi uiri, Archebij humanitate sumus experti, in hoc uolumine commendare, quo puritas continentiæ operi charitatis inserta propensius enitescat pulchra uarietate distincta. Etenim tunc gratum Deo ieiunij munus efficitur, cum hoc fructibus charitatis fuerit consummatum,

Descriptio eremi quæ est iu Diolco, in qua Anachoretæ commorantur. Cap. XXXVI.

ITaq; cum de Palestinæ monasterijs ad oppidum Aegypti quod Diolcos appellatur rudes adhuc uenissemus, ibiq; plurimam turbam cœnobij disciplina constrictam, & optimo ordine monachorum qui etiam primus est, institutã mirificè uideremus, alium quoq; ordinem qui excellentior habetur, id est, Anachoretarum, cunctorum pręconijs instigati. sagacissimo corde uidere properauimus Hi nanq; in cœnobijs primum diutissimè commorantes, omni pacientiæ ac discretionis regula diligenter edocti, & humilitatis pariter ac nuditatis uirtute possessa, atq; ad purum uitiorum uniuersitate consumpta, dirissimis demonum prælijs congressuri, penetrant eremi profunda secreta. Huius igitur propositi uiros comperientes circa Nili fluminis alueum commorari, in loco qui uno latere eodem flumine, alio maris uastitate circumdatus, insulam reddit, nullis alijs quàm monachis secreta expetẽtibus habitabilem: nec enim cuique culturæ aptam esse eam salsitas soli ac sterilitas patitur arenarum: ad hos inquam summo desiderio festinantes, ultra modum sumus labores eorum, quos contemplatione uirtutum & amore solitudinis tolerant, admirati. Nam ipsius aquæ tanta penuria constringuntur, ut tali eam diligentia scrupuloq; dispensent, quali nemo frugalissimorum speciem preciosissimi uini conseruat & parcit. Tribus nanq; milibus uel cò amplius eam de prædicti fluminis alueo necessarijs usibus aduehunt: quod tantum interuallum arenosis diuisum montibus, laboris difficultate grauissima duplicatur.

De traditis nobis ab abbate Archebio cum instructu suo cellis. Cap. XXXVII.

HIs igitur uisis, cum imitationis eorum nos ardor accenderet, prædictusq; Archebius probatissimus inter eos humanitatis gratia nos ad suam cellulam pertraxisset, explorato desiderio nostro, confinxit se de eodem loco uelle discedere, ac nobis cel-

lulam ſuam uelut exinde migraturus offerre, ſeſe id facturũ etiamſi minimè affuiſſemus affirmans. Quam rem nos & deſiderio commorationis accenſi, & aſſertionibus tanti uiri indubitatam accommodantes fidem libenter amplexi, cellulam cum omni ſupellectili utenſilibusq́ ſuſcepimus. Itaq; religioſa potitus circunuentione, paucis diebus quibus conſtruendæ cellæ pararet impẽdia de loco diſcedens, reuerſus poſt hæc aliam ſibi ſummo labore conſtruxit. Quam rurſum non longo poſt tempore alijs ſuperuenientibus fratribus, eodemq; deſiderio cupientibus ibidem commorari, ſimili charitatis mẽdacio circumuentis, cum uniuerſo tradidit inſtrumento. Ipſe uerò erga opus charitatis infatigabilis perſeuerans, tertiam ſibi cellulam in qua commaneret, extruxit.

De debito quod abbas Archebius manuum ſuarum labore pro matre diſſoluit. Cap. XXXVIII.

OPeręprecium mihi uidetur aliud quoq; eiuſdem uiri charitatis opus memoriæ tradere quo noſtrarum partium monachi non ſolum continentiæ rigorem, uerumetiam ſinceriſsimum retinere dilectionis affectum, unius eiuſdemq; uiri inſtituantur exẽplo. Hic nanq; nõ ignobili oriundus familia, ad monaſterium quod à prædicto oppido fermè quatuor milibus diſtat, mundi huius ac parentum affectione contempta, à puerilibus annis aufugit. Vbi ita uitæ ſuæ omnem exegit ætatem, ut nunquam prorſus per totos quinquaginta annos non ſolum uicum ex quo egreſſus eſt, nec fuerit ingreſſus, nec uiderit: ſed ne cuiuſquam quidem fœminæ, uel ipſius matris ſuæ conſpexerit uultum. Interea pater morte præuentus, centum ſolidorum debitum reliquit. Cumq́ hic eſſet omni inquietudine penitus alienus, utpote qui uniuerſis paternis facultatib. eſſet extorris, à creditoribus tamen inquietari uehementer comperit matrem. Tunc hic ab euangelico illo rigore quo ante hac in ſtatu proſpero parentibus conſtitutis, nec patrem in terra ſe norat habuiſſe nec matrem, pietatis conſideratione mollitus, ita ſe habere credidit matrem, eiq; ſubuenire feſtinauit oppreſſę, ut nihil à propoſita diſtrictione laxaret. Intra monaſterij nanq; clauſtra perdurans, ſoliti operis penſum ſibimet triplicari popoſcit. Et ibi per totum anni ſpacium diebus pariter noctibusq; deſudans, debiti modum operis ſudore partim creditoribus ſoluens, matrem omni inquietudinis iniuria liberauit, ita exuens eam debiti ſarcina, ut nihil de ꝓpoſiti rigore piæ neceſsitatis obtentu pateretur imminui. Ita diſtrictionẽ ſolitã cuſtodiuit, ut nequaq; pietatis opus maternis uiſcerib. denegaret, & quã ꝓ Chriſti charitate prius deſpexerat, ꝓ eius rurſus pietate cognoſceret.

Qua ſimulatione cuiuſdam ſenis abbati Simeoni cum ocioſus eſſet opus manuum ſit prouiſum. Cap. XXIX.

CVm frater nobis optime carus nomine Simeon, penitus græci ſermonis ignarus, è partibus Italiæ commeaſſet, quidam ſeniorum erga eum, utpote peregrinũ charitatis opus quodam redibitionis colore cupiens exhibere, inquirit ab eo cur ocioſus ſederet in cella, per hoc cõijciens eum tam ocij peruagatione quàm penuria neceſſariarum rerum diutius in ea durare non poſſe, certus neminem poſſe impugnationes ſolitudinis tolerare, niſi eum qui proprijs manibus uictum ſibimet fuerit parare contentus. Quo reſpondente, nihil ſe nec noſſe nec præualere ex his quæ illic exercebantur à fratribus operari, præter librariam manum, ſi tantum ullus in Aegypti regione latinum codicem uſui eſſet habiturus: tunc ille tandem nactus occaſionẽ, qua poſſet deſideratum pietatis opus uelut debiti colore mercari, ex Deo hæc inuẽta eſt, inquit, occaſio. Nam olim quærebam qui apoſtolum latina mihi manu perſcriberet. Etenim habeo fratrem militiæ laqueis obligatum, & apprimè latinis inſtructum, cui de ſcripturis ſanctis aliquid ad legẽdum ædificationis eius obtentu tranſmittere cupio. Itaque Simeone hanc occaſionem uelut à Deo oblatam ſibi gratanter ſuſcipiente: ſenex quoque colorem, ſub cuius prætextu pietatis opus liberè poſſet implere, libentius amplexus, confeſtim non ſolum uniuerſas ei neceſsitates ſub obtentu mercedum totius anni conuexit, uerumetiam membranas & utenſilia quæ ad ſcribendum neceſſaria erant, comportans, recepit poſt codicem ſcriptum nullis uſibus uel commodis profuturum, uniuerſis in illa regione notitia linguæ huius penitus ignaris, præter id quod hac ſubtilitate ſumptu'que prolixiore mercatus eſt, quemadmodum & ille ſine confuſionis uerecundia, meritò laboris & operis ſui

ris sui necessaria uictus alimenta perciperet, & ipse munificentiæ suæ pietatem tãquam debiti necessitate compleret, eo abundantius mercedem sibi conquirens, quo ambitu maiore peregrino fratri non solum uictus necessaria, uerum etiam operis instrumenta & operandi occasionem pariter contulisset.

De pueris qui deferentes ad ægrotantem ficus, non degustatis eisdem, fame in eremo defecerunt. Cap. XL.

SEd quoniam in loco ubi de ieiuniorum & continentiæ rigore dicere aliquid propò suimus, affectio & opera charitatis uidentur admixta, rursum ad propositum reuertentes quoddam puerorum ætate non sensu factum memorabile opusculo huic inseremus, Nam cum ultra omnem admirationem ficus quidam, de Amoreotæ Libyæ partibus uelut rem ante in loco non uisam abbati Iohanni æconomo in eremo Scythij detulisset, qui dispensationem ipsius ecclesiæ temporibus beati Pafuntij presbiteri ab eodẽ sibi creditam gubernabat: hic confestim eas ad senem quendam, qui in interioribus deserti mala ualetudine laborabat, per duos adolescentulos misit. Siquidem decem & octo milibus longè ab ecclesia commanebat. Qui pomis acceptis, cum ad prædicti senis tenderent cellam, quod ibi perfacilè solet etiam senioribus euenire, infusa repentè dẽsissima nebula, tramitem recti itineris perdiderunt. Cumq; tota die & nocte discurrentes per auiam eremi uastitatem, nequaquam potuissent ægrotantis cellulam reperire, tam itineris lassitudine quàm inedia sitiq; confecti, fixis genibus, in orationis officio spiritũ domino reddiderunt. Qui post hæc uestigiorum suorum indicijs diutissimè perquisiti, quæ in locis illis arenosis tanquam niuibus impressa, signantur, donec ea uel leui uentorum flatu tenuis arena discurrens, rursus operiat, inuenti sunt ficus intactas ut acceperãt reseruasse: eligentes scilicet animam magis quàm fidem depositi prodere, uitamq; potius amittere temporalem, quàm senioris uiolare mandatum.

Sententia abbatis Macharij, de obseruantia monachi, uel tanquam diutißimè uicturi, uel tanquam quotidie morituri. Cap. XLI.

ADhuc unum beati Macharij profertur nobis salutare mandatum, ut libellum ieiuniorum & continentiæ tanti uiri claudat sententia. Ita, inquit, debere monachum ieiunijs operam dare, ut centum annis in corpore commoraturum, ita motus animi refrenare, & iniuriarum obliuisci, tristitiasq; respuere, dolores quoq; ac detrimẽta cõtemnere, tanquam quotidie moriturum. In illo nanq; utilis est prudensq; discretio, æquali monachum districtione faciens semper incendere, nec permittens sub occasione debilitati corporis de arduis ad perniciosissima prærupta deuolui: in hoc uerò magnanimitas salutaris, quæ ualeat non solum quæ uidentur prospera mundi præsentis despicere, uerũ etiã aduersis tristibusq; nõ frãgi, & ea uelut parua nullaq; contẽnere, illic habẽs iugiter fixum suæ mentis intuitũ, quo quotidie singulisq; momentis accersendum esse se credit.

De spiritu Gastrimargiæ libri quinti finis.

LIBER SEXTUS DE SPIRITU FORNICATIONIS.

Cap. I.

SEcundum nobis certamen est traditione patrum aduersus spiritum fornicationis, longum præ cæteris ac diuturnum, & perpaucis ad purum deuictũ immane bellum, & quod cum à primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominum genus, non, nisi prius cætera uicia superẽtur, extinguitur. Duplex nãq; est oppugnatio gemino armata uicio cõsurgens ad pręliũ, & idcirco similiter ei gemina est acie resistendũ. Siquidẽ ut morbo carnis animęq; cõcretũ uires acqrit, ita nisi utrisq; pariter dimicãtib. neqt debellari. Nec. n. sufficit solũ corporale ieiuniũ ad cõquirendã uel possidendã perfectæ castimoniæ puritatẽ, nisi pcesserit cõtritio spiritus & oratio cõtra hunc immundissimum spiritum perseuerãs, dein continua

ta meditatio ſcripturarum, huicq; fuerit ſcientia ſpiritalis adiuncta: labor etiam opuſq; manuum inſtabiles cordis peruagationes coërcens ac reuocans, & ante omnia fundata fuerit humilitas uera, ſine qua nullius penitus uicij poterit unquam triumphus acquiri.

De principali correctione aduerſus ſpiritum fornicationis. Cap. II.

PRincipaliter enim uicij huius correctio de cordis perfectione deſcendit, ex quo etiam huius morbi uirus Domini uoce prodire ſignatur. De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, &c. Illud ergo eſt primitus expiandum, unde fons uitę & mortis manare cognoſcitur: dicente Salomone. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Ex his enim ſunt exitus uitæ. Caro enim eius arbitrio atque imperio famulatur, & idcirco ſummo ſtudio parſimonia ieiuniorum ſectanda eſt, ne eſcarum abundantia referta caro, præceptis animæ ſalutaribus aduerſata, rectorem ſuum ſpiritum deijciat inſoleſcens. Cæterum ſi omnem ſummam in caſtigatione tantum corporis collocemus, anima non ſimiliter à cæteris uicijs ieiunante, nec meditatione diuina & ſpiritalibus ſtudijs occupata, nequaquam ad illud ſublimiſsimũ ueræ integritatis faſtigium poterimus aſcendere, illo quod in nobis eſt principale, puritatem corporis noſtri infeſtante. Oportet ergo nos mundare prius iuxta ſententiam domini, id quod intus eſt calicis & parabſidis, ut fiat & id quod deforis eſt mundum.

Quantum ad ſuperandum fornicationis uitium remedij conferat continentiæ ſolitudo. Cap. IIII.

DEnicq; cætera uitia etiam uſu hominum & exercitio quotidiano purgari ſolent, & quodammodo ipſius lapſus offenſione curari: ut puta, iræ, triſtitiæ, impacientiæ languor, meditatione cordis ac peruigili ſolicitudine, fratrum etiam frequentia & aſsidua prouocatione ſanantur. Dumq; commota manifeſtantur ſæpius, & crebrius arguuntur, quantocius perueniunt ad ſalutem. Hic uerò, cum corporis afflictione & contritione cordis, ſolitudine quoq; ac remotione indiget, ut poſsit ad integrum ſanitatis ſtatum pernicioſa æſtuum febri depoſita, peruenire. Sicut plerunq; certa ægritudine laborantibus utile eſt, ut cibi noxij ne oculorum quidem ipſorum obtutibus offerantur, ne quod aſpectus occaſione deſiderium eis letale gignatur: ita plurimum cõfert ad depellendum hunc ſpecialiter morbum quies ac ſolitudo, ut mens ægra minimè diuerſis figuris interpellata, ad puriorem perueniens contemplationis intuitum, facilius peſtiferum concupiſcentiæ fomitem radicitus poſsit eruere.

Quid interſit inter caſtitatem & continentiam, & an utraq; ſimul ſemper habeatur. Cap. IIII.

NEmo tamen ex hoc negare nos putet, etiam in congregatione fratrum poſitos inueniri continentes, quod perfacilè fieri poſſe confitemur. Aliud enim eſt cõtinẽtem eſſe, id eſt, ἐνκράτην, aliud caſtum: & ut ita dicam, in affectum integritatis uel incorruptionis trãſire, quod dicitur ἅγνον. Quæ uirtus illis ſolis tribuitur maximè, qui uirgines uel mente uel carne perdurant, ut uterq; Iohannes in nouo teſtamento: in ueteri quoq; Helias, Hieremias, Daniel fuiſſe noſcuntur. In quorum gradu hi quoq; non immeritò reputabuntur, qui poſt experimenta corruptionis ad ſimilem puritatis ſtatum per laborem longum & induſtriam integritate mentis & corporis peruenerunt, & aculeos carnis non tam impugnatione concupiſcentiæ turpis, quàm naturæ tantummodo motu ſentiunt. Quem ſtatum dicimus difficillimè poſſe inter hominum turbas appræhendi, ſed utrum uerò & hoc poſsibile ſit, unuſquiſq; nõ noſtra ſententia expectet agnoſcere, ſed conſcientiæ ſuæ rimetur examine. Cæterum continentes multos exiſtere non dubitamus, impugnationem carnis, quam uel rarò uel quotidie ſuſtinent, ſeu metu gehennæ, ſeu deſiderio regni cœlorum extinguunt atq; compeſcunt. Quos ſeniores ſicut pronũciant poſſe nõ penitus incentiuis obrui uiciorum, ita ſecuros & inſauciatos ſemper exiſtere non poſſe definiunt. Neceſſe eſt enim unumquenq; in colluctatione poſitum, quamuis frequenter aduerſarium uincat ac ſuperet, & ipſum tamen aliquando turbari.

Quod impug

Quod impugnatio fornicationis solo humano studio non posit euinci. Cap. V.

QVapropter si nobis cordi est agonem spiritalem cum apostolo legitimè decertare, hunc immundissimum spiritum superare, omni mentis intentione, non nostris uiribus confidentes, hoc etiam industria humana perficere non preualet, sed opitulatione domini festinemus. Tandiu nanque hoc uicio animam necesse est impugnari, donec se bellum gerere supra uires suas agnoscat, nec labore uel studio proprio uictoriam obtinere se posse, nisi Domini fuerit auxilio ac protectione suffulta.

De peculiari gratia in munere castitatis. Cap. VI.

ET reuera cum in omnibus uirtutum profectibus, & cunctorum expugnatione uitiorum, Domini sit gratia atque uictoria, in hoc præcipuè peculiare beneficium dei ac speciale donum, & patrum sententia & experimento purgationis ipsius manifestissime declaratur his qui eam meruerint possidere. Quodammodo enim exire de carne est in corpore commorantem, & ultra naturam est fragili carne circumdatum, carnis aculeos non sentire. Et idcirco impossibile est hominem suis (ut ita dixerim) pennis ad tam præcelsum cœlesteque præmium subuolare, nisi eum gratia Domini de terræ cœno munere eduxerit castitatis. Nulla etenim uirtute tam propriè carnales homines spiritalibus angelis imitatione conuersationis æquatur, quàm merito & gratia castitatis, per quam adhuc in terra degentes, habent secundum apostolum municipatum in cœlis, quod deposita corruptela carnali habituros sanctos promittitur in futurum, hic iam in carni fragili possidentes.

Exemplum de agone mundiali secundum sermonem apostoli. Cap. VII.

AVdi quid dicat apostolus, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. A quibus omnib. dixerit inquiramus, ut possit nobis spiritalis agonis instructio comparatione carnalis acquiri. Illi etenim qui in hoc agone uisibili student legitimè decertare, utendi omnibus escis quas desiderij libido suggesserit, non habent facultatem, sed illis tantum quas eorundem certaminum statuit disciplina. Et non solum interdictis escis, & ebrietate, omnique crapula eos necesse est abstinere: uerum etiam cuncta inertia, ocio atque desidia, ut quotidianis exercitijs iugique meditatione uirtus eorum possit accrescere. Et ita omni sollicitudine ac tristitia negotijsque secularibus, affectu etiam & opere coniugali efficiuntur alieni, ut præter exercitium disciplinæ, nihil aliud nouerint, nec ulli mundiali curæ penitus implicentur: ab eo tantum qui certamini præsidet sperantes quotidiani uictus substantiam, & coronæ gloriam, condignaque præmia uictoriæ laude conquirere. Atque intantum se mundos ab omni coitus pollutione custodiunt, ut cum se præparant ad agonum certamina, ne qua forsitan per somnum nocturna delusi fallacia, uires minuant multo tempore conquisitas, laminis plumbeis renum contegant loca, quo scilicet metalli rigore genitalibus membris applicito, obscenos humores ualeant inhibere, intelligentes se proculdubio esse uincendos, nec iam posse propositum certamen ademptis uiribus adimplere, si prouiam pudicitiæ soliditatem fallax noxiæ uoluptatis imago corruperit.

De comparatione purificationis eorum qui in terreno agone certamen habituri sunt. Cap. VIII.

ITaque si agonis mundialis intelleximus disciplinam, cuius exemplo beatus apostolus nos uoluit erudire, docens quanta in illa sit obseruatio, quanta diligentia, quanta custodia, quid nos conueniet facere, qua puritate oportebit custodire nostri corporis atque animæ castitatem, quos necesse est quotidie sacrosanctis agni carnibus uesci, quas neminem immundum contingere etiam ueteris legis præcepta permittunt. In Leuitico namque ita præcipitur. Omnis mundus manducabit carnes. Et anima quæcunque comederit de carnibus sacrificij salutaris quod est Domini, in qua est immundicia, peribit coram domino. Quantum igitur integritatis est munus, sine qua etiam illi qui erant sub ueteri testamento, sacrificijs typicis non poterant interesse, & qui huius mundi corruptibilem coronam cupiunt adipisci nequeunt coronari?

Quantam semper cordis puritatem parare Dei oculis debeamus. Cap. IX.

ITaq; omni custodia cordis nostri sunt latebrę primitus expiandę. Quod enim illi in corporis puritate cupiunt assequi, nos debemus etiam in arcanis conscientiæ possidere, in qua Dominus arbiter atq; agonitheta residens, pugnam cursus & certaminis nostri iugiter expectat, ut ea quæ in propatulo horremus admittere, ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur, & in quibus humana cognitione confundimur, ne occulta quidem conhibentia polluamur. Quæ licet possit hominum pręterire notitiam, sanctorum tamen angelorum ipsiusq; omnipotentis dei scientiam quã nulla subterfugiunt secreta, latere non poterit.

Quod sit indicium perfectæ & integræ puritatis. Cap. X.

CVius pnritatis hoc erit euidens indicium ac plena probatio, si uel nulla imago illiciens quiescentibus nobis & in soporẽ laxatis occurrat, uel certę interpellans nullos concupiscentiæ motus ualeat excitare. Licet enim ad plenam peccati noxam talis commotio minimè computetur, tamen nec dum perfectæ mentis indicium est, nec ad purũ excocti uicij manifestatio, cum per fallaces imagines huiusmodi operatur illusio.

Quo uicio illusio nocturna procedat. Cap. XI

QValitas enim cogitationum quæ distentionibus diei neglig̃etius custoditur, probatur quiete nocturna. Et idcirco cum intercesserit aliqua talis illusio, non culpa somni credenda est, sed negligentia temporis præcedentis, & manifestatio morbi latentis intrinsecus, quem non primitus noctis hora parturijt, sed intimis animę reconditum fibris ad cutis superficiem somni refectione produxit, arguens occultas æstuum febres quas per totum diei spacium noxijs cogitationibus pasti contraximus, ut solent malæ quoq; ualetudines corporum non ea colligi tempestate qua uidentur emergere, sed negligentia sunt præteriti temporis acquisitæ, quo pastus quis impudenter escis saluti cõtrarijs noxios humores sibimet lethalesq; contraxit.

Quod carnis puritas sine munditia cordis nequeat obtineri. Cap. XII.

IDeoq; humani generis cteator & conditor Deus, opificij sui naturam præ omnibus emendationemq; cognoscens, illuc curã adhibuit medicinæ, unde causas morbi principaliter nouerat enarrare, quicunque, inquiens, uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Petulantes oculos notans, non tam eos arguit quàm illum interiorem sensum, qui officio eorum malè utitur ad uidendum. Cor nanq; est ægrum & saucium libidinis telo quod ad concupiscendum uidet, beneficium intuitus rectè sibimet à creatore concessum, suo uicio ad operum prauorum ministeria contorquens, & in semetipso reconditum concupiscentiæ morbum contemplationis occasione producens. Idcirco huic præcipitur salutare mandatum, cuius uicio pessimus languor uisus occasione procedit. Nõ enim dicitur, omni custodia serua oculos tuos, quos utiq; oportuit principaliter custodiri, si ex ipsis concupiscentiæ prodiret affectus: nihil enim amplius oculi quàm simplex animæ præbent uisionis officium: sed dicit, omni custodia serua cor tuum: illi potissimum imposita medicina quod ubique abuti potest ad uidendum oculorum ministerio.

Quæ sit purgationis carnalis prima custodia. Cap. XIII

HAec erit igitur purgationis huius prima custodia, ut cum menti nostræ memoria sexus fæminei per subtilem suggestionem diabolicę calliditatis obrepserit: primũ recordatione præmissa matris, sororum, parentum, seu certè fæminarũ sanctarum, quam totius eam de nostris recessibus extrudere festinemus, ne si fuerimus in ea diutius immorati occasione sexus semel indepti, illex malorum ad eas personas exinde subtiliter deuoluat ac præcipitet mentem: per quas noxias cogitationes possit inferere. Quamobrem illius præcepti iugiter meminisse debemus, omni custodia serua cor tuum: & secundum Dei principale mandatum sollicitè serpentis obseruare noxium caput, id est, cogitationum malorum principia, quibus serpere in animam nostram diabolus tentat: nec sinamus per negligentiam penetrare in cor nostrum reliquum eius corpus, id est, oblectationis

oblectationis assensum Qui proculdubio si fuerit intromissus, morsu uirulento mentē interimet captiuatam. Emergentes etiam peccatores terræ nostræ id est, sensus carnales in matutinis sui ortus nos oportet extinguere, & dum adhuc paruuli sunt allidere filios Babylonis ad petram. Qui nisi, dum tenerrimi sunt, fuerint enecati, adulti per conhibentiā in perniciem nostram ualidiores insurgent, aut certè non sine magno gemitu ac labore uincentur. Dum enim fortis scilicet spiritus noster domum suam custodit armatus, recessus cordis sui Dei timore cōmuniens, in pace erit omnis substantia eius: id est, emolumenta laborum ac uirtutes longo tempore conquisitæ. Si autem fortior superueniens uicerit eum: id est diabolus cogitationum consensu, arma eius diripiet, in quibus confidebat, id est memoriam scripturarum uel timorem Dei: & spolia eius diuidet, uirtutum scilicet merita per contraria uitia quæq; dispergens.

Quod non laudem studeamus texere castitatis, sed effectum eius exponere. Cap. XIIII.

ET ut cūcta prætereā quæ in sanctis scripturis ob laudem uirtutis huius inserta sunt. non enim mihi propositum est laudem texere castitatis, sed qualitatem ipsius, uel quemadmodum acquiri uel custodiri debeat: qui uerò sit finis eius, patrum traditionibus explicare, unam tantummodo ponam beati Apostoli sententiam qua pateat qualiter illam Thessalonicensibus scribens, & uirtutibus prætulerit uniuersis, tali eam uerbi nobilitate commendans.

Quod specialiter castitatis uirtus ab apostolo sanctimonia nuncupetur. Cap. XV.

HAec est, inquit, uoluntas Dei, sanctificatio uestra. Et ne fortè dubium nobis relinqueret uel obscurum, quidnam sanctificationem uoluerit appellare, utrum iustitiam, an charitatem, an humilitatem, an pacientiam: in omnibus enim istis uirtutibus creditur acquiri sanctificatio: infert & manifestè designat quid propriè sanctificationē uoluerit appellare. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra: ut abstineatis uos, inquit, à fornicatione: ut sciat unusquisque uestrûm uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Vides quibus eam laudibus prosequatur: honorem uasis, id est, corporis nostri, & sanctificationem eam appellans. Igitur econtrario qui in passione desiderij est, in ignominia & in immundicia consistit, & alienus à sanctificatione uersatur. Tertio quoq; post pauca infert, rursus sanctimoniam eam pronuncians. Non enim uocauit nos Deus in ignominiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Auctoritatem quoque præcepto suo inuiolabile iunxit, dicens: Qui hæc spernit, id est, quæ de sanctimonia præfatus sum, non hominem spernit: hoc est, me qui hæc præcipio, sed Deum qui in me loquitur, qui etiam spiritui suo sancto cor nostrum habitaculum deputauit. Cernis simplicibus uerbis ac puris quibus eam præconijs quantisq; extulerit laudibus, primum uirtuti huic sanctificationem propriè tribuendo: deinde per hanc asserens uas nostri corporis ab immundicia liberandū: tertio quòd abiecta ignominia & contumelia, in honore sit & sanctificatione mansurum: postremò quæ summa est perfecti premij ac beatitudinis remuneratio, per hanc habitatorem pectoris nostri sanctum fore spiritum designauit.

De alio Apostoli testimonio super eadem sanctimonia. Cap. XVI.

ET licet ad finem libelli tēdat oratio, aliud adhuc simile huic prętermissum eiusdem apostoli testimonium ponam. Ad Hebręos nanq; scribens: Pacem, inquit, sectamini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Hic quoq; euidenter sine sanctimonia quam solet integritatem mentis uel puritatem corporis appellare, pronunciauit Deum penitus uideri non posse Si quidem & hic similiter infert, eundem sensum explanans. Ne quis fornicator aut profanus ut Esau.

Quod spes sublimioris premij debeat custodiam castitatis augere. Cap. XVII.

ITaq; quantū sublime cœlesteq; est p̄mium castitatis, tāto grauiorib. aduersariorū insidijs lacessit. Et idcirco ṗpēsius nobis est, nō solū cōtinētia corporis uerū etiā cōtritio cordis assiduis orationū gemitib. adhibenda, ut clibanus carnis nostræ quē rex Babylonius

nius incentiuis suggestionum carnalium succendere non desistit, descendente in corda nostra rore sancti spiritus extinguatur.

Quod sicut absque humilitate castitas obtineri non potest, ita sine castitate scientia. Cap. XVIII.

ETenim hanc seniores aiunt apprehendi non posse, nisi prius humilitatis in corde fundamenta fuerint collocata, ita ne ad fontem quidem uerę scientię peruenir i posse definiunt, donec penetralibus animæ nostræ radix uitij huius insederit, & possibile quidem esse integritatem sine scientiæ gratia reperiri, impossibile uerò scientiam spiritalem sine integritatis castimonia possideri. Quia & diuersa sunt dona. & non omnibus una gratia spiritus sancti tribuitur, sed ad quam se unusquisq; studio uel industria sua dignum aptumq; præbuerit. Deniq; cum in omnibus apostolis sanctis uirtus integritatis perfecta fuisse credatur, abundantius tamen scientiæ donum exuberauit in Paulo, quia se ad hanc aptum solerti studio atq; industria præparauit.

Sententia sancti Basilij episcopi de qualitate uirginitatis suæ. Cap. XIX.

FErtur sancti Basilij Cæsariensis episcopi districta sententia. Et mulierem inquit ignoro, & uirgo non sum. Intantum intellexit incorruptionem carnis, nō tam in mulieris esse abstinentia quàm in integritate cordis, quæ uere incorruptam perpetuo sanctimoniam corporis uel timore Dei uel amore castitatis custodiat.

Qui finis ueræ integritatis ac puritatis sit. Cap. XX.

ITaq; hic est integritatis finis ac perfecta probatio, si quiescentibus nobis titillatio uoluptatis nulla subrepserit, ac pro necessitate naturæ nobis inconscijs concretiones egerantur obscenæ. Quas sicut abscindere per omnia & in perpetuum amputare super naturam est, ita reuocare ad ineuitabilem rarissimamq; naturæ necessitatem summæ uirtutis est, quæ pulsare monachum duobus interpositis mensibus solet. Quod tamen dictum sit secundum nostram experientiam, non secundum sententiam seniorum, à quibus etiam hæ memorati temporis indutię admodum iudicabantur angustę, quas si hoc modo quo ab ipsis percepimus uoluerimus exponere: his fortè qui pro negligentia sua uel remissiore studio puritatem hanc minus experti sunt: incredibilia uel impossibilia descripsisse credemur.

Quemadmodum perfectæ puritati statum retinere possimus. Cap. XXI.

QVem statum ita tenere perpetuò poterimus, ac nūquam naturalem modum nec tempus excedere superius comprehensum, si Deum non solum secretorum actuum nostrorum, uerumetiam cogitationum internarum diurnum pariter nocturnumq; inspectorem esse & conscium cogitemus, ac pro omnibus quæ in nostro corde uersantur sicut pro factis & operibus nostris rationem nos ei reddituros esse credamus.

Vsque ad quem modum possit integritas corporis nostri perduci, uel quod indicium sit ad purum mentis excoctæ. Cap. XXII.

HVc usq; igitur festinandum est nobis, & eo usq; aduersus animi motus uel carnis incentiua pugnandum, donec ista carnis conditio necessitatem naturæ expleat, non suscitet uoluptatem, concretam exuberantiam sine ullo pruritu noxaq; propellens non pugnam suscitans castitati. Cæterum mens dum adhuc dormiens imaginum uisione deluditur, nouerit se nec dum ad integram perfectionem castitatis excoctam.

Remedia curationis quibus perfecta possit cordis & corporis nostri puritas permanere. Cap. XXIII.

IGitur ut illusiones hæ ne dormientibus quidē nobis subrepere ualeant, æqualem moderatumq; semper tenendum est ieiunium. Quisquis enim mensurā districtionis excedit, necesse est ut modum quoq; remissionis excedat. Qua inæqualitate detentus ab hoc tranquillitatis planissimo statu sine dubio reuocabitur: nunc quidem nimia inanitate defectus, nunc autem cibo propensiore distentus. Cum immutatione siquidem refectionis, qualitatem quoq; puritatis nostræ necesse est immutari. Deinde iugis humilitas ac patientia cordis adhibenda perpetuò est, atq; intenta aduersus iram uel cæteras passiones

passiones per diem cautio. Vbi enim furoris insederit uirus, libidinis quoq; necesse est incendium penetrare. Ante omnia uero peruigil necessaria est sollicitudo nocturna. Nam sicut puritas & custodia diei nocturnam præparant castitatem, ita nocturnæ uigiliæ cordi pariter & obseruationi diurnæ statum solidissimum roburq; præmittunt.

De spiritu fornicationis libri sexti finis.

LIBER SEPTIMVS DE SPIRITV PHILARGYRIAE.

Caput. I.

TErtius nobis conflictus est aduersus phylargyriam, quam nos amorem pecuniarum possumus appellare: peregrinum bellum & extra naturam, nec aliunde in monacho sumens principium, quam de corruptæ ac torpidæ mentis ignauia, & plerunq; initio abrenunciationis male arrepto, & erga deum tepido amore fundato. Cætera nanq; uiciorum incitamenta humanæ inserta naturæ uelut ingenita uidentur in nobis habere principia, & quodammodo inuiscerata carni, ipsiq; propemodum coæua natiuitati discretionem boni maliq; præueniunt: & licet prima arripiant hominem, longo tamen labore uincuntur.

Quòd perniciosus sit morbus philargyriæ. Cap. II.

HIc uero morbus posterius superueniens & extrinsecus accedens animæ, quantò facilius caueri potest ac respui, tanto neglectus & intromissus semel cordi fit perniciosior cunctis difficiliusq; propellitur. Malorum namq; omnium efficitur radix, multiplices fructificans fomites uitiorum.

Quæ nobis in uitijs naturalibus sit utilitas. Cap. III.

VTputa carnis simplices motus, nonne uidemus non solum in pueris in quibus adhuc innocentia boni maliq; præuenit discretionem, uerum in paruulis atq; lactentibus? Qui cum ne initiũ quidem ullius libidinis in semetipsis habeant, motus carnis naturali incitamento sibi inesse designant. Iræ quoq; aculeos truces nonne similiter in paruulis iam uigere conspicimus, & antequàm patientiæ uirtutem agnoscant: iniurijs eos cernimus commoueri, & uerborum sentire etiam per iocum iniurias irrogatas? ac nonnunquã cum desint uires, uoluntas tamen ultionis ira instigante non deest. Nec hoc dico quòd uocem naturam conditionis in culpam, sed quòd asseram motus hos qui procedunt ex nobis quosdam quidem utilitatis causa nobis insertos, quosdam uero negligentiæ uicio ac male uoluntatis arbitrio extrinsecus introductos. Hi namque quos supra diximus motus carnales ob reparationem sobolis & posteritatis propaginem suscitandam, utiliter sunt corpori nostro prouidentia creatoris inserti, non ad perpetranda stuprorum flagicia & adulteria quæ legis etiam auctoritate damnantur. Iræ etiam aculeos nonne saluberrimè nobis intelligimus attributos, ut nostris uicijs & erroribus irascentes, uirtutibus potius ac spiritualibus studijs occupemur, omnem charitatem Deo: & patientiam nostris fratribus exhibentes? Tristitiæ quoq; utilitas quanta sit nouimus, quæ inter cætera uicia cum in contrarium affectum est mutata connumeratur. Est enim & secundum dei timorem pernecessaria, & secundum seculum admodũ perniciosa, ut docet apostolus dicens: Quæ enim secundum deum est tristitia: pœnitentiam ad salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur.

Quòd inesse nobis quædam naturalia uicia sine creatoris dicamus iniuria. Cap. IIII.

NOn ergo si dixerimus hos motus à creatore insertos nobis, ex eo culpabilis ille uidebitur: si nequiter his abusi maluerimus eos ad noxia potius ministeria detorquere: & uelimus pro infructuosis & secularibus lucris, non pro salutari pœnitentia & uiciorum correctione tristari: uel certe si non nobiímetipsis utiliter: sed contra interdi-

ctum domini nostris fratribus irascamur: uelut si ferrum quis ad necessarium & utilem ministerium contributum ad necem uoluerit insontium retorquere: non ex hoc infamabit materiæ conditorem, si quid ille ad usum bene uiuendi aptum ac necessarium præstitit, iste hoc usus est ad nocendum.

De uitijs quæ extra naturalem motum nostro uicio contrahuntur. Cap. V.

DIcimus tamen quædam uitia sine ulla præcedente naturali occasione concrescere, sed solius corruptæ ac malæ uoluntatis arbitrio, ut est inuidia ipsaque etiã Philargyria, quæ cũ nulla habeant in nobis de naturali instinctu principia, extrinsecus contrahuntur. Quę tamen quantum facilia sunt ad cauendum & oportuna ad declinandũ, tantum occupatam mentem atque possessam miseram faciunt, uixque ad sanitatis concedunt remedia peruenire, siue quod à domino non merentur curari celeri medicina qui ab his sauciati sunt quę uel ignorare uel uitare uel facillimè uincere potuerunt: uel certè quod malè fundati uirtutem structuram & perfectionis suscipere culmen indigni sunt.

Receptus semel Philargyriæ morbus quàm difficile pellatur. Cap. VI.

QVamobrem nulli uilis despectusque uideatur hic morbus: qui sicut potest perfacilè declinari, ita si quemquàm possederit ad sanitatis remedia uix peruenire concedit. Receptaculum nanque est uiciorum malorumque omnium radix, & inextricabilis nequitię fomes efficitur dicente apostolo. Radix omnium malorum est Philargyria: id est amor pecuniæ.

Quibus uicijs Phylargyria generetur: uel quantorum malorum sit eadem procreatrix. Cap. VII.

HAec igitur cum remissam tepidamque possederit monachi mentem, primitus eum in exigua summa sollicitans, iustos quosdam & uelut rationabiles ei colores ob quos reseruare sibi aliquid pecuniæ debeat uel parare describit. Nam & ea quæ prębentur in monasterio quæritur non esse sufficientia, & sano robustoque corpore uix posse tolerari. Quid faciendum si ualitudo mala carnis emerserit, & reconditum non fuerit aliquid peculiare quo sustentetur infirmitas. Præstitionem monasterij esse pertenuem, & negligentiam erga ægrotantes maximam. Si proprium aliquid non fuerit quo cura corpori ualeat adhiberi miserè moriendum. Ipsum etiam uestimentum non sufficere quod præbet, nisi procurauerit unde sibi aliud ualeat exhiberi. Postremo nec diu posse in eodem loco uel monasterio cõmorari: & nisi parauerit sibi uiatici sumptus, euectionisque transmarinæ mercedem, non posse cum uoluerit transmigrare, & necessitati inopiæ coartatum, laboriosam ac miserabilem absque ullo profectu uitam iugiter toleraturum, inopem se quoque semper ac nudum non sine improperio aliena substantia sustentandum. Itaque cum huiuscemodi cogitationibus laqueauerit mentem, qualiter unum saltem denarium acquirere possit excogitat. Tunc peculiare opus quod exerceat Abbate inscio sollicita mente perquirit. Quod uendens clam & optato tandẽ potitus nummo, qualiter eum duplicet acrius uehementiusque torquetur, ubi reponat cui úe illum credat ambiguus. Deinde quid ex eo coëmere, qualique eum commercio ualeąt duplicare, cura grauiore distenditur. Cunque illi & hoc ex uoto cesserit, auidior fames accrescit auri, tantoque uehementius suscitatur: quanto etiam summa lucri maior apponitur. Cum pecunię etenim incremento rabies cupiditatis augetur. Tum deinde uita longæua promittitur, senectus incurua, infirmitates diuersæ atque prolixæ, quæ nisi maior summa in iuuentute fuerit pręparata tolerabili in senecta non possint. Agitur itaque infelix anima serpentinis nexibus obligata, dum materiam male concretã nequiore cura concupiscit augere, pestem sibi qua dirius inflammetur ipsa parturiens: totaque lucri cogitatione possessa, nihil aliud respicit cordis intuitu quàm unde pecuniam parare ualeat, per quã possit de monasterij disciplina quãtotius euolare, nullam exhibens fidem ubi potuerit nummi spes

aliqua

aliqua refulgere. Pro hac non mendacij, non periurij, non furti facinus ad mittere perhorrescit, non fidem frangere, non iracundiæ noxio furore suppleri. Si quoquàm à spe quæstus deciderit: non honestatis non humilitatis modũ transcendere pertimescit, sicq; ei per omnia ut alijs uenter: ita huic aurũ & spes lucri pro Deo. Vnde Beatus apostolus huius morbi noxia uenena prospiciens, non solum eam radicẽ esse omnium malorum, uerumetiã idolorum seruitutem pronunciauit dicens. Et auaricia, quod in Grȩco dicitur Philargyria, quæ est simulacrorũ seruitus. Cernis igitur ad quantã labem rabies hoc per gradus singulos crescat, ut etiã idolorũ uel simulachrorũ seruitus apostoli uoce pronuncietur, eo quod figura dei & imagine prȩtermissa, quam deuote seruiens deo immaculatam in semetipso debuit custodire, hominum figuras impressas auro diligere pro Deo maluit & tueri.

Quòd Philargyria omnes uirtutes impediat. Cap. VIII.

TAlibus igitur decessionum profectibus in deterius crescens, nullam deinceps humilitatis, nullam charitatis, nullam obedientiæ, non dicam uirtutem sed ne umbrã quidẽ uirtutis retinere contentus: indignatur ad omnia, & ad singula opera murmurat atq; suspirat. Nullaq; iam reuerentia reseruata, uelut equus durissimus ad præcipitium fertur infrenis: nec uictu quotidiano nec solito indumento contentus, non se diutius hæc toleraturũ esse testatur. Deum quoq; non ibi solummodo esse proclamat, nec salutem suam in illo tantũ loco esse conclusam. Vnde si quoq; se non celerius asportauerit, se periturum protinus grauiter ingemiscit.

Quòd monachus habens pecunias in cœnobio permanere non possit. Cap. IX.

ITaque instabilitatis suæ uiaticum habens nummos, in quorum præsidio alarum sibi instar aptauit, iamq; ad transmigrandũ paratus insolenter ad omnia prȩcepta respondet: & tanquàm peregrinum extraneumq; se gerens, quæcunq; indigentia correctione perspexerit, negligit atq; contemnit. Cumq; furtim possideat reconditã pecuniam, nec calciamenta quidem ac uestimenta se habere conqueritur, dariq; sibi tardius indignat. Ac si forte dispensatione senioris ei prius qui nihil pœnitus habere cognoscitur: aliquid horũ fuerit impartitũ, maioribus iræ stimulis inardescit, seq; despici ueluti extraneum putat, nec ad ullum opus manus suas accõmodare contentus, repræhendit omnia quæ necessario fieri monasterij compellit utilitas. Deinde occasiones quibus offendi uel irasci debeat studiose perquirit, ne leuiter motus de cœnobij disciplina uideat exire. Nec solus tamen transmigrare contentus, ne tanq; suo uicio deseruisse credatur quantos potuerit susurrationibus clandestinis deprauare non desinit. Quid si etiam temporis asperitas itineris seu nauigationis eius intercluserit commeatũ, per omne illud tempus suspenso anxioq; residens corde tristitias serere uel excitare non cessat: discessus solatium & excusationem leuitatis non se aliter credens q̃ nota uel macula monasterij reperturũ

Quem Philargyriæ laborem subeat desertor monasterij, qui ante pro leuissimis operibus murmurabat. Cap. X.

AGitur itaq; facibus pecuniarum suarum magis accensus, quæ possessȩ, nunquàm monachum uel in monasterio residere uel uiuere sub regulæ institutione permittunt. Cumq; exinde eum uelut feralis quædam bestia de cetu gregis segregans, pecus oportunum predæ destitutione sodaliũ fecerit: & deuorationi facilem contubernij priuatione reddiderit, eum qui prius opera monasterij leuia exercere despexerat, die ac nocte spe quæstus infatigabiliter laborare compellit, non orationũ solennia, non ieiuniorum modũ, non uigiliarum regulã custodire permittit, non honestarum intercessionũ explere officia sinit, dummodo uel auaritiæ rabiem satiare uel quotidianis usibus possit occurrere, cupiditatis ignem dum acquirendo extinguendum credit accendens.

Quòd occasione custodiendæ pecuniæ fœminarum contubernia requirantur. Cap. XI.

HInc iam nonnulli per abruptum præcipitium lapsi irreuocabili ruina feruntur ad mortem, & non contenti soli possidere quas uel nunq; habuerant: uel initio malo reseruauerant pecunias, inquirunt contubernia fœminarum, quæ debeant ea quæ male congesta uel retenta sunt custodire. Tantisq; se occupationibus noxijs ac perniciosis inuoluunt: ut usq; ad profundũ inferi deuoluti, dum acquiescere illi apostolicæ sententiæ renuunt: ut habentes uictum & uestimentum his contenti sint quæ monasterij fru-

galitas exhibebat, sed uolentes diuites fieri incidant in temptationem & laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua quæ mergunt hominẽ in interitũ & perditionem Radix enim omnium malorum est pecuniarum cupiditas, id est, Phylargyria quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.

Exemplum cuiusdam tepidi monachi Philargyriæ laqueis obligati. Cap. XII.

NOn ignoro quendam qui semetipsum autumat monachum, sibiq; quod est deterius de perfectione blanditur: qui receptus in cœnobio, cum à suo moueret Abbate ne reuerteretur ad illa quæ renuncians abdicarat, seq; de malorum omnium radice Philargyria terrenisq; laqueis eripere festinaret, ac si mallet pristinis passionib. emendari: quibus eũ grauissime singulis momentis uidebat urgeri, cessaret affectare ea quæ ne antea quidem possederat, quorũ nexibus compeditus ad purgationẽ uitiorum suorum sine dubio peruenire non posset, truculento uultu eidem respondere non hæsitauit. Si tu habes unde plurimos sustentes, me similiter habere cur prohibes.

Quid conferant seniores iunioribus in denudatione uiciorum. Cap. XIII.

HAec autem nemini uide ante superflua uel molesta. Nisi enim prius exposita fuerint genera uulnerum, & origines causæq; morborum fuerint indagatæ, nec infirmis poterit adhiberi congrua medicinæ curatio: nec ualidis conferri perfecte custodia sanitatis. Nam & hęc & multo bis plura ad instructionẽ iuniorũ solent à senioribus qui innumeros diuersorũ casus ac ruinas experti sunt in collatione proferri. Quorum multa sæpe numero cognoscentes in nobis ita senioribus exponentibus ac reuelantibus, uelut qui ijsdem ipsis quoq; passionibus pulsarentur, absq; confusionis nostrę uerecundia curabamur, cum & remedia pariter & causas infestantiũ nos uiciorum taciti discere mus, quæ nos nõ fraternitatis ueriti corpus uel obteximus uel præteriuimus, sed ne forte delapsus liber in manus eorum qui in hoc proposito minus instituti uidentur, pateat inexpertis: quæ desudantibus solis ac festinantibus culmen perfectionis attingere debent esse comperta.

Quibus exemplis morbus Philargyriæ triplex esse doceatur. Cap. XIIII.

TRiplex itaq; est huius ualitudinis morbus, qui ab uniuersis patribus æquali detestatione damnatᷣ. Vnus hic cuius superius descripsimus labem, qui decipiens miserabiles quosq; ea quæ ne antea quidem cum in seculo degerent possidebant congregare persuadet. Alius qui hoc quæ in primordijs suæ renunciationis abiecerant, postea resumere ac rursum desiderare compellit. Tertius qui initio malo uiciosoq; contractus & ab imperfecctione incipiens, eos quos semel hoc tepore mentis infecerit, paupertatis ac diffidentiæ timore perterritos: spoliare se cunctis mundi facultatibus non sinit eosq; pecunias uel substantias quas utiq; renunciantes abijcere debuerãt reseruantes, ad euangelicã perfectionem nunq; peruenire concedit. Quarũ trium ruinarum exempla, in scripturis sanctis etiam inuenimus non leui pœna fuisse damnata. Nam Giecica quæ ne antea quidem possederat uolens acquirere, non modo gratiam prophetiæ non meruit possidere, quam per successionem uelut hæreditariam à suo habuit magistro suscipere: uerumetiam econtrario æterna lepra sancti Helisæi maledictione profunditur. Iudas aũt uolens resumere pecunias quas antea Christum secutus, non solum ad proditionem Domini lapsus apostolatus perdidit gradum, sed etiã uitam ipsam cõmuni exitu finire non meruit, eamq; uiolenta morte conclusit. Ananias uero & Saphyra reseruãtes partem quandam ex his quæ possederant, apostolico ore morte multantur.

Male renuncians à non renunciante quo differat. Cap. XV.

DE his igiᷣ qui dicentes renunciasse se huic mundo, rursus incrudelitate fracti nudari terrenis opibus timent, in Deuteronomio mistice præcipitur. Si quis est homo formidolosus & corde pauido, non egrediatur ad bellum: uadat & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut & ipse timore perterritus est. Hoc testimonio quid euidentius quæso? Nonne manifeste mauult eos scriptura professionis huius nec initium sibimet usurpare nec nomine, quàm exhortatione exemploque corrupto etiam alios ab Euangelica perfectione reuocare: & infideli infirmare

firmare terrore? Iubet itaque eis ut discedentes è pugna reuertantur in domũ suam, quia non potest quisquã duplici corde bella domini prçliari. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnib. uijs suis. Et cogitantes secundũ illã Euangelij parabolã eum qui cũ decem milibus progreditur contra regem cum uiginti milibus uenientẽ, non posse confligere: adhuc eo longe posito postulent pacẽ, id est: ut ne initium quidem renunciationis arripiant potius quã tepide eam post exequentes maiori discrimine semetipsos inuoluant. Melius est enim non uouere, quàm uouere & non reddere. Pulchrè aũt hic cũ decem milibus, & ille cum uiginti uenire describitur. Amplior enim uiciorũ nos impugnantium numerus est quàm uirtutum pro nobis dimicantium. Nemo autem potest Deo seruire & mammonę. Nec ponens quisquàm manum suam super aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei.

Cuius testimonij se colore tueantur qui exui facultatibus suis nolunt. Cap. XVI.

Hi ergo occasionem auaritiæ pristinæ sibimet intromittere quadam scripturæ sanctæ auctoritate conantur. Quam uiciosiore intellectu interpretantes: apostoli immo domini sententiam corrumpere atque ad suum desiderium gestiunt deprauare, non suam uitam uel intellectum scripturarum sensui coaptantes, sed uim scripturis pro desiderio suæ libidinis inferentes, consentire eas suis opinionibus uolunt, aiuntque scriptum esse. Beatius magis dare quàm accipere. Cuius interpretatione prauissima eneruatam domini putant illam esse sententiam quæ dicitur. Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo: & ueni sequere me. Et arbitrantur hoc colore diuitias suas se abijcere non debere: beatiores scilicet semetipsos pronunciantes, si pristinis suffulti substantijs, alijs quoque de earum superabundantia largiantur: dum erubescunt pro Christo gloriosam cum apostolo suscipere nuditatem, nec opere manuum nec monasterij parsimonia uolunt esse contenti. Quibus superest ut aut semetipsos circumuenire nouerint, & nequaquam renunciasse huic mundo diuitijs pristinis incubantes, aut si professionem monachi re atque opere cupiũt experiri, dispersis atque abiectis omnibus nihilque ex his quibus renunciauerunt reseruantes, cum apostolo glorientur in fame & siti, in frigore & nuditate.

De renunciatione Apostolorum & ecclesiæ primitiuæ. Cap. XVII.

Quasi uero & ille similiter non potuerit facultatibus pristinis sustentari, qui se non ignobilem etiam in huius mundi ordine fuisse testatur: cum se asserit à natiuitate ciuis Romani dignitate prçlatum, si hoc esse ad perfectionem commodius iudicauisset. Et illi qui Hierosolymis cum essent possessores agrorum uel domorum, uendentes omnia & nihil sibi penitus ex his reseruantes, afferebant præcia eorũ: & ponebant ante pedes discipulorum, non potuerint necessitatem corporis sui facultatibus proprijs sustinere: si hoc perfectius fuisset ab apostolis iudicatũ, uel ipsi esse utilius probauissent? sed uniuersas simul abijcientes substantias maluerunt labore proprio uel collatione gentiũ sustentari. De quorum sumptu sanctus apostolus ad Romanos scribens, suumque eis in hoc ministeriũ prædicans, ac subtiliter eos ad hanc collationem prouocans, ait: Nunc aũt proficiscar Hierusalem ministrare sanctis. Complacuit enim Macedoniæ & Achaię collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt Hierusalem: placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Quoniã si spiritalium eorum participes factæ sunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. Ad corinthios quoque horum sollicitudinem similiter gerens: monet eos ut ante aduentũ suum collationem quam ad usus eorum mittere disponebant sollicitius præpararent. De collectis autem quæ fiunt in sanctis sicut ordinaui ecclesijs Galathię, ita & uos facite. Vnusquisque uestrum per unam sabbati thesauricet apud semetipsum recondens quod ei bene placuerit, ut non cum uenero tunc collectę fiant. Cum autem uenero quos probaueritis per epistolas hos transmittam perferre gratiam uestram in Hierusalem. Et ut eos ad largiorem collationem prouocaret infert. Quod si dignum fuerit ut & ego eam, mecũ ibunt, id est si talis fuerit oblatio uestra quæ mea quoque mereatur prosecutione deferri. Ad Galathas quoque cum prędicationis ministeriũ cum apostolis partiretur: in hoc idem se destinatũ à Iacobo, Petro & Ioanne

testatur, ut licet prædicationem susciperet gentium, pauperum tamen qui erant Hierosolymis nequaquam sollicitudinem curamque respueret, qui propter Christum uniuersis rebus suis renunciantes: spontaneam subierant egestatem. Et cum uidissent, inquit, gratiam Dei quæ data est michi, Iacobus & Cephas & Iohannes qui uidebantur columnæ esse dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos inter gentes prędicaremus, ipsi autem in circuncisione, tantum ut pauperum memores essemus. Quam rem omni sollicitudine se testatur implesse dicens: Quod etiã sollicitus fui hoc ipsum facere. Qui igitur sunt beatiores, utrum nam hi qui nuper de numero gentium congregati, nec præualentes Euangelicam perfectionem conscendere adhuc suis substantijs inhærebant, in quibus magnus fructus ab apostolo ducebatur, si saltem ab idolorum cultura & fornicatione & suffocatis & sanguine reuocati, fidem Christi cum suis facultatibus suscepissent, an illi qui euangelicę satisfacientes sententię, crucem domini quotidie portantes, nihil sibi de proprijs facultatibus superesse uoluerunt? Cũque ipse Beatus apostolus uinculis & carceribus obligatus: seu uexatione itineris impeditus, & ob hoc consuetam uictus substantiã parare ut erat solitus suis manibus non occurrens, à fratribus qui de Macedonia uenerunt supplementum suæ necessitatis se asserit accepisse, nam quod mihi, inquiens, deerat, suppleuerunt fratres qui uenerunt â Macedonia, & ad Philippenses ipse referens, scitis enim & uos Philippenses: quia in principio Euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla ecclesia mihi communicauit in ratione dati & accepti nisi uos soli quia & Thessalonicam & semel & bis in usum mihi misistis, erunt secundum istorum sententiam quã mente tepida conceperunt, & isti beatiores apostolo, quia de suis inueniuntur ei substantijs impartisse? Quod amens quilibet dicere non audebit.

Quòd si Apostolos imitari uelimus non debeamus nostris definitionibus uiuere sed illorum exempla sectari. Cap. XVIII.

QVamobrem si euangelico præcepto uolumus obedire, & apostoli ac totius illius ecclesiæ primitiuæ: seu patrum, qui uirtutibus ac perfectioni eorum nostris temporibus successerunt, imitatores existere, non nostris diffinitionibus acquiescamus, de hoc tepido ac miserabili statu perfectionem nobis Euangelicam pollicentes, sed illorum sectantes uestigia circumuenire nosmetipsos minimè studeamus: & ita monasterij disciplinam institutionemque pariter expetamus, ut in ueritate renunciemus huic mundo: nihil ex his quæ contempsimus infidelitate nos retrahente seruantes: quotidianum uictum non recondita pecunia sed opere proprio conquiramus.

Sententia sancti Basilij episcopi aduersus Syncletium prolata. Cap. XIX.

FErtur sententia sancti Basilij Cæsariensis episcopi ad quendam prolata Syncletiũ: tali quo diximus tepore torpentum, qui cum renunciasse se diceret huic mundo: quædam sibi de proprijs facultatibus reseruauit, nolens exercitio manuum suarũ sustentari, & humilitatẽ ueram nuditate & operis contritione monasterijque subiectione conquirere: & senatorem, inquit, Syncleti perdidisti, & monachum non fecisti.

Quàm ignominiosum sit à Philargyria superari. Cap. XX.

ITaque si agonem spiritalem certare legitime cupimus, hunc quoque pernitiosum hostẽ à nostris cordibus extrudamus. Quem quantũ superare non magnæ uirtutis est, tantum ab eo uinci ignominiosum plenumque dedecoris A potente enim elidi licet sit in deiectione dolor & gemitus in amissione uictoriæ, tamen quodammodo de aduersarij robore uictis nascitur consolatio. Sin uero & inimicus exilis & genus colluctationis infirmum: ultra deiectionis dolorem confusio turpior, & ignominia detrimento grauior infertur.

Quemadmodum superanda sit Philargyria. Cap. XXI.

DE quo hæc erit summa uictoria triumphusque perpetuus: ut quemadmodum dicitur:

tur: nec minuto quidem numero conscientia monachi polluatur. Impossibile namque est eũ qui uictus in exigua stipe, concupiscentiæ semel in corde suo radicẽ susceperit, non maioris desiderij protinus incendio conflagrari. Tamdiu namque miles Christi uictor ac securus: cunctaque cupiditatis impugnatione erit externus, donec initia concupiscentię huius hic nequissimus spiritus in eius corde non seuerit. Quapropter cũ in cunctis generibus uitiorum generaliter serpentis caput oporteat seruari, in hoc præcipue diligentius conuenit præcaueri. Quod si fuerit intromissum: sua materia conualescens ipsum sibimet uehementiora suscitabit incendia. Ideoque non solum pecuniarũ est cauenda possessio, uerumetiam uoluntas ipsa ab animo penitus extrudenda. Non enim tam effectus phylargyriæ uitandus est, quàm affectus ipsius radicitus amputandus. Nihil enim proderit pecunias non habere, si uoluntas in nobis fuerit possidendi.

Quòd poßit quis etiam non habens pecunias Philargyrus iudicari. Cap. XXII.

POssibile namque est etiam non habentem pecunias nequaquàm Philargyriæ morbo carere, nihilque ei prodesse beneficium nuditatis, quia cupiditatis uitium resecare non ualuit: paupertatis bono non uirtutis merito delectatus, & necessitatis onere non sine cordis languore contentus. Quemadmodũ etiam corpore non pollutos euangelicus sermo pronunciat corde mechatos, ita pecuniæ quoque pondere minime sarcinatos: affectu ac mente cum Philargyris condemnari possibile est. Occasio enim eis habendi defuit non uoluntas, quę semper apud Deum solet magis quàm necessitas coronari. Itaque festinandum nobis est, ne inuacuum laborum nostrorum emolumenta depereãt. Miserabile namque est paupertatis ac nuditatis exitus tolerasse, fructus uero earum prauæ uoluntatis uitio perdidisse.

Exemplum de Iuda. Cap. XXIII.

VIs nosse quàm pernitiose quàm noxiæ fomes iste nisi fuerit diligenter excisus, ad eius interitum qui eum conceperit fructificet, & omnigenis pullulet ramusculis uitiorum? Respice iudam apostolorũ numero deputatum, quia noluit serpentis huius caput letale conterere, qualiter eum suo ueneno peremerit, & concupiscentiæ laqueis irretitum ad quã arrupti precipitij crimen impegerit, ut redemptorẽ mundi & humanæ salutis auctorem triginta argenteis persuaserit uendere. Qui nequaquàm esset ad tam scelestum proditionis facinus deuolutus, si non Philargyrię morbo fuisset infectus: nec dominicæ negationis reus sacrilegus extitisset; nisi prius solitus fuisset creditos sibi loculos compilare.

Quòd Philargyria nisi nuditate uinci non poßit. Cap. XXIIII.

IMmane satis & euidens tyrannidis huius exemplum, quæ semel (ut diximus) animæ captiuatæ nullam permittit honestatis regulam custodire, nec ulla quęstus adiectione satiari. Finis enim rabiei huius non diuitijs: sed nuditate conquiritur. Denique cum hic ipse ob hoc loculos dispensationi pauperum deputatos suæ potestati creditos accepisset: ut saltem pecuniarum abundantia satiatus concupiscentię suę modum imponeret, in tantum copia earum in abundantiorem fomitem cupiditatis exarsit, ut iam non loculos clanculo compilare, sed ipsum dominum uenundare maluerit. Vniuersas enim diuitiarum moles, cupiditatis huius exuperat magnitudo.

De exitu Ananiæ & Saphyræ & Iudæ quem Philargyria impellente subierunt. Cap. XXV.

DEnique princeps apostolorum his eruditus exemplis, sciens habentem quippiam cupiditatis frena non posse moderari, nec finem eius in parua summa magna ue cõsistere, sed in sola uirtute nuditatis, Ananiã & Saphirã quorũ superius fecimus mẽtionẽ: quia sibi ꝗppiã de sua facultate seruauerant, morte mulctauit, ut interitũ quẽ ille ultro sibi ꝓ reatu dominicæ ꝓditionis intulerat, hi ꝓ mẽdacio cupiditatis exciperẽt. Quãta in

hoc quoque facinoris ac supplicij similitudo concurrit. Ibi namque Philargyriam proditio, hic falsitas subsecuta est. Ibi ueritas proditur, hic mendacij crimen admittit. Licet enim operis eorum dissimilis uideatur effectus: unus tamen finis in utroque concurrit. Ille nanque refugiens paupertatem resumere quæ abiecerat concupiuit, hi ne fierent pauperes de substantia sua quam aut apostolis offerre fideliter, aut totam dispergere fratribus debuerant, quiddam retinere temptauerunt. Et ideo utrobique sequitur mortis damnatio, quia utrumque crimen de Philargyriæ radicibus pullulauit. Itaque si in eos qui non alienas concupierunt substantias, sed proprijs parcere temptauerunt, nec habuere desiderium acquirendi sed reseruandi tantũmodo uoluntatem, processit tam seuera sententia, quid censendum de his qui nunquàm possessas pecunias cupiunt congregare, & nuditatem coram hominibus preferentes, affectu concupiscentiæ corã Deo diuites comprobant.

Quòd Philargyria lepram animæ inferat spiritalem. Cap. XXVI.

QVi secundum similitudinem Gieci spiritu ac mente leprosi esse noscuntur, qui mundi huius caducas pecunias cõcupiscens immundæ lepræ contagione respersus est. Per quam nobis euidens reliquit exemplum, omnem animam cupiditatis labe pollutam spiritali uiciorum lepra respergi, immundamque apud dominũ perhenni maledictione reputari.

Testimonia de scripturis quibus perfectionem desiderans edocetur non resumere quæ renuncians abdicauit. Cap. XXVII.

IGitur si perfectionis desiderio dimittens omnia secutus es Christum dicentem tibi: uade uende omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequære me, quid missa super aratrum manu respicis retro, ut eiusdem domini uoce pronuncieris non esse aptus regno cœlorũ? Super tectũ euangelici culminis stabilitus, quid descendis tollere aliquid de domo tua, ex his uidelicet quæ antea contẽpsisti? Constitutus in agro atque operatione uirtutum, substantia mundi qua te renuncians spoliasti quid recurrens niteris reuestiri? Si uero paupertate preuentus nihil quod dimitteres habuisti, multomagis acquirere non debes quod antea non possedisti? Ob id enim ita domini beneficio præparatus es: ut expeditior ad eum nullis pecuniarum laqueis impeditus accurreres. Veruntamen nullus in hoc ægens frangatur, nemo est enim qui non habeat quod dimittat. Vniuersis renunciauit facultatibus mundi, quisquis affectum possidendi eas radicitus amputauit.

Quòd aduersus Philargyriam uictoria non aliter possit nisi nuditate conquiri. Cap. XXVIII.

HAec est igitur de Philargyria perfecta uictoria, ut paruissimæ cuiuslibet stipis in corde nostro residere non sinamus igniculum, certi quod restinguendi eum non habebimus ulterius facultatem, si quantulamcunque scintillæ huius in nobis materiam fouerimus.

Quemadmodum possit nuditas à monacho sustentari. Cap. XXIX.

QVam uirtutem non alias retinere ualebimus illibatã, nisi in monasterio consistentes secundum apostolum habentes uictum & uestimentũ his contenti fuerimus.

Remedia contra morbum Philargyriæ. Cap. XXX.

DAmnationem ergo Ananiæ & Saphiræ memoriter retinentes, horrescamus aliquid ex his reseruare que renunciantes penitus abdicare deuouimus. Gieci quoque pertimescamus exemplum: qui ob Philargyriæ culpam æternæ supplicio lepræ multatur, & aliquid ex his que nec ante possedimus caueamus acquirere. Nec non etiã Iudæ uel meritum uel exitum formidantes, quicquàm pecuniæ resumere quam semel à nobis abiecimus tota uirtute uitemus. Super hæc omnia considerantes conditionẽ fragilis incertæque nature nostre, caueamus ne dies domini sicut fur in nocte superueniens maculatã uel uno obolo nostram conscientiã depræhendat, qui omnes fructus nostræ renunciationis euacuans: illud quod in euangelio diuiti dictum est: ad nos quoque faciat uoce

uoce dominica dirigi. Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te quæ autem præpara sti cuius erunt? Nihilq; de crastino cogitantes: nunquàm nos de monasterij disciplina patiamur euelli.

Quòd non poßit quis Philargyriam uincere nisi in cœnobio perseuerans: & quemadmodum poßit ibidem permanere. Cap. XXXI.

QVod sine dubio nequaquàm permittemur implere: sed ne sub institutionis quidem regula permanere: nisi prius patientiæ uirtus quæ non aliunde quàm de humilitatis fonte procedit, in nobis fuerit firma soliditate fundata. Illa nanq; nulli commotiones nouit inferre: hoc uero sibi illatas magnanimiter tolerare.

De spiritu Phylargyriæ libri Septimi finis.

LIBER OCTAVVS DE SPIRITV IRAE CAPVT primum.

QVartum quoq; certamen est iræ, quod mortiferum uirus de recessibus animæ nostræ funditus est eruendum. Hac enim in cordibus nostris insidente & oculum mentis noxijs tenebris occæcante, nec iudiciũ rectæ discretionis acquirere, nec honestæ contemplationis intuitum, nec maturitatem consilij possidere, nec uitæ participes nec iustitiæ tenaces, sed ne spiritualis quidem ac ueri luminis capaces poterimus existere, quia turbatus est inquit præ ira oculus meus. Nec sapientiæ participes effici tam & si sapientes omnium pronunciari opinione uideamur, quia ira in sinu insipientium requiescit. Sed ne uitam quidem immortalitatis consequi poterimus, quamuis prudentes uideamur definitione hominum iudicari, quia ira perdit etiam prudentes. Nec iustitiæ moderamina perspicaci discretione cordis ualebimus obtinere: licet perfecti sanctiq; cunctorum opinationibus æstimemur: quia ira uiri iustitiã Dei non operatur. Ipsam quoq; honestatis grauitatẽ quæ etiam uiris seculi huius solet familiaris existere: nullo modo possidere poterimus: licet nobiles & honesti nataliũ prærogatiua putemur, quia uir iracundus inhonestus est. Consilij etiam maturitatẽ nullatenus ualebimus obtinere: quamuis graues & summa sciẽtia præditi uideamur: quia uir iracundus agit sine consilio. Sed nec quieti esse à perturbationibus noxijs, nec poterimus carere peccatis, tam & si nequaquàm nobis inquietudines ab alijs inferantur, quia uir animosus parit rixas, uir aũt iracundus effodit peccata.

De his qui dicunt iram non esse noxiam si delinquentibus irascamur, quia & ipse Deus irasci dicatur. Cap. II.

NOnnullos audiuimus hunc animæ pernitiosum morbũ ita excusare temptantes, ut eum detestabiliore interpretatione scripturarum extenuare gestirent, dicentes non esse noxium si delinquentibus fratribus irascamur, siquidem, inquiunt, ipse Deus contra eos qui eũ uel scire nolunt uel scientes contẽnunt furere atq; irasci dicatur: ut ibi & iratus est furore dominus in populum suum, uel cum orat propheta dicens, domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me, non intelligentes quod dum hominibus occasionẽ pestiferi uitij uolunt concedere, immensitati diuinæ ac fonti totius puritatis: iniuriam carnalis passionis admisceant.

De his quæ in Deo ex nostræ naturæ consuetudine nominantur. Cap. III.

SI enim hæc cum dicuntur de Deo carnali & pingui sensu secundum literæ significationem accipienda sunt: ergo & dormit cum dicitur, exurge quare obdormis domine, de quo alibi dicitur: ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israël, & stat ac sedet cum dicit, cœlum mihi est sedes, terra aũt scabellũ pedum meorum: qui metit cœlũ palmo & terrã pugillo concludit, & crapulatur à uino cum dicit: & exurrexit sicut dormiens dñs potens crapulatus à uino: qui solus huius immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem,

inacceſsibilem, ut prætermittã ignoratione & obliuionem quæ de ipſo legimus in ſcripturis ſanctis frequenter inſerta, deinde liniamenta membrorum quæ tanquàm de homine figurali & compoſito deſcribuntur capite & naribus, oculis ac facie, manibus ac brachijs, digitis utero pedibuſq; : quæ omnia ſecundum uilem literæ ſonum ſi uoluerimus admittere, deum liniamentis membrorũ & corporea figura compoſitum, quod dictu quoq; nefas eſt, quodq; abſit à nobis, neceſſe eſt æſtimari.

Qualiter de affectibus membriſq; humanis quæ inde mutabili & incorporeo Deo aſcribi legimus ſentiendum ſit. Cap. IIII.

ITaq; ut hæc ſecundum literã non abſq; nefando ſacrilegio poſſunt intelligi ſuper eo qui inuiſibilis, ineffabilis: incompræhenſibilis, inæſtimabilis, ſimplex, & incompoſitus ſanctarum ſcripturarum auctoritate definitur, ita ne furoris quidẽ & ire perturbatio, illi indemutabili naturæ ſine ingenti blaſphemia poterit coaptari. Nam huiuſcemodi ſignificatione membrorũ diuinas efficientias dei & immenſas operationes eius ſentire debemus: quæ nobis niſi per hæc uſitata uocabula membrorũ nequeunt intimari, ut puta ſignificatione oris collocutiones eius quę in arcanos animæ ſenſus ſolent clementer infundi, uel quod in patribus noſtris atq; prophetis idem locutus ſit agnoſcamus, in oculis immenſitatẽ perſpicaciæ qua uniuerſa perluſtrat ac perſpicit, & quod nihil eum ex his quæ à nobis geruntur gerendaue ſunt ſeu cogitant̃ lateat: ſcire poſsimus, manuũ nuncupatione prouidentiã & operationẽ qua omniũ ipſe ſit creator & conditor ſentiamus, brachiũ quoq; uirtutis & gubernationis eius inſignia quę cuncta ſuſtentat, moderatur ac regit. Et ut de cæteris taceã: canicies capitis quid aliud quã longæuitatẽ deitatis & antiquitatẽ ſignificat: quia ſine ullo principio eſt, & omnia tẽpora & creaturas excedit uniuerſas. Ita igitur & de ira Dei uel furore cum legimus, non ſecundũ humilitatem humanæ perturbationis: ſed digni de Deo, qui omni perturbatione alienus eſt, ſentire debemus, ſcilicet quo per hæc eum iudicẽ & ultorẽ omniũ quæ iniquè geruntur in hoc mundo poſsimus aduertere, & retributorem terribilem actuum noſtrorum his uerborum ſignificationibus formidantes: contra illius uoluntatẽ timeamus quicquàm admittere. Illos etenim timere conſueuit humana natura quos indignari nouit & ueretur offendere, ut in nonnullis æquiſsimis iudicibus ſolet ab his qui aliquo reatu ſuę conſcientiæ remordentur, ira ultrix timeri, non ſcilicet quòd hoc animis eorũ qui iuſtè iudicaturi ſunt perturbatio conſiſtat: ſed q̃ ita metuentib. ille ſentiat̃ affectus q̃ pro executione legum & examinatione iuſtitiæ & æquilibratione procedit. Quæ tamen quantalibet animi fuerit manſuetudine ac lenitate prolata, ab his qui pro ſuo merito pœna plectendi ſunt, furor grauis & ira ſæuiſsima iudicatur. Longum eſt nec prſentis operis, ſi uoluerimus omnia quę de Deo humana ſignificatione figuraliter in ſcripturis dicta ſunt explanare. Hæc ad præſentem neceſsitatẽ quæ contra furoris uitium pertinebant dixiſſe ſufficiat, ut nullus exinde ſibimet occaſionem morbi mortiſq; perpetuæ per ignorantiã trahat: unde ſanctitas & immortalitas uitæ ſalutiſq; remedia conquiruntur.

Cuius placiditatis monachum eſſe conueniat. Cap. V.

ITaq; monachus ad perfectionem tendens, & agonem ſpiritalem legitimè cupiens decertare, ab omni iræ furoriſq; uitio alienus exiſtat, & audiat quid ſibi uas electionis pręcipiat. Omnis, inquit, ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollatur à uobis, cum omni malicia. Cum dicit omnis ira tollatur à uobis, nullam penitus uelut neceſſariam & utilem nobis excipit. Delinquentemq; fratrem ſi neceſſe eſt ita curare feſtinet: ut dum medelam leuiori forſitan febricula laboranti procurat inferre, non ſemetipſum iratus deteriori morbo cęcitatis inuoluat. Oportet namq; illum qui alterius uulneri mederi cupit omni languoris morbo alienum ſanumq; ſubſiſtere, ne illud euangelicum dicatur ei, medice prius cura teipſum, ac uidens feſtucã in oculo fratris ſui, traben in oculo ſuo non uideat, uel quomodo uidebit eijcere feſtucã de oculo fratris ſui, qui trabem furoris geſtat in oculo ſuo

De iniuſta iracundiæ commotione uel iuſta. Cap. VI.

Qualibet ex cauſa iracundiæ motus efferuens excœcat oculos cordis: & acumin

& acumini uisuum exitialem ualidioris morbi ingerens trabem, solem iustitię non sinit intueri. Nihil interest, utrum aurea lamina plumbeaúe seu cuiuslibet metalli oculorum obtutibus imponatur: differentiam cęcitatis non facit pręciositas metallorũ. Habemus sanæ iræ ministeriũ satis commode nobis insertũ, ad quod solum eam recipere utile nobis est ac salubre, cum contra lasciuientes cordis nostri motus indignantes infreminus: & ea quę agere confundimur coram hominibus uel proloqui, in latebras ascendisse nostri pectoris indignamur: angelorũ scilicet ac dei ipsius præsentiã ubiq; & omnia penetrantis, oculumq; eius tota formidine tremiscentes: quem nequaq; possunt conscientię nostræ latere secreta.

In quo tantummodo nobis ira sit necessaria uel quibus beati David exemplis ira salubriter assumatur. Cap. VII.

VEl certe cum contra hanc ipsam iram cur nobis aduersus fratrem irrepserit cõmouemur: & irati letales instigationes eius extrudimus, nec in abditis pectoris nostri noxias eam latebras habere permittimus. Taliter nos irasci etiã ille propheta docet, qui in tantũ hanc è suis abegerat sensibus, ut ne inimicis quidẽ proprijs, & quidẽ à Deo sibi traditis, maluerit reddere talionẽ. Irascimin, inquiens, & nolite peccare. Ille enim cũ aquam de cisterna Bethleemitica concupisset: eamq; à uiris fortibus per medias hostiũ cateruas suscepisset, allatam protinus effudit in terrã: & ita uoluptuosam concupiscentiæ passionẽ iratus extinguens, libauit eam domino, & cupiditatis suę desideriũ non expleuit, dicens. Propitius sit mihi dominus ne faciã hoc. Num sanguinẽ hominum istorũ qui profecti sunt, & animarũ periculũ bibã? Vel cum Semei in regem Dauid audiente eo lapides & maledicta coram omnibus irrogaret: uelletq; Abisai filius Saruie princeps militum conuitij regalis ultionẽ truncatio capitis eius explere: beatus Dauid aduersus diram suggestionem eius indignatione pia commotus, humilitatis modũ & patientiæ rigorem inconcussa lenitate seruauit dicens. Quid michi & uobis filij Saruię? Dimittite eum ut male dicat. Dominus enim præcepit ei ut malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Ecce filius meus qui egressus est de utero meo quærit animam meã, quanto magis nunc filius Gemini. Dimittite eum ut maledicat iuxta præceptum dñi, si forte respiciat dñs afflictionem meam, & reddat mihi bonũ pro maledictione hac hodierna.

De ira aduersus nosmetipsos suscipienda. Cap. VIII.

IVbemur itaq; irasci salubrit̃, sed nobismetipsis, ac suggestionibus accedentibus prauis, & non peccare ad effectum scilicet eas noxium perducentes. Deniq; hunc eundem sensum euidentius explanat uersiculus sequens. Quæ dicitis in cordibus uestris: in cubilibus uestris cõpugimini: id est quæcunq; in cordibus uestris ingruentibus repentinis ac lubricis instigationibus cogitatis, consilij moderatione omnem strepitũ & perturbationem furoris amouentes: uelut in cubili quietis positi compunctione saluberrima emendate atq; corrigite. Deniq; Beatus apostolus usus huius uersiculi testimonio, cũ dixisset: irascimini & nolite peccare: subiunxit. Sol non occidat super iracundiam uestrã neq; detis locũ diabolo. Si noxium est super iracundiam nostram occidere solem iustitiæ, & irati confestim locum diabolo damus in corde nostro, quomodo superius præcipit ut irascamur dicens, irascimini & nolite peccare? Nonne euidenter hoc dicit: irascimini uitijs & furori uestro, ne conhibentibus uobis sol iustitiæ Christus incipiat propter iracundiam uestram mentibus obscuratis occidere, & discedente illo locum diabolo in uestris cordibus præbeatis?

De quo sole dicatur, ut non occidat super iracundiam uestram. Cap. IX.

DE quo sole per prophetam deus euidentius cõmemorat ita dicens. Timentibus autem nomen meũ oritur sol iustitiæ: & sanitas in pennis eius. Qui rursus peccatoribus & pseudoprophetis illisq; qui irascuntur occidere dicitur in medio die: dicencente propheta. Occidet eis sol in meridie. Vel certe secundũ tropicũ sensum, mens siue ratio quæ ꝑ eo ꝙ oẽs cordis cogitationes discretionesq; ꝑlustret sol merito nuncupat̃,

iræ

iræ uitio non extinguatur, ne eadem occidente, perturbationum tenebræ cum auctore suo diabolo uniuersum nostri cordis occupent sensum, & tenebris iræ possessi, uelut in nocte cæca, quid nos oporteat agere ignoremus. Tali sensu hunc apostoli locum institutis seniorum traditum nobis, quia necesse fuit quemadmodum de ira sentirent dicere, licet longiore sermone protulimus, qui eam nec ad momentum quidem cor nostri penetrare permittunt, illud euangelij omnimodis obseruantes. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Cæterum si usque ad occasum solis licitum sit irasci, ante furoris satietatem & ultricis iræ commotionem poterunt noxiæ perturbationes explere, quàm iste sol ad locum sui uergat occasus.

De his quorum iracundiæ ne occasus quidem solis istius modum ponit. Cap. X.

QVid uero dicam de his quid quidẽ dicere sine mea confusione non possum: quorum implacabilitati nec hic quidem sol occidens terminũ ponit, sed per dies eam plurimos protelantes atque aduersus eos in quos commoti fuerint rancorem animi reseruantes, negant quidem se uerbis irasci, sed re ipsa & opere indignari grauissime comprobantur? Nam neque eos congruo sermone compellant, nec affabilitate eis solita colloquuntur, & in eo se minime delinquere putant: quod uindictam suæ commotionis nõ expetant: quam tamen quia proferre palam & exercere aut non audent aut certè nequeunt, in suam perniciem uirus iracundiæ retorquentes concoquunt eam in corde taciti: ac silentes in semetipsis consumunt: amaritudinem tristitiæ non uirtute animi pronus expellentes: sed digerentes processu dierum, & utcunque pro tempore mitigantes.

Quòd hic finis tristitiæ uel iræ sit ut hoc quod præualet unusquisque perficiat. Cap. XI.

QVasi uero non hic finis unicuique uindictę sit: & abundè quis furori proprio uel tristitiæ satisfecerit: si id quod præualet ira instigante compleuerit: quod hi quoque facere noscuntur, qui motus suos non appetitu placiditatis: sed inopia cohibent ultionis, nihil enim inferre amplius his quibus irati sunt põt. nisi ut cum eis affabilitate solita minime alloquantur: aut quasi in effectu operis solummodo sit iracundia moderanda: & non potius ab arcanis nostri pectoris eruenda: ne tenebris illius obscurati nec consilij salubris nec scientiæ lumen admittere: sed ne templum spiritus sancti habitante in nobis spiritu iracundię nequaquã ualeamus existere. Cohibitus enim in corde furor astantes quidem homines non offendit, sed æque spiritus sancti splendidissimum iubar ac si prolatus excludit.

Quòd ne momentaneam quidem iram liceat retentari. Cap. XII.

AVt quemadmodum uel ad momentum uult eam dominus retentari: qui nec sacrificia quidem spiritalia orationum nostrarum permittit offerri: si uel alium contra nos aliquid rancoris habere cognoscimus: dicens. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & uade prius reconciliari fratri tuo: & sic ueniens offer munus tuum? Quomodo ergo non dicam usque in dies plures, sed uel usque ad occasum solis istius permittimus contra fratrem retinere tristitiam: qui ne illo quidem aliquid habente aduersum nos orationes nostras deo offerre concedimus? quibus præcipitur ab apostolo, sine intermissione orate, & in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Superest igitur ut aut nunquàm oremus huiuscomodi uirus retinentes in cordibus nostris: & apostolico huic præcepto siue euangelico quo indesinenter & ubique iubemur orare simus obnoxij, aut si nosmetipsos circumuenientes præcem fundere contra eius interdictum pręsumimus: non orationem domino: sed rebellionis spiritu contumaciam nos eidem nouerimus offerre.

De recon-

De reconciliatione fraterna. Cap. XIII.

ET quia plerunque seu læsos fratres & contristatos contemnimus, uel certè non uicio nostro dicentes eos offensos despicimus, animarum medicus & occultorum conscius, occasiones iracundiæ uolens radicitus à cordibus nostris euellere, non solum si læsi fuerimus iubet nos remittere, & reconciliari fratribus nostris, nullamque aduersus eos iniuriæ seu læsionis memoriam retinere, sed etiam si illos aduersum nos seu iustè seu iniustè habere aliquid nouerimus, similiter præcipit ut munus nostrum relinquentes, id est, compescentes orationes nostras, ad eorum prius satisfactionem tēdere festinemus, & ita fratris curatione præmissa orationum nostrarum munera illibata deferre. Non enim ita nostris obsequijs communis omnium Dominus delectatur, ut quod in uno acquirit, perdat in altero dominante tristitia. In cuiuslibet nanque dispendio unum patitur detrimentum, qui eodem modo omnium famulorum suorum salutem desiderat & expectat. Et idcirco æque habēte aduersum nos fratre inefficax erit oratio nostra, ac si nos aduersum eum tumenti spiritu indignationis amaritudinem reseruemus.

Quod uetus quoque lex iram non tantum de effectu, sed etiam de cogitatione conuellat. Cap. XIIII.

SEd quid diutius præceptis euangelicis atque apostolicis immoramur, cum etiam uetus lex quæ aliquid habere remissionis uidetur, hæc eadem præcaueat dicens: ne oderis fratrem tuum in corde tuo, & iterum, non eris memor iniuriæ ciuium tuorum, & rursum, itinera eorum qui memoriam retinent malefacti in mortem. Vides & ibi nequiciam non in opere tantum, sed etiam in arcanis cogitationibus resecari, cum de corde odiū & iniuriæ non solū retributio, sed etiam ipsa memoria radicitus iubeatur euelli.

De superflua successione eorum, qui ab inemendatis moribus non recedunt. Cap. XV.

INterdum superbia uel impatientia superati, cum inconditos mores nostros atque inordinatos uolumus emendare, solitudinem nos desiderare conquerimur, tanquam ibi nullis nos concitantibus ilico uirtutem patientiæ reperturi, excusantes negligentiā nostram, causasque commotionis non nostra dicentes impatientia, sed fratrum uicio generari. Dumque in alios erroris nostri uertimus causas, nunquam ad patientiæ ac perfectionis calcem ualemus peruenire.

Quod tranquillitas cordis nostri non in alterius arbitrio, sed in nostra debeat ditione consistere. Cap. XVI.

SVmma igitur emendationis ac tranquillitatis nostræ non est in alterius arbitrio collocanda, quod nequaquam nostræ subiacet potestati, sed in nostra potius ditione consistit. Itaque ut non irascamur, non debet ex alterius perfectione, sed ex nostra uirtute descendere, quæ non aliena patientia, sed propria longanimitate conquiritur.

Quo studio eremum debeamus expetere, & qualium inibi sit profectus. Cap. XVII.

POrrò eremum perfectos omnique uicio curatos oportet expetere, & excoctis ad purum in congregatione fratrum uitijs, non pusillanimitatis profugio, sed diuinę cōtemplationis obtentu, & desiderio intuitus sublimioris intrare, qui non nisi in solitudine à perfectis solummodo poterit apprehendi. Quæcunque enim uicia incurata in eremum detulerimus, operta in nobis & non abolita sentientur. Solitudo nanque sicut nouit emendatis moribus contemplationem purissimam reserare, & in intuitu sincerissimo spiritualium sacramentorum scientiam reuelare, ita eorum qui minus emēdati sunt uitia non solum seruare, uerumetiam exaggerare consueuit. Tandiuque sibi patiens quis uidetur & humilis, donec nullius hominis commisceatur consortio, ad naturam pristinam mox reuersurus cum interpellauerit cuiuslibet commotionis occasio, emergunt quippe ex eo confestim uitia quæ latebant, & uelut equi infrenes certatim è suis repagulis ocio longiore nutriti acrius ad perniciem aurigæ proprij ferociusque prorumpunt. Magis enim exercitio usuque humano cessante efferantur in nobis uitia, nisi fuerint ante purgata. Ipsamque umbram patientiæ quam possidere imaginariè permixti fratribus sal-

tem pro eorum reuerentia & nota publica uidebamur, deſidia ſecuritatis amittimus.

Qua comparatione æſtimandi ſint, qui tunc tantum patientes ſunt, cum à nemine prouocantur. Cap. XVIII.

QVaſi uerò uniuerſa uirulenta ſerpentium genera uel ferarũ cũ in ſolitudine ſuiſq; cubilibus immorantur, non noxia perſeuerent, nec tamen ex eo pronunciari po ſunt innoxia, quia nulli noceant. Hoc enim eis non affectus bonitatis ſed neceſsitas ſo litudinis confert. Quæ cum ledendi nacta fuerint copiam, in ſeme tipſis reconditum uirus & animæ feritatem protinus egerunt atque demonſtrant. Ideoq; perfectionem quærentibus non ſufficit contra hominem non iraſci. Meminimus enim in ſolitudi ne commorantibus nobis cõtra calamum cum aut groſsitudo eius aut exilitas diſplice ret, contra'ue ſcalpellum cum incidenda hebeti acie ſegniter execaret, contráq; ſilicem ſi forte ex ea feſtinantibus nobis ad lectionẽ tardius ſcintilla ignis emicuit, ita indignatio nis irrepſiſſe motum, ut non aliàs perturbationem mentis quàm uel contra inſenſibiles materias, uel certè aduerſus diabolũ maledictione prolata digerere atq; euaporare poſ ſemus. Quamobrẽ ad perfectionis duntaxat rationẽ non ſatis proderit abeſſe homines in quos ira moueamur, cum ſi patientia prius inter fratres non fuerit acquiſita, etiã erga res mutas ſpecieſq; minutas exerceri ſimiliter iracundiæ poſsit affectus, qui reſidens in corde noſtro, nec iugẽ nos poſsidere tranquillitatis ſtatum, nec reſiduis uitijs carere per mittet, niſi forte in eo putemus cõmotionib. noſtris lucrũ aliq̃d uel remediũ conparari, q; maledictionib. uel iracũdię noſtrę minimè res inanimatę mutęq; reſpõdeant, & intẽ perantiam cordis noſtri ad maiorẽ nequaquam prouocent exardeſcere furoris inſaniã.

De amputanda ira ſecundum euangelium. Cap. XIX.

QVapropter ſi illam ſummam diuini præmij cupimus adipiſci de quo dicitur: beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt: nõ ſolum è noſtris actibus hæc am putanda eſt, ſed etiam de internis animę radicitus extirpanda. Non enim ualdè proderi iracundiæ cohibitus furor in uerbo, nec in effectũ prolatus, ſi illum arcanis pectoris no ſtri Deus, quem ſecreta non latent, cordium ineſſe perſpexerit. Radices enim uiciorum potius excidi præcipit euangelicus ſermo, quàm fructus, qui proculdubio euulſis fom tibus, nequaquam ulterius pullulabunt, atq; ita mens poterit iugiter in omni patientia & ſanctitate durare, cum hęc non de ſuperficie operationis & actuum, ſed de cogitatio num fuerint euulſa penetralibus. Et ideo ne homicidium perpetretur, ira odiumq; ſucci ditur, ſine quibus homicidij crimẽ nullo modo ualebit admitti. Qui iraſcitur enim fratri ſuo, reus erit iudicio, & qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, in eo ſcilicet quòd eum co de cupiat interire: cuius cruorẽ propria manu uel telo apud homines minimê fudiſſe co gnoſcitur, affectu irę homicida pronũciatur à Domino, qui non ſolum pro operationis effectu, ſed etiam pro uolũtatis ac uoti deſiderio, unicuiq; aut pręmium reddet aut pœ nã, ſecundũ illud quod ipſe loquitur per prophetã. Ego autẽ opera eorũ et cogitationes eorũ uenio ut congregẽ cũ omnibus gentib. & linguis. Et apoſtolus Inter ſe inuicẽ co gitationib. accuſantib. aut etiã defendẽtibus, in die qua iudicabit deus occulta hominũ.

In eo quod in Euangelio ſcriptum eſt, qui iraſcitur fratri ſuo, utrum recipiendum ſit quod adiectum eſt ſine cauſa. Cap. XX.

SCiendum tamen in eo quod in quibuſdam exemplaribus inuenitur, qui iraſcitur fra tri ſuo ſine cauſa reus erit iudicio, ſuperfluum eſſe ſine cauſa, & adiectum eſſe ab his, qui amputandam iram pro iuſtis cauſis minimè putauerunt, cum utiq; nullus quamli bet abſq; ratione commotus ſine cauſa dicat ſe iraſci. Quamobrem apparet ab eis adie ctum qui propoſitum non intellexerunt ſcripturæ uolẽtis fomitem iracundię omnimo dis amputare, nullamq; indignationis occaſionem penitus reſeruare, ne dum iubemur iraſci cũ cauſa, etiam ſine cauſa iraſcendi nobis intromittatur occaſio. Finis enim patien tiæ non in iraſcendo iuſtè, ſed penitus non iraſcendo conſiſtit. Licet à quibuſdam hoc i pſum quod dicit ſine cauſa, ita interpretari ſciam, quod ſcilicet ſine cauſa iraſcatur is cui expetere ultionem irato non liceat. Melius tamen eſt ita tenere, ut & nouella exempla ria multa & antiqua omnia inueniuntur eſſe præſcripta.

Remedia quibus iram de cordibus nostris eradicare poßimus. Cap. XXI.

QVapropter athletam Christi legitimè decertantē, iracundiæ motus radicitus opor tet euellere. Cuius morbi hæc erit medicina perfecta, ut primitus credamus nullo modo siue iustis siue iniustis causis licere nobis irasci, scientes nos discretionis lumen, rectiq; consilij firmitatē, ipsam quoq; honestatem, & iustitiæ moderamina protinus amissuros, si principale cordis nostri lumen eius fuerit tenebris obscuratum. Tum deinde puritatem mentis nostræ mox perturbandam, templumq; eam sancti spiritus effici omnino non posse, iracundiæ in nobis spiritu cōmorante. Postremò ut cogitemus nequaquam licere nobis orare, nec iratos fundere preces ad Deum. Et præ omnibus incertū statum conditionis humanæ præ oculis habentes, quotidie nos credamus è corpore migraturos, nihilq; nobis continentia castitatis, nihil abrenunciatione omnium facultatū, nihil diuitiarum contemptu, nihil ieiuniorum uigiliarumq; laboribus conferēdum, quibus propter iracundiā solā & odiū ab uniuersitatis iudice supplicia promittūtur æterna.

De spiritu iræ libri octaui finis.

LIBER NONVS DE SPIRITV TRISTITIAE. *Caput primum.*

QVinto nobis certamine edacis tristitię stimuli retundendi sunt. Quę si passim per singulos incursus & incertos ac uarios casus obtinendi animū nostrum habuerit facultatem, ab omni nos per momenta singula separat diuinæ contemplationis intuitu, ipsamq; mentem ab uniuerso puritatis statu deiectam funditus labefactat ac deprimit. Non orationes eam explere cum solita cordis alacritate permittit, non sacrarum lectionum sinit remedijs incubare, tranquillum quoq; ac mitem fratribus esse non patitur, & ad cuncta operantium uel religionis officia impatientem & asperum reddit, omniq; perdito salubri consilio & cordis constantia perturbata uelut amentem facit & ebrium sensum, frangitq; & obruit desperatione pœnali.

Qua cautione morbus tristitiæ sit curandus. Cap. II.

QVamobrē non minore prospectu si spiritalis agonis certamina legitimè cupimus desudare, hic quoq; nobis curandus est morbus. Sicut enim tinea uestimento & uermis ligno, ita tristitia uiri nocet cordi. Satis euidenter ac propriè uim noxij huius ac perniciosi uitij spiritus diuinus expresit.

Quam comparationem habeat anima, quæ tristitiæ morsibus deuoratur. Cap. III.

VEstimentum nanq; tinearum esu attactum, nullius pretij uel honesti usus poterit ulterius habere commertium, itidemq; lignum uermibus exaratum, non iam ad ornatum uel mediocris ædificij, sed ad combustionem ignis merebitur deputari. Ita igit & anima quæ edacissimis tristitiæ morsibus deuoratur, inutilis erit uel uestimento illi pontificali, quod unguentum spiritus sancti de cœlo descendens, prius in barbam Aaron, deinde in oram suam solere suscipere, sancti Dauid uaticinio perhibetur, secūdum illud: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius. Sed nec ad structuram templi illius spiritualis atque ornatum poterit pertinere, cuius Paulus architectus sapiens posuit fundamenta, dicens: Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in uobis. Cuius qualia sint ligna, sponsa describit in Cantico canticorum: Trabes, inquiens, nostræ cypressus, tigna domorum nostrarum cedri. Et idcirco huiuscemodi ad templum Dei lignorum genera deleguntur, quæ sunt & bonæ fragrantiæ & imputribilia, quæq; nec corruptelæ uetustatis, nec esui uermium ualeant subiacere.

Vnde uel quibus modis triſtitia gignatur. Cap. IIII.

NOnnunquam tamen iræ precedentis uitio ſubſequi, ſeu concupiſcentiæ lucri'ue cuiuſdam minus indepti generari ſolet, cum ſe harum rerum quadam ſpe mente concepta quis uiderit excidiſſe. Interdũ uerò etiam nullis exiſtentibus cauſis quibus ad hanc labem corruere prouocemur, inimici ſubtilis inſtinctu, tanto repentè mœrore deprimimur, ut ne charorum quidem ac neceſſariorum noſtrorum aduentum ſolita ſuſcipere affabilitate poſsimus, & quicquid ab eis competenti fuerit confabulatione prolatum, importunum nobis ac ſuperfluum iudicetur, nullaꝗ à nobis reddatur eis grata reſponſio, uniuerſos cordis noſtri receſſus felle amaritudinis occupante.

Quod non aliorum, ſed noſtro uitio, commotiones excitentur in nobis. Capt V.

VNde manifeſtiſsimè comprobatur, non ſemper nobis aliorum uitio commotionũ ſtimulos excitari, ſed potius noſtro, qui reconditas in nobiſmetipſis habemus offenſionum cauſas ac ſeminaria uitiorum, qui cum mentem noſtram tentationum imber alluerit, in germina confeſtim fructusꝗ prorumpunt.

Quod nullus repentino lapſu corruat, ſed paulatim per longam incuriam recidens, pereat. Cap. VI.

NVnquam enim quis alterius uitio laceſsitus, peccare compellitur, ſi repoſitã materiem delictorum in ſuo corde non habeat. Nec tunc ſubitò quiſpiam deceptus eſſe credendus eſt, cum conſpecta mulieris forma in baratrum concupiſcentiæ turpis inciderit, ſed potius occultos ac latentes medullitus morbos occaſione uiſus in ſuperficiem tunc fuiſſe productos.

Quod non ſint fratrum deſerenda conſortia, ut perfectio conquiratur, ſed patientia iugiter excolenda. Cap. VII.

IDeoꝗ creator omnium Deus opificij ſui curationem præ omnibus noſcens, & quia non in alijs ſed in nobiſmetipſis offenſionum radices cauſæꝗ conſiſterent, non deſerenda præcepit fratrum conſortia, nec uitari eos quos læſos à nobis, uel à quibus nos arbitramur offenſos, ſed deliniri iubet, ſciens perfectionẽ cordis non tam ſeparatione hominum quàm patientiæ uirtute conquiri. Quæ firmè poſſeſſa, ſicut poteſt nos etiam cũ his qui oderunt pacem pacificos cõſeruare, ita ſi parata non fuerit ab his quoꝗ qui perfecti ac meliores nobis ſunt, facit iugiter diſsidere. Occaſiones enim commotionum ob quas eos quib. iungimur deſerere feſtinamus, in cõuerſatione humana deeſſe nõ poterũt, & idcirco triſtitiæ cauſas ob quas à priorib. ſeparamur, nõ euadimus ſed mutamus.

Quod ſi mores noſtros emendatos habuerimus, poſsit nobis cum omnibus conuenire. Cap. VIII.

PRocurandum itaꝗ nobis eſt, ut noſtra potius emendare uitia & mores corrigere feſtinemus. Quę proculdubio ſi fuerint emendata, non dicã cum hominib. ſed etiam cum feris & beluis facillimè nobis cõueniet, ſecundũ illud quod in libro beati Iob dicit: Beſtiæ enim terræ pacatæ erũt tibi. Extrinſecus q̃ppe uenientia nõ uerebimur offendicula, nec ulla poterũt ſcãdala nobis deforis inferri, ſi in nobiſmetipſis intus radices eorũ receptę inſertęꝗ nõ fuerint, Pax. n. multa diligẽtib. nomẽ tuũ dñe, & nõ eſt illis ſcãdalum.

De alio genere triſtitiæ quod deſperationem ſalutis importat. Cap. IX.

EſT etiam aliud deteſtabilius triſtitiæ genus, quod non correptionem uitæ nec emẽdationem uitiorum: ſed pernicioſiſsimam deſperationem animæ inijcit delinquenti. Quod nec Cayn fecit poſt fratricidium pœnitere, nec Iudam poſt traditionẽ ad ſatisfactionis remedia feſtinare, ſed ad ſuſpendium laquei ſua deſperatione pertraxit.

In quo tantummodo ſit nobis triſtitia utilis. Cap. X.

IDeoque utilis nobis una re tantum triſtitia iudicanda eſt, cum hanc uel pœnitudine delictorum uel deſiderio perfectionis accenſi, uel futuræ beatitudinis contemplatione concipimus. De qua & beatus Apoſtolus: Quæ ſecundum Deum eſt, inquit, triſtitia pœnitentiam ad ſalutem ſtabilem operatur, ſeculi autem triſtitia mortem operatur.

Quemad

Quemadmodum discernatur quæ sit utilis ac secundum Deum tristitia, & quæ diabolica atque mortifera. Cap. XI.

SEd illa tristitia quæ pœnitentiam ad salutem stabilem operatur, obediens est, affabilis, humilis, mansueta, suauis, ac patiens, utpote ex Dei charitate descendens, & ad omnem dolorem corporis ac spiritus contritionem, infatigabiliter semetipsam desiderio perfectionis extendens, & quodammodo læta ac spe prouectus sui uegetata, cunctam affabilitatis & longanimitatis retinet suauitatem, habens in semetipsa omnes fructus spiritus sancti, quos enumerat idem apostolus. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, mansuetudo, continentia. Hæc uerò aspera, impatiens, dura, plena rancore & mœrore infructuoso ac desperatione pœnali, eum quem complexa fuerit, ab industria ac salutari dolore frangens ac reuocans, utpote irrationabilis & intercipiens non solum orationis efficaciam, uerum etiam uniuersos quos prædiximus fructus spiritales euacuat, quos nouit illa conferre.

Quod absq; illa salutari tristitia, quæ tribus modis generatur omnis tristitia tanquam noxia repellenda sit. Cap. XII.

QVapropter absq; illa quæ uel pro salutari pœnitentia uel pro studio perfectionis, uel pro desiderio suscipitur futurorum, omnis tristitia tanquam seculi & quę mortem inferat ęqualiter repellenda est, ac sicut fornicationis spiritus uel Philargyrię uel irę de nostris cordibus penitus extrudenda.

Remedia quibus tristitiam de cordibus nostris exterminare poßimus. Cap. XIII.

HAnc ergo perniciosissimam passionem ita de nobis expellere poterimus, ut mentem nostram spiritali meditatione iugiter occupatam futura spe & contemplatione repromissæ beatitudinis erigamus. Hoc enim modo uniuersa tristitiarum genera siue quæ ex præcedenti ira descendunt, siue quæ amissione lucri, uel detrimenti illatione nobis adueniunt, siue de irrogata generãtur iniuria, siue quæ de irrationabili mentis cõfusione procedunt, seu quæ lætalem desperationem nobis inducunt, ualebimus superare, cum æternarum rerum ac futurarum intuitu semper læti atq; immobiles perdurantes nec casibus deiecti præsentibus, nec prosperis fuerimus elati, utraq; uelut caduca & mox transeuntia contemplantes.

De spiritu tristitiæ libri noni finis.

LIBER DECIMVS DE SPIRITV ACEDIAE. *Caput primum*

SExtum nobis certamen est, quod Gręci ἀκηδίαν uocant, quam nos tędium siue anxietatem cordis possumus nuncupare. Affinis hæc tristitiæ est, & uagis maximè ac solitarijs magis experta & in eremo commorantibus, infestior hostis ac frequẽs, maximè circa horam sextam monachum inquietãs, ut quædam febris ingruens tempore præstituto, ardentissimos æstus accẽssionum suarum, solitis ac statutis horis animæ inferens ægrotanti. Deniq; nonnulli senum hunc esse pronunciant meridianũ demonẽ, qui in psalmo nonagesimo nuncupať.

Expositio acediæ, uel quemadmodum serpat in corde monachi, quæ ue inferat menti dispendia. Cap. II.

QVi cum miserabilem obsederit mentem, horrorem loci, fastidium cellæ, fratrum quoq; qui cum eo uel eminus comorantur, tanquam negligentium ac minus spiritalium aspernationem gignit atq; contemptum. Ad omne quoq; opus quod intra septa sui cubilis est, facit desidem & inertem. Non eum in cella residere, nec operam sinit impendere lectioni, nihilq; se proficere tanto tempore in eadem commorantẽ crebrius ingemiscit, nec habere se fructum aliquem spiritalem, donec fuerit illius consortio copulatus conqueritur atq; suspirat, & ab omni se dolet spiritali questu inanem in loco uacuumq; consistere, utpote qui cum posset etiam alios regere ac prodesse plurimis nullum ædificauerit, nec quenquam institutione sua doctrinaq; lucratus sit. Absentia lon-

geq; posita magnificat monasteria, loca etiam illa magis ad perfectum utilia & saluti congruentiora describit, consortia quoq; ibidem fratrum suauia & plena spiritali conuersatione depingit. Econtra uniuersa quæ habentur in manibus aspera, & non solum ædificationem nullam esse in fratribus qui morantur in loco, sed ne ipsum quidē uictum corporis absq; ingenti labore conquiri. Postremò non posse se saluari putat in eo loco durantem, nisi relicta cella cum qua sibi si adhuc in ea fuerit remoratus per eundem erit, exinde semetipsum quantotius asportauerit Deinde lassitudinem corporis cibiq; esuriem, quinta sextaq; hora tantam suscitat, ut uelut longo itinere grauissimoq; labore confectus sibimet lassusq; uideatur, aut quasi refectionē cibi biduano ieiunio triduanoúe distulerit. Tum præterea huc illucq; anxius circumspectat, & nec fratrē sibi quempiam aduentare suspirat, sæpiusq; egreditur & ingreditur cellam, ac solem uelut ad occasum tardius properantem crebrius intuetur. Et ita quadam irrationabili mentis confusione uelut tetra suppletur caligine, omniq; actu spiritali redditur ociosus ac uacuus, ut nulla re alia tantæ oppugnationis remediū, quàm uisitatione fratris cuiuspiam seu somni solius solatio posse æstimet inueniri. Deinde honestas idem morbus ac necessarias suggerit salutationes fratribus exhibēdas, uisitationesq; infirmorum uel eminus uel longius positorum Quædā etiam pia ac religiosa dictat officia, illos uel illas debere parentes inquiri, & ad salutandos eos crebrius properari, illam religiosam deuotamq; Deo fœminam, omni, præsertim parētum præsidio destitutam, magnum opus esse pietatis frequentius inuisere, ac si quid ei sit necessarium, quæ à proprijs parentibus negligitur atq; despicitur, sanctissimum procurari, magisq; oportere in his operam pietatis impendi, quàm infructuose ac sine ullo profectu in cellula residere.

Quibus generibus monachum superet acedia. Cap. III.

AGitur itaq; infelix anima talibus inimicorū machinis impetita, donec acediæ spiritu uelut ariete ualidissimo fatigata, aut in somnum discat concidere, aut excussa claustris cellulæ suæ consolationem impugnationis huius uisitatione fratris consuescat acquirere, hoc quo utitur ad præsens remedio, paulo pòst acrius infirmanda. Frequentius enim ac durius aduersarius attentabit, quem conserto prælio præbiturum comminus sibi terga cognoscit, salutemq; sibi nec de uictoria nec de conflictu, sed de fuga sperare peruidet, donec paulatim protractus è cella actum suæ professionis incipiat obliuisci, qui non est aliud quàm intuitus & contemplatio diuinę illius & excellentis super omnia puritatis, quæ non alibi potest, nisi in silentio & iugi cellæ perseuerantia ac meditatione conquiri, atq; ita militiæ fugitiuus ac desertor Christi miles effectus, implicet se negotijs secularibus, ei cui se probauit minimè placiturus.

Quod acedia excæcat mentem ab omni contemplatione uirtutum. Cap. IIII.

HVius ægritudinis uniuersa incommoda uno uersiculo beatus Dauid eleganter expressit, dormitauit, inquiens, anima mea præ tædio, id est, prę acedia. Propriè satis non corpus dixit, sed animam dormitasse. Verè enim ab omni contemplatione uirtutū & intuitu spiritalium sensuum dormitat anima, quæ perturbationis huius telo fuerit sauciata.

Quod duplex acedia sit in pugna. Cap. V.

ITaq; Christi uerus athleta qui agonem perfectionis cupit legitimè decertare, hunc quoq; morbum de latebris animæ suæ festinet extrahere, & ita contra hunc quoque nequissimum acediæ spiritum utrobiq; contendat, ut neq; somni telo elisus concidat, neq; de monasterij claustris expulsus, quāuis sub prætextu coloris pij fugitiuus abscedat.

Hi qui ab acedia cœperint uinci, quatinus collabantur. Capt VI.

QVemcunq; enim in qualibet parte cœperit superare, aut tanquam inertem & desiditum sibi patietur absq; ullo profectu spiritus in cellula commorari, aut excussum exinde instabilem de cætero reddet ac uagum, & ad omne opus desidem, cellas fratrum ac monasteria ingiter faciet circumire, nihilq; aliud procurare, quàm ubi quoúe colore occasionem refectionis futuræ ualeat præparare. Mens enim ociosi nihil aliud cogitare nouit, quàm de escis ac uentre, donec inuenta quandoq; sodalitate cuiusquam uiri uel fœminæ æquali tepore torpentis, rebus eorum ac necessitatibus inuoluatur, & ita paulatim reddatur noxijs occupationibus irretitus, ut tanquam serpentinis spiris obstrictus

strictus, nunquam deinceps ad perfectionem professionis antiquæ se ualeat enodare.

Testimonia Apostoli contra spiritum acediæ. Cap. VII.

HVnc morbum qui de acedię spiritu nascitur, beatus apostolus ut uerus ac spiritalis medicus, uel tunc iam cōspiciens serpere, uel emersurum inter monachos sancto spiritu reuelante prospiciens, salutaribus præceptorum suorum medicamentis præuenire festinat. Thessalonicensibus enim scribens, & primo ut peritissimus quidam perfectusq; medicus, infirmitatem susceptorum blanda leniq; uerbi curatione fomentas, ac de charitate incipiens, eosq; in ea parte collaudans, quousq; letale uulnus leniore remedio delinitū, deposita tumoris indignatione, facilius medicamina austeriora sustineat, ita ait De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere uobis. Ipsi enim à Deo edocti estis, ut diligatis inuicem. Etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Præmisit laudis fomenta lenia, fecit eorum aures ad curam salutaris uerbi placidas & paratas. Rursum infert. Rogamus autem uos fratres, ut abūdetis magis. Adhuc eos blanda uerborū lenitate demulcet, ne forte nec dum aptos ad perceptionē perfectæ curationis inueniat. Quid est quod rogas apostole, aut in quo abundēt magis, scilicet in charitate, de qua superius dixeras, de charitate autem fraternitatis nō necesse habemus scribere uobis? Et quid necesse est, ut dicas eis, rogamus autem uos ut abundetis magis, qui super hac re ne scribi quidem sibi aliquid indigent, cum præsertim & inferas causam ob quam hoc ipso non egeant, dicens, ipsi enim uos à Deo docti estis ut diligatis inuicem, tertium quoq; maius adijcias, quod non solum à deo edocti sint, uerumetiā compleant operę quę docentur? Etenim facitis illud inquis non in uno tantum uel duobus, sed in omnes fratres, nec in uestros tantummodo ciues uel notos, sed in uniuersa Macedonia. Dic igitur tandem, quid est quod tantopere hoc præmittis? Iterum infert. Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis. Et uix aliquando in id quod olim moliebatur erumpit. Et operam detis, ut quieti sitis. Dixit primam causam. deinde infert secundam. Et ut uestra negotia agatis. Tertiam quoq;. Et operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis. Quartā: Et ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, foris sunt scilicet qui seculo uiuunt. Quintam: Et nullius aliquid desideretis. Ecce illa cunctatio quam tātis proferre procœmijs differebat, quid in eius pectore parturiebat agnoscitur. Et operam detis, ut quieti sitis, id est in uestris cellulis commorantes, nec diuersis rumoribus qui solent ociosorum uotis uel fabulis generari, inquieti effecti, alijs quoque inquietudines inferatis. Et ut uestra negocia agatis, non uestra curiositate actus mundi uelitis inquirere, ac diuersorum conuersationes explorantes, opera uestra non ad correctionem uestram seu uirtutum studia, sed ad detractiones fratrum uelitis impendere. Et operemini manibus uestris sicut præcepimus uobis. Vt illa fierent quæ monuerat superius ne agerent, id est, ne inquieti essent, & aliena curarent negocia, uel inhonestè ambularent ad eos qui foris sunt, ut alterius aliquid desiderarent, nunc intulit, dicens. Et operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis. Vt enim illa fierent quæ superius reprehendit, ocium causam esse euidenter expressit. Nullus enim potest uel inquietus esse, uel aliena curare negotia, nisi qui operi manuum suarum non acquiescit insistere.
Quartum quoque intulit morbum, qui ex hoc ipso ocio nascitur, id est, ut inhonestè nō ambulent, dicens. Et ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt. Nunquam potest nec apud eos quidem qui seculi homines sunt, honestè incedere, qui nequaq; claustris cellę & operi manuum suarum inhærere contentus est, sed necesse est eum inhonestum esse dum necessaria uictus requirit, adulationi quoq; operam dare, nouitates etiam rumorū sectari, causarū fabularumq; occasiones conquirere, per quas sibimetipsi aditum paret ac facultatem qua diuersorum domos ualeat penetrare. Et nullius aliquid desideretis. Non potest enim alienis donis & muneribus inhiare, qui nō delectatur pio quieto'que labore operis sui quotidiani uictus parare substantiā. Videtis causas tā graues ac turpes unius uitij. i. ociositatis labe generari? Deniq; hos ipsos q̄s in epistola prima molli fouerat palpitatiōe uerborū, qualiter in secūda, uelut q nō ꝓfecissent ad molliora remedia austeriorib. quibusdam & causticis medicamentis sanare aggreditur, nullaq; iam mitium uerborū fomēta pręmittit, non ullam tenerā uocem ac blandā, ut ibi: rogamus autē uos

fratres,ſed denũciamus uobis fratres in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſubtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè Ibi rogat,hic denunciat In illa blandientis affectus,in hac obteſtãtis ſeueritas & minãtis. Denunciamus uobis fratres. Quia prius rogantes contempſiſtis audire,ſaltem nunc denunciationibus obedite. Ipſamq; denunciationem non nudo uerbo , ſed cum obteſtatione nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti terribilem infert,ne fortè ſimplicem uelut humana uoce prolatã rurſum contemnerent nec magnopere ducerent obſeruandã . Statimq; ut peritiſsimus medicus putribus mẽbris quibus leni medicamẽto remedium ferre non potuit,mederi ſpiritualiter ferri inciſione pertẽtat, ut ſubtrahatis uos,inquiens, ab omni fratre ambulante inordinatè & nõ ſecundum traditionẽ quam acceperunt à nobis. Itaq; ab his qui uacare operi nolunt,iubet ſubtrahi,& uelut membra otij corrupta putredine deſecari,ne inertię morbus uelut letale contagium,etiam ſanas membrorum partes tabe ſerpẽte corrumpat. Dicturusq; de his qui operari manibus ſuis nolunt,& panẽ ſuum cum ſilentio manducare,à quibus etiam præcipit ſubtrahendum, qualibus eos à principio opprobrijs inurat attendite. In primis inordinatos dicit,nec ſecundum ſuam traditionẽ ambulare,alijs uerbis cõtumaces eos,utpote qui nollent iuxta inſtitutionem eius incedere , & inhoneſtos eſſe deſignans,id eſt,non proceſsionis,non uiſitationis,non uerbi,non temporis oportunitatem congruam honeſtamq; ſectantes. Omnib.enim iſtis uitijs inordinatũ quenquã neceſſe eſt ſubiacere.Et non ſecundum traditionẽ quam acceperunt à nobis. Et in hoc rebelles eos quodãmodo & contemptores notant,qui traditionẽ quam acceperunt ab eo tenere contemnerent,nec imitari uellent id quod magiſtrum non ſolum uerbo docuiſſe meminerint,ſed etiam opere nouerint perfeciſſe. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos.Immanem cumulum reprehenſionis exaggerat,cum hoc eos aſſerit non cuſeruare quod & memoriæ eorum inhæreat, & ad imitandum non ſolum uerbo inſtructe didicerint,ſed etiam exemplo operum prouocante ſuſceperint.

Quod neceſſe ſit inquietum eſſe eum,qui opere manuum ſuarum non uult eſſe contentus. Cap. VIII.

QVia non inquieti fuimus inter uos.Cum ſe uult inquietum inter eos nõ fuiſſe per operis exercitium comprobare, eos qui operari nolunt abundè notat ocioſitatis uitio inquietos ſemper exiſtere. Neq; gratis panẽ manducauimus ab aliquo, Per ſingula uerba increpationis auxeſin facit doctor gentium, Prædicator euãgelij dicit ſe nõ gratis panem ab aliquo manducaſſe, qui nouit Dominum præcepiſſe,ut qui euangeliũ denunciant,de euangelio uiuant: & rurſum,dignus eſt operarius cibo ſuo. Cum itaq; non gratis qui euangelium prædicabat,tam ſublime ac ſpiritale opus exercens, cibũ ſibi dominicæ iuſsionis autoritate præſumeret,quid nos faciemus,quibus nõ ſolum nulla prædicatio uerbi commiſſa eſt,ſed nec ulla quidem niſi animę noſtrę ſolius cura mandatur. Qua fiducia ocioſis manibus gratis panem comedere audebimus,quem uas electionis euangelica ſollicitudine & prædicatione cõſtrictus , ſine opere manuum comedere non præſumit. Sed in labore inquit, & fatigatione,nocte & die operãtes, ne quem ueſtrum grauareuus. Adhuc additamenta ſuæ caſtigationis exaggerat. Non enim ſimpliciter dixit,non comedimus panem gratis ab aliquo ueſtrum,& ſtetit. Poterat enim uideri proprio ocioſoq; ſumptu ac recondita pecunia uel aliorum,licet nõ iſtorum collatione ſeu muneribus ſuſtentatus fuiſſe. Sed in labore,inquit, & fatigatione nocte ac die operantes,id eſt,noſtro opere ſpecialiter ſuſtentati. Et hoc,inquit,non pro noſtra uolũtate perpetrabamus, nec pro dilectione, ut requies & exercitium corporis inuitabat, ſed ut neceſsitas & inopia uictus non ſine ingenti fatigatione corporis facere compellebat. Nõ ſolum nanque per totum diei ſpacium,ſed etiam noctis tempore,quod quieti corporis uidetur indultum,hoc opus manuum pro eſcæ ſollicitudine indeſinenter urgebam.

Quod non ſolum Apoſtolus,ſed etiam hi qui cum illo erant manibus ſuis operati ſunt. Cap. IX.

NEc tamen ſe ſolum taliter inter eos conuerſatum fuiſſe teſtatur, ne fortè non magna nec generalis uideretur hæc forma,ſi ipſius tantummodo traderetur exẽplo, ſed etiam omnes qui erãt ſecũ ad miniſteriũ euangelij deputati,id eſt, Syluanũ & Timotheum,qui hęc eadẽ cũ eo ſcribunt,aſſerit ſimiliter opere laboraſſe. In eo etiã quod dicit ne quẽ ueſtrũ grauaremus:uerecundiã eis incutit magnã. Si enim ille qui euãgeliũ prædicabat, ſignis illud uirtutibusq; cõmendans ne grauaret quẽpiam gratis panẽ mãducare non

Quod ob hoc manibus suis Apostolus operatus sit, ut nobis operandi præberet exemplum. Cap. X.

NOn quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Pandit causam cur tātum laboris sibi indixerit. Vt, inquit, formam daremus uobis ad imitandum nos, ut si fortè doctrinam uerborum auribus uestris frequenter ingestam obliuioni traderetis, saltem conuersationis exempla sub oculorum fide uobis tradita memoriter retineretis. Haud leuis eorum & in hoc reprehēsio, cum dicit se nulla alia quàm exempli gratia laborem hunc & fatigationem die noctuq; corporis exegisse, & eos nihilomninus erudiri nolle, propter quos ipse necessitatē non habens, tantum sibi fatigationis indixerit. Et quidem inquit cum haberemus potestatē & paterent nobis facultates omnium uestrum atq; substantiæ, & utendi eis domini nostri noslem me habere promissum, non sum tamen hac usus potestate, ne quod à me bene ac licito fieret, alijs ocij noxij præberet exemplum. Et idcirco euangelium prędicans meis manibus atq; opere malui sustentari, ut uobis quoq; uolentib. iter uirtutis incedere, uiam perfectionis aperirem, & conuersationis formam, meo labore præberem.

Quod non solum exemplo, sed etiam uerbis prædicans, monuerit operari. Cap. XI.

SEd ne fortè tacitus operans & erudire eos uolens exemplis, minimè illos etiam præceptorū monitis instruxisse uideretur infert: Nam & cum essemus, inquit, apud uos hoc denunciabamus uobis, quomodo si quis non uult operari, nec manducet. Adhuc illorum desidiam qui scientes eum ut magistrum bonum doctrinæ gratia, & institutionis obtentu suis manibus operatum imitari contemnunt, & diligentiam cautionemq; suam exaggerat, dicens: non tātum se hoc illis exemplo tradidisse pręsentem, sed etiam uerbis iugiter prædicasse, ut si quis scilicet non uult operari, nec manducet.

De eodem. Cap. XII.

NOn iam doctoris uel medici utitur ad eos consilio, sed districtione in eos iudiciariæ pronunciationis inuehitur, & apostolica potestate resumpta, uelut è tribunali in contemptores sententiam dicitur, illa nempe potestate quam cum interminatione scribens ad Corinthios, à domino sibi asseruit datam, cum eos in delicto positos pręmoneret, ut ante aduentū suum semetipsos corrigere festinarent, ita præcipiens: Rogo uos ne præsens cōpellar audere in quosdam potestate illa quæ data est mihi in uobis. Et iterum: Si enim uoluero aliquid gloriari de potestate quam dedit mihi dominus in ædificationem & non in destructionem uestram, non erubescam. Illa inquam potestate pronunciat, si quis non uult operari, nec manducet: non gladio carnali eos addicens, sed autoritate spiritus sancti, huius uitæ eis interdicens substantiam, ut si fortè pœnam futuræ mortis minimè cogitantes, adhuc uellent amore ocij existere contumaces, saltem necessitate naturali cōstricti, & metu pręsentis interitus, salutaria p̄cepta suscipere cogerētur.

De eo quod dicit, audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete. Cap. XIII.

POst tantum igitur rigorem euangelicę districtionis, nunc iam causam exponit, cur hæc uniuersa præmiserit. Audiuimus enim quosdam inter uos ambulare inquietè, nihil operantes sed curiose agentes. Nusquam eos qui dediti esse operi nolunt, uno tantum morbo corruptos pronunciare contentus est. In priori nanq; epistola inordinatos eos appellat, nec secundum traditionem ambulare quam acceperant ab eo: inquietos etiam esse definiuit, & gratis panem manducare. Rursum hic: Audiuimus, inquit, quosdā inter uos ambulare inquietè Et subiungit statim secundum languorem qui inquietudinis huius est radix. Nihil, inquit operantes. Tertium quoq; morbum, qui ex isto uelut quidam ramusculus oritur, sed curiosè agentes.

Quod multa uicia amputet operatio, Cap. XIIII.

ITaq; fomiti uiciorū tantorū congruā nunc emēdationē conferre festinat, & illa Apostolica qua usus fuerat paulò ante deposita potestate, iterū ad uiscera pij pr̄is uel clemētis reuertit medici, & uelut filijs susceptisq; suis cōsilio salubri īfert remedia sanitatis dicēs: His aūt q eiusmodi sunt, denūciamus et obsecramus in dn̄o Iesu, ut cū silētio opantes panē suum manducent. Causas tantorū ulcerū quæ de radice ociositatis emergunt. uno

uno operationis ſalutari precepto curauit ut peritiſsimus medicorum, cæteras quoque ualetudines malas eodē ceſpite pullulantes ſciens protinus extinguendas, origine morbi principalis exempta.

De humanitate etiam ocioſis & negligentibus impartienda. Cap. XV.

NIhilominus tamen ut perſpicaciſsimus ac prouidus medicus, non ſolum infirmātium cupit mederi uulneribus, ſed etiam ſanis quibus eorū poſsit perpetua ſoſpitas cuſtodiri, ſimiliter congruentia præcepta commendat, dicens. Vos autem nolite deficere benefacientes. Qui nos, id eſt, uias noſtras ſectātes, exempla uobis tradita operis imitatione completis, ac nequaquam eorum deſidiam inertiamq́ ſectamini: Nolite deficere benefacientes, id eſt, humanitatē ueſtram erga eos ſi fortè neglexerint obſeruare, quę diximus ſimiliter impertite. Vt caſtigauit ergo eos qui erant infirmi, ne ocio diſſoluti inquietudini & curioſitati operam darent, ita hos qui ſani ſunt præmonet, ut humanitatem quam bonis ac malis impartire domini præcepto iubemur, ſi fortè quidam praui ad ſanā doctrinā conuerti noluerint, non abſcidāt ab eis, ſed benefacere & fouere eos tā cōſolationis & correptionis ſermone, quā beneficijs ſolitis & humanitate non deſināt.

Quod non odij cauſa, ſed dilectionis eos qui delinquunt corripere debemus. Cap. XVI.

RVrſum tamen ne fortē hac lenitate prouocati quidam præceptis eius obedire contemnant, intermiſcet apoſtolicam ſeueritatem. Quod ſi quis non obedit uerbo noſtro per epiſtolam hunc notate, & nolite cōmiſceri cum illo, ut confundatur. Monensq́ eos pro reuerētia ſua & utilitate cōmuni quid oporteat obſeruari, quaq́ cautione apoſtolica mandata cuſtodiant, ſubiungit confeſtim patris indulgentiſsimi lenitatem, & ut filios ſuos quem erga prædictos pro charitate fraternitatis affectum debeant retinere, ſimiliter docet. Et nolite, inquit, quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. Seueritati iudiciariæ paternam intermiſcuit pietatem, & ſententiam apoſtolico rigore prolatam clementi manſuetudine temperauit. Nam & notari iubet eum qui obedire præceptis ſuis contempſerit, & cum illo non commiſceri, & tamen hęc fieri non odij uitio pręcipit, ſed fraternę dilectionis & eorum emēdationis intuitu. Nolite, inquit, commiſceri cum illo, ut confundatur, ut qui nō eſt meis pręceptis mitib. emendatus, ſaltē publica omnium ueſtrū ſegregatione confuſus, ad tramitem ſalutis incipiat aliquando reuocari.

Diuerſa teſtimonia quibus Apoſtolus præcipit operari debere uel ipſe operatus fuiſſe monſtratur. Cap. XVII.

IN epiſtola quoq́ ad Epheſios de hoc ipſo opere ita præcipit, dicens: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſsitatem patienti. In actibus etiam Apoſtolorum hæc eadem non ſolum docuiſſe eum, ſed etiam opere perfeciſſe ſimiliter inuenimus. Nam cum ueniſſet Corinthum, alibi ſe manere nō patitur, niſi apud Aquilam & Priſcillam, eo quòd eiuſdem artis eſſent opifices, quam ipſe erat ſolitus exercere. Ita enim habes. Poſt hæc Paulus egreſſus ab Athenis, uenit Corinthum, & inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, & Priſcillam uxorem eius, acceſsit ad eos, eo quòd eiuſdem eſſent artis, & manebat cum eis & operabatur. Erant enim ſcœnofactoriæ artis.

Quod tantum operatus ſit Apoſtolus, quantum non ſibi ſoli, ſed etiam his qui cum eo erant, poſſet ſufficere. Cap. XVIII.

DEinde procedens Miletum, & exinde mittens Epheſum, conuocansq́ ad ſe preſbiteros Epheſiorum eccleſiæ, & dans eis præcepta quemadmodum regere eccleſiam Dei ſe abſente deberent, ait: Aurum & argentum nullius concupiui, ipſi ſcitis quàtum ad omnia quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtēdi uobis, quia ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe uerbi domini Ieſu, quomodo ipſe dixit: Beatius eſt magis dare quàm accipere. Graue nobis ſuæ conuerſationis reliquit exemplum, cum ſe non ſolum id operatū eſſe teſtatur quod neceſsitati tantummodo ſui corporis expediret, ſed etiam quod uſibus eorum qui ſecū erant poſſet ſufficere: his uidelicet qui quotidie neceſſarijs miniſterijs occupati, nequaquam ſibi parare ſimiliter uictum ſuis manibus occurrebant. Et ſicut ad Theſſalonicenſes operatū ſeſe dixit, ut illis formā daret ad imitandū eum, & hic tale quid intulit, dicēs.

Quemadmodum

Quemadmodum intelligi debeat, beatius est magis dare quàm accipere. Cap. XIX.

OMnia ostendi uobis, quia sic laborãtes oportet suscipere infirmos, scilicet uel mẽte uel corpore, id est ut nostro potius labore sumptuq́ operis sudore quæsito, & non de abundantiæ cumulo seu reposita pecunia, sed ne de aliena quidem largitate ac substantia eos reficere festinemus. Et hoc ipsum domini dicit esse mandatum. Quoniã ipse inquit dixit, id est dominus Iesus. Beatius est magis dare quàm accipere. Hoc est impartientis beatior largitas quàm accipientis penuria, quæ non de pecunia per infidelitatem uel diffidentiam reseruata, nec de reconditis auariciæ thesauris impenditur, sed quę de fructu operis proprij & pio sudore profertur. Et ideo beatius est magis dare quàm accipere, quia cum illius qui accipit is qui tribuit habeat paupertatem, nihilominus labore proprio non solum suę necessitati sufficientiam, uerumetiam quod tribuat indigenti pia sollicitudine parare festinat, duplici gratia decoratus, quod & perfectam nuditatem Christi uniuersarum rerum suarum abiectione possideat, & munificentiam diuitis labore suo exhibeat & affectu. Hic quidem honorans Deum de suis iustis laboribus, & delibans ei de fructibus iustitiæ suæ: ille uerò ocij torpore & inertia resolutus, indignum se esse etiam cibo panis apostoli probat sententia, contra eius scilicet interdictum ociosus eum non sine reatu peccati contumaciaq́ præsumens.

De fratre desidioso, qui alios egredi de cœnobio sollicitabat. Cap. XX.

NOuimus fratrem, cuius etiam nomen si amplius aliquid ex hoc instructionis accederet, proderemus, qui cum in cœnobio moraretur, eumq́ necessitas coarctaret, ut statutum operis pensum quotidie œconomo traderet, ne in maiorem operis modum alicuius propensius laborantis tenderetur uel confunderetur exemplo, cum in cœnobio quempiam fratrum uidisset ingressum, qui ardore fidei uellet aliquid amplius operis consignare, si clandestinis eum persuasionibus reuocare ab huiusmodi intentione minimè potuisset, consilijs prauis ac susurrationibus ad trãsmigrandum exinde persuadebat. Et quo eum facilius asportaret, se quoq́ iam olim multis ex causis offensum confingebat uelle discedere, si solatium itineris uel comitis repperisset. Cumq́ eum ad consensum occultis obtrectationibus monasterij pertraxisset, condicens ei horã qua de monasterio deberet exire, uel locum quo se præueniens expectaret, ipse uelut ilico subsecuturus ibidem subsistebat. Illoq́ iam pro discessus sui uerecundia non audente ad monasteriũ de quo aufugerat, ulterius aggregari, ille ex fugę eius in cœnobio residebat. Hoc unum exemplum de istiusmodi genere hominũ pro incipientium cautione dixisse sufficiat, quo pateat euidentius, quanta mala ociositas secũdum scripturæ sententiã in monachi mente parturiat, uel quemadmodum corrumpat bonos mores colloquia mala.

Diuersa testimonia de Salomone contra acediam. Cap. XXI.

QVod ociositatis uitium etiã sapientissimus Salomon euidentissimè notat in multis, ita dicens, Qui sectatur ocium replebitur paupertate, uel uisibili scilicet uel inuisibili, qua necesse est ociosum quenquam et diuersis uitijs inuolutum teneri, & alienũ semper existere à contemplatione Dei uel diuitijs spiritalibus, de quibus beatus apostolus. Quia in omnibus, inquit, diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia. De hac autẽ ociosi paupertate alibi quoq́ ita scribitur, Et uestietur concisa ueste, & pannosa omnis somniculosus. Sine dubio enim non merebitur illo incorruptionis uestimẽto ornari, de quo apostolus præcipit: induite uos dominum Iesum Christum, & iterum: induti lorica iustitiæ & charitatis: & de quo etiam dominus ad Hierusalem loquitur per prophetam: Exurge exurge Hierusalẽ, induere uestimentis gloriæ tuę, quisquis somno ocij uel acediæ superatus, non industriæ suæ labore, sed inertiæ pannis operiri maluerit, quos abscidens de perfecta plenitudine & corpore scripturarum, nõ uestimentũ glorię nec decoris, sed ignominiosum excusationis uelamen seu coaptabit ignauiæ. Solẽt eñ hi qui sunt hac segnicie dissoluti, nolentes opere manuum suarum sustentari, quod apostolus indesinenter exercuit uel nobis exercere præcepit, quibusdam uti testimonijs scripturarum, quibus quoddam inertiæ suæ uelamen imponant: dicentes scriptum esse: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Et meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei. Sed hæc testimonia panni quidam sunt de solida euangelicæ lectionis plenitudine abscisi, & ad hoc assuuntur, ut conteg

ut contegant potius ignominiam ociositatis ac uerecundiæ nostræ, quàm ut calefaciãt & exornent nos illa preciosa ueste perfectaq; uirtutum quam in prouerbijs mulier illa sapiens quæ fortitudine & decore induta est uel sibi uel uiro suo fecisse describitur, de qua etiam consequẽter infertur. Fortitudine & decore induta est, & letata est in diebus nouissimis. De hoc inertiæ morbo rursus idem Salomon ita cõmemorat. Viæ nihil operantium stratæ sunt spinis, id est illis ac similibus uitijs quæ apostolus in superioribus de ocio pullulare præfatus est. Et iterum. In desiderijs est omnis ociosus. De quibus apostolus commemorauit dicens: Et nullius aliquid desideretis. Et ad extremum. Multa mala enim docuit ociositas. Quæ euidenter apostolus in his quæ supra exposuimus enumerauit dicens. Nihil operantes, sed curiose agentes. Huic quoq; uitio subiunxit aliud. Et operam detis ut quieti sitis. Et deinde, ut uestra negotia agatis, & ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Quos etiam inordinatos ac rebelles notat, ab his studiosos quosq; segregari præcipiens. Vt subtrahatis uos inquit ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis.

Quod per Aegyptum fratres ita suis manibus operantur, ut non solum proprijs necessitatibus satisfaciant, sed etiam his qui in carceribus sunt subministrent. Cap. XXII.

HIs itaq; exemplis per Aegyptũ patres eruditi, nullomodo ociosos esse monachos ac pręcipuè iuuenes sinunt, actum cordis ac profectum patientiæ & humilitatis sedulitate operis metientes, & non solum à nullo quicquam ad usum uictus sui accipere patiuntur, sed etiam de laboribus suis non tantum superuenientes ac peregrinos reficiunt, uerumetiam per loca Libyæ, quę sterilitate ac fame laborant, nec non etiam per ciuitates his qui squalore carcerum contabescunt, immanem conferentes dirigunt alimoniæ uictusq; substantiam, de fructu manuum suarum rationabile ac uerum sacrificium domino tali oblatione se offerre credentes.

Quod ocij causa faciat in partibus occidentis non esse cœnobia monachorum. Cap. XXIII.

HInc est quòd in his regionibus nulla uidemus monasteria tanta fratrum celebritate fundata, quia nec operum suorum facultatibus fulciuntur, ut possint in eis iugiter perdurare, & si eis suppeditare quoquo modo ualeat sufficientiá uictus ulterius largitate, uoluptas tamen ocij & peruagatio cordis diutius eos in loco perseuerare non patitur. Vnde hæc est apud Aegyptum ab antiquis patribus sancta sententia, operantem monachum demone uno pulsari: ociosum uerò innumeris spiritibus deuastari.

De abbate Paulo, qui singulis annis omne opus manuum suarum igne supposito concremabat. Cap. XXIIII.

DEniq; abbas Paulus probatissimus patrũ, cum in eremo uastiore consistens, quæ Porphyrio nuncupatur, palmarum fructibus & horto modico securus, haberet sufficientem alimoniæ suæ uictusq; substantiam, nec posset aliquid aliud unde sustentaretur, operis exercere, eo quòd ab oppidis & habitabili terra septem mansionibus uel eò amplius deserti illius separaretur habitatio, plusq; expeteretur pro mercede uecturæ quàm ualere posset precium operis desudati, collectis palmarum folijs, quotidianum pensum uelut exinde sustentandus, à semetipso iugiter exigebat. Cumq; opere totius anni antrũ eius fuisset impletũ, id quod sollicita cura laborauerat singulis annis supposito igne concremabat: interim probans sine opere manuum nec in loco posse monachũ perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquando conscendere: ut cum hoc fieri nequaquam necessitas uictus exigeret, pro sola purgatione cordis & cogitationum soliditate ac perseuerãtia cellæ, uel acediæ ipsius demonũq; uictoria & expugnatione perficeret.

Verba abbatis Moysi quæ dixerat mihi de remedio acediæ. Cap. XXV.

CVm incipiens in eremo commorari, abbati Moysi omnium sanctorum summo dixissem, me ægritudine acediæ hesterno die grauissimè fuisse confectum, nec ab ea potuisse aliàs liberari, nisi ad abbatem Paulum protinus cucurrissem. Ille: Non te, ait, ab ea liberasti, sed magis ei te deditium ac subditum præbuisti. Grauius enim te ut desertorem ac

torem ac fugitiuum deinceps aduersarius impugnabit, quem de conflictu superatũ protinus aufugisse conspexit, nisi de cætero commissa congressione non desertione cellæ uel somni torpore ingruentes æstus eius ad horam euaporare malueris, sed tolerantia potius & conflictu didiceris triumphare. Vnde experimento probatum est acediæ impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam.

De spiritu acediæ libri Decimi finis.

LIBER VNDECIMVS DE SPIRITV COENODOXIAE. Caput primum.

SEptimum nobis certamen est contra spiritum Cœnodoxiæ, quam nos uanã siue inanem gloriam possumus appellare, multiforme uariũ atq; subtile, ita ut quibuslibet perspicacissimis oculis non dicam caueri, sed peruideri deprehendiq; uix posit.

Quòd Cœnodoxia non solum in parte carnali sed etiam in spiritali monachum pulset. Cap. II.

NOn solum enim ut cætera uicia in parte carnali, sed etiã in spiritali monachũ pulsat, subtiliore se nequitia ingerens menti, ita ut qui non potuerint carnalibus uitijs decipi, spiritualibus successibus acrius saucientur: tantoq; est perniciosior ad conflictum quanto obscurior ad cauendum. Omniũ namq; uitiorum manifestior apertiorq; congressus est, & in unoquoq; eorũ condictione rigida confutatus incentor inualidior factus abscedet, uictoremq; suum deiectus aduersarius deinceps infirmior attemptabit. Hic uero morbus cum pro elatione carnali pulsauerit mentem, & fuerit responsionis scuto repulsus, rursus ui quæ multiformis nequitia priore habitu personaq; mutata sub uirtutum specie uictorem confodere & iugulare pertemptat.

Quàm Cœnodoxia multiplex sit ac multiformis Cap. III.

ETenim cætera uicia seu perturbationes uniformes ac simplices esse dicuntur, hæc uero multiplex & multiformis ac uaria undique bellatori & ex omni parte uictori occurrens. Nam & in habitu & in forma, in incessũ, in uoce, in opere, in uigilijs, in ieiunijs, in oratione, in remotione, in lectione, in scientia, in taciturnitate, in obedientia in humilitate, in longaminitate, militem Christi uulnerare conatur, & uelut quidam perniciosissimus scopulus tumentibus undis obtectus, improuisum ac miserabile naufragium secundo nauigantibus uento dum non cauetur nec præuidetur, importat.

Quomodo monachum Cœnodoxia à dextris & à sinistris impugnet. Cap. IIII.

ITaq; uia regia uolentem incedere per arma iustitiæ quæ à dextris sunt & à sinistris, oportet apostolica disciplina transire per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, & tanta cautione inter tumentes temptationum fluctus gubernante discretione & flante nobis spiritu domini, iter dirigere uirtutis, ut dextra leuaq; si paululũ deflectamus, sciamus nos perniciosis mox cautibus illidendos. Ideoq; per sapientissimum Salomonem. Ne diuertaris ad dexteram neq; ad sinistram, id est, ne tibi de uirtutibus blandiaris, & dextris successibus ac spiritualibus extollaris, nec deflectens ad sinistrum tramitem uitiorũ, secundum apostolum gloriã tibi ex eis in tua confusione conquiras. Nam cui sub specie succinctę uestis ac nitidæ Cœnodoxia non potuit generari, pro squalida & inculta ac uiliore conatur inferri. Quem non potuit per honorem deijcere, humilitate supplantat. Quem scientiæ & elocutionis ornatu nequiuit extollere, grauitate taciturnitatis elidit. Si ieiunet in palam gloria uanitatis pulsatur. Si illud contemnendæ gloriæ causa contexerit, eodem uitio elationis obtunditur. Ne uanæ gloriæ

contagio maculetur, orationes prolixas sub fratrum uitat celebrare conspectu, & quod eas latenter exerceat: nullumq; habeat conscium facti non effugit aculeos uanitatis.

Qua comparatione monstretur natura Cœnodoxiæ. Cap. V.

PVlchræ seniores nostri naturam morbi huius in modum cepæ bulborumq; describunt, quę uno decorticata tegmine, alio rursum inueniuntur induta, totiensq; repe riuntur obtecta, quotiens fuerint expoliata.

Quòd Cœnodoxia nec beneficio solitudinis extingua- tur. Cap. VI.

IN solitudinem quoq; cunctorum mortalium consortia gloriæ causa fugientem, persequi non desistit. Quantoq; amplius uniuersum quis uitauerit mundum, tanto eum acrius insequitur. Alium quòd patientissimus sit operis ac laboris, alium quod ad obediendum promptissimus, alium quod humilitate cæteros præponderet, conatur extollere. Alius scientię, alius lectionis, alius uigiliarũ prolixitate temptat. Nec alias quemquàm hic morbus nisi suis nititur uirtutibus sauciare, in his offendicula tendens interitus, in quibus uitæ stipendia conquirunt. Volentibus quippe iter pietatis ac perfectionis incedere, non alibi inimici insidiantes nisi in uia qua ambulant laqueos deceptionis abscondunt, secundum illam Beati Dauid sententiam, in uia hac qua ambulabã absconderunt laqueum mihi, ut in hac ipsa scilicet uirtutũ uia qua gradimur tendentes ad brauium supernæ uocationis nostris elati successibus corruamus, obligatisq; pedibus animæ nostræ concidamus Cœnodoxię laqueis cõpediti. Et ita fit ut qui aduersarij conflictu non potuimus superari, nostri triumphi sublimitate uincamur, seu certè quod est etiam aliud deceptionis genus, ut excedentes continentiæ uel nostræ possibilitatis modum, perseuerantiam nostri cursus infirmitate corporis intercedente perdamus.

Quòd Cœnodoxia cum deiecta fuerit acrius resurgat ad luctamen. Cap. VII.

OMnia uitia superata marcescunt, & deuicta per singulos dies infirmiora redduntur, & uel loco uel tempore minuuntur atq; deferuent, seu certe à contrarijs uirtutibus dissidentia uel cauentur facilius uel uitantur, hoc uero deiectum acrius resurgit ad luctam, & cum putatur extinctum sua morte uiuacius conualescit. Cętera genera uitiorum eos tantum impugnare solent quos in certamine superarint, hoc uero suos uictores acrius insectat. Quantoq; fuerit ualidius elisum, tanto uehementius uictoriæ ipsius elatione congreditur. Et hæc est subtilis inimici uersutia, ut militem Christi proprijs faciat telis occumbere, quem hostilibus armis superare non potuit.

Quòd Cœnodoxia nec eremo nec ætate deferueat. Cap. VIII.

ALia interdum uitia, sicut diximus, etiam locorum beneficio conquiescunt & materia peccati uel oportunitate eius & occasione subtracta lentescere solent & minui, hoc uero cum fugiente deserta penetrat, nec loco nouit excludi, nec extrinsecus materia subtracta marcescere. Non enim aliunde quàm uirtutum eius quem impetit successibus animatur. Quædam etiam processu temporis ut præfati sumus interdum molliuntur atq; uanescunt, huic longæuitas nisi fuerit industria solerti ac prudenti discretione fundata, non solũ non officit, uerumetiã maiora nouit fomenta congerere uanitatis.

Quòd Cœnodoxia periculosior sit uirtutibus mixta. Cap. IX.

POstremo cæteræ perturbationes à contrarijs sibi uirtutibus dissidentes, & ex aperto tanquàm die claro bellantes & superantur facilius & cauentur, hæc autem uirtutibus inserta & aciei permixta uelut in nocte cæca dimicans, atrocius inopinatos decipit & incautos.

Exemplum regis Ezechiæ quemadmodum telo Cœnodoxiæ deiectus fuerant. Cap. X.

ITa nanq; Ezechiam regem Iudæ uirum in omnibus consummatæ iustitiæ, & sancta rum

tum scripturarum testimonio comprobatũ: post innumera uirtutum præconia uno elationis telo legimus fuisse deiectum, & qui internetionem centum octoginta quinq; milium de exercitu Assyriorum, angelo sub nocte uastante una præce ualuit impetrare, uanitatis gloriatione superatur. Cuius ut prætercam uirtutum tam prolixum catalogum quem replicare per longum est, hoc unum dicam. Qui post interdictum terminum uitæ mortisq; diem domini sententia præfinitum, quindecim annis uitæ metas excedere una oratione promeruit, sole per decem gradus quos ad occasum tendens iam illustrauerat reuertẽte, qui lineas quas abscessu eius umbra subsequens occuparat, suo rursum reditu fugans duplicatum diem uniuerso orbi contra fixas naturæ leges inaudito miraculo præbuit, post tanta tamq; incredibilia signa, post tam immania documenta uirtutum, qualiter fuerit successibus suis elisus, audi scripturam narrantem. In diebus inquit illis ægrotauit Ezechias usq; ad mortem, & orauit dominũ & exaudiuit eum & dedit ei signum, illud scilicet quod legimus de solis datum esse reditu per Ysaiam prophetam in quarto regnorum libro: sed non inquit secundum beneficia quæ acceperat retribuit ei, quia eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Hierusalem: humiliatusq; est postea eo quòd exaltatum esset cor eius, tam ipse q; habitatores Hierusalem, & idcirco non uenit super eos ira domini in diebus Ezechiæ. Quam perniciosus quàm grauis est elationis morbus? Tantæ iustitię, tantæ uirtutes, tanta fides atq; deuotio: quæ naturam ipsam ac totius mundi leges immutare meruerunt, una elatione depereunt, ita ut uniuersis uirtutibus suis ac si non fuissent obliuioni traditis irã domini confestim suscepisset, nisi eam resumpta humilitate placasset, ut qui de tam excelso meritorum fastigio, elatione impellente, deciderat, non nisi per eosdẽ rursum humilitatis gradus ad amissum culmen ascenderet. Vis aliud quoq; exemplũ similis ruinæ percipere?

Exemplum regis Oziæ eiusdem morbi labe superati. Cap. XI.

OZias huius quem cõmemorauimus regis attauus, in omnibus quoq; ipse scripturæ testimonio collaudatus, post ingentia uirtutum suarum præconia, post innumeros triumphos quos deuotionis ac fidei suæ merito perpetrauit, disce qualiter sit uanæ gloriæ elatione deiectus. Et egressum est, inquit, nomẽ Oziæ propter quod auxiliaretur ei dominus & corroborasset illum. Et cum roboratus esset, eleuatũ est cor eius in interitum suum, & neglexit dominum Deum suum. Cernis aliud exemplum ruinæ grauissimæ, & conspicis duos uiros tam iustos, tamq; perfectos triumphis suis atq; uictorijs fuisse confectos. Vnde uidetis quàm perniciosi rerum secundarum soleant esse successus, ita ut qui non potuerunt aduersis frangi, prosperis si incauti fuerint acrius elidantur, & qui in conflictu atque acie mortis euaserunt discrimina, tropheis proprijs triumphisq; succumbant.

Diuersa testimonia contra Cœnodoxiam. Cap. XII.

IDeo Apostolus monet. Nolite fieri inanis glorię cupidi. Et dominus Pharisęos castigans. Quomodo, inquit uos potestis credere qui gloriã abinuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis? De his & Beatus Dauid cum interminatione dicit. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent.

Quibus modis Cœnodoxia monachum pulset. Cap. XIII.

SOlet etiam incipientium mentes, & eorum qui minus adhuc uel uirtute animi uel scientia profecerit, aut propter sonum uocis extollere, quid scilicet modulatius psallant, aut quid sint exesis carnibus uel corpore lautiores, aut quid parẽtes diuites aut nobiles habeant, uel quid militiam honoresq; contempserint. Interdum etiam dignitates & opes quę forte nec appræhendi quidem aliquando potuissent, persuadet quempiam perfacilẽ fuisse adepturum si perseuerassent in seculo, uana spe etiam de incertis inflans eum, & de his quę nunq; possedit, uelut qui ea contempserit gloria uanitatis extollens.

Quemadmodum clericatus gradum suggerat ambiendum.
Cap. XIIII.

NOnnunquàm uero clericatus gradum & desideriũ presbiterij uel diaconatus immittit. Quem si uel inuitus fuisset adeptus, tanta expleturum sanctitate ac rigore depingit, ut cæteris quoq; sacerdotibus præbere potuerit sanctitatis exempla, dein multos non solum conuersationis forma, uerumetiam doctrina sua sermoneq; lucraturum. Facit etiam in solitudine uel in cellula commorantem, diuersorum domos ac monasteria mente atq; animo circumire, & plurimorum conuersiones sub incitamento imaginariæ exhortationis acquirere. Agitur ita infelix anima tali uanitate uelut profundissimo sopore delusa, ut plerunq; huiusmodi cogitationum illecta dulcedine, & his oppleta simulacris, ne pręsentes quidem actus uel fratres ualeat contemplari, dum his quę cogitationum peruagatione uigilans somniauit, delectatur inhærere quasi ueris.

Quomodo Cœnodoxia mentem inebriet. Cap. XV.

MEmini cuiusdam senis cum in eremo Scithij commorarer. Qui cum ad cellam cuiusdã fratris gratia uisitationis adueniens ostio approximasset, audissetq; eum obmurmurantem intrinsecus, paululum substitit, cognoscere uolens quid'nam de scripturis legeret, uel sicut & moris, operans memoriẽ recenseret. Cumq; pijssimus explorator aure diligenter applicita curiosius auscultaret, ita eum repperit huius spiritus impugnatione pellectum, ut in ecclesia facere se crederet exhortatorium plebi sermonem. Cumq; subsistens senex audisset eum finisse tractatum, & mutato rursum officio celebrare uelut diaconum cathecuminis missam, tunc demum pulsauit ostium. Qui egressus occurrensq; seni ueneratione solita, introducensq; eum quam olim uenerit cogitationum suarum conscientia remordente perquirit, ne scilicet diutius stans ad ostium iniuriam pertulisset. Iocularitet senex grateq; respondit: modo, inquiens, ueni, quando tu missam cathecuminis celebrabas.

Quòd aliter uicia curari non poßint nisi eorum radices & causæ fuerint publicatæ. Cap. XVI.

HAec idcirco inserere huic opusculo necessarium duxi, ut de impugnationum uiatque ordine uitiorum quibus miserabilis anima laceratur, non solum ratione sed etiam exemplis instructi, ad deuitandos laqueos & multiplices decipulas inimici cautiores esse posimus. Ita nanq; indifferenter hæc ab Aegyptijs patribus proferuntur in medium, ut omnium uitiorum certamina uel illa quę patiuntur uel illa quæ passuri sunt iuniores relatione sua tanquàm qui adhuc ea sustineant apud eos detegant atq; denudent, quo exponentibus eis illusiones omnium pasionum quicunq; incipientiũ sunt ac feruentium spiritu, colluctationum suarum arcana cognoscant, & ea tanquàm in speculo contemplantes, & causæ uitiorum quibus pulsantur & remedia doceantur, futurorum quoq; certaminum congresibus antequàm superueniant eruditi, qualiter præcauere & occurrere eis uel confligere debere instruantur. Vt solent peritisimi medicorũ non solum mederi præsentibus morbis, uerumetiam futuris peritia sagaci occurrere, eosq; præceptis uel poculis salutaribus præuenire, ita hi quoq; uerisimi animarum medici emersuras ualitudines cordium spiritali collatione uelut quodam cœlesti antidoto prænecantes, in iuniorum mentibus non patiuntur adolescere, aperientes eis & causas imminentium pasionum & remedia sanitatum.

Quòd monachus debet uitare mulieres & episcopos.
Cap. XVII.

QVapropter hæc est antiquitus patrũ permanens nunc usq; sententia, quã proferre sine mea confusione non potero, qui nec germanam uitare potui nec episcopi euadere manus, omnimodis monachum fugere debere mulieres & episcopos. Neuter enim sinit eum quẽ semel suæ familiaritati deuinxerit, uel quieti cellulæ ulterius operam dare, uel diuinæ theorię per sanctarum rerum intuitum purisimis oculis inhærere.

Remedia

Remedia qui Cenodoxiam uitare poßimus.
Cap. XVIII.

IDeóq; athleta Christi qui uerum ac spiritalem agonem legitime certare desiderat, hanc multiformē uariamq; bestiam omnimodis superare festinet. Quam nobis ex omni parte uelut multiplicem nequitiam occurrentem tali remedio poterimus euadere, ut cogitantes illud Dauidicum elogium: Dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, primitus nihil propositouanitatis & inanis glorię capessendę gratia nosmetipsos facere permittamus. Deinde ea quæ bono initio fecerimus obseruatione simili custodire nitamur, ne omnes laborum nostrorum fructus post irrepens cenodoxiæ morbus euacuet. Quicquid etiam in conuersatione fratrũ minime communis usus recipit uel exercet, omni studio ut iactantiæ deditũ declinemus, & ea quæ nos possunt inter cęteros notabiles reddere ac ueluti solis facientibus laus apud homines sit conquirenda uitemus. His enim uel maxime indicijs cenodoxiæ letale contagium nobis inhærere monstrabitur. Quod facillime poterimus effugere, si consideremus non solum fructum laborum nostrorum nos penitus amissuros quoscunq; cenodoxiæ proposito fecerimus, sed etiam reos magni criminis factos æterna supplicia uelut sacrilegos soluturos, utpote qui ad iniuriam Dei opus quod eius obtentu nos oportuit agere hominum gratia maluimus exercere, ab eo qui occultorũ est conscius, homines Deo & gloriam mundi gloriæ Domini prætulisse conuicti.

De spiritu Cenodoxiæ libri undecimi finis.

LIBER DVODECIMVS DE SPIRITV SVPERBIAE.

Caput I.

OCtauum quod & extremum aduersus spiritum superbiæ nobis certamen est. Qui morbus licet ultimus sit in conflictu uitiorum atq; in ordine ponatur extremus, origine tamen & tempore primus est sæuissima & superioribus cunctis immanior bestia, perfectos maxime temptans, & propemodum iam positos in consummatione uirtutum morsu diriore depascens.

Quòd superbiæ duo sint genera. Cap. II.

CVius duo sunt genera. Vnum hoc quod diximus spiritales uiros summosq; pulsat, aliud quod etiam incipientes carnalesq; complectitur. Et licet utrumq; superbiæ genus tam in Deum quàm in homines noxia inflet elatio, tamen illud primum specialiter refertur ad Deum, secundum ad homines propriæ pertinet. Cuius originem ac remedia in posterioribus libelli huius donante Deo in quantũ possumus exequemur. Nunc de illo priore quo præfati sumus perfectos præcipue tentari, propositum nobis est pauca disserere.

Quòd superbia omnes pariter uirtutes auferat.
Cap. III.

NVllum est igitur uitium aliud quòd ita omnes uirtutes exhauriat, cunctaq; iustitia & sanctitate hominem expoliet ac denudet ut superbiæ malum, tanquàm generalis quidam ac pestifer morbus non unum membrorum partemúe eius debilitare contentus, sed solidum corpus letali corrumpit exitio, & in uirtutum iam fastigio collocatos grauissima ruina deijcere ac trucidare conatur. Omne nanq; uitium suis est terminis & fine contentum, & licet contristet alias quoq; uirtutes, contra unam tamen principaliter tendit, eamq; specialiter opprimit & impugnat. Et ut hoc ipsum quod dicimus clarius possit intelligi, gastrimargia, id est, appetitus uentris seu concupiscentia gulæ temperantiæ rigorem corrumpit, castitatem libido contaminat, ira patientiã uastat, ut nonnunquàm uni quis deditus uitio alijs uirtutibus non penitus destituatur, sed illa tantũ uirtute truncata quæ ediuerso æmulo sibi uitio repugnante succumbit, reliquas possit

 uel

uel ex parte retinere, hæc uero cum infelicem possederit mentẽ, ut quidam sæuissimus tyrannus sublimissima capta arce uirtutum uniuersam funditus ciuitatem diruit atque subuertit. Excelsa quondam sanctitatis mœnia uitiorũ solo coæquans atq; permiscens, nullam deinceps imaginem libertatis animæ sibi subditę superesse concedit. Quantoq; cœperit ditiorem, tanto grauiori seruitutis iugo subditum uniuersis uirtutum facultatibus crudelissima deprædatione nudabit.

Quòd ob superbiam lucifer ille de archangelo factus est diabolus. Cap. IIII.

ET ut grauissimæ tyrannidis eius potentiam agnoscamus, angelum illum qui præ nimietate splendoris ac decoris sui lucifer nuncupatus est, nullo alio quàm hoc uitio deiectum cœlitus inuenimus, & ex illa beata sublimitate angelorum telo superbiæ uulneratum ad inferna fuisse collapsum. Si igitur tanta uirtute tantæ potentiæ prærogatiua decoratũ una elatio cordis potuit de cœlestibus ad terrena deuoluere, qua nos obseruantia carnis fragilitate circũdatos cauere oporteat, ipsius ruinæ magnitudo demonstrat. Quemadmodum uero huius morbi uirus perniciosissimum deuitemus instrui poterimus, si ruinæ ipsius causas atq; originem persequamur. Nunquàm enim curari languor, nec remedia poterunt malis ualitudinibus exhiberi, nisi prius inquisitione sagaci origines earum inuestigentur & causę. Hic nanq; indutus diuina claritate, & inter cæteras supernas uirtutes conditoris largitate præfulgens, splendorem sapientiæ & uirtutũ pulchritudinem qua ornabatur gratia creatoris, naturæ suæ potentia non munificentiæ illius beneficio se credidit obtinere. Et ob hoc elatus tanquàm qui ad perseuerantiã puritatis huius diuino non egeret auxilio Deo se similem iudicauit, utpote qui nullius indigeret quemadmodũ Deus, liberi scilicet arbitrij facultate confisus, per illam credens affluenter omnia sibimet suppeditari, quæ ad consummationem uirtutum uel perhennitatẽ summæ beatitudinis pertinerent. Hæc ei sola cogitatio facta prima ruina est. Ob quam desertus à Deo quo se credidit non egere, instabilis repente & nutabundus effectus, & infirmitatem propriæ naturæ persensit, & beatitudinem qua Dei munere fruebatur amisit. Et quia dilexit uerba præcipitationis, quibus dixerat, in cœlum conscendã & linguã dolosam qua uel de se dixerat, ero similis altissimo, uel de Adam & Eua, eritis sicut dij, propterea Deus destruet illum in finem euellet eum & emigrabit de tabernaculo suo, & radicem eius de terra uiuentium. Tunc ruinam eius uidentes iusti timebunt, & super eum ridebunt dicentes, quod etiam sine fine ad hos qui se sine protectione auxilioq; Dei summum bonum perficere posse confidunt, iustissimè dirigetur. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in uanitate sua.

Quòd fomites uitiorum omnium de superbia pullulent. Caput V.

HAec est primæ ruinæ causa & origo principalis morbi. Qui rursum per illum qui fuerat à se deiectus in prothoplastum serpens, infirmitates omnium uitiorum & materias germinauit. Dum enim gloriam deitatis arbitrij libertate & industria sua credidit se posse conquirere, etiam illam perdidit quam adeptus fuerat gratia conditoris.

Quòd superbiæ uitium sit in ordine colluctationis extremum, tempore tamen & origine primum sit. Cap. VI.

ITaq; exemplis ac testimonijs scripturarum manifestissime comprobatur, superbiæ labem cum posterior sit in ordine conflictuum, origine tamen anteriorem esse, omniumq; peccatorum & criminũ esse principium, nec sicut cætera uitia solummodo contrariam sibi uirtutem, id est humilitatem tantum extinguere, uerumetiam cunctarum simul interemptricem esse uirtutum, nec mediocres tantum paruosq; temptare, sed maxime in fortitudinis culmine consistentes. Ita enim de hoc spiritu propheta commemorat. Et escæ eius electæ. Ideoq; beatus Dauid licet tanta circumspectione cordis sui custodiret arcana, ut ad eum quem secreta conscientiæ suæ non latebant audenter proclamaret,

maret, domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me, nisi humiliter sentiebam, & iterum, non habitabit in medio domus meæ faciens superbiam, sciens tamen quàm difficilis sit etiam perfectis ista custodia, non de sua tantum præsumit industria, sed orans domini implorat auxiliū ut huius inimici telum possit insauciatus euadere dicens: Non ueniat mihi pes superbiæ, pauens ac metuens ne in illud incidat quod dicitur de superbis. Deus superbis aduersatur. Et iterum. Immundus est apud Deum omnis qui exaltat cor suum.

Quòd tantum sit malum superbiæ ut ipsum Deum aduersarium habere mereatur. Cap. VII.

QVantum est malum superbiæ, ut non angelum non alias uirtutes sibi contrarias, sed ipsum Deum aduersarium habere mereatur. Notandum siquidem est, quòd nequaquàm dixerit super his qui cæteris sunt uitijs inuoluti quod habeant sibi Deum resistentem, id est gastrimargis, fornicarijs, iracundis seu philargyris aduersatur, sed solis superbis. Illa nanque uitia uel in unumquemque delinquentium tantummodo retorquentur, uel in suos participes, id est in alios homines uidentur admitti, hęc uero propriè pertingit ad Deum, & idcirco eum specialiter digna est habere contrarium.

Quemadmodum Deus superbiam Diaboli uirtute humilitatis extinxerit, & diuersa super ho: testimonia. Cap. VIII.

IDeoque uniuersitatis creator & medicus Deus, causam principiumque morborum superbiā esse cognoscens, contrarijs sanare contraria procurauit, ut ea scilicet quæ per superbiam corruerant, per humilitatem resurgerent. Ille namque dicit: In cœlum conscendam. Hic dicit: Humiliata est in terra anima mea. Ille dicit: Et ero similis altissimo. Hic cum esset in forma Dei exinaniuit semetipsum formā serui accipiens, humiliauitque se factus obediens usque ad mortem. Ille dicit: Super astra Dei exaltabo solium meum. Iste dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Ille dicit: Nescio dominum, & Israël non dimittam. Iste dicit: Si dixero quia non noui eum, ero similis uobis mendax, sed noui eum, & mandata eius seruo. Ille dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Iste dicit: Non possum ego à meipso facere quicquàm, sed pater meus in me manens ipse facit opera. Ille dicit: Mea sunt omnia regna mundi & gloria eorū, & cui uoluero do ea. Iste cum diues esset, pauper effectus est, ut eius inopia nos diuites redderemur. Ille dicit: Sicut colliguntur oua quę derelicta sunt, sic uniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam & aperiret os & ganniret. Iste dicit: Similis factus sum pellicano solitario, uigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit: Exiccaui uestigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Hic dicit: Nunquid non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquàm duodecim milia legiones angelorum? Si principalis ruinę causam & salutis nostræ fundamenta perspeximus à quo & qualiter uel ista iacta sint, uel illa emerserint, quemadmodum deuitare tam atrocem mortem superbiæ debeamus, uel illius ruina uel huius doceamur exemplo.

Quemadmodum nos quoque superbiam superare possimus. Cap. IX.

ITaque hunc nequissimi spiritus laqueum taliter poterimus euadere, si in singulis quibus senserimus nos uirtutibus profecisse, illud apostolicum dixerimus, non ego sed gratia Dei mecum, & gratia Dei sum id quod sum, & Deum esse qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate, dicente etiam ipso auctore salutis nostræ. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Et nisi Dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilant qui custodiunt eam. Et uanum est uobis ante lucem surgere. Quia non est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei.

Quòd nemo poßit perfectionem uirtutum uel promissam beatitudinem suis tantum uiribus obtinere. Cap. X.

NVllius nanque quamuis uolentis & currentis tam idonea potest uoluntas esse uel cursus, ut carne spiritui repugnante circundatus ualeat tantum perfectionis præmium & palmam integritatis ac puritatis attingere, nisi fuerit diuina miseratione protectus, ut ad illud quod magnopere uult & quo currit peruenire mereatur. Omne enim datum bonũ & omne donũ perfectum de sursum est, descendens à patre luminũ. Quid enim habes quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

Exemplum latronis siue David uel uocationis nostræ ad Dei gratiam demonstrandam. Cap. XI.

SI enim uel illum latronem ob unam confessionem introductum in Paradisum recordemur, intelligimus eum non cursus sui merito tantam beatitudinem consecutum, sed dono Dei miserentis adeptum. Vel si reminiscamur Dauid regis duo tam grauia tamque immania crimina uno pœnitudinis sermone deleta, nec hic uidemus ad indulgentiam tanti criminis obtinendam laboris æquiparasse merita, sed Dei gratiam superabundasse, qui uerè pœnitudinis occasione accepta tantam peccatorum materiam sub unius uerbi plena confessione consumpsit. Principium quoque discutientes uocationis ac salutis humanę, qua non ex nobis nec ex operibus nostris secundum apostolum sed Dei sumus dono gratiaque saluati, liquido poterimus aduertere quemadmodum perfectionis summa non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei, qui nequaquàm laborum uel cursus nostri merito compensante uitiorum nos facit esse uictores, nec æquiparantæ nostræ uoluntatis industria, tam arduum integritatis culmen subiugata qua utimur carne conscendere. Nulla siquidem corporis huius afflictio nullaque cordis contritio ad capessendam ueram illam interioris hominis castitatem potest esse condigna, ut tantam puritatis uirtutem angelis solis ingenitam, cœlique uernaculam, nudo humano labore, id est sine adiutorio Dei ualeat obtinere, quia totius bonitatis effectus ab illius profluit gratia, qui tantam perhennitatem beatitudinis & immensitatẽ gloriæ, exiguæ uoluntati breuique ac paruo cursui nostro, multiplicata largitate donauit.

Quòd nullus sit labor qui poßit repromisse beatitudini comparari. Cap. XII.

OMnis enim longæuitas uitæ præsentis, cum ad illam futuræ gloriæ perennitatem respexeris euanescit, & dolores cuncti contemplatione illius immensę beatitudinis effugant, atque ut fumus ad nihil extenuati liquescunt, & nusque ut fauilla comparent.

Traditio seniorum de consequenda puritate. Cap. XIII.

QVapropter iam tempus est, ut ipsis quibus tradunt uerbis patrum sententiã proferamus, eorum scilicet qui uiam perfectionis & qualitatem eius non uerborum iactantia depinxerunt, sed potius re & opere ac uirtute spiritus possidentes, experimentis eam proprijs & exemplis certissimis tradiderunt. Aiunt itaque non posse ad purum quempiam carnalibus uitijs emundari, nisi uniuersum laborem suum atque conatum ad tantæ perfectionis finem intellexerit non posse sufficere, nec eam nisi miseratione Dei & adiutorio, compræhendi non tam tradentis institutione quàm affectu atque uirtute & experimentis proprijs eruditus, agnoscat. Ad capessenda nanque tam magnifica tamque præcelsa puritatis & integritatis præmia, quantuslibet ieiuniorum, uigiliarum, lectionis & solitudinis, ac remotionis labor fuerit impensus, condignus esse non poterit qui hæc industriæ suæ merito uel laboris obtineat. Nunquàm enim diuinum munus labor proprius humana ue compensabit industria, nisi desideranti diuina fuerit miseratione concessum.

Quòd

Quòd adiutorium Dei laborantibus tribuatur.
Cap. XIIII.

NEc hoc dico, ut humanos conatus euacuans ab industria & laboris intentionē quemquàm reuocare contendam. Sed planè constantissime non mea sed seniorum sententia definio, perfectionem quidē sine his omnino capi non posse, his aūt sōlis sine gratia Dei posse eam à nemine consummari. Vt enim dicimus conatus humanos appræhendere eam per seipsos sine adiutorio Dei non posse, ita pronunciamus laborantibus tamen ac desudantibus misericordiā Dei gratiamq; conferri, & ut uerbis apostoli loquar uolentibus & currentibus impartiri, secundum illud quod etiam in psalmo octogesimo octauo ex persona Dei cantatur. Posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea. Dicimus enim secundum saluatoris sententiam dari quidē petentibus, & aperiri pulsantibus, & à quærentibus inueniri, sed petitionem & inquisitionem & pulsationem nostram non esse condignam, nisi misericordia Dei id quid petimus dederit, uel aperuerit quod pulsamus, uel illud quod quærimus fecerit inueniri. Præsto est namq; occasione sibi tantūmodo à nobis bonæ uolntatis oblata, ad hæc omnia conferenda. Amplius enim ille quàm nos, perfectionem salutemq; nostram desiderat & expectat. Et in tantum Beatus Dauid prouentum sui operis ac laboris propria tamen industria non posse nouerat obtineri, ut à Domino promereri directionem suorū operum iterata præce deposceret dicens. Et opera manuū nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. Et rursum. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

A quibus perfectionis uiam discere debeamus.
Cap. XV.

IDeoq; si ad ueram consummationē uirtutum uolumus effectu & opere peruenire, illis debemus acquiescere magistris ac ducibus, qui hanc non uaniloqua disputatione somniantes, sed re atq; experimentis apprẹhendentes nos quoq; docere atq; ad eam dirigere similiter possunt, & uiam quemadmodum perueniamus ad eam certissimo tramite demonstrare, quiq; ad hanc fide se potius peruenisse quàm laborum merito testabantur. Quibus etiam hoc prẹcipuum sui cordis acquisita puritas conferebat, ut magis magisq; se deprimi peccatis agnoscerent. Tanta nanq; in eis delictorum compunctio per dies singulos augebatur, quanta puritas animi profecisset. Trahebantq; iugiter intimo corde suspiria, eo quòd semetipsos sentirent nequaquàm posse delictorum neuos ac maculas deuitare, quæ eis per multiplices cogitationum minutias ingerebantur. Et idcirco futuræ uitæ stipendia non operū sperare se merito, sed misertcordia domini proclamabant, nihil sibi de tanta circumspectione cordis aliorum comparatione donantes quippe qui hanc ipsam non suæ industriæ sed diuinæ gratiæ ascribebant, nec blandientes sibi de inferiorū ac tepidorum negligentia, sed contemplatione potius illorū quos uere peccato carere, atq; in regno cœlorum iam æterna beatitudine perfrui nouerant, humilitatem perpetuam conquirebant, atq; ita consideratione hac & elationis ruinam pariter declinabant, & quo tenderent uel quod dolerent semper inueniebāt, intelligentes semetipsos ad illam puritatem cordis quam cupiunt, obsistente carnis sarcina peruenire non posse.

Non posse nos sine misericordia & inspiratione Dei ad ipsum laborem obtinendæ perfectionis accedere. Cap. XVI.

IGitur secundum traditiones & institutiones eorum sic ad eam festinare debemus iẹiunijs, uigilijs, orationibus, contritioni cordis & corporis operam dantes, ne hẹc omnia morbo hoc inflante euacuemus. Non solum namq; ipsam perfectionē oportet credere nostra industria nos uel labore nostro possidere non posse, sed ne hoc ipsa quidem quæ illius exercemus obtentu, id est labores conatusq; nostros ac studia, sine diuinæ protectionis auxilio, inspirationisq; eius & castigationis atq; exhortationis gratia posse perficere, quam scilicet cordibus nostris uel per alium solet uel per semetipsum nos uisitans clementer infundere.

Testimonia

Teſtimonia diuerſa quibus euidenter oſtenditur nihil poſſe nos quod ad ſalutem noſtram pertinet ſine a iutorio Dei perficere. Cap. XVII.

POſtremo inſtruat auctor ſalutis noſtrę, quid nos oporteat in ſingulis quibuſq; quę gerimus, non modo ſentire ſed etiam confiteri. Non poſſum ego inquit à meipſo facere quicquàm, pater autē in me manens ipſe facit opera. Ille ex perſona hominis aſſumpti dicitur, nihil â ſemetipſo poſſe ſe facere, & nos cinis & terra in his quæ ad noſtrã ſalutem pertinent arbitramur nos adiutorio domini non egere? Diſcamus itaq; & nos per ſingula noſtram ſimul infirmitatē & illius adiutoria ſentientes quotidie proclamare cum ſanctis. Impulſus uerſatus ſum ut caderem, & dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea & laudatio mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutē. Et niſi quia dominus adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno anima mea. Si dicebam motus eſt pes meus, miſericordia tua domine adiuuabat me. Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo, conſolationes tuę lætificauerunt animam meam. Videntes etiam cor noſtrum in timore domini & patientia roborari dicamus. Et factus eſt dominus firmamentum meum, & eduxit me in latitudine. Scientiam quoq; profectu operum intelligentes nobis augeri, dicamus. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine, Deus meus illumina tenebras meas. Quoniã in te eripar à temptatione, & in Deo me tranſgrediar murum. Dein ſentientes etiam noſmetipſos fortitudinem tolerantię conquiſiſſe, & in ſemita uirtutum facilius ac ſine labore dirigi, dicamus. Deus qui præcingis me uirtute, & poſuiſti immaculatam uiam meam. Qui perficis pedes meos tanquàm cerui, & ſuper excelſa ſtatuens me. Qui doces manus meas ad prælium. Conſecuti etiam diſcretionē per quam roborari poſsimus aduerſarios noſtros elidere, proclamemus ad Deum Diſciplina tua correxerit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit. Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata ueſtigia mea. Et quia taliter ſum roboratus ſcientia tua atq; uirtute, inferam confidenter ea quæ ſequuntur, & dicam. Perſequar inimicos meos, & compræhendam illos, & non conuertar donec deficiant. Conteram illos nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos. Rurſum infirmitatis noſtræ memores nec poſſe nos tam acerbos uitiorum hoſtes fragili carne circundatos ſine illius adiutorio ſupare, dicamus. In te inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabis me. Saluaſti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudiſti. Sed etiam præcinxiſti me uirtute ad bellum, & ſupplantaſti omnes inſurgentes in me ſubtus me. Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti. Sed nec armis noſtris poſſe nos uincere cogitantes, dicamus. Appræhende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mei. Effunde frameam, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me, dic animæ meæ ſalus tua ego ſum. Et poſuiſti ut arcũ æreũ brachia mea, & dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me. Quia nec patres noſtri in gládio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſaluauit eos, ſed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam complacuiſti in eis. Poſtremo uniuerſa beneficia eius cum gratiarum actione mente ſollicita perluſtrantes, ſuper his omnibus quod uel pugnauimus, uel illuminationem ſcientiæ, uel diſciplinam diſcretionis ab eo conſecuti ſumus, uel quod ſuis nos armis inſtruxit, & uirtutis cingulo communiuit, uel quod inimicorum noſtrorum nobis præbuit dorſum, & tribuit uirtutem comminuendi eos ut puluerem ante faciem uenti, intimo cordis affectu clamemus ad eum Diligam te domine uirtus mea, dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus, deus meus adiutor meus & ſperabo in eum, protector meus & cornu ſalutis meæ & ſuſceptor meus, laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.

Quòd non ſolum in naturali conditione, ſed etiam in quotidiana diſpenſatione Dei gratia muniamur. Cap. XVIII.

NOn ſolum pro his ei gratias referentes quod uel rationabiles nos condidit, uel liberi arbitrij poteſtate donauit, uel baptiſmi largitus eſt gratiam, uel ſcientiam legis

legis adiutoriumq; concessit, sed etiam pro his quę erga nos quotidiana eius prouidentia conferuntur, quod scilicet ab aduersariorũ nos insidijs liberat, quod cooperatur nobis ut carnis uitia superare possimus, quod à periculis nos etiam ignorantes protegit, quòd à lapsu peccati communiuit, quòd adiuuat nos & illuminat ut ipsum adiutorium nostrum, quòd non aliud quidam interpretari uolunt quàm legem intelligere & agnoscere ualeamus, quòd pro negligentijs delictisq; nostris eius inspiratione latenter compungimur, quòd dignatione eius uisitati saluberrimè castigamur, quòd ab eo nonnunquàm etiam inuiti trahimur ad salutem, postremo quia ipsum liberum arbitrium nostrũ quòd procliuius fertur ad uitia ad meliorem dirigit frugem, & ad uirtutum uiam instigationis suæ uisitatione contorquet.

Quòd hæc fides ab antiquis patribus sit tradita de gratia Dei. Cap. XIX.

HAec est propriæ erga Deum humilitas, hæc est antiquissimorum patrum sincera fides, quæ penes successores eorum intemerata nunc usq; perdurat. Cui fidei uirtutes apostolicæ quæ sæpenumero per eos manifestatæ sunt, non solum apud nos, sed etiam apud infideles & incredulos, indubitatum testimonium reddunt. Qui simplicẽ piscatorum fidem in corde simplici retinentes, non eam syllogismis dialecticis & Tulliana facundia spiritu concepere mundano, sed experimento uitæ sinceræ, actuq; purissimo, correctione quoq; uitiorum, & (ut uerius dixerim) in ipsa perfectionis inesse naturam oculatis indicijs deprehenderunt, sine qua nec pietas in Deum, nec purgatio uitiorum, nec emendatio morum, nec uirtutum consummatio poterit appræhendi.

De eo qui propter blasphemiam traditus est immundissimo spiritui. Cap. XX.

NOui quendam de fratrum numero quem utinam minime scissem, siquidem post hæc ordinis mei gradu se passus est prægrauari, qui probatissimo cuidam senum uitio carnis semetipsum grauissimo confessus est impugnari, nam contra usum naturæ desiderio patiendi magis quàm inferendi ignominiam intolerabili ęstu libidinis urebatur, tum illum ut spiritalem uerumq; medicũ, interiorem causam morbi huius & originem protinus peruidisse. Qui grauiter suspirans, nequaquàm ait tam nequam spiritui tradi te Dominus permisisset, nisi aliquid blasphemasses in eum. Quo ille cõperto, confestim procidit ad pedes eius in terrã, summaq; admiratione perculsus, tanquàm à Deo cernens arcana sui pectoris patefacta, confessus est in Dei se filium cogitatione impia blasphemasse. Vnde perspicuũ est eum qui superbiæ spiritu possidetur, uel qui in Deũ blasphemus existit tanquàm qui irroget illi iniuriam à quo puritatis speranda sunt dona, perfectionis integritate priuari, & sanctificationem castimoniæ non mereri.

Exemplum Ioas regis Iudæ quo ostenditur quid propter superbiam meruerit. Cap. XXI.

LEgimus tale aliquid Paralipomenon libro. Ioas enim rex Iuda septem annorũ ab Ioada pontifice ascitus in regnum, atq; in omnibus quoaduixit memoratus pontifex testimonio scripturę laudatus est. De quo post obitum Ioiadæ audi quid scriptura commemorat, & quemadmodum elatus superbia ignominiosè fuerit traditus passioni. Postquàm aũt obijt Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem. Qui delinitus obsequijs eorum acquieuit, & derelinquerunt templum domini Dei patrum suorum, seruieruntq; lucis & sculptilibus, & facta est ira magna contra Iudam & Hierusalem propter hoc peccatum. Et post pauca. Cumq; euolutus esset annus ascendit contra eum exercitus Syriæ, uenitq; in Iudam & Hierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atq; uniuersam prædã miserũt regi Damascũ. Et certe cũ pmodicus uenisset numer9 Syrorũ, tradidit dñs in manib. eorũ infinitã multitudinẽ, eo φ dereliqssent dñm deũ patrũ suorũ. In Ioas quoq; ignominiosa exercuere iudicia, & abeuntes dimiserunt eum

eum in languoribus magnis. Vides quàm flagitioſis ac ſordidis paſsionibus tradi mereatur ſuperbia? Qui enim elatus arrogantia ut deũ ſe paſſus eſt adorari, traditur ſecundum apoſtolum in paſsiones ignominiæ & in reprobũ ſenſum, ut patiatur ea quæ non conuenit. Et quia dicente ſcriptura, immundus eſt apud deũ omnis qui exaltat cor ſuũ, iſte qui tumida cordis elatione inflatus eſt, turpiſsimæ confuſioni traditur deludendus, ut humiliatus taliter ſentiret ſemetipſum eſſe uel immundicia carnis & conſcientia impuræ paſsionis immundum, quod animi ſui noluerat elatione ſentire, & ut carnis ignominioſa contagio patefaceret immundiciam cordis eius occultam quam ſuperbiæ malo contraxerat, ac manifeſta pollutio ne corporis ſui probaretur impurus, qui per elationem ſpiritus factum ſe non ſentiebat immundum.

Omnem animam ſuperbam ſubdi ſpiritualibus nequitijs illudendam. Cap. XXII.

QVibus manifeſtè probatur omnem animam quæ ſuperbiæ fuerit tumore poſſeſſa, intellectualibus Syris id eſt nequitijs ſpiritalibus tradi, eamq́ paſsionibus carnis inuolui, ut ſaltem uitijs humiliata terrenis, immundam ſe carnaliter pollutamq́ cognoſcat, quæ tepore mentis erecta immundam ſe in conſpectu Dei per elationem cordis effectam intelligere ante non potuit, quo uel ſic humiliatus quis à priſtino tepore diſcedat, & ignominia carnalium paſsionũ deiectus atq́ confuſus, ad ſpiritalem feruorem deinceps ſemetipſum ardentius conferre feſtinet.

Quòd perfectio attingi niſi humilitatis uirtute non poßit. Cap. XXIII.

EVidenter itaq́ monſtratur, non poſſe quemquàm perfectionis finem ac puritatis attingere niſi per humilitatem ueram, quam primitus fratribus reddens, Deo quoque in penetrabilibus cordis exhibeat, credens ſine protectione eius atq́ auxilio per ſingula ſibi momenta delato perfectionem quam cupit & ad quam magnopere curriſſe penitus obtinere non poſſe.

Quos ſpiritalis ſuperbia pulſet quoſq́ carnalis. Cap. XXIIII.

HVcuſq́ de ſpiritali ſuperbia qua diximus perfectos quoſq́ pulſari, quantũ tenuitas ingenij noſtri præualuit donante Deo dixiſſe ſufficiat. Quod ſuperbiæ genus non multis cognitum nec expertum eſt, quia nec plures ſtudent perfectã cordis apprahendere puritatem, ut ad hos præliorum gradus ualeant peruenire, nec præcedentium uitiorum quorum in ſingulis libellis naturam pariter remediaq́ præmiſimus, procurat ulla purgatio Sed illos ſolũmodo pulſare ſolet, qui deuictis ſuperioribus uitijs iam prope modum ſunt in uirtutũ culmine collocati. Quos quia lapſu carnali ſubtiliſsimus hoſtis ſuperare non quiuit: ſpiritali ruina deijcere ac ſupplantare conatur per hanc illis uniuerſis ueterum ſtipendiorum meritis multo labore quæſitis ſpoliare contendens. Cæterum nos qui adhuc terrenis ſumus paſsionibus inuoluti nequaquã hoc modo temptare dignatur, ſed craſsiore &, ut ita dixerim, carnali elatione ſupplantat. Et idcirco de hac qua maximè nos ſeu noſtræ menſuræ homines ac pręcipuè iuniorum uel incipientium mentes periclitari ſolent, neceſſarium reor ſecundum promiſsionem noſtram pauca depromere.

Deſcriptio carnalis ſuperbiæ uel quæ mala in monachi mente parturiat. Cap. XXV.

HAec igitur quam diximus carnalis ſuperbia, cum tepido ac male arrepto renunciationis principio in monachi reſederit mente, de priſtino ac ſeculari eum tumore ad ueram Chriſti humilitatem deſcendere non permittens, primum inobedientem eum reddit & aſperum, deinde mitem atque affabilem eſſe non patitur, æqualem quoque fratribus fieri cõmunemq́ non ſinit, nec ſecundum Dei ac ſaluatoris noſtri mandatum ſpoliari terrenis opibus nudariq́ concedit, & cum renunciatio nihil aliud ſit, niſi mortificationis & crucis iudicium, nec ualeat alijs inchoari uel conſurgere fundamentis, quàm ut ſe non ſolum actibus huius mundi ſpiritualiter nouerit interemptum,

uerumetiam corporaliter quotidie credat esse moriturum, e contrario facit eum uitam sperare longæuã, infirmitates proponit ei prolixas & multas, confusionem quoq; incutit ac pudorem, si nudus effectus alienis & non proprijs facultatibus ceperit sustentari, persuadet etiam multo esse melius uictum indumentumq; sibi sua potius quàm aliena substantia ministrari, secundum illud scilicet, quod quemadmodum dictum sit tali hebetudine ac tepore cordis obtusi, ne intelligere quidem aliquando potuerunt. Beatus est magis dare quam accipere.

Quod male fundatus quis ad deteriorem statum quotidie prolabatur. Cap. XXVI.

TAli igitur diffidentia mentis obsessi, & à scintilla fidei qua uisi fuerant in primordijs suæ cõuersionis accēsi, diabolica infidelitate reuocati, incipiunt pecunias quas ante dispergere ceperant diligentius custodire, & eas uelut qui semel profligatas ulterius reparare non possint, auaricia uehementiore conseruãt, seu quod est deterius ea quæ prius abijcerant resumentes, uel certe quod est tertium ac teterrimum nequitiæ genus quæ nec ante quidem possederant congregantes, nihil amplius egressi è seculo quam nomen acquisisse tantummodo ac uocabulum monachi comprobantur. Super hæc igitur initia male uitioseq; fundata necesse est ut uniuersa deinceps uitiorum structura cõsurgat, nec quicquam supponi pessimis ualeat fundamentis, nisi quod miserabilem animam ruina lugubriore prosternat.

Expositio uitiorum quæ per morbum superbiæ generantur. Cap. XXVII.

TAlibus siquidem passionibus obdurata, atq; à detestabili tepore incipiens, necesse est ut in deterius quotidie proficiat, & reliquã quoq; uitã suã deformiore fine concludat, dumq; cupiditatibus pristinis oblectatur, ac secundum Apostolum sacrilega Philargyria uincitur, ita eodẽ pronunciante de illa, & philargyria quæ est simulachrorũ seruitus, & iterum: radix enim inquit omnium malorum est philargyria, nunq; possit in corde suo humilitatẽ Christi simplicẽ ueramq; suscipere, cum uel de nobilitate nataliũ gloriatur, uel inflatur de seculi quã corpore non mente deseruit dignitate, uel pecunijs, quas ad ruinã suam retentat extollitur, per quæ iam non monasterij iugum sustinere cõtentus est, nõ senioris ullius institui disciplina. Quisq; enim superbiæ morbo fuerit occupatus, non solum nullam subiectionis aut obedientiæ regulam custodire dignatur, uerum ne ipsam auribus quidem suis doctrinam perfectionis admittit, tantumq; concrescit in corde eius spiritalis uerbi fastidiũ, ut cum forte talis fuerit oborta collatio, uno in loco stare nesciat eius obtutus, sed huc atq; illuc stupidus circunferatẽ intuitus, aliorsum & in obliquum quam moris est oculi defigantur. Pro suspirijs enim salutaribus sputa de sicco gutture contrahuntur, excreationes etiam sine ulla interpellatione phlegmatis prouocantur, digiti ludunt & in modum quiddam scribẽtis uolitant atq; depingunt, & ita huc atq; illuc uniuersa membra corporis commouentur, ut dum spiritalis agitatur collatio, totũ se uel scatentibus uermibus uel acutissimis sudibus credat insidere, & quicquid simplex collatio ad ędificationem protulerit audientium, ob suam sugillationẽ æstimet esse prolatum. Totoq; tempore quo spiritalis uitæ examinatio uentilatur suis suspitionibus occupatus, non quid exinde ad profectum suum capere debeat aucupatur, sed causas cur unumquodq; sit dictum sollicita mente perquirit, uel quid eis possit obijcere tacita intra se cordis uolutatione coniectat, ut nihil ex his quæ saluberrimè sunt digesta penitus apprehendere aut in aliquo ualeat emẽdari. Et ita fit ut non solum in nullo ei proficiat collatio spiritalis, uerumetiam damnosa magis exīstat, efficiaturq; causa maioris peccati. Dum enim pro conscientia sua totum contra se suspicatur esse prolatum, uehementior cordis obstinatione duratur, iræ quoq; stimulis acrius instigatur. Deinde post hæc excelsa uox, sermo rigidus, amara & turbulenta responsio, incessus erectus ac mobilis, lingua facilis, procax loquela, nec unquam taciturnitatis amica, nisi cum contra fratrem rancorem quendam in suo corde conceperit, fitq; silentium eius non cõpunctionis nec humilitatis ullius, sed superbiæ & indignationis indicium, ita ut quid in eo detestabilius sit haud facilè discernatur, utrum diffusa illa petulansq; lætitia, an dira hæc uirulentaq; seritas. In illa nanq; sermo non oportunus risus leuis ac fatuus, effrenata ac indisciplinata

MM cordis

cordis elatio, in iſta uerò plenum uirulentumq́ ſilentium, et quod ob hoc tantum concipitur, ut aduerſus fratrem rancor taciturnitate ſeruatus protelari diutius poſſit, nō ut ex eo uirtus humilitatis ac patientiæ præbeatur. Et cum ipſe tumore poſſeſſus facilè cunctis triſticias inferat, atq; ad ſatisfactionē læſi fratris ſemetipſum ſubmittere dedignetur, etiam ab illo ſibimet oblatā reſpuit atq; contēnit. Et non ſolum nulla fratris ſatisfactione compungitur atq; mollitur, uerum etiam cur ab eo ſit in humilitate præuentus grauius indignatur. Fitq; ei ſalutaris humilitas ac ſatisfactio, quæ finem diabolicis intētionibus ſolet inferre, cauſa uehementioris incendij.

De fratris cuiuſdam ſuperbia. Cap. XXVIII.

AVdiui in hac duntaxat regione, q̄d horret pudetq́ reuoluere, quendā iuniorū cum à ſuo increparetur abbate, cur humilitatē quā renuncians pro modico tēpore retentaret, cœpiſſet excedere, ac diabolica inflari ſuperbia, ſumma cōtumacia reſpondiſſe. Nunquid ob hoc memetipſum humiliaui pro tēpore, ut ſemp ſubditus ſim? Ad q̄d eius tam effrenatū ſceleſtumq́ reſponſum, ita eſt ſenior obſtupefactus omniſq; eius interceptus eſt ſermo, uelut qui ab illo ipſo antiq̄ lucifero uerba hæc prolata non ab homine pcepiſſet, ut nullā uocē aduerſus tantā proteruiam de ore ſuo prorſus emittere niſi gemitus de corde tantūmodo ac ſuſpiria potuerit, illud ſolum tacitus intra ſemetipſum uoluēs q̄d de dn̄o noſtro ſaluatore dicit̄, qui cum in forma Dei eſſet, humiliauit ſe factus obediens, non ut ille ait diabolico ſpiritu ac tumore poſſeſſus, pro tēpore, ſed uſq; ad mortem.

Indicia quibus ſuperbia carnalis animæ in eſſe cognoſcitur Cap. XXIX.

ET ut breuius ea quæ dicta ſunt de hoc ſuperbiæ genere perſtringamus, quædam ſigna eius in quantum poſſumus colligētes, ut his qui de perfectione ſitiunt erudiri, quodāmodo characteres eius de exterioris hominis motibus exprimamus, neceſſarium puto paucis eadem replicari, ut compendioſius agnoſcamus quibus eam diſcernere ac deprehendere ualeamus indicijs, quo nudatæ atq; in ſuperficiem productæ paſſionis huius radices & oculatim deprehenſæ atq; perfectæ, uel conuelli facilius ualeant uel uitari. Tunc enim poterit peſtifer morbus ad integrum declinari, cum contra ipſius pernicioſos æſtus & impetus noxios non ſera obſeruantia cum iam dominantur aſſumitur, ſed cum præcedentes eius (ut ita dixerim) lineas agnoſcentes prouida cum ſagacitq; diſcretione præcurrimus. De exterioris nanq; ſicut prædiximus hominis motu, inerioris ſtatus agnoſcitur. His igitur indicijs carnalis iſta quam præfati ſumus ſuperbia declaratur. Ineſt primitus in loquela eius clamor, in taciturnitate amaritudo, excelſus & effuſus in læticia riſus, irrationabilis in ſerietate triſticia in reſponſione rancor, facilitas in ſermone, uerba paſſim ſine ulla cordis grauitate erumpētia. Expers patientiæ eſt, charitatis aliena audax ad contumelia irrogandas, ad tolerandas puſillanimis, ad obediendum difficilis niſi in quo eam deſiderium ſuum uoluntaſq́ præuenerit, ad recipiendam exhortationem implacabilis, ad reſecandas uoluntates ſuas infirma, ad ſuccumbēdum alienis duriſſima, ſemperq́ ſuas diffinitiones ſtatuere cōtendens, ipſa uerò nequaquam cedere alterius acquieſcēs, & ita fit ut etiam incapax conſilij ſalubris effecta, in omnibus ſuo potius quàm ſeniorum credat iudicio.

Tepefactus quis per ſuperbiam alijs quoq; præeſſe deſideret. Cap. XXX.

QVibus deſcenſuum gradibus is quem ſemel poſſidet deuolutus iam ipſam diſciplinam cœnobij perhorreſcit, ac ueluti qui fratrum conſortio de perfectione retrahatur, ac de bono patientiæ atq; humilitatis aliorum uitio & impedimento reuocetur, habitationem ſolitariæ uitæ deſiderat, ſeu terte uelut plures alios lucraturus conſtruere monaſterium, & quos docere atq; inſtituere debeat congregare feſtinat, ex diſcipulo neq; deteſtabilior magiſter effectus. Nam cum huiſcemodi elatione cordis in perniciosiſſimum teporem noxiumq́ corruerit, & nec uerus monachus nec ſecularis effectus ſit, quod eſt deterius etiam perfectionem ſibi ex hoc ipſo miſerabili ſtatu & conueſatione promittit.

Quomodo superbiam uincere uel ad perfectionem peruenire poßimus. Cap. XXXI.

QVamobrem si ædificij nostri fastigia perfecta uolumus ac placentia deo consurgere fundamenta eius non secundum nostræ libidinis uoluntatem, sed secundum districtus euangelicæ disciplinam iacere festinemus, quæ alia esse non possunt quã timor dei atque humilitas quæ de mansuetudine & cordis simplicitate descendit. Humilitas uerò nullatenus poterit absque nuditate conquiri. Qua peregrinante, nec obedientiæ bonum, nec patientiæ robur, nec mansuetudinis tranquillitas, nec consummatio charitatis ullatenus poterit apprehendi, sine quibus cor nostrum habitaculum spiritussancti penitus esse non poterit, ita pronunciante domino per prophetam. Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem uerba mea? Siue secundum exemplaria quæ Hebraicam exprimunt ueritatem. ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem uerba mea?

Quomodo depopulatrix omnium uirtutum superbia per ueram humilitatem poßit extingui. Cap. XXXII.

QVapropter athleta Christi spiritalem agonem legitimè certans à domino desiderat coronari, hanc quoque ferocissimam bestiam ut deuoratricem cunctarum uirtutum omnimodis festinet extinguere, certus quod hac in suo pectore commorãte, non solum omnigenis uitijs carere non possit, uerum etiam si quid uirtutis habere uideatur huius ueneno depereat. Nullo enim modo poterit in anima nostra uirtutum structura consurgere, nisi prius iacta fuerint uerę humilitatis in nostro corde fundamenta, quę firmissimè collocata perfectionis & charitatis culmen ualeant sustinere, ita scilicet ut quemadmodum diximus primum fratribus nostris humilitatem ueram intimo cordis exibeamus affectu, in nullo scilicet acquiescentes eos contristare uel lædere. Quod nullatenus poterimus implere, nisi abrenunciatio uera quæ in expoliatione omnium facultatum ac nuditate cõsistit, in nobis fuerit Christi amore fundata, deinde obedientiæ iugum & subiectio simplici corde ac sine ulla fuerit simulatione suscepta: ita ut pręter abbatis mandatum nulla penitus uoluntas uiuat in nobis. Quod non aliter obseruari poterit, nisi quis non solum se mortuum huic mundo, uerumetiam insipientem iudicauerit ac stultum, uniuersa quæ sibi fuerit à senioribus imperata sine ulla discussione perficiens, sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata.

Remedia aduersus morbum superbiæ. Cap. XXXIII.

IN qua consistentibus qualitate proculdubio status ille humilitatis ueræ tranquillus atque immobilis subsequetur, ut nosmetipsos inferiores omnibus iudicantes, uniuersa quę nobis fuerint irrogata, tam etsi iniuriosa sint tanquàm à superioribus nostris illata patientissimè toleremus. Quæ quidem à nobis non solum facillime tolerabuntur, uerum etiam parua iudicabuntur ac nulla, si mente iugiter recolamus uel domini nostri uel sanctorum omnium passiones, considerantes tanto leuioribus nos iniurijs attemptari, quanto longius à meritis eorum & conuersatione distamus, pariter etiam cogitantes in breui nos de hoc seculo migraturos, eorumque nos celeri uitæ huius fine mox futuros esse consortes. Peremptoria nanque est hæc contemplatio, non solum superbiæ, uerumetiam generaliter omnium uitiorum. Deinde post hæc hanc eandem humilitatem erga deum firmissimè retentemus. Quod à nobis ita complebitur, ut nihil nosmetipsos absque illius opitulatione uel gratia quod ad uirtutum consummationem pertinet, posse perficere cognoscamus, sed & hoc ipsum quod intelligere meruimus eius esse muneris, in ueritate credamus.

De spiritu superbiæ libri duodecimi finis.

IOANNIS CASSIANI IN DECEM COL-LATIONES PATRVM, PRAEFATIO.

DEbitum quod beatissimo papæ Castori in eorum uoluminũ præfatione pro/
missum est, que de institutis cœnobiorũ, & octo principaliũ uitiorum remedijs
duodecim libellis dño adiuuante digesta sunt, in quo tenuitas nostri sufficit
ingenij utcunq; sarcitũ est. Viderim sanè: qd sup hoc uel illius, uel nostri fue/
rit examinis æquitate perpensum: utrum in rebus tã profundis tamq; sublimibus, & quæ
in usum stili, ut arbitror antea nõ uenerunt: dignũ aliqd cognitioni uestræ omniumq; san
ctorum fratrũ desiderio prõpserimus. Nunc autẽ quia derelinquẽs nos põtifex supradi/
ctus migrauit ad Christũ: has interim decẽ collationes summorũ patrum, id est, anacho/
retarum, qui in eremo Schytiæ morabãtur, quas ille incõparabili flagrans studio sanctita
tis: simili sibi iusserat sermone cõscribi, non perpendẽs præ multitudine charitatis, quan
to infirmas ceruices pondere prægrauaret: uobis potissimum, ô beatissimè papa Leon/
ti, & sancte frater Helladi credidi consecrandas. Alter siquidẽ uestrum memorato uiro
& germanitatis affectu, & sacerdotij dignitate, & quod his maius est sancti studij feruo-
re coniunctus hæreditario fraternum debitum iure deposcit. Alter anachoretarum insti/
tuta sublimia, non, ut quidã propria aggressus est presumptione sectari, sed legitimũ do/
ctrinæ tramitem, sancto spiritu suggerente penè antequã disceret apprehendens, non
tam suis adinuẽtionibus: quã illorum traditionibus maluit erudiri. In quibus mihi nũc in
portu silentij cõstituto immensum pelagus aperitur, ut scilicet de instituto atq; doctrina
tantorũ uirorum: quædã tradere audeam memoriæ litterarum. Tanto enim profundioris
nauigationis periculis fragilis ingenij cymba iactãda est, quantũ à cœnobijs ἀναχώρησις,
& ab actuali uita quæ in congregationibus exercetur contẽplatio Dei, cui illi inæstima
biles uiri semp intenti sunt, maior atq; sublimior est. Vestrum igitur est conatus nostros
pijs oratoribus adiuuare, ne aut tam sancta materia imperito quidem sed fideli sermone
promenda periclitetur in nobis, aut rursus eiusdẽ materiæ abyssis obruatur nostra rustici/
tas. Proinde ab exteriore ac uisibili monachorum cultu, quẽ prioribus digessimus libris,
ad inuisibilẽ interioris hominis habitum transeamus, & de canonicarũ orationũ modo
ad illius quã Apostolus præcipit orationis ppetuæ iugitatẽ ascẽdat eloquiũ, ut quisquis
iam superioris operis lectionẽ Iacob illius nomẽ intelligibilis carnaliũ uitiorũ supplan/
tatione promeruit. Nunc etiã non tam me quã patrum instituta suscipiens, diuinæ iam pu
ritatis intuitu ad meritum (& ut ita dixerim dignitatẽ) transiens Israëlis quid in hoc quo/
que perfectionis culmine debeat obseruare similiter instruatur. Obtineant itaq; oratio/
nes uestræ, ab eo qui dignos nos: uel uisu eorum, uel discipulatu, uel consortio iudicauit,
ut nobis earundẽ traditionum memoriã plenam & sermonẽ ad dicendum facilem cõfer/
re dignetur, quo tam sanctę eas tamq; integrę quam ab ipsis accepimus explicãtes, ipsos
quodãmodo suis institutis incorporatos, & quod est maius latino disputantes eloquio
uobis exhibere possimus. Hoc sanè uolumus ante omnia tam harum collationum quàm
superiorum uoluminum præmonitum esse lectorẽ, ut si qua forte in his pro status sui &
propositi qualitate, siue pro usu & cõuersatione cõmuni: uel impossibilia putauerit esse,
uel dura: non ea secundũ suæ facultatis modulum, sed secundũ dignitatẽ & perfectionẽ
loquentium metiatur, quorum prius studium atq; propositum mente concipiat, quo uerè
mortui huic conuersationi mundanæ, nullis affectionibus parentum carnalium: nullis a/
ctuum seculariũ nexibus obligãtur. Deinde locorum quoq; in quibus cõmorantur, con
sideret qualitatẽ, qua in solitudine uastissima constituti atq; uniuersorũ mortalium con/
sortio separati, & per hoc illuminationẽ sensuum possidentes contemplantur uel prolo
quuntur, ea quæ inexpertis atq; ineruditis pro cõditione: & mediocritate consuetudinis
suæ impossibilia forsitan uidebunt: De quibus tamẽ si qs uoluerit uerã pferre sententiã,
& utrũ impleri queant desiderat experiri, festinet prius eorũ ppositũ simili studio & cõ/
uersatiõe suscipe, & tunc demũ ea q̃ supra facultatẽ hoĩs uidebunt, nõ solũ possibilia: ue
rumetiã suauissima dephendet. Sed nunc iã ad collatiões eorũ & instituta properemus.

PRAEFATIO FINIT.

ABBATIS MOSI COLLATIO PRIMA, DE MONACHI DESTINATIONE VEL FINE. CAPVT PRIMVM.

CVm in eremo Schyti ubi monachorum probatissimi patres: & omnis cōmorabatur pfectio: Abbatē Mosen qui uehemētius inter illos egregios flores nō solū in actuali, uerumetiā theorica uirtute flagrabat institutiōe eius fundari cupiens expetissem: una cum sancto Germano, cum q̄ mihi ab ipso tyrocinio ac rudimētis militiæ spiritalis ita indiuiduū deinceps contuberniū, tam in cœnobio quā in eremo fuit, ut cuncti ad significandā sodalitatis ac propositi sensusq; nostri parilitatē, pnunciarēt, unā mentē, atq; animā duobus inesse corporibus, pariterq; ab eodem abbate ædificationis sermonē fusis lachrymis ambiremus. Quippe cuius hunc animi rigorē manifestissime noueramus, ut nisi fideliter desiderātib. & cum omni cordis cōtritione querētibus nequaq; penitus acquiesceret perfectionis aperire doctrinam, ne scilicet si passim uel uolētibus uel tepide sitientibus exhiberet, res necessarias & quæ solis perfectionē cupientibus debēt esse cōpertæ, indignis & fastidiosè suscipientibus pandens: aut iactantiæ uitium aut proditionis crimen uideretur incurrere tandem fatigatus precibus nostris, ita exorsus est.

De interrogatione Abbatis Mosi quærentis qui monacho scopos, uel quis sit finis. Cap. II.

OMnes, inquit, artes ac disciplinæ scopon quendā, id est, destinationē & finē proprium habere noscunt, ad quē respiciens uniuscuiusq; artis industrius appetitor, cunctos labores & pericula dispēdiaq; uniuersa æquanimiter gratāterq; sustētat. Nā & agricola flagrātes radios solis, pruinas quoq; & glaciē non declinās terrā infatigatus exercet & indomitas agri glebas frequenti uomere subigit, dum scopon seruat, ut eam cūctis sentibus expurgatā uniuersisq; graminibus absolutā in modū solubilis harenæ, fauillæq; cōminuat: finem, id est, perceptionē copiosarū frugū: & exuberantiā segetū non alias adepturum se nisi hac operis, ac sudoris sui ratione confidēs, quo uel ipse deinceps uitā securus exigere: uel suā possit amplificare substantiā. Referta etiam frugibus horrea libenter exhaurit, easq; sulcis agri cōmendat instanter, præsentē diminutionē futurarū messium contēplatione non sentiens. Illi etiā qui negociationū solent exercere cōmertia non incertos pelagi timent casus, non ulla discrimina phorrescunt, dum ad finē quęstus spe ppposita prouocant. Nec non etiā hi qui miliciæ mūdialis ambitione inflāmantur dū prospiciunt honorū ac potestatū finē, peregrinationū exitia ac pericula nō sentiunt: nec pręsentibus erūnis. bellisq; frāguntur, dum ppositum sibi dignitatis finē cupiunt obtinere. Habet ergo & nostra professio scopon propriū, ac finē suum pro quo labores cunctos non solū infatigabiliter, uerumetiā gratāter impendimus, ob quem nos ieiuniorū inedia non fatigat, uigiliarū lassitudo delectat, lectio ac meditatio scripturarū cōtinuata non satiat, labor etiam incessabilis, nuditasq; & omniū rerū priuatio iocundissimè sustinet, nec horror huius uastissimę solitudinis formidat. Ob quē uos ipsi proculdubio parentū spreuistis affectū, & patriū solū ac delicias mundi ptransitis regionibus despexistis, ut ad nos homines rusticos & idiotas in hoc eremi squalore degentes peruenire possetis. Propter quod respondete inquit mihi quæ sit destinatio uestra uel finis, qui ad hæc omnia libentissimè sustinenda uos prouocat?

De responsione nostra. Cap. III.

ET cum persisteret nostram elicere super inchoata disputatione sententiam, respondimus, regni cœlorum causa hæc cuncta tolerari.

De interrogatione Mosi super propositione prædicta. Cap. IIII.

AD q̄d ille. Bene inquit & argute de fine dixistis, q uerò debeat scopos noster esse, id est, destinatio, cui iugiter inhærētes finē ualeamus attingere, præ omnibus nosse debetis. Et cū ignorationē cōfessi simpliciter fuissemus, ait: In omni, ut dixi, arte ac disciplina pcedit quidā scopos, id est, animi destinatio, siue incessabilis mētis intētio, quā nisi qs omni studio pseuerantiaq; seruauerit, nec ad finē desiderati fructus poterit puenire. Nam ut dixi agricola finē habens, securè copioseq; uiuēdi in puentu segetū fecundarū, scopon, id est, destinationē gerit, agrū suum sentibus cunctis absoluere, eumq; uniuersis

infructuosis uacuare graminibus, nec aliter se quieti finis opulentiã adepturum cõfidit, nisi id quod usu obtinere desiderat quadã prius operis: ac spei suæ ratione possideat. Negociator quoq; illud uel istud mercandi desideriũ non deponit, per quod possit quæstuosius diuitias congregare, quia frustra concupisceret lucrum, nisi uiam qua ad id tenderet, elegisset. Et qui certis quibusq; dignitatibus mundi huius cupiunt honorari, cui se officio uel ordini debeant mancipare, ante proponunt, ut per legitimum spei tramitẽ, finem quoq; ualeant desideratæ dignitatis attingere. Itaq; & uitæ nostræ finis quidẽ est regnum dei, qui uerò sit scopos debet diligẽter inquiri. Qui si nobis similiter cõparatus non fuerit, frustra nitẽdo fatigabimur, quia sine uia tẽdentibus labor est itineris, non profectus. Ad quod obstupescentibus nobis, senex intulit. Finis quidẽ nostrę professionis, ut diximus, regnũ dei seu regnũ cœlorũ est. Destinatio uerò nostra, id est, scopos puritas est cordis sine qua ad illum finẽ impossibile est quẽpiam peruenire. In hac enim destinatiõe defigentes nostræ destinationis obtutus uelut ad certam lineam cursum rectissimum dirigimus. At si paululum quid ab hac cogitatio nostra deflexerit, ad contemplationem eius illicò recurrẽtes: rursus eam uelut quadam norma certissima corrigamus, quæ semper omnes conatus nostros ad unum hoc reuocans signum, arguet statim si à proposita directione mens nostra uel paululum deuiarit.

De comparatione eius qui destinata ferire contendat. *Cap.* V.

QVemadmodũ hi quibus usus est bellica tela tractandi, cum ante regẽ mundi huius artis suæ cupiunt peritiã demonstrare, in paruissima quadã scutula, quæ figurata in se cõtinet premia, iacula sua, uel sagittas intorquere contẽdunt, certi q; non alias, nisi destinationis suæ linea ad finẽ possint desiderati prẽmij ꝑuenire, securi de illo, si modo propositũ scopon ualuerint obtinere. Qui si forte ab eorũ fuerit subtractus intuitu, nec inde clinabiliter ei sagacissimorũ obtutuũ ꝑuicatia inhæserint, quantũlibet recto tramite cassa imperitorũ deerret intentio, excidisse se tamẽ à contẽplatione nõ sentiẽt, & cum sibi efficacissimis telorũ emissionibus uideanẽ inniti, frustrato inertiæ labore falluntur, quia illum subtilissimũ destinationis limitẽ persequi oculis ac mẽte non norunt, & cum inutiles in aëra uacuosq; iactus effuderint, in quo peccauerint, quoue decepti sint dijudicare non possunt, quippe quos nulla mẽsura proposita arguit, quantum à directione discesserint, nec quo deinceps corrigere uel reuocare debeãt lineã disciplinæ docere potest passiuus obtutus. Ita igitur & nostri propositi finis quidẽ, secundũ Apostolũ, uita æterna est, ita eodẽ pronunciante. Habentes quidẽ fructũ uestrum in sanctificatione, finẽ uerò uitam æternã. Scopos uerò est puritas cordis. Quã sanctificationẽ non immerito nuncupauit, sine qua prædictus finis non poterit apprehẽdi. Ac si dixisset alijs uerbis. Habẽtes quidẽ scopon uestrũ in cordis puritate, finẽ uerò uitam ęternã. De qua destinatione docẽs nos idẽ beatus Apostolus, ipsum nomẽ, id est, scopon significãter exprimẽs, ita intulit. Quæ posteriora sunt obliuiscens, ad ea uerò quæ priora sunt extendens me ad destinatũ persequor brauiũ supernæ uocationis dñi. Quod euidentius in Græco ponitur τὰ μὲν ὀπίσω, ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ. id est, secundum destinationẽ persequor: Tanq; si dixisset: Hac destinatiõe, qua illa quæ pꝯsteriora sunt obliuioni transmitto, id est, anterioris hominis uitia, ad finem brauij cœlestis peruenire contendo. Quicquid ergo nos ad hunc scopon, id est, puritatẽ cordis potest dirigere, tota uirtute sectandum est, quicquid autem ab hac retrahit, ut perniciosum ac noxium deuitandum. Pro hac enim uniuersa toleramus & agimus, pro hac parentes & patria, dignitates, diuitiæ, deliciæ mundi huius, & uoluntas uniuersa cõtemnitur, ut scilicet puritas cordis perpetua ualeat possideri. Hac itaq; nobis destinatiõe proposita, semper actus nostri & cogitationes ad eam obtinendam rectissimè dirigentur. Quæ si præ oculis nostris iugiter statuta non fuerit, non solum cunctos labores nostros, uarios pariter atq; instabiles reddẽs incassum eos ac sine ullo emolumẽto faciet effundi, sed etiam cogitationes omnes diuersas sibiq; contrarias suscitabit. Necesse est enim mentem quo recurrat, cuiue principaliter inhæreat non habentẽ per singulas horas atq; momenta pro incursuum uarietate mutari, atq; ex his quæ extrinsecus accidunt, in illum statum continuo transformari, qui sibi primus occurrerit.

De his qui abrenunciantes mundo ad perfectionem sine charitate contendunt. *Cap.* VI.

HInc nanque est, quod nonnullos mundi huius maximas facultates, & non solũ multa auri & argenti talenta, uerumetiam prædiorum magnificentiã contemnentes, post hæc uidimus pro scalpello, pro graphio, pro acu, pro calamo commoueri. Qui si cõtemplationem cordis mundi fixam tenerent, nunquam utique pro paruis rebus admitterent, quod ne pro magnis ac preciosis incurrerent opibus, easdẽ penitus abijcere maluerunt. Nam & plerunque nonnulli tanto zelo codicem seruãt, ut eum ne leuiter legi quidem uel contingi ab aliquo patiantur, & inde furoris occasiones, & impatientiæ ac mortis incurrant, unde monentur stipendia patientiæ & charitatis acquirere. Cunque omnes diuitias suas pro Christi amore dispersérint, pristinum tamen cordis affectum in rebus paruis ac minimis retentantes, & pro ipsis nonnunquam mobiliter irascentes, ueluti qui non habeant Apostolicam charitatem ex omnibus infructuosi sterilesque redduntur. Quod in spiritu beatus Apostolus præuidens. Et si distribuero, inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam: nihil mihi prodest. Vnde liquido comprobatur perfectionem non statim nuditate, nec priuatione omnium facultatum seu dignitatum abiectione comprehendi, nisi fuerit charitas illa cuius Apostolus membra describit in ueritate possessa: quæ in sola cordis puritate consistit. Nam quid est aliud non emulari, non inflari, non irritari, non agere perperam, non quærere quæ sua sunt, nisi proprias admodum res summa æquitate contemnere, & ab auferente non quærere, non super iniquitate gaudere, nõ cogitare malum, & reliqua, nisi cor perfectum ac mundissimum deo offerre, ac uacuum illud à cunctis perturbationibus exhibere?

De appetenda tranquillitate cordis. *Cap.* VII.

OMnia igitur huius gratia gerẽda appetendaque sunt nobis, pro hac solitudo sectanda est, pro hac ieiunia, uigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem, cæterasque uirtutes debere nos suscipere nouerimus, ut scilicet per illas ab uniuersis passionibus noxijs illæsum parare cor nostrum, & conseruare possimus, & ad perfectionem charitatis istis gradibus innitendo conscendere, & non propter has obseruantias, si forte honesta ac necessaria occupatione præuenti solennitatem initæ consuetudinis non potuerimus implere, incidamus in tristiciam, uel iram, siue indignationem, ob quæ expugnanda illud quod prætermissum est fueramus acturi. Non enim tantum est lucrum ieiunij, quantum iræ dispendium, nec tantus lectione capitur fructus, quantum contemptu fratris incurritur detrimentum. Ea igitur quæ sequentia sunt, id est, ieiunia, uigiliæ ἀναχώρησι, meditatio scripturarum, propter principalem scopon, id est, puritatem cordis, quod est charitas, nos conuenit exercere, & non propter illa principalem hanc perturbare uirtutem qua in nobis integra illibataque durante, nihil oberit si aliquid eorum quę sequentia sunt pro necessitate fuerit prætermissum. Siquidem nec proderit uniuersa fecisse, adempta hac quam diximus principali causa cuius obtentu sunt omnia perpetranda. Ob hoc enim quis utensilia cuiuslibet artis instituere sibimet præparare festinat, non ut ea possideat ociosè, nec ut emolumenti illius fructum qui speratur ex ipsis in nuda instrumentorum possessione constituat, sed ut eorum ministerio peritiam, finemque illius disciplinæ cuius hæc adiumenta sunt efficaciter apprehendat. Igitur ieiunia, uigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio: sed perfectionis instrumenta sunt, quia non in ipsis consistit disciplinæ illius finis, sed per illa peruenitur ad finem. Incassum igitur hæc exercitia molietur, quisquis his uelut summo bono contentus, intentionem sui cordis huc usque affixerit, & non ad capiendum finem propter quem hæc appetenda sunt, omni conatu semet extenderit, habens quidem disciplinæ illius instrumenta, finem uerò in quo omnis collocatus est fructus ignorat. Quicquid igitur potest istam mentis nostræ puritatem tranquillitatemque turbare, quamuis utile ac necessarium uideatur, ut noxium deuitandum est, hac enim norma & errorum peruagationumque omnium dispersionem poterimus euadere, & desideratum finem linea certe directionis attingere.

De principali conatu erga diuinarum rerum contemplationem, & similitudinem Mariæ & Marthæ. Cap. VIII.

Hic ergo nobis principalis debet esse conatus, hæc immobilis destinatio cordis iugiter affectāda est: & tenēda, ut diuinis rebus ac deo mens semp inhæreat: quicqd ab hac diuersum est, quāuis magnū, secundū tamen aut etiā inferius seu certè noxiū iudicandū est, huius mētis uel actus figura, etiā in Euāgelio Marthā & Mariā pulcherrimè designat. Cum eñ Martha sancto utiliq; ministerio deseruiret, utpote quæ ipsi dño eiusq; discipulis ministrabat, & Maria spiritali tantūmodo intēta doctrinæ Iesu pedibus inhereret, q̄s osculās bonæ cōfessionis liniebat unguēto, pfertur tamē à dño qd & meliorē elegerit partē, & eā quæ ab ea non possit auferri. Nā cum laboraret Martha pia sollicitudine ac dispēsatione distēta, solā se uidēs ad tantū ministeriū nō posse sufficere adiutorium sororis à dño postulabat dicēs: Nū tibi placet qa soror mea reliqt me solā ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Vtiq; nō ad uile opus sed ad laudabile eā ministeriū puocabat. Et tamen qd audit à dño? Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Paucis uerò opus est aut etiā uno. Maria bonā partē elegit quæ nō auferetur ab ea. Videtis ergo principale bonū in theoria sola, id est, in contemplatione diuina dñm posuisse, unde cæteras uirtutes licet necessarias & utiles bonasq; pnunciemus, secundo tamē gradu censendas esse decernim9, qa uniuersę huius unius patrant obrētu. Dicēs eñ dñs: Sollicita es, et turbaris circa plurima, paucis uerò opus est, aut etiā uno summū bonū nō actuali quāuis laudabili opere, & multis fructib: abundāti, sed in diuina contēplatione, q̄ uerè simplex & una est: collocauit, paucis opus esse pnunciās ad perfectā beatitudinē, id est, illā theoriā q̄ prius in paucorū seruat cōsideratione sanctorū, à q̄rum contēplatione conscendens is q adhuc in pfectu positus est, ad illud quoq; q̄d dicit unum, id est, dei solius intuitū, ipso adiuuāte pueniet ut scilicet etiā sanctorum actus ac ministeria mirifica suggressus, solius dei iā pulchritudine scientiaq; pascat. Maria ergo bonā partē elegit quæ nō auferet ab ea. Et hoc diligentius intuendū est. Nā cum dicit: Maria bonā partē elegit, licet taceat de Martha, & nequaq; eā uituperare uideat, illā tamē laudās hac inferiorē pnuncians. Rursum cum dicit, quæ non auferetur ab ea, ostendit quod ab hac sua portio possit auferri. Nec enim ministerium corporale cum homine poterit iugiter permanere. Illius uerò studium nullo ulteriore æuo docet posse finiri.

Interrogatio quomodo efficientia uirtutum non cum homine perseueret. Cap. IX.

Germanus. Ad quod nos ualde permoti, quid ergo, diximus labor ieiuniorū, lectionis instantia, opera misericordiæ, iusticiæ pietatis, & humanitatis auferētur à nobis, & non permanebunt cum authoribus suis, psertim cum ipse dñs retributionē regni cœlorum ob hoc promittat se talibus redditurū dicēs: Venite benedicti patris mei possidete regnū uobis paratū à cōstitutione mundi. Esuriui eñ & dedistis mihi manduc. sitiui & dedistis mihi bib. &c. Quomodo ergo auferet hæc q̄ introducūt factores suos in regna cœlorum?

Responsio quod non sit, earum merces sed actio cessatura. Cap X.

Moses. Nec ego dixi mercedē boni opis auferendā, dicēte eodē dño, Qui potū dederit uni ex minimis istis calicē aquę frigidæ tantū in nomine discipuli, amē dico uobis, non pdet mercedē suā. Sed actionē dico, quoniā fieri uel necessitas corporalis uel impugntio carnis: seu mundi huius inęqualitas exigit auferedam. Nam lectionis instantia uel ieiuniorum afflictio ad emundationem cordis & castigationem carnis, quæ si elata fuerit escarum nimietate, seu mentis in curia, cōfestim luxuriæ atq; libidinis aculeis puritatem cordis infestat, in præsenti tātummodo utiliter exercētur, donec caro cōcupiscit aduersus spiritum, quæ nōnunq; ab his qui labore nimio seu ægritudine corporis senio ue defessi sunt etiā in psenti uidemus auferri, nec ab homine posse iugiter ęxerceri: Quanto magis ergo hæc in futuro cessabūt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionē, corpusq; istud q nūc animale est surrexerit spiritale, & cœpit caro nō esse iam talis, ut aduersus spiritū cōcupiscat, de quib. etiā beat. Apost. manifestè pnūciat, corporalis ingens exercitatio ad modicū utilis est, pietas aūt, q̄ sine dubio charitas intelligit, ad omnia utilis est pmissionē habēs uitę q̄ nūc est & futurę? Quę ergo dicit modicū esse utilis, manefestè pnunciat nec p ome tēpus exerceri posse, nec sūmā pfectiōis p se solā laborāti cōferre. Modicū qppe ad utrūq; referri potest. i. uel ad breuitatē tēporis, q scil. hōi tā in psentiq; in futuro

in futuro exercitatio corporis coæterna esse nõ possit, uel certe ad paruitatem utilitatis, quæ de carnali exercitatione conquirit, eo q̃d afflictio corporalis initia quędã profectus non ipsam perfectionẽ charitatis pariat, quæ promissionẽ habeat uitæ præsentis & futuræ. Et idcirco eam exercitationẽ operũ prædictorũ necessariã esse censemus, q͂a sine ipsa ad charitatis fastigia non possit ascendi. Hæc etiã quæ dicitis opera pietatis ac misericordiæ necessaria sunt in hoc tẽpore, dum adhuc inæqualis diuersitas dominat̃, quorũ ne hic quidẽ expeteret operatio, nisi inopũ, indigentiũ, infirmorumq́ pars maxima redũdaret, quæ iniquitate hominũ facta est, scilicet qui ea quæ omnibus à cõmuni creatore cõcessa sunt in suos tantũ occupata usus, nec tamẽ utenda alijs tenuerũt, donec ergo in hoc mundo inæqualitas ista grassat̃, erit hæc actio necessaria & utilis exercẽtibus eã restituẽs quidẽ bono affectui & pię uolũtati retributionẽ hæreditatis æternæ. ipsa uerò in futuro seculo parilitate regnãte cessabit, cum iã nõ fuerit inæqualitas, ꝓpter quam debeant hæc exerceri, sed cuncti ab hac multiplici, id est, actuali operatione ad charitatẽ dei & diuinarum rerũ contemplationẽ ꝑpetua cordis puritate trãsibunt, cui se hi quibus cura est uel scientiæ mẽtis emundationi insistere, iam in hoc seculo cõstituti elegerunt omni conatu ac uiribus mancipare, illi scilicet semetipsos officio adhuc in carne corruptionis positi deputantes in quo erunt corruptione deposita permansuri, peruenientes ad illam promissionẽ dñi saluatoris, qua dicitur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt.

De charitatis perpetuitate. *Cap.* XI.

ET q͂d miramini, si illa officia superius cõprehensa transibunt, cũ sanctus Apostolus etiam sublimiora spiritus sancti carismata trãsitura describat, solã uerò charitatẽ designet sine fine mansurã. siue, inquiens, ꝓphetiæ euacuabunt̃, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruet̃. Et post hæc infert: charitas autem nunq̃ excidet. Omnia nanq̃ dona pro usu ac necessitate tribuunt̃ ad tẽpus, cõsummata dispẽsatione mox ꝓculdubio trãsitura, charitas uerò nullo intercipiet̃ tẽpore, non solũ. nõ in præsenti mundo utiliter operatur in nobis, sed etiam in futurum sarcina corporeę necessitatis abiecta, efficacior multo atque excellentior permanebit, nullo unquam corrumpenda defectu, sed per incorruptionem perpetuam flagrantius deo atq̃ intentius adhæsura.

Interrogatio de perseuerantia spiritalis theoriæ. *Cap* XII.

GErmanus. Quis ergo potest fragili carne circũdatus ita esse huic theoriæ semp affixus, ut nunq̃ cogitet de fratris aduẽtu, de uisitatiõe infirmi, uel opere manuum, uel certe de humanitate quę debeat uel peregrinis uel aduenientibus exhiberi? Postremo quis non interpellet̃ corporis ipsius prouisione uel cura? Aut quẽadmodum mens uel in quo illi inuisibili & incõprehensibili deo ualeat cohærere, cupimus edoceri?

Responsio de directione cordis in Deum & de regno Dei & diaboli. *Cap.* XIII.

MOses. Inhęrere quidẽ deo iugiter & contẽplationi eius, quẽadmodũ dicitis inseparabiliter copulari impossibile homini ista carnis fragilitate circũdato. Verum oportet nos scire ubi mẽtis nostrę intentionẽ debeamus habere defixã, & ad quã destinationẽ semp animæ nostę reuocemus intuitũ, quam cum potuerit obtinere mens gaudeat, & à qua distracta in se doleat, atq̃ suspiret, totiensq̃ se à summo bono sentiat recessisse, q̃tiens se ab illo intuitu deprehẽderit separatã, fornicationẽ iudicãs, uel momẽtaneum à Christi contemplatione discessum, à quo cum deuiauerit paululũ noster obtutus, rursus ad eum cordis oculos retorquẽtes, uelut rectissima linea mentis aciem reuocemus. Totũ nanq̃ in animæ cõsistit recessu. Vnde expulso diabolo, ac nequaq̃ in ea iam regnãtibus uitijs, consequenter regnum dei fundatur in nobis, dicente Euãgelista: Regnũ dei non ueniet cum obseruatione, neq̃ dicent, ecce hic, aut ecce illic est. Amen amen dico uobis, quia regnum dei intra uos est. Intra nos uerò nihil aliud esse potest quam sciẽtia & ignoratio ueritatis, & uel uitiorum amicitia uel uirtutum, per quæ aut diabolo aut Christo regnum paramus in corde. Cuius etiam regni qualitatem describit Apostolus dicens: Non enim regnum dei est esca & potus, sed iusticia & pax & gaudium in spiritu sancto Itaque si regnum dei intra nos est, & ipsum regnum dei iusticia & pax & gaudium est, ergo qui in istis commoratur sine dubio in regno dei est. Et è cõtrario illi qui in iniusticia & discordia & tristicia mortem operante uersantur, in regno diaboli, & in inferno ac morte sunt constituti. His .n. indicijs uel dei uel diaboli regnum discernitur uel sanctorum.

Et reuera

Et reuera si mente atq; animo consideremus statũ illum in quo degũt cœlestes supernęq; uirtutes quę uerę in regno dei sunt, quid aliud esse credendum est quam perpetua iugisq; lętícia? Quid enim iam proprium ueræ beatitudini tanquàm potest esse conueniens, quã tranquillitas iugis & gaudium sempiternum, Et ut hoc ipsum quod dicimus ita esse non mea coniectura, sed ut ipsius domini authoritate certius instruaris, audi qualitatem & statum mundi illius aptissimè describentem: Ecce, inquit, ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erit in memoria priora neq; ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis usq; in in sempiternum in his quę ego creo. Et rursum: Gaudium & lætícia inuenietur in ea gratiarum actio & uox laudis, & erit mẽsis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Et iterum: Gaudium obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Et si adhuc clarius, de illa conuersatione et ciuitate sanctorum uultis agnoscere, attẽdite quę ad ipsam Hierusalẽ uoce domini dirigant: Et ponam, inquit, uisitationem tuam, pacem, & præpositos tuos iusticiam. Non audietur ultra iniquitas in terra tua, uastitas & cõtritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos & portas tuas laudatio. Nõ erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternã, & deus tuus in gloriam tuã. Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Et idcirco beatus Apostolus non generaliter neq; simpliciter omne gaudium regnum dei esse pronunciauit, sed signanter ac specialiter illud solum quod in spiritu sancto est. Nouit enim aliud quoq; uituperabile gaudium, de quo dicitur: Mũdus iste gaudebit, & uæ uobis qui ridetis quia plorabitis. Regnum sane cœlorum tripliciter accipiendum est, aut quod regnaturi sunt cœli, id est, sancti malis subditis, secundum illud. Esto tu super quinq; ciuitates, & tu super decem. Illud quoq; quod dicitur ad discipulos, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël, uel certè quod sancti in cœlis sint cum domino regnaturi, aut certè quod ipsi cœli incipiant à Christo regnare, cum scilicet omnibus ei subiectis cœperit esse omnia in omnibus deus.

De animæ perpetuitate. Cap. XIIII.

QVamobrẽ hoc in corpore constitutus iam nouerit unusquisq; illius se regioni uel ministerio deputandum, cuius in hac uita semetipsum participem cultoremq; præbuerit, illiusq; se etiam in illo perenni seculo consortem futurum esse non ambigat: cui nunc ministrum se sociumq; maluerit exhibere, secundum sententiam domini ita dicentis: Si quis mihi ministrat me sequatur, & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Nã quemadmodum diaboli regnum per conniuentiam suscipitur uitiorum, ita regnum dei per exercitationem uirtutum, puritate cordis ac spiritual scientia possidetur. Vbi autem regnũ dei est, ibi proculdubio & uita commoratur æterna, & ubi regnũ diaboli est: ibi mors atq; infernus esse cognoscitur, in quo qui fuerit, nec laudare dominum potest secundum prophetæ sententiam dicentis: Non mortui laudabunt te: neq; omnes qui descendunt in infernũ, sine dubio peccati, sed nos qui uiuimus, non uitijs scilicet nec mũdo huic, sed deo, benedicimus dominũ ex hoc nunc & usq; in seculum. Non enim est in morte qui memor est dei, in inferno autem peccati quis confitebitur domino, id est, nemo. Nullus enim etiam similes semetipsum uel Christianum esse profiteatur uel monachũ, cum peccat confitetur domino. Nullus admittet ea quæ dominus execratur reminiscitur eius, nec seruum se profitetur illius cuius præcepta contumaci temeritate contemnit. in qua morte illam uiduam quæ est in delicijs, beatus Apostolus esse pronunciat, uidua, inquiens, quæ in delicijs est, uiuens mortua est. Sũt ergo multi qui uiuẽtes in hoc corpore mortui sunt, & in inferno iacentes deum laudare non possunt. Et econtrario sunt qui cum mortui sint corpore, deum spiritu benedicunt atq; collaudant, secundum illud. Benedicite spiritus & animæ iustorum dominum, & omnis spiritus laudet dominum. Et in Apocalipsi animæ occisorũ non solum laudare deum, sed etiam interpellare dicuntur. In Euãgelio quoq; euidentius dominus ad Saduceos, non legistis, inquit, quod dictum est à deo dicẽte uobis: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, non est deus mortuorum sed uiuentium, Omnes enim ei uiuũt. De quibus & Apostolus: Propter quod, inquit, non confunditur deus uocari deus eorum, parauit enim illis ciuitatem. Nam quia nec ociosæ sint post

post separationem huius corporis, animæ nec nihil sentiant, etiam Euangelij parabola quæ de illo paupere Lazaro & diuite purpurato profertur ostendit, quorũ unus beatissimam sedem, id est, sinus Abrahę requiem promeretur, alius intolerabili ardore æterni ignis exuritur. Si autẽ illud & quod dicitur ad latronẽ. Hodie eris mecum in paradyso, uoluerimus intendere, quid aliud manifeste designat, quã perdurare in animabus nõ solum pristinos intellectus, sed etiam uicissitudine eas congrua pro meritorum actuumq́ suorum perfrui qualitate? Hoc enim illi nequaq deus promisisset, si eius animam nosset post separationẽ carnis, uel priuandã sensu uel in nihilum resoluendã. Non enim caro eius in paradyso sed anima erat ingressura cum Christo. Cauenda sanè imò toto horrore est detestanda prauissima hæreticorum illa distinctio, qui dum nõ credunt Christum potuisse eodem die quo in inferna descendit, etiam in paradyso reperiri, ita distinguunt, amen dico tibi hodie, & interposita distinctiõe, inferunt, mecum eris in paradyso, ut scilicet hæc promissio nõ statim post transitum uitæ eius impleta, sed post resurrectionis aduentum sit impleda, non intelligẽtes illud quod ante resurrectionis suæ diem protulit ad Iudæos, qui eum ut semetipsos credebant angustijs humanis & carnali infirmitate concludi. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Quibus manifeste probatur animas defunctorũ non solum suis sensibus non priuari, sed ne istis quidẽ affectibus, id est, spe atq tristicia, gaudio ac metu carere, & ex eis quæ sibi in illo generali examine reseruãtur quiddã eas iam incipere prægustare, nec secundum opinionem quorundã infidelium in nihilum eas resolui post huius cõmorationis excessum, sed uiuacius subsistere deiq laudibus intentius inhærere. Et reuera ut sequestratis paulisper testimonijs scripturarum de ipsius animæ natura secundum mediocritatem sensus nostri paucis aliqua disputem. Non'ne ultra omnis ineptiæ non dicam fatuitatem sed insaniam est uel leuiter suspicari illam preciosiorem hominis portionem, in qua etiam imago Dei secundum beatum Apostolũ ac similitudo consistit, deposita hac qua reconditur in præsenti sarcina corporali insensibilem fieri? quę omnem rationem in se cõtinens etiam mutam atq insensibilem materiam carnis participatione sui facit esse sensibilem, cum utiq consequens sit, & hoc rationis ipsius ordo cõtineat, ut exuta mens ista carnali qua nunc hebetatur pinguedine, intellectuales uirtutes suas in melius reparet, & puriores eas ac subtiliores recipiat potius quàm amittit? In tantum autem hoc quod dicimus, beatus Apostolus uerum esse cognoscit, ut etiam optet ab hac carne discedere, ut separatione eius enixius ualeat domino copulari dicens. Desiderium habeo dissolui: & cum Christo esse, multo magis quoniã dum sumus in corpore peregrinamur à domino, & idcirco audemus & bonam uolũtatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad dominum, propter quod etiam contendimus, siue absentes, siue præsentes, placere illi, commorationem scilicet animæ, quæ in hac carne est, separationẽ atq discessum præsentem esse ad Christum tota credulitate confidens. Et euidentius iterum super hoc ipso uiuacissimo animarum statu idem Apostolus: Sed accessistis inquit ad Sion montem & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalẽ cœlestem, & ad multorum millium angelorum frequentiam & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & spiritus iustorum perfectorũ. De quibus spiritibus in alio loco. Deinde patres, inquit, carnis nostræ habuimus eruditores & reuerebamur, non multo magis subijciemur patri spirituum & uiuemus?

De contemplando Deo. Cap. XV.

Contemplatio uerò Dei multifariè concipitur. Nam Deus non sola incomprehensibilis illius substantię suæ ammiratione cognoscitur, quod tamen adhuc in spe promissionis absconditum est, sed etiam creaturarum suarum magnitudine uel æquitatis suæ consideratione uel quotidianæ dispensationis auxilio peruidetur, quãdo scilicet quę cum sanctis suis per singulas generationes egerit mente purissima perlustramus, cũ potentiã ipsius qua uniuersa gubernat moderatur ac regit, cum immensitatem scientiæ eius & oculum quem secreta cordium latere non possunt trementi corde miramur, cum harenam maris undarum numerũ dimensum ei cognitumq́ pauidi cogitamus, cum pluuiarũ guttas, cũ seculorũ horas ac dies, cum p̃terita futurauè uniuersa obstupescimus scientiæ eius assistere, cũ ineffabilẽ clementiã eius cõsideramus, qua innumera flagitia q̃ singulis momentis

momentis sub ipsius committuntur aspectu indefessa longanimitate sustentat, cum intuemur uocationem, qua nos nullis præcedentibus meritis gratia suæ miserationis ascivit, cum denique occasiones salutis tribuit adoptandis, cum quodam ammirationis intuemur excessu, quod ita nos nasci præcepit, ut ab ipsis cunabulis gratia nobis legisque suæ noticia infunderetur, quod ipse aduersarium uincens in nobis, pro solo bonæ uoluntatis assensu æterna beatitudine ac perpetuis nos premijs munerat, cum postremo dispensationem suæ incarnationis pro nostra salute suscepit, ac mirabilia mysteriorum suorum in cunctis gentibus dilatauit. Sunt autē aliæ quoque huiusmodi contemplationes innumeræ, quæ pro qualitate uitæ ac puritate cordis, nostris sensibus oriūtur quibus deus uel uidetur mundis obtutibus uel tenetur. Quas profecto nullus perpetuo retentabit in quo adhuc aliquid carnalium uiuit affectuum, quia non poteris, ait. dominus uidere faciē meam, nō enim uidebit me homo & uiuet, scilicet mundo huic affectibusque terrenis deditus.

Interrogatio de cogitationum mobilitate. Cap. XVI.

GErmanus. Quid ergo est quod etiam nolentibus imò uerò etiam nescientibus nobis ita superfluæ cogitationes subtiliter ac latenter irrepunt, ut non solum eas expellere, uerumetiam intelligere ac deprehendere difficultatis immodicæ sit? Potest ergo mens aliquando ab istis uacua reperiri, & nunquam huiuscemodi illusionibus incursari?

Responsio quid possit mens super cogitationum statu quidue non possit. Cap. XVII.

MOses. Mentem quidem non interpellari cogitationibus impossibile est, suscipere uerò eas siue respuere, omni studēti possibile est. Quemadmodum igitur ortus earum non omnimodis pendet à nobis, ita reprobatio uel electio consistit in nobis. Nec tamen ex eo quod diximus impossibile esse mentem cogitationibus non adiri totum uel incursui uel illis spiritibus tribuendum est, qui eas nobis nituntur ingerere alioquin nec liberum in homine maneret arbitrium, nec in nobis staret nostræ correctionis industria. Sed est inquam nostrum magna ex parte ut cogitationum qualitas emendetur, & uel sanctæ ac spiritales oriantur in nobis, uel terrenæ carnalesque decrescant. Ideo nanque frequēs lectio & iugis adhibetur meditatio scripturarū ut exinde nobis spiritalis memoriæ præbeatur occasio. Idcirco decantatio crebra psalmorum ut assidua nobis exinde subministretur compunctio. Idcirco uigiliarum ac ieiuniorum orationumque sedulitas adhibetur, ut extenuata mens non terrena sapere, sed cœlestia possit ac sublimia contemplari. Quibus rursum negligentia irrepente cessantibus, necesse est ut mens uitiorum squalore cōcreta in carnalem partem corruat atque declinet.

Comparatio aquariæ molæ & animæ. Cap. XVIII.

QVod exercitiū cordis non incongrue molarum similitudini cōparatur, quas meatus aquarum præceps impetu rotante prouoluit. Quæ nullatenus quidem cessare possunt ab opere disposito aquarū impulsibus circumactæ, in eius uerò qui præest situm est potestate utrum nam triticum malit an hordeum loliumue comminui. Illud nanque est proculdubio commolendum, quod ingestum ab illo fuerit, cui operis illius cura cōmissa est. Ita igitur etiam mens per uitæ præsentis incursus undique ingruentibus tēptationum torrentibus qui spiritalibus inflati nequitijs, indesinenter eam circumfluunt atque circumstrepunt uacua quidem cogitationum æstibus esse non poterit, quales uerò uel admittere uel parare sibi debeat, studij ac diligentiæ suæ prouidebit industria. Si enim, ut diximus, ad sanctarum scripturarum meditationem iugiter recurramus, ac memoriam nostram ad recordationem spiritualium rerum & desiderium perfectionis, spemque futuræ beatitudinis erigamus, necesse est ut ortæ cogitatiōes exinde spiritales in his quæ meditati sumus, mentem faciant immorari. Sin uerò desidia seu negligentia superati, uitijs & ociosis confabulationibus occupemur, seu curis mundanis & superfluis sollicitudinibus implicemur: consequenter exinde uelut quædam zizaniorum species generata, operationem quoque nostro cordi noxiam præbeat, & secundum sententiam domini saluatoris, ubi fuerit thesaurus operum seu intentionis nostræ, ibi & cor nostrum necessario permanebit.

De tribus

De tribus cogitationum nostrarum principijs. Cap. XIX.

Illud sanè præ omnibus nosse debemus, tria cogitationum nostrarum esse principia, id est, ex Deo, ex diabolo, & ex nobis. Ex Deo quidem sunt, cum spiritus sancti illustratione nos uisitare dignatur, erigẽs nos ad sublimiorem profectum, & in quibus uel minus acquisiuimus, uel desidiosè agentes superati sumus, saluberrima compunctione castigat, uel cum referat nobis cœlestia sacramenta & propositum nostrum ad meliores actus uoluntatemq́ conuertit: ut ibi cum rex Assuerus castigatus à Domino, libros annales instigatur inquirere, quibus Mardochei beneficio recordatus, summi eum gradu honoris exaltat, ac protinus crudelissimã super nece gentis Iudeæ sententiam reuocat. Vel cũ propheta cõmemorat: audiã quid loquatur in me dominus Deus. Alius quoq; & dixit, inquit angelus, qui loquebatur in me. Vel cum filius Dei uenturum se unà cum patre & mansionem apud nos facturũ esse promittit. Et non estis uos, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et uas electionis: an experimẽtum, inquit, eius quæritis qui in me loquitur Christus? Ex diabolo uerò cogitationum nascitur series, cum subuertere nos tam uiciorum oblectatione, quàm etiam occultis conatur insidijs subtilissima calliditate mala pro bonis fraudulenter ostentans, & transfigurans se nobis in angelum lucis. Vel sicut euãgelista refert: Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor Iudæ Symonis Scarioth ut traderet dominum. Et iterum: post bucellam, inquit, introiuit in illum sathanas. Petrus quoq; ad Ananiam: quare ait tentauit sathanas cor tuum mentiri te spiritui sancto? Et illud quod multo ante per ecclesiasten prædictũ legimus, si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas. Illud quoq; quod dicitur ad Deum contra Achab in quarto regum libro ex persona spiritus immundi: egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Ex nobis autem oriuntur cum naturaliter ea quę gerimus uel gessimus, uel audiuimus recordamur. De quibus beatus Dauid: Cogitaui, inqt, dies antiquos, & annos ęternos in mẽte habui, & meditatus sum nocte cũ corde meo, & exercitabar & scopebã spiritũ meũ. Et iterũ: Dominus scit cogitationes hominũ, qm̃ uanę sunt, & cogitationes iustorũ iudicia. In euangelio quoq; dominus ad Phariseos: quid cogitatis mala in cordibus uestris?

De discernendis cogitationibus ad similitudinem probabilis trapezitæ. Cap. XX.

Hanc igitur oportet tripartitam rationem nos iugiter obseruare, & uniuersas cogitationes quæ emergunt in corde nostro sagaci discretione discutere, origines earũ & causas autoresq́ primitus indagantes, uti quales nos eis præbere debeamus ex illorũ merito qui eas suggerunt considerare possimus, ut efficiamur secundũ præceptũ domini probabiles trapezitæ. Quorũ summa peritia est ac disciplina probare quod nã sit aurum purissimũ, &, ut uulgò dicitur, obricum, quod ue sit minus purgatione ignis excoctum, æreo quoq; uiliq; denario, si preciosum nummisma sub colore seu indumẽto auri fulgentis imitetur, prudentissima discretione non falli, & non solũ nũmisma tyrannorũ uultum exprimentia sapienter agnoscere, sed etiam illa quæ sunt ueri quidẽ regis imagine, sed nõ legitime figurata, peritia sagaciore discernere: deinde ne quid illis à legitimo pondere diminutum sit censura trutinæ diligenter inquirere. Quæ omnia nos quoq; debere spiritaliter obseruare sub figura & exemplo nominis huius euãgelicus sermo hoc exemplo proposito docet: primum ut quid cordibus nostris irrepserit, uel si quid nobis dogma fuerit intromissum, utrum nam sit diuino illo & cœlesti spiritus sancti igne purgatum, an ad Iudaicam superstitionẽ pertinens, seu de secularis philosophiæ tumore descendens, ut sit ad integrũ spiritalis ignis examinatione decoctum, sed in superficie tm̃ præferat pietatẽ, diligẽtissime perscrutemur. Quod ita poterimus implere, si illud Apostolicũ fecerimus: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Quo genere credendi sunt illi quoq; decepti, qui post professionem monachi nitore sermonis, & quibusdam sunt philosophorum dogmatibus incitati, quę prima fronte pijs quibusdam sensibus ac religioni consonis audientes uelut auri fulgore fallẽtia quos semel superficie illexerant, uelut nummismatibus æreis falsisq; deceptos, perpetuò nudos ac miseros reddiderunt, uel ad seculi eos strepitum reuocantes, uel ad hæreticos errores ac præsumptiones tumidas pertrahentes. Quod etiam Achan in libro Iesu Naue legimus fuisse perpessum, qui de castris Allophilorum regulã auream cõcupiscens atq; furatus, anathemate

anathemate illorum percuti atque æterna morte meruit ac maledictione damnari. Secundo sollicitè nos explorare cõueniet ne auro purissimo scripturarum, praua interpretatio coaptata. metalli preciositate nos fallat. In quo etiam domino saluatori callidissimus diabolus, uelut homini simplici. tentauit imponere, dum ea quę generaliter sunt super omnium iustorũ personis exposita, maliuola interpretatione corrumpens, specialiter huic qui angelorũ custodia non egebat, conatur aptare, dicens: quia angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis, in manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidẽ pedẽ tuum. Preciosa scilicet eloquia scripturarum callida assumptione conuertens, & ad contrarium noxiumque sensum detorquens, ut imaginem tyrãnici uultus sub colore nobis auri fallentis importet, siue cum paracaraximis nos conatur illudere quoddam scilicet pietatis opus ammones affectandum, quod non de legitima seniorũ procedens moneta, sub prætextu uirtutum ducit ad uitia, uel immoderatis incompetentibusque ieiunijs seu uigilijs nimijs, uel orationibus importunis, uel incongrua lectione decipiens ad noxiũ pertrahit finem, uel cũ intercessiones ac uisitationes pias persuadet impendere, quibus nos ab spiritalibus monasterij claustris, & secreto amicę quietis excutiat, sollicitudines etiã curasque suscipere religiosarum ac destitutarum suggerit fœminarũ, ut huiusmodi laqueis monachum inextricabiliter uinciat, ac perniciosarum sollicitudinũ occupatione distendat, uel certe cum desiderare sanctum clericatus officium sub prætextu ædificationis multorũ & amore lucri spiritalis instigat, per quod nos ab humilitate propositi huius, ac districtione diuellat. Quæ omnia cum sint nostræ saluti professionique contraria, tamen uelamine quodam misericordię ac religionis obtecta, facilè imperitos incautosque decipiunt. Imitãtur n. nummismata ueri regis, quia uidentur ad præsens plena pietatis, sed non sunt à legitimis monetarijs, id est probatis & catholicis patrib. figurata, nec de cardinali: ac de publica collationis eorum prodeunt officia, sed furtim fraudis demonum fabricata, non sine detrimẽto imperitis quibusque & ignorantib. ingeruntur. Quæ quamuis utilia seu necessaria uideãtur ad præsens, tamen si soliditatibus professionis nostræ incipiant post hoc esse contraria, & totum quodammodo corpus nostri labefactare propositi, tanquã necessarium quidem, sed scandalizans membrum, & quod dextræ manus uel pedis agere uideatur officiũ proijci à nobis atque abscidi salubre est. Satius enim est absque unius præcepti membro: id est operatione uel fructu: in cæteris sanum firmumque durare, & tanquã debilem introire in regnum Dei, quàm cum soliditate mandati incidere in aliquod scãdalum, quod perniciosa cõsuetudine separans nos à districtionis regula, atque arrepti propositi disciplina, inducat in tale dispẽdium, quod nequaquam futura detrimẽta compensans, omnes præteritos fructus totumque operationis nostræ corpus gehennæ faciat ignibus cõcremari. De generibus istiusmodi illusionũ etiam in prouerbijs elegãter exprimitur: Sunt uiæ quæ uidẽtur rectæ esse uiro, nouissima enim earũ uenient in profundũ inferni. Et iterũ: Malignus nocet cum se cõmiscuerit iusto, id est diabolus decipit cũ fuerit colore sanctitatis obtectus. Odit autẽ sonum tutelæ, id est discretionis uim, quæ de seniorum uerbis ac monitione procedit.

De illusione abbatis Iohannis. Cap. XXI.

IN quo etiam abbatem nuper Iohannem, qui Lyco commoratur, cognouimus fuisse illusum. Nam cum exhausto corpore atque defecto, perceptionem cibi biduano ieiunio distulisset, accedenti ei ad refectionem die postero, ueniens diabolus in figura Aethiopis tetri pueri, atque ad eius genua prouolutus, indulge, inquit, mihi, quia ego tibi hunc laborẽ indixi. Itaque ille uir tantus & discretionis ratione perfectus, sub colore continentiæ, incongruenter exercitatæ intellexit se ob hoc calliditate diaboli circumuentum, talique distentũ ieiunio, ut lassitudinem non necessariam: immo etiam spiritui nocituram, fatigato corpori superponeret, paracaraximo scilicet illusus nummismate, dum in illo ueri regis imaginem ueneratus, parum discutit nõ illud esse legitime figuratum. Vltima uerò obseruatio huius probabilis trapezitæ, quam de inquisitione ponderis esse prædiximus, taliter à nobis implebitur, si quicquid agendũ cogitatio nostra suggerit, omni scrupulo retractantes, atque in nostri pectoris trutina collocantes, æquilibratione iustissima perpendamus, plenum sit honestate communi, an timore Dei sit graue, si integrum sensu, si humana

ostentatione

ostentatione: aut aliqua nouitatis insolentiaeq; praesumptione non leue, si meriti eius pondus inanis cenodoxiae non imminuerit uel arriserit gloria. Et sic ea protinus ad publica appendentes examina, id est, ad Prophetarum & Apostolorum actus, ac testimonia conferentes, illorumq; exemplis comparantes, & quodammodo contraria ea lance pensantes, uel tanquã integra atq; perfecta, illisq; collibrantia suscipiamus, uel tanquã imperfecta atq; dãnosa: nec illorũ ponderi cõsonantia, omni cautione uitemus.

De quadripartita discretionis ratione. Cap. XXII.

ERit ergo hoc quadripartito q̃ diximus modo necessaria nobis ista discretio, id est, primũ ut materia nos auri ueri seu fucati fallentisq; non lateat: secundo, ut has easdem cogitationes quae mentiuntur opera pietatis, tanquã adulterina nũmismata & paracaraxima reprobemus, utpote quae falsam imaginem regis non legitimę signata contineant: uel illa quae in auro preciosissimo scripturarum uitioso & haeretico sensu, nõ ueri regis sed tyranni praeferunt uultum, similiter discernentes refutare possimus, siue illa quorum pondus ac precium erugo uanitatis arrodens exagio seniorum congruere nõ sinit, ut nummismata leuia atq; damnosa, minusq; pensantia recusemus, ne in illud incidentes quod obseruare tota uirtute praecepto domini commonemur, cunctis laborum nostrorũ stipendijs meritisq; defraudemur. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Quicquid enim contemplatione humanae gloriae fecerimus, in terra nos thesaurizare secundũ domini sententiam nouerimus, & consequenter illud uelut humi recondimus, atq; in terram defossum: uel diuersis dęmonijs depopulandum uel edaci cenodoxię erugine consumendũ: seu superbię tineis deuorandum, ut nullam recondentis utilitatem lucrum'ue proficiat. Omnes igitur cordis nostri recessus iugiter perscrutãdi sunt & ascendentium in eos uestigia indagatione sagacissima retractãda, ne qua forte intellectualis ibidem bestia, uel leo, uel draco pertransiens, perniciosa uestigia latenter impresserit, quibus accessus etiã caeteris in abdita pectoris nostri per cogitationum negligentiã praebeatur. Et ita per singulas horas atq; momenta terram cordis nostri euangelico aratro, hoc est iugo dominicae crucis recordatione sulcantes, uel noxiarum ex nobis ferarum cubilia, uel uirulentorum serpentium examinare latibula, atq; extrudere poterimus.

De sermone doctoris secundum audientium meritum. Cap. XXIII.

AD haec obstupefactos nos intuens senex, & ad uerba narrationis suae inexplebili ardore succensos, pro admiratione desiderij nostri paulisper sermone suspẽso, rursus addidit. Quoniam nos, ô filij, ad disputationem tam longam uestra sedulitas prouocauit, & ignis quidam collationi nostrae feruentiores sensus pro uestro desiderio subministrat, ut ex hoc etiam ipso manifestè contempler in ueritate uos perfectionis sitire doctrinã, uolo uobis adhuc super discretionis eximietate uel gratia quae inter cũctas uirtutes arcẽ ac primatũ tenet, pauca disserere, excellentiamq; eius & utilitatem nõ solũ quotidianis exemplis, sed etiam antiquis patrum cõsultationibus ac sententijs approbare. Frequẽter nanq; memini nonnullis huiusmodi sermonem cum gemitu lachrymisq; poscentibus, me quoq; aliquid eis doctrinę conferre cupientem nullatenus potuisse, et ita in me non solum sensus uerumetiam ipsum eloquium defecisse, ut non inuenirem quẽadmodum eos, uel cum leui consolatione dimitterem. Quibus indicijs euidenter agnoscitur, domini gratiam pro merito ac desiderio audientium disputãtibus aspirare sermonem. Quem quia breuissimum istud quod superest, noctis spacium non occurrit explere, indulgentes illud potius quieti corporeae, cui necesse est totũ persolui, si id quod modicum est, fuerit denegatum, plenum narrationis ordinem integro futuri diei seu noctis examini reseruemus. Decet nanq; discretionis optimos consultores, in hoc primum patefacere suae mẽtis industriam, & utrum sint, uel queant eius capaces esse hoc iudicio ac patientia comprobari, ut de illa, quae moderationis generatrix est, uirtute tractantes, nequaquam uicium quod ipsi contrarium est nimietatis incurrant uim rationis ac naturae eius, quam uerbis excolunt: effectu atque opere uiolantes. In hoc ergo nobis discretionis bonum de qua quantum Dominus dederit adhuc indagare disponimus, primitus

prosit,ut nos de ipsius excellentia & moderatione:quæ prima eidem uirtus inesse cognoscitur differentes, disputationis quoq; uel temporis modum nõ permittat excedere. His itaq; beatus Moses collationi nostræ dans finẽ, adhuc nos auidos,ac de suo ore pẽdentes degustare somnum paulisper hortatus est, ijsdem ipsis quibus insidebamus psiathijs ammonens incumbere,embrimijs pariter capiti nostro ceruicalium uice, suppositisq; grossioribus papyris in lõgos gracilesq; fasciculos coactis,sex qui pedali interuallo molliter nexa, nunc quidem humilimum sedile ad scabelli uicem, fratribus in synaxi cõsedentibus præstant,nunc uerò subiecta ceruicibus dormientium præbent capiti nõ nimiè durum,sed tractabile aptumq; fulcimentum. Ad quos monachorum usus hęc idcirco,uel maximè oportuna habentur & congrua, quod non solũ sint aliquatenus mollia,paruoq; & opere reparentur & precio,utpote passim papyro emergẽte,per Nili fluminis ripas, quam cuiq; uolenti in usum assumere nemo prohibeat desecare, sed etiam quod ad remouendum ea,seu cum necessè fuerit ad mouendum habilis materia est,fungidæ leuisq; naturæ. Atq; ita pręcepto senis tandem sumus ad degustationem somni onerosa compositi quiete,tam digestæ collationis inflammati gaudio,quàm repromissæ disputationis expectatione suspensi.

Primæ Collationis Abbatis Mosis de monachi destinatione finis.

SECVNDA COLLATIO ABBATIS MOSIS DE DISCRETIONE.

Caput primum.

DEgustato itaq; matutino sopore, cum ortum lucis tandem nobis claruisse gaudẽtes,repromissam narrationem reposcere cepissemus,beatus Moses ita exorsus est. Cũ uideam uos tanti desiderij ardore flãmatos,ut ne ipsum quidem paruissimum quietis momentum,quod spiritali collationi subtrahens refectioni carnis malueram deputare, ad requiem credã uestri corporis profecisse,mihi quoq; hunc uestrum cõsideranti feruorem sollicitudo maior inuehitur. Necesse est enim etiam me in persoluendo debito,tanto maiorẽ deuotionis curã gerere, quanto uos attentius uideo illud expetere, secundũ illam sententiam: si sederis cœnare ad mensam potentis,sapienter intellige quæ apponuntur tibi, & immitte manum tuam sciens,quia talia oportet te pręparare. Quamobrẽ de bono discretionis eiusq; uirtute dicturi,in quam sermo nocturnę collationis ingressus,finẽ nostræ disputationi dedit, cupio uobis eius excellẽtiam patrum primo consignare sententijs, ut cum patuerit, quid de illa senserint,uel pronunciauerint maiores nostri, tũ prolatis tam antiquis multorũ quàm recentibus ruinis & casibus qui pro eo quod minus eam fuerant assecuti perniciosò deiecti sunt lapsu,inquantum possumus utilitates eius & cõmoda retractemus, quibus discussis quemadmodum excolere eam atq; expetere debeamus, considerãtes meriti eius,& gratiæ pondus efficacius instruamur. Est enim non mediocris quędã uirtus,nec quæ humana passim ualeat industria cõprehendi,nisi diuino fuerit munere gratiaq; collata. Siquidem inter nobilissima spiritus sancti dona, hãc quoq; ita legimus ab Apostolo numerari. Alij datur per spiritum sermo sapientię: Alij fides in eodem spiritu: Alij gratia sanitatum in uno spiritu. Et post pauca: Alij discretio spirituum. Deinde completo omni catalogo spiritalium charismatum infert: Omnia autem hæc operatur unus atq; idem spiritus,diuidẽs singulis prout uult. Videtis ergo non terrenum, nec paruum esse discretionis munus,sed diuinæ gratiæ largitatem, quam nisi monachus omni intentione fuerit assecutus, & ascendentium in sese,spirituum discretionem certa ratione possederit, necesse est eum uelut in nocte cæca cæterisq; tenebris oberrantem, non solum in perniciosis foueis præruptisq; concidere, sed etiam in planis ac directis itineribus frequenter offendere.

Quod discretio sola conferat monacho, & disputatio super hoc abbatis Antonij. Cap. II.

MEmini igitur quondam in annis adhuc pueritiæ constitutus in partibus Thebaidos ubi beatus Antonius morabatur: seniores ad eum perfectionis inquirendæ & collationis huius gratia cõuenisse. Cumq; à uespertinis horis usq; ad lucē fuisset protracta collatio, questionem hanc maximum noctis spacium consumpsit. Nam diutissimè quærebatur quæ nã uirtus uel obseruantia monachũ posit à diaboli laqueis ac deceptionib. custodire semper illæsum, uel certè recto tramite firmoq; gressu ad perfectionis culmen perducere. Cumq; pro captu mentis suæ unusquisq; sentētiam suam proferret in medium, & alij quidem hoc in ieiuniorum uigiliarumq; studio collocarent, quod his uidelicet extenuata mens, ac puritatem cordis & corporis assecuta, Deo facilius uniretur. Alij in nuditate & contemptu uniuersarum rerum, quibus mēs si penitus exueretur, tanquam nullis deinceps retinentibus laqueis ad eum expeditior perueniret. Alij ἀναχώρησιν necessariam, id est, remotionem & eremi secreta censerent: in qua cõmanens quis, familiarius interpellare Deum, eiq; posit peculiarius inhærere. Nonnulliq; in primis sectanda charitatis, id est, humanitatis officia definirent, quæ pio erga fratres & peregrinos studio susceptionis impenditur, quod his duntaxat officijs, regna cœlorum daturum se dominus in euangelio, uelut specialius repromittat, dicens: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi, Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Cumq; in hunc modum diuersis uirtutibus aditum certiorem ad Deum parari posse decernerent, essetq; noctis maximum tempus hac inquisitione consumptum, intulit demum beatus Antonius: Omnia quidem hæc quæ dixistis necessaria sunt & utilia sitiētibus Deum, atq; ad Deum cupiētibus peruenire, sed his principalem tribuere gratiam nequaquam nos innumeri multorum casus & experimenta permittunt. Nam quosdam sæpenumero acerrimè ieiunijs seu uigilijs incumbantes, ac mirificè in solitudine secedentes, priuationem quoq; omnium facultatum ita sectãtes, ut ex ipsis ne unius quidem diei uictum sibimet, unumq; denarium superesse paterentur. Humanitatis etiam studia tota deuotione complentes, ita uidimus repente deceptos, ut arreptum opus non potuerint congruo exitu terminare, summumq; feruorem & conuersationem laudabilem detestabili fine clauserint. Quam obrē quid principaliter ducat ad Deum manifestè poterimus agnoscere, si ruinæ ac deceptiones illorum causa diligentius à nobis fuerit indigata. Illis nanq; cum exuberarent prædictarum opera uirtutum, discretio sola deficiens usq; ad finem ea durare non sinit. Nec enim alia lapsus eorum causa deprehenditur, nisi quod minus à senioribus instituti, nequaquã potuerunt rationem discretionis huius adipisci, quæ prætermittens utranque nimietatem, uia regia quam docet semper incedere, & nec dextera uirtutum permittit extolli, id est, feruoris excessu continentiæ iustæ modum transcendere, nec oblectatum remissione deflectere ad uitia sinistra, concedit, hoc est, sub prætextu gubernandi corporis contrario spiritus tepore lentescere. Hæc namque est discretio quæ oculus & lucerna corporis in euangelio nuncupatur, secundum illam sententiam Saluatoris: Lucerna corporis tui est oculus tuus, quòd si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, eo quòd ipsas cogitationes hominis uniuersas actus'que discernens, cuncta quæ gerenda sunt peruideat atque perlustret, quæ si in homine nequam fuerit, id est non uero iudicio & scientia communita, seu quolibet errore ac præsumptione decepta, totum corpus nostrum faciet tenebrosum, hoc est, omnem aciem mentis actusq; nostros reddet obscuros, cæcitate scilicet uitiorum & perturbationum tenebris inuolutos. Si enim, inquit, lumen quod in te est tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ erunt? Nulli namque dubium est, errante iudicio cordis & ignorationis nocte possesso, cogitationes quoque & opera nostra quæ ex discretionis deliberatione descendunt, maioribus peccatorum tenebris implicari.

De errore Saulis & Achab, quo per discretionis imperitiam sunt decepti. Cap. III.

DEniq; ille qui primus ad regnandū populo Israel iudicio Dei prælectus est, quia hunc discretionis oculum nequaquam habuit, uelut toto corpore tenebrosus effectus, etiam ipse regno tradito sibi meruit spoliari, dum lucernæ huius tenebris atq; errore deceptus, acceptabiliora Deo sacrificia sua, quàm erga præceptum Samuelis obedientiam credidit iudicanda, quæ eum ex illa magis parte offensionem incurrere fecit, ex qua repropiciandam sibi diuinam sperauerat maiestatem. Huius, inquam, discretionis ignoratio Achab regem Israel post illius sublimissimi triumphi uictoriam qui ei fuerat Dei fauore cōcessus, credere persuasit meliorem esse misericordiam suam, quàm executionem seuerissimi pręcepti, & quemadmodum sibi uidebatur crudelis imperij. Qua consideratione mollitus dum mauult cruentam uictoriam clementia temperare, ob indiscretā misericordiā uelut toto corpore redditus tenebrosus irreuocabili morte dānat.

Quæ de bono discretionis in scripturis sanctis referantur. Cap. IIII.

HAec est discretio, quæ non solum lucerna corporis, sed etiam sol ab Apostolo nuncupatur, secundum illud: Sol non occidat super iracundiam uestram. Hæc uitæ nostræ gubrenatio dicitur secundū illud: Quibus non est gubernatio, cadunt ut folia. Hęc consilium rectissimè nominatur, sine quo nihil agere omnino scripturæ autoritate permittimur, ita ut ne ipsum quidem spiritale uinum, id est, gaudium quod lætificat cor hominis, sine ipsius sinamur moderatione percipere, secūdum illud: Cum consilio omnia fac, cum consilio uinum bibe. Et iterum: Sicut ciuitas muris diruta & non circundata, sic est uir qui non cum consilio aliquid agit. Cuius priuatio quàm perniciosa sit monacho, testimonij huius exemplum ac figura declarat, dirutè eum ac sine muris comparās ciuitati. In hac sapientia, in hac intellectus sensusq; consistit, sine quibus nec interior nostra ædificari domus, nec spiritales poterunt diuitiæ congregari, secundum illud: Cum sapientia ædificatur domus, & cum intellectu iterum erigitur, cum sensu implentur cellaria omnibus diuitijs preciosis & bonis. Hæc, inquam, est solidus cibus, qui nisi à perfectis tantum ac robustis assumi non poterit, secundum illud: Perfectorum autem est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Quæ in tantum utilis nobis ac necessaria comprobatur, ut etiam uerbo Dei eiusq; uirtutibus coaptetur, secundum illud: Viuus est enim Dei sermo & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Quibus manifestissimè declaratur, nullam sine discretionis gratia perfectè posse uel perfici uel stare uirtutem. Et ita tam beati Antonij quàm uniuersorum sententia diffinitum est, discretionem esse, quæ fixo gradu intrepidum monachum perducat ad Deum, prædictasq; uirtutes iugiter conseruet illæsas, cum qua ad consummationis excelsa fastigia minore possit fatigatione conscendi, & sine qua multi etiam propensius laborantes, pefectionis nequiuerint culmen attingere. Omnium namque uirtutum generatrix, custos, moderatrix'que discretio est.

De morte Heronis senis. Cap. V.

ET ut hanc eandem diffinitionem antiquitus à sancto Antonio & cæteris patribus promulgatā, recens quoq;, sicut promisimus, confirmet exemplū: recolite id quod nuper gestum oculorum uestrorum uidistis obtutibus, senem uidelicet Heronem ante paucos admodum dies illusione diabolica à summis ad ima deiectum, quem quinquaginta annis in hac eremo commoratum, singulari districtione rigorem continentiæ tenuisse cognoscimus, & solitudinis secreta ultra omnes hic commorantes miro feruore sectatum. Hic igitur, quo pacto, qua ratione post tantos labores ab insidiatore delusus, grauissimo corruens lapsu, cunctos in hac eremo cōstitutos, luctuoso dolore percussit. Non'ne quia minus discretionis uirtute possessā, suis diffinitionibus regi, quàm cōsilijs uel colla

uel collationibus fratrum, atque institutis maiorũ, maluit obedire. Siquidem tanto rigore immutabilem ieiunij continentiam semper exercuit, & solitudinis cellæque ita iugiter secreta sectatus est, ut ab eo participationem ineundi cum fraternitate conuiuij, nec ueneratio quidẽ diei paschalis aliquando potuerit obtinere. In qua fratribus cunctis pro anniuersaria solennitate in ecclesia retentis, solus non potuit aggregari, ne quantulumcũque perceptione leguminis parui à suo uideretur proposito relaxasse. Qua præsumptione deceptus, angelum sathanæ uelut angelum lucis cum summa ueneratione suscipiẽs, eiusque præceptis prono obediens famulatu, semetipsum in puteum, cuius profunditatẽ oculorum non attingit intuitus, præcipitem dedit, de angeli uidelicet sui sponsione nõ dubitans, qui eum pro merito uirtutum ac laborum suorum nequaquam posse firmauerat ulli iam discrimini subiacere. Cuius rei fidem ut experimento suæ sospitatis euidentissimè comprobaret, supradicto se puteo nocte intẽpesta illusus, iniecit, magnum scilicet uirtutis suæ meritum probaturus, cum inde exisset illęsus. De quo ingenti fratrum labore cum penè iam exanguis fuisset extractus, uitam die tertia finiturus, quod his deterius est, ita in deceptionis suæ obstinatione permansit, ut ei ne experimento quidem mortis suæ potuerit persuaderi, quòd fuisset dęmonum caliditate delusus. Quamobrẽ pro meritis laborum tantorum & annorum numerositate qua in eremo perdurauit, hoc miseratione & humanitate summa, ab his qui eius compatiebantur exitio, uix à presbitero abbate Pafuntio potuit obtineri, ut non inter byothanatos reputatus, etiam memoria & oblatione pausantium iudicaretur indignus.

De ruina duorum fratrum, ob discretionis imperitiam. Capt VI.

QVid dicam de illis duobus fratribus, qui habitantes ultra illam eremũ Thebaydos ubi quondam fuerat beatus Antonius commoratus, minus cauta discretione permoti, euntes per extentam solitudinis uastitatem, nullam escam penitus sumere decreuerunt, nisi quam per semetipsum Dominus illis præstitisset. Cumque errãtes eos per deserta & deficientes iam fame cõspexissent, à longè Mazices quidam, quæ gens cunctis penè nationibus feris immanior atque crudelior est, non enim eos ad effusionem sanguinis, ut nonnullas gentes, desiderium prædæ, sed sola ferocitas mentis instigat, eisque contra naturam feritatis suæ cum panibus occurrissent, unus ex eis subueniente discretione uelut à domino sibi porrectos, cum gaudio & gratiarum actione suscepit, reputans escã sibi diuinitus ministrari, nec sine Deo factum, ut hi qui semper hominum cruore gauderent, deficientibus iam ac tabescentibus, uitæ substantia largirentur: alius uerò recusans cibum, uelut ab homine sibi oblatum, inediæ defectione cõsumptus est. Quorum licet initia ex reprehensibili persuasione descenderint, unus tamen subueniente discretione, id quod temere incauteque conceperat, emendasse agnoscitur: alius autem in stulta præsumptione perdurans, ac penitus discretionis ignarus, mortem quam dominus auertere uoluit, sibiipsi consciuit, nequaquam credens diuino instinctu factum, quòd immitis populus propriæ feritatis oblitus, panes eis pro gladijs obtulissent.

De alterius illusione: quam per imperitiam discretionis incurrit. Cap. VII.

QVid etiam de illo commemorem (cuius nominis quia adhuc superest, nolumus facere mentionem) qui dum longo tempore dęmonem in angeli suscepit claritate, reuelationibus eius innumeris sæpę deceptus, credidit internuncium esse iustitię. Nam exceptis his, etiam per omnes noctes in cella eius lumen absque ullius lucernæ pręebebat officio. Ad extremum iubetur ab ipso, ut Deo filium suum, qui cum eodẽ pariter commanebat, deuotus offerret: ut hoc scilicet sacrificio Abrahæ patriarchæ meritis in nullo inueniretur inferior. Cuius intantum est credulitate seductus, ut hoc confestim parricidium opere perfecisset, nisi eum uidens puer cultrum extra consuetudinem acuendo præparare, & uincula quibus eum uelut oblaturũ ad immolandum cõstringere disponebat, inquirere, præsagio scœleris futuri perterritus, è cella concitus aufugisset.

De lapsu & deceptione monachi Mesopotameni. Cap. VIII.

LOngum est deceptionem illius quoq; monachi Mesopotameni percurrere, qui in illa prouincia perpaucis imitabilem exhibens continentiam, quã per annos multos singulariter in cella retrusus exegerat, ita est ad extremum diabolicis reuelationibus somnijsq; delusus, ut post tantos labores atq; uirtutes, quibus omnes monachos ibidẽ residentes excesserat, ad Iudaismum & concisionem carnis lapsu miserabili fuerit deuolutus, eo quòd illi solita uisione qua uolens eum ad credulitatem futuræ deceptionis illicere, uerissima quæq; multo tempore diabolus uelut ueritatis nuncius reuelarat, ostẽderat demum Christianum populũ unà cum principibus religionis ac fidei nostræ Apostolis scilicet atq; martyribus tenebrosum ac tetrum, omniq; macie tabidum atq; deformem: & contrà Iudæorum populum unà cum Mose patriarchis atq; prophetis summa tripudiantem lætitia, & splendidissimo lumine coruscantem, ac proinde suadens, si mallet meriti ac beatitudinis illorum particeps fieri, circumcisionem quoq; suscipere festinaret. Et quibus profectò tam lugubriter nemo fuisset illusus, si rationẽ discretionis huius asse qui laborasset. Quamobrem in quantis perniciosum sit discretionis gratiam nõ habere, multorum casus & experimenta declarant.

Interrogatio de acquirenda uera discretione. pCap. IX.

GErmanus. Et nouellis exemplis & testimonijs antiquorum satis abundè perpatuit discretionem fontem quodammodo atq; radicem cunctarum esse uirtutum. Quomodo ergo acquiri debeat, cupimus nobis exponi, aut quemadmodum utrum uera & ex Deo, an falsa & diabolica sit, possit agnosci, ut secundum illam euangelicam, quam superiore tractatu descruisti, parabolam, qua iubemur fieri probabiles trapezitę, nũmismati impressam ueri regis imaginem peruidentes, deprehẽdere ualeamus, quod nõ desit in moneta legitima figuratum, atq; illud sicut uulgari usus uerbo hesterna collatione dixisti, tanquam paracaraximum reprobemus, illa instructi peritia quam satis copiosè & integrè prosecutus habere spiritalem atq; euangelicum trapezitam debere signasti. Quid enim proderit uirtutis eius & gratiæ merita cognouisse, si quemadmodum debeamus expetere eam, uel acquirere nesciamus?

Responsio quemadmodum poßideatur uera discretio. Cap. X.

MOses. Vera, inquit, discretio non nisi uera humilitate acquiritur. Cuius humilitatis non fictæ hæc erit prima probatio, si uniuersa non solum quæ agẽda sunt, sed etiam quæ cogitantur seniorum reseruentur examini, ut nihil quis suo iudicio credens illorum per omnia diffinitionibus acquiescat, & quid bonum uel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Quæ institutio non solum per ueram discretionis uiam iuuenem recto tramite docebit incedere, uerumetiam cunctis fraudibus & insidijs inimici seruabit illæsum. Nullatenus enim decipi poterit quisq; non suo iudicio, sed maiorum uiuit exemplo, nec ualebit ignorationi eius callidus hostis illudere, qui uniuersas cogitationes in corde nascentes perniciosa uerecundia nescit obtegere, sed eas maturo examine seniorum uel reprobat uel admittit. Illico nanq; ut patefacta fuerit cogitatio maligna marcescit, & antequam discretionis iudicium proferatur, serpens deterrimus uelut è tenebroso ac subterraneo specu uirtute confessionis protractus ad lucem & traductus quodammodo ac dehonestatus abscedit. Tandiu enim suggestiones eius noxię dominantur in nobis, quandiu celantur in corde. Et ut uirtutem sententiæ huius efficacius colligatis: referam uobis abbatis Serapionis factum, quod ille iunioribus solebat instructionis gratia frequenter inferre.

Verba abbatis Serapionis, & de marcore patefactarum cogitationum, & de periculo propriè confidentiæ. Cap. XI.

CVm adhuc essem puerulus, inquit, & cũ abbate Theone cõmanerẽ, hęc mihi fuerat inimici impugnatione cõsuetudo feralis ingesta, ut postq; refecissẽ hora nona cum sene

cum sene, unum paximacium quotidie in sinu meo latenter abscondere quod sero illo ignorante occulte edebam. Quod furtum licet conniuētia cogitationis & inoliti semel desiderij incontinentia sine cessatione committerem, expleta tamen cōcupiscentia fraudulenta, ad memetipsum reuertēs super admisso furti crimine, grauius cruciabar, quàm super esu eius fueram iucundatus. Cumque illud molestissimum opus uelut ab exactoribus Pharaonis indictum mihi uice laterum singulis diebus explere non sine dolore cordis mei compelleret, nec tamen eruere me posse ab hac earum seuissima tyrannide, & clandestinum furtum seni manifestare confunderer, contigit Dei nutu de hoc me captiuitatis iugo uolentis eripere, ut quidam fratres cellam senis obtentu ædificationis expeterent. Cum'que refectione transacta, collatio spiritalis cœpisset agitari, respondens'que senex propositis interrogationibus eorum, cum de Gastrimargiæ uitio & occultarum cogitationum dominatione dissereret, earum'que naturam & atrocissimam uim quam haberent, donec celarentur, exponeret, compunctus ego collationis huius uirtute, & conscientiæ meæ reatu perterritus, uelut qui crederem ob hoc ea fuisse prolata, quòd seni fuerint secreta mei pectoris patefacta, in occultos primum gemitus excitatus, deinde cordis mei compunctione crescente, in apertos singultus lachrimasque prorumpens, paximacium quod consuetudine uitiosa clanculè paraueram comedendum, de sinu furti mei conscio ac susceptore produxi, ipsumque in medium proferens, quemadmodum quotidie inuolans ipsum latenter ederem, pœnitentiam coram eo in terram submissus cum ueniæ postulatione confessus sum, & ubertim profusis lachrymis absolutionem dirissimæ captiuitatis huius intercessionibus eorum atque orationibus imploraui. Tunc senex: Confide, ait, ó puer, absoluit te à captiuitate, etiam me tacente confessio tua. Victorem namque aduersarium tuum hodie triumphasti, ualidius eum tua confessione elidens, quàm ipse fueras ab eo tua taciturnitate deiectus, quem nequaquam uel tua uel alterius responsione confutans, in te nunc usque permiseras dominari, secundum illam Salomonis sententiam, quia non fit contradictio ab his qui faciunt malum cito, ideo repletum est cor filiorum hominum in ipsis ut faciant mala. Et idcirco iam te post hanc publicationem suam nequissimus spiritus iste nullatenus inquietabit ulterius, nec in te latibulum sibi teterrimus serpens deinceps usurpabit, de tenebris tui cordis confessione salutari protractus ad lucem. Necdum senex hæc uerba compleuerat, & ecce lampas accensa de meo sinu procedens, tanto cellam repleuit odore sulphureo, ut uehementia fœtoris ipsius uix in ea residere possemus. Resumens'que senex ammonitionem, ecce, inquit, Dominus tibi ueritatem sermonum meorum experimento probauit, ut passionis incentorem de corde tuo confessione salubri fugatum, oculorum fide perciperes, patefactum'que hostem nequaquam locum in te ulterius habiturum, aperta eius expulsione cognosceres. Itaque secundum sententiam senis, ita est, inquit, in me confessionis huius uirtute dominatio diabolicæ illius tyrannidis extincta atque imperpetuum consopita, ut nunquam mihi ne memoriam quidem concupiscentiæ huius ulterius temptauerit inimicus ingerere, nec me penitus hæc aliquando pulsatum furtiui illius desiderij instigatione persenserim.

Quem sensum in ecclesiaste quoque pulcherrimè legimus figuratum, si momorderit, inquit, serpens non in sibilo non est abundantia incantatori, taciti serpentis morsum perniciosum esse designans, id est, si per confessionem siue consensum suggestio seu cogitatio diabolica incantatori cuiquam spiritali scilicet uiro, qui carminibus scripturarū mederi protinus uulneri & extrahere de corde uiri consueuit noxia uenena serpentis patefacta non fuerint, succurrere periclitanti perituro'ue non poterit. Hoc igitur modo ad scientiam discretionis ueræ peruenire facillimè poterimus, ut seniorum uestigia subsequentes, neque agere quicquam noui, neque discernere nostro iudicio præsumamus, sed quemadmodum uos uel traditio illorum, uel uitæ probitas informarit, in omnibus gradiamur. Qua institutione firmatus, non modò ad perfectam discretionis rationem quisque perueniet, uerum etiam munitus à cunctis insidijs inimici & tutissimus permanebit. Nullo namque alio uitio tam præcipitem diabolus monachum pertrahit ac perducit ad mortem, quàm cum eum neglectis consilijs seniorum in suo

in suo iudicio persuaserit ac diffinitione doctrina'ue cōfidere. Etenim cum omnes artes ac disciplinæ humano ingenio repertæ, & quæ nihil amplius quàm uitę huius temporariæ cōmodis prosunt, licet manu palpari queant, & oculis peruideri, rectè tamen à quoquam sine instituentis doctrina nequeant cōprehendi, quàm ineptum est credere hanc solam non egere doctore quæ & inuisibilis & occulta est, & quæ non solum oculis sed ne animo quidem nisi corde purissimo perspici poterit, cuius error non temporale dānum, nec quod facilè reparetur, sed animæ perditionē parit mortemq́ perpetuam. Habet enim nō aduersus uisibiles sed inuisibiles atq; immites hostes diurnū nocturnumq́ conflictum, nec contra unum seu duos, sed contra innumerabiles cateruas spiritale certamen, cuius casus tanto perniciosior cunctis quanto & infestior inimicus, & congressus occultior. Et ideo semper seniorum summa diligentia sunt sectanda uestigia, atq; ad eos cuncta quæ in nostris cordibus oriuntur sublato confusionis uelamine deferenda.

Confeßio uerecundiæ ob quam confunderemur cogitationes nostras senioribus reuelare. Cap. XII.

GErmanus. Occasionem nobis perniciosę uerecundię, qua cogitationes malas studeamus obtegere, ac salutari eas patefacere confessione uereamur, illa præcipuè creat causa, qua nouimus quendam in Syriæ partibus ut credebatur præcipuum seniorum cuidam fratri cogitationes suas simplici confessione prodenti, postmodum quadā indignatione commotum easdem grauiter exprobasse. Vnde fit ut dum eas nobis premimus ac senioribus erubescimus publicare, curationū remedia consequi nequeamus.

Responsio de confusione calcanda & periculo non condolentis. Cap. XIII.

MOses. Sicut non sunt omnes iuuenes pari modo uel feruentes spiritu, uel disciplinis ac moribus optimis instituti, ita ne senes quidem cūcti uno modo uel perfecti possunt uel probatissimi repperiri. Diuitiæ enim senum non sunt canicie capitis, sed industria iuuentutis ac præteritorum laborum stipendijs metiendæ. Quę enim non congregasti, inquit, in iuuentute, quomodo inuenies in senectute tua? Senectus enim uenerabilis est non diuturna neque numero annorum computata. Cani enim sunt sensus hominis, & senectus honorabilis uita immaculata. Et idcirco nō omnium seniorum quorum capita canicies tegit, quosque uitæ longæuitas sola commendat, nobis sunt imitanda uestigia uel sectanda seu traditiones ac monita suscipienda, sed eorum quos laudabiliter uitam suam ac probatissimè comperimus in iuuentute signasse, nec præsumptionibus proprijs, sed maiorum traditionibus institutos. Sunt enim nonnulli quorum etiam quod est lugubrius maior pars sine dubio reperitur, qui in tepore suo quem ab adolescentia sua conceperunt, atq; ignauia senescentes autoritatem sibi non maturitate morum, sed annorum numerositate conquirunt. De quibus exprobratio illa domini propriè satis dirigitur per Prophetam: Et comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Hos inquam in exemplum iunioribus, non eorum uitæ probitas, nec ulla propositi huius laudabilis atque imitanda distinctio, sed annositas sola prouexit. Quorum caniciem callidissimus inimicus, ad deceptionem iuniorum in præiudicata autoritate proponens, etiam illos qui ad uiam perfectionis, uel suis uel aliorum potuerunt monitis incitari, subuertere ac decipere exemplis eorum fraudulenta subtilitate festinat, uel in teporem scilicet noxium, uel in letalem desperationem eorum doctrinis institutisq́ perducens. Cuius rei uolens proferre uobis exemplum autoris nomine prætermisso, ne nos quoque illius qui patefacta sibi fratris uitia publicauit, simile aliquid admittamus, rem tantum gestam quæ instructionem necessariam uobis conferat, paucis exponam. Cum igitur ad senem quendam nobis optimè cognitum quidam non ignauissimorum iuuenum profectus sui & curationis gratia perrexisset, & carnalibus incentiuis ac fornicationis spiritu semetipsum inquietari simpliciter

pliciter prodidisset, consolationem credens laboribus suis oratione senis & remedia conceptis uulneribus reperturum, ille amarissimis eum uerbis excipiens, ita suis econtrario correptionibus asperauit, miserabilem pronuncians & indignum, nec monachi nomine ac religione censendum, qui potuerit huiusmodi uicio & concupiscentia titillari, ita suis econtrario correptionibus uulnerauit, ut eum summa desperatione deiectum mœstumque admodum ac letali tristitia penitus obruptum e sua dimitteret cella. Cumque ei in tali mœrore depresso, nec iam de remedio passionis, sed de expletione conceptæ concupiscentiæ profunda cogitatione tractanti, abbas Appollo protinus occurrisset, & uim laboris eius & oppugnationis uehementiam quæ in corde eius tacite uoluebatur de contemplatione uultus, & intuitus ipsius deiectione coniectans, causam tantæ perturbationis inquireret, atque ille molliter se compellanti seni ne responsum quidem ullum posset referre, magis ac magis eum sentiens senex non inaniter causam tantæ tristitiæ silentio uelle contegere, quantum ne uultu quidem dissimulare quiuisset, intentius ab eo causas occulti doloris cœpit inquirere. Quibus ille constrictus, pergere se ad uicum confitetur, ut quia secundum sententiam illius senis monachus esse non posset, nec refrenare stimulos carnis & impugnationis remedia consequi præualeret, uxorem duceret, ac relicto monasterio reuerteretur ad seculum. Quem senex Appollo blanda consolatione demulcens, seseque asserens ijsdem quotidie incentiuorum stimulis atque æstibus agitari, & idcirco non debere eum prorsus in desperationem concidere, nec mirari super impugnationis ardore, qui non tam laboris studio quàm misericordia domini & gratia uinceretur, unius tantum diei super dilatione ruinæ dispositæ, ab eodem poposcit inducias, & ut reuerteretur ad suam cellulam deprecatur: ad monasterium prædicti senis illico tota festinatione perrexit. Cum'que eidem proximasset, expansis manibus orationem cum lachrymis fundens: Conuerte, ait, domine, qui occultarum uirium & infirmitatis humanæ solus arbiter pius ac secretus es medicus, impugnationem illius iuuenis in senem istum ut condescendere infirmitatibus laborantium & compati fragilitati iuniorum uel in senectute doceatur. Cum'que ille hanc precem cum gemitu conclusisset, cernit Aethiopem tetrum contra illius cellulam stantem, atque aduersus eum ignita iacula dirigentem. Quibus cum fuisset ille protinus sauciatus, progressus e cella, & huc illuc'que uelut amens & ebrius cursitaret, atque egrediens & ingrediens, iam continere se in ea non posset, eadem uia concitus pergere cœpit, qua mœstus iuuenis ille discesserat.

Quem abbas Appollo uelut amentem factum ac quibusdam furijs agitari conspiciens intellexit ignitum diaboli telum, quod uiderat ab illo directum, in eius corde fuisse defixum, illam'que in eo confusionem mentis ac perturbationem sensuum intollerandis æstibus operari: accedens'que ad eum, quo, inquit, properas, aut quæ'nam te causæ senilis illius atque inolitæ grauitatis oblitum, ita pueriliter inquietant ac mobiliter cursitare compellunt? Cumque ille pro conscientiæ suæ reatu ac turpi excogitatione confusus, crederet ardorem sui pectoris deprehensum, ac retectis seni sui cordis archanis, nullam responsionem percunctanti se reddere prorsus auderet: reuertere, inquit, ad cellam, tandem'que te intellige uel ignoratum hactenus à diabolo, uel despectum, nec in eorum numero reputatum, quibus ille quotidie confligere & colluctari profectibus eorum ac studijs instigatur, qui unum eius in te directum iaculum post tantam annorum seriem, quam in hac professione triuisti, non dicam respuere, sed ne differre quidem uel uno die ac tolerare quiuisti, quo te sauciari dominus idcirco permisit, ut saltem in senecta disceres compati infirmitatibus alienis, & fragilitati condescendere iuniorum tuis exemplis atque experientia docereris, qui suscipiens iuuenem infestatione diabolica laborantem, non modò nulla consolatione fouisti, sed etiam perniciosa desperatione deiectum, inimici manibus tradidisti, quantum in te est, ab eodem luguhriter deuorandum, quem sine dubio nequaquam attemptasset tam uehementi conflictu, quo te nunc usque est appetere dedignatus, nisi forte profectui eius inuidens inimicus illam uirtutem quam animis eius inesse cernebat, anticipare ac peruertere suis ignitis iaculis festinasset, proculdubio iudicans fortiorem cui tanta uehementia confligere

confligere o perepręcium iudicauit. Disce itaq; tuis exemplis laborantibus condolere, & periclitantes nequaquam perniciosa desperatione deterrere, nec durissimis sermonimonibus asperare, sed potius leui blandaq; consolatione refouere, & secundum præceptum sapientissimi Salomonis eruere eos qui ducuntur ad mortē, & redimere eos qui interficiuntur, nostriq; saluatoris exemplo arundinem quassatam non cōterere, & linū fumigans non extinguere, illamq; à Domino gratiam postulare, ut ipse quoq; fiducialiter ualeas opere ac ueritate dicere, dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lapsus est uerbo. Nullus enim posset insidias inimici sufferre seu carnales æstus naturali quodammodo igne flagrantes uel extinguere uel reprimere, nisi gratia Dei, uel iuuaret fragilitatem nostram uel protegeret uel sua misericordia communiret. Et idcirco salutaris huius dispensationis ratione finita, qua uel illum iuuenem perniciosis æstibus dominus liberare uel de impugnationis uehementia & compatiendi affectu te uoluit erudire, communibus cum precibus imploremus, quo flagellū istud quod utilitatis gratia dominus inferre dignatus est hactenus, iubeat temperari, ipse enim dolorē facit & rursum medet, pcutit, & manus eius sanāt, ipse humiliat, & exaltat, ipse occidit & uiuificat, deducit ad infernum & reducit, & ignita diaboli iacula quę me arbitro tibi permisit infligi, redundante diuino spiritus sui rore restinguat. Quam tentationem licet eadem celeritate qua inferri eam dominus passus est, ad unam senis orationē sua pietate rursus abstulerit, hoc tamen euidenter experimento docuit non modo non exprobrari patefacta cuiusque uicia debere, sed ne dissimulare quidem laborantis dolorem seu leuiter præterire. Et idcirco nequaquam nos unius senis siue paucorum uel imperitia uel leuitas ab illa salutari quam prædiximus uia, & traditione maiorum deterreat & excludat, quorum canicie ad deceptionem iuniorum callidissimus abutitur inimicus, sed absq; ullo confusionis operimento omnia debent senioribus reuelari, atque ab eis uel remedia nostris uulneribus, uel exempla conuersationis ac uitę fiducialiter sumi, in quibus parem opem & similem experiemur effectum, si nihil penitus affectare nostro iudicio ac præsumptione tentemus.

De uocatione Samuelis. Cap. XIIII.

DEniq; in tantum placita Deo hæc sententia comprobatur, ut etiam scripturis sanctis hanc eandem institutionem non ociose reperiamus insertam, ita ut puerum Samuelem iudicio domini prælectum, sua nollet per semetipsum diuini colloquij disciplina dominus erudire, se recurrere semel & iterum pateretur ad senem, eumq; quem ad suum uocabat alloquium, etiam illius qui offenderat Deum, dummodo senioris doctrina uellet institui, & quem sua uocatione dignissimum iudicaret, senioris mallet institutione formari, ut scilicet & illius qui ad diuinum ministerium uocabatur, probaretur humilitas, & iunioribus forma subiectionis huius proponeretur exemplo.

De uocatione Pauli Apostoli. Cap. XV.

PAulum quoque per semetipsum uocans & alloquens Christus, cum posset ei perfectionis uiam reserare confestim, nequaquam facit, sed dirigit illum ad Ananiam, & ab eo iubet uiam ueritatis agnoscere, dicens: Surge & ingredere ciuitatem, & ibi tibi dicetur quid te oporteat facere. Mittit itaque & hunc ad seniorem, eum'que illius potius doctrina quàm sua censet institui, ne scilicet quod recte gestum fuisset in Paulo, posteris malum præsumptionis præberet exemplum, dum unusquisque sibimet persuaderet, simili modo se quoque debere Dei solius magisterio atque doctrina potius quàm seniorum institutione formari. Quam præsumptionem omnimodis detestandam etiā ipse Apostolus, non solum literis, sed etiam opere atque exemplo docet, ob hoc solummodo se asserens Hierosolimam conscendisse, ut euangelium quod comitante gratia spiritus sancti cum potestate signorum & prodigiorum gentibus prædicabat, cum suis coapostolis & antecessoribus priuata quodammodo ac domestica examinatione conferret, & contuli, inquiens, cum illis euangelium quod prædico inter gentes, ne forte

ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem. Quis ergo tam præsumptor & cæcus sit qui se audeat suo iudicio ac discretioni committere, cum uas electionis indiguisse coapostolorum suorum se collatione testetur? Vnde manifestissime comprobatur, ne à Domino quidem uiam perfectionis quempiam promereri, qui habens unde ualeat erudiri, doctrinam seniorum, uel instituta contempserit, paruipendens illud eloquium quod oportet diligentissime custodiri. Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, seniores tuos & dicent tibi.

De appetenda discretione. Cap. XVI.

OMni igitur conatu debet discretionis bonum uirtute humilitatis acquiri, quæ nos illæsos ab utraque potest nimietate seruare. Vetus nanque sententia est, nimietates equales sunt. Ad unum enim finem nimietas ieiunij & uoracitas peruenit, eodemque dispendio uigiliarum immoderata continuatio monachū, quo somni grauissimi torpor inuoluit. Nam per excessum continentiæ debilitatum quemque ad illum statum reuocari necesse est in quo negligens quisque per incuriam detinetur, ita ut frequenter quos per castrimargiam decipi non potuisse conspeximus, per immoderationē ieiuniorum uiderimus fuisse deceptos, atque ad eandem quam uicerant passionem infirmitatis occasio ne fuisse collapsos. Vigiliæ quoque & pernoctationes irrationabiles deiecerunt, quos somnus superare non potuit. Quapropter secundum apostolum per arma iustitiæ quæ à dextris sunt & à sinistris recto moderamine transeundum est, & ita inter utrasque nimietates discretione moderante gradiendum est, ut nec traditum continentiæ tramitem acquiescamus excedere, nec rursum remissionem noxia in gulæ uentrisque desideria concidamus.

De immoderatis ieiunijs & uigilijs. Cap. XVII.

ETenim memini me frequenter ita appetitum cibi penitus respuisse, ut duobus diebus ac tribus refectione dilata, ne memoria quidem ullius edulij meam interpellauerit mentem, & rursus ab oculis meis ita somnum diaboli impugnatione subtractum ut plures noctes ac dies paululum quid somni meis oculis à Domino præcarer infundi, grauiusque me periclitatum somni cibique fastidio quàm soporis & castrimargiæ colluctatione persensi. Itaque sicut festinandum nobis est ne appetitu corporeæ uoluptatis in dissolutionem noxiam delabamur, & ante præstitutum tempus uel cibo nos indulgere uel modum eius sinamus excedere, ita est escæ somnique refectio hora legittima etiam si horreat ingerenda. Vtrumque enim bellum aduersarij factione consurgit, & perniciosius continentia immoderata quàm saturitas remissa supplantat. Ab hac namque ad mensurā districtionis intercedente compunctione salubri conscendi potest, ab illa non potest.

Interrogatio de continentia uel refectionis mensura. Cap. XVIII.

GErmanus. Quis igitur est continentiæ modus quem equo moderamine retinentes inter utramque nimietatem illesi transire possimus?

De optimo cibi quotidiani modo. Cap. XIX.

MOyses. Super hac re inter maiores nostros frequenter nouimus habitū fuisse sermonem, atque magnopere tractatum. Nam discutientes continentias diuersorum qui uel solis leguminibus uel oleribus tantum, uel pomis uitam iugiter exigebant, præ posuere cunctis illis refectionem sicci panis cuius æquissimum modum in duobus paximacijs statuerūt, quos paruulos panes uix libræ unius pondus habere certissimū est.

Obiectio de facilitate continentiæ quæ duobus paximacijs sustinetur. Cap. XX.

GErmanus. Quòd nos gratanter amplexi, respondimus hunc modum nos minime pro continentia reputare, quippe qui integrum eum nequaquàm possemus insumere.

Responsio de uirtute & mensura ex parte continentiæ. Cap. XXI.

MOses. Si uultis experiri uim statuti huius, modū istum iugiter retinete, adiectionem nullam die dominico uel sabbato indulgentes, neq; interdū quoddam coctionis pulmentum sub aliqua aduenientium fratrum occasione sumentes, quibus refecta caro non solum minore quantitate diebus residuis poterit sustentari, uerumetiā totam refectionem sine labore differre, illorum scilicet ciborum quos extrinsecus sumpserit adiectione suffulta. Quod nullomodo facere nec refectionem panis differre in diem posterum præualebit, quisq; fuerit semper prædictæ mensuræ quantitate contentus. Etenim memini seniores nostros quod nos quoq; retineo frequenter fuisse perpessos, cum tanto labore ac difficultate hanc parsimoniā sustentasse, tantaq; ui atq; inedia prædictam custodisse mensurā, ut inuiti quodammodo nec sine gemitu atq; tristicia hunc finem sibi refectionis imponerent.

Qui nam generalis continentiæ ac refectionis modus sit. Cap. XXII.

GEneralis tamen hic continentiæ modus est ut secundum capacitatem uirium uel corporis uel ætatis tantum sibimet cibi unusquisq; concedat, quantum sustentatio carnis, non quantum desiderium saturitatis, exposcit. In utraq; enim parte sustinebit maximum detrimentum, quisquis inæqualitatem tenens nunc uentrem ieiuniorum ariditate constringit, nunc escarum nimietate distendit. Vt enim mens cibi inanitate lassata perdit orationum uigorem, dum carnis lassitudine nimia prægrauata condormitare compellitur, ita rursum nimietate uoracitatis oppressa emittere suas preces ad Deum puras leuesq; non poterit. Sed nec castimoniæ quidem ipsius puritatem indirupta ualebit iugitate seruare, dum ei etiam diebus illis quibus carnem acriore uidetur continentia castigare, præterita cibi materia, quamuis ad præsens defecto sit corpore, ignem carnalis concupiscentiæ subministrat.

Quemadmodum abundantiæ humorum genitalium castigentur. Cap. XXIII.

NAm quod semel per escarum abundantiam concretū fuerit medullis, necesse est egeri atq; ab ipsa naturæ lege propelli, quę exuberantiam cuiuslibet humoris superflui uelut noxiam sibi atq; contrariam in semetipsa residere non patitur. Ideoq; rationabilis semper & æqualis impendenda est castigatio, ut si narurali hac necessitate commorantes in carne omnimodis carere non possumus, saltem rarius nos & non amplius quàm trina uice respersos isto deliquio totius anni cursus inueniat. Quod tamen sine ullo pruritu quietus egerat sopor, nō fallax imago index occultæ uoluptatis eliceat. Quamobrem hoc est temperata quam diximus continentiæ æqualitas atq; mensurata, quæ patrum quoq; iudicio comprobatur, ut quotidianam panis refectionem quotidiana comitetur esuries, in uno eodemq; statu animam pariter corpusq; conseruans, nec ieiunij fatigatione concidere, nec grauari mentem saturitate permittens. Tanta namq; frugalitate finitur ut interdum se post uesperam nec sentiat aut meminerit refecisse.

De labore æqualis refectionis, & de fratris Beniamin edacitate. Cap. XXIIII.

ET in tantum hoc non sine labore perficitur, ut malint hi qui perfectionem discretionis ignorant, etiam biduo protelare ieiunia, idq; quod hodie sumpturi fuerant in crastinum reseruare, dummodo ad refectionem peruenientes desiderata satietate potiantur. Quòd nuper Beniamin ciuem uestrū pertinaciter tenuisse cognoscitis, qui ne quotidie paximacia duo percipiens æquali castigatione continuatam parcitatem iugiter retentaret, maluit biduana ieiunia semper continuare, dummodo ad refectionem ueniens duplicata mensura repleret uentris ingluuiem. Nam id quod biduo fuerat percepturus differens, uno die absolutionem ieiunij post biduum pariter insumebat, ut quatuor paximacia comedens desiderata saturitate gauderet, & expletionem uentris sui biduano ieiunio quodammodo compararet. Qui obstinatione & pertinacia mentis suæ diffinitionibus potius proprijs quàm seniorum traditionibus acquiescens, quali finem suum

ne suum propositum terminaret, proculdubio meministis. Siquidem relicta hæremo, rursus ad inanem philosophiam mundi huius ac uanitatem seculi deuolutus, prædictam sententiam seniorum sui casus signet exemplo, ruinaque sua cunctos doceat, neminem suis moribus deditum, uel proprio iudicio confidentem, perfectionis culmen aliquando posse conscendere, sed nec diaboli quidem perniciosas illusiones euadere.

Interrogatio quomodo una semper eademque mensura seruetur. Cap. XXV.

GErmanus. Quomodo igitur à nobis hic modus indirupte ualebit custodiri? Nam nonnunquã hora nona soluta iam statione ieiunij superuenientibus fratribus necesse est eorum obtentu, aut adijci aliquid ad statutam solitamque mensurã, aut certe humanitatem quàm iubemur omnibus exhibere penitus abdicari.

Responsio de non excedendo refectionis modo. Cap. XXVI.

MOses. Vtraque uno modo ac sollicitudine pari conuenit obseruari. Nam & mensuram cibi causa continentiæ ac puritatis cum omni scrupulo custodire debemus, & humanitatem atque adhortationem aduenientibus fratribus charitatis obtentu similiter exhibere, quia satis absurdum est ut fratri immo Christo mensam offerens non cum eo cibum pariter sumas, aut ab eius refectione te facias alienum. Itaque in neutra parte reprehensibiles inueniemur, si hęc à nobis consuetudo teneatur, ut hora nona de duobus paximacijs quæ nobis canonica mensura iure debentur, uno paximacio prælibato, aliũ huius expectationis gratia in uesperam reseruemus quem si superuenerit quispiam fratrum cum ipso pariter in sumamus, nihil consuetudini solitæ amplius adiungentes, & hac dispensatione nequaquâm fratris nos contristabit aduentus qui nobis debet esse gratulabilis. Siquidem ita humanitatis exhibemus obsequelam, ut nihil à rigore continentiæ relaxamus. Si uero nullus aduenerit hunc quoque uelut de canonico modo debitum nobis libere præsumemus, qua parcitate nec stomachus uespere poterit aggrauari quippe hora nona uno paximacio iam præmisso, quod plerunque his qui districtiorem abstinentiam se tenere credentes, totam refectionẽ ad uesperam differunt, euenire consueuit. Nam recens escæ perceptio tam uespertinis quã in nocturnis orationibus tenuẽ leuemque sensum non sinit inueniri. Ideoque commodum satis & utile hora nona refectionis tempus indultum est, in quo reficiens monachus non solum in nocturnis uigilijs leuis ac uacuus fuerumetiã in ipsis uespertinis solennitatibus digesto iam cibo inuenitur aptissimus. Talibus nos beatus Moses uerbis erudiens hoc nobis præcipuum gemina institutione contulit ut non solum discretionis uirtutem & gratiam sed ipsius quoque abrenunciationis ratinem quam penitus ignorantes feruore tantummodo spiritus nostri ac cœlo Dei arripuisse uidebamur incipientes agnoscere, deinceps intelligeremus quãtum à puritate cordis & directionis linea fuissemus in id temporis euacuati absque ulla dumtaxat destinatione uel fine tendentes, & quid principaliter tenere nos operteret, quid uecauere similiter econtrario deberemus omnimodis ignorantes illamque præ omnibus definitionem senis uerissimam comprobauimus, nullius artis seu disciplinæ peritiã posse sine destinationis ratione subsistere, nec sine contẽplatione certi finis attingi.

Collationis abbatis Pafuntij de tribus abrenunciationibus finis.

COLLATIO ABBATIS PAFVNTII DE TRIBVS ABRENVNCIATIONIBUS. Caput I.

IN illo choro sanctorum qui uelut astra purissima in nocte mundi istius refulgebant, uidimus sanctum pafuntiũ uice luminaris magni claritate scientiæ choruscantem. Hic nanque presbyter congregationis nostræ, id est illius quæ in hæremo Scythi morabatur, fuit, in qua ita usque ad extremã durauit ætatem, ut nunquàm è cella quam iunior cœperat habitare, quanque ab ec-

cleſia milibus quinq; diſtabat, ſaltem ad uiciniora migrauerit, nec feſſus annis tanti itineris ſpacio, die ſabbati uel dominico uenturus ad eccleſiam uexaretur, ſed nec uacuus quidem reuerti exinde contentus, uas aquę quam per totam erat hebdomadã ſumpturus ceruicibus ſuis onerans reportabat ad cellam. Cunq; nonagenariam exceſsiſſet ætatem, nunquàm paſſus eſt eam iuniorum ſibi labore deferri. Hic itaq; ab adoleſcentia ſua ſcholæ cœnobij tanto ardore ſe tradidit, ut in ea paruo tempore commoratus tam ſubiectionis bono quàm uniuerſarum uirtutum ſcientia pariter ditaretur. Humilitatis namque & obedientiæ diſciplina, omnes ſuas mortificans uoluntates, & per hanc extinctis uniuerſis uitijs, cunctiſq; uirtutibus conſummatis quas monaſteriorum inſtituta uel antiquiſsimorum patrum doctrina fundauit, ſublimioris profectus ardore ſuccenſus, Heremi feſtinauit ſecreta penetrare, ut domino cui inter fratrum turbas poſitus ſitiebat inſeparabiliter inhærere, nullo deinceps ab eius cõtẽplatione humano conſortio uel imagine ſe retrahente facilius uniretur. Vbi rurſum tanto feruore etiam ipſorũ anachoretarũ uirtutes ſuperans, deſiderio & intentione iugis ac diuinæ illius theoriæ, cunctorum deuitabat aſpectus, uaſtiora & inacceſsibilia ſolitudinis penetrans loca, multoq; in eis tẽpore deliteſcens, ut ab ipſis quoq; anachoritis difficulter ac rariſsime deprehenſus, angelorum quotidiano conſortio delectari ac perfrui crederetur, atq; ei merito uirtutis huius ab ipſis inditum fuerit Bubali cognomentum.

De ſermone eiuſdem ſenis, ac reſponſione noſtra.
Cap. II.

CVius igitur magiſterio inſtitui cupientes cogitationum etiam ſtimulis agitati, ad cellam eius iam die adueſperaſcente peruenimus. Qui habito aliquantiſper ſilentio cum propoſitum noſtrum prædicare cœpiſſet, quod ſcilicet patriam relinquentes, tot prouincijs pro amore domini perluſtratis egeſtatem ac uaſtitatem heremi tolerare & imitari rigorem conuerſationis illorum tantoperè niteremur, quem uix ipſi qui in eadem neceſsitate atq; inopia nati educatiq; ſunt ſuſtinerent, reſpondimus nos ob id ad eius doctrinam ac magiſterium tetendiſſe ut imbui aliquatenus doctrina tanti uiri poſſimus quam innumeris documentis ineſſe eidem ſenſeramus, non ut illius quæ tamen in nobis non eſſent laudibus grauaremur, aut in elatione animi, qua in noſtris quoque cellulis nonnunquàm ſuggeſtione titillabamur inimici, ipſius quoq; ſermonibus inflaremur. Quamobrem illa nobis potius præcabamur infundi, quibus compungi uel humiliari, non quibus nobis metipſis blandiri extolliq; poſsimus.

Propoſitio abbatis Paſuntij de tribus uocationum generibus & de tribus abrenunciationibus. Cap. III.

PAſuntius. Tres, inquit, uocationum ſunt ordines, tres quoq; renunciationes monacho in quocunq; uocationis ordine conſtituto neceſſarias nouerimus Et primam quidem cauſam qua tres eſſe uocationũ ordines diximus, oportet nos diligenter inquirere ut cum agnouerimus nos ad Dei cultum primo gradu uocationis aſcitos, ſecundũ eius ſublimitatem conuerſationis quoq; noſtræ congruentiã temperemus. Nihil enim proderit ſublimiter inchoaſſe, ſi ſimilem principijs non exhibuerimus & finem. Quòd ſi etiam ultimo ordine nos à conuerſatione ſeculi extractos fuiſſe cognoſcimus, quanto minus probabili ad religionẽ principio uidemur inniti, tanto acrius noſmetipſos ad meliorem finem ſpiritali feruore incitare curemus. Secundum quoq; cauſam triſtitiæ abrenunciationis omnimodis noſſe nos conuenit, quia nullo modo perfectionem poterimus attingere, ſi eam uel ignorauerimus, uel ſcientes non contenderimus opere conſumare.

Expoſitio trium uocationum. Cap. IIII.

VT igitur tres hi uocationũ modi ſpeciali diſtinctione pandantur. Primus ex Deo eſt,

est, secundus per hominem, tertius ex necessitate. Ex Deo quidem est, quotiens inspiratio quædam immissa in cor nostrũ nonnunquàm etiã dormientes nos ad desideriũ æternæ uite ac salutis exuscitat, deumq́ sequi & eius inhærere præceptis compunctione saluberrima cohorratur, ut in scripturis sanctis Abraham uoce dominica, de genitali solo & totius cognationis suæ affectibus, patriisq́ domo legimus euocatũ, dicente dño. Exi de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui. Quo etiam modo beatũ Antonium accitũ esse cognouimus, qui occasionẽ suę conuersionis à sola diuinitate percepit Ingressus namq́ ecclesiam ibiq́ audiens in Euangelio dñm pręedicantem, qui non odit patrem & matrẽ & filios & uxorem & agros, insuper & animã suam, non potest meus esse discipulus, & si uis perfectus esse, uade & uende quę habes, & da pauperibus. & habebis thezaurum in cœlo, & ueni sequere me. Pręceptum hoc domini uelut specialiter ad se directũ cum summa cordis compunctione suscepit, confestimq́ renuncians cunctis secutus est Christum, nulla exhortatione neq́ doctrina hominum prouocatus. Secundus uocationis modus est, quem fieri per hominẽ diximus, cum uel exemplis quorundam sanctorum uel monitis instigati ad desideriũ salutis accendimur. Quo nos quoque gratia domini retinemus à scitos, qui prædicti uiri monitis ac uirtutib. incitati huic nos studio professioniq́ tradidimus, quo ordine etiam in scripturis sanctis per Mosen filios Israël de afflictione Aegypti legimus liberatos. Tertius uero uocationis modus est qui ex necessitate descendit, cum nos diuitijs mundi huius uel uoluptatibus obligati, ingruentibus repente temptationibus quæ uel mortis pericula cõminantur uel amissione bonorum ac proscriptione percutiunt uel charorũ morte compungunt, ad dominum quem sequi in rerũ prosperitate contempsimus saltem inuiti properare compellimur. Cuius uocationis necessitatem in scripturis quoq́ sæpissime reperimus, cũ filios Israel ob merita peccatorũ suorum legimus à Domino traditos hostibus suis, ob quorũ dominationem crudelitatẽq́ sæuissimã, rursus conuersos ad dominum proclamasse, & misit eis, inquit, dominus saluatorem Aoth filium Gera, filium Gemini, qui utraq́ manu utebatur pro dextera. Et rursum Clamauerunt, inquit, ad Dominum qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel filium Chenez fratrem Caleph iuniorem. Et de talibus in psalmo dicitur: Cum acciperet eos tunc quærebant eum & reuertebantur, & diluculo ueniebant ad eum, & recordati sunt, quia Deus adiutor eorum est, & Deus excelsus redemptor eorum est. Rursumq́: Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Quòd & desidioso uocatio prima non prosit & strenuo postrema non obsit. Cap. V.

EX his itaq́ tribus modis licet priores duo melioribus inniti principijs uideantur, nonnunquàm tamen inuenimus etiam de tertio gradu qui infimus uidetur ac tepidus perfectos uiros ac spiritu feruentissimos extitisse illisq́ consimiles q̃ optimo principio aggressi domini famulatum reliquam quoq́ uitam laudabili feruore spiritus exegerunt, & iterum de illo superiori gradu plurimos tabefactos ad uituperabilem finem sæpissime recidisse, ac perinde sicut illis nihil obfuit quòd non suo uiderentur arbitrio sed necessitatis compulsione conuersi, quippe quibus hanc ipsam occasionẽ qua compungerentur domini benignitas procurauit, ita etiam istis omnino nihil profuit sublimiora conuersionis habuisse principia, quia non studuerunt reliquã uitã fine congruo terminare. Nec enim abbati Mosi qui habitauit in loco istius eremi cui Calamus nuncupatio est, quicq́ defuit ad perfectæ beatitudinis meritũ, quòd metu mortis quæ ei propter homicidij crimen intentabatur impulsus ad monasteriũ decucurrit, quã ita necessitate conuersionis arripuit ut eam in uoluntatem prompta animi uirtute conuertens ad perfectionis fastigia summa peruenerit, sicut etiam econtrario plurimis quos nominatim memorare non debeo nihil profuit domini seruitutẽ meliore arripuisse principio, qui deinceps cordis ignauia ac duritia subsequente, qua seniorũ traditionibus acquiescere noluerunt, in teporem noxiũ, ac in profundũ mortis baratrum conciderunt. Quã rem in apostolorum quoq́ uocatione uidemus euidenter expressam. Quid enim profuit iudæ apostolatus sublimissimum gradum eodem ordine quo petrus cæteriq́ apostoli asciti sunt uoluntariæ suscepisse, qui uocationis suæ præclara principia cupiditatis

ac Philargyriæ, pestifero fine consumans, usque ad traditionẽ domini crudelissimus parricida prorupit. Aut quid obfuit Paulo quòd repente cæcatus ad uiam salutis uelut inuitus uidetur attractus, qui postea dominum tota animi deuotione sectatus, initium necessitatis uoluntate consummans, gloriosam tantis uirtutibus uitã immutabili fine conclusit. Totum ergo in fine consistit in quo potest quis & optimę conuersionis initijs dedicatus inferior per negligentiam reperiri, & necessitate attractus ad nomen monachi profitendum effici per timorem Dei diligentiamque perfectus.

Exopsitio trium abrenunciationum. Cap. VI.

NVnc de abrenunciationibus disserendum est, quas tres esse & patrum traditio & scripturarum sanctarũ demonstrat autoritas, quasque unumquemque nostrum omni studio oportet implere. Prima est qua corporaliter uniuersas diuitias mundi facultatesque contẽnimus, secunda qua mores ac uitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus, tertia qua mentem nostrã de præsentibus uniuersis ac uisibilibus euocantes, futura tantummodo contemplamur, & ea quæ sunt inuisibilia concupiscimus. Quæ tria ut simul perficiantur, ad Abrahã legimus à domino fuisse pręcepta, cum dicit ad eum. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Primum dixit de terra tua, id est de facultatib. mundi huius, opibusque terrænis, secundo de cognatione tua, id est de conuersatione & moribus uicijsque prioribus quæ nobis à nostra natiuitate cohærentia uelut affinitate quadam & consanguinitate uidentur esse cognata, tertio de domo patris tui, id est omni memoria mundi huius quæ oculorum occurrit obtutibus. De duobus enim patribus, id est siue de illo quem deserere, siue de eo quem debemus expetere, ita per Dauid ex persona Dei canitur: Audi filia & uide, & inclina aurẽ tuam & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Nam qui dicit audi filia pater utique est, & illum cuius domum uel populum monet obliuioni dari patrem nihilominus suæ filiæ fuisse testatur. Quòd ita fit cum mortificati cũ Christo ab elementis huius mundi contemplamur secundum apostolũ. Iam non ea quæ uidentur, sed quæ non uidentur, quæ enim uidentur temporalia sunt, quę autem non uidentur ęterna. Et exeuntes corde de hac temporali ac uisibili domo in illam domum in qua iugiter erimus permansuri, nostros oculos mentemque dirigamus. Quòd tunc implebimus, cũ in carne ambulantes non secundum carnẽ militare domino cæperimus, illam beati apostoli sententiam opere ac uirtute nos quoque clamantes, noster autem municipatus in cœlis est. His tribus abrenunciationibus proprie tres libri Salomonis aptantur. Nam prouerbia primæ abrenunciationi conueniunt, quibus mores emendantur incipientium, aut terræna uicia resecantur. Secundæ abrenunciationi acclesiastes, ubi uniuersa quæ aguntur sub sole uanitas pronunciantur. Tertiæ canticum canticorũ, in quo mens uisibilia cuncta transcendens uerbo iam Dei & cœlestium rerum contemplationi coniungitur.

Quemadmodum singularum renunciationum sit apprehendenda perfectio. Cap. VII.

QVapropter non multum proderit primam nos abrenunciationem ardore fidei suscepisse, si secundam non eodem feruore ac studio festinauerimus implere. Et ita cum etiam hanc fuerimus indepti, ad illam quoque tertiam peruenire poterimus quæ de domo prioris nostri parentis egressi, quem ab exordio natiuitatis nostræ secundum ueterem hominem ac pristinam conuersationem, quando eramus natura filij iræ sicut & cæteri, patrem nobis fuisse meminimus, omnem mentis intuitum ad cœlestia deflectemus. De quo etiam patre ad Hierusalem quæ uerum patrem Deum contempserat dicitur, pater tuus Amorreus, & mater tua Cethea. Et in euangelio. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Quem cum dimiserimus de uisibilibus ad inuisibilia transmigrantes, cum apostolo dicere poterimus. Scimus aũt quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd habitationẽ habeamus à Deo, domum non manufactam æternam in cœlis. Et illud quod pauloante commemorauimus: Nostra autẽ conuersatio in cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus dñm Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori claritatis suæ. Et illud beati Dauid: quia incola ego sum in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei, ut secundum domini uocem tales efficiamur quales illi de quibus hæc dominus ad patrẽ

Et rursum

in Euangelio loquebatur. De mundo hoc non sunt, sicut & ego non sum de hoc mundo. Et rursum ad ipsos apostolos. Si de hoc mundo essetis: mundus quod suum est utique diligeret, sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi uos de hoc mundo, propterea odit uos mundus. Huius ergo renunciationis tertiæ ueram perfectionem tunc merebimur obtinere, quando mens nostra nullo carneæ pinguedinis hebetata contagio, sed peritissimis elimationibus expolita ab omni effectu & qualitate terrena per indesinentem diuinorum meditationem, spiritalesque theorias, ad illa quæ inuisibilia sunt eo usque transierit, ut circundatam se fragilitate carnis ac situ corporis supernis & incorporeis intenta non sentiat, atque in huiusmodi rapiatur excessus ut non solum nullas uoces auditu corporali recipiat, nec intuendis prætereuntium hominum imaginibus occupetur, sed ne astantes quidem arborum moles, & ingentes materias subiectas oculis carnis aspiciat. Cuius rei fidem atque uirtutem nemo nisi is capiet solus qui hæc quæ dicuntur experientia magistra perceperit, cuius uidelicet ita dominus oculos cordis de uniuersis præsentibus auocarit, ut ea non tanquam transitura sed iam quasi non existentia reputans, & uelut inanem fumum in nihilum resoluta conspiciat, ambulansque ut Enoch & ipse cum Deo, ac de humana conuersatione moribusque translatus, nullatenus possit à quoquam in uanitate præsentium reperiri. Quòd in illo etiam corporaliter factum, lectio geneseos ita cõmemorat. Ambulauitque Enoch cũ Deo & non inueniebatur, quia transtulit eum Deus. Apostolus quoque ita commemorat. Fide Enoch translatus est ut non uideret mortem, & non inueniebatur quia transtulit illum Deus. De qua morte dominus in Euangelio. Qui uiuit, inquit, & credit in me non morietur in æternũ. Quapropter festinare debemus si perfectionem ueram desideramus attingere ut quemadmodum corpore parentes, patriam, diuitias mundi, uoluntatesque despeximus, ita etiam corde hæc omnia relinquentes nulla rursus ad ea quę dimisimus concupiscentia reuertamur ne sicut de illis scriptura commemorat, qui ęducti per Mosen cum minime rediisse corpore uideantur, corde tamen reuersi dicuntur in Aegyptũ, relicto scilicet Deo, qui eos eduxerat cum tanta uirtute signorũ, idola Aegypti quæ contempserant uenerantes, sic scriptura commemorat. Et reuersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron. Fac nobis Deos qui præcedant nos, cum illis etiã pariter condemnemur, qui in eremo commorantes, post escam mannæ cœlestis desiderauerunt uitiorũ fœtidos, ac sordidæ utilitatis cibos, nosque cum eis similiter proclamare uideamur. Bene nobis erat in Aegypto, ubi sedebamus super ollas carnium & comedebamus cepas & allia, & cucumeres & pepones. Quæ figura licet in illo præcesserit populo, tamen nunc quoque eam quotidie in nostro ordine ac professione uidemus impleri. Omnis enim quicunque post renunciationem mundi huius ad antiqua reuertitur studia, & ad pristina desideria reuocatur, hęc eadem cũ illis opere ac uirtute proclamat dicens: Bene mihi erat in Aegypto. Quorum uereor ne tanta inuenienda sit multitudo, quantas tunc sub Mose præuaricantium turbas legimus extitisse. Nam cum sexcenta millia armatorũ de Aegypto dinumerentur egressa, ex his non sunt amplius quàm duo tantum terram repromissionis ingressi. Vnde festinandum nobis est, ut à paucis ac rarissimis sumamus exempla uirtutum, quia secundum illam quam diximus figuram, in Euangelio quoque multi uocati, pauci autem dicuntur electi. Nihil ergo nobis proderit abrenunciatio corporalis, & localis ex Aegypto transmigratio, si renunciationẽ cordis quæ sublimior & utilior est non ualuerimus similiter obtinere. De illa enim qua diximus abrenunciatione corporali ita pronunciauit apostolus. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ, & tradidero corpus meum ut ardeã, charitatem aũt non habuero, nihil mihi prodest. Quod beatus apostolus nunquam dixisset nisi fieri hoc posse spiritu præuidisset, ut aliqui facultatibus uniuersis in pauperum alimenta dispersis, ad perfectionem Euangelicam & charitatis arduũ culmen peruenire non possint, quia scilicet pristina uitia morumque incontinentiam uel superbiam, uel impatientiam dominantem in suis cordibus retinentes, nequaquam se ab illis expurgare curauerint, & ob id ad charitatem Dei, quæ nunquam cadit, minime ualeant peruenire, quique inferiores effecti, hoc secundo renunciationis gradu, multo minus illum tertium qui proculdubio est sublimior apprehendunt. Diligentius tamen etiam hoc mente perpendite, quòd non simpliciter dixerit, si distribuero

ero facultates meas, uideretur enim de illo forte dixisse qui nec dum Euangelicum implens mandatum, sibi ex eis, sicut nonnulli tepidorum faciunt, aliquid reseruasset, sed si distribuero, inquit, omnes facultates meas in cibos pauperũ, id est, etiã si perfectè abrenunciauero diuitijs istis terrenis. Huic quoq; renunciationi aliud maius adiunxit, & tradidero corpus meũ ut ardeam, charitatẽ uero non habuero, nihil sum. Ac si alijs uerbis dixisset Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, secundum Euangelicum illud mandatũ, quo dicit: si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thezaurũ in cœlo, & ueni sequere me, ita scilicet abrenuncians ut ex his nihil penitus mihi reseruem, & huic erogationi martyrium quod quotidie sustineo, exustionem meæ carnis adiunxero, ita ut corpus meum tradam pro Christo, & tamen uel impatiens, uel iracundus, uel inuidus uel superbus sim, uel aliorũ inflammer iniurijs, uel quærã quæ mea sunt, uel ea quæ mala sunt cogitem, uel uniuersa quæ mihi possunt inferri, non patienter libenterq; sustineam, nihil mihi proderit exterioris hominis abrenunciatio atq; cõbustio, interiore adhuc uicijs pristinis inuoluto, eo quòd simplicem substantiam mundi huius primę conuersionis feruore contemnens quæ nec bona esse nec mala, sed media diffinitur, uitiosi cordis noxias facultates similiter abijcere non curarim, nec attingi dominicam charitatẽ, quæ patiens, quæ benigna est, quæ non æmulatur, non inflammatur non irritatur, non agit perperam, non quærit quę sua sunt, non cogitat malum omnia suffert, omnia sustinet, postremo quæ sectatorem suum nunquàm cadere sinit supplantatione peccati.

De proprijs diuitijs in quibus constat animæ pulchritudo uel fœditas. Cap. VIII.

FEstinare igitur debemus omni instantia, ut interior quoq; noster homo uiciorum suorum diuitias quas in anteriore conuersatione contraxit, uniuersas abijciat atq; dispergat, quæ corpori atq; animæ iugiter cohærentes propriæ nostræ sunt, ac nisi adhuc in hoc corpore constitutis nobis abiectæ fuerint & abscisæ, etiã post excessum nos non desinent comitari, ut enim uirtutes uel ipsa charitas quę earum fons est in hoc seculo conquisitæ, post finem quoq; huius uitæ pulchrum ac splendidum amatorem suum reddunt, ita uitia obfuscatam quodãmodo mentem coloribus tetris, ad illam perennẽ commorationem infectamq; transmittunt. Pulchritudo enim uel fœditas animæ uirtutum seu uitiorum gignitur qualitate. Ex quibus quidam attractus color, aut splendidã eam Deo reddit ac pulchram, ita ut à propheta mereatur audire: Et concupiscet rex decorem tuum. Aut certe atram fœtidã atq; deformem, ita ut ipsum fœtorẽ propriæ fœditatis ipsa confiteatur & dicat: Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Ipse quoq; dñs ad eam. Quare inquit non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Et idcirco hæ sunt propriæ nostræ diuitiæ, quæ cum anima iugiter cõmorant, quas nobis nullus regum, nullus hostium nec conferre poterit nec auferre. Hę sunt propriæ diuitiæ nostræ quas ne ipsa quidem mors ualebit ab anima separare, quibus uel renunciantes ad perfectionẽ possumus puenire illigati, uel implicati ęterna morte pcelli.

De tripartito genere diuitiarum. Cap. IX.

TRipartito enim modo in scripturis sanctis intelliguntur diuitię, id est, malæ, bonę, medię. Malę quidem sunt de quibus dicitur. Diuites eguerunt & esurierunt. Et ue uobis diuites quia recepistis consolationem uestrã. Quas etiam diuitias peccatorũ abiecisse summa perfectio est. Ad quarum distinctionem sunt pauperes illi qui in Euangelio domini uoce laudantur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et in psalmo. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum. Et iterũ Pauper & inops laudabit nomen tuum. Sunt etiam bonæ quas acquisisse magnæ uirtutis ac meriti est, quas uir iustus posidens collaudatur, dicente Dauid: Generatio rectorum benedicet. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculũ seculi Et iterũ: Redẽptio animæ uiri propriæ diuitiæ eius. De quib. diuitijs spiritalib. in Apocalipsi dicit illi q eas nõ habẽs uitupabiliter paup & nudus est. Incipiã te, inqt, euomere ex ore meo, qa dicis, q; diues sum & locuples, & nullius egeo, & nescis qa tu es miser & miserabilis & pauper

& pauper & cæcus & nudus, suadeo tibi à me emere aurum ignitum probatum ut locuples fias, & uestimentis albis induaris, & non appareat cõfusio nuditatis tuæ. Sunt quoque mediæ, id est quæ possunt uel bonæ esse uel malæ. Ad utranq; enim partem pro arbitrio uel qualitate utentium transferuntur, de quibus beatus apostolus, diuitibus, ait, mundi huius præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo qui præstat nobis abunde omnia ad fruendum bene facere, facile tribuere, communicare, thezaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Quas iterum diues ille in Euangelio retinens ac nequaq; indigentibus subministrans, de cuius micis saturari pauper Lazarus ante fores eius expositus cupiebat, intolerandis gehennæ ignibus, & æterno deputatur ardori.

Non posse quenquam primo tantum renunciationis gradu esse perfectum. Cap. X.

HAs igitur uisibiles mundi diuitias relinquentes, nõ nostras sed alienas abijcimus facultates, quamuis ea gloriemur uel nostro labore quæsitas, uel parentũ ad nos hæreditate transmissas. Nihil enim, ut dixi, nostrũ est, nisi hoc tantum quod corde possessum, atq; animæ nostræ cohærens, à nemime potest prorsus auferri. De quibus uisibilibus diuitijs ad eos qui illas tanquàm proprias retentantes communicare indigentibus nolunt increpans loquitur Christus: Si in alienis fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Euidenter igitur has diuitias alienas esse, non solũ quotidiana experientia docet, uerumetiã sententia domini ipsa appellatione qua eas significauit expressit. De uilissimis uerisq; diuitijs loquitur petrus ad dominum. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Qui utiq; nihil amplius q̃ uilissima con cissaq; retia dimisisse noscuntur. Quæ omnia nisi in hac abrenunciatione uitiorum, quę uerè magna & summa est fuerint intellecta, nec præciosum aliquid inuenimus apostolos reliquisse, nec dominum habuisse, propter quòd illis tantam beatitudinis gloriã largiretur, ut ab eodem mererentur audire, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Si igitur hi qui perfecte terranas istas ac uisibiles abdicant facultates, certis ex causis ad illam apostolicam charitatem peruenire non possunt, nec illum sublimiorem paucorumq; admodum renuntiationis gradum tertiũ attingere queunt, quid illi de semetipsis iudicare debeant, qui nec primã quidẽ quæ perfacilis est perfecte arripientes, atq; antiquas pecuniarũ suarũ sordes cum infidelitate pristina retentantes, nudo tantum sibimet autumant monachorũ uocabulo gloriandũ? Ergo prima quã diximus abrenunciatio rerũ alienarum est, ideoq; per se solam perfectionẽ renuncianti conferre non sufficit nisi peruenerit ad secundã, quæ uere abrenunciatio rerum nostrarum est, q̃ adepti expulsione omnium uitiorũ, tertię quoq; abrenunciationis fastigia conscendemus, per q̃ non solum omnia quæ in hoc mundo geruntur uel particulatim ab hominibus posside ntur, uerumetiã ipsam cunctorũ elementorũ plenitudinem, quæ putatur esse magnifica tanq̃ uanitati subiectam, & mox transituram transcendentes animo ac mente despicimus, intuentes dumtaxat secundũ apostolũ non ea quæ uidentur sed quæ non uidentur, quæ enim uidentur temporalia sunt, quæ aũt non uidentur æterna, ut ita demũ illud supremũ mereamur audire, quod dicitur ad Abraham, & ueni in terram quã tibi monstrauero. Per quod euidenter ostenditur, quòd nisi quis tres superiores illas abrenunciationes impleuerit, ad quartũ hoc peruenire non possit, quod remunerationis ac pręmij uice taliter renuncianti tribuitur, id est ut terram repromissionis mereatur intrare, nequaquàm sibi iam uitiorum spinas ac tribulos germinantem, quę post expulsionẽ passionum cunctarum puritate cordis in hoc corpore possidetur quàm non uirtus uel industria laborantis monstrabit ei, sed ipse dominus ostensurum se esse promittit, & ueni inquiens in terram quam tibi monstrauero. Per quod manifeste probatur & initium nostræ salutis domini uocatione fieri dicentis, exi de terra tua, & consummationem perfectionis ac puritatis ab eodem similiter tribui, cum dicit, & ueni in terram quam tibi monstrauero, id est, non quam tu ex temetipso nosse, uel industria tua poteris reperire, sed quã ego tibi non solũ ignoranti, sed etiã non inqrenti monstrauero. Ex quo manifeste colligit quòd quemadmodũ inspiratione domini prouocati ad uiã salutis accurrimus,

rimus, ita etiam magisterio ipsius & illuminatione deducti, ad perfectionē summæ beatitudinis peruenimus.

Interrogatio de libero arbitrio hominis & gratia Dei. Cap. XI.

GErmanus. In quo ergo liberum consistit arbitrium, nostræq; quòd laudabiles sumus reputatur industriæ, si Deus in nobis omnia quæ ad nostram perfectionem tendunt & incipit & consummat?

Responsio de dispensatione diuinæ gratiæ manente arbitrij libertate. Cap. XII.

PAfuntius. Hoc uos rectè mouisset si in omni opere uel disciplina principium tantū esset ac finis & non etiam quæ medietas interesset. Itaq; sicut occasiones salutis diuersis modis Deum cognoscimus operari, ita nostrū est occasionibus à diuinitate concessis, uel enixius uel remissius famulari. Nam sicut Dei fuit uocantis oblatio, exi de terra tua, ita Abrahæ fuit exeuntis obedientia, & quemadmodum illud quod dicitur, & ueni in terram, ut faciat obtemperantis est opus, ita illud quod additur, quoniam tibi monstrauero, iubentis Dei uel promittentis est gratia. Certos tamē nos esse conuenit quòd omnem uirtutem indefesis conatibus exercentes nequaquàm diligentia uel studio nostro perfectionem possimus attingere, nec sufficiat humana sedulitas laborum merito ad tam sublimia beatitudinis præmia peruenire, nisi ea domino nobis cooperante, & cor nostrum ad id quod expedit dirigente fuerimus indepti, ideoq; debemus cum Dauid orantes momentis singulis dicere. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea, & statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, ut nostrum arbitrium quod procliuius uel ignoratione boni, uel oblectatione passione fertur ad uicia, ille inuisibilis rector mentis humanæ, ad uirtutum potius studia contorquere dignetur. Quòd uno uersiculo per prophetam manifestissime legimus decantari. Impulsus uersatus sum ut caderem, in quo liberi arbitrij infirmitas designatur, & dominus suscepit me, rursum adiutorium domini iunctum eidem semper ostenditur quo ne penitus libero collabamur arbitrio, cum titubasse nos uiderit, porrectione quodammodo manuum suarum sustentat atq; confirmat. Et iterum: Si dicebam motus est pes meus, lubrica scilicet arbitrij facultate, misericordia tua domine adiuuabat me, iterum mobilitati suæ Dei coniungit auxilium quo ne moueretur pes fidei suæ, non industrię propriæ fuisse, sed misericordiæ domini confitetur. Et iterum: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, qui libero utiq; mihi nascebantur arbitrio, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam, per tuam scilicet inspirationem uenientes in cor meum, & reserantes contemplationem futurorum bonorum, quæ pro tuo nomine laborantibus preparasti, non solum abstulerunt omnem anxietatem cordis mei, uerumetiam summā lætitiam contulerunt. Et rursum. Nisi quia dominus adiuuit me paulominus habitauerat in inferno anima mea, libero utiq; arbitrio, per quod se in inferno habitaturum fuisse testatur, nisi domini fuisset adiutorio ac protectione saluatus. A domino enim non à libero arbitrio gressus hominis dirigentur. Et cum ceciderit iustus libero duntaxat arbitrio, non collidetur. Quare quum dominus supponit manum suam. Hoc est apertissime dicere: Nullus iustorum sibi sufficit ad obtinendam iustitiam, nisi per momenta singula titubanti eidem & corruenti fulcimenta manus suæ supposuerit diuina clementia, ne prostratus intereat penitus cum fuerit liberi arbitrij infirmitate collapsus.

Quòd directio uiæ nostræ ex Deo sit. Cap. XIII.

NEc sane unquàm uiri sancti directionem uiæ, qua gradiebantur ad profectum uirtutum consummationemq; tendentes, industria se propria obtinuisse testati sunt sed eam potius à domino consequi præcabantur dicentes: Dirige me in ueritate tua, & dirige in conspectu tuo uiam meam. Alius autem non solum fide, sed etiam experimento, & quodammodo ipsa rerum natura, hoc ipsum se deprehendisse proclamat. Cognoui domine quia nō est in homine uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Et ipse dominus ad Israhelem: Et dirigam eum ego, inquit, ut abietem uirentem, ex me fructus tuus inuentus est.

Quòd

Quòd scientia legis magisterio & illuminatione domini confe-ratur. Cap. XIIII.

LEgis quoque ipsius scientiam non lectionis industria, sed magisterio & illuminatione Dei quotidie desiderant adipisci, dicentes ad eum: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me, & reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, & doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu. Et iterum: Qui docet hominem scientiam.

Quòd intellectus quo mandata Dei poßimus agnoscere & bonæ uoluntatis effectus à Domino condonetur. Cap. XV.

IPsum etiam intellectũ beatus Dauid quo mandata Dei possit agnoscere, quæ utique in libro legis nouerat esse perscripta, à domino postulat promereri, dicens: Seruus tuus ego sum, da mihi intellectum ut discam mandata tua. Vtique & intellectum semel sibi per naturam præstitum possidebat, noticiam quoque mandatorum dei quæ descripta tenebantur in lege, utique habebat in promptu, & tamen ut hanc plenius apprehendat dominum deprecatur, sciens nequaquàm sibimet sufficere posse id quod per naturam conditionis insertum est, nisi quotidiana domini illuminatione ad intelligendam spiritualiter legem ac mandata eius apertius agnoscenda, sensus ipsius ab eodem fuerit illustratus, ipso etiam uase electionis, hoc quod dicimus clarius prædicante, deus est enim qui operatur in nobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate. Quid potuit apertius dici, quàm ut & bonam uoluntatem nostram & operis consummationem à Domino in nobis pronunciaret impleri? Et iterum: Quia uobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Hic quoque & initium conuersionis ac fidei nostrę & passionum tolerantiam donari nobis à Domino declarauit. Quod intelligens Dauid quoque similiter orat sibi hoc ipsum domini miseratione concedi dicens: Confirma Deus hoc quod operatus es in nobis, ostendens non sufficere sibi salutis principia dono dei gratiaque collata, nisi fuerint eadem miseratione ipsius & quotidiana opitulatione perfecta. Non enim liberum arbitrium, sed dominus soluit compeditos. Non nostra uirtus, sed dominus erigit elisos. Non lectionis industria, sed dominus illuminat cæcos. Non nostra cautio, sed dominus custodit aduenas. Non nostra fortitudo, sed dominus alleuat siue suffulcit omnes qui corruunt. Hæc autem dicimus non ut studium nostrum uel laborem atque industriam quasi inaniter & superfluo impendenda uacuemus, sed ut nouerimus nos sine auxilio Dei, nec adniti posse, nec efficaces nostros esse conatus ad capescendum tam immane præmium puritatis, nisi nobis adiutorio domini ac misericordia fuerit contributum. Equus enim paratur in diem belli, à domino est adiutorium, quia non est in fortitudine sua potens uir. Oportet igitur nos semper cum beato Dauid canere. Fortitudo mea & laudatio mea, non liberum arbitrium, sed dominus, & factus est mihi in salutem. Quòd doctor quoque gentium non ignorans idoneum se factum ministerio noui testamenti, non suo merito nec sudore sed dei miseratione proclamat: non quòd simus, inquit, idonei cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Denique sequit. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti.

Quòd ipsa fides à Domino concedatur. Cap. XVI.

IN tantum autem uniuersa quæ ad salutem pertinent apostoli sibimet à Domino largita senserunt, ut ipsam quoque fidem præstari sibi à Domino postularent dicentes. Domine auge nobis fidem. Plenitudinem eius non libero arbitrio præsumentes, sed dei sibi credentes munere conferendam. Denique docet nos idem auctor salutis humanę quàm ipsa fides nostra lubrica sit & infirma, & nequaquàm sibi sufficiens nisi fuerit auxilio dñi roborata, dicẽs ad petrũ: Simon simon: ecce sathanas expetiuit uos ut cribraret uos tanquam triticũ, sed ego rogaui patrẽ meũ ne deficeret fides tua, Quod alius in semetipso sentiens fieri & quodãmodo fidẽ suã infidelitatis fluctib. ad pniciosi naufragij uidẽs

scopulos perurgeri, ad eundem Dominum auxilium fidei suæ postulans dicit. Domine adiuua infidelitatem meam. In tantum itaq; senserunt euangelici & apostolici uiri universa quæ bona sunt, auxilio domini consummari, ut ne ipsam quidem fidem suam confisi sint illæsam se posse suis uiribus uel arbitrij libertate seruare, ut hanc uel adiuuari in se uel donari sibi à Domino postularent. Quæ si in Petro ne deficeret Domini egebat auxilio, quis erit tam præsumptor & cæcus, qui se erga huius custodiam quotidiano Domini credat adiutorio non egere? præsertim cũ ipse Dominus in Euangelio hoc ipsum euidenter expresserit dicens: Sicut palmes non potest fructum facere à semetipso nisi in uite manserit, ita & uos nisi in me manseritis? Et iterum: Quia sine me nihil potestis facere? Quàm sit igitur ineptum ac sacrilegum quicquâm de bonis actibus nostræ industriæ & non Dei gratię uel adiutorio deputare, manifeste probatur dominica protestante sententia, sine sua opitulatione uel inspiratione, spiritales fructus exhibere neminem posse. Omne enim datum bonũ, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Zacharias quoq;, quia siquid boni ipsius est, & siquid optimum ab ipso. Et ideo constanter beatus apostolus. Quid enim habes quod nõ accepisti? Quod si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis?

Quòd moderatio & tolerantia temptationum nobis à Domino tribuatur. Cap. XVII.

SVmmam quoq; tolerantiæ, quę temptationes illicitas sustinere posșimus, non tam in nostra uirtute quàm in Dei misericordia & moderatione consistere, beatus apostolus ita pronunciat: Temptatio uos non apprehendat nisi humana, fidelis autem Deus qui non permittit uos temptari super id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam exitum, ut sustinere posșitis. Deum quoq; aptare siue confirmare animos nostros ad omne opus bonum, & operari in nobis ea quę sibi sunt placita, idem apostolus docet: Deus autem pacis qui eduxit de tenebris pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni Iesum Christum aptet uos in omni bono, faciens in uobis quod placet coram se. Quod etiam Thessalonicensibus ut eueniat ita precatur dicens. Ipse autẽ Dominus Iesus Christus & Deus pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra & confirmet in omni opere & sermone bono.

Quòd perpetuitas timoris Domini nobis à Domino conferatur. Cap. XVIII.

IPsum deniq; timorem Dei quo firmiter eum tenere posșimus à Domino nobis infundi, Hieremias propheta ex persona Dei manifeste testatur ita dicens: Et dabo eis cor unum, & uiam unam, ut timeant me uniuersis diebus, & bene sit eis, & filijs eorum post eos, & faciam eis pactum sempiternũ, & non desinam eis benefacere, & timorem meum dabo in corda eorum ut non recedant à me. Ezechiel quoq;: Et dabo eis cor nouum & spiritum nouum tribuam in uisceribus eorum, & auferam cor lapideũ de carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in pręceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantq; ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum.

Quòd initium uoluntatis bonæ & consummatio eius à Domino sit. Cap. XIX.

QVibus manifestisșime perdocemur & initium uoluntatis bonæ nobis Domino inspirante concedi, cum aut per se, aut per exhortationẽ cuiuslibet hominis, aut per necesșitatem nos ad salutis attrahit uiam, & perfectionem uirtutum ab eodem similiter condonari, nostrum uero hoc esse, ut exhortationem auxiliumq; Dei uel remisșius uel enixius exequamur, & pro hoc nos uel remunerationem uel supplicia dignisșima promereri, quòd eius dispensationi ac prouidentiæ circa nos benigne collatę, uel neglximus uel studuimus nostræ obedientiæ deuotatione congruere. Quòd euidenter in

Deuteronomio aperteq́ describitur: Cum, inquit, introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, & deleuerit gẽtes multas coram te, Etheum, & Gergeseum & Amorreum, Chananeum & Pherezeum, Eueum & Iebuseum, septẽ gẽtes multo maioris numeri & robustiores te, tradideritq́ eas tibi, percuties eos usq́ ad internetionem, non inibis cum eis fœdus, neq́ sociabis cum eis coniugia. Quod igitur introducuntur in terrã repromissionis, quod delentur gentes multæ coram eis, quod traduntur in manus eorum nationes maioris numeri, & robustiores quàm populus Israel, Dei esse gratiam, scriptura pronunciat. Vtrum autem percutiat eas Israel usq́ ad internetionem, an reseruet eas & parcat, & non ineat cum eis fœdus, & utrum non societ cũ eis coniugia, an societ, ipsorum esse testatur. Quo testimonio manifestè discernitur, quid libero arbitrio, quid'ue dispẽsationi uel quotidiano adiutorio domini debeamus ascribere, & quòd diuinæ sit gratiæ præstare nobis prouentus secundos, atq́ uictoriam, nostrũ uerò esse, ut concessa Dei beneficia uel intẽtius uel segnius exequamur. Quam rationẽ etiam illorum cæcorũ curatione satis euidenter uidemus expressam. Quod enim trãsijt ante eos Iesus, diuinæ prouidẽtię & dignationis est gratia. Quòd uociferantur & dicũt, miserere nostri domine fili Dauid, fidei ipsorum & credulitatis est opus. Quòd uisum recipiũt oculorũ, diuinę miserationis est munus. Quòd autẽ etiã post perceptionẽ cuiuslibet muneris tã gratia Dei quã ratio liberi arbitrij perseueret, leprosorũ quoq́ decẽ qui pariter curati sunt, declarat exemplũ. Ex quibus dum unus per arbitrij sui bonũ gratiarũ restituit actionẽ, dominus nouẽ inquirẽs, unumq́ collaudãs, sollicitudinẽ adiutorij sui etiam circa immemores beneficiorũ suorũ iugẽ retinere se mõstrat. Hoc ipsum enim uisitationis suæ donũ est, ꝙ uel suscipit & aꝑbat gratũ, uel reqrit ac reprehẽdit ingratos.

Quod nihil in hoc mundo sine Deo geratur. Cap. XX

CRedere tamen inconcussa fide nos conuenit, nihil sine Deo prorsus in hoc mũdo geri. Aut enim uoluntate eius aut permissu agi uniuersa fatendũ est, ut scilicet hæc quæ bona sunt uoluntate Dei perfici auxilioq́ credantur: quæ autem cõtraria sunt permissu, cum pro nequitijs ac duritia cordis nostri deserens nos diuina protectio, diabolũ nobis uel ignominiosas corporis passiones patit̃ dominari. Quod etiã apostoli uocib9 euidẽtissimè perdocemur dicentis. Propter quod tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Et iterum: Quia non crediderunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobrũ sensum, ut faciãt ea quę nõ cõueniunt. Ipse quoq́ dominus per prophetã ait: Et non audiuit populus meus uocẽ meam, & Israel non tntẽdit mihi. Propter q̃d dimisi eos, inquit, secundũ adinuentiones cordis eorum, ambulabunt in adinuentionib. suis.

Obiectio super liberi arbitrij potestate. Cap XXI.

GErmanus. Hoc testimoniũ apertissimè liberũ demõstrat arbitriũ, quo dicit: Si populus meus audisset me, & nõ audiuit populus meus uocẽ meã. Cũ.n. dicit: si audisset, ostẽdit in potestate illi9 fuisse uel acqescẽdi uel nõ acqescẽdi iudiciũ. Quomodo igit̃ nõ in nobis nr̃a salus est collocãda, cũ sit ĩ nobis uel audiẽdi uel nõ audiẽdi facultas?

Responsio, quòd liberum arbitrium nostrum adiutorio domini semper indigeat, Cap. XXII.

PAfuntius. Acutẽ quidẽ considerastis hocquod dicitur: Si audisset me, & non attendistis illum qui ad audientem uel nõ audientem loquitur, nec illud quod sequitur: pro nihilo utiq́ inimicos eius humiliassem, & super tribulãtes eos misissem manũ meã. Nemo igitur hæc quæ protulimus, ut nihil geri sine domino probaremus, praua interꝑtatione detorquens ad defensionem liberi arbitrij ita pertentet assumere, ut ab homine gratiam Dei prouisionemq́ quotidianam uelit auferre per hoc quod dicitur, & non audiuit populus meus uocẽ meam: & iterum, si populus meus audisset me, Israel si in uijs meis ambulasset, &c. sed respiciat quod sicut liberi arbitrij facultas populi inobedientia cõprobatur, ita quotidiana circa eum prouisio Dei clamantis quodãmodo & monẽtis ostenditur. Cum enim dicit: si populus meus audisset me, priorem utiq́ se locutum eis euidenter ostendit, quod fieri à domino non solum per legem perscriptam literis, uerũ etiam quotidianis monitis solet, secundũ illud quod per Isaiam dicitur, tota die expandi

manus ad populū nō credētē mihi ſed contradicentē. Vtrunq; ergo poteſt hoc teſtimonio cōprobari quod dicitur: Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in uijs meis ambulaſſet pro nihilo utiq; inimicos eorum humiliaſſem, & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam. Nam ſicut liberum arbitrium per inobedientiam populi demonſtratur, ita diſpenſatio Dei & auxilium eius uerſiculi ipſius initio declaratur ac fine, cum ſe & priorem locutum fuiſſe teſtatur, & poſtea inimicos eius humiliaturū, ſi ab eodem fuiſſet auditus. Nos enim per hæc quæ protulimus, non liberū arbitrium hominis uolumus ſubmouere, ſed huic adiutorium & gratiam Dei per ſingulos dies ac momēta neceſſariam comprobare. His epulis nos ſaginatos, Paſuntius è ſua cella non tam alacres quàm cōpunctos corde ante medium noctis emiſit, hoc nobis præcipuum ſua collatione conferens, ut cum abrenunciationem primam tota uirtute ac diſciplina, ſecundum omnia patrum inſtituta exequentes, per eandē ſolam attingenda nobis perfectionis culmina blādiremur, inciperemus agnoſcere nec dum nos cœpiſſe monachorum faſtigia ſomniare quippe qui de ſecunda abrenūciatione parum quid in cœnobijs eruditi, tertiam in qua omnis perfctio continetur, quæq; illas inferiores duas multis modis excedit, ne audiſſe quidem nos antea penitus noſceremut.

Collationis abbatis Paſuntij de tribus abrenuntiationibus finis.

COLLATIO QVARTA ABBATIS DANIELIS DE CONCVPISCENTIA CARNIS ET SPIRITVS.

Caput primum.

INter cæteros Chriſtianæ philoſophiæ uiros, abbatem quoq; uidimus Danielem, æqualem quidem in omni uirtutum genere, his qui in eremo Scithi commanebant, ſed peculiarius gratia humilitatis ornatum, qui merito puritatis ac manſuetudinis ſuæ à beato Paſuntio ſolitudinis eiuſdem preſbitero, & quidem cum multis iunior eſſet ætate, in diaconij prælectus eſt gradu. Intātum enim eidem beatus Paſuntius uirtutibus ipſius adgaudebat, ut quem uitæ meritis ſibi & gratia parem nouerat, coæquare ſibi etiam ſacerdotij ordine feſtinaret, ſiquidem nequaquam ferens in inferiore eum miniſterio diutius immorari, optanſq; ſibimet ſucceſſorem digniſsimum prouidere, ſuperſtes eum presbyteralis gradus honore prouexit. Qui tamen prioris humilitatis conſuetudinem non omittens, nihil unquā ſibi illo pręſente de ſublimioris ordinis collatione donauit, ſed ſemper abbate Paſuntio ſpiritales hoſtias offerente, hic uelut diaconus in prioris miniſterij permanſit officio. In quo tamen b eatum Paſuntium cum talis uir eſſet ac tantus, ut in multis etiam præſcientię gratiam poſsideret, hæc ſpes ſubſtitutionis & electio ualde fefellit. Nam non multo poſt tempore hunc quem ſibi parauerat ſucceſſorem, deceſſorem præmiſit ad Deum.

Inquiſitio unde oriatur repentina commutatio mentium ab ineffabili lætitia in mœſtiſſimam animi deiectinoem. Cap. II

HIc igitur beatus Daniel, inquirentibus nobis, cur interdum reſidentes in cellula tāta alacritate cordis, cum ineffabili quodam gaudio & exuberantia ſacratiſsimorū ſenſuum redundemus, ut eam non dicam ſermone percurrere, ſed ne ipſe quidē ſenſus occurrat, oratio quoq; pinguis emittatur ac prompta, & mens plena ſpiritalibus fructibus preces ſuas efficaces ac leues etiam per ſoporem ſupplicans ad Deum ſentiat penetrare, ac rurſum nullis exiſtentibus cauſis tanta ſubitò anxietate repleamur & irrationabili quodam mœrore, ut non ſolū noſmetipſos huiuſmodi ſenſibus areſcere ſentiamus, uerumetiam horreat cella, ſordeat lectio, ipſa quoq; inſtabilis ac nutabunda et quodam modo ebria & grauis emittatur oratio, ita ut ingemiſcentibus & conantibus nobis ad directionem priſtinam reduci mens noſtra non poſsit, quantoq; intentius fuerit reuocata, tanto uehementius ad diſcurſus inſtabiles lubrico rapiatur exceſſu, & ita omni ſpiritali fructu reddatur effecta, ut nec deſiderio regni cœlorum, nec metu gehennæ propoſito ab

ſito ab hoc letali quodam ſomno ualeat ſuſcitari, ita reſpondit.

Reſponſio ſuper propoſita quæſtione. Cap. III.

TRipartita nobis ſuper hac, quam dicitis, ſterilitate mentis tradita ratio eſt. Aut em̃ de negligentia noſtra, aut de impugnatione diaboli, aut de diſpenſatione Domini ac probatione, deſcendit. Et de negligentia quidem, cum noſtro uicio tepore præceden te indifferenter noſmetipſos & remiſſius exhibemus, per quam deſidiam noxijs cogita tionibus paſti, terrã cordis noſtri ſpinas & tribulos facimus germinare, quibus in ea pul lulantibus conſequenter efficimur ſteriles: atq; ab omni reddimur ſpiritali fructu & cõ templatione deſerti. De impugnatione uerò diaboli, cum etiam bonis nõnunquam ſtu dijs deditos, callida ſubtilitate mentem noſtram irrepens, uel ignorantes ab optimis intentionibus obſtrahit uel inuitos.

Quod diſpenſationis ac probationis Dei duplex cauſa ſit. Cap. IIII.

DIſpenſationis autem ac probationis domini duplex cauſa eſt. Prima, ut pauliſper ab ipſo derelicti, & mentis noſtræ ſentiamus infirmitatem, & nequaquam ſuper præcedẽte puritate cordis quę nobis illius eſt uiſitatione donata, poſsimus extolli, pro bantesq; nos ab eo derelictos, gemitibus noſtris & induſtria illũ lætitiæ ac puritatis ſta tum, recuperare non poſſe intelligamus, & præteritã cordis alacritatem non noſtro ſtu dio, ſed illius dignatione nobis fuiſſe infuſam, & pręſentem de ipſius rurſum gratia & il luminatione eſſe poſcendam. Secunda uerò probationis eſt cauſa, ut perſeuerantia no ſtra uel mentis conſtantia & deſiderium comprobetur, quaq; intentione cordis & ora tionum inſtantia, deſerentem nos uiſitationem ſancti ſpiritus requiramus, manifeſtetur in nobis, ac pariter agnoſcentes quanto labore amiſſum iſtud ſpiritale gaudium & puri tatis lętitia conquiratur, ſollicitus inuentã cuſtodire ac tenere intẽtius ſtudeamus. Quo dammodo enim negligentius cuſtodiri ſolet, quicquid creditur facilè poſſe reparari.

Quod ſtudium & induſtria noſtra nihil ſine adiutorio Dei præualeat. Cap. V.

PEr quę euidenter probatur, gratiam Dei ac miſericordiam ſemper operari in nobis ea quæ bona ſunt. Qua deſerente, nihil ualere ſtudium laborantis, & quãtalibet an nitẽtis induſtria ſine ipſius iterum adiutorio ſtatum priſtinum recuperare non poſſe, il ludq; iugiter in nobis impleri, non uolentis neq; currentis ſed miſerentis eſt Dei. Quæ gratia nonnunquã econtrario negligentes ac reſolutos inſpiratione hac qua dicitur ſan cta, & abundantia ſpiritualium cogitationum uiſitare nõ deſpicit, ſed inſpirat indignos, exuſcitat dormientes, & illuminat obſeſſos ignorantię cęcitate, clementerq; nos arguit atq; caſtigat, infundens ſe cordibus noſtris, ut uel ſic de inertiæ ſomno compunctione ipſius inſtigati cõſurgere prouocemur. Deniq; frequẽter etiam odoribus ultra omnem ſuauitatem compoſitionis humanę, in his ipſis ſubito uiſitationibus adimplemur, ita ut mens hac oblectatione reſoluta in quendam ſpiritus rapiatur exceſſum, ſe'que commo rari obliuiſcatur in carne.

Quod utile nobis ſit interdum à Domino derelinqui. ap. VI.

IN tantum uero illum quem diximus abſceſſum, & ut ita loquar, deſertionem Dei, beatus Dauid utilem eſſe cognouit, ut nequaquã maluerit orare ne à Deo penitus in nullo relinqueretur, hoc enim ſciebat incõgruum eſſe uel ſibi uel humanæ naturæ ad quamlibet peruenienti perfectionem, ſed temperari eam potius deprecatus ſit, dicens: Nõ me derelinquas uſq; quaq;. Ac ſi diceret alijs uerbis: Scio quòd derelinquere ſoleas utiliter tuos ſanctos ut probes. Aliter enim ab aduerſario tentari non poſſunt, niſi à te pauliſper fuerint derelicti, & ideo non rogo ut nunquam me derelinquas, quia non ex pedit mihi ut non uel meam infirmitatem ſentiens dicam: Bonum mihi quia humiliaſti me, uel exercitium non habeam prælandi, quod ſine dubio habere non poteto, ſi mihi ſemper & indiruptè cohæſerit protectio tua. Suffultum namque me tua defenſione tẽ tare diabolus non audebit, illud obijciens & exprobrans, uel mihi uel tibi, quod aduer ſus athletas tuos ſolet calumnioſa uoce proferre. Nunquid gratis Iob colit Deum? non

ne tu uallaſti eum ac domum eius, uniuerſamq́ ſubſtantiam eius per circuitum? ſed magis peto ne me uſq quaq deſeras, id eſt, uſq ad nimietatem. Quantum enim mihi utile eſt ſi derelinquas me pauliſper ad tempus ut deſiderij mei conſtantia comprobetur, tantum noxium eſt ſi pro meritis ac delictis meis nimium me deſerere uolueris, quia nulla uirtus humana ſi diutius in tentatione tuo deſeratur auxilio, ſua poterit conſtantia perdurare, & non protinus aduerſarij uel potentia uel factione ſuccumbere, niſi tu ipſe qui es humanarum uirium conſcius ac luctaminum moderator non permiſeris tentari nos ſuper id quod poſſumus, ſed feceris cum tētatione etiam exitum ut ſuſtinere poſsimus. Tale quid & in Iudicum libro ſuper exterminatione gentium ſpiritalium quæ aduerſantur Iſraeli myſticè legimus deſignatum. Hę ſunt gētes quas Dominus dereliquit ut erudiret in eis Iſraelem, & haberent cōſuetudinem cum hoſtibus præliandi. Et iterum poſt pauca. Dimiſitq́ eos Deus ut in ipſis experiretur Iſraelem, utrum audirent mandata domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moſis an non. Quam utiq pugnam non inuidens Deus quieti Iſraelis, nec malè eidem conſulens, ſed ſciens eſſe utiliſsimā, reſeruauit, ut dum gentium ſemper iſtarum impugnatione deprimitur, nunquam ſe ſentiat auxilio Domini non egere, & ob id ſemper in eius meditatione & inuocatione perſiſtens, nec inerti ocio diſſoluatur, nec bellādi uſum & exercitio uirtutis amittat. Frequēter enim quos ſuperare non potuerunt aduerſa, ſecuritas & res proſperæ colliſerunt.

De utilitate eius pugnæ, quam Apoſtolus ponit in colluctatione carnis & ſpiritus. Cap. VII.

HAnc pugnam utilter noſtris quoq membris inſertam, etiam in Apoſtolo ita legimus: Caro enim cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnē. Hæc autem inuicem aduerſantur ſibi, ut non quæcunq uultis illa faciatis. Habes & hic pugnam inuiſceratam quodāmodo corpori noſtro, diſpenſatione domini procuratā. Quicquid enim generaliter & ſine alicuius exceptione omnibus ineſt, quid aliud iudicari poteſt, niſi ipſi humanæ ſubſtantiæ poſt ruinā primi hominis uelut naturaliter attributū, & quod uniuerſis cōgenitū cōcretumq́ deprehēditur, quomodo nō credendū ſit arbitrio domini nō nocētis ſed cōſulentis inſertū? Cauſam uerò huius belli, id eſt, carnis & ſpiritus, hanc eſſe deſcribit: ut non, inquit, quæcunq uultis illa faciatis. Ergo id quod procurauit Deus ut nō poſſet à nobis impleri, id eſt, ut non quæcūq uolumus faciamus, quid aliud ſi impleatur credi poteſt eſſe quàm noxium? Et eſt quodammodo utilis hęc pugna diſpenſatione Dei nobis inſerta, & ad meliorem nos ſtatum prouocans atq compellens, qua pugna ſublata proculdubio pax econtrario pernicioſa ſuccedet.

Interrogatio quid ſit quod in capitulo Apoſtoli poſt aduerſantes ſibi concupiſcentias carnis & ſpiritus, tertia adijciatur uoluntas? Cap. VIII.

GErmanus. Licet nobis quædam intellectus lineæ iam prælucere uideantur, tamē quia nec dum poſſumus Apoſtoli ſententiam ad liquidum peruidere, uolumus hæc nobis apertius explanari. Tres enim res hic indicari uidentur. Prima carnis aduerſus ſpiritum pugna. Secunda ſpiritus aduerſus carnis concupiſcentia. Tertia uoluntas noſtra quæ uelut media ponitur, de qua dicitur, ut non quæcunq uultis illa faciatis. Super qua re licet, ut dixi, ſuſpitiones quaſdam ex his quæ expoſita ſunt intelligentiæ, colligamus, uolumus tamen quia ſe huius collationis occaſio dedit, aliquid nobis lucidius diſputari.

Reſponſio de intellectu rectè interrogantis. Cap. IX.

DAniel. Diſcernere diuiſiones & lineas quæſtionum portio intellectus eſt, & maxima pars intelligentiæ eſt ſcire quod neſcis. Propter quod dicitur: Inſipienti interroganti ſapientia reputabitur, quia licet is qui interrogat, uim propoſitæ quæſtionis ignoret, tamē quia prudenter inquirit, & quod non intelligebat, intellexit, hoc ipſum illi reputatē ad ſapientiā, eo quòd neſciret prudēter agnouit. Secundū diuiſionē itaq ueſtrā tres res ab Apoſtolo nominari uidenē, concupiſcentia carnis aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, quarum aduerſus ſe inuicem pugna hanc uidetur cauſam atq prouentum

uentum

uentum, ut ea quæ nolumus facere nequeamus. Quarta igitur ſupereſt cauſa quam minimè uidiſtis uos, ut illud ſcilicet quod uolumus faciamus. Nunc ergo opus eſt nobis ut prius duarum concupiſcentiarum uim, id eſt, carnis & ſpiritus agnoſcamus, & ita demum quæ uoluntas ſit noſtra, quæ inter utranq; poſita eſt, diſcutere ualeamus, deinde quid poſsit uoluntatis noſtræ non eſſe, ſimiliter diſcernamus.

Quod uocabulum carnis non in una ſignificatione ponatur. Cap. X.

VOcabulum carnis in ſcripturis ſanctis multifariè legimus nominari. Nam nonnũquam ſignificat hominem integrum, id eſt, qui ex corpore cõſtat & anima: ut ibi. Et uerbum caro factum eſt: & uidebit omnis caro ſalutare Dei noſtri. Nonnunq; homines peccatores atq; carnales, ut ibi: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, eo quòd ſint caro. Interdum pro ipſis peccatis ponitur, ut ibi: Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Et iterum: Caro & ſanguis regnum Dei non poſsidebunt. Deniq; ſequitur: Neq; corruptio incorruptelam poſsidebit. Nonnunquam pro agnatione & propinquitate, ut ibi: Caro mea & oſſa mea uos. Et Apoſtolus: Si quomodo in emulationem inducam carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis. Quærendum ergo nobis eſt, ſecundum quam ſignificationem ex his quatuor carnem hic debeamus accipere. Manifeſtum nanq; eſt ſecundum illud quod poſitum eſt: Et uerbum caro factum eſt. Vel illud: Et uidebit omnis caro ſalutare Dei, penitus ſtare non poſſe, ſed neq; ſecundũ illud quod dicitur: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, eo quod ſunt caro: quia non ſicut ibi abruptê de homine peccatore, ita & hic ponitur caro, cum dicit: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Neq; enim de rebus ſubſtantialibus loquitur, ſed de actualibus, quæ in uno eodemq; homine uel pariter uel ſingillatim cum quadam temporis uiciſsitudine & mutatione luctantur.

Quid in hoc loco caro ab Apoſtolo nominetur, & quid ſit concupiſcentia carnis, Cap XI.

QVamobrem in hoc loco carnem non hominẽ, id eſt, hominis ſubſtantiam, ſed uoluntatem carnis & deſideria debemus peſsima accipere, ſicut nec ſpiritum quidẽ aliquam rem ſubſtantialẽ, ſed animæ deſideria bona & ſpiritualia ſignificare ſentimus. Quem ſenſum idem beatus Apoſtolus in ſuperioribus eiuſdem ſententiæ euidenter expreſsit, ita incipiens: Dico autem: Spiritu embulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus uerò aduerſus carnem. Hæc autẽ inuicem aduerſantur ſibi, ut non quæcunq; uultis faciatis. Quæ cum utraq; deſideria, id eſt, carnis & ſpiritus in uno eodemq; ſint homine, inteſtinũ quotidie intra nos geritur bellum, dum concupiſcentia carnis quæ præcipitanter fertur ad uitia, his quæ ad præſentẽ requiem pertinent, & temporalibus delitijs gaudet. Quibus econtra cõcupiſcentia ſpiritus aduerſata, ita deſiderat tota ſpiritalibus ſtudijs inhærere, ut etiam neceſſarios carnis uſus optet excludere, ſic illis iugiter occupari feſtinãs, ut nullam penitus fragilitati eius curam cupiat impartiri. Caro luxurijs ac libidine delectatur, ſpiritus ne ipſis quidem naturalibus deſiderijs acquieſcit. Illa concupiſcit ſatiari ſomno, repleri cibo. Hic uigilijs & ieiunijs ita ſaginatur, ut ne ad ipſum quidem neceſſarium uitæ uſum ſomnum cibumq; uelit admittere. Illa cupit exuberare copijs uniuerſis, hic ne ipſius quidem anguſti panis quotidianam ſubſtantiam habere contentus eſt. Lauacris illa niteſcere, & quotidianis adulantium turmis appetit conſtipari. Hic ſqualore inacceſsibilis eremi paſcitur, cunctorumq; mortalium præſentiam perhorreſcit. Honoribus illa & laudibus hominũ confouetur. Hic irrogatis ſibi contumelijs iniurijsq; lætatur.

Quæ ſit uoluntas noſtra, quæ inter concupiſcentiam carnis & ſpiritus ponitur. Cap. XII.

INter has igitur utraſq; concupiſcentias, animæ uoluntas in meditullio quodam uituperabiliore cõſiſtens, nec uitiorum flagitijs oblectatur, nec uirtutum laboribus acquieſcit, ſic quærens à paſsionibus carnalibus temperari, ut nequaquam uelit dolores neceſſarios ſuſtinere, ſine quibus uirtutes ſpiritus nequeunt poſsideri, abſq; caſtigatione carnis caſtimoniam cupiens corporis obtinere, ſine uigiliarum labore cordis acqui-

rere puritatem, cum requie carnis ſpiritalibus uirtutibus exuberare, abſq; ullius exaſperatione conuitij patientiæ gratiam poſsidere, humilitatem Chriſti ſine honoris mundi exercere iactura, religionis ſimplicitatem cum ſeculi ambitione ſectari, Chriſto cum hominũ laude ac feruore ſeruire, diſtrictionẽ ueritatis ſine cuiuſpiam uel tenui offenſione proferre. Poſtremò ſic uult futura conſequi bona, ut præſentia non amittat. Quæ uoluntas nunquam nos ad perfectionem ueram faceret peruenire, ſed in tepore quodam teterrimo collocaret, talesq; faceret, quales illi ſunt qui in Apocalipſi increpatione domini caſtigantur: ſcio opera tua, quia neq; calidus es, neq; frigidus, utinam frigidus eſſes aut calidus: nunc autem quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo, niſi hunc tepidiſsimũ ſtatũ altrinſecus hæc inſurgentia bella dirũperent. Nam cum famulãtes huic uoluntati noſtræ ad hanc remiſsionem uoluerimus noſmetipſos paululum relaxare, cõfeſtim aculei carnis inſurgunt, ſuisq; nos uitijs & paſsionibus ſauciantes, nequaquam in illa qua delectamur puritatis qualitate ſtare permittunt, atq; ad illã quam horremus frigidam uoluptatem, plenamq; ſentibus pertrahũt uiam. Rurſus ſi ſpiritus feruore ſuccenſi, opera carnis uolentes extinguere, ſine ullo reſpectu fragilitatis humanę totos noſmetipſos tentauerimus ad immoderata uirtutum ſtudia cordis elatione conferre, interpellans imbecillitas carnis ab illa reprehenſibili nimietate ſpiritus reuocat ac retardat, & ita fit ut utraq; concupiſcentia tali colluctatione alterna ſibimet repugnante, animæ uoluntas quę nec totam ſe carnalibus deſiderijs dedere, nec uirtutum uult laboribus deſudare quodammodo iuſto moderamine temperetur, dum hæc inter utraq; contentio, illam pernicioſiorem èxcludens animæ uoluntatem, ut quandam æquitatis libram in ſtatera noſtri corporis collocat, quæ ſpiritus carnisq; confinia iuſto diſcernit examine, nec à dextris mentem ſpiritus ardore ſuccẽſam, nec a leua carnem uitiorum aculeis præponderare permittit. Dum hæc pugna quotidianis diebus utiliter exagitatus in nobis, ad illud quartum quod nolumus ſalubriter uenire compellimur, ut puritatem cordis non ocio nec ſecuritate, ſed iugi ſudore & contritione ſpiritus acquiramus, caſtitatemq; carnis diſtrictis ieiunijs, fame & ſiti ac uigilantia retentemus, directionem etiam cordis, lectione, uigilijs, oratione continua, & ſolitudinis ſqualore capiamus, patientiam tribulationum exercitijs retentemus, cum blaſphemijs & opprobriorum ſaturitate noſtro ſeruiamus autori, ueritatem cum inuidia mundi iſtius & inimicitijs ſi neceſſe fuerit, exequamur, & tali colluctatione in noſtro corpore militante, protractis nobis ab hac ignaua ſecuritate, atq; ad iſtum quem uolumus laborẽ ac uirtutum ſtudia prouocatis, æquitas optimè media retineatur, & tepidum noſtræ uoluntatis arbitrium, hinc ſpiritus feruor, illinc carnis gelidiſsimus rigor moderatiſsimo calore contemperet, ac neq; ad effrenata uitia mentem pertrahi concupiſcentia ſpiritus ſinat, nec rurſum ad uirtutum irrationabiles appetitus, fragilitas carnis ſpiritum patiatur extolli, ne uel inde omnigenũ pullulent fomites uitiorum, uel hinc elatio morbi principalis emergens telo nos ſuperbiæ grauiore confodiat, ſed pugnæ horum æqua libratio iuſtè ſuccedens ſanam & moderatam inter utrãque uirtutem reſeruet uiam, itinere regio docens militem Chriſti ſemper incedere, atq; ita fit ut cum pro tepore huius quam diximus ignauiſsimæ uolũtatis pronenſius mens ad deſideria carnis fuerit deuoluta, ſpiritus concupiſcentia refrenetur, nequaquam ea uitijs acquieſcente teterrimis, rurſumq; ſi immoderato feruore per exceſſum cordis ad impoſsibilia fuerit ſpiritus noſter & inconſiderata pręreptus, infirmitate carnis ad iuſtum retrahatur examen, & tranſcendens uoluntatis noſtræ tepidiſsimum ſtatum commòdiſsima temperie planoq; tramite cum ſudoris induſtria uiam perfectionis incedat. Simile quid etiam in illius turris extructione legimus à domino diſpenſatũ in libro Geneſeos, ubi linguarum oborta repentè confuſio ſacrilegos auſus hominum nefandosq; compeſcuit. Permãſiſſet enim etiam ibi aduerſus Deum, imò aduerſus eos qui diuinam eius attentare cœperant maieſtatẽ conſenſus noxius, niſi eos diſpenſatione Dei repugnans inter ſe diuerſitas linguę per diſſonantiam uocis in meliorem ſtatum proficere compuliſſet, & quos ad excidium ſui animauerat pernicioſa conſenſio, ad ſalutem reuocaſſet bona utilisq; diſcordia, incipientes ſcilicet humanam fragilitatem intercedente diuiſione ſentire, quam per noxiam conſpirationem elati antea neſciebant.

De utilitate

De utilitate cunctationis, quæ ex colluctatione oritur carnis & ſpiritus. Cap. XIII.

INtantum uerò utilis nobis ex huius pugnæ diuerſitate cunctatio naſcitur, & ſalutaris ex hac concertatione dilatio, ut reſiſtente ſoliditate corporea, dum ab eorum effectu quæ nequiter mente concipimus, retardamur, nonnunquam in meliorem ſtatum, ſeu pœnitudine ſubſequente, ſeu emendatione quadam quæ ſolet procraſtinatione operis & recogitatione interueniente, deſcendere corrigamur. Denique hos quos intelligimus ad uoluntatū ſuarum deſideria perficienda, nullo carnis obſtaculo retardari, dæmones ſcilicet ac ſpiritales nequitias, & quidem cum ſint de eminentiore angelorū ordine deuoluti, deteſtabiliores eſſe hominibus contemplamur, eo quòd poſsibilitate eorū deſiderijs adiacente, id quod nequiter ſemel cōceperint, irreuocabili malo perficere nō morentur, quia ſicut eſt animus uelox ad excogitandum, ſic ad perficiendum pernix & abſoluta ſubſtantia, & dum ſuppeditat eis prona facilitas ea quæ uoluerint peragendi, conceptum malum nulla intercedens deliberatio ſalutaris emendat.

De incmendabili malitia ſpiritalium nequitiarum. Cap XIIII.

SPiritalis nanque ſubſtantia nec ulla carnis ſoliditate deuicta, ut excuſationem exortæ in ſe prauæ nō recipit uoluntatis, ita ueniam malignitatis excludit, quia nulla quemadmodum nos ad peccandum impugnatione carnis extrinſecus laceſsita eſt, ſed uitio ſolius malæ uoluntatis accenſa, & ob hoc ſine uenia peccatum, & languor ſine remedio eſt. Sicut enim nulla ſollicitante terrena materia corruit, ita nec indulgentiam quidem aut locū pœnitudinis obtinere poteſt. Quibus ex rebus euidēter colligitur, quòd non ſolum noxia non ſit hæc quæ contra ſe inuicem ſuſcitatur in nobis carnis ſpiritusque contentio, uerum etiam multam conferat utilitatem.

Quid nobis proſit carnis aduerſus ſpiritum concupiſcentia. Cap. XV.

PRimo quòd deſidias ac negligentias noſtras ſtatim arguit, & ut quidam diligentiſſimus pædagogus à diſtrictionis & diſciplinæ rectitudine nunquam nos deuiare recōcedens, ſi paululū quid ſecuritas noſtra menſuram cōgruę ſerietatis diſtrictionisque excesſerit, flagellis incentiuorum ſtimulat confeſtim & increpat, atque ad competentem reuocat parcitatem. Secundo quòd pro caſtimonię ac puritatis integritate cum Dei gratia concedente, ita nos longo tempore genitali pollutione uiderimus immunes, ut ne ipſa quidem ſimplici commotione carnis ulterius nos inquietandos eſſe credamus, & per hoc uelut qui non geſtemus corruptela carnis in ſecretis conſcientiæ noſtræ fuerimus elati, ſuo nos rurſum quamuis quieto ac ſimplici uiſitans fluxu humiliat ac retundit, noſque homines eſſe ſtimulis ſuis ammonet. Quodammodo enim cum in cęteris generibus uitiorum & quidem grauioribus magisque noxijs indifferentius ſoleamus incurrere, nec tam facilè in eorum compungamur admiſſu, in hoc peculiarius humiliatur cōſcientia noſtra, perque hanc illuſionem neglectarum quoque paſsionū recordatione mordetur, euidenter intelligens immundam ſe factam naturalibus incentiuis, quæ cum eſſet immundior ſpiritalibus uitijs ignorabat, & recurrens protinus ad emendationem anterioris ignauiæ commouentur pariter, ne ſuper ſucceſsibus præteritæ puritatis debere confidere, quàm ſe perſpicit puſillum quid declinantem à Domino perdidiſſe, nec poſſe huius purificationis donum niſi per ſolius Dei gratiam poſsidere, docentibus nos quodammodo ipſius rei experimentis, ut ſi integritatem cordis perpetuò conſequi delectamur, humilitatis ſtudeamus uirtutem iugiter obtinere.

De incentiuis carnis, quibus ut humiliaremur, grauius teneremur. Cap. XVI.

HVius igitur puritatis elationem pernicioſiorē futurā cunctis ſceleribus atque flagitijs, & ob hanc nihil nos emolumēti cōſecuturos pro qualibet caſtitatis integritate, teſtant illæ uirtutes quarū ſuperius fecimus mentionē, quę cū nullas huiuſmodi titillationes carnis habuiſſe credant ob ſolam cordis elationē perpetua ruina de ſublimi cœleſtique ſtatione deiectę ſunt. Eſſemus itaque penitus abſque remedio tepidi, utpote non habentes indicē negligētię noſtrę, uel in corpore noſtro aut in cōſciētijs proprijs inſidentē,

nec ſtuderemus ad perfectionis peruenire feruorem, ſed nec frugalitatis quidem diſtri-ctionẽ uel continentiã teneremus, niſi nos hęc titillatio carnis increſcẽs humiliaret atq; retũderet, aduerſus ſpiritalium quoq; uitiorũ purgationẽ ſollicitos redderet & intẽtos.

De eunuchorum tepore. Cap. XVII.

DEniq; in his qui ſpadones ſunt corpore, idcirco hunc animę teporẽ plerunq; ineſſe deprehẽdimus, quia uelut ſoluti ab hac neceſsitate carnali, nec labore continẽtię corporalis, nec contritione cordis ſe æſtimant indigere, & hac ſecuritate reſoluti, nũquam perfectionem cordis, ſed nec ſpiritalium quidem uitiorum purgationem uel quęrere in ueritate uel poſsidere feſtinãt. Qui ſtatus à carnali qualitate deſcendens, efficitur animalis, qui eſt proculdubio deterior gradus: ipſe eſt enim qui de frigido ad tepidum tranſiens deteſtabilior domini uoce ſignatur.

Interrogatio quid interſit inter carnalem & animalem. Cap. XVIII.

GErmanus. De utilitate colluctationis quæ inter carnẽ & ſpiritum ſuſcitatur, quãtum uidetur nobis euidenter expreſſum eſt, ita ut eam ipſis quodammodo manibus noſtris palpabilem factam eſſe credamus. Et idcirco hanc quoq; rationem nobis ſimiliter cupimus aperiri, quid interſit inter carnalem & animalem uirum, uel quemadmodum animalis carnali poſsit eſſe deterior.

De triplici animarum ſtatu. Cap. XIX.

DAniel. Secundum diffinitionem ſcripturæ tres ſunt animarum ſtatus. Primus carnalis, ſecũdus animalis, tertius ſpiritualis. Quos in Apoſtolo ita legimus deſignari. Nam de carnali dicitur: Lac uobis potũ dedi non eſcam, nec dum enim poteratis, ſed nec adhuc quidẽ poteſtis, adhuc enim eſtis carnales. Et iterũ: Vbi enim eſt inter uos zelus & cõtentio, non'ne carnales eſtis? De animali quoq; aliter cõmemoratur. Animalis autẽ homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi. De ſpiritali uerò. Spiritalis autẽ examinat omnia, ipſe autẽ à nemine iudicatˀ. Et iterũ: Vos autẽ qui ſpiritales eſtis inſtruite eos qui eiuſmodi ſunt in ſpiritu lenitatis. Itaq; feſtinãdũ eſt nobis ut cũ renũciantes deſierimus eſſe carnales, id eſt, à ſeculariũ ceperimus cõuerſatione ſeiungi, & ab illa manifeſta carnis pollutione ceſſare, ſpiritalẽ ſenſum ꝓtinus apprehẽdere tota uirtute nitamur, ne fortè blãdientes nobis ꝙ uidemur ſecundũ exteriorẽ hominẽ huic renũciaſſe mũdo, uel carnaliũ fornicationũ deſeruiſſe cõtagia, tanq; qui ſummã perfectionẽ per hoc apprehẽderimus, remiſsiores deinceps erga emũdationẽ cæterarũ paſsionũ lẽtioresq; reddamur, & inter utraq; detẽti gradũ ſpiritalis ꝓfectus aſſeq nequeamus, exiſtimãtes ad perfectionẽ nobis abũdẽ ſufficere, quod exteriore homine uideamur de cõuerſatione mũdi huius ac uoluptatib. ſegregari, uel ꝙ immunes ſumus corruptela & cõmixtione carnali, & ita inuẽti in illo tepido ſtatu, qui deterrimus iudicatˀ, euomẽdos nos ex ore dñi ſecundũ eius ſententiã nouerimus, ita dicẽtis: Vtinã calidus eſſes aut frigidus nũc autẽ tepidus es, & incipiã te euomere ex ore meo. Nec immerito eos dñs quos iam uiſcerib. receperat charitatis, noxios & tepefactos, cũ quadã cõuulſione pectoris ſui euomẽdos eſſe ꝓnũciat, qui cũ ſalutarẽ quodãmodo ei potuiſſent ꝑbere ſubſtantiã, euelli ab eius uiſcerib. maluerũt, tanto deteriores effecti illis, qui nunq; ori dñi illati ſunt cibis, quãto id q̃d nauſea cõpellẽte ꝓijcimus odibilius deteſtamur. Quicq̃d enim frigidũ eſt, etiã ore ſuſceptũ uertit in calorẽ, & ſalutifera ſuauitate percipit, quod aut ſemel uitio teporis abiectũ eſt, nõ dicã labijs admouere, ſed etiã eminus intueri ſine ingẽti horrore nõ poſſumus. Rectiſsimè ergò pronũciatˀ eſſe deterior, quia facilius ad ſalutarẽ cõuerſationẽ ac perfectionis faſtigiũ carnalis quis, id eſt, ſecularis uel gẽtilis accedit, quã is q ꝓfeſſus monachũ, nec tamẽ uiã perfectionis arripiẽs ſecundũ regulã diſciplinæ, ab illo ſemel ſpiritali feruore ſegnis diſceſsit. Ille nãq; corporalib. ſaltẽ uitijs humiliatus atq; immundũ ſe ſentiẽs cõtagione carnali, ad fontẽ uerę purificationis ac perfectionis culmẽ, quãdoq; cõpunctus accurrit, & horreſcẽs illũ in quo eſt infidelitatis gelidiſsimũ ſtatũ ſpiritus ardore ſuccẽſus ad perfectionẽ facilius conuolabit. Nã qui ſemel ut diximus tepido exorſus initio monachi cœpit abuti uocabulo, nec tamẽ humilitate ac feruore quo debuit iter huius profeſsionis arripuit, infectus ſemel hac miſerabili lue, & in ea quodammodo reſolutus, nec ex ſe ulterius perfecta ſapere, nec alterius poterit monitis erudiri.

Dicit enim

Dicit enim in corde ſuo ſecundũ illã ſentẽtiam, quia diues ſum & locuples, & nullius egeo. Cui illud quoq; quod ſubſequit̃ cõſequẽter aptabit̃, tu autẽ es miſer & miſerabilis, & pauper & cæcus & nudus, in eo factus etiã ſeculari deterior, quod nec miſerũ ſe nec cæcum ac nudũ aut emendatione dignũ, uel egere monitis alicuius aut inſtitutione cognoſcit, & ob hoc nec exhortationem quidem ullã uerbi ſalutaris admittit, non intelligens ipſe monachi ſe nomine prægrauari ac deprimi opinione cunctorum, qua dũ creditur ab omnibus ſanctus, & uelut Dei famulus colitur, neceſſe eſt ut in futuro uehemẽtiori iuditio pœnæq; ſubdatur. Poſtremò quid diutius immoramur in his quæ nobis experimento ſatis comperta ſunt ac probata? Frequẽter enim uidimus de frigidis atq; carnalibus, id eſt, de ſecularibus ac paganis, ad ſpiritalem perueniſſe feruorẽ, de tepidis atq; animalibus omino nõ uidimus. Quos etiam per prophetam ita legimus dominum deteſtari, ut ſpiritalibus uiris atq; doctoribus præcipiatur, ut ab eis monendis docendiſq; diſcedant, & nequaquam uelut in ſterili atq; infructuoſa terra noxijſq; ſentibus occupata, ſemen uerbi ſalutaris expendant, ſed ut contemnentes eam nouam potius excolant terram, id eſt, erga paganos ac ſeculares omnem doctrinæ culturam ac uerbi transferãt ſalutaris inſtantiam, quod ita legitur: Hęc dicit dominus uiro Iuda & habitatoribus Hieruſalem. Nouate nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.

De malè abrenuuciantibus. *Cap.* XX.

DEnicq;, quod pudet dicere, ita pleroſq; abrenũciaſſe conſpicimus, ut nihil amplius immutaſſe de anterioribus uitijs ac moribus comprobentur, niſi ordinẽ tantũmodo atq; habitũ ſecularẽ. Nam & acquirere pecunias geſtiunt, quas nec ante poſſederũt uel certè quas habuerunt retinere non deſinunt, aut quod eſt lugubrius etiam amplificare deſiderant, ſub hoc prætextu, uel famulos ſemper exinde uel fratres alere ſe debere iuſtũ eſſe cõtendunt, uel certè obtẽtu cõgregandi cœtus reſeruãt, quos uelut abbates inſtituere ſe poſſe præſumunt. Quod ſi in ueritate uiam perfectionis inquirerẽt, hoc potius tota uirtute perficere niterent̃, ut ſcilicet exuti nõ ſolũ pecunijs, ſed etiã affectionib. priſtinis & diſtẽtionib. uniuerſis, ſemetipſos ſingulares ac nudos ita ſub ſeniorũ impio collocarẽt, ut curã nõ modo aliorũ nullã, ſed ne ſui quidẽ gererẽt. Ecõtrario autẽ euenit, ut dũ fratrib. p̃eſſe feſtinãt, nunq; ſeniorib. ipſi ſubijciant̃, & à ſ̃pbia inchoãtes dũ inſtituere cupiũt, nec diſcere ipſi nec agere ea quæ ſunt Deo agẽda mereant̃. Quib. neceſſe eſt, ſecundũ ſaluatoris ſententiã cęci duces cæcorũ effecti, pariter in foueã cadãt. Cuius ſ̃pbiæ licet unũ ſit genus, duplex tamẽ eius eſt ſpecies, una quæ ſerietatẽ grauitatemq; iugiter imitat̃, alia quæ effrenata libertate in cachinnos fatuos riſuſq; diſſoluit̃. Et illa quidẽ taciturnitate cõgaudet, hæc uerò dedignat̃ ſilentio coartari, nec confunditur paſsim proloqui, etiã res incõgruas & ineptas, dum erubeſcit uel inferior cæteris uel indoctior iudicari. Alia ob elationẽ clericatus ambit officium, altera deſpicit, utpote iudicans illud aut dignitati priſtinæ aut uitæ, ac natalium ſuorum meritis incongruum uel indignum. Quartum quæ deterior pronuncianda ſit, uniuſcuiuſcunq; diſcutiat ac perpendat examen. Vnum ſanè atq; idem inobedientiæ genus eſt, uel propter operationis inſtantiam uel proqter otij deſiderium ſenioris uiolare mandatum, tamq; diſpendioſum eſt pro ſomno quàm pro uigilantia monaſterij ſtatuta conuellere. Tantum deniq; eſt abbatis trãſire præceptum ut legas, quantum ſi cõtemnat ut dormias, nec alius ſuperbiæ fomes eſt pro ieiunio fratrẽ quã pro refectione contẽnere, niſi quòd p̃nicioſiora & à remedijs lõginquiora ſunt uitia quæ ſub ſpecie uirtutũ & imagine ſpiritaliũ rerũ uident̃ emergere, quã illa quę ex aperta carnali uoluptate gignunt̃. Hęc enim uelut palã expoſiti ac manifeſti lãguores, & arguunt̃ cominus & ſanãtur, illa uerò dum prætextu uirtutũ teguntur, incurata perdurant, & deceptos quoſq; periculoſius faciunt ac deſperatius ægrotare.

De his qui cotemptis magnis, occupantur in paruis. *Cap.* XXI.

IAm illud ridiculũ qualiter exprimat̃, ꝙ nõnullos poſt primę renũciationis ardorẽ, & uel res familiares uel opes plurimas ac militiam ſeculi relinquẽtes, ſemetipſos ad monaſteria contulerunt, tanto cernimus ſtudio in his quæ penitus abſcidi non poſſunt, & quæ nequeunt in hoc ordine non haberi, quamuis parua uiliaq; ſint, eſſe deuinctos,

ut horum

ut horum cura priſtinarum omnium facultatum ſuperet paſsionẽ. Quibus profectò nõ magnè proderit maiores opes ac ſubſtãtias contempſiſſe, quia affectus earũ ob quos ille contemptæ ſunt in res paruas atq; exiguas tranſtulerunt. Nam uicium cupiditatis & auaritiæ quod erga ſpecies precioſas exercere nõ poſſunt, circa uiliores materias retinẽtes, non abſcidiſſe ſed immutaſſe probant priſtinã paſsionẽ. Nam nimia deuincti diligẽtia erga curã pſiathij, ſportellæ, ſagelli, codicis, mattæ, aliarumq; ſimilium rerum, quãuis uiliſsimarũ, eadẽ tamen qua antea libidine detinentur. Quæ etiam tanta emulatione cuſtodiunt atq; defendunt, ut pro ipſis aduerſus fratrẽ cõmoueri, atq; litigare, quod etiam turpius eſt, non pudeat. In quibus adhuc ægritudine cupiditatis priſtinæ laborãtes, hæc eadẽ quæ uſus corporis poſsidere monachum uel neceſsitas cogit, hi ſecundũ numerũ mẽſuramq; cõmunem nõ ſunt habere cõtenti, in hoc quoq; ſui cordis auaritiã deſignãtes, cũ uel ea quibus uti neceſſe eſt propẽſius ſtudẽt habere quã cæteri, uel excedẽtes diligẽtiæ modũ peculiarius ea attẽtiusq; cuſtodiunt, & ab aliorũ cõtrectatione defendunt, quæ uniuerſis fratribus debent eſſe cõmunia. Quaſi uerò differẽtia tantũmodo metallorum, & non ipſa paſsio cupiditatis habeatur innoxia, & cum pro rebus quidem magnis iraſci non liceat, pro uilioribus uerò hoc ipſum feciſſe ſine culpa ſit, & nõ idcirco precioſiores abiecerimus materias, ut facilius diſceremus uiliora contemnere. Quid enim differt, utrum quis perturbationem cupiditatis erga opes amplas atq; magnificas, an erga uiliores exerceat ſpecies: niſi quòd in eo reprehenſibilior iudicandus eſt, quòd qui maxima ſpreuerit, in minimis obligetur? Ideo perfectionem cordis abrenunciatio iſta non obtinet, quia cum cenſum habeat pauperis, non abijcit diuitis uoluntatem.

Collationis abbatis Danielis de concupiſcentia carnis & ſpiritus finis.

COLLATIO QVINTA SERAPIONIS DE OCTO PRINCIPALIBVS VITIIS.

Caput primum.

IN illo cœtu antiquiſsimorum ſenum fuit uir nomine Serapion, adprimè gratia diſcretionis ornatus, cuius collationem operæ precium reor literis tradere. Ambientibus enim nobis ut de impugnatione uitiorum aliqua diſputaret, quibus origines eorum & cauſæ manifeſtius panderentur, ita exorſus eſt.

Narratio abbatis Serapionis de octo principalibus uitijs. Cap. II.

OCto ſunt principalia uitia, quæ humnaum infeſtant genus, id eſt, primum Gaſtrimargia, quod ſonat uentris ingluuies. Secundũ, fornicatio: Tertium Philargyria, id eſt, auaritia ſiue amor pecuniæ. Quartũ, ira. Quintũ, triſtitia. Sextũ, acedia, id eſt, anxietas ſiue tędiũ cordis. Septimũ cenodoxia, id eſt, iactãtia ſeu uana gloria. Octauũ ſupbia.

De duobus uitiorum generibus, & efficientia eorum quadripartita. Cap. III.

HOrum igitur uitiorũ genera ſunt duo. Aut ẽm naturalia ſunt, ut Gaſtrimargia, aut extra naturã, ut Philargyria. Efficientia uerò quadripartita eſt. Quędam enim ſine actione carnali conſummari non poſſunt, ut eſt Gaſtrimargia & Fornicatio: quædam uerò etiam ſine ulla corporis actione complentur, ut eſt Superbia & Cenodoxia: nonnulla commotionis ſuæ cauſas extrinſecus accipiunt, ut eſt Philargyria & ira: alia uerò inteſtinis motibus excitantur, ut eſt Acedia atq; Triſtitia.

Recapitulatio de Gaſtrimargiæ & Fornicationis paſsione, & curatione earum. Cap. IIII.

ET ut hæc eadẽ diſputatione quantũ poſſumus nõ ſolũ breui, ſed etiã ſcripturarũ teſtimonijs manifeſtiora reddamus, Gaſtrimargia & Fornicatio cũ naturaliter nobis inſint: nã nõnunq; etiã ſine ullo animę incitamẽto ſolius inſtigatione ac pruritu carnis oriuntur, materia tamẽ ut cõſummentur egẽt extrinſecus, & ita in effectũ corporali actione perueniũt. Vnuſquiſq; enim tẽtatur propria cõcupiſcẽtia, deinde cõcupiſcẽtia cũ fuerit cõcepta, pariet peccatum. Peccatũ uerò cum fuerit conſummatũ generat mortẽ. Nã nec primus Adam per Gaſtrimargiam decipi potuit, niſi eſcæ materiã habẽs in prõptu abuſus ea fuiſſet illicitè: nec ſecundus ſine cuiuſdam materia illicitatione tentatur, cum dicitur

dicitur ei: si filius Dei es dic ut lapides isti panes fiant. Fornicatio quoque quod nõ nisi per corpus perficiatur omnibus patet, ita de hoc spiritu dicente Deo ad beatũ Iob. Et uirtus eius in lũbis, & potestas eius super umbilicũ uẽtris. Ideoque hoc spiritualiter duo quę ministerio carnis explẽtur, extra illã spiritalẽ animæ curã egẽt peculiarius etiã continentia corporali. Siquidẽ ad retundẽdos horũ stimulos nõ sufficit mẽtis intẽtio, ut nõnunquam solet aduersus irã seu tristitiã cęterasque fieri passiones, quas etiã sine ulla carnis afflictione sola nouit expugnare mẽtis industria, nisi etiã castigatio corporis accesserit, quę ieiunijs uigilijs & operis cõtritione perficitur, hisque fuerit remotio localis adiũcta, quia sicut laborũ uicio, id est, animę & corporis generãtur, ita superari nisi utriusque labore nõ poterũt. Et licet beatus Apostolus omnia uicia generaliter pronũciauerit esse carnalia, siquidẽ inimicitias & iras atque hereses inter cętera carnis opera numerauerit, nos tamẽ ad illorũ curatiões atque naturas diligẽtius colligẽdas duplici ea diuisione distinguimus. Nã ex his quędã dicimus esse carnalia, quędã uerò spiritualia, & illa qdẽ carnalia, quę spiritualiter ad uotũ & ad sensum pertinẽt carnis, quib. illa ita delectãt ac pascit, ut etiã quietas incitet mẽtes inuitasque eas nõnunquam pertrahat ad suę uolũtatis assensum. De quibus beatus Apostolus. In quibus, ait, & nos omnes aliquãdo cõuersati sumus in desiderijs carnis nostrę faciẽtes uoluntatẽ carnis & cogitationũ, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Spiritalia uerò dicimus quę instinctu animę solius orta, nõ solũ nihil uoluptatis cõferũt carni, sed etiã grauissimis eam lãguorib. afficiẽtie, miserrimę iocũditatis pastu animã tãtum nutriunt ægrotantẽ. Et idcirco hæc quidem simplici cordis indigent medicina, quę autem carnalia sunt, nõ nisi duplici, quemadmodũ diximus, ad sanitatem curatione perueniunt. Vnde puritatem studentibus plurimum confert, ut harum naturalium passionum ipsas materias sibi primitus subtrahant, quibus potest uel occasio uel recordatio earundem passionum ægrotanti adhuc animæ generari. Necesse est enim ut morbo duplici, duplex adhibeatur curatio. Nam corpori ne cõcupiscentia in effectum tentet prorumpere, necessario effigies & materia illiciens subtrahenda est, & animæ nihilominus ne eam uel cogitatione concipiat, attentior meditatio scripturarum, & sollicitudo peruigil ac remotio solitudinis apponenda. In cæteris autem uicijs humana consortia nihil obsunt, quinimo etiam plurimum conferunt his, qui carere eis in ueritate desiderant, quia frequentia hominum magis arguuntur, & dum lacessita crebrius manifestantur, crebri medicina perueniunt ad salutem.

Quomodo dominus noster solus absque peccato tentatus sit. Cap. V.

IDeoque dominus noster Iesus Christus cum Apostoli pronũcietur sententia tentatus fuisse per omnia secundum similitudinem nostram; dicitur tamen absque peccato, id est, absque huius passionis contagio, nequaquam scilicet aculeos concupiscentiæ carnalis expertus, quibus nos necesse est etiam ignorantes inuitosque compungi, quippe cui nulla inerat similitudo seminationis uel conceptionis humanę, ita rationem conceptus eius archangelo nunciante. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei.

De ratione tentatiois, qua à Diabolo tentatus est dominus. Cap. VI.

IN illis enim passionibus etiam ipse tentari debuit, incorruptam imaginem Dei ac similitudinem possidens, in quibus & Adam tentatus est, cum adhuc in illa inuiolata Dei imagine perduraret, hoc est, Gastrimargia, Cenodoxia, Superbia, non in quibus post præuaricationem mandati imagine Dei ac similitudine uiolata, suo iam uicio deuolutus inuoluitur. Gastrimargie nanque est qua interdicti ligni præsumit edulium, Cenodoxia, qua dicitur, aperientur oculi uestri. Superbia, qua dicitur, eritis sicut dij, scientes bonum & malum. In his tribus uitijs etiam dominum saluatorem legimus fuisse tentatum. Gastrimargia, cum dicitur ei à diabolo: Dic ut lapides isti panes fiant. Cenodoxia: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Superbia, cum ostendens illi omnia regna mundi & eorum gloriam, dicit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me: ut ijsdem quibus ille tentationum lineis est appetitus nos quoque quemadmodum tentatorem uincere deberemus, suo doceret exemplo. Ideoque & ille Adam dicitur, & iste Adã.

Ille

Ille primus ad ruinam & mortem. Hic primus ad resurrectionem & uitam. Per illum omne genus hominum cōdemnatur, per istum omne genus hominum liberatur. Ille de rudi atq; intacta fingitur terra. Hic de Maria uirgine procreatur. Huius ergo ut suscipere eum tentationes oportuit, ita excedere necessarium nō fuit. Nec enim qui Gastrimargiam uicerat, poterat fornicatione tentari, quæ ex illius abundantia ac radice procedit, qua ne ille quidem primus Adam fuisset elisus, nisi ante genitricem eius passionem deceptus illecebris diaboli recepisset. Et ob hoc filius Dei nō absolute in carne peccati uenisse dicitur, sed in similitudine carnis peccati, quia cum esset in eo uera caro, manducās scilicet & bibens & dormiens, clauorum quoq; confixionem in ueritate suscipiens, peccatum eius quod præuaricatione contraxit, uerum non habuit, sed imaginarium. Non enim ignitos aculeos concupiscentię carnalis expertus est, qui etiam nolentibus nobis natura iam amministrante consurgunt, sed huius quadam similitudine naturam participando suscepit. Nam cum omnia quę officij nostri sunt in ueritate compleret, & uniuersas infirmitates gestaret humanas, consequēter huic quoq; passioni putatus est subiacere, ut per has infirmitates etiam conditionem huius quoq; uitij atq; peccati uideretur in sua carne portare. Deniq; in his eum tantūmodo uitijs diabolus tentat, in quibus etiam illum primum deceperat, conijciens hunc quoq; uelut hominem similiter in cæteris illudendum, si eum in illis, quibus priorem deiecerat, sensisset elisum. Verùm ei secundum iam morbum qui de radice principalis uitij pullularat, primo certamine confutatus inferre non potuit. Videbat enim nullatenus eum initialem causam ęgritudinis huius suscepisse, eratq; superfluum sperari ab eo fructum peccati, cuius eum semina uel radices nullo modo recepisse cernebat. Licet secundum Lucam qui postremam tentationem illam ponit, qua dicitur: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Hæc superbiæ passio possit intelligi, ita ut illa superior quam Matthæus tertiam ponit, in qua iuxta prædicti Lucam euangelistam omnia ei regna mundi in puncto temporis ostendēs diabolus repromittit, accipiatur passio Philargiriæ, quod scilicet post Gastrimargię uictoriam, fornicatione eum tentare non præualens ad Philargyriam transierit, quam radicem malorum omnium nouerat, in qua iterum superatus, nullum ei uitium ex his quæ sequebantur eam ausus est ingerere, quippe quæ nouerat de eius radice ac fomite pullulare, ad extremam superbiæ transierit passionem, qua nouerat etiam perfectos quosq; deuictis omnibus uitijs posse pulsari, qua etiam uel seipsum cum esset ut lucifer uel cōplures alios abs q; ullo incitamento præcedentium passionum de cœlestibus meminerat corruisse. Iuxta hunc ergo quē prædiximus ordinem, qui ab euangelista Luca describitur, etiam ipsa illa illicitatio & figura tentationum quibus uel illum primum uel istum secundum Adam callidissimus aggreditur inimicus elegantissimè congruit. Illi nanq; dicitur, aperientur oculi uestri, huic ostendit omnia regna mundi & gloriam eorum. Ibi dicit, eritis sicut dij, hic dicit, si filius Dei es.

De consummatione cenodoxiæ & superbiæ sine ministerio corporali. Cap. VII.

Et ut de efficentijs cæterarum quoq; passionū quarum rationem intercidere nos expositio Gastrimargię uel dominicæ tentationis necessario compulit, eodē quo proposueramus ordine disseramus, cenodoxia atq; superbia etiam sine ullo consummari solent ministerio corporali. In quo enim egent actione carnali, quæ pro concupiscentia & uoluntate sola conquirendæ laudis & humanæ gloriæ consequendæ abundè ruinam generant animæ captiuatæ. Aut quem effectum habuit corporalē prædicti luciferi illius antiqua superbia, nisi quod eam tantummodo animo & cogitatione concepit, ita propheta commemorāte. Qui dicebas in corde tuo, in cœlum conscendam, super astra Dei ponam solium meum, ascēdam super altitudinem nubium, ero similis altissimo. Qui sicut huius superbiæ neminem habuit incentorem, ita ei cōsummationem criminis ruinæq; perpetuæ cogitatio sola perfecit, equidem cum affectatæ tyrannidis nulla fuerint opera subsecuta.

De Phylargyria

De Philargyria, quòd extra naturam sit & quid intersit inter ipsam & naturalia uitia. Cap. VIII.

PHilargyria & ira licet non sint unius naturæ, nam prior extra naturã est, sequens uerò originale uidetur in nobis seminarium possidere, simili tamen oriuntur modo, extrinsecus siquidem causas commotionis plerunq; concipiunt. Etenim frequenter hi qui adhuc infirmiores sunt, uel irritatione, uel instinctu quorundam, in hæc se corruisse uitia conqueruntur, ac præcipitatos se uel ad iracundiam, uel ad Philargyriam aliorum prouocatione, causantur. Quòd extra naturam sit Philargyria, hinc liquido peruidetur, quia nec originale probatur in nobis habere principiũ, nec de materia concipitur quæ pertingit ad animę uel carnis participationem, uitęq; substantiam. Nihil enim ad usum ac necessitatem naturæ communis pręter escam quotidianam ac potum certum est peruenire, reliquæ uero uniuersæ materiæ quantolibet studio atq; amore seruentur, alienæ tamen ab humana indigentia etiam usu uitæ ipsius approbantur, ideoq; hoc uelut extra naturam existens non nisi tepidos ac male fundatos monachos pulsat. Quæ autem naturalia sunt etiam probatissimos monachorum equidem in solitudine commorantes attemptare non desinunt. Et in tantum hoc uerissimum comprobatur, ut etiam gentes nõnullas ab hac passione, id est Phylargyria, liberas omnimodis agnoscamus, quia nequaquàm uitij huius ægritudinẽ usu & consuetudine receperunt. Illum quoq; priorem mundum qui ante diluuiũ fuit, diutissime concupiscentiæ huius rabiem credimus ignorasse. Quæ etiam in unoquoq; nostrum recte abrenunciante sine ullo labore probatur extingui, cum scilicet uniuersis quis facultatibus abiectis, ita expetierit cœnobij disciplinam, ut ex eis ne unum quidem denarium sibimet superesse patiatur. Cuius rei testes multa hominum millia possumus inuenire, qui cum sub momento breuissimo dispersis omnibus substantijs suis ita hanc eradicauerunt passionem, ut ne tenuiter quidẽ ab ea pulsentur ulterius, nihilominus omni tempore contra Castrimargiam pugnantes, nisi ingenti circunspectione cordis & abstinentia corporis dimicauerint securi esse non possunt.

De ira atq; tristitia quòd inter accidentia uitia plerunq; inueniantur. Cap. IX.

TRistitia & accidia nulla, quemadmodum supra diximus, accedente extrinsecus prouocatione generari solent. Nã solitarios quoq; & in eremo constitutos, nulliq; humano cõmixtos consortio, frequenter atq; amarissime uexare noscuntur, quod esse uerissimum quisq; cum fuerit in solitudine commoratus, & pugnas hominis interioris expertus, ipsis experimentis perfacile comprobabit.

De sex uitiorum concordia & duorum ab eis dissidentium cognatione. Cap. X.

HEc igitur octo uitia licet diuersos ortus ac dissimiles efficientias habeant, sex tamen priora, id est Castrimargia, fornicatio, Philargyria, ira, tristitia, accidia, quadã inter se cognatione, & ut ita dixerim concatenatione connexa sunt, ita ut prioris exuberantia sequenti efficiatur exordium Nam de abundantia Castrimargię fornicationẽ, de fornicatione, Philargyriam, de Philargyria, iram, de ira, tristitiam, de tristitia, accidiã necesse est pullulare, ideoq; simili contra hęc modo atq; eadem ratione pugnandũ est, & à pręcedentib. semper aduersus sequentes nos inire certamina. Facilius enim cuiuslibet arboris noxia latitudo ac proceritas exarescit, si antea radices eius quibus innititur uel nudatę fuerint uel succisę. Et infestantes humores aquarum continuo siccabuntur cum generator earum fons ac profluentes uenę solerti industria fuerint obturatę. Quamobrem ut accidia uincatur ante tristitia superanda est, ut tristitia propellatur, ira prius est extrudenda, ut extinguatur ira Philargyria calcanda est, ut euellatur Philargyria for

nicatio compescenda est, ut fornicatio subtrahatur. Castrimargiæ uitium est castigandum. Residua uero duo, id est, cenodoxia, & superbia, sibi quidem similiter illa qua de superioribus uicijs diximus ratione iunguntur, ita ut incrementum prioris ortus efficiatur alterius. Cenodoxiæ enim exuberantia superbiæ formitē parit. Sed ab illis sex prioribus uicijs penitus dissident, nec simili cum eis societate fœderantur. Siquidem non solum nullam ex illis occasionem suæ generationis accipiunt, sed etiam contrario modo atque ordine suscitantur. Nam illis euulsis hæc uehementius fructificant, & illorum morte uiuacius pullulant atque succrescunt. Vnde etiam diuerso modo ab his duobus uitijs impugnamur. In unumquodque enim illorum sex uitiorum tunc incidimus, cum à præcedentibus eorum fuerimus elisi, in hæc uero duo uictores & maxime post triumphos periclitamur incurrere. Omnia igitur uitia quemadmodum incremento præcedentium generantur, ita illorum diminutione purgantur. Et hac ratione ut superbia possit explodi cenodoxia est pręfocanda. Et ita semper prioribus superatis sequentia conquiescent, & extinctione præcedentium, residuæ passiones absque labore marcescent. Et licet hæc quæ prædiximus octo uitia illa quæ commemorauimus ratione inuicem sibi connexa atque permixta sint, spiritualius tamen in quatuor coniugationes & copulas diuiduntur. Castrimargiæ namque fotnicatio peculiari consortio fœderatur, Philargyriæ ira, tristitiæ accidia, cenodoxiæ superbia familiariter coniugatur.

De origine & qualitate uniuscuiusque uitij. Cap. XI.

ET ut singillatim nunc de uniuscuiusque uitij generibus disputemus. Castrimargiæ genera sunt tria. Primum quod ad refectionem perurget monachum ante horam statutam ac legittimam festinare. Secundum quod ezpletione uentris, & quarumlibet escarum uoracitate lætatur. Tertium quòd accuratiores ac delicatissimos desiderat cibos. Quæ tria non leui dispendio monachum feriunt, nisi ab omnibus istis pari studio atque obseruantia semetipsum expedire contenderit. Nam quemadmodum absolutio ieiunij ante horam canonicā, nullatenus præsumenda est, ita & uentris ingluuies & escarum sumptuosa atque exquisita præparatio similiter amputanda Ex his enim tribus causis diuersæ ac pessimæ ualitudines animæ procreantur. Nam de prima monasterij odiū gignitur, atque exinde horror, & intolerantia eiusdem concrescit habitaculi, quam sine dubio mox discessio aut fuga uelocissima subsequetur. De secunda igniti luxuriæ & libidinis aculei suscitantur. Tertia etiam inextricabiles Philargyriæ laqueos nectit ceruicibus captiuorum, nec aliquando monachum sinit perfecta Christi nuditate fundari. Cuius nobis passionis inesse uestigia, isto quoque deprehendimus indicio, cum forte ad refectionem detenti ab aliquo fratrū, contenti non sumus eo sapore cibos sumere, quo ab exhibente conditi sunt, sed quiddam superfundi eis uel adijci importuna atque effrenata poscimus libertate. Quod fieri penitus non oportet, tribus de causis. Primo quia mens monachi semper debet in omni tolerantiæ ac parcitatis exercitatione uersari, & secundum Apostolū, discere in quibus est sufficiens esse, nullatenus enim poterit, uel occulta uel maiora corporis desideria refrenare, quisque degustatione modicæ insuauitatis offensus, ne ad momentum quidem delitias gutturis sui ualuerit castigare. Secundo quòd nonnunquàm euenit ut ad horam desit illa species quæ postulatur à nobis, & uerecundiā necessitati uel frugalitati suscipientis incutimus, publicantes scilicet paupertatem eius quam soli Deo cognitam esse maluerat: Tertio quòd interdum solet sapor ille quem nos adijci poscimus alijs displicere, & inuenimur iniuriam multis dum nostræ gulæ ac desiderio satisfacere cupimus irrogare, propter quod omnimodis hæc in nobis est castiganda libertas. Fornicationis genera sunt tria. Primum quod per commixtionē sexus utriusque perficitur. Secundū quod absque fœmineo tactu, pro quo Her patriarchæ Iudæ filius à domino percussus legitur, quod in scripturis sanctis immunditia nuncupatur, super quo Apostolus. Dico autem innuptis & uiduis, bonū est illis si sic permanserint sicut & ego, quòd si se nō continent, nubant, melius est enim nubere quàm uri. Tertium quod animo ac mente concipitur. De quo dominus in euangelio, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Quæ tria genera

beatus

beatus Apostolus pari modo extinguenda pronuncians. Mortificate, inquit, membra uestra quę sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem &c. Et iterum de duobus ad Ephesios. Fornicatio & immunditia nec nominetur in uobis. Et iterũ. Illud autem scitote, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus quòd est idolorũ seruitus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Quæ tria ut à nobis pari obseruatione caueantur, simili nos eorum à regno Christi atq; una deterret exclusione. Phylargyriæ genera sunt tria. Primum quòd renunciantes diuitijs ac facultatibus suis spoliari non sinit. Secundum quòd ea quæ à nobis dispensata sunt uel indigentibus distributa, resumere nos maiori cupiditate persuadet. Tertiũ quòd ea quæ ne antea quidem possedimus desiderare acquiri ue compellit. Iræ genera sunt tria. Vnum quòd exardescit intrinsecus quòd Gręce θυμὸς dicitur. Aliud quòd in uerbum & opus effectumq; prorumpit, quòd ὀργὴ nuncupatur, de quibus & apostolus. Nunc autẽ deponite, inquit, & uos omnia, iram indignationem. Tertium quòd non ut illa feruens ad horam dirigitur sed per dies & tempora reseruatur. Quę omnia æquali sunt à nobis horrore damnanda. Tristitiæ genera sunt duo. Vnum quod uel iracundia desinente, uel de illato damno ac desiderio præpedito cassatoq; generatur. Aliud quod de irrationabili mentis anxietate seu desperatione descendit. Accidiæ genera sunt duo. Vnum quod ad somnum præcipitat æstuantes, aliud quod cellam deserere ac fugere cohortatur. Cenodoxia licet multiformis ac multiplex sit, & in diuersas species diuidatur, genera tamen eius sunt duo. Primũ quòd pro carnalibus ac manifestis extollimur rebus, secundum quòd spiritalibus & occultis desiderio uanæ laudis inflammamur.

In quo sit utilis cenodoxia. Cap. XII.

VNa re tamen cenodoxia utiliter ab incipientibus assumitur, ab his duntaxat qui adhuc uitijs carnalibus instigantur, ut uerbi gratia, si illo tempore quo fornicationis spiritu perurgentur mente conceperint uel sacerdotalis officij dignitatẽ uel opinionem cunctorũ qua sancti & immaculati esse credantur, & ita immundos concupiscentiæ stimulos quasi turpes atq; indignos uel existimationi suæ uel illi ordini iudicantes, hac saltem contemplatione declinent, minore malo id quod maius est retundentes. Satius est cenodoxiæ uitio quemcunq; pulsari quàm incidere in fornicationis ardorẽ, unde reparari aut non ualeat aut uix ualeat post ruinam. Quem sensum ex persona Dei unus prophetarum eleganter expresit dicens. Propter me longe faciam furorẽ meum, & laude mea infrenabo te ne intereas, id est, ut dum cenodoxiæ laudibus compediris, nequaquàm ad inferni profunda proruas, & irreuocabiliter mortalium peccatorũ consummatione mergaris. Nec mirum tantam paßioni huic inesse uirtutem, ut irruentem quempiam in fornicationis labem ualeat refrenare, cum sit multorum experimentis sæpißime comprobatum, quòd ita eum quem semel ueneni sui peste corruperit infatigabilem reddat, ut faciat ab eo ne biduana quidem ieiunia uel triduana sentiri. Quòd etiã nonnullos in hac eremo frequenter nouimus fuisse confessos, se in cœnobijs Syriæ constitutos qui eis diebus refectionem cibi sine labore tolerasse, nunc autem tanta se fame ab hora tertia perurgeri, ut usq; nonam uix queant differre ieiunia quotidiana. Super qua re pulchre abbas Macharius cuidã percunctanti cur fame ab hora tertia in eremo pulsaretur, qui in cœnobio ebdomadibus integris refectionem sæpe contemnens non sensisset esuriẽ: respondit. Quia nullus hoc est ieiunij tui testis qui te suis laudibus nutriat atq; sustentet, ibi autem te digitus hominum & cenodoxiæ refectio saginabat. Huius autem rei figura qua diximus superueniente cenodoxia uitium fornicationis excludi, pulchre in regum libro ac signanter exprimitur, ubi populum Israëlem à Nechao rege Aegypti captiuatum ascendens Nabuchodonosor rex Assyriorum de finibus Aegypti ad suam transtulit regionem scilicet ut non eos libertate pristinæ & genitali restitueret regioni, sed ad suas abduceret terras, & longius asportandos quàm fuerant in terra Aegypti captiui. Quæ figura in hoc quoq; competenter aptabitur, licet enim tolerabilius sit cenodoxiæ quàm fornicationis uitio deseruire, difficilius tamen à cenodoxiæ dominatione disceditur. Quodammodo enim longiore itineris spatio captiuus abdu-

ctus laboriosius ad genitale solum & libertatem pristinã reuertemur meritoq; ad eum increpatio illa prophetica dirigetur. Quare inueteratus es in terra aliena? Recte siquidem inueteratus dicitur in terra aliena, quisquis à terrænis uitijs non innouatur. Superbiæ genera sunt duo. Primum carnale. Secundum spiritale, quòd etiam perniciosius est. Illos nanq; desperatius impugnat quos in quibusdam uirtutibus profecisse repererit.

De uaria oppugnatione omnium uitiorum. Cap. XIII.

HAec igitur octo uitia cum omne hominum genus pulsent, non tamen uno modo impetunt cunctos. In alio namq; spiritus fornicationis locum obtinet principalẽ, in alio superequitat furor, in alio cœnodoxia uendicat tyrannidem, in alio arcem superbia tenet. Et cum constet omnes ab omnibus impugnari, diuerso tamen modo & ordine singuli laboramus.

De instituendo aduersum uitia certamine secundum ipsorum infestationem. Cap. XIIII.

QVamobrem ita nobis aduersus hæc arripienda sunt prælia, ut unusquisq; uitium quo maxime infestatur explorans, aduersus illud arripiat principale certamen, omnem curam mentis ac sollicitudinem erga illius impugnationem obseruationemq; defigens, aduersus illud quotidiana ieiuniorũ dirigens spicula, contra illud cunctis momentis cordis suspiria crebraq; gemituum tela contorquens, aduersus illud uigiliarum labores ac meditationẽ sui cordis impendens, indesinentes quoq; orationum ad Deũ fletus fundens, & impugnationis suæ extinctionẽ ab illo specialiter ac iugiter poscens. Imposibile namq; est de qualibet pasione triumphum quempiam promereri, priusq; intellexerit industria uel labore proprio uictoriam certaminis semet obtinere non posse, cum tamen ut ualeat emundari, necesse sit eum die noctuq; in omni cura & sollicitudine permanere. Cunq; se ab ea senserit absolutum, rursum latebras sui cordis simili intentione perlustret, & excipiat sibi quam inter reliquas perspexerit duriorẽ, atq; aduersus eam spiritualius omnia spiritus arma commoueat, & ita semper ualidioribus superatis celerem de residuis habebit facilemq; uictoriam, quia & mens triumphorum processu redditur fortior, & infirmorum pugna succedens promptiorem ei prouentum faciet præliorum, ut fieri solet ab his qui coram regibus mundi huius omnigenis congredi bestijs præmiorũ contemplatione consueuerunt, quod spectaculi genus uulgo pancarpum nuncupatur. Hi inquã feras quascunq; fortiores robore uel feritatis rabie conspexerint diriores, aduersus eas primæ congresionis certamen arripiunt, quibus extinctis reliquas qui minus terribiles minusq; uehementes sunt exitu faciliore prosternunt. Ita & uitijs semper robustioribus superatis, atq; infirmioribus succedentibus, parabitur nobis absq; ullo discrimine perfecta uictoria. Nec tamen putandum quòd principaliter quis contra unum dimicans uitium, & uelut incautius aliorum tela prospiciens, inopinato ictu facilius ualeat sauciari, quod nequaq; fiet. Imposibile nanq; est, eũ qui pro cordis sui emundatione sollicitus erga impugnationẽ uitij cuiuslibet intentionem suæ mentis armauerit, aduersus cætera quoq; uitia generalem quendam horrorem & custodiam similẽ non habere. Quo enim modo uel de illa qua absolui desiderat pasione merebitur obtinere uictoriam, quem indignum purgationis præmio aliorum facit contagio uitiorum. Sed cum principalis cordis nostri intentio, uelut specialem pugnam aduersus unam exceperit pasionẽ pro ipsa orabit attentius, peculiari sollicitudine ac studio supplicans, ut eam diligentius obseruare, & per hæc celerem mereatur obtinere uictoriam. Hunc namq; nos ordinem præliorũ exercere debere, nec tamen de nostra uirtute confidere, etiam legislator his docet uerbis. Non timebis eos, quia dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis, ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atq; per partes. Non poteris delere eas pariter ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ. Dabitq; eos dominus Deus tuus in conspectu tuo, & interficiet illos donec penitus deleantur.

Nihil

Nihil nos posse aduersum uitia sine auxilio Dei, nec debere nos in eorum extolli uictoria. Cap. XV.

SEd necq; debere nos in eorum extolli uictoria similirer ammonet. Ne postq; comederis, inquit, & satiatus fueris, domos pulchras ędificaueris, & habitaueris in eis, habuerisq; armenta & ouium greges, auri & argenti cunctarumq; rerum copiam, eleuetur cor tuũ, & non reminiscaris domini Dei tui qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili. Salomon quoq; in prouerbijs. Si ceciderit inimicus tuus noli gratulari, in supplantatione autem eius noli extolli, ne uideat dominus & non placeat ei, & auertat iram suam ab eo, id est, ne perspiciens elationem cordis tui ab eius impugnatione discedat, & incipias derelictus ab eo rursus illa quam per Dei gratiam ante superaueras passione uexari. Non enim orasset propheta dicens. Ne tradas domine bestijs animã confitentem tibi, nisi scisset propter inflationem cordis quosdam ut humilientur eisdem rursum uitijs quæ uicerant tradi. Quamobrem certos nos esse conuenit, tam ipsis rerum experimentis quàm innumeris scripturæ testimonijs eruditos, nostris nos uiribus nisi Dei solius auxilio fulciamur, tantos hostes superare non posse, & ad ipsum quotidie summam uictorię nostræ referre debere. Ita super hoc quoq; per Mosen domino commonente. Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit ea dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus, ut terram hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. Neq; enim propter iustitias tuas & æquitatẽ cordis tui tu ingredieris ut possideas terras earum, sed quia illæ egerunt impietatẽ, te introeunte deletę sunt. Rogo quid apertius potuit dici contra perniciosam opinionem prępsumptionemq; nostram, qua totum quod agimus, uel libero arbitrio uel nostrę uolumus industrię deputare? Ne dicas, inquit, in corde tuo, cum deleuerit eas dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus, ut terram hanc possiderẽ. Nonne his qui oculos animę reseratos & aures habent ad audiendum euidenter expressit? Cum tibi prospere uitiorum carnalium bella successerint, & uideris te de ipsorum cœno & conuersatione mundi istius liberatum, non tuæ id uirtuti nec sapientiæ prouentum pugnæ atq; uictoriæ inflatus ascribas, credens te propter labores & studiũ tuũ, & arbitrij libertatẽ, de spiritalibus nequitijs uel carnalibus uitijs obtinuisse uictoriã. Quibus proculdubio in nullo penitus pręualere potuisses, nisi te domini communisset ac protexisset auxiliũ.

De significatione septem gentium quarum Israel accepit terras, & quare alibi septem & alibi multæ gentes esse dicantur. Cap. XVI.

HAe sunt septem gentes quarum terras egressis ex Aegypto filijs Israël daturum se dominus tepromittit. Quæ omnia secundum Apostolum cum in figura contigerint illis, ad nostram commonitionem scripta debemus accipere. Ita enim dicitur. Cum introduxerit te dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te. Etheum & Gergeseum & Amorreũ & Chananæum & Ferezeum & Eueum & Iebuseũ, septem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robustiores te, tradideritq; eas dominus tibi, percuties eas usq; ad internetionem. Quòd uero multo maioris numeri esse dicuntur, hæc est ratio, quia plura sunt uitia quàm uirtutes. Et ideo in cathalogo quidem dinumerantur septem nationes, in expugnatione uero earũ sine numeri ascriptione ponuntur. Ita enim dicitur, Et deleuerit gentes multas coram te. Numerosior enim est quàm Israël, carnalium passionũ populus, de hoc septenario fomite uitiorum ac radice procedens. Exinde enim pullulant homicidia, contentiones, hæreses, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, comesationes, ebrietates, detractiones, ludicra, turpilo quia, mendacia, periuria, stultiloquia, scurrilitas, inquietudo, rapacitas, amaritudo, clamor, indignatio, contemptus, murmuratio, temptatio, desperatio, multaq; alia quæ cõmemorare perlongum est. Quæ cum à nobis leuia iudicentur, quid

de illis Apostolus senserit, uel quam super his sentententiam intulerit audiamus. Neque murmuraueritis inquit, sicut quidam illorum murmurauerunt, & ab exterminare perierunt. Et de temptatione. Neque temptemus Christum, sicut quidam illorum temptauerunt, & à serpentib. perierunt. De detractatione. Noli diligere detrahere ne eradiceris. Et de desperatione. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem omnis erroris, in immunditiam. Quòd uero clamor sicut ira & indignatio & blasphemia condemnetur. eiusdem Apostoli uocibns manifestissimè perdocetur ita præcipientis. Omnis amaritudo & ira & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis, cum omni malitia, aliaque complura his similia. Quæ cum sint multo maioris numeri quàm uirtutes, deuictis tamen illis octo principalibus uitijs, ex quorum natura eas certum est emanare omnes protinus conquiescunt, ac perpetua pariter cum his internetione delent. De Gastrimargia nanque nascuntur comesationes, ebrietates. De fornicatione, turpiloquia, scurrilitas, ludicra, ac stultiloquia. De Philargyria, mendacium, fraudatio, furta, periuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, uiolentia, inhumanitas ac rapacitas. De ira, homicidium, clamor & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De accidia, ociositas somnolentia, importunitas, inquietudo, peruagatio, instabilitas mentis & corporis uerbositas, curiositas. De cenodoxia cõtentiones, hæreses, iactantia, ac pręsumptio nouitatum. De superbia, contemptus, inuidia, inobedientia, blasphemia, murmurmuratio, detractio. Quòd autem hę pestes etiam robustiores sint, manifeste naturæ ipsius impugnatione sentimus. Fortior enim militat in membris nostris oblectatio carnalium passionum quàm studia uirtutum, quæ non nisi summa contritione cordis & corporis acquiruntur. Si autem & illas innumerabiles hostiũ cateruas spiritalibus oculis contẽpleris, quas beatus Apostolus enumerat dicens, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus, & illud quod de uiro iusto in nonagesimo dicitur psalmo. Cadent à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis, liquido peruidebis, quòd multo maioris sint numeri & ualidiores quàm nos carnales scilicet atque terręni, quippe cum illis spiritalis atque aëria concessa substantia sit.

Interrogatio de comparatione septem gentium & octo uitiorum. Cap. XVII.

GErmanus. Quomodo igitur octo sunt uitia quæ nos impugnãt, cum per Mosen septem dinumeratæ sint gentes quæ aduersantur populo Israël, uel quemadmodum terras uitiorum commodum nobis est possidere?

Responsio quomodo secundum octo uitia octo gentium numerus impleatur. Cap. XVIII.

SErapion. Octo esse principalia uitia quæ impugnant monachum, cunctorum absoluta sententia est. Quæ figuraliter sub gentiũ uocabulo nominata, idcirco nunc omnia non ponuntur, eo quòd egressis de Aegypto & liberatis ab una gente ualidissima, id est, Aegyptiorũ, Moses uel per ipsum dominus in Deuteronomio loquebatur. Quæ figura in nobis quoque rectissimè stare deprænhenditur qui de seculi laqueis expediti Gastrimargiæ, id est, uentris uel gulæ uitio caruisse cognoscimur. Et habemus iam contra has residuas septem gentes simili ratione conflictum, prima scilicet quę iam deuicta est minime computata. Cuius etiam terra in possessionem Israeli non datur, sed ut deserat eam perpetuo, & egrediatur ab ea, domini præceptione sancitur. Et idcirco ita sunt moderanda ieiunia, ut non necesse sit per immoderationem continentiæ, quæ defectione carnis uel infirmitate contracta est, reuerti rursus ad Aegyptiorum terram, id est, pristinam gulæ & carnis concupiscentiam, quàm cum mundo huic abrenunciaremus abiecimus. Quòd figuraliter illi perpessi sunt, qui egressi in solitudinem uirtutum, rursus desiderauerunt ollas carnium super quas sedebant in Aegypto.

Cur una gens quidem deseri, septem uero iubentur extingui. Cap. XIX.

QVod autem illa gens in qua nati sunt filij Israel non penitus extingui, sed tantummodo deseri eius terra præcipitur, hæ uero septem usq; ad internetionem iubentur extingui, hæc ratio est, quòd quantumlibet ardore spiritus succensi eremum uirtutũ fuerimus ingresi, in ciuitate ac ministerio Gastrimargiæ, & quodammodo quotidiano eius commertio nequaquàm carere poterimus. Semper enim in nobis edulij & escarũ ut ingenitus ac naturalis uiuit affectus, licet amputare superfluos eius appetitus ac desideria festinemus, quæ sicut per omnia deleri non possunt, ita debent quadam declinatione uitari. De hac enim dicitur. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Dum huius ergo curæ quam præcipimur non per omnia abscidere, sed absq; desiderijs exhibere retinemus affectum, euidenter Aegypti dominationẽ non extinguimus, sed ab ipsa quadam discretione separamur, non de superfluis seu lautioribus epulis cogitantes, sed secundum Apostolum, uictu quotidiano indumentoq; cõtenti. Quòd figuraliter etiam in lege mandatur. Non abhominaberis Aegyptium, quia fuisti incola in terra eius. Necessarius enim uictus corpori, nõ sine uel ipsius pernicie uel animę scelere denegatur. Illarum uero septem perturbationum uelut omnimodis noxiarum, de recessibus animæ nostræ pœnitus exterminandi sunt motus. De his enim ita dicit. Omnis amaritudo ira & indignatio, & clamor & blasphemia, tollatur à uobis cum omni malitia. Et iterũ, Fornicatio aũt & omnis immunditia & auaritia nec nominetur in uobis, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Possumus ergo horum quæ naturæ superinducta sunt radices abscidere uitiorum, usum uero Gastrimargię nequaq; ualebimus amputare. Non enim possumus quantumlibet profecerimus, id non esse quod nascimur. Quòd ita esse tam nostra qui sumus exigui, quàm omnium perfectorum uita & conuersatione monstratur, qui cum reliquarum passionum reciderint stimulos, atq; eremum toto mentis feruore & corporis expetant nuditate, nihilominus quotidiani uictus prouidẽtia & annui panis præparatione nequeunt liberari.

De natura Gastrimargiæ ad similitudinem aquilæ comparandæ. Cap. XX.

CVius passionis figura qua necesse est quamuis spiritalem summumq; monachũ coartari, propriæ satis aquilæ similitudine designatur. Quæ cum excelsissimo uolatu ultra nubium fuerit altitudinem sublimata, seseq; ab oculis cunctorum mortalium, ac à facie terræ totius absconderit, rursus ad uallium ima submitti, & ad terræna descendere, ac morticinis cadaueribus implicari uentris necessitate compellitur. Quibus manifestissime comprobatur Gastrimargię spiritum nequaquàm posse ut cætera uitia resecari, uel per omnia similiter extingui, sed aculeos eius ac superfluos appetitus uirtute animi retundi tantum atq; cohiberi.

De perseuerantia Gastrimargiæ aduersus philosophos disputata. Cap. XXI.

NAm huius uitij naturam quidam senum cum philosophis disputans qui eum pro simplicitate Christiana uelut rusticum crederent fatigandũ, sub hoc probleumatis figurans colore eleganter expressit. Multis inquit creditoribus pater meus me dereliquit obnoxium, cæteris ad integrum soluens, ab omni conuentionis eorum molestia liberatus sum, uni satisfacere quotidie soluendo nõ possum. Cunq; illi ignorantes uim propositæ quæstionis absolutionem eius precario postularent, multis, ait uitijs fui naturali conditione constrictus, sed inspirante domino desideriũ libertatis, cunctis illis tanquàm molestissimis creditoribus renuncians huic mundo, & omnẽ substantiã quę mihi successione patris obuenerat à me pariter abijciens satisfeci, atque ab eis sum omnimodis absolutus Gastrimargiæ uero stimulis nullo modo carere preualui. Nec enim quamuis eam in paruum modum uilissimamq; redigerem quantitatem, uim quotidianæ compulsionis euado, sed necesse est me perpetuis eius conuentionib. perurgeri, & interminabilẽ quandam solutionẽ iugi functione dependere, atq; inexplebile indictionibus eius inferre uectigal. Tum illi hunc quẽ uelut idiotã ac rusticũ ante despexerant,

pronunciauerunt primas philosophiæ partes, id est, ethicam disciplinam, apprime comprehendisse, mirati admodũ potuisse eum naturaliter assequi, quod nulla ei secularis eruditio contulisset, cum ipsi sudore multo longaq; doctrina hęc attingere nequiuissent. Hæc specialiter de gastrimargia dixisse sufficiat. Nunc reuertamur ad disputationẽ quã de generali uitiorum cognitione cœperamus exponere.

Cur Abrahæ prædixerit Deus decem gentes expugnandas à populo Israel. Cap. XXII.

CVm ad Abrahã dominus de futuris loqueretur quod uos minime requisistis, non septem gentes legitur dinumerasse sed decẽ, quarum terra semini eius danda promittitur. Qui numerus adiecta idolatria atq; blasphemia euidenter impletur, quibus ante notitiam Dei & gratiam baptismi uel impia gentilium uel blasphema iudæorũ multitudo subiecta est, donec in intellectuali Aegypto commoratur. Si autem abrenuncians quis & egressus inde per Dei gratiam deuicta pariter gastrimargia ad eremum peruenerit spiritalem, de impugnatione trium gentiũ liberatus contra septem tantum quæ per Mosen dinumerantur bella suscipiet.

Quomodo utile nobis sit uitiorum terras possidere. Cap. XXIII.

QVod uero istarum perniciosarum gentium regiones salubriter possidere præcipimur, ita intelligitur: Habet unumquodq; uitium in corde nostro propriam stationem, quam sibi uendicans in animæ nostræ recessu exterminat Israelẽ, id est, contemplationem rerum summarum atq; sanctarũ, eisq; semper aduersari non desinit. Non enim possunt uirtutes cum uitijs pariter commorari. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Sed cum ab Israële populo, id est, uirtutibus contra se dimicantibus fuerint uitia superata, locum quem sibi in corde nostro concupiscentiæ uel fornicationis spiritus retentabat, deinceps castitas obtinebit: quẽ furor cœperat, patientia uendicabit, quem tristitia mortẽ operans occupauerat, salutaris & plena gaudio lætitia possidebit, quem accidia uastabat, incipiet excolere fortitudo, quem superbia conculcabat, humilitas honestabit, & ita singulis uitijs expulsis, eorum loca, id est, affectus uirtutes contrariæ possidebunt. Quæ filij Israël, id est, animæ uidentis Deum non immerito nuncupantur, qui cum uniuersas cordis expulerint passiones, non tam alienas possessiones peruasisse quàm proprias recuperasse credendi sunt.

Quòd terræ de quibus expulsi sunt populi Chananæorum semini Sem fuerint deputatæ. Cap. XXIIII.

ETenim quantum docet uetus traditio, has easdem terras Chananæorum in quas introducuntur filij Israël, filij Sem fuerunt quondam in orbis diuisione sortiti, quas deinceps per uim atq; potentiam posteritas Cham peruasionis iniquitate possedit. In quo & Dei iudicium rectissimũ comprobatur, qui & illos de locis alienis quæ male occupauerant expulit, & istis antiquam patrum possessionem, quæ prosapiæ eorum in diuisione orbis fuerat deputata restituit. Quæ figura in nobis quoq; stare certissima ratione cognoscitur. Nam uoluntas domini possessionem cordis nostri non uitijs sed uirtutibus naturaliter deputauit. Quæ post præuaricationẽ adæ insolescentibus uitijs, id est, populis Chananæis, à propria regione depulsæ, cum ei rursum per Dei gratiam diligentia nostra ac labore fuerint restitutæ, non tam alienas occupasse terras quàm proprias credendæ sunt recepisse.

Testimonia diuersa super significatione octo uitiorum. Cap. XXV.

DE his octo uitijs & in Euangelio ita significatur. Cum autem immundus spiritus exierit

exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiē & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam unde exiui. Et ueniens inuenit uacantem scopis mundatā & ornatam. Tunc uadit & assumit alios septem nequiores se spiritus, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Ecce ut ibi septem gentes legimus excepta Aegyptiorum, de qua egressi fuerant filij Israel, ita & hic septem reuerti spiritus dicuntur immundi, excepto eo qui ab homine prius narratur egressus. De hoc septenario fomite uitiorum Salomon quoq; in prouerbijs ita describit. Si te rogauerit inimicus uoce magna, ne consenseris ei, semptem enim nequitiæ sunt in anima eius, id est, si superatus castrimargiæ spiritus cœperit tibi sua humiliatione blandiri, rogas quodammodo ut aliquid relaxans à cœpto feruore impertias ei, quod continentię modum & mensuram iustę discretionis excedat, ne resoluaris eius subiectione, nec arridente impugnationis securitate, qua uideris paulisper à carnalibus incentiuis factus quietior, ad pristinam remissionem uel pręteritas gulæ concupiscentias reuertaris. Per hoc enim dicit spiritus ille quem uiceras. Reuertar in domum meam unde exiui. Et procedentes ex eo confestim septem spiritus uitiorum erunt tibi acriores quam illa passio quę in primordijs fuerat superata, quæ te mox ad deteriora pertrahent genera peccatorum.

Quòd de uicta paßione gulæ impendendus sit labor ad uirtutes cæteras obtinendas. Cap. XXVI.

QVapropter ieiunijs & continentiæ incumbentibus nobis, festinandum est ut gulæ passione superata, protinus animam nostram uacuam esse à necessarijs uirtutibus non sinamus, sed eis uniuersos recessus cordis nostri studiosius occupemus, ne reuersus concupiscentiæ spiritus, inanes nos ab ipsis uacantesq; reperiat, & non sibi iam soli aditum parare contentus introducat secum in animam nostram septenarium hunc fomitem uitiorum, & faciat nostra nouissima peiora prioribus. Turpior enim erit post hæc & immundior anima, ac supplicio grauiore plectetur, quæ se renunciasse huic seculo gloriatur, dominantibus sibi octo uitijs, quam fuerat quondam in seculo constituta, cum nec disciplinam monachi fuisset professa nec nomen. Nam & nequiores hi septē spiritus illo priore qui egressus fuerat, idcirco dicuntur, quia desiderium gulæ, id est Gastrimargia per sese non esset noxia, nisi intromitteret grauiores alias passiones, id est, fornicationis, Philargyrię, iræ, tristitiæ, siue superbiæ, quę per semet noxia animę ac peremptoria esse non dubium est. Et idcirco perfectionis puritatem nunquàm poterit obtinere, quisquis eam de hac sola continentia, id est, ieiunio corporali sperauerit acquirendā, nisi nouerit ob id se hanc exercere debere, ut humiliata carne ieiunijs, facilius possit aduersus alia uitia inire certamen, non insolescente carne saturitatis ingluuie.

Quòd non idem ordo præliorum sit qui ponitur in Cathalogo uitiorum. Cap. XXVII.

SCiendum tamen non eundem esse in omnibus ordinem præliorum, quia sicut diximus, non unomodo impugnamur omnes, & oportet unumquemq; nostrū secundum qualitatem belli quo principaliter infestatur concertationum luctamen arripere, ita ut alium necesse sit aduersus uicium quod tertium ponitur primum exercere conflictum, alium contra quartum seu quintum, & ita prout ipsa uitia in nobis obtinent principatum, ut impugnationis exigit modus, nos quoq; oportet ordinem instituere prçliorum, secundum quem prouentus quoq; uictoriæ triumphiq; succedens, faciet nos ad puritatem cordis & perfectionis plenitudinem peruenire. Hucusq; abbas serapion de natura octo principalium uitiorum nobis disserens, latentium in corde nostro passionum genera, quarum causas atque affinitates, cum ab ipsis quotidie uastaremur, nec cognoscere poteramus, ita lucide reserauit, ut eas quodāmodo ante oculos positas, intueri nobis uelut in speculo uideremur.

Collationis abbatis Serapionis de octo principalibus uitijs finis.

Collatio

COLLATIO THEODORI ABBATIS DE NECE SANCTORVM. Caput. I.

IN Palestinæ partibus iuxta Tecuæ uicum qui amos prophetã meruit procreare, solitudo uastissima est usq; Arabiã ac mare mortuum, quo ingressa deficiunt fluenta Iordanis & alphei sui faciunt finẽ, & cineres Sodomorum amplissima extensione porrecta. In hac summæ uitæ ac sanctitatis uiri monachi diutissime commorantes, repente sunt à discurrentibus Saracenorum latrunculis interempti. Quorum corpora licet sciremus tam à pontificibus regionis illius quàm ab uniuersa plebe Arabum tanta ueneratione prærepta, & inter reliquias martyrum condita, ut innumeri populi è duobus oppidis concurrentes grauissimum sibi certamen indixerint, & usq; ad gladiorum conflictum pro sancta rapina sit eorum progressa contentio, dum pia inter se deuotione decertant qui nam iustius eorum sepulturam ac reliquias possiderent, alijs scilicet de uicinia commorationis ipsorum, alijs de originis propinquitate gloriantibus, nos tamen uel nostrorum uel quorundam non mediocriter ex hac parte scandalizantium fratrum offensione permoti, inquirentesq; cur tanti meriti ac tantarum uirtutum uiri ita sint à latrunculis interfecti, tantumq; dominus passus fuerit erga suos famulos facinus perpetrari, ut uiros cunctis mirabiles in manus traderet impiorum? mesti ad sanctum Theodorũ singularem in conuersatione actuali perreximus uirum. Hic namq; morabatur in cellis, qui locus inter Nitriã ac Scythiam situs, & à monasterijs quidem Nitriæ quinq; millibus distans, octoginta millium solitudine ab eremo Scythi in qua cõmorabamur interueniente discernitur. Cui cum prædictorum uirorum nece quærimoniam fudissemus, ammirantes tantã Dei patientiam, quòd uiros scilicet illius meriti taliter perimi permisisset, ut qui alios quoq; suæ sanctitatis pondere de huiusmodi liberare temptatione debuerint, ne se ipsos quidem præripuerint de manibus impiorum, aut cur Deus admitti in seruos suos tantum facinus consensisset?

Responsio abbatis Theodori ad propositam quæstionem. Cap. II.

BEatus Theodorus respondit. Hæc quæstio solet animos permouere, eorũ qui parũ fidei uel scientiæ possidentes, merita sanctorũ uel præmia quæ non in præsenti redduntur, sed reposita sunt in futurũ, arbitrantur in huius tẽporalis uitę breuitate restitui. Cæterum nos qui non sumus in hac uita tantum sperantes in Christo, ne secundum apostolum miserabiliores simus omnibus hominibus, quia scilicet in hoc mundo nihil promissionum recipientes, etiam in futuro eas pro hac incredulitate perdamus, opinionibus eorum non debemus errare, ne ignorata ueræ diffinitionis sententia titubantes, ac trepidi temptationibus moueamur, cum eisdẽ nos quoq; traditos uiderimus, uel iniustitiam scilicet uel incuriam humanarũ rerum Deo, quòd dictu quoq; nefas est, ascribentes, quia sanctos uiros recteq; uiuentes in temptatione non protegat, nec bonis ea quę bona sunt, nec mala malis retribuat in pręsenti, & cũ illis damnari mereamur, quos Sophonias propheta castigat, qui dicũt, inquit, in cordibus suis, non faciet dominus bene, sed neq; faciet male, uel certe cũ illis inueniamur, qui huiusmodi quærimonijs Deũ blasphemare dicuntur, omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & tales ei placent, aut certe, ubi est Deus iustitiæ? illam quoq; blasphemiam quæ in subsequentibus describitur similiter adiungentes, uanus est qui seruit Deo, aut quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram domino? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ditati sunt facientes impietatem, & temptauerunt Deum & salui facti sunt. Quamobrem ut hanc ignorationem quæ prauissimi huius erroris radix & causa est possimus euadere, primum nosse debemus, quid uere sit bonum, quid malum, & ita demum super his non falsam uulgi, sed ueram scripturarum diffinitionem tenentes, minime infidelium hominum decipiemur errore.

De tribus quæ in hoc mundo sunt id est bonis & malis & medijs. Cap. III.

TRia sunt enim quæ in hoc mundo sunt, id est, bonum, malum, medium. Debemus itaq; nosse quid propriè bonũ, quid malum, quidúe sit medium, ut nostra fides uera scientia communita in cunctis temptationibus inconcussa perduret. Nihil igitur in rebus duntaxat humanis principale bonum esse credendum est, nisi uirtus animi sola, quæ fide sincera nos ad diuina perducens illi immutabili bono facit iugiter inhęrere. Et econtrario nihil malum esse dicendum est, nisi peccatum solum, quòd à bono Deo nos separans, malo facit diabolo copulari. Media sunt quę in utramq; partem pro affectu & arbitrio utẽtis deriuari possunt, utputa diuitiæ, potestas, honor, robur corporis, sanitas, pulchritudo, uita ipsa uel mors, paupertas, infirmitas carnis, iniuriæ, & cętera his similia quæ pro qualitate & affectu utentis, uel ad bonam possunt partem proficere uel ad malam. Nam & diuitiæ proficiunt frequenter ad bonum secundum Apostolum, qui diuitibus huius mundi præcipit ut facile tribuant, communicent indigentibus, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut per has apprehendant ueram uitam. Et secundum Euangeliũ bonę sunt illis qui faciunt sibi amicos de iniquo mammona. Quæ rursum retorquentur ad malum, cum ad recondendum tantummodo ad luxuriam congeruntur, & non ad usus indigentium dispensantur. Potestas quoq; & honor, corporisq; robur ac sanitas, q̃ sint media & utrobiq; conuenientia, etiam ex hoc facile comprobatur, quòd multi sanctorum in ueteri testamento his omnib. & in summis diuitijs & culmine dignitatum ac fortitudine corporis constituti, Deo quoq; acceptissimi fuisse noscuntur. Et ediuerso qui his male abusi sunt, & ea ad ministerium suæ nequitiæ detorserunt, non immerito uel puniti sunt uel extincti, quod frequenter regnorũ libri indicant factum. De ipsa etiã morte ac uita quia mediæ sint, uel S. Ioannis uel iudæ natiuitas protestatur. Vnius namq; in tantum sibimet uita profuit, ut alijs quoq; gaudium ortus eius contulisse dicatur, secundũ illud Et multi super eius natiuitate gaudebunt. De alterius uero dicitur uita. Bonũ erat ei: si natus non fuisset homo ille. De morte etiã Ioannis omniumq; sanctorũ dicitur. Preciosa est in conspectu domini mors sanctorũ eius. De Iudę autem ac similium Mors peccatorũ pessima Infirmitas etiam carnis interdum quàm sit commoda Lazari illius pauperis ulcerosi beatitudo demonstrat. Cuius cum nulla alia uirtutum merita scriptura commemoret, pro hoc solo quòd egestatem & infirmitatem corporis patientissime tolerauit, sinus Abrahæ possidere beatissima sorte promeruit. Egestas quoq; ac persecutiones & iniuriæ, quæ mala esse totius uulgi opinione censentur, quàm sint utiles ac necessariæ, etiam ex hoc liquido comprobatur, quòd sancti uiri non solum eas nunquàm uitare uoluerunt, uerumetiam in uirtute summa, uel appetentes, uel fortiter tolerantes amici Dei effecti, æternæ uitæ sint stipendia consecuti, beato Apostolo concinente. Propter quod placeo mihi in infirmitatib. in contumelijs, in necessitatibus in perscrutationibus, in angustijs pro Christo. Cũ enim infirmor tunc potens sum, quia uirtus in infirmitate perficitur. Et idcirco illi qui summis huius seculi diuitijs & honoribus ac potestatibus extolluntur, non ex his principale bonum obtinuisse credendi sunt, quod in solis esse uirtutibus definitur, sed medium quiddam quia sicut iustis recte ac necessarie utentibus utilia hæc esse reperiuntur & commoda, occasionẽ namq; operis boni fructusq; in illius uitę æternitate parturiunt, ita illis qui male opibus abutuntur inutiles sunt atq; incommodæ, & occasionem peccati mortisq; concinnant.

Quòd malum nulli inuitò ab alio poßit inferri. Cap. IIII.

HAs itaq; diuisiones fixas atq; immobiles retinentes scientesq; nihil esse bonum nisi uirtutem solam, quæ ex timore Dei ac dilectione descendit nec malum quicq; nisi peccatum solum & separationem à Deo, diligenter nunc discutiamus, utrum Deus unquàm sanctis suis, aut per se, aut per aliũ quempiam inferri permiserit malum quod sine dubio nusquàm omnino reperies. Nec enim potuit aliquando cuiq; nolenti ac resistenti

sistenti malum peccati alter inferre, nisi illi soli qui illud in sese cordis ignauia & corrupta uoluntate suscepit. Denique cum beato Iob diabolus adhibitis uniuersis nequitiæ suæ machinis malum hoc peccati uoluisset inferre, ac non solum cunctis eum facultatibus spoliasset, uerumetiam post illum de morte septem filiorum tam atrocem tamque insperatum orbitatis dolorem, uulnere cum pessimo à capitis uertice usque ad plantam pedis, & intolerandis cruciatibus onerasset, nequaquàm ei peccati maculam quiuit infligere, in cunctis immobilis perseuerans, nullum blasphemiæ accommodauit assensum.

Obiectio quemadmodum ipse Deus dicatur creare mala. Cap. V.

GErmanus. Frequenter legimus in scripturis sanctis Deum creasse mala, uel hominibus intulisse, ut est illud: Quoniam absque me non est Deus, ego dominus & non est alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans mala. Et iterum, Si est malitia in ciuitate quam dominus non fecit?

Responsio super interrogatione proposita. Cap. VI.

THeodorus. Nonnunquàm solet scriptura diuina abusiue mala pro afflictionibus ponere, non quia per naturam proprie mala sint, sed secundum hoc quòd ab his sentiantur mala quibus utiliter inferuntur. Hominibus etenim disputans diuina censura, necesse est ut humanis uerbis & affectionibus eloquatur. Etenim sectio uel ustio salutaris quæ illis qui ulcerum contagione putrefacti sunt piè infertur à medico, mala à tolerantibus creditur, nec iniquo carcer, nec equo calcar, nec emendatio suauis est delinquenti. Omnes etiam disciplinæ his qui erudiuntur amaræ sentiuntur ad præsens, sicut apostolus dicit. Omnis autē disciplina in præsenti non uidetur esse gaudij sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum his qui per se exercitati sunt reddet iustitiæ. Et quem diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Quis enim est filius quem non corripit pater? Itaque mala nonnunquàm poni pro afflictionibus solent, secundum illud. Et pœnituit Deum super malitiam quam locutus est ut faceret eis & non fecit. Et iterum. Quia tu domine misericors & miserator: patiens & multum misericors & pœnitens in malitijs, id est, super tribulationibus & ærumnis quæ nobis pro peccatorum nostrorum meritis inferre compelleris. Quas sciens utiles esse nonnullis, ita alius propheta utique non inuidens saluti eorum sed consulens imprecatur. Adde illis mala domine, adde mala gloriosis terræ. Et ipse dominus. Ecce inquit inducam super eos mala, id est dolores ac uastitates, quibus in præsenti salubriter castigati ad me quem in rebus prosperis contempserunt, reuerti tandem ac festinare cogantur. Ideoque hæc principalia esse mala non possumus definire, multis enim ad bonum proficiunt & causas æternorum pariunt gaudiorum. Et idcirco ut ad quæstionem propositam recurramus, uniuersa quæ putantur mala nobis ab inimicis uel à quibuscunque alijs irrogari, non sunt credenda mala esse sed media. Non enim talia inuenientur qualia putat esse ille qui intulit animo furibundo, sed qualia senserit ille qui sustinet. Ideoque cum illata fuerit mors uiro sancto non ei malum illatum esse credendum est, sed medium quiddam. Quod cum peccatori malum sit, iusto requies & absolutio fit malorum. Mors enim uiro iusto requies, cuius uita abscondita est. Et ideo nec uir iustus ex hac aliquid perpetitur detrimentum qui nihil pertulit noui, sed id quod ei accessurum fuerat necessitate naturæ, inimici nequitia non sine præmio uitæ perennis excipit, ac debitum mortis humanæ quod inexcusabili lege reddendum est, cum fructu uberrimo passionis, ac magnæ remunerationis mercede persoluit.

Interrogatio an reus sit qui iusto intulit mortem cum iustus habeat de morte mercedem? Cap. VII.

GErmanus. Ergo si interemptus iustus non solum nihil mali perpessus est, sed etiam mercedem

mercedem pasionis assequitur, quomodo in reatum uocabitur, qui non nocuit mortē inferendo, sed profuit?

Responsio ad præcedentem interrogationem. Cap. VIII.

THeodorus. Nos de proprietate boni maliq́, uel eius quod diximus esse medium disputamus, non de affectu eorum qui ista committunt. Nec enim quis impius uel iniquus idcirco impunitus erit, quia malitia sua iusto nocere non potuit. Tolerantia em̄ & uirtus iusti non illi qui mortem uel supplicia intulit, sed illi proficit ad mercedem qui illata sibi patienter excepit. Ideoq́ & hic merito punietur pro crudelitatis suæ uitio qua malum uoluit inferre, & ille nihilominus nihil mali perpessus est, quia uirtute animi sui patienter tentationes doloresq́ sustentans, ea quæ malo proposito illata sunt ad profectum melioris status, & æternæ uitæ fecit beatitudinem peruenire uel pertinere.

Exemplum beati Iob à diabolo tentati, & domini à Iuda traditi, & quòd iusto tam prospera quàm aduersa proficiant ad salutem. Cap. IX.

NEq́ enim patientia Iob mercedem diabolo quia eum illustriorem suis tentationibus reddidit, sed illi ipsi qui eas uiriliter pertulit acquisiuit, nec Iudas æterni supplicij immunitate donabitur, quia perditio eius ad salutē generis profecit humani. Non enim prouētus cōsiderandus est operis, sed operantis affectus. Quapropter hæc debet in nobis diffinitio immobiliter custodiri, quòd nulli malū ab alio posit inferri, nisi qui illud ignauia sui cordis ac pusillanimitate contraxerit, hanc eandē sentētiam beato Apostolo uno uersiculo confirmante. Scimus autem quoniā diligentibus Deum omnia cooperantur ad bonum. Dicens enim, omnia cooperantur ad bonum, uniuersa non solū quæ prospera, uerum etiam quæ putantur aduersa pariter comprehendit. Per quæ & in alio loco idem Apostolus se transisse describit, cum dicit: Per arma iustitię quę à dextris sunt & à sinistris, id est, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces, ut tristes, semper autem gaudentes, ut egentes, multos autē locupletantes &c. Omnia ergo quæ prospera reputantur & dextræ dicuntur partis, quæ sanctus Apostolus gloriæ & bonæ famæ uocabulo designauit, illa etiā quæ existimanē aduersa, quę per ignobilitatem & infamiam euidenter expresit, quęq́ à sinistris esse describit, efficiuntur uiro perfecto arma iustitiæ, si illata sibi magnanimiter sustentauerit, quòd uidelicet per hec dimicans, & in istis ipsis quibus impugnari putatur, aduersis tanquam armis utendo, eisq́ uelut arcu & gladio scutoq́ ualidisimo contra illos qui hæc ingerunt communitus, profectum suæ patientiæ ac uirtutis acquirat, gloriosisimū constantiæ triumphum ex ipsis quæ letaliter inferuntur capiens hostium telis, nec prosperis duntaxat elatus, nec deiectus aduersis, sed itinere plano ac uia regia semper incedens, ab illo tranquillitatis statu nequaquam lętitia superueniente quasi in dextrā motus, nec ingruentibus aduersis tristitiaq́ dominante uelut ad leuam rursus impulsus. Pax enim multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum. De illis uerò qui per singulos incurrentes casus pro eorum qualitate ac uarietate mutantur, ita dicitur: Stultus autem sicut luna mutatur. Vt enim de perfectis ac sapientibus dicitur, diligentibus Deum omnia cooperantur ad bonū, ita de infirmis pronūciatur ac stultis. Omnia aduersa uiro insipienti, nec enim prosperis rebus proficit, nec emendatur aduersis. Eiusdē nanq́ uirtutis est tristia fortiter tolerare, cuius etiam secunda moderari, & eum qui in uno eorum superatur neutrum sufferre certisimū est. Facilius tamē quis elidi potest prosperis quā aduersis. Hæc enim interdum etiam inuitos retinent atq́ humiliant, & cōpunctione salubérrima uel minus peccare faciunt, uel emendant: illa uerò mollib. mentē ac pernitiosis extollentia blandimentis, securos felicitatis suę prouentu ruina maiore prosternunt.

De uirtute uiri perfecti, qui ambi dexter figuraliter nuncupatur. Cap. X.

ISti sunt ergo qui figuraliter in scripturis sanctis ambidextri nuncupanē, ut ille Aoth in libro Iudicum fuisse describitur, qui utraq́ manu utebatur pro dextera. Quam uirtutē ita poterimus nos quoq́ intellectualiter posidere, si ea quæ aspera sunt dexteraq́ cēsentur, & ea quæ aduersa sunt ac sinistra dicunē, bono rectoq́ usu ad partē fecerimus

dexterã pertinere,ut quæcũq; fuerint illata,fiant nobis secundũ Apostolũ arma iustitię. Duabus nanq; partibus(& ut ita dixerim)manib. interiorẽ hominẽ nostrũ subsistere pervidemus: nec quisquam sanctorũ carere hac sinistra quã dicimus, potest,sed in hoc uirtus perfecta discernit,si utrãq; in dexterã bene utẽdo cõuertat. Et ut manifestius hoc quod dicimus posit intelligi,habet uir sanctus dexteram,successus uidelicet spiritales,in qua tunc consistit,quãdo feruens spiritu desiderijs & concupiscentijs omnibus dominatur, quando ab omni diabolica impugnatione securus absq; ullo labore ac difficultate uitia carnis uel respuit uel abscidit,cum sublimatus à terra uniuersa præsentia atq; terrena uelut inanem fumum umbramq; uacuam contemplatur, & mox transitura contemnit cũ futura per excessum mentis, non solum ardentissimè concupiscit, uerum etiam clarius intuetur, cum efficacius spiritalibus pascitur theorijs, cum lucidius sibi reserata conspicit cœlestia sacramenta, cum orationes purius atq; alacrius emittit ad Dominum, cum ita spiritus ardore succensus ad ea quæ inuisibilia sunt & æterna tota animi alacritate transmigrat,ut nequaquam se iam credat in carne cõsistere. Habet similiter & sinistram cum tentationum turbinibus implicatur,cum ad desideria carnis incentiuorum æstibus inflammatur, cum ad iraundiæ feruorem perturbationum igne succcenditur, cum superbiæ seu cenodoxiæ elatione pulsatur, cum tristitia mortem operante deprimitur, cum machinis acediæ & impugnatione concutitur, cumq; omni spiritali feruore subtracto quodam tepore atq; irrationabili mœrore torpescit, ut non solum cogitationibus rectis ac feruentibus deseratur,sed etiam psalmus,oratio,lectio, remotio cellæ similiter horreant,& intolerabili quodam tetroq; fastidio uniuersa sordeant instrumenta uirtutum, quibus cum pulsatur monachus sinistris partibus se cognoscat urgeri. Quisquis igitur in illis quæ dextræ partis esse prædiximus minimè fuerit subintrante gloria uanitatis elatus, & in istis quæ sinistræ partis sunt uiriliter dimicans,nulla desperatione conciderit,ac potius de contrarijs arma quędam patientiæ ad exercitium uirtutis assumpserit,utraque manu utetur pro dextra, & in utroque actu triumphator effectus tam de sinistro statu quàm de dextro palmam uictoriæ consequetur.Qualem beatum Iob legimus meruisse,qui utique per dexteram coronabatur, quando septem filiorum pater opulentus ac diues incedens quotidiana pro eorum purificatione sacrificia Domino offerebat,non tam sibi eos quàm Deo susceptus, ac familiares cupiens exhibere,quando ianua eius omni aduenienti patebat, qnando erat pes claudorum, & oculus cæcorum, quando de uelleribus ouium eius humeri calefiebant infirmorum, quando erat orphanorum pater & uir uiduarum, quando nec in corde quidem suo super inimici sui ruina gauisus est.Idemq; rursus per sinistram partem sublimiore uirtute de aduersitatibus triũphabat,cum septem filijs uno orbatus momento,non ut pater acerbo luctu conficiebatur,sed ut uerus Dei famulus super creatoris sui uoluntate gaudebat, cum ex locuplete pauperrimus,nudus ex diuite,ex ualido tepidus, ex inclyto & glorioso ignobilis atque despectus, incorruptam animi fortitudinem retentabat. Cum deniq; omni substantia atq; opibus destitutus sterquilinij erat factus habitator, & uelut quidam corporis sui sæuerissimus carnifex testa radebat saniem profluentem,atq; ex omni parte membrorum glebas uermium mersis in profunda uulnerum digitis detrahebat. In quibus cunctis in nullam desperãdo prolapsus est blasphemiam, nec aduersus creatorem suum in aliquo murmurauit,quinimo nequaquam tanta tentationum mole atque acerbitate conterritus,ipsum quoq; quod ex omni pristina facultate suo corpori superfuerat indumẽtum quodq; solum quia ipso uestiebatur, à diaboli potuerat uastatione saluari, rescindens atque abijciens adiecit super illam quam durissimus prædo intulerat spontaneam nuditatem.Comam quoque capitis, quæ sola de prioris gloriæ reliquijs intacta remanserat, uexatori suo proiecit abscisam,& amputans etiam id quod sęuiens reliquerat inimicus illa cælesti aduersus eum uoce tripudiat & insultat.Si bona suscepimus de manu Domini, mala cur nõ sustinebimus? Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus reuertar illuc.Dominus dedit,dominus abstulit,quomodo dño placuit sic factũ est:sit nomẽ dñi benedictũ. Ambidextrũ meritò dixerĩ & Ioseph,qui in ꝓsperis gratior patri,religiosior fratrtrib. acceptior Deo, in aduersis causis dño fidelis, carceris mitissimus uinctis,

iniuriarum

iniuriarum immemor, beneficus inimicis inuidis, & quantum in ipsis fuit interfectorib. fratribus non solum pius, sed etiam munificus inuenitur. Hic ergo eorumq; consimiles rectè ambidextri nuncupantur, utraq; enim manu utuntur pro dextra, & inter hæc quæ Apostolus dinumerat transeuntes pariter dicunt. Per arma iustitiæ quę à dextris sunt & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam &c. De qua dextra uel sinistra ita Salomon ex persona sponsæ loquitur in Cuntico canticorum. Leua eius sub capite meo & dextera eius amplexabitur me. Quas licet utrasq; utiles esse significet, tamen illam sub capite suo ponit, quia subiacere debent aduersæ partes principali tati cordis. Ad hoc siquidem tantum utiles sunt, ut pro tẽpore nos exerceant & erudiãt ad salutẽ, ac perfectos ad patientiã reddãt, dexterã uerò ad cõfouendã se ac perpetuò cõseruandã salutari amplexu spõsi sibimet cohærere, atq; insolubiliter ei optat innecti. Erimus igitur ambidextri, quãdo nos quoq; rerũ p̄sentium copia uel inopia nõ mutarit, & nec illa nos ad uoluptates noxię remissionis impulerit, nec ista ad desperetionẽ attraxerit, & querelam, sed similiter Deo grates in utroq; referentes parem fructum de secundis aduersisq; capiamus, qualem se ille uerus ambidexter doctor gentium fuisse consecutum testatur, dicens: Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abundare, ubiq; & in omnibus institutus sum, & saturari & esurire, & abundare, & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat.

De duplici genere tentationum, quæ triplici modo inferuntur. Cap XI.

Ergo licet dixerimus bipartitam esse tentationem, id est in rebus uel prosperis uel aduersis, sciendum est tamen omnes homines triplici ratione tentari. Plerunq; ob probationem, nonnunquam ob emẽdationem, interdum ob merita delictorum. Et ob probationem quidem, ut beatum Abraham, ut Iob, multosq; sanctorum tribulationes innumeras legimus pertulisse: uel illud quod in Deuter. dicitur ad populũ per Mosen: Et recordaberis cũcti itineris illius, per quod adduxit te dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, ut affligeret te atq; tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo uersabantur, utrum custodires mandata illius an non, & illud quod in psalmis dicitur, probaui te apud aquam contradictionis. Ad Iob quoq;: An putas me tibi aliter locutum, q̃ ut appareres iustus? Ob emendationem uerò, cum iustos suos pro paruis quibusdam leuibusq; peccatis, seu pro elatione suæ puritatis humilians diuersis tentationibus tradit: ut omnem sordem cogitationum, & ut uerbis prophetę dicam: Scoriam quam in occultis eorum peruidet esse concretam excoquens in præsenti, uelut aurum purum futuro transmittat examini, nihil in eis residere permittens quod scrutans, post hęc iudicij ignis pœnali cruciatu expurgaturus inueniat, secũdum illud, multæ tribulationes iustorum: &: Fili, noli negligere disciplinam domini, neq; fatigeris dũ ab eo increparis: quem em̃ diligit dominus corripit, flagellat autem omnẽ filium quem recipit: quis enim est filius quem nõ corripit pater? Quia si extra disciplinã estis cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini & nõ filij estis: & in Apoc. Ego quos amo, arguo & castigo. Ad q̊s etiam sub figura Hierusalem ex persona Dei per Hieremiam sermo dirigitur. Faciam enim cõsummationem in omnibus gentibus in quibus dispersi te, te autem non faciam in consummationem, sed castigabo te in iudicio, ut non tibi uidearis innoxius. Pro qua salutari emendatione orat Dauid, dicẽs: Proba me domine & tenta me: ure renes meos & cor meum. Isaias quoq; utilitatem huius tentationis intelligens, corripe, inquit, nos domine, uerum tantum in iudicio & non in furore tuo. Et iterũ: Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus & consolatus es me. Pro merito autem peccatorum plaga tentationis infertur: ut ibi plagas populo Israeli immissurum se dominus comminatur, dicens: Dẽtes bestiarum immittã in eos, cum furore trahentium super terram, & frustra percusi filios uestros, disciplinam non recepistis. In psalmis quoq;: Multa flagella peccatorum. Et in euangelio. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Inuenimus sanè & quartam rationem, qua ob manifestandã solummodo gloriam & opera Dei inferri quibusdam aliquas passiones scripturarum autoritate cognoscimus, secundũ illud euangelij. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in ipso. Et iterum: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed

pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per ipsam. Sunt autem & alia ultionum genera quibus nonnulli qui malitię supergressi sunt cumulum percutiuntur ad præsens, ut Dathan & Abiron siue Chore legimus fuisse dānatos, & uel maximè illos de quibus Apostolus dicit: Propter quod tradidit illos Deus in passiones ignominię, & in reprobū sensum, quod etiā cęteris pœnis grauius iudicandū est. De ipsis nanque psalmista: In laborib. inquit, hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Non enim merent salutari uisitatione domini, nec temporalib. plagis consequi medicinam: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationem omnis erroris in immunditiā, quique obduratione cordis, & usu ac frequentia delinquēdi purgationem breuissimi huius æui & ultionem uitæ præsentis excedunt. Quibus per prophetam sermo diuinus exprobat, subuerti uos sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram, & facti estis sicut torris raptus de incendio, & nec sic redistis ad me, dicit Dominus. Et Hieremias: Interfeci & perdidi populum meum, & tamen à uijs suis non sunt reuersi. Et iterum: Percussisti eos & non doluerunt attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas super petram, noluerunt reuerti. Erga quorum curationem omnem temporis istius medicinam uidens propheta incassum fuisse consumptam: desperans quodammodo iam de eorum salute proclamat. Defecit suflatorium in igne: frustra conflauit cōflator, malitiæ enim uestræ non sunt consumptæ, argentum reprobum uocate eos, quia Dominus proiecit illos. Hanc salutarem ignis purgationē circa eos qui prædurati sunt scelerib. suis, inaniter se Dominus adhibuisse sub persona Hierusālē cōcretę profunda rubigine peccatorū ita conqueritur: Pone, inquiens, ollā æneā super prunas uacuā ut incalescat, & liquefiat ęs eius, & cōflet in medio eius inquinamentū eius, multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignē immunditia tua execrabilis quia mundare te uolui & non es mundata à sordibus tuis. Quamobrem ut peritissimus medicus expensis omnibus salutaribus curis, nec ullum iam remedij genus quod infirmitati eorum possit aptari Dominus superesse conspiciens, quodāmodo iniquitatū magnitudine superatū, ac discedere ab illa clemēti sua castigatione cōpellitur, itaque ei denūtiat, dicēs: Iam nō irascar tibi, & zelus meus recessit à te. De alijs uerò quorū nō predurauit cor frequētia peccatorū, nec illa sæuerissima (& ut ita dixerim) caustica ignis indiget medicina, sed eruditione salutaris uerbi sufficit ad salutē, dicit: Emēdabo eos in auditu tribulationis suæ. Non ignoramus alias quoque animaduersiones siue ultionum caulas quæ inferuntur his qui grauissimè deliquerunt, non ad expianda eorū crimina, nec adabolenda merita peccatorū, sed ad emendationē metumque uiuētium, quæ euidēter in Ieroboam filium Nabath, Baasa quoque filiū Achia, & Achab atque Iezabel, illata cognoscimus, ita pronūciante diuina cēsura: Ecce, ego inducā super te malū, & demetā posteriora tua, & interficiā de Achab mingentē ad parietē, & clausum & nouissimū in Israel, & dabo domū tuā sicut domū Ieroboā filij Nabath, & sicut domū Aaasa filij Achia, quia egisti ut me ad iracundiā prouocares, & peccare fecisti Israel, canes etiā comedēt Iezabel in agro Iezrahel: si mortuus fuerit, Achab in ciuitate, comedēt eum canes, si autē mortuus fuerit in agro, comedēt eum uolucres cœli. Et illud quod pro ingēti cōminatione denūciatū. Nō inferetū cadauer tuū in sepulchrū patrū tuorū, nō quo uel illius tā profana cōmēta qui uitulos aureos ad perpetuā præuaricationē plebis impiamque à Domino separationem primus instituit, uel illorū tam innumera tamque nepharia sacrilegiorū crimina hæc excoqre breuis ac momētanea pœna sufficeret, sed ut cæteris quoque qui futura uel negligētes uel penitus nō credētes, cōsideratione tantūmodo presentiū frangebant terror istarū quas metuebāt ultionū incuteret exēplo, nec apud illā summi nominis maiestatē esse humanarū rerū & quotidiane dispēsationis incuriam documēto huius seueritatis agnoscerēt, ac retributorē Deum cunctorū actuum per hæc quæ grauissimè formidabant manifestius peruiderent. Inuenimus sanè etiam pro leuioribus culpis nonnullos eandem mortis ad præsens excepisse sententiam, qua sunt & illi puniti quos prędiximus ēxtitisse sacrilegæ præuaricationis auctores, ut factum est in illo qui Sabbato ligna collegerat: uel in Anania & Saphira, qui parum quidem de substantia sua infidelitatis errore seruauerant: non quòd æqualia fuerint pondera peccatorum, sed quia reperti nouæ transgressionis præsumptores debuerunt præbere cæteris quemadmodum peccati,

ita

ita etiam pœnæ ac terroris exemplum, ut quisquis eadem deinceps affectare tentasset, nosset sibi secundum eandem formam qua illi damnati sunt, etiam si in præsenti supplicium differatur in futuri iudicij examinatione reddendum. Et quia uidemur excessum quendam dum genera tentationum uel ultionum percurrere uolumus à proposita narratione fecisse, qua dicebamus uirum perfectum in utraq; tẽtatione manere semper immobilem, ad eandem nunc iterum reuertamur.

Quomodo uir iustus non ceræ, sed adamantino signatorio debeat esse consimilis. Cap. XII.

ITaq; mens uiri iusti nõ debet esse similis ceræ uel alterius cuiusq; materie mollioris, quę semper caracteri signantiũ cedẽs pro eius forma atq; imagine figurat, quamq; in se tãdiu retinet, donec alio rursus supimpresso signaculo reformet, atq; ita fiet ut nunq; in sua qualitate persistẽs, ad formã eorũ quę imprimũtur semper cõuertat ac trãseat, qui potius debet uelut quoddam esse adamantinũ signatorium, ut inuiolabilẽ mẽs nostra figuram sui semper custodiens, characteris uniuersa quæ incurrerint sibi ad qualitatem sui status signet atq; transformet, ipsa uerò insigniri nullis incursibus possit.

Interrogatio, si poßit mens in una atq; eadem qualitate iugiter durare. Cap. XIII.

GErmanus. Potest ne mens nostra unum statum iugiter retinere, & in eadem semper qualitate persistere?

Responsio ad interrogantis propositionem. Cap. XIIII.

THeodorus. Necesse est ut secundũ Apostolum aut renouatus quis spiritu mentis suæ per singulos dies proficiat ad ea quæ ante se sunt semper extendens, aut si neglexerit, consequẽs est ut retro redeat atq; in deterius relabatur. Et idcirco nullo modo mens poterit in una atq; eadem qualitate durare, uelut si quis cõtra aquas fluminis uiolenti nauem subigere remorũ impulsione conetur, necesse est eum aut uirtute brachiorum torrentis aluei impetũ desecantẽ ad superiora condescendere, aut remissis manib9 ad præceps prono amne reuocari. Quapropter istud erit euidens nostri iudicium detrimenti, si intellexerimus nos nihil amplius acquisisse, nec dubitemus retrorsum nos omnimodis reuocatos, qua die non senserimus ad superiora progressos: quia, ut dixi, nec in eodem statu mens hominis potest iugiter permanere, nec in hac carne consistens, ita uirtutum apicem possidebit quisq; illorũ sanctorum, ut immobilis perseueret. Necesse est em̃ aut aliquid adijci illis semper aut minui, nullaq; in omni creatura talis poterit esse perfectio, quæ mutabilitatis non subiaceat passioni, secundum illud quod in libro beati Iob legitur: Quid est homo, ut immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius. Solum nanq; Deum immutabilem confitemur, quem tantũmodo sancti illius prophetæ ita compellat oratio. Tu autẽ idem ipse es. Et ipse de se: Ego sum, inquit, Deus & nõ mutor, quia scilicet ipse sit solus naturaliter semper bonus, semper plenus, semperq; perfectus, cui nihil nec adipisci possit aliquando nec minui. Ideoq; debemus ad uirtutũ studia irremissa cura ac solicitudine nosmetipsos semper extẽdere, ipsisq; nos iugiter exercitijs occupare, ne cessante profectu, confestim diminutio subsequat. Vt enim diximus in uno mens eodemq; statu manere non præualet, id est, ut nec augmenta uirtutum capiat, nec detrimenta sustineat. Non acquisisse enim eius minuisse est, quia deiinens proficiendi appetitus non aberit à periculo recedendi.

Quod detrimentum sit discedere è cella. Cap. XV.

IDeoq; iugis cellæ commoratio retentanda est. Toties enim etiam reuersus quis uelut nouus in ea, & incipiens habitator titubabit atq; turbabitur, quoties ab eadẽ fuerit euagatus. Illam nanq; quam in cella residens acquisierat animi intentionẽ, si fuerit relaxata, recuperare rursus nõ sine labore poterit ac dolore, & per hoc reductus retro non de amisso cogitabit profectu quẽ superadijcere potuit, si è cella nõ fuisset excursus, sed gaudebit potius si illũ statũ de quo recidit, semetipsum senserit recepisse. Nã sicut amissum ac præteritũ tẽpus ulterius reuocari nõ potest, ita ne illa quidem quę perierunt possunt emolumenta restitui. Quantũlibet enim post hęc animi intẽtio fuerit operata, instãtis diei profectus & pręsentis temporis quęstus est, non lucri semel perditi recuperatio

De mutabilitate etiam ſupernarum cœleſtiumq; uirtutum. Cap. XVI.

MVtabilitati autē etiam ſupernas poteſtates ut diximus ſubiacere, declarāt illi qui de eorum numero corruptæ uoluntatis uitio eorruerunt. Vnde neq; illi immutabilis naturæ eſſe putandi ſunt, qui in illa qua creati ſunt beatitudine perſeuerāt, eo quòd in contrariam partem non fuerint ſimiliter deprauati. Aliud nanq; eſt immutabilis naturæ eſſe, aliud uirtutis induſtria boniq; cuſtodia per immutabilis Dei gratiam non mutari. Quicquid enim per diligentiam uel acquiritur uel tenetur, poteſt etiam per negligētiam deperire. Ideoq; dicitur, ne beatifices hominem ante exitum ſuum, quòd uidelicet adhuc in colluctatione quis (& ut ita dixerim) ſchemate conſtitutus, quāuis uincere ſoleat, ac frequentes palmas uictoriæ conſequatur, non poteſt tamen à metu ac ſuſpitione incerti prouentus eſſe ſecurus. Et idcirco deus ſolus immutabilis uel bonus dicitur, qui bonitatem non induſtriæ ſtudio ſed naturaliter poſsidens, non poteſt aliud quid eſſe q̃ bonus. Nulla igit̄ uirtus poteſt immobiliter ab homine poſsideri, ſed ut parata iugiter teneatur, neceſſe eſt eam ſemper illa qua acquiſita eſt ſedulitate atq; induſtria cuſtodiri.

Quod nemò ruina ſubitanea collabatur. Cap. XVII.

LApſus uerò quiſpiam nequaquam ſubitanea ruina corruiſſe credendus eſt, ſed aut paruæ inſtitutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim uirtute animi decedente, & per hoc ſenſim uitijs increſcentibus caſu miſerabili concidiſſe. Ante contritionem enim præcedit iniuria, & ante ruinā mala cogitatio, quemadmodum domus nunquam ſubitaneo ad ruinam procumbit impulſu, niſi aut antiquo uitio fundamenti, aut longa inhabitantium deſidia, ſtillicidijs primum paruiſsimis penetrantibus corrupta ſenſim fuerint monumenta tectorum, quibus per uetuſtam negligentiā in maiorem modū patefactis atq; collapſis riuatim poſt hæc influet pluuiarū imbriumq; tēpeſtas. In pigritijs enim humiliabitur contignatio, & in ſegnitie manuum ſtillabit domus. Quod animę ſpiritaliter euenire idem Salomon alijs uerbis ita deſignat. Stillicidia inquiens, eijciunt hominē in die hyemali de domo ſua. Elegāter ergo mentis incuriam domo comparauit tectoq; neglecto, per quam primo quidem uelut minutiſsima quædam penetrant ad animam ſtillicidia paſsionum, quę ſi uelut parua ac leuia negligantur corrumpunt tigna uirtutum, & poſt hæc influunt imbre largiſsimo uitiorum per quem in die hyemali, id eſt, in tempore tentationis ingruente impugnatione diaboli, expellet mens de habitatione uirtutum, in qua ſcilicet aliquando circumſpectam diligentiam retinens, uelut in domo propriæ poſſeſsionis requieuerat. His itaq; compertis infinitam ſpiritalis cibi percepimus uoluptatē, ita ut ex hac collatione maiore animi gaudio repleremur, quàm ante triſtitia ſuper nece ſanctorum fueramus affecti. Non ſolum enim de quibus hæſitabamus edocti ſumus, uerum etiam illa quæ pro tenuitate ſenſus noſtri minus inquirere noueramus, ſub illius queſtionis interrogatione cognouimus.

Collationis abbatis Theodori finis.

COLLATIO PRIMA ABBATIS SERENI DE ANIMAE MOBILITATE ET SPIRITALIBVS *neqnitijs.* *Caput primum.*

SVmmæ ſanctitatis & continentię uirum nominisq; ſui ſpeculum abbatem Serenum quem ſingulari ſumus ueneratione præ cæteris admirati, ſtudiorum mētibus inſinuare cupientes, aliter arbitramur deſiderium noſtrū nos explere non poſſe, quàm ſi collationes eius noſtris libellis tentauerimus inſerere. Cui ſupra omnes uirtutes quæ non ſolum in eius actu uel moribus, ſed etiam in ipſo uultu per Dei gratiam refulgebant, ita eſt peculiari beneficio donū caſtitatis infuſum, ut etiam ſe ne ipſis quidem naturalibus incētiuis inquietari uel in ſopore ſentiret. Ad quam tamen carnis pręcipuam puritatem quemadmodū gratia Dei adminiculante peruenerit, quoniam ſupra conditionem naturæ uidetur eſſe humanæ, neceſſariorum reor primitus explicare.

Interrogatio prædicti ſenis ſuper ſtatu cogitationum noſtrarum, Cap II.

HIc igitur pro interna cordis atq; animæ caſtitate nocturnis diurniſq; precibus, ieiunijs quoq; ac uigilijs infatigabiliter inſiſtens, cum uidiſſet orationum ſuarum obtinuiſſe ſe uota, cunctoſq; æſtus in corde ſuo cōcupiſcentię carnalis extinctos, uelut ſuauiſsimo guſtu puritatis accenſus, in maiorem ſitim zelo caſtitatis exarſit, & intentiorib. cœpit ieiunijs atq; obſecrationibus incubare, ut mortificatio paſsionis huius quæ interiori homini ſuo dono Dei fuerat attributa, ad exterioris hominis etiam puritatem eatenus perueniret, ut ne ipſe quidē uel illo ſimplici ac naturali motu qui etiam in paruulis atq; lactantib. excitatur ulterius pulſaretur, indepti ſcilicet muneris experimēto quod ſe nouerat non laborum merito ſed Dei gratia conſecutum ardentius animatus, ad hoc quoq; ſimiliter obtinendū credens multo facilius hos ſtimulos carnis radicitus Deum poſſe conuellere, quos etiam humanæ artis induſtria nonnunquam ſolet quibuſdā poculis uel medicamētis ſeu ferri ſectione detrahere, quandoquidē illā ſpiritus puritatē q̃ ſublimior eſt, quamq; impoſsibile eſt humano labore uel ſtudio cōprehendi ſuo munere cōtuliſſet. Cumq; petitioni cœptæ ſupplicatione iugi ac lachrymis indefeſſus inſiſteret, adueniēs ad eum angelus in uiſione nocturna eiuſq; uelut aperiēs uterū, quandā ignitā carnis ſtrumā de eius uiſcerib. euellēs ac proijciēs, ſuiſq; omnia ut fuerāt locis inteſtina reſtituēs: ecce, inquit, incētiua carnis tuæ abſciſa ſunt, & obtinuiſſe te noueris hodierna die perpetuam corporis puritatē quā fideliter popoſciſti. Hęc de gratia Dei quæ memorato uiro peculiariter attributa eſt, breuiter dixiſſe ſufficiat. Cęterū de illis uirtutibus quas cū reliqs ſummis uiris cōmuniter poſsidebat, aliqd cōmemorari ſuperfluū puto, ne ſpecialis ſup nomine huius iſta narratio alijs demere uideat̃ id q̃d de ipſo ſingulariter pędicatū fuerit. Hūc igit̃ ſummo deſiderio collationis eius atq; inſtitutionis, accēſi, dieb. quadrageſimę uidere curauimus. Qui cū à nobis de qualitate cogitationū noſtrarū & interioris hominis ſtatu trāqliſsima cōpellatione quęſiſſet, uel q̃d nobis ad eius puritatem tanti temporis eremi habitatio contuliſſet, his eum quærimonijs adorſi ſumus.

Reſponſia noſtra ſuper animæ mobilitate. Cap. III.

SVpputatio temporum ac ſolitudinis habitatio, cuius contemplatione conijcis interioris hominis perfectionē nos conſequi debuiſſe, hoc ſolūmodo contulit nobis ut diſceremus quid eſſe nequeamus, non tamē fecit eſſe quod eſſe cōtendimus: nec tamē aut deſideratæ puritatis fixam ſtabilitatē aut robur aliquod firmitatis nos ſcientia nouimus aſſecutos, ſed tantūmodo cōfuſionis aut pudoris augmēta. Etenim cum omnium diſciplinarū meditatio ad hoc quotidianis ſtudijs exerceatur atq; proficiat, ut à tepidis rudimentis ad peritiam certam ſtabilemq; perueniens, incipiat noſſe quæ primitus uel ambiguè nouerat uel penitus ignorabat, & firmo (ut ita dixerim) gradu diſciplinæ qualitate procedens, perfectæ in ea ac ſine ulla iam difficultate uerſet̃, ecōtrario me in huius puritatis ſtudio laborantem id ſolūmodo profeciſſe reperio, ut ſciam quid eſſe nō poſſim, non tamen apprehendere ualeam quod me eſſe debere cognoui. ex quo nihil mihi aliud ſentio quàm laborem tantum cordis contritione conferri. Video nāq; me hac obſeruantia nihil acquirere niſi dolorem inutilem, ut nunq; ſcilicet deſit materia lachrymarum, nec tamen eſſe deſinā quod eſſe non debeo. Et idcirco quid profuit didiciſſe quod ſummum eſt, ſi cognitum nequeat apprehendi? Nam cum directionem cordis ad deſtinatam cōtemplationē pertendere ſenſerimus, inſenſibiliter mens inde reuoluta ad priores euagationes impetu uehementiori prolabitur, & ita quotidianis diſtentionibus occupata innumeris captiuitatibus inceſſanter abducitur, ut propemodum iam deſperet̃ à nobis deſiderata correctio & ſuperflua hæc obſeruatio uideatur. Siquidē per momenta ſingula lubricis diſcurſibus animus euagatur, cum ad timorem Dei uel ad contemplationem reducitur ſpiritalem, & priuſquam firmetur in ea rurſus fugacius euaneſcit. Cumq; eum uelut expergefacti pephēderimus ab intentione propoſita deuiaſſe atq; ad illam theoriam unde diſceſſerat reducentes, uoluerimus eum tenaciſsimis cordis intentione uelut quibuſdam uinculis obligare, in ipſo conatu noſtro ocius quàm anguilla de receſsibus mentis elabitur, ita ut hac intentione mentis laborem ſolūmodo nō profectū nos arbitremur aliquē eſſe cōſecutos. Ob quā rē quotidianis huiuſmodi obſeruationib. æſtuantes, nec tñ ex ipſis aliqd noſtro cordi ſtabilitatis robur acceſsiſſe cernētes,

ad hanc opinionem fracti desperatione transducimur, ut non nostro iam sed naturæ uitio has animæ peruagationes humano generi inesse credamus.

Disputatio senis de statu animæ ac uirtute eius. Cap. IIII.

SErenus. Periculosæ præsumptionis est nec dũ rebus rectè discursis, nec certa ratione collecta, de natura cuiuslibet rei ꝑpropere definire, ac de fragilitatis suę cõsideratione capere coniecturam, non de statu & qualitate ipsius disciplinæ, uel de aliorũ experientia proferre sententiam. Nec enim si quis ignarus natandi, sciens põdus corporis sui ferri aquarũ leuitate ac liquore non posse, experientia suę uoluerit imperitiæ definire, neminem penitus posse liquidis elementis solida carne circumdatũ sustineri, idcirco uera eius opinio iudicanda est, quam secundum experientiam suam uisus est protulisse, cum hoc non solũ esse impossibile, sed etiam perfacilè ab alijs fieri ratione certissima & oculorum fide non dubia comprobetur. Mens semper mobilis & multum mobilis definitur. Vnde etiam in sapiẽtia, quæ dicitur Salomonis, scriptum est: Terrenũ habitaculũ aggrauat mentem multa cogitantem. Hæc igitur pro conditione naturæ nunquam potest ociosa consistere, sed necesse est eam nisi prouisũ habuerit ubi suos exerceat motus, & in quibus iugiter occupetur, propria mobilitate discurrere, & per omnia uolitare, donec lõgo exercitio usuq́ꝫ assuefacta diuturno, q̃ nos incassum dicitur laborare, experiatur & discat quas memoriæ suæ materias debeat pręparare, erga quas circũagat indefessos uolatus & immorãdi robur acquirat, & ita pręualeat aduersus inimici suggestiones quibus detrahebatur extrudere, atq; in illo quem desiderat statu & qualitate durare. Nõ ergo hanc euaginationē cordis nostri uel naturę humanę, uel Deo creatori eius debemus ascribere. Vera est enim scripturæ sentẽtia, quia dominus hominē fecit rectũ, & ipsi quæsierunt cogitationes multas. A nobis ergo earũ qualitas pendit, quia cogitatio bona, inquit, scientib. eam appropinquat, uir autē prudens inueniet eam. Quicquid enim inueniri potest nostrę prudẽtię industriæq́ꝫ subiectũ est. Si non fuerit inuentũ, sine dubio nostrę desidię uel imprudẽtię, non naturę uitio reputandũ est. Cui sensui psalmista quoq; congruit, dicēs: Beatus uir cuius est auxilium abs te domine, ascēsiones in corde suo disposuit. Videtis ergo in nostra ditione consistere, ut siue ascensus, id est, pertingentes ad Deum cogitationes, siue descēsus, ad terrena scilicet & carnalia corruẽtes in nostris cordibus disponamus. Quę si non in nostra potestate cõsisterent, ne Pharisæos dominus increpasset. Quid cogitatis mala in cordib. uestris? Nec per prophetã ꝑcepisset, dicēs: Auferte malũ cogitationũ uestrarũ ab oculis meis. Et usq; q̃ morabuntur in te cogitatiões noxiæ? Nec in die iudicij earũ qualitas quẽadmodũ operũ exigeretur à nobis, ita p Isaiã dño cõminãte: Ecce ego, inquit, uenio ut cõgregē opera & cogitationes eorũ cũ omnib. gentibus et lĩguis. Sed nec condēnari quidē earũ testimonio uel defẽdi in illo terribili atq; metuẽdo examine, secundũ beati Apostoli sententiã meremur ita dicẽtis. Inter se inuicē cogitationib. accusantib. aut etiã defendẽtib. in die qua iudicabit Deus occulta hominũ, secundum euangelium meum.

De perfectione animæ ad similitudinem euangelici Centurionis assumptæ. Cap. V.

HVius ergo perfectæ mẽtis figura per illũ euangelicũ centurionē pulcherrimè designatur, cuius uirtus atq; cõstãtia, qua nõ quibuslibet ingruẽtib. cogitationib. abducebatur, sed pro suo iuditio uel admittebat bonas uel cõtrarias absq; ulla difficultate pellebat, ꝑspicua significatione descripta est. Nã & ego homo sum sub potestate cõstitutus, habēs sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alij, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc & facit. Sic igitur nos quoq; uiriliter aduersus perturbationes & uitia dimicãtes poterimus ea dictioni nostrę discretioniq́ꝫ subijcere, ac militantes in carne nostra extinguere passiones, uel instabilem cogitationum nostrarum cohortem rationis imperio subiugare, ac dominicæ crucis salutari uexillo dirissimas aduersariarum potestatum turbas à terminis nostri pectoris propulsare, si pro tantorum meritis triumphorum ad spiritalis huius Centurionis ordinem prouehemur, quem in Exodo quoque per Mosen mysticè legimus designatum. Constitue tibi tribunos & Centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Et ita nos quoque dignitatis huius apice sublimati, habemus hanc imperandi potestatem atque uirtutem, qua non quibus nolumus cogitationibus abducamur, sed his quibus spiritaliter delectamur immorari uel inhærere possimus, ma-

lis qui

his quidem ſuggeſtionibus imperantes abite, & ibunt: bonis uerò dicemus, uenite, & uenient. Seruo quoque noſtro, id eſt, corpori, ea quæ caſtitatis uel continentiæ ſunt ſimiliter iniungemus, & ſine ulla contradictione deſeruiet, non iam ſuſcitans nobis aduerſus ſpiritum concupiſcentiæ ſtimulos, ſed omnem exhibens ſpiritui famulatum Huius Centurionis qualia arma ſint, uel ad quæ præliorum exercitia præparentur, audi beatum Apoſtolum prædicantem. Arma, inquit, militiæ noſtræ non carnalia ſunt ſed ſpiritualia. Dixit qualia ſint, id eſt, non carnalia nec infirma, ſed ſpiritalia & potẽtia Deo Deinde ad quos ſint exercẽda, conflictus cõſequenter inſinuat. Ad deſtructionem munitionum cogitationes purgantes, & omnem altitudinẽ extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum in obedientiam Chriſti præparati ulciſci omnem inobedientiã, cum impleta fuerit primũ ueſtra obediẽtia. Quæ omnia ſingillatim percurrere ſicut neceſſarium, ita etiam alterius tẽporis eſt. Armorũ tantũmodo uolo uobis genera ꝓprietatesq́ʒ patefacere, quibus nos quoq́ʒ ſi uolumus bella dñi pliari, & inter cẽturiones euãgelicos militare accincti iugiter debemus incedere: Sumite, inquit, ſcutũ fidei in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. Ergo fides eſt quæ excipiens ardentiſsima libidinum tela, metu futuri iudicij & cœleſtis regni credulitate mortificat. Et loricam, inquit, charitatis. Ipſa nempe eſt quæ uitalia pectoris noſtri circumdans atq́ʒ communiens, letalibus perturbationum obiecta uulneribus contrarios retundit ictus, nec ad interiorem hominem noſtrum iacula diaboli penetrare permittit. Omnia enim ſuffert, omnia patitur, omnia ſuſtinet. Et galeam ſpem ſalutis. Galea capitis eſt munimen. Quia ergo caput noſtrum eſt Chriſtus, debemus iſtud ſemper ſpe futurorum bonorum uelut inexpugnabili galea in cunctis tentationibus ac perſecutionibus communire & principaliter fidem eius illæſam atq́ʒ integrã cuſtodire. Alijs enim membris truncatum quempiam licet debilem, poſsibile tamen eſt utcunq́ʒ ſupereſſe Sine capite uerò nemini uel breuis uitæ ſpacium prorogatur. Et gladiũ ſpiritus q̃d eſt uerbũ Dei. Penetrabilius nãq́ʒ eſt omni gladio ancipiti, & pertingẽs uſq́ʒ ad diuiſionẽ animę ac ſpiritus, cõpagum quoq́ʒ & medullarũ, & diſcretor cogitationũ & intẽtionũ cordis, diuidens ſcilicet & abſcidẽs quicquid in nobis carnale terrenum'ue repererit. Quibus armis quiſq́ʒ fuerit cõmunitus ab hoſtiũ telis ac depopulatione defenſus nõ ut captiuus ac ſubditus ad hoſtilẽ cogitationũ terrã cõſtrictus depredantium uinculis abducitur, nec audiet per prophetã: Quare inueteratus es in terra aliena? ſed quaſi triumphator ac uictor in illa quã uoluerit cogitationũ regione cõſiſtet. Vis etiã ipſum robur ac fortitudinẽ cẽturionis huius quibus hæc arma quæ prędiximus nõ carnalia ſed potẽtia Deo geſtat agnoſcere? Audi ipſum regẽ uiros fortes ad ſpiritalẽ militiam cõgtegantem, quomodo dilectos ſignet ac probet. Infirmus, inquit, dicat: quia fortis ſum ego, & qui patiens eſt ſit pugnator. Videtis bella domini præliari, niſi patientes infirmosq́ʒ nõ poſſe. Illa proculdubio infirmitate qua fundatus ille noſter euangelicus centurio cũ fiducia loquebať. Cũ enim infirmor tũc potẽs ſum. Et iterũ: Virtus autẽ in infirmitate perficitur. De qua infirmitate unus prophetarum: Et erit qui infirmatur in eos ſicut domus Dauid: Patiens etiam hæc bella pręliabitur. Nẽpe illa patientia de qua dicitur. Patientia uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem Dei facientes, recipiatis remunerationem.

De perſeuerentia erga cogitationum cuſtodiam. Cap. VI.

DEbere tamẽ ac poſſe nos Deo cohęrere, & experientia propria deprehendimus, ſi mortificatas uolũtates ac deſideria mũdi huius habeamus abſciſa, & illorũ autoritate docebimur qui domino colloquẽtes fiducialiter dicũt: Adhęſit anima mea poſt te, & adhęſi teſtimonijs tuis dñe. Et: Mihi aũt adhęrere Deo bonũ eſt. &: q adhęret dño unus ſpiritus eſt cũ eo. Nõ ergo debemus his euagationib. animę fatigati ab hoc ſtudio relaxari. Qui.n. colit terrã ſuã ſatiabiť panib. qui autẽ ſectať ociũ replebiť egeſtate. Nec ab intẽtione huius obſeruãtię pernicioſa deſperatione frandamur, quia in omni ſollicito ineſt amplius. Nam qui ſuauis & ſine labore eſt, in egeſtate erit. Et iterum: Vir in doloribus laborat ſibi, & uim facit perditioni ſuæ. Nec non etiam regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nulla nanq́ʒ uirtus ſine labore perficitur, nec ulli poſsibile eſt ad iſtã quam cupitis ſtabilitatẽ mẽtis ſine ingenti cõtritione cordis cõſcendere.

Homo

Homo enim ad laborem nascitur. Qui ut in uirum perfectum posit occurrere in mensuram ætatis plenitudinis Christi, maiori eum intẽtione necesse est semper esse peruigilem, iugiq́; sollicitudine desudare. Ad cuius tamen mensurę plenitudinem nemo perueniet alias in futurũ, nisi qui præmeditatus & imbutus ea fuerit in præsenti, eamq́; adhuc in seculo positus prælibauerit, Christi membrum preciosissimum designatus arram cõpaginis illius per quam corpori eius ualeat copulari in hac carne possederit, unum duntaxat desiderans, unum sitiens, ad unum omnes non solum actus suos, uerumetiam cogitationes semper intendens, ut illud quod in futurum dicetur de beata conuersatione sanctorum iam subarratum teneat in præsenti, id est, sit ei Deus omnia in omnibus.

Interrogatio de mobilitate animæ & impugnatione nequitiarum cœlestium, C. VII.

Germanus. Posset forsitan hæc uolubilitas mentis aliquatenus coërceri, si eam nõ tantus aduersariorum numerus circumuallẽs ad ea quæ non uult, imò quo illam quoq; suæ naturę mobilitas rapit indesinenter impelleret. Quam cum tam innumerabiles, tam potentes, tamq́; terribiles circumagant inimici, resisti illis ab hac pręsertim fragili carne impossibile crederemus, nisi ad hanc opinionem uestris sententijs uelut cœlestibus animaremur oraculis.

Responsio super adiutorio Dei & liberi arbitrij potestate. Cap. VIII.

Serenus. Aduersarios nobis quidẽ iugiter insidiari quicunq; interioris hominis experti sunt pugnas dubitare non possunt. Sed ita dicimus hos nostris profectibus aduersari, ut eos tantummodo incentores malorum non etiam impulsores esse credamus. Cæterum nullus hominum posset omnino uitare peccatum quodcunq; illi in cordibus nostris ingerere ulouissent, si eis quemadmodum ad suggerendum, ita & ad compellendum facultas uiolẽta suppeteret. Quamobrem sicut in illis est instigationis copia, ita & in nobis uirtus respuendi siue acquiescendi libertas est attributa. Quorum tamen potentiam et impugnationes si pertimescimus, etiam protectiones atq; adiutorio Dei econtrario conferamus, de quo dicitur: Maior est enim qui in nobis est quàm qui in hoc mũdo. Cuius auxilia multo uehementiore militant uirtute pro nobis quàm aduersum nos contrarium multitudo confligit. Nam bonarum rerum non tãtum singgestor sed etiam fautor atq; impulsor est Deus: ita ut nonnunꝗ nos etiam inuitos & ignorãtes attrahat ad salutẽ. Cõstat ergo neminẽ posse à diabolo decipi, nisi illũ qui præbere illi maluerit suę uoluntatis assensum. Quod Ecclesiastes his uerbis euidẽter expsit. Quia .n. nõ fit cõtradictio ab his qui faciũt malũ citò, ideo repletũ est cor filiorũ hominũ in ipsis ut faciãt malũ. Ergo manifestũ est hinc unũquẽq; delinquere ꝙ ingruẽtibus cogitationib. prauis nõ citò se confestim repulsa contradictionis obijciat. Nam resistite ei, inquit, & fugiet à uobis.

Interrogatio super animæ ac dæmonum coniunctione. Cap. IX.

Germanus. Quod istud quæso est animę cum istis spiritibus neq; tam indiscretum permixtumq́; consortium, quo sic eidem non dicam iungi, sed uniri possint, & alloqui eam insensibiliter & inseri atq; inspirare illi quæcunq; uoluerint & ad ea quæ placuerint eam ualeant instigare eiusq́; cogitationes ac motus uideant atq; perlustrent, tantaq́; inter ipsos ac mentem unitas fiat, ut sine Dei gratia quid ex illorum incitamento quid ex nostra uoluntate procedat discerni penè non posit?

Responsio in quem modum spiritus immundi humanis mentibus copulentur? Cap. X.

Serenus. Non mirum est posse spiritum spiritui insensibiliter coniugari & occultam suadẽdi uim ad ea quæ libita fuerint exercere. Est enim inter eos sicut inter homines quædã substantię similitudo atq; cognatio. Siquidẽ diffinitio quę de natura animę assumitur etiam illorũ substantię similiter coaptatur. Altrinsecus uerò eos sibi inseri uel uniri, ita ut capax alter alterius esse posit, omnimodis impossibile est. Hoc nanq; solũmodo deitati quę sola incorporea simplexq́; natura rectissimè tribuitur.

Obiectio utrum posint spiritus immundi eorum quos suppleuerint animabus inseri uel uniri. Cap. XI.

Germanus. Huic rationi satis arbitramur esse contrarium quod uidimus in arreptitijs fieri, cũ affiati spiritibus immundis loquuntur & agunt ea quæ nesciunt. Quo modo

non ergo animas illorum spiritibus illis nos credamus uniri, quorum uidemus illas uelut organum factas, & derelicto naturali statu ad illorum motus affectusq; transire, ita ut iam non suas, sed illorum uoces & gestum uoluntatesq; depromant.

Responsio quemadmodum energuminis immundi spiritus dominentur. Cap. XII.

SErenus. Prædictę diffinitioni nostræ non est contrarium, id quod dicitis in energuminis fieri, cum spiritibus immundis arrepti loquuntur, uel agunt ea quæ nolunt, uel q ea quę ignorāt proferre cogunť. Nō enim uno modo istā eos infusionē spirituum infusionē sustinere certissimū est. Quidā enim sic afflanť, ut nequaq; ea quę gerūt uel loquunť intelligāt, quidā uerò tunc nō norūt & postea recordanť. Quod fieri per infusionē spiritus immūdi nō ita putandū est, ut in animæ ipsius penetrās substantiā & uelut unitus ei & quodāmodo indutus ea, sermones ac uerba p os patiētis emittat. Nullo nāq; modo istud ab eis fieri credendū est. Nec enim per aliq; animę diminutionē, sed per corporis debilitatē hoc euenire manifesta ratione deprehendiť, cū scilicet in illis mēbris in quibus uigor animę contineť immūdus spiritus insidēs, eisq; importabile atq; immensum pōdus imponens, obscuritate teterrima intellectuales eius obruit & intercipit sensus, instigans ea quæ nō uult uel quæ ignorat proloqui, quod nonnunquam etiā uini febrisq; uitio seu nimij frigoris alijsq; ualetudinibus extrinsecus superuenientibus uidemus accidere. Quod ne beato Iob diabolus qui carnis eius acceperat potestatem moliret inferre, præcepto domini prohibeť, dicentis: Ecce trado eum in manus tuas, tm̄ animā eius custodi, id est, tātūmodo eū amentē ne facias, debilitato animę domicilio. & ob tuas intellectū ac sapientiā resistētis, principali scilicet cordis eius tuo pōdere pfocato.

Quod spiritus spiritui penetrabilis esse non posit, sed incorporeo soli Deo. Cap. XIII.

HAec enim si crassę huic solidęq; materie, id est, carni spiritus admisceť, quod fieri facillimè potest, idcirco & animę quę itidē spiritus est ita uniri posse crediť, ut ea q̄q; similiter suę naturę reddat capacē. Quod soli est possibile trinitati quę sic uniuersę intellectualis naturę efficiť penetratrix, ut nō solū circūplecti eam atq; ambire, sed etiā illabi ei, & uelut incorporea corpori posit infundi. Licet .n. pronūciemus nōnullas esse spiritales naturas, ut sunt angeli, archādeli, cęterę q; uirtutes, ipsa q̄q; anima nr̄a, uel certè aër iste subtilis, tamē incorporeæ nullatenus æstimādę sunt. Habēt. n. secundū se corpus q̄ subsistūt, licet multo tenuius q̄ nostra sunt corpora, secundū Apostoli sentētiā ita dicētis: Et corpora cœlestia, & corpora terrestria. Et iterū: Seminať corpus animale, exurgit corpus spiritale. Quib. manifestè colligiť nihil esse incorporeū, nisi solū Deū, & idcirco ipsi tantūmodo posse penetrabiles omnes spirituales atq; intellectuales esse substātias, eo quòd solus, totus & ubiq;, & in omnib. sit, ita ut & cogitationes hominū & internos motus atq; abdita mētis uniuersa inspiciat atq; plustret. De ipso siquidē solo pnūciauit beatus Apostolus dicēs: Viuus est em̄ sermo Dei & efficax, & acutior super omnē gladiū ancipitē, & pertingēs usq; ad diuisionē animę & spiritus, cōpagū q̄q; ac medullarū, ac discretor cogitationū & intētionum cordis, & nō est creatura inuisibilis in conspectu eius. Et beatus Dauid inquit: Qui fingit singillatim corda eorum. Et iterum: Ipse enim nouit occulta cordis. Iob quoq;: Qui solus nosti corda hominum.

Obiectio qua dæmones credi debent cogitationes hominum peruidere. Cap. XIIII.

GErmanus. Hac ratione qua dicis nec cogitationes quidem nostras intueri isti spiritus possunt. Quod existimare ualdè putamus absurdum, dicēte scriptura: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te. Et iterum: Cum diabolus misisset in corde Simonis Iscariothis ut traderet Dominum. Quid ergo credi potest non patere eis cogitationes nostras quarum seminarium pro parte maxima ipsis immittentibus atq; instigantibus sentimus oboriri?

Responsio quid posint dæmones in cogitationibus hominum, quid'ue nòn posint. Cap. XV.

SErenus. Nulli dubiū est, q posint spiritus immūdi cogitationū nostrarū attingere qualitates, sed indicijs eas sensibilib. forisecus colligētes. i. ex nr̄is dispositionib. aut uerbis & studijs in quæ propēsius cōspexerint nos inclinari. Cęterū illas quæ nec dū de

internis

internis animæ prodierunt, adire omnino nō possunt. Ipsas quoq; cogitationes quas ingerunt, utrum susceptę uel quemadmodum susceptæ sint, non per ipsius animę naturã, id est, per illum interiorem motum qui in abditis eius absconditur, & ut manifestius aliquid exprimã in medullis (& ut ita dixerim (ipsius latitantem, sed ex motibus atq; indicijs exterioris hominis deprehendunt, utputa cum suggesserint Gastrimargiam, si uiderint monachum ad fenestram aut ad solem oculum erexisse, uel de hora solicitus inquisisse, cognoscunt desiderium gulæ fuisse susceptum. Si fornicationem ingerentes senserint eum patienter telum libidinis suscepisse, seu uiderint carnem commotam, aut certè non ut oportuit aduersus suggestiones immunditiæ suspirasse, lasciuiam intelligunt in penetralibus animæ libidinis iaculum fuisse defixum. Si incitamenta tristitiæ, si iræ, si furoris admouerint, utrum nam cordi insederint gestu corporis & sensibili cõmotione dinoscunt scilicet cum uel infremuisse tacitum, uel quadam indignatione suspirasse, seu uultum considerauerint quodam pallore aut rubore mutasse, & ita subtiliter quis cui sit uitio deditus deprehendunt. Illo namq; unumquenq; nostrum delectari certa ratione cognoscunt, ad cuius instigationem mox quodam nutu uel motu corporis consensum conuenientiamq; ab eo præstitam fuisse peruiderint. Quæ ab illis aëreis uirtutibus ita deprehendi non mirum est, cum hoc à prudentibus quoq; uiris sæpisime fieri uidemus, ut scilicet interioris hominis statum de figura & uultu seu qualitate exterioris agnoscant. Quanto ergo certius hæc ab eis poterunt deprehendi, quos utiq; ut spiritalis naturæ multo subtiliores ac sagaciores hominibus esse non dubium est.

Similitudo qua spiritus immundi cogitationes hominum doceantur agnoscere. Cap. XVI.

QVemadmodum enim nonnulli latrones in his domibus quas furtim aggredi cupiunt, occultas hominum solent explorare substantias, qui per tetras noctis tenebras cautè spargentes manu minutias arenarum, reconditas opes quas uisu peruidere non possunt, tinnitu quodam uel strepitu ad earum lapsum respondente deprehendunt, ac sic ad certisimam rei uel metalli cuiusq; notitiam quadã elicitæ uocis proditione perueniunt: ita hi quoq; ut thesaurum nostri corporis explorent, uelut arenas quasdam suggestiones nobis noxias inspargẽtes: cum secundũ earum qualitatem affectum corporeum uiderint emersisse, uelut quodam de intimis conclauibus prodeunte tinnitu quid sit reconditum in abditis interioris hominis recognoscunt.

De eo quod non singuli quiq; dæmones uniuersas hominibus ingerant paßiones. Cap. XVII.

HOc tamen nosse debemus non omnes dęmones uniuersas hominibus passiones, sed unicuiq; uicio certos spiritus incubare: & alios quidem immunditijs ac libidinum sordibus oblectari, alios blasphemijs, alios iræ furoriq; peculiarius imminere, alios pasci tristitia, alios cenodoxia superbiaq; mulceri: & unumquēq; illud uitium humanis cordibus quo ipse gaudet inserere: sed nec cunctos pariter suas ingerere prauitates, sed uicisim prout temporis uel loci uel suscipientis opportunitas prouocauerit.

Interrogatio an inter dæmones impugnationis ordo ac uicißitudinis disciplina seruetur. Cap. XVIII.

GErmanus. Ergo credendum est inter eos ordinatam (& ut ita dixerim) disciplinatam esse nequitiam, ut quidã uicisitudinis ab eis ordo seruetur ac rationabilis geratur impugnationis incursio, cum constet nec modum nec rationem nisi inter bonos atq; honestos posse subsistere: secundum illam scripturæ sentẽtiam: Quęre sapientiam apud malos, & non inuenies, & inimici nostri insensati. Illud etiam: Non est sapientia, non est fortitudo, nec est consilium apud impios.

Responsio, in quem modum concio dæmonum super uicißitudinis impugnatione subsistat. Cap. XIX.

SErenus. Nõ esse inter malos perpetuã in omnib. cõsensionẽ, nec posse pfectã stare cõcordiã etiã in illis ipsis uitijs quib. cõmuniter oblectant certa diffinitio est. Nõ poterit quẽadmodũ dixisti in rebus indisciplinatis, disciplina modusq; seruari. In nõnullis tamẽ ubi scilicet uel operationis cõmunio uel necesitas exigit seu cuiusdã lucri in

tam con

tat conſortium neceſſe eſt eos temporalem cõmodare conſenſum. Quod eſſe in hac militia nequitiæ ſpiritalis manifeſtiſsime peruidemus, ut non ſolũ tempora inter ſe uiciſsitudinesq́ue cuſtodiant, ſed etiam locis quibuſdam ſpecialiter inhærere, eaq́ue iugiter obſidere noſcantur. Nam quia neceſſe ſit eos immutatis temptationibus certisq́ue uitijs atq́ue temporibus exercere impugnationes ſuas, hinc liquido cõprobamus, quia nullus poteſt ſimul cenodoxiæ uanitate deludi, & concupiſcentia fornicationis exuri: nec poteſt tumida inflari elatione ſuperbiæ ſpiritalis, & carnalis Gaſtrimargiæ pariter humilitati ſubmitti. Nec poteſt quis cachinnis fatuis riſuq́ue diſſolui, & iracundiæ ſub eodem tempore ſtimulis incitari, ſeu certe edacis triſtitiæ mœrore ſuppleri, ſed neceſſe eſt unumquemq́ue ſpiritum ita ſingillatim impugnationem mentis arripere, ut cum aut uictus abſceſſerit alij eam ſpiritui cedat acrius impugnandam, aut certe ſi uictor extiterit, alij nihilominus tradat ſimiliter illudendam.

De eo quòd non ſint unius fortitudinis contrariæ poteſtates, nec temptandi facultas in eorum ſit arbitrio collocata. Cap. XX.

Illud etiam nequaquàm ignorare debemus non eſſe omnes eiuſdem ferocitatis & deſiderij, ſed ne unius quidem fortitudinis atq́ue nequitiæ, & incipientibus quidẽ atque infirmis non niſi infirmiores ſpiritus in certamine comparari, & his nequitijs ſpiritalibus ſuperatis gradatim ſuper aduerſus athletã Chriſti robuſtior pugna ſuccedet. Pro comparatione ſiquidem uirium ac perfectus humani etiam difficultas colluctationis augetur. Nullo enim modo quilibet ſanctorum ſufficeret talium tantorumq́ue hoſtium ſufferre nequitiam, uel inſidijs eorum poſſet occurrere, ſed nec crudelitatem quidem ac ſæuitiã ſuſtinere, ſi non certamine noſtro clementiſsimus arbiter atq́ue agonitheta præſidens Chriſtus, & exequaret colluctantiũ uires, & immoderatos eorũ repelleret ac refrenaret incurſus, faceretq́ue cum temptatione exitum ut ſuſtinere poſſimus.

De eo quòd dæmones cum hominibus non ſine ſuo labore confligant. Cap. XXI.

Hanc aũt colluctationẽ illos nõ ſine ſuo credimus labore conficere. Habent nanq́ue etiã ipſi in ſuo conflictu quandam anxietatẽ & triſtitiã, & maxime cum fuerint ualidioris emulis, id eſt, uiris ſanctis pfectisq́ue congreſsi. Alioquin iam non conflictus nec luctatio, ſed ſimplex tantũ &, ut ita dixerim, ſecura illis eſſet hominũ attributa deceptio. Et quomodo ſtaret illud Apoſtoli q́ dicit. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum, contra ſpiritalia nequitię in cœleſtibus. Et illud: Sic pugno non quaſi aërem uerberans. Et iterum: Bonũ agonem certaui. Vbi enim agon indicit, & certamen & pugna ſeu colluctatio, neceſſe eſt utrorumq́ue ſudor & labor & ſollicitudo ſubeatur, & æqualiter illos uel ſuper deiectione maneat dolor atq́ue confuſio, uel de uictoria gaudiũ conſequaẽ & palma. Vbi uero alio cũ ſudore luctante, alius cum ocio ac ſecuritate confligit, & ad deijciendum æmulũ ſola pro uiribus utitur uoluntate, non pugna dicenda eſt nec colluctatio neq́ue certamen, ſed iniqua quædam & irrationabilis oppugnationis oppreſsio. Sed plane laborant & ipſi non minus impugnantes humanum genus, & deſudant ut præualeant de uno quoq́ue illam quam cupiunt obtinere uictoriã, & retorquetur in eos illa confuſio quæ nos manebat ſi ab ipſis fuiſſemus eliſi, ſecundũ illud: Caput circuitus eorũ, labor labiorũ ipſorũ operiet eos, & conuertetur dolor eius in caput eius. Et iterũ: Veniat illi laquæus quem ignorat, & captio quã abſcondit appræhendat eum, & in laqueũ cadat in ipſo, ſcilicet quẽ ſuper hominũ deceptione moliẽ. Dolent igiẽ etiã ipſi non minus & quemadmodũ nos elidunt ipſi quoq́ue ſimiliter elidunẽ, nec uicti ſine confuſione diſcedunt. Quas eorũ ruinas atq́ue conflictus, ille q́ ſanos interioris hominis oculos poſsidet quotidie cernens uidensq́ue eos ſupergaudere ruinis & caſib. ſingulorũ, ac timens ne de ſe quoq́ue euenire eis ualeat iſta lætitia, dñm deprecatur. Illumina ingens oculos meos ne unq́ue obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum, qui tribulant me exultabunt, ſi motus fuero, & Deus meus ne ſupergaudeant mihi, ne dicant in cordibus ſuis euge euge animæ noſtræ, nec dicant deuorabi-

SS mus

mus eũ, & frenduerunt ſuper me dentibus ſuis, domine quando reſpicies: inſidiať enim
in abſcondito ut leo in cubili ſuo, inſidiatur ut rapiat pauperem, & querat à Deo eſcam
ſibi. Qui rurſum cunctis conatibus expenſis: cum deceptionem noſtram potuerint ob-
tinere, ſuper caſſo labore ſuo, neceſſe eſt ut confundantur & erubeſcant qui quærunt a-
nimas noſtras ut auferant eas, induantur confuſione & pudore qui cogitant nobis ma-
la Hieremias quoq;: Confundanť, inquit, illi & non confundar ego, paueant illi & non
paueam ego, induc ſuper eos iram furoris tui, & duplici contritione contere eos. Nulli
etenim dubium eſt: cum à nobis fuerint ſuperati contritione eos duplici conterendos.
Primũ quòd hominibus expetentibus ſanctitatẽ illi eam poſsidentes amiſerint cauſaq;
extiterint perditionis humanæ. Deinde ꝙ ſpiritales ſubſtantiæ fuerint à carnalibus ter-
renisq; deuictæ. Has igitur ruinas hoſtium ſuasq; uictorias intuens unuſquiſq; ſancto-
rum cum exultatione proclamat dicens. Perſequar inimicos meos & compræhendam
eos, & non conuertar donec deficiant, confringam eos nec poterunt ſtare, cadent ſub-
tus pedes meos. Contra quos etiam orans idem propheta. Iudica inquit domine nocen-
tes me: expugna impugnantes me, apprẹhende arma & ſcutum: & exurge in adiutoriũ
mihi, effunde frameã, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me, dic animæ meæ,
ſalus tua ego ſum. Quos cum ſubditis & extinctis uniuerſis paſsionibus uicerimus, me-
rebimur illã benedictionis uocem conſequenter audire: Exaltetur manus tua ſuper ho-
ſtes tuos, & omnes inimici tui peribunt. Hęc igitur omnia & his ſimilia ſacris inſerta uo-
luminibus legentes ſiue canentes, niſi contra iſtas nequitias ſpiritales quæ nobis inſidi-
antur diebus ac noctibus acceperimus fuiſſe conſcripta, non modo ex eis ædificationẽ
ullam lenitatis ac patientiæ conſequemur, ſed etiam dirum quendam atq; contrarium
euangelicæ perfectioni concipiemus affectum. Non ſolum enim docebimur non ora-
re pro inimicis noſtris, nec diligere eos, ſed etiam deteſtari illos implacabili odio, prouo-
cabimur, & maledicere eis, atq; orationem aduerſus eos indeſinenter effundere. Quæ
tali ſpiritu prolocutos fuiſſe uiros ſanctos & amicos Dei intelligere ſceleſtũ eſt ac pro-
phanum, quibus ante aduentũ Chriſti idcirco non eſt lex poſita eo quòd tranſcenden-
tes mandata eius euangelicis parere præceptis, & Apoſtolicæ perfectioni ſtudere præ-
uenientes diſpenſationem temporis maluerunt.

De eo quod non ſit poteſtas nocendi in arbitrio dæmonum collocata. Cap. XXII.

NOn habere autem eos poteſtatem quenquàm hominum lędendi, exemplũ beati
Iob manifeſta ratione demonſtrat, ubi non amplius eum temptare audet inimi-
cus ꝙ diuina ei diſpenſatione conceditur, & confeſsio eorundem ſpirituũ euangelicis
monimentis inſerta teſtatur dicentium. Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorũ. Qui
multomagis credendi ſunt in nullo hominum qui ad imaginem Dei creati ſunt introi-
re pro arbitrio ſuo poſſe, cũ animalia immunda ac muta ingrediendi abſq; Dei permiſ-
ſu non habuerint poteſtatem. Cęterum nemo poſſet, non dicam iuuenũ quos uidemus
in hac eremo conſtantiſsime commorari, ſed nec perfectorum quidem tantis taliumq;
hoſtium agminibus circumſeptus in eremo ſingularis habitare, ſi in ipſis eſſet pro uo-
luntate ſua nocendi uel attemptandi facultas atq; libertas. Quòd euidentius etiam do-
mini ac ſaluatoris noſtri confirmat ſententia quã pro humilitate hominis aſſumpti pro-
tulit ad Pilatum ita dicentis. Non haberes in me ullam poteſtatem: niſi datum tibi fuiſ-
ſet deſuper.

De imminuta dęmonum poteſtate. Cap. XXIII.

SAtis tamen nobis experientia noſtra & ſeniorum relatione compertũ eſt, non ean-
dẽ uim habere nunc dæmones quàm anteriore tempore inter anachoretarum dun-
taxat principia: in quibus adhuc raritas monachorum in eremo commanebat. Tanta
nanque erat eorum feritas, ut uix pauci & ad modum ſtabiles atque ætate prouecti to-
lerare habitationem ſolitudinis poſſent. Siquidem in ipſis cœnobijs in quibus com-
morabantur octo uel decem: ita eorum atrocitas graſſabatur, & frequentes ac uiſi-
biles ſentiebantur aggreſſus ut non auderent omnes pariter noctibus obdormire
ſed uiciſsim alijs deguſtantibus ſomnum: alij uigilias celebrantes: Pſalmis & ora-
tionibus ſeu lectionibus inhærebant. Cunque illos ad ſoporem naturæ neceſsi-

tas

tas inuitaret, expergefactis ad eorum qui dormituri erant cuſtodiam ſimiliter excubiæ tradebantur. Vnde dubitari non poteſt unum è duobus, hanc nunc ſecuritatem uel confidentiam non ſolum nobis qui uidemur pro experientia ſenectutis aliquatenus roborati: ſed etiã iunioribus ætate conferre. Aut enim uirtute crucis etiam deſerta penetrante, & ubiq; eius gratia corruſcante, retuſa eſt nequitia dæmonũ, aut negligentia noſtra illos ab impugnatione noſtra priſtina reddit lentiores, dum dedignantur aduerſum nos illa intentione confligere, qua tunc cõtra illos probatiſsimos Chriſti milites ſæuiebant, hac ſcilicet fraudulentia uiſibilium temptationum ſine ceſſatione durius elidentes. In tantum enim teporem uidemus corruiſſe nonnullos: ut neceſſe ſit eos etiam remiſsioribus monitis appalpari modo: ne deſertis cellulis ſuis ad pernicioſiores inquietudines reuoluantũ: & circumeuntes ac uagi craſsioribus (ut ita dixerim) uitijs implicentur, magnusq; fructus ab eis obtineri credatur, ſi ſolummodo ſe etiam cum qualibet ignauia ualeant in ſolitudine continere, ac pro ingenti remedio ſoleat eis à ſenioribus dici, ſedete in cellulis ueſtris, & quantum libitum fuerit manducate atq; bibite & dormite dummodo in eis iugiter perduretis.

Qua ratione dæmones ſibi in eorum corpora quos arrepturi ſunt aditum parent. Cap. XXIIII.

CONſtat ergo immundos ſpiritus non aliter poſſe in illos quorum obtenturi ſunt corpora penetrare, niſi prius eorum mentes cogitationesq; poſſederint. Quos cum timore ac memoria Dei uel ſpiritali meditatione nudauerint, uelut exarmatos omni præſidio ac munitione diuina nudatos, facile uincendos audenter inuadunt, domicilium deinceps in eis uelut in poſſeſsione ſibi tradita præſumentes.

De eo quòd miſerabiliores ſunt hi qui uitijs quàm qui ab ipſis dæmonibus poſſidentur. Cap. XXV.

LIcet multo grauius conſtet uehementiusq; uexari hos qui cũ corporaliter ab ipſis ſuppleri minime uideantur, animo tamen pernicioſius poſsidentur, eorum ſcilicet uitijs uel uoluptatibus inuoluti. Secundũ Apoſtoli nanq; ſententiam, à quo quiſq; ſuperatur eius ſeruus efficitur. Niſi quòd in hoc iſti deſperatius ægrotant, quòd cũ ſint eorum mancipia: nec impugnari ſe ab illis nec dominatũ eorum ferre cognoſcunt. Cæterum corporaliter traditos ſathanæ, uel infirmitatibus magnis etiam uiros ſanctos nouimus pro leuiſsimis quibuſq; delictis cum in illis ne tenuiſsimũ quidem neuum aut maculam in illo iudicij die patiatur inueniri diuina clementia omnem ſordis eorum ſcoriam, ſecundum prophetæ immo Dei ſententiam, excoquens in præſenti: ut eos tanq; aurum uel argentum ignitum ad illam perpetuitatẽ: nulla indigentes penali purgatione tranſmittat. Et excoquam, inquit, ad purum ſcoriam tuam: & auferam omne ſtannũ tuum, & poſt hoc uocaberis ciuitas iuſti, urbs fidelis. Et iterum. Sicut probatur argentum & aurum in camino, ita eligit corda dominus. Et iterum. Aurum & argentum probat ignis, uir autem probatur in fornace humiliationis. Et illud quoq;. Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

De nece prophetæ ſeducti & infirmitate abbatis Pauli, *quàm pro ſua emendatione promeruit.* Cap. XXVI.

QVod in illo propheta atq; homine Dei, in tertio regum libro manifeſte uidemus impletum, qui pro culpa unius inobedientiæ quam tamen non de induſtria nec uicio propriæ uoluntatis ſed alterius circumuentione contraxit, confeſtim à Leone conteritur, ita de eo ſcriptura narrante. Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori domini, tradidit eum dominus leoni & confregit eum iuxta uerbum domini quod locutus eſt. In quo facto & ſolutionẽ delicti præſentis atq; erroris incauti & iuſtitiæ merita pro quibus prophetam ſuum dominus temporaliter tradidit uexatori, parcitas ipſa & continentia ue-

xatoris atq; prędatoris ostendit, qui nihil penitus audet uoracissima bestia de tradito sibi cadauere degustare. Cuius rei nostris quoq; tēporibus satis euidens cōtingit & aperta probatio in abbate Paulo uel Mose qui habitauit locum huius solitudinis, qui Calamus nuncupatur. Nam prior commoratus est in eremo quæ adiacet. Panephisi ciuitati: quam solitudinem nunc olim factam aquæ salsissimæ inundatione cognouimus. Quæ quotiens flauerit spiritus aquilonis, de stagnis impulsa ac superfusa adiacentibus terris, ita omnē illius superficiem regionis contegit, ut antiquos ibidem uicos qui olim hac ipsa de causa omni sunt habitatore deserti faciat uelut insulas apparere. Hic igitur abbas Paulus in tantam cordis puritatem quietæ solitudinis silentioq; profecerat, ut non dicā uultum fœmineum, sed ne uestimenta quidem sexus illius conspectui suo pateretur offerri. Nam cum eidem pergenti ad cuiusdam senioris cellam una cum abbate, archebio eiusdem solitudinis accola, casu mulier obuiasset, offensus occursu eius, tanta fuga ad suum rursus monasterium (prętermisso quòd arripuerat pię uisitationis officio) recucurrit, quanta nullus à facie leonis uel immanissimi draconis aufugeret, ita ut ne memorati quidem abbatis Archebij reuocantis eum clamore ac præcibus flecteretur, ut ad requirendum senem quemadmodum proposuerant cœpto itinere tenderent. Quod licet zelo castitatis & puritatis ardore sit factum, tamen quia non secundum scientiam præsumptum est, sed obseruantia disciplinæ iustitiæ excessus est modus. Non enim solam familiaritatem quę uere est noxia fœminarum, sed ipsam quoq; figuram sexus illius credidit execrandam, tali confestim correptione percussus est, ut eius uniuersum corpus paraliseos ualitudine solueretur, nullumq; in eo membrum penitus explere suum pręualeret officium. Siquidem non solum pedes ac manus, sed etiam lingue motus, quo elocutio uocis exprimitur, ipsæq; aures ita auditus proprij amiserunt sensum, ut in eo nihil amplius ex homine: quàm immobilis tantum atq; insensibilis figura remaneret. Eo autem redactus est, ut infirmitati eius nullo modo uirorum diligentia deseruire sufficeret, nisi sola ei muliebris sedulitas ministrasset. Sed delato ad cœnobium sanctarum uirginum cibus ac potus quem ne nutu quidem petere poterat, fœmineo ingerebatur obsequio, explendisq; omnibus naturę necessitatibus, eadem illi diligentia per annos fermè quattuor, id est, usq; ad uitæ suæ terminum seruiebat. Qui cum tanta esset omnium membrorum debilitate constrictus, ut nulli in eo artus uiuacē motum ac sensibilem retentarent, nihilominus tanta ex eo uirtutum gratia procedebat, ut cum de oleo quod de cadauere suo potius quàm corpore contigisset ungerentur infirmi, confestim cunctis ualitudinibus curarentur, ita ut super hac eius ualitudine etiā ipsis infidelibus euidenter aperteq; claresceret, & debilitatem membrorū omnium dispensatione atq; amore domini contributam, & sanitatum gratiam pro testimonio puritatis ac manifestatione meritorum eius spiritus sancti uirtute præstari.

De temptatione abbatis Mosi. Cap. XXVII.

Secundus uero, quem diximus, in hac eremo commoratum cum ipse quoq; singularis & incomparabilis uir esset ob repræhensionem unius sermonis quem contra abbatem Macharium disputans Paulo durius protulit quadā scilicet opinione præuentus, tam diro confestim est traditus dæmoni, ut humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret. Quod flagellum purgationis gratia se dominus intulisse, ne scilicet in eo uel momentanei delicti macula resideret, uelocitate curationis eius atq; aucto remedio demonstrauit. Nā continuo abbate Machario in oratione submisso dicto citius nequàm spiritus ab eo fugatus abscessit.

De eo quòd sperni non debeant hi qui spiritibus traduntur immundis. Cap. XXVIII.

Ex quo manifeste perpendit, non debere eos abominari uel despici quos uidemus diuersis tēptationibus siue istis nequitiæ spiritibus tradi, quia duo hæc credere immobiliter nos oportet, primo quòd sine Dei permissu nullus ab eis omnino temptetur, Secundo quòd omnia quæ à Deo nobis inferuntur, siue tristia ad presens seu læta uideantur, uelut à pijssimo patre clementissimoq; medico pro nostris utilitatibus irrogentur, & idcirco eos uelut pedagogis traditos humiliari, ut discedentes ex hoc mundo, uel

purgatiores

purgatiores ad uitã aliam transferantur, uel pœna leuiore plectantur, qui ſecundũ Apoſtolum traditi ſunt in præſenti ſathanæ in interitum carnis, ut ſpiritu ſalui fiant in die domini noſtri Ieſu Chriſti.

Obiectio cur hi qui ſpiritibus uexantur immundis à communione dominica ſeparantur. Cap. XXIX.

GErmanus. Et quomodo non ſolum eos deſpici ab hominibus uel horreri ſed etiã à cõmunione dominica in noſtris prouincijs perpetuo uidemus abſtinere, ſecundum illam euangelij ſententiam. Nolite ſanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas ueſtras ante porcos, cum de illis quemadmodum dicis ita credendũ ſit quòd eis purgationis uel utilitatis obtentu huius temptationis humiliatio tribuatur?

Reſponſio ſuper propoſita quæſtione. Cap. XXX.

SErenus. Si habuerimus hanc ſententiam immo fidem quam ſuperius compræhendi, ut & omnia per dominum fieri & pro utilitate animarum diſpenſari uniuerſa credamus, non ſolum nequaquàm deſpiciemus eos ſed etiam pro eis tanquàm pro membris noſtris inceſſanter orabimus, eiſq; totis uiſceribus ac pleno compatiemur affectu, cum enim patitur unum membrũ compatiuntur omnia membra, ſcientes nos abſq; illis utpote membris noſtris omnimodis conſummari nõ poſſe, quemadmodũ legimus ne anteriores quidem noſtros ſine nobis repromiſsionis ſummã conſequi potuiſſe, ita de illis Apoſtolo pronunciante. Et hi omnes teſtimonio fidei comprobati non acceperunt repromiſsiones, Deo pro nobis melius aliquid prouidente: ne ſine nobis conſumerentur. Communionem uero eis ſacroſanctam à ſenioribus noſtris nunquàm meminimus interdictam, quin immo ſi poſsibile eſſet etiam quotidie eis impartire eam debere cenſebant. Nec enim ſecundum Euangelij ſententiam quam incongrue huic ſenſui coaptatis. Nolite ſanctum dare canibus, ad dæmonis eſcam ſacroſancta cõmunio, & non potius ad purgationẽ ac tutelam corporis animæq; peruenire credenda eſt, quæ ab homine percepta eum qui in membris eius inſidet ſpiritum: ſeu in ipſis latitare conatur uelut quodam exurens fugat incendio. Hoc nanq; modo curatum & abbatem, andronicum nuper aſpeximus alioſq; quàm plures. Magis nanq; ac magis inimicus inſultabit offenſo, cum eum à cœleſti medicina uiderit ſegregatum, tantoq; durius ac frequentius attemptabit quanto eum ab ſpiritali remedio longius ſenſerit abdicatum.

De eo quòd miſeri ſint hi qui ſubdi temporalibus iſtis temptationibus non merentur. Cap. XXXI.

CAeterum illi ſunt uere miſeri ac miſerabiles iudicandi qui cum ſe uniuerſis criminibus flagitijſq; contaminent, non ſolum nullum uiſibiliter in eis ſignum diabolicæ ſuppletionis oſtenditur: ſed nec aliqua quidem operibus eorum condigna temptatio: nec ullum flagellum correptionis infertur. Non enim merentur celerem temporis iſtius expeditamq; medicinã quorum duritia & impœnitens cor pœnam uitæ præſentis excedens, theſaurizant ſibi ipſi iram & indignationem in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, in quo uermes eorum non morientur & ignis eorum non extinguetur. Contra quos propheta uelut anxius pro afflictione ſanctorum uidens eos ęrumnis uarijs ac temptationibus ſubiacere, & econtra peccatores non ſolum abſq; ullo humiliationis flagello curſum mundi iſtius pertranſire, ſed etiam affluentia diuitiarum ac ſumma rerum omnium proſperitate gaudere, intolerabili zelo ac ſpiritus ſui feruore ſuccẽſus exclamat. Mei autem pene moti ſunt pedes, paulominus effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum uidens, quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorũ, in labore hominũ non ſunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur, ſcilicet in futuro cum dæmonibus puniendi, qui in præſenti non meruerunt in ſorte ac diſciplina filiorũ cũ hominib. flagellari. Hieremias quoq; cum Deo ſuper hac impiorum proſperitate diſceptans, licet nequaq; dubitare ſe de iuſtitia dñi profiteat dicens: Iuſtus quidẽ tu es dñe, ſi diſputẽ tecũ. Cauſam tñ huius tantæ inæqualitatis inquirens ſubiungit & dicit, Verumtñ ſi ita iuſta loquar ad te. Quare uia impiorũ pſperatẽ bene eſt omnibus qui preuaricanẽ & inique agunt, plantaſti eos & radicẽ miſerunt. pficiunt & faciunt fructũ? Prope eſto ori eorũ, & longe à renibus eorũ Quorũ ruinã deflente dño per prophetã, & ad eorũ curationẽ medicos atq; doctores ſollicite dirigente, &

quodammodo eos ad planctũ similem prouocante ac dicente: subito cecidit Babylon contrita est, ululate super eam, tollite resinã ad dolorẽ eius si forte sanetur, respondent ut desperantes angeli, quibus salutis humanæ cura commissa est uel certe propheta ex persona Apostolorum seu spiritalium uirorum atq; doctorum uidentiũ duritiam mentis eorum & impœnitens cor. Curauimus Babylonem & non est sanata, relinquamus eam, & eamus unusquisq; in terram suam, quoniã peruenit usq; ad cœlos iudicium eius & eleuatum est usq; ad nubes. De istorũ igitur desperato languore ex persona Dei loquitur Isaias ad Hierusalem: A planta pedis usq; ad uerticem non est in ea sanitas, uulnus & liuor & plaga tumens non est circũligata nec curata medicamine neq; fota oleo.

De diuersitate studiorum ac uoluntatum quæ in aereis potestatibus exercentur. Cap. XXXII.

Tot autem esse immundos spiritus quot in hominibus studia non dubiè comprobantur. Nam nonnullos eorum quos etiam faunos uulgus appellat ita seductores & ioculatores esse manifestum est, ut certa quæq; loca seu uias iugiter obsidentes nequaquàm tormentis eorum quos prætereuntes potuerint decipere delectentur, sed de risu tantummodo & illusione contenti fatigare eos potius studeant quàm nocere, quosdam uero solummodo in nociuis incubationibus hominum pernoctare, alios ita esse furori ac truculentiæ deditos, ut non sint contenti illorum tantummodo corpora quos suppleuerint atroci dilaceratione uexare, sed etiam irruere supereminus transeuntes atq; affligere illos sæuissima cæde festinent, quales illi in Euangelio describuntur, ob quorum metum per uiam illam transire iam nullus audebat, quos eorumq; consimiles bellis sanguinis quoq; effusione pro insatiabili ferocitate gaudere non dubium est. Alios ita eorum corda quos cæperant inani quodã tumore uidemus infecisse, quos etiam bacuceos uulgus appellat, ut semetipsos ultra proceritatem corporis erigentes, nunc quidem se in quosdam fastus gutturisq; sustollerent, nunc uelut accliues ad quendam se tranquillitatis & ad familiaritatis statum communes blandosq; submitterent esse uelut illustres & circunspectabiles omnibus æstimantes, nunc quidem adorare se potestates sublimiores corporis infletione monstrarent, nunc uero ab alijs se crederent adorari, & omnes motus quibus uera officia aut superbe aut humiliter peraguntur explerent. Alios reperimus non solum studere mendacijs, sed etiam blasphemias hominibus inspirare. Cuius rei etiam nos testes sumus qui audiuimus apertissime dęmonem confitentem per Arrium & Eunomium se impietatem sacrilegi dogmatis edidisse. Quod etiam in quarto regum libro unum ex isdem ipsis manifeste legimus prædicantem: Egrediar, inquit, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. De quibus Apostolus arguens illos qui ab ipsis decipiuntur ita infert: Attendentes spiritibus seductoribus & doctrinis dęmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium. Esse autem & alia dæmonum genera, id est, mutorum atq; surdorum Euangelia testantur. Incentores etiã libidinum atq; luxuriæ quosdam spiritus propheta cõmemorat, Spiritus, inquiens fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. Nocturnos quoq; siue diurnos ac meridianos dæmones similiter scripturarum auctoritas docet. De quorum diuersitate perlongum est si uolumus omnia scripturarum uolumina perscrutantes singillatim percurrere, qui per prophetam Onocentauri, qui pilosi, quę sirenæ, quæ lamiæ, quæ ululæ, qui strutiones, qui eritij designantur, qui aspis, qui Basiliscus in psalmo, qui leo, qui draco, quiue scorpius in Euãgelio nuncupetur, qui princeps mundi huius, qui rectores tenebrarum harũ, quæ spiritalia nequitiæ ab Apostolo nominentur. Quæ uocabula non casu nec fortuitu indita illis debemus accipere, sed significatione istarum ferarum quæ apud nos uel minus noxiæ uel magis perniciosæ sunt, illorũ ferocitates rabiesq; distingui, & ex similitudine nequitiæ uirulentæ seu principatus, quem istis inter cæteras feras siue serpentes quædam excellentia malitiæ suæ confert, illos quoq; eorũ uocabulis nuncupari, ut scilicet alius quidẽ ob uehementiã furoris & rabiem ferocitatis suæ, per quẽ principatum inter cæteras spiritales nequitias obtinuit leonis appellationem. Alius basilisci ob illud mortiferum uirus quod priusquàm sentiatur interimit. Alius uero ob teporem malitiæ suæ onocentauri aut eritij nomen strutionisue sortitus sit.

Interrogatio

Interrogatio unde differentia nequitiarum cœleſtium tanta proceſſerit. Cap. XXXIII.

GErmanus, Non quidē ambigimus illos quoq; ordines quos Apoſtolus dinumerat ad iſtos referri, quia non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Volumus tamen noſſe unde ſit hæc tanta inter eos differentia, uel quemadmodum tantæ nequitiæ extiterint gradus. An ad hoc creati ſint, ut hos ordines malitiæ ſortirent, & quemadmodũ huic nequitiæ militarent?

Dilatio ſuper abſolutione propoſitæ quæſtionis. Cap. XXXIIII.

SErenus. Quanquàm, propoſitiones ueſtræ totum tempus nocturnæ quietis ita noſtris furentur obtutibus, ut appropinquantis auroræ nequaquàm uiciniam ſentiamus, & uſq; ad ortũ ſolis inſatiabiliter collationis huius uerba contexere prouocemur, tamen quoniam abſolutio propoſitæ quæſtionis cum cœperit indagari, in quoddã amplisſimum ac profundisſimum nos educet pelagus quæſtionum quod præſentis horæ breuitas non ſinit tranſmeari, commodius reor ut eam futuræ noctis indagini reſeruemus, quo & mihi ſub huius quæſtionis occaſione de ueſtro penſiori colloquio lætitia ſpiritalis ac fructus uberior conferatur, & propoſitarũ quæſtionum ſinus præbente nobis ſpiritu ſancto proſperos flatus liberius penetrare posſimus. Quamobrem ſoporis modicum deguſtantes diſcutiamus ob repentem oculis noſtris, uicina iam luce, torporem, ac deinceps pariter ad eccleſiam procedentes quoniam hoc facere dominicæ diei ſolennitas commonet, reuerſi poſt ſynaxin, ea quæ dominus ad inſtructionem communem pro deſiderio ueſtro largitus fuerit duplicato gaudio conferamus.

Collationis primæ abbatis Sereni de animæ mobilitate & ſpiritalibus nequitijs finis.

COLLATIO SECVNDA ABBATIS SERENI DE PRINCIPATIBVS SEV POTEſtatibus. Caput I.

COnſummatis quæ diei ſolennitas exigebat, & eccleſiæ congregatione dimiſſa, reuerſi ad cellam ſenis, refecti primũ lautisſime ſumus. Nam promutriæ quæ ſuperiecta olei gutta quotidianæ refectioni ſolebat apponi, modicum liquaminis miſcuit, & olei quiddã ſolito propenſius ſuperfudit Nam illam olei guttã ob hoc unuſquiſq; quotidianæ refectioni inſtillat, non ut eius ex hoc gutturis quandam percipiat ſuauitatem, quippe cuius tantus eſt modus, ut uix ipſius gutturis fauciumq; meatus non dicam ungere, ſed pertranſire ſufficiat, ſed ut hoc uſu iactantiam cordis quæ pro abſtinentia diſtrictiore blandè ſolet ac latenter irrepere, & ſtimulos elationis obtundat, quæ quanto occultius exercetur, nulloq; hominũ teſte perficitur: tanto ſubtilius occultatorem ſuum temptare non deſinit. Deinde appoſuit ſalem frictum, oliuas ternas, quibus poſt hæc ſuperintulit caniſtrũ habens cicer frictum quod illi trogalia uocant, ex quibus quina tantum ſumpſimus grana, mixaria bina, caricas ſingulas, hunc enim numerum in illa eremo quenquàm exceſsiſſe culpabile eſt. Qua refectione tranſacta repromiſſam quæſtionis abſolutionẽ cum repoſcere cœpiſſemus, proferte, inquit ſenex, interrogationem ueſtram quam mature prolatam ad huius horæ diſtulleramus indaginem.

Secunda propoſitio de diuerſitate nequitiarum cœleſtium. Cap. II.

GErmanus. Vnde quæ ſumus tanta uarietas aduerſariarum poteſtatum contra hominem ac diuerſitas iſta proceſsit quas beatus Apoſtolus ita dinumerat: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Et iterum: Neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro. Vnde ergo tanta malitiæ diuerſitas emula nobis emerſit? An ad hoc poteſtates iſtas à domino conditas eſſe credendum eſt, ut his contra hominem gradibus atq; ordinibus militarentur?

Responsio de multiplici esca scripturarum sanctarum. Cap. III.

SErenus. Diuinarum scripturarũ auctoritas, de his in quibus nos uoluit erugire, quędam tam lucide etiam his qui acumen ingenij minus possident euidenter effata est ut non solum nulla occultioris sensus obscuritate uelentur, sed nec ullo quidem patrocinio interpretationis indigeant, in superficie uocis ac literæ suos intellectus ac sententias præferentia, quædam uero ita contecta, & quibusdam obscurata mysterijs edidit, ut in eorum discussione & intellectu immensum nobis exercitij campum ac solitudinis reseruarent Quam rem multas ob causas Deum dispensasse manifestum est. Primum ne sacramenta diuina nullum habentia spiritalis intellectus uelamen obductũ, cunctis hominib. id est tam fidelibus quàm prophanis, ęquali scientia & notitia paterent, & per hoc inter inertes ac studiosos nulla esset uirtutis prudentiæque distantia: tum ut etiã inter ipsos domesticos fidei dum intellectuũ spacia corã eis immensa tendunt, esset in quibus & desidiosorum argueretur ignauia, & diligentia studiosorũ, ac puritas cordis eorũ mentisque industria probaretur. Ideoque satis proprie scriptura diuina agro optimo ac fertili comparatur qui cum multa gignat ac proferat quę ad hominũ uictũ sine aliqua ignis coctione proficiant, quædam nisi prius flammæ calore mitigata atque mollita omnem asperitatem suæ deposuerint cruditatis, uel incongrua erunt usibus humanis uel noxia. Nonnulla uero ita in utrumque apta nascunt, ut nec incocta sua cruditate displiceant uel offendant & tamen ignis calore lenita salubriora reddantur. Plura quoque ad escã tantũmodo irrationabilium iumentorũ & animaliũ mitiũ, uel ferarũ seu uolatiliũ oriunt usum, cibis hominum minime profutura, quæ etiã in sua asperitate manentia absque ulla ignis confectione uitalẽ iumentis conferunt saturitatẽ. Quam rationẽ satis euidenter aspicimus in hoc uberrimo spiritaliũ scripturarũ paradiso contineri, in quo ita quædã significatione literæ plana ac luculenta resplendent, ut cum sublimiore interpretatione non egeant, simplici tantũ literæ sono abunde pascant ac nutriant audientes, ut est illud: Audi Israel dñs Deus tuus Deus unus est. Et, diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua. Quædam autẽ si allegoriæ explanatione extenuata non fuerint, & spiritalis ignis examinatione mollita, nullo modo ad salutarẽ interioris hominis cibum sine corruptionis labe peruenient, magisque ex eorũ perceptione læsio quàm utilitatis aliqua subsequatur, ut est illud: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes, & qui non habet gladium uendat tunicam suam & emat sibi gladium, & qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Quod quidam districtissimi monachorum, habentes quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam, simpliciter intelligentes, fecerunt sibi cruces ligneas easque iugiter humeris circumferentes, non ędificationem, sed risum cunctis uidentibus intulerunt. Nonnulla uero ad utranque perceptionem, id est, tam historicam quàm allegoricam ita commoda sunt ac necessaria, ut utraque explanatio uitales animæ succos impartiantur, ut est illud. Si quis te percusserit in dextrã maxillam tuam præbe illi & alteram cum persequuntur uos in ciuitate ista fugite in aliã & si uis perfectus esse uade uende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Producit sane & fœnum iumentis, quibus pabulis omnes scripturarũ repleti sunt campi, simplex scilicet puraque narratio historicæ lectionis, quæ simpliciores quique ac minus capaces perfectæ & integræ rationis, de quibus dicitur: homines & iumenta saluabis domine, secundum statum ac mensuræ conditionẽ, ad opus tantum & laborem actualis uitæ, uegetiores robustioresque reddantur.

De gemina sententia super intellectu scripturarum sanctarum. Cap. IIII.

QVamobrem de his quæ aperta explanatione prolata sunt, nos quoque constanter possumus definire audenterque nostram proferre sentiam. Ea uero quæ meditationi & exercitio nostro reseruans obtecta sanctis scripturis spiritus diuinus inseruit, quibusdam ea uolens indicijs & opinionibus colligi, ita pedetentim debent cauteque conferri, ut sit eorum assertio seu confirmatio in disputatione uel suscipientis arbitrio collocata. Nonnunquàm enim cum super una re diuersa promatur sententia, neutra earum potest absurda iudicari, & sine detrimento fidei uel fixe, uel mediæ suscipi, id est, ut eis nec plena credulitas nec absoluta refutatio deputetur: priorique sequens opinio

nio derogare non debeat, cum quælibet earum fidei non inueniatur obsistere, quale est illud, quod Helias uenerit in Ioanne, & iterum sit ante aduentũ Christi uenturus, & de abominatione desolationis, quod steterit in loco sancto per illud simulachrum Iouis quod hierosolymis in templo positũ legimus, & iterũ stare habeat in ecclesia per aduentũ antichristi, illaque omnia quæ in Euangelio sequunt quæ & impleta ante captiuitatẽ hierosolymorũ, & in fine mundi istius intelliguntur implenda, e quibus neutra opinio impugnat aliam, nec sequentem prior intellectus euacuat.

De eo quòd proposita quæstio inter illa quæ media tenenda sunt debeat accipi. Cap. V.

ET idcirco proposita à nobis quæstio licet non satis uideatur nec frequenter inter homines uentilata nec apud plurimos pateat, & hoc ipso apud aliquos ea quę proferemus forsitan uideantur ambigua, ita debemus nostram temperare sententiam, quoniam fidei trinitatis nihil præiudicant, ut inter illa habeantur quæ mediæ sunt tenenda, quanquàm non tali opinione qualis suspitionibus tantum & coniecturis colligi solet, sed manifestis scripturarum testimonijs omnia comprobentur.

De eo quòd nihil à Deo malum creatum sit. Cap. VI.

ABsit ergo ut Deum quicquàm creasse confiteamur quod substantialiter malũ sit, dicente scriptura. Omnia quæ fecit Deus bona sunt ualde. Si enim à Deo tales isti creati sunt uel ad hoc facti, ut hos malitiæ gradus teneant, ac super deceptioninibus & ruinis hominum uacent, contra prædictæ scripturæ sententiam infamabimus Deum uelut creatorem atque inuentorem malorum, quòd scilicet pessimas uoluntates ac naturas ipse condiderit, ad hoc eas creans, ut semper in nequitia perseuerantes nunquã transire possint in bonæ uoluntatis affectum. Non enim quis fixas atque immobiles natiuitatis seu naturæ suæ conditiones qualibet industria poterit immutare, nec ullo modo ualebit non esse quod natus est, quemadmodũ ne nos quidem conditionem mortis euadere, qui ob Adæ peccatum mortales nascimur, nec Angeli mortales effici qui ita creati sunt ut mori non possint. Hanc igitur rationem diuersitatis huius, traditione patrum de sanctarum scripturarum fonte percepimus.

De initio principatuum seu potestatum. Cap. VII.

ANte conditionem huius uisibilis creaturę spiritales cœlestesque uirtutes Deum fecisse, quę pro hoc ipso quòd scirent se ad tantam beatitudinis gloriam beneficio creatoris ex nihilo fuisse productas, ꝑpetuas ei gratias referentes indesinenter eius laudibus inhærerent, nemo fidelium dubitat. Nec enim existimare debemus creationis & officij sui principia ab huius mundi constitutione Deũ primitus inchoasse, quasi in illis anteriorib. atque innumeris seculis, ab omni prouidentia & dispensatione diuina fuerit ociosus, ac non habẽs in quos bonitatis suæ exerceret beneficia solus extiterit, atque ab omni solita præstandi munificentia fuerit alienus, quod de illa immensa ac sine principio & incompræhensibili maiestate satis humile est incongruũque sentire, ipso domino de illis potestatib. hæc dicente: Quando facta sunt simul sydera laudauerunt me uoce magna omnes boni angeli mei. Qui ergo intersunt creationi syderũ, ante istud principium in quo factũ dicit cœlũ & terra, creati fuisse manifestissimè cõprobant, quippe qui pro istis omnibus uisibilib. creaturis uidentes eas ex nihilo processisse, creatorẽ magna uoce describuntur & ammiratione laudasse. Ante istud ergo temporale principium quòd à Mose ponitur, quodque mundo huic secundũ historicũ immo Iudaicũ sensum coæuũ esse describitur, saluo scilicet nostro sensu quo nos interpretamur omniũ rerũ Christũ esse principiũ, in quo omnia creauerit pater secundũ illud. Omnia ꝑ ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ante istud inquã geneseos temporale principiũ, omnes illas potestates cœlestesque uirtutes Deum creasse nõ dubiũ est. Quas Apostolus per ordinem dinumerans ita describit. Quia in Christo creata sunt omnia, siue quæ in cœlis siue quæ in terra sunt, uisibilia & inuisibilia, siue angeli siue throni, siue damnationes siue principatus siue potestates.

De lapsu diaboli & angelorum. Cap. VIII.

DE istorũ itaq; numero nõnullos principes fuisse collapsos lamentatio Ezechielis siue Isaiæ manifestissimè docet, in quibus principe Tyri, aut illum Luciferum qui mane oriebatur, flebili planctu ab eis cognoscimus lamentari. Et de illo quidem ita dominus ad Ezechiel: Fili hominis, leua planctum super principem Tyri, & dices ei: Hæc dicit dominus Deus: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delitijs paradysi Dei fuisti. Omnis lapis præciosus operimentum tuum, sardius, topazius & iaspis, chrisolitus & onix & berillus, Saphyrus & carbũculus & smaragdus. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die quæ conditus es præparata sunt. Tu cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorũ ambulasti perfectus in uijs tuis, à die conditionis tuæ, donec inuenta est inquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eeci te de monte Dei, & perdidi te ò Cherub protegens in medio lapidum ignitorũ. Eleuatum est cor tuum in decore tuo, petdidisti sapientiam tuam à decore tuo, in terrã proieci te, ante faciem regum dedi te: ut cernerent te in multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negociationis tuę polluisti sanctificationem tuam. Isaias quoq; de alio. Quomodo cecidisti de cœlo lucifer qui mane oriebaris? Corruisti in terrã q uulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo. In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubiũ, & ero similis altissimo. Quos tamen nonnullos ex illa beatissima statione ruisse scriptura commemorat, dicens: Tertiam partem stellarum draconem illum secum pariter pertraxisse. Vnus quoq; Apostolorum euidentius dicit: Angelos qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt domicilium suum, in iudicium magni diei uinculis æternis sub caligine seruauit. Illud etiam quòd ad nos dicitur, uos autem sicut homines moriemini, & sicuc unus de principibus cadetis, quid aliud quàm multos de principibus cecidisse significat? Quibus indicijs hoc ratio diuersitatis huius colligitur, has differentias ordinum quas instar sanctarum cœlestiumq; uirtutum aduersæ potestates horæ dicuntur, uel ex illius anterioris ordinis gradu in quo unaquæq; creata fuerat, nunc etiam retentare, uel certe de cœtestibus deuolutas ad similitudinem illarum uirtutum quæ ibidem perseuerant, pro nequitiæ suæ merito in quæ in malum unaquæq; profecit, hos inter se gradus seu ordinũ uocabula in parte conrraria uendicasse.

Obiectio quòd ruina diaboli à deceptione eue principium sumpserit. Cap. IX.

GErmanus. Nos hactenus credebamus causam initiumq; ruinæ seu præuaricationis diabolicæ, quæ de angelica statione deiectus est, inuidiam extitisse, quando Adam duntaxat & Euam liuida calliditate decepit.

Responsio de initio lapsus diaboli. Cap. X.

SErenus. Non esse istud initium præuaricationis illis seu deiectionis geneseos lectio manifestat, quæ ante illorum deceptionem serpentini nominis eum nota iussit ita dicens: Serpens autẽ erat sapientior, siue ut Hebraici exprimunt libri, callidior cunctis bestijs terræ quas fecit dominus Deus. Intelligitis ergo quòd ante illam circumuentionem primi hominis de Angelica discesserat sanctitate, ita ut non solum nominis huius insigniri mereretur infamia: sed etiã in nequitiæ tergiuersatione cæteris præferretur bestijs terræ. Non enim tali uocabulo scriptura bonũ angelum designasset, nec de his qui in illa beatitudine perseuerant diceret: Serpens autem erat sapientior omnibus bestijs terræ Nam hoc cognomen non solum Gabrieli siue Michaeli nullo modo posset aptari, sed ne bono quidem cuiquàm homini conueniret. Apertissime itaq; & serpentis uo

cabulum

cabulũ & comparatio bestiarũ non sonat Angeli dignitatẽ, sed præuaricatoris infamiã. Deniq; liuoris ac seductionis materia qua ut hominẽ deciperet instigatus est, de anterioris ruinæ extitit causa, quòd scilicet de limo terræ nuperrimè figuratũ ad illã eum gloriam cerneret euocandũ, unde cum unus de principibus se meminerat corruisse. Et idcirco priorẽ eius lapsum quo superbiendo corruerat, quo etiam serpens meruerat nuncupari, secunda ruina per inuidiam subsecuta est, per quã inueniens eum adhuc aliquid in sese erectum habentẽ, ita ut etiam cuiusdã colloquij atq; consilij cũ homine haberet consortiũ, sententia domini utilissime eum in ima deiecit, ut non iam sicut ante sublime aliquid intuens incederet, sed ut solo cohærens reperet potius & humiliatus super uentrem terrenis uitiorũ escis & operibus pasceretur occultũ deinceps publicans inimicũ, ac ponens inter ipsum & hominem utiles inimicitias salutaremq; discordiã, ut dum cauetur tanquã hostis noxius amicitijs fraudulentis ulterius homini nocere non posset.

De eius qui decipit siue decipitur pœna. Cap. XI.

IN quo tamen & illud nos præcipue debet instruere, ut à malis consilijs declinemus, q̃ licet deceptionis auctor congrua pœna & condemnatione plectatur, ne ille quidem qui seducitur supplicio careat, licet aliquantulo leuiore quàm ille qui auctor deceptionis extiterit. Quòd hoc expressum plenissime cernimus. Adã nanq; qui seductus est (immo ut Apostoli uerbis eloquar) qui seductus non est, sed seductę acquiescens, in exitialẽ uidetur accessisse consensum, sudore uultus ac labore tantũmodo condemnatꝰ, qui tamen illi non per suã sed per terræ maledictionẽ sterilitatẽq; decernitur. Mulier uero quæ huius rei persuasor extitit multiplicationẽ gemituum ac dolorũ atq; tristitię promeretur, perpetuo pariter iugo subiectionis addicta. Serpens aũt qui primus incentor huius offensę est perenni maledictione multatur. Quamobrẽ summa solicitudine & circunspectione cauendum est à consilijs prauis, quia sicut auctorẽ puniunt, ita deceptũ nec peccato faciunt carere nec pœna.

De constipatione dæmonum & inquietudine quam in hoc aëre semper exercent. Cap. XII.

TAnta uero spirituũ densitate constipatus est aër iste qui inter cœlum terramq; diffunditur, in quo non quieti nec ociosi uersantur, ut satis utiliter ab humanis aspectibus eos prouidentia diuina absconderit atq; subtraxerit. Nam non solũ terrore concursus eorum uel horrore uultuũ in quo se pro uoluntate sua cum libitum fuerit transformant atque conuertunt, intolerabili formidine homines consternarentur nequaquã ualentes hæc carnalibus oculis intueri, sed etiã in ampliorem nequitiæ modum quotidiano iugiq; eorũ exemplo & imitatione succensa gens humana proficeret; & per hoc inter homines & immundas atq; aëreas potestates fieret noxia quædã familiaritas atq; perniciosa coniunctio, dum hæc flagitia quæ cum inter homines admittuntur, uel parietum septis uel locorũ interuallo, & quædam uerecundiæ confusione celantur, aperta uisione iugiter intendentes ad maiorẽ furoris incitarentur insaniam, nulla scilicet interueniente quiete: qua ab istis sceleribus eos cernerent desinentes, quippe quos nulla lassitudo carnalis seu occupatio familiaris, ac distentio quotidiani uictus quemadmodum nos à cœptis intentionibus etiam inuitissimos nonnunquã cessare compellunt.

De eo quòd impugnationem quam erga homines impendunt etiam aduersum se commoueant. Cap. XIII.

HAs nanq; impugnationes quibus homines impetunt, nequaq̃ eos à flagitiorũ crimine perurgere cessantes, etiam contra se inuicẽ ipsos affectare certissimum est. Nam discordias atq; conflictus super nonnullis gentibus pro quadã sibi nequitiæ uernacula familiaritate susceptis, indefesso certamine similiter exercere nõ desinũt. Quod etiã in uisione Danielis prophetæ manifestissime legimꝰ figuratũ, angelo Gabriele ita narrante. Noli timere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendũ ut te affligeres in cõspectu Dei tui, exaudita sunt uerba tua, & ego ueni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus, & ecce

Michael unus de principib primus uenit in adiutoriū meū, & ego remansi ibi iuxta regem Persarū. Veni aūt ut docerē te quæ uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus. Quem principem regni Persarū aduersariam potestatē esse quæ fauebat genti Persarū inimicanti populo Dei, minime dubitandū est, quiq; ad impediendā utilitatē quam uidebat per absolutionē quæstionis pro qua propheta dominū exorauerat, ab Archangelo ministrandā, liuens semetipsum obijcere festinauit, ne ocius ad Danielē salutaris Angeli consolatio peruolans, Dei quoq; populū cui Gabriel Archangelus præerat confortaret. Qui tamen dicit ne tunc quidē ob impugnationis illius uehementiā se facere potuisse, sed ab eodē adhuc fuisse detinendū, nisi in adiutoriū sibi Michael archangelus aduenisset, qui occurrens principi regni Persarū seseq; conflictui eius interserens & opponens, eumq; ab ipsius impugnatione subripiens, ad instructionē prophetæ post uicesimum & unū diem cōmeare fecisset. Et post pauca: Et ait, inquit angelus, Nunquid scis quare uenerim ad te? Et nunc reuertar ut prælier aduersus principem Persarum. Cum enim ego egrederer apparuit princeps Græcorū ueniens: Veruntamen annunciabo tibi quod expressum est in scriptura ueritatis. Et nemo est adiutor meus in his omnibus nisi Michaël princeps uester. Et iterū. In tempore illo consurgit Michaël princeps magnus qui stat pro filijs populi tui. Legimus ergo Græcorū quoq; principē similiter aliū nuncupari qui utiq; fauens genti sibi subditæ tam populo Israëli quàm nationi Persarū erat aduersus. Ex quo liquido peruidetur quòd discordias gentium & conflictus atq; simultates quas inter se istis instigantibus gerunt, etiā contra se aduersæ exerceāt potestates, & illarum uel gaudere eas uictoria uel diminutione tristari, & ob hoc non posse illas inter se quietas aut concordes existere, dum unusquisq; pro his quibus præest contra alterius gentis præsulem inquieta super æmulatione contendit.

Vnde factum sit ut potestatum seu principatum nomina spiritalium nequitiæ sortirentur. Cap. XIIII.

NOs ergo præter illas quas superius exposuimus opiniones, etiā idcirco dici principatus uel potestates euidenti possumus ratione colligere, quòd scilicet uel diuersis gentibus dominentur ac præsint, uel certe quòd in inferiores spiritus atq; dæmonia de quibus etiā Euangelia, legiones esse propria ipsorū confessione testantur, quæq; spiritalia nequitiæ ab Apostolo nuncupanť, suos exerceant principatus. Non enim dominationes dici possunt nisi habeant in quos suas dominationes exerceant, nec potestates aut principatus uocari queunt, nisi fuerint in quos potestates aut principatus suos agant. Quòd etiā in euangelio designari calumniantibus pharisæis manifestissime reperimus, in Beelzebub principe dæmoniorum hic eijcit dæmones. Nam & rectores tenebrarum legimus appellari, & alium mundi huius principē nuncupari. Quos tamen gradus beatus Apostolus in futurū cū omnia Christo fuerint subiecta asserit euancuādos, cum tradiderit, inquiens, regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, potestatem & dominationē, quòd utiq; non aliter fiet nisi fuerint de ipsorū ditione sublati, in quibus in hoc seculo potestates seu dominationes uel principatus agere cognoscuntur.

De eo quòd non sine causa sanctis cœlestibusq; uirtutibus Angelorum siue Archangelorum nomina sint indita. Cap. XV.

NAm quia in bonam partem horum ordinum uocabula non sine ratione causaue sint indita, sed officiorum uel meritorum seu dignitatum sint nomina, nulli dubium est. Etenim de officio nunciandi Angelos, id est, nuncios appellari manifestū est, & archāgelos quòd ipsis Angelis præsint, nominis ipsius proprietas docet, dominationes etiam ab eo quòd quibusdam dominentur, principatus quoq; quòd habeant quorum sint principes atque priores, & sedes quòd ita scilicet Deo cohæreant, & domesticæ sint ei ac familiares, ut in ipsis uelut in quadā sede diuina maiestas peculiarius requiescat, & quodammodo sit in eis firmius reclinata.

De subite

De subiectione dæmonum quam suis principibus præbent fratris uisione perspecta. Cap. XVI

Regi autem hos immundos spiritus à nequioribus potestatibus eisq; subditos esse, præter illa scripturarum testimonia, quę in euangelijs quoq; calumniantibus Phariseis domini legimus responsione descripta. Si ego in Beelzebub principe dæmoniorum ejicio dæmones: etiam perspicuæ uisiones & experimenta sanctorum multa nos edocent. Nam cum unus ex fratribus nostris in hac solitudine iter ageret ad uesperascẽte iam die templum quoddam reperiens: ibidem substitit, uespertinam uolens in eo synaxim celebrare. Vbi dũ psalmos ex more decãtat, tẽpus mediæ noctis excessit. Cumq; finita solennitate refecturus lassum corpus paululum: resedisset, repente cœpit catetuas dæmonum undiq; in unum confluentium innumerabiles intueri, quę infinita constipatione ac deiectione longissima procedentes, aliæ præibant principem suum, alię suo agmine sequebantur. Qui tandẽ aliquando & magnitudine procerior cunctis, & aspectu terribilior, turmis infinitis circumseptus aduenit: ac posito solio cum in tribunali quodã sublimissimo cõsedisset, uniuscuiusq; actus diligẽti cœpit examinatiõe discutere, illosq; qui nec dum se circumuenire æmulos suos potuisse dicebant, uelut inertes ignauosq; à conspectu suo cũ nota & iniuria summa iubebat expelli, spacia temporis tanti, & opus inaniter ab eis expensum cum fremitu & indignatione furoris exprobrans. Illos uerò qui se nunciabant consignatos sibimet decepisse, summis laudibus cum exultatione ac fauore cunctorum uelut uictores palmis remuneratos ac redimitos sertis, utq; fortissimos bellatores ad exemplum cunctorum gloriosissimos coram omnibus emittebat. In quorum numero cum quidam nequissimus spiritus, utpote quendam triumphum sublimissimum delaturus, lętior aduenisset, nomẽ monachi optimè cogniti designauit, asserens se post quindecim annos quibus eum iugiter obsedisset, tandẽ aliquando præualuisse, ut eum eadem ipsa nocte ruina fornicationis elideret: nam cum quadam sacra puella impulisse, ut stupri crimen incurreret, dicebat. Super cuius hac prosecutione cũ immane cunctorum gaudium fuisset exortum, summis à principe tenebrarum laudib. iste prętatus, magnisq; pręconijs coronatus, abscessit. Aurora itaq; superueniente, cum omnis hæc ab oculis euanuisset dæmonum multitudo, dubitans frater de assertione spiritus immundi, magisq; id ratus, quòd insolita consuetudinis suæ fallacia sibi uoluisset illudere, & innocenti fratri inurere crimen incesti: memor euangelicæ sententiæ, quòd in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo, cũ loquitur mendacium de proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Pelusium petijt, ubi illum quem spiritus immundus asseruit esse deiectum, nouerat commanere. Erat siquidem illi etiam notissimus frater. Quem cum requisisset, repperit quòd eadem nocte qua deterrimus ille dæmon ruinam eius suę cohorti uel principi nunciauerat, monasterio pristino derelicto, uicum petisset, & cum designata puella fuisset lapsu miserabili deuolatus.

De eo quòd singulis hominibus duo semper angeli adhæreant. Cap. XVII.

Nam quòd unicuiq; nostrũm duo cohęreant angeli, id est, bonus & malus, scriptura testatur. De bonis quidem saluator: Ne contemnatis, inquiens, unum ex pusillis istis, dico enim uobis, quòd angeli eorũ in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Illud quoq;: Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Nec non etiam quod in actibus Apostolorũ de Petro dicitur: quia angelus eius est. De utrisq; uerò liber pastoris plenissimè docet. Si autem consideremus & illum qui beatum Iob expetijt, apertissimè instruemur illum fuisse, qui semper insidiatus ei, nunquã eum ad peccatum potuerit incitare, & idcirco potestatem à Domino poposcisse, uelut qui non uirtute illius sed Domini defensione, qui illum semper protexerit, uinceretur. De Iuda quoq; dicitur, & diabolus stet à dextris eius.

Differentia nequitiæ quæ aduersis spiritibus inest, per duos philosophos approbata. Cap. XVIII.

De differentijs sanè dæmonum etiam per illos duos philosophos, qui quondã magicis artibus, uel inertiam eorum, uel fortitudinem sæuamq; nequitiam fuerãt frequenter experti, multum cognitionis accepimus. Hi autem despicientes beatum Antonium uelut Christianũ hominẽ & imperitũ ac sine literis: uolentesq; eum (& si nihil amplius læ

plius lædere potuissent) saltem de cella sua magicis prestigijs & circumuentione dæmonum perturbare: spiritus ei nequissimos immiserunt ad impugnationem, morsu liuoris adducti, eo quòd maximæ hominum turbæ ad eum quotidie conuenirent. Cumq; illo nunc quidem imprimente pectori suo frontiq; signaculum crucis, nunc uerò ad orationem suppliciter incubante, ne approximare quidem dirissimi demones eidem prorsus auderent, atq; ad eos qui illos direxerant absq; ullo reuerterentur effectu: & alios illi in nequitia uehementiores rursus immitterent, itidemq; ipsis incassum suas expendentib. uires, atq; inaniter redeuntibus, potentiores nihilominus aduersus militē Christi uictorem iterum destinati, nihil penitus præualerent: eò profecerunt tales tantæq; eorum insidiæ tota magica arte quæsite, ut per hæc euidentissimè comprobarent, magnā professioni Christianorum inesse uirtutem, quibus ille tam seue tamq; potentes umbræ, quas æstimabant solem lunamq;, si ad eas directe fuissent, obducere potuisse, hunc non solū nihil ledere, sed ne ad punctum quidem, de monasterio suo ualuerint perturbare.

De eo quòd dæmones nihil aduersus homines præualeant, nisi obsederint eorum prius mentes. Cap. XIX.

CVmq; pro hac ammiratione confestim uenientes ad abbatē Antonium impugnationum suarum magnitudinem, & causas atq; insidias patefecissent liuoris occulti, Christianos se fieri protinus poposcerunt. Recurso autem die uel tempore, asseruit se beatus Antonius amarissimis cogitationum stimulis tunc fuisse pulsatum. Quo experimento sentētiam nostram quam hesterno die in collatione protulimus, probauit ac definiuit beatus Anthonius, nullatenus dæmonem posse mentem cuiusquam uel corpus inuadere, nec habere facultatem in cuiuslibet animam penitus irruendi, nisi eam primo destituerit omnibus cogitationib. sanctis, ac spiritali contēplatione uacuam nudamq; reddiderit. Sciendum tamen duobus modis spiritus immundos hominibus obedire. Aut enim sanctitati fidelium diuina gratia ac uirtute subduntur, aut sacrificijs impiorū seu quibusdam carminibus deliniti, uelut familiaribus suis obtemperant. Qua opinione Pharisei quoq; decepti, arbitrati sunt etiam dominum saluatorem hac arte dæmonijs imperasse, dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorum hic eijcit dæmones: secundū illam scilicet consuetudinem qua norant suos magos uel maleficos per inuocationē nominis illius ac ritu sacrificiorum quo eum delectari & gaudere cognoscunt, uelut domesticos eius effectos, habere etiam in dæmones ei subditos potestatem.

Interrogatio de apostatis angelis, qui in Genesi cum filiabus hominum concubuisse dicuntur. Cap. XX.

GErmanus. Quia Geneseos lectio paulò ante in medium Dei dispensatione prolata est, quæ nos opportunè commonuit, ut id quod semper discere cupiebamus, nunc possimus cōgruè sciscitari, quid etiam de illis apostatis angelis sentiendū sit, optamus agnoscere, qui se cum filiabus hominum miscuisse dicuntur, utrum hoc posit spiritali naturæ secundum literam conuenire. Illud quoq; euangelistæ testimonium, quod de diabolo paulò ante dixisti: Quia mendax est & pater eius: similiter desideramus audire, quinam eius pater intelligendus sit?

Solutio propositæ quæstionis. Cap. XXI.

SErenus. Duas quæstiones non mediocres pariter proposuistis, de quibus quantū possum eodem quo proposuistis ordine respondebo. Nullo modo credendum est spritales naturas coire cum fœminis carnaliter posse. Quòd si aliquādo hoc secundum literam fieri potuisset, quomodo nunc quoq; uel frequenter uel raro idipsum non euenire contingeret, & absq; semine uel coitu uiri aliquos nasci similiter de mulieribus conceptu demonum cerneremus? cum præsertim constet eos libidinum sordibus admodū delectari, quos proculdubio per semetipsos exercere plus quàm per homines mallent, si illud ullo modo potuisset impleri, Ecclesiaste quoq; idipsum pronunciante: Quid est quod fuit? idipsum quod est: & quid est quod factum est? idipsum quod fiet: & non est omne recens sub sole quod loquatur & dicat: ecce hoc nouum est, iam fuerunt in seculis que fuerunt ante nos. Sed ista questio historie huius absoluitur. Post necē Abel iusti, à fratricida

ne à fratricida & impio omne hominum genus exordium sumeret, in locum fratris extincti nascitur Seth, qui non solum posteritati, sed etiam fraternæ pietati succederet. Cuius progenies secuta patris iustitiam, à societate & coniunctione cognationis illius quæ ex Cayn sacrilego descendebat, semper diuisa permansit, sicut etiam genealogiæ descriptio manifestè declarat, ita dicens: Adam genuit Seth, Seth genuit Enos, Enos genuit Caynan, Caynan autem genuit Malalehel, Malalehel autē genuit Iareth, Iareth autem genuit Enoch, Enoch autem genuit Mathusalem, Mathusalem genuit Lamech, Lamech genuit Noe. Item genealogia Cayn ita diuisa describitur: Cayn genuit Enoch, Enoch genuit Yrath, Yrath genuit Maniahel, Maniahel genuit Matuhasel, Matuhasel genuit Lamech, Lamech genuit Iubal. Itaque illa generatio q̄ de Seth iusti propagine descēdebat, suæ lineę iugiter & agnationi permixta, in patris atq; attaui sanctitate lōga ætate durauit, nequaquā scilicet sacrilegijs ac malitia nequissimæ prolis infecta, quæ in semet impietatis germen uelut attaui traditione retinebat insertum. Donec ergo perseuerauit inter illos generationis eorum ista discretio semen illud Seth, utpote de optima radice procedens, pro merito sanctitatis tam suæ quàm patrum angeli Dei, siue ut diuersa exemplaria continent, filij Dei uocati sunt: & econtrario illi propter impietatem uel suam uel patrum suorum & opera terrena filij hominum nuncupantur. Cum esset ergo inter ipsos usq; ad illud tempus hæc utilis bonaq; diuisio, uidētes post hęc filij Seth, qui filij Dei erant, filias eorum qui de Cayn progenie nascebantur, desiderio pulchritudinis earum accensi, acceperunt sibimet de ipsis uxores, quæ uiris suis infundentes nequitias patrum suorum, ab illa eos ingenita sanctitate ac simplicitate paterna protinus corruperunt. Ad quos satis congruè directum est illud eloquium: Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Qui que ab illa uera Phisicæ philosophiæ disciplina tradita sibi à maioribus exciderunt, quam primus homo ille, qui uniuersarum naturarum institutionem euestigio subsecutus est, potuit euidenter attingere, suisque posteris certa ratione transmittere. Quippe qui mundi ipsius infantiam adhuc teneram, & quodammodo palpitantem rudemque conspexerat, & in quem tanta est non solum sapientiæ plenitudo, sed etiam gratia prophetiæ, diuina illa insufflatione transfusa, ut uniuersis animantibus nomina rudis adhuc mundi huius habitator imponeret, ac non solum omnigenum bestiarum atque serpentium furores uirûsque discerneret, sed etiam uirtutes herbarum, arborum quoque lapidumq; naturas ac temporum necdum expertorum uicissitudines partiretur. ita poterat efficaciter dicere: Dominus dedit mihi bonorum horum quæ sunt scientiam uerā, ut sciam dispositiones orbis terrarum, & uirtutes elementorum, initium & consummationem & medietatem temporum, annorum cursus & stellarum dispositiònes, uim spirituum, & cogitationes hominū, differentias arborum & uirtutes radicū, & quæ sunt abscondita & improuisa cognoui. Hanc ergo scientiam omnium naturarum per successiones generationum semen Seth paterna traditione suscipiens, donec diuisum à sacrilega propagine perdurauit, quemadmodum sanctè perceperat, ita etiam uel ad Dei cultum uel ad utilitatem uitæ communis exercuit. Cum uerò fuisset impiæ generationi permixtum, ad res ꝓphanas ac noxias quæ piè didicerat instinctu quidem dæmonum deriuauit, curiosasq; ex ea maleficiorum artes atq; præstigias ac magicas superstitiones audacter instituit, docens posteros suos ut sacra illa cultura diuini nominis derelicta uel elementa hæc, uel ignem, uel aëreos dæmones uenerarentur & colerent. Hæc igitur quam diximus curiosarum rerum notitia quomodo diluuio non perierit, ac superuenientibus seculis innotuerit, licet hoc minimè absolutio propositę quęstionis exposcat, tamē quia nos occasio huius expositionis admonuit, perstringēdum breuiter puto. Quantū itaq; antiquæ traditiones ferunt, Cham filius Noe, qui superstitionibus istis & sacrilegis fuit artibus ac ꝓphanis infectus, sciens nullum se posse super his memorialē librum in arcā prorsus interre, in qua erat unà cum patre iusto ac sanctis fratribus ingressurus, sceleratas artes ac prophana commenta diuersorum metallorum laminis, quę scilicet aquarū non corrumperentur iniuria, & durissimis lapidibus insculpsit. Quę diluuio peracto eadem qua ille celauerat curiositate perquirens, sacrilegiorū ac perpetuę nequitię seminarium transmittit in posteros. Hac itaq; ratione illa opinio uulgi, qua credunt angelos uel ma-

leficia uel diuersas artes hominibus tradidisse, in ueritate cōpleta est. De illis ergo, quē-
admodum diximus, filijs Seth & filiabus Cayn nequiores filij procreati sunt, qui fuerūt
robustissimi uenatores, uiolentissimi ac truculentissimi uiri, qui pro enormitate corpo
rum uel crudelitatis ac malitiæ, gigantes nuncupati sunt. Hi nanq; fines inuadere ac ra-
pinas inter homines agere primi cœperunt, præda potius exigere uitam suam quàm su-
dore operis sui ac labore contenti. Et quorum usq; adeò scœlera supercreuerant, ut nisi
inundatione diluuij aliàs mundus expiari non posset. Ita ergo filijs Seth libidinis insti-
gatione transgressis illud mandatum quod ab exordio mundi huius naturali instinctu
diutissimè fuerat custoditum, necesse fuerat per literam legis postea reparari. Filiam tuā
non dabis filio eius uxorem, nec de filiabus eorum accipies filio tuo, quia seducent cor-
da uestra ut discedatis à Deo uestro & sequamini Deos earum ac seruiatis eis.

Obiectio quemadmodum generi Seth cum filiabus Cayn prophana commixtio ante inoterdictum legis potuerit imputari. Cap. XXII.

Germanus. Meritò potuisset illis ex hac præsumptione uel nouitate coniugij cri-
men transgressionis adscribi, si data fuisset illis ista præceptio. At cum reiunctio-
nis istius obseruantia nec dum aliqua fuisset constitutione præfixa, quemadmodum il-
lis permixtio generis ad noxam debuit imputari, quæ nullo fuerat interdicta mandato?
Lex enim non præterita solet crimina, sed futura damnare.

Responsio quòd naturali legi ab initio homines iudicio seu pœnæ fuerunt obnoxij. Cap. XXIII.

Serenus. Deus hominē creans omnem naturaliter ei scientiam legis inseruit, quæ si
fuisset ab homine secundum propositum domini ut cœperat, custodita, nō utiq; ne-
cessarium fuisset aliam dari, quę per literā postea promulgata est. Erat enim superfluum
extrinsecus offerri remedium, quod adhuc intrinsecus tenebatur insertū. Sed quia hoc
ut diximus, corrumpi cœpit libertate usuq; peccādi, uelut huius exactor & executor ac
uindex, & ut ipsis scripturę uerbis eloquar, adiutrix apposita est Mosaicę legis seuerissi-
ma diraq; districtio, ut uel metu pœnę pręsentis non penitus bonum scientię naturalis
extinguerent, secundum prophetę sententiam legem dans in adiutorium, quæ etiam se-
cundum Apostolum pędagogus uelut paruulis data fuisse describitur, erudiens scilicet
eos atq; custodiens, ne ab illa disciplina in qua naturaliter fuerant instituti quadā obli-
uione discederent. Nam quia sit homini omnis scientia legis ab initio creationis infusa:
hinc manifestè probatur, quòd mandata legis absq; literę lectione ante legem imò ante
diluuium omnes sanctos obseruasse cognoscimus. Quemadmodum enim scire potuit
Abel nec dum lege mandāte, quòd offerre Deo de primitiuis ouium suarū, & de adipe
ipsarū ad sacrificium debuisset, nisi per insitā sibi legē naturaliter fuisset edoctus? Quēad
modū Noe quod mundū uel quod immundū esset animal decreuisset, nondū hęc legali
distinguēte mādato, nisi scientia naturali fuisset instructus? Vnde Enoch didicit ambula
re cū Deo, nullā legis illuminationē ab aliquo cōsecutus? Vbi Sem & Iaphet legerāt tur
pitudinē patris sui nō reuelabis, ut incedētes retrorsum, patris uerēda uelarēt? Vnde mo
nitus Abraham deuictis hostibus nihil accipere de eorum spolijs acquiescit, ne retribu-
tionem laboris sui consequeretur, abstinuit: uel decimas sacerdoti Melchisedech quę Mo
saica lege præcipiuntur exsoluit? Vnde idem ipse Abraham, unde Loth, transeuntibus ac
peregrinis humanitatis iura & ablutionē pedum, nec dum euangelico choruscāte man
dato suppliciter obtulerunt? Vnde Iob tantā deuotionē fidei, tantam castimoniæ purita
tem, tantā humilitatis, māsuetudinis, misericordię, humanitatis scientiam cōsecutus est,
quantā nunc ne ab illis quidē quæ euangelia memoriter tenent uidemus impleri? Quē
sanctorū legimus ante legem ullum legis uiolasse mandatū? Quis illorum non custodi-
uit? Audi Israel dominus Deus tuus dominus unus est? Quis non impleuit illorū nō fa-
cies tibi sculptile neq; ullam similitudinē eorū quæ in cœlo sunt siue quæ in terra, uel eo
rum quæ sunt in aquis sub terra? Quis eorū nō obseruauit: honora patrē tuum & matrē
tuam: uel illa quæ in decalogo subsequuntur: non occides: non adulterabis: non facies
furtum: non falsum testimonium dices: non concupisces uxorem proximi tui, aliaq; his
multo maiora, quibus non solum legis, sed etiam euangelij præuenere mandata?

De co

De eo quòd iustè puniti sunt hi, qui ante diluuium peccauerunt Cap. XXIIII.

ITa ergo intelligimus ab initio Deum omnia creasse pfecta, nec fuisse q̃d ordinationi eius principali uelut improuidæ imperfectę necesse esset superinduci, uel quod ei addi post hęc oporteret, si in illo statu ac dispositione qua ab ipso creata sunt & uniuersa mansissent. Et idcirco in eos qui ante legẽ imò ante diluuium peccauerunt, iusto iudicio Deum animaduertisse probabimus, quia trãsgreßi naturalẽ legẽ, sine ulla meruerũt excusatione puniri Nec in illorũ incidemus blasphemias calumniamq́ꝫ qui ignorãtes hãc rationẽ derogãt Deo ueteris testamẽti, ac detrahẽtes nostræ fidei subsannãtesq́ꝫ dicunt. Quid ergo placuit Deo nostro, ut post tot annorũ millia legem uoluerit promulgare, tanta secula passus hominem sine lege trãsire? Quod si postea melius aliquid adinuenit, apparet eum in primordio mundi inferiora uel deteriora sapuisse, & post hæc uelut experimentis edoctũ, cœpisse rectiora prospicere, ac principales ordinationes suas in melius emendare. Quod immensæ pręscientiæ Dei penitus cõuenire non potest, nec sine ingenti blasphemia hæc de ipsa hæretica insania proferent, dicente Ecclesiaste: Cognoui quoniam omnia quę fecit Deus ab initio ipsa erunt in æternum. Super illa non erit q̃d addatur, & ab illis non est quod auferatur. Et idcirco iustis non est lex posita, iniustis autem & non subditis, impijs & peccatoribus, scœleratis & contaminatis. Illi nanq; habẽtes naturalis illius atq; insitæ legis sanam atq; integrã disciplinam, nequaq; lege hac extrinsecus adhibita literis descripta quæq́ꝫ in adiutorium illi naturali data est indigebant. Ex quibus apertißima ratione colligitur nec legem istam pręscriptã literis ab initio dari debuisse, erat enim hoc superfluũ fieri stante adhuc naturali lege & integra permanẽte, nec euangelicam perfectionem tradi ante legis potuisse custodiam. Non enim poterant audire, qui te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram: qui contenti non erãt talionis æqualitate iniurias proprias ulcisci, sed letales calces ac telorum uulnera pro alapa leuißima rependebant, & pro minimo dente percutientium animas expetebant. Sed nec dici poterat illis: diligite inimicos uestros, in quibus magnus fructus & utilitas ducebatur ut amicos suos diligerent, declinarent uerò inimicos, & solo ab eis odio desinerent, nec opprimere illos & interficere festinarent.

De diabolo quod dicitur in euangelio quomodo intelligendũ sit: quia mẽdax est & pater eius. Cap. XXV.

ILlud uerò quod uos de diabolo mouerat, quia mendax est & pater eius, quod uidelicet tam ipse quàm pater suus mendax pronunciari uideatur à domino, satis absurdũ est hoc uel leuiter opinari. Vt enim paulo antè diximus, spiritus spiritum non generat, sicut nec animam quidem potest anima procreare, licet concretionem carnis non dubitemus humano semine coalescere, ita de utraq; substantia, id est, carnis & animæ Apostolo pronũciante, & quæ quo authore procedat manifestius explanante. Deinde patres, inquit, carnis nostræ habuimus eruditores & reuerebamur, non multo magis subijciemur patri spirituũ & uiuemus? Quid hac diuisione clarius potuit definire, ut carnis quidem nostræ patres homines pronunciaret, animarum uero Deum solum esse patrẽ constanter exprimeret? Quod quia & in ipsa corporis huius concretione ministerium tantummodo homini sit ascribendum, summa uerò conditionis Deo omnium creatori, dicente Dauid: Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me. Et beatus Iob: Non'ne sicut lac, inquit, mulsisti me, & coagulasti me ut caseum, ossibus & neruis inseruisti me? Et dominus ad Hieremiam: Priusquam te formarẽ in utero noui te. Ecclesiastes uerò utriusq; substantiæ naturam atq; originem, examinatione ortus atq; initij ex quo uidelicet unaquæq; processit, & consideratione finis ad quem unaquæq; cõtendit, satis euidenter ac propriè colligens pariterq; de corporis huius atq; animæ separatione disputans ita deseruit Priusquam conuertatur puluis in terram sicut fuit, & spiritus reuertatur ad Deum qui dedit eum. Quid apertius potuit dicere, quàm ut materiam carnis quam puluerem nominauit, quia de hominis semine sumit exordium, eiusq; uidetur ministerio seminari, uelut è terra sumptam iterum reuerti pronunciaret ad terram, spiritum uerò qui non per commixtionem sexus utriusq; procreatur, sed specialiter à Deo solo tribuitur, ad authorem suum redire signaret? Quod etiam per illam Dei insufflationem qua Adam primitus animauit, euidenter exprimitur. Quibus testimonijs manifestè colligimus, patrẽ

spirituum neminem dici posse nisi Deum solũ, qui eos ex nihilo cum uoluerit facit subsistere, homines uerò carnis patres tãtummodo nominari. Itaq; & diabolus secundum hoc quod uel spiritus uel angelus bonus creatus est, patrẽ neminem habuit nisi Deum conditorem suum. Qui cum superbia fuisset elatus, & dixisset in corde suo, ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo, factus est mendax, & in ueritate non stetit, sed de proprio nequitiæ thesauro mendacium proferens, nõ solũ mendax, sed etiam pater ipsius mendacij factus est, quo deitatem homini repromittẽs ac dicens: eritis sicut dij, in ueritate non stetit, sed ab initio factus est homicida, uel Adam mortalem faciens, uel Abel instigatione sua per manum fratris interimens. Sed iam disputationem nostrã duarum ferme noctium lucubratione confectam diei tertij subsequens aurora cõcludit, ac de profundissimo quæstionum pelago nauiculam collationis huius ad tutissimũ silẽtij portum compendio nostrę rusticitatis attraxit. In quod nos quidem profundum quãto interius flatus diuini spiritus introduxit, tanto diffusior pręcedens oculorum aciem semper aperietur immensitas, ac secundum sententiam Salomonis, longius fiet à nobis magis quàm erat, & alta profunditas quis inueniet eam? Quamobrem dominũ deprecemur ut in nobis uel timor eius uel charitas quę cadere nescit, immobilis perseueret, q̃ nos & sapientes prudentesq; poterit cõseruare, & à diaboli telis protegere & custodire semper illęsos. His etenim custodibus impossibile est quempiam laqueos eius incurrere. Inter perfectos autem & imperfectos ista distantia est, quod in illis quidem fixa (& ut ita dixerim) maturior charitas tenacius perseuerans firmius eos custodit ac facilius facit in sanctitate durare, in illis uerò uelut infirmius collocata, ac facilius refrigescens, citius facit eos peccatorũ laqueis ac sępius implicari. Quib. auditis ita sermonib. eius accẽsi sumus, ut cũ maiore sitis ardore ad nostrã cellã reuerteremur, quàm ad ipsius ueneramus.

Collationis secundæ abbatis Sereni finis.

COLLATIO PRIMA ABBATIS YSAAC DE ORATIONE.

Caput primum.

DE perpetua orationis atq; incessabili iugitate, quod in secundo institutionum libro promissum est, collationes senis huius, quem nunc in medium proferimus, id est abbatis Ysaac, domino fauẽte complebunt. Quibus explicatis, & pręceptis beatissimæ memoriæ Papę Castoris, & desiderio uestro, ô beatissime Papa Leonti, & sancte frater Elladi satisfecisse me credo, uoluminis amplitudine primitus excusata, quæ studentibus nobis non solum sermone succincto narrãda perstringere, sed etiam plurima silentio præterire, in maiorem modũ q̃ disposueramus extẽsa est. Pręmissa nãq; super diuersis institutis disputatione copiosa quã nos studio breuitatis resecare maluimus, hæc ad extremum. B. Ysaac intulit uerba.

Verba abbatis Ysaac super orationis qualitate. Cap. II.

OMnis monachi finis cordisq; perfectio ad iugẽ atq; indiruptã orationis perseuerantiã tendit, & quantũ humanę fragilitati conceditř ad immobilẽ trãquillitatem mẽtis ac perfectã nitiť puritatẽ. Ob quã possidendã omnẽ tã laborẽ corporis quã contritionẽ spiritus indefesse quęrimus & iugiter exercemus, & est inter alterutrũ recipꝛoca quędam inseparabilisq; cõiunctio inuicẽ sibi mutua ratione cõnexa. Nã sicut ad orationis perfectionẽ omniũ tẽdit structura uirtutũ, ita nisi huius culmine hęc omnia fuerint colligata atq; cõpacta, nullo modo firma poterũt uel stabilia perdurare. Quẽadmodũ sine illius acquiri uel cõsummari nõ potest hęc de qua loquimur perpetua orationis iugisq; trãquillitas, ita ne illæ quidem uirtutes quę hanc præstruunt absq; huius possunt assiduitate compleri. Et ideo nec rectè tractare de orationis affectu, nec ad eius principalem finem qui uniuersarũ uirtutum molitione perficitur, subitanea disputatione poterimus intrare nisi prius uniuersa quæ illius obtentu uel abscidenda sunt uel paranda per ordinem dinumerata fuerint atq; discussa, & secundum euangelicę parabolę disciplinam ea quæ ad

quæ ad spiritalis ac sublimissimę illius extructionem pertinent turris supputata fuerint ac diligenter ante congesta. Quæ tamen nec proderunt præparata nec rectè superponi sibimet excelsa culmina perfectionis admittent, quia nec superposita poterunt molem tantæ celsitudinis sustinere, nisi prius ut cōmuni usus uerbo proprius aliquid exprimā, diligenter egesto prius omni repurgio uitiorum & effossis succiduis mortuisq; ruderibus passionum uiuæ (ut aiunt) ac solidæ terræ pectoris nostri, imò illi euangelicæ petræ in sublime scāsura superiecta fuerint simplicitatis & humilitatis firmissima fundamēta, quibus hęc turris spiritualium uirtutum molitionibus extruenda & immobiliter ualeat stabiliri, & ad summa cœlorum fastigia confidentia propriæ firmitatis attolli. Fundamētis etenim talib. innitentē, quāuis passionū imbres largissimi profundant, quāuis ei persecutionū uiolēti torrētes instar arietis illidātur, quāuis irruat & incūbat aduersariorū spirituū sęua tēpestas, non solū ruina nō diruet, sed nec ipsa aliquatenus uexabit impulsio.

Quemadmodum paratur pura & sincera oratio. Cap. III.

ET idcirco ut eo feruore ac puritate qua debet, emitti posit oratio, hæc sunt omnimodis obseruanda. Primum sollicitudo rerū carnalium generaliter abscidenda est, deinde nullius negocij causæ'ue non solum cura sed ne memoria quidē penitus admittenda, detractationes uaniloquia seu multiloquia scurrilitates quoq; similiter amputādæ, iræ prę omnibus siue tristitiæ perturbatio funditus eruenda, concupiscentiæ carnalis ad Philargyriæ noxius fomes radicitus euellendus, & ita his ac similibus uitijs extrusis penitus & abscisis quæ hominum quoq; possunt patere ac notari cōspectibus, taliq; ut diximus, repurgij emundatione præmissa quę simplicitatis & innocētię puritate perficitur iacienda sunt primum profundæ humilitatis inconcussa fundamina, quę scilicet turrem pulsaturam cœlos ualeant sustinere, deinde superponenda uirtutū spiritalis extructio, & ab omni discursu atq; euagatione lubrica animus inhibendus, ut ita paulatim ad contemplationem Dei ac spiritalis intuitus incipiat sublimari. Quicquid enim ante orationis horam anima nostra cōceperit, necesse est ut orantibus nobis per ingestionē recordationis occurrat. Quamobrem quales orantes uolumus inueniri, tales nos ante orationis tēpus pręparare debemus. Ex pręcedenti enim statu mens atq; animus in supplicatione formatur, eorundemq; actuum precumbentibus nobis ad precem, uerborū quoq; uel sensuum ante oculos imago pręludens, aut irasci nos secundum præcedentē qualitatem faciet, aut tristari, aut concupiscentias causas'ue pręteritas retractare, aut risu fatuo, quod etiam pudet dicere, cuiusquā scurrilis dicti uel facti titillatione pulsari, aut ad priores faciet uolitare discursus. Et idcirco quicquid orantibus nobis nolumus ut irrepat ante orationem de abditis nostri pectoris extrudere festinemus, ut illud Apostoli possimus implere: Sine intermissione orate, & in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Aliàs nanq; mandatum istud perficere non ualebimus, nisi mēs nostra ab omni uitiorum purificata contagio, uirtutibus tantum uelut naturalibus bonis dedita, iugi omnipotentis Dei contemplatione pascatur.

De mobilitate animæ plumæ uel pennulæ comparatæ. Cap. IIII.

VT enim qualitas animę non ineptæ, subtilissimę plumę seu pennæ leuissimę comparatur, quæ si humoris cuiuspiam extrinsecus accidētis corruptione uitiata non fuerit, uel infusa mobilitate substantiæ suę tenuissimi spiritus adiumento, uelut naturaliter ad sublimia cœlestiaque sustollitur. Si uerò humoris cuiusquam aspergine uel infusione fuerit prægrauata, non modò in nullos aëreos uolatus naturali mobilitate raptabitur, sed etiam ad ima terrę concepti humoris pondere deprimetur. Ita mens quoq; nostra si accedentibus uitijs curis'que mundanis aggrauata non fuerit, noxię'ue libidinis humore corrupta, uelut naturali puritatis suę beneficio subleuata, leuissimo spiritalis meditationis afflatu sublimabitur ad superna, & humilia deserens atque terrena ad cœlestia & inuisibilia trāsferetur. Vnde propriè satis præceptis dominicis admonemur: Videte nequādo grauenī corda uestra in crapula & ebrietate & curis secularib. Et idcirco si uolumus orationes nostras non solū cœlos sed etiam quę super cœlos sunt

netrare, curemus mentem ab omnibus terrenis uitijs expurgatam cunctisq; emundatã fecibus paßionum ad sublimitatẽ perducere naturalem, ut ita ad Deum uel ipsa uel oratio eius nullo uitiorum pondere prægrauata ultra cœlorum fastigia posit ascendere.

De causis quibus mens nostra aggrauatur.. Cap V.

NOtandum tamen quibus ex causis grauari mentem dominus designauerit. Non enim adulteria, non fornicationes, non homicidia, non blasphemias, nõ rapinas, quæ mortalia esse & damnabilia nullus ignorat, sed crapulam posuit & ebrietatẽ & curas siue sollicitudines seculares. Quę intantum nemo hominum mundi huius cauet aut damnabilia iudicat, ut etiam nonnulli, quod pudet dicere, semetipsos monachos nuncupantes ijsdem ipsis distentionibus uelut innoxijs & utilibus implicentur. Quę tria licet secundum literam perpetrata quod carnalem faciant & aggrauẽt animã, atq; à Deo separent ac deprimant ad terrena, dubitare non possumus, esset tamen eorum facilis declinatio si hucusq; pertingeret istius præcepti necesitas, & maximè nobis qui tam longa remotione ab omni actuali huius cõuersatione disiungimur, & istis uisibilibus curis atq; ebrietatibus & crapulis penitus nulla occasione miscemur. Verũ est alia quoq; crapula nõ minus noxia & ebrietas spiritalis difficilius euitanda, cura quoq; ac sollicitudo secularis quæ nos etiam post omnium facultatũ nostrarũ perfectam renunciantionẽ & uini epularumq; continentiam cunctarum, equidem in solitudine constitutos frequenter inuoluũt, de quibus propheta: Expergescimini, inquit, qui estis ebrij & non à uino. Alius quoq;: Obstupescite & admiramini, fluctuate & uacillate, inebriamini & nõ à uino, mouemini & non ab ebrietate. Cuius ebrietatis & crapulæ uinum consequenter necesse est ut secundũ prophetam furor draconum sit. Ipsumq; uinũ de qua radice procedat aduerte. Ex uinea enim Sodomorum uitis eorum, & sarmẽtum eorũ ex Gomorra. Vis etiam fructum uitis istius atq; sarmenti germẽ agnoscere? Vua eorum uua fellis, botrus amaritudinis in ipsis. Quę omnia nisi fuerimus cũctis uitijs expurgati, & ab omniũ paßionum crapula sobrij, abiq; usu & ebrietate uini epularumq; delitijs & affluentia erit cor nostrum ebrietate & crapula magis noxia prægrauatum. Nam quia seculares curæ etiam in nos qui nullis actibus mundi istius admiscemur, cadere nonnunquam posint, manifesta ratione monstratur secundum regulam seniorum, qui quicquid necesitatem uictus quotidiani & ineuitabilem usum carnis excedit, ad secularem definierunt curam & sollicitudinem pertinere, ut uerbi gratia, si cum posit operatio unius solidi necesitatem nostri corporis expedire, ad duorum uel trium solidorum acquisitione nosmetipsos propensiore uelimus opere ac labore distendere, & cum duarum uelamen sufficiat tunicarũ ad usum scilicet noctis ac diei, trium uel quatuor fieri ꝓcuremus dñi, cũq; unius siue duarũ habitatio sufficiat cellarũ ambitione seculari atq; amplitudine delectati quatuor seu quinq; cellas, & has easdẽ exquisito ornatu, & capaciores quàm usus desiderat extruamus, paßionem libidinis mundialis in quibus posimus præferentes.

De uisione cuiusdam senis, quam super fratris inquieta operatione prospexit. Cap. VI.

QVod non sine instinctu dæmonum fieri manifestißima nos experimenta docuerunt. Nam quidam probatißimus seniorum cum transiret iuxta cellã fratris cuiusdam, hac animi, quã diximus, ægritudine laborãtis, utpote qui in extruẽdis reparadisq; superfluis inquietus quotidianis distentionibus desudaret: & eminus cõspexisset eum graui malleo saxum durißimum conterentem, uidisset'q; Aethiopem quendam astantem illi, & unà cum eodem ictus mallei iunctis consertisq; manibus illidentem, eumq; ad operis illius instantiam ignitis facibus instigãtem, diutißimè substitit, uel impreßionem dirißimi dæmonis, uel fraudem tantæ illusionis admirans. Cum enim nimia laßitudine fatigatus frater, requiescere iam iamq; finẽ operi uoluisset imponere, instigatione spiritus illius animatus iterum resumere malleum, nec desinere ab intentione cœpti operis urgebatur, ita ut ijsdem eius incitamentis infatigabiliter sustentatus tanti laboris non sentiret iniuriam. Tandem igitur senex tam dira dæmonis ludificatione permotus, ad cellam fratris diuertit, salutãsq; eum: quid, inquit, est frater istud opus quod agis? At ille: Laboramus, ait, contra istud durißimum saxum, uixq; illud potuimus aliquando

conterere

conterere. Ad hæc senex: Benè dixisti, uix potuimus. Non enim solus eras cum illud cæderes, sed fuit alius tecum, quem non uidisti, qui tibi in hoc opere non tam adiutor quã uiolentissimus impulsor astabat. Et idcirco morbum ambitus secularis nostris mentib9 non inesse, non utiq; eorum tantum negociorum abstinentia comprobabit, quæ etiam si uelimus expetere uel explere, non possumus, neq; illarum rerum despectus quas si affectauerimus tã apud spiritales uiros q̃ apud seculi homines notabiles prima frõte reddemur, sed cum etiam illa quæ nostræ suppetunt potestati & honestate quadam uident̃ obnubi, nec apud cunctos homines ex aperto reprehensibiles faciunt, rigida mentis districtione respuimus. Et reuera non minus hæc quæ parua uidentur & minima quæq; ab his qui nostræ professionis sunt cernimus indifferenter admitti, pro qualitate sua aggrauant monachi mentem, quàm illa maiora quæ secundum suum statum seu comparationem secularium sensus inebriare consueuerunt, non sinentes, deposita fece terrena, ad Deum, in quo semper defixa esse debet intẽtio, monachum respirare, cui ab illo summo bono uel parua separatio, mors præsens ac perniciosissimus interitus est credẽdus. Cumq; mens tali fuerit tranquillitate fundata uel ab omnium carnalium passionũ nexibus absoluta, & illi uni summoq; bono tenacissima adhæserit cordis intentio, Apostoli cum illud implebit: Sine intermissione orate, & in omni loco leuantes puras manus, sine ira & deceptione. Hac enim puritate, si dici potest, sensu mentis absorpto, ac de terreno situ ad spiritalem atq; angelicam similitudinem reformato, quicquid in se receperit, quicquid tractauerit, quicquid egerit purissima ac sincerissima erit oratio.

Interrogatio de eo quòd maioris difficultatis sit custodire cogitatinnes bonas, quàm parare. Cap. VII.

GErmanus. Vtinam simili modo atq; eadem facilitate qua semina spiritalium cogitationum plerunq; concipimus, etiam perpetuitatẽ earum possidere possimus. Cum enim fuerint siue per memoriam scripturarum, seu per recordationem spiritalium quorumq; actuum, uel certè per intuitum sacramentorum cœlestium nostro corde conceptæ, insensibili quadam fuga dilapsæ à nobis quantotius euanescunt atq; depereunt. Cumq; alias quaslibet occasiones spiritalium sensuum mens nostra reppererit, rursus alijs casualiter irrepentibus, ipsæ quoq; quę apprehensę fuerant lubrica uolubilitate diffugiunt, ita ut nullam constantiam sui retinens animus, nec potestate propria sanctarũ cogitationum possidens firmitatem, etiam tunc cum eas uidetur utcunq; retinere, fortuitu illas, & non de industria cõcepisse credatur. Quomodo enim ortus earum nostro arbitrio putabitur adscribendus, quarum perseuerantia non consistit in nobis? Sed ne fortè sub huius quæstionis indagine à cœpto narrationis ordine longius euagantes expositionem propositam super orationis statu diutius retardemus, de qua principaliter sitimus institui, suo hanc tempori reseruantes, de qualitate orationis instantissimæ quæ sumus informari, pręsertim cum nullo tẽpore nos ab ea cessare beatus Apostolus moneat dicens: Sine intermissione orate. Et ideo primum de qualitate eius desideramus institui, id est, qualis debeat emitti semper oratio: deinde qualiter hanc eandem quęcunque est possidere uel exercere sine intermissione possimus. Non enim parua cordis intentione eam perfici posse, & experientia quotidiana, & prosecutio tuę sanctitatis ostendit, qua finem monachi ac totius perfectionis culmen in orationis consummatione consistere diffinisti.

Responsio de diuersis orationum qualitatibus. Cap VIII.

YSaac. Vniuersas orationum species absque ingenti cordis atque animi puritate & illuminatione sancti spiritus arbitror comprehendi non posse. Tot enim sunt quot in anima una immò in cunctis animabus status queunt qualitatésque generari. Et ideo licet sciamus nos pro hebetudine cordis nostri uniuersas orationum species non posse perspicere, tamen inquantum mediocritas experientię nostrę assequi pręualuerit digerere eas utcunque tentabimus. Secundum mensuram nanque puritatis in qua mẽs unaquæq; proficit, & qualitatem status in quo uel ex accidentibus inclinatur

uel per

uel per suam renouatur industriam, ipsæ quoque momentis singulis reformantur, & idcirco uniformes orationes emitti semper à nemine posse certissimum est. Aliter enim quisque supplicat cum alacer est, aliter cum tristitiæ seu desperationis pondere prægrauatur, aliter cum spiritalibus successibus uiget, aliter cum impugnationum mole deprimitur, aliter cum ueniam peccatorum, aliter cum acquisitionem gratiæ seu cuiuslibet uirtutis exposcit, uel certè extinctionem cuiuslibet uitij deprecatur, aliter cum consideratione gehennę ac futuri iudicij timore compungitur, aliter cum spe futurorum bonorum desiderioque inflammatur, aliter cum in necessitatibus ac periculis, aliter cum in securitate ac tranquillitate uersatur, aliter cum sacramentorum cœlestium reuelationibus illustratur, aliter cum sterilitate uirtutum ac sensuum ariditate constringitur.

De quadripartita orationum specie. Cap. IX.

ET idcirco his super orationum qualitate digestis, licet non quãtum exposcit materiæ magnitudo, sed quantũ uel tẽporis admittit angustia, uel certè capere tenuitas ingenij nostri et cordis ꝓualet hebetudo, maior nobis nunc imminet difficultas, ut ipsas singillatim orationũ species exponamus, quas Apostolus quadripartira ratione distinxit, ita dicẽs: Deprecor itaque primo omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones. Quę nõ inaniter ab Apostolo ita fuisse diuisa minimè dubitãdũ est. Et primitus indagãdũ quid obsecratione, quid oratione, quid postulatione, quid gratiarũ actione signetur: deinde perquirendũ, utrũ hę species ab orãte sint pariter assumẽdæ, id est, ut omnes simul in unaquaque supplicatione iungãtur: an uicissim singillatimque sint offerẽdæ, utputa nunc quidẽ obsecrationes, nunc uerò orationes, nũc autẽ postulationes seu gratiarũ actiones oporteat promi, an certè alius quidẽ obsecrationes, alius uerò orationes, alius autẽ postulationes, alius gratiarũ actiones Deo debeat exhibere secundũ mensurã scilicet ætatis suæ, in qua unaquęque mẽs per intẽtionis proficiat industriam.

De ordine specierum quæ super orationis qualitate ponuntur. Cap. X.

ET idcirco primum proprietates ipsæ sunt nominũ uerborumque tractandæ ac discutiendum, quid inter orationẽ & obsecrationem ac postulationẽ intersit. Deinde similiter perscrutandum utrum singillatim sint an pariter exhibendæ. Tertio indagandũ, utrum etiam ipse ordo qui ita est Apostostoli autoritate dispositus, aliquid amplius instruat auditorem, an simpliciter accipienda sit ista distinctio, & indifferenter putanda sit ab illo taliter fuisse digesta, quod mihi satis uidetur absurdum. Non enim credendũ est aliquid transitoriè ac sine ratione spiritum sanctum per Apostolum protulisse. Et idcirco eodem quo cœpimus ordine, prout dominus donauerit, singula retractemus.

De obsecratione. Cap. XI.

DEprecor itaque primo omnium fieri obsecrationes. Obsecratio est imploratio seu petitio pro peccatis, qua uel pro præsentib. uel pro præteritis admissis suis unusquisque compunctus ueniam deprecatur.

De oratione. Cap. XII.

ORationes sunt quibus aliquid offerimus seu uouemus Deo. Vnde legitur: Vota mea domino reddam. Quod secũdum proprietatem uerbi ita exprimi potest: orationes meas dño reddã. Et illud quod legimus in Ecclesiaste: Si uoueris uotũ deo nemoram feceris, redde illud, id est: Si oraueris orationẽ domino, ne moram feceris reddere illam. Quod ita ab unoquoque nostrũ implebitur. Oramus cũ renunciantes huic mundo spõdemus nos mortificatos cunctis actibus & cõuersationi mũdanę tota cordis intẽtione dño seruituros. Oramus cũ ꝓmittimus seculari onere cõtẽpto ac terrenis opib. spretis in oĩ cõtritione cordis ac paupertate spiritus nos dño cohęsuros. Oramus cũ pollicemur nos purissimã corporis castitatẽ seu ĩmobilẽ patiẽtiã exhibituros esse ꝑpetuo, uel cũ de corde nostro radices irę siuę tristitiæ mortẽ operãtis uouemus funditus eruẽdas, quæ cũ desidia resoluti, atque ad antiqua uitia recurrentes, minimè fecerimus, erimus orationum nostrarum ac uotorum rei, diciturque de nobis: Melius est non uouere, quã uouere & nõ reddere. Quod secundũ græcũ dici potest: melius est non orare quam orare & nõ reddere.

De postulatione. Cap. XIII.

TErtio loco ponũtur postulationes, quas pro alijs quoq; dum sumus in feruore spiritus constituti, solemus emittere, uel pro charis scilicet nostris, uel pro totius mundi pace poscentes, & ut ipsius Apostoli uerbis eloquar, cum pro omnibus hominibus pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt supplicamus.

De gratiarum actione. Cap XIIII.

QVarto deinde loco gratiarum actiones ponuntur, quas mens uel cum præterita Dei recolit beneficia uel cum præsentia contemplatur, seu cum in futurum quæ & quãta pręparauerit Deus his qui diligũt eum prospicit, per ineffabiles excessus Deo refert. Qua etiam intentione nonnunquam preces uberiores emitti solent, dum illa quę reposita sunt in futuro sanctorum præmia purissimis oculis intuendo, ineffabiles Deo gratias cum immenso gaudio spiritus noster instigatur effundere.

Vtrum quatuor orationum species simul & omnibus, an singillatim & uicissim unicuiq; sint necessaria. Cap. XV.

EX quibus quatuor speciebus licet nõnunquam soleant occasiones supplicationũ pinguium generari, nam & de obsecrationis specie, quę de compũctione nascitur peccatorum, & de orationis statu quę de fiducia oblationum & consummatione uotorum pro cõscientiæ profluit puritate, & de postulatione quę de charitatis ardore procedit, & de gratiarũ actione quę de beneficiorum Dei & magnitudinis ac pietatis eius cõsideratione generatur, feruẽtissimas sæpissimè nouimus preces ignitasq; prodire, ita ut constet omnes has quas prędiximus species, omnibus hominib. utiles ac necessarias inueniri, ut in uno eodemq; uiro nunc quidem obsecrationum, nunc autẽ orationũ, nunc postulationum puras ac feruentissimas supplicationes uariatus emittat affectus, tamẽ prima ad incipientes uidetur peculiarius pertinere, qui adhuc uitiorum suorum aculeis ac memoria remordentur. Secũda ad illos qui in profectu iam spiritali appetitumq; uirtutum quadam mentis sublimitate cõsistunt. Tertia ad eos qui perfectionem uotorum suorũ operibus adimplentes intercedere pro alijs quoq; consideratione fragilitatis eorum & charitatis studio prouocantur. Quarta ad illos qui iam penalis conscientię spina de cordibus euulsa, securi iam munificentias domini ac miserationes quas uel in prȩterito tribuit uel in præsenti largitur uel pręparat in futuro, mẽte purissima retractãtes ad illam ignitam, & quę ore hominum comprehendi nec exprimi potest, orationem feruẽtissimo corde raptantur. Nonnunquam tamen mens quæ in illum uerum puritatis proficit affectũ, atq; in eo iã cœperit radicari, solet hęc omnia simul pariterq; concipiẽs atq; in modũ cuiusdam incomprehensibilis ac rapacissimę flãmę cuncta peruolitans ineffabiles ad Deum preces purissimi uigoris effundere, quas ipse spiritus interpellans gemitibus inenarrabilibus ignorantib. nobis emittit ad Deum, tãta scilicet in illius horę momento concipiens, & ineffabiliter in supplicatione profundens, quanta non dicam ore percurrere, sed ne ipsa quidem mente ualeat alio tempore recordari. Et inde est quod in qualibet mẽsura quis positus nõnunq; puras intẽtasq; preces inuenit emittere, quia & de illo primo & humili ordine q est sup recordatione futuri iudicij, is q adhuc sub terroris pœna ac metu examinis cõstitutus est, ita ad horã cõpũgit, ut nõ minore spiritus alacritate de obsecrationis pinguedine repleat, q; ille q per puritatẽ cordis sui munificẽtias Dei perlustrans atq; percurrens, ineffabili gaudio lętitiaq; resoluitur, incipit enim secundum sententiam domini plus diligere, quia sibimet ampliora cognoscit indulta.

Ad quas orationum species nosmetipsos tendere ualeamus: Cap XVI.

TAmen expetendæ sunt nobis per profectum uitæ cõsummationemq; uirtutũ illæ potius supplicationum species quæ uel de contemplatione futurorum bonorum uel de charitatis ardore funduntur, seu certè, ut humilius & secundum incipientium mẽsurã loquar, pro acqsitione quarumq; uirtutũ seu uitij cuiuslibet extinctione generãtur. Aliter.n. ad illa sublimiora quę pdiximus supplicationũ genera puenire nullatenus poterimus nisi p ordinẽ postulationũ istarũ sensim mẽs nostra fuerit gradatimq; prouecta.

De quatuor

De quatuor supplicationum generibus à Domino initiatis. Cap. XVII.

HAs quatuor supplicationum species ita etiam Dominus exemplo suo nobis initiare dignatus est, ut in hoc quoque impleret illud quod de ipso dicitur: Quæ cœpit Iesus facere & docere. Nam obsecrationis genus assumit cum dicit: Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Vel illud quod ex persona eius cantatur in psalmis: Deus deus meus respice in me quare me dereliqsti: aliaque his similia. Oratio est cũ dicit: Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem. Siue illud: & pro eis sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Postulatio est cum dicit: Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum, ut uideant gloriam meam quam dedisti mihi. Vel certè cum dicit: Pater ignosce eis, nõ enim sciunt quid faciunt. Gratiarum actio est cum dicit Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis: ita pater, quia sic fuit placitum ante te. Vel certè cum dicit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper me audis. Quæ tamen quatuor supplicationum genera licet singillatim ac diuerso tempore secundum illum quem comprehẽdimus modum idem Dominus noster distinxerit offerenda, tamen etiam simul ea in supplicatione perfecta comprehendi posse identidem suis ostendit exemplis, per illam scilicet orationem quã ad finem euangelij secundũ Iohannem legimus eum copiosissimè profudisse. Ex cuius textu quia longũ est uniuersa percurrere, diligẽs inquisitor hæc ita esse lectionis ipsius serie poterit edoceri. Quem sensum Apostolus quoque in epistola ad Philippenses has quatuor supplicationum species aliquantum immutato ponens ordine, euidenter expressit, ostenditque debere eas nonnunquam simul sub ardore unius supplicationis offerri, ita dicens: Sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescãt apud Deum: per quod uoluit nos in hoc specialius erudire, quòd & in oratione & obsecratione gratiarum actio debeat cum postulatione misceri.

De oratione dominica. Cap. XVIII.

HAec itaque supplicationum genera sublimior adhuc status ac præcelsior subsequitur, qui contemplatione Dei solius & charitatis ardore formatur, per quem mẽs illius dilectione resoluta atque deiecta familiarissimè Deo, uelut patri proprio, peculiari pietate colloquitur. Quem statum debere nos diligenter expetere, formula Dominicę orationis instituit, dicens: Pater noster, qua uniuersitatis Deum ac dominũ patrem esse uoce propria confitentes, de conditione seruili in adoptionem filiorum nos profitemur accitos: adijcientes deinde, qui es in cœlis, ut commorationem uitæ præsentis qua in hac degimus terra, uelut peregrinam, atque à nostro patre nos longissimè separantem toto horrore uitãtes, ad illam potius regionem in qua patrem nostrum commorari fatemur summo desiderio properemus, nihilque admittamus eiusmodi, quod indignos nos hac nostra professione ac nobilitate tantæ adoptionis efficiens, & hæreditate paterna uelut degeneres priuet, & nostra nos faciat iustitiæ eius ac seueritatis incurrere. In quem filiorum ordinem graduque profecti, illa continuo quæ est in bonis filijs, pietate flagrabimus & affectu, ut iam non pro nostris utilitatibus, sed pro nostri patris gloria totum impendamus affectum, dicentes ei: Sanctificetur nomen tuum, nostrum desiderium, nostrum gaudium, gloriam nostri patris esse testantes, imitatores effecti illius qui dixit: Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quęrit, qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, hic uerax est: & iniustitia in eo non est. Denique uas electionis hoc repletus affectu, etiam anathema fieri optat à Christo, dummodo ei familia multiplex acquirat, & ad gloriam sui patris salus totius Israeliticæ plebis accrescat. Securus enim optat interire pro Christo, qui nouit neminem mori posse pro uita. Et iterum: Gaudemus, inquit, quando nos infirmi sumus, uos autem potentes estis. Et quid mirum, si uas electionis pro Christi gloria & fratrum suorum conuersione gentisque priuilegio anathema fieri optat à Christo. Cum Micheas quoque propheta uellet se mendacem fieri, & ab inspiratione sancti spiritus alienum, dummodo plagas illas & captiuitatis exitia quæ sua uaticinatione prædixerat, plebs Iudaicę nationis euadat: utinam, inquiens, non essem uir habẽs spiritum

spiritum & mendacium potius loquærer, ut prætermittamus illum legislatoris affectũ, qui cum fratribus suis etiam perituris non renuit interire, dicens: Obsecro domine peccauit populus iste peccatum magnum, aut dimitte eis hanc noxam aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti. Potest autem congrue satis illud quod dicitur, sanctificetur nomen tuum, etiam taliter accipi. Sanctificatio Dei nostra perfectio est. Itaq; dicentes ei, sanctificetur nomen tuum, alijs uerbis hoc dicimus. Tales nos facito pater ut sanctificationem tuam uel intelligere quanta sit uel capere mereamur, uel certe, ut in nostra conuersatione spiritalis actus appareat. Quòd tunc efficaciter impletur in nobis quando uident homines opera nostra bona, & glorificant patrem nostrum qui in cœlis est.

De eo quòd dicit adueniat regnum tuum. Cap. XIX.

SEcunda petitio mentis purissimæ aduenire iam iamq; regnum sui patris exoptat, uel istud scilicet quod quotidie Christus regnat in sanctis, quod ita fit cũ diaboli imperio per extinctionem fœtentium uitiorum de nostris cordibus pulso, Deus in nobis per uirtutum bonam fragrantiam cœperit dominari, & deuicta fornicatione castitas, superato furore tranquillitas, calcata superbia humilitas, in nostra mente regnauerit, uel certe illud quod præstituto tempore omnibus est perfectis ac Dei filijs generaliter repromissum in quo eis dicetur à Christo: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi, intentis illud quodãmodo obtutibus ac defixis desiderans & expectans dicensq; ad eum: Veniat regnum tuum. Nouit enim testimonio conscientiæ suæ, cum apparuerit, mox eius se futurum esse consortẽ. Hæc enim dicere uel optare criminosorũ nullus audebit, qui nec uidere tribunal iudicis uolet, quisquis sub aduentu eius non palmam nec prȩmia suis meritis, sed pœnam nouit protinus repensandam.

De eo quòd dicit fiat uoluntas tua. Cap. XX.

TErtia supplicatio filiorũ est, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Non potest esse iam maior oratio quàm optare ut terrena mereantur cœlestibus coæquari. Nã quid est aliud dicere: fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, quàm ut sint homines similes angelis, & sicut uoluntas Dei ab illis impletur in cœlo, ita etiã hi qui in terra sunt non suam sed eius uniuersi faciant uoluntatem? Hoc quoq; nemo ex affectu dicere præualebit nisi is solus qui Deum credit omnia quæ uidentur uel aduersa uel prospera pro nostris utilitatibus dispensare, magisq; eum pro suorum salute & commodis prouidum atq; sollicitum quàm nos ipsos esse pro nobis. Vel certe aliter accipiendum. Voluntas Dei salus omnium est, secundum illam beati Pauli sententiam, qui omnes homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. De qua etiam uoluntate Isaias propheta ex persona Dei patris. Et omnis, inquit, uoluntas mea fiet. Dicentes ergo ei: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, hoc eum alijs oramus uerbis, ut sicut hi qui in cœlo sunt, ita omnes qui in terra consistunt tua pater agnitione saluentur.

De pane supersubstantiali siue quotidiano. Cap. XXI.

DEinde panem nostrũ ἐπιούσιον id est superstantialem da nobis hodie. Quòd alius Euangelista quotidianum dixit. Illud nobilitatis ac substantiȩ eius significat qualitatem, qua scilicet super omnes substantias sit, atq; omnes creaturas sublimitas magnificentiæ eius ac sanctificationis excedat, hoc uero proprietatem usus ipsius atq; utilitatis expressit. Nam cum dicit quotidianum, ostendit quòd sine ipso nullo die spiritalem uitam capere ualeamus. Cum dicit hodie, ostendit eum quotidie esse sumendum & hesternam præbitionem eius non sufficere nisi nobis hodie quoq; similiter fuerit attributus, omniq; nos tempore hanc orationem debere profundere, indigentia eius quotidiana commoueat, quia non est dies quo non opus sit nobis huius esu ac perceptione cor interioris nostri hominis confirmare. Licet istud quod dicitur hodie & ad præsentem uitam possit intelligi, id est, dum in hoc seculo commoramur, præsta nobis hunc panem. Nouimus enim eum his qui meruerint à te & in futuro esse præstandũ, sed rogamus ut

VV eum

eum nobis hodie largiaris quia nisi eum percipere quis in hac uita meruerit, in alia eius particeps esse non poterit.

De eo quòd dicit dimitte nobis debita nostra, & reliqua. Cap. XXII.

ET dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O ineffabilis Dei clementia, quæ non solum nobis orationis tradidit formam, & acceptabilem sibi in nobis morum nostrorum instituit disciplinam, ac per necessitatem traditæ formulę qua se præcepit à nobis semper orari, irę pariter & tristitię euellit radices, sed etiam occasionem rogantibus tribuit, eisq; reserat uiam qua clemens ac pium præbent erga se Dei iudicium promulgari uel prodire, & quodammodo potestatem tribuit qua iudicis nostri possimus sententiam temperare, ad ueniam delictorum nostrorum exemplo eum nostræ remissionis coartantes, dum dicimus ei, & dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Itaq; securus huius orationis fiducia de suis admissis ueniã postulabit, quisquis remissus erga suos duntaxat non erga domini sui extiterit debitores. Solemus nonnulli quod est deterius erga illa quidem quæ admittuntur ad iniuriam Dei quamuis magnorum sint criminum, placidos nos & clementissimos exhibere, erga nostrarum uero uel paruissimarum offensionum debita exactores immites atq; inexorabiles inueniri. Quisquis igitur in se delinquenti fratri non ex corde dimiserit, non indulgentiã sed condemnationem deprecatione hac sibimet impetrabit, suaq; professione semetipsum poscet dirius iudicari, dicens, remitte mihi sicut & ego remisi. Quod cum illi secundũ suã petitionem fuerit repensatum, quid aliud subsequatur quàm ut exemplo suo implacabili ira & irremissa sententia puniatur? Ideoq; si clementer uolumus iudicari, nos quoq; erga illos qui in nos deliquerunt oportet esse clementes. Tantum enim remittetur nobis quantum nos remiserimus eis, qui nobis quacunq; malignitate nocuerunt. Quod formidantes nonnulli cum in ecclesia hæc oratio ab uniuersa plebe concinitur, hunc locum taciti prætermittunt, ne scilicet semetipsos obligare potius quàm excusare sua professione uideantur, non intelligentes quòd frustra cauillationes has iudici omniũ prætendere moliantur, qui quemadmodum iudicaturus sit supplicibus suis uoluit demonstrare. Dum enim erga eos non uult immitis atq; inexorabilis inueniri, formam sui iudicij designauit ut quemadmodum nos ab illo iudicari cupimus ita nostros fratres si quid in nobis deliquerint iudicemus, quia iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam.

De eo quòd dicit, & ne nos inducas in temptationem. Cap. XXIII.

DEinde sequitur, Et ne nos inducas in temptationem. De quo non minima nascitur quæstio. Si enim oramus, ne permittamur temptari, unde erit in nobis uirtus constantię comprobanda, secundum illam sententiã: Omnis uir qui non est temptatus non est probatus? Non ergo hoc sonat, ne inducat nos in temptationem, quasi non permittat nos aliquando temptari, sed ne permittat in temptatione positos superari. Temptatus est enim Iob, sed non est ductus in temptationem. Non enim dedit insipientiam Deo, nec ad illam ad quam trahebatur temptatoris uoluntatẽ, ore impio blasphemus intrauit. Temptatus est Abraam, temptatus est Ioseph, sed neuter illorum inductus est in temptationem, quia nullus eorum consensum præbuit temptatori. Deniq; sequitur: Sed libera nos à malo, id est, ne permittas nos à diabolo temptari supra id quod possumus, sed fac cum temptatione exitum ut sustinere possimus.

De eo quòd non debeant alia postulari quàm hæc tantum quæ orationis dominicæ modulo continentur. Cap. XXIIII.

VIdetis ergo qualis nobis ab ipso qui per illa exorandus est iudice orationis sit modulus & forma proposita, in qua nulla diuitiarum petitio, nulla memoria dignitatum, nulla potentatus ac fortitudinis postulatio, nulla corporeæ sanitatis seu temporalis uitæ mentio continetur. Nihil enim enim caducũ uult à se nihil uile temporale æternitatum conditor implorari. Itaq; magnificentiæ eius ac munificentię maximam irrogabit

bit iniuriam, quisquis his sempiternis petitionibus prętermissis transitorium aliquid & caducum ab eo maluerit postulare, & offensam potius quàm propitiationẽ iudicis sui uilitate orationis incurret.

De qualitate sublimioris orationis. Cap. XXV.

HAec igitur oratio licet omnem uideatur perfectionis plenitudinem continere, utpote ipsius domini authoritate uel initiata sit uel statuta, prouehit tamen domesticos suos ad illum præcelsiorem quem superius commemorauimus statum, eosq; ad illam igneam ac perpaucis cognitam uel expertam (immo ut proprius dixerim) ineffabilem orationem gradu eminentiore perducit, quæ omnem transcendens humanũ sensum, nullo non dicam sono uocis nec linguæ motu nec ulla uerborum pronunciatione distinguitur, sed quã mens infusione cœlestis illius luminis illustrata, non humanis atq; angustis designat eloquijs sed conglobatis sensibus uelut de fonte quodam copiosissimo effundit ubertim, atq; ineffabiliter eructat ad dominum, tanta promens in illo breuissimo temporis puncto, quãta nec eloqui facile, nec mens percurrere in semetipsam reuersa præualeat. Quem statum dominus quoq; inter illarum supplicationum formulas, quas uel solus in monte sedens uel tacitè fudisse describitur, similiter figurauit, cum in orationis agonia constitutus etiam guttas sanguinis inimitabili intentionis profudit exemplo.

De diuersis compunctionum causis. Cap. XXVI.

QVis uero possit diuersitates & causas ipsas atq; origines compunctionum quantalibet experientia præditus sufficienter exponere, quibus inflammata mens atque succensa ad orationes puras ac feruentissimas incitatur? Quarum pauca quantum potuerimus ad præsentis per illuminationem domini reminisci exempli gratia proponemus. Nonnunquàm etenim psalmi cuiuscunq; uersiculus occasionẽ orationis ignitæ decantantibus nobis præbuit, interdum canora fraternæ uocis modulatio ad intentam supplicationem stupentium animos excitauit. Nouimus quoq; distinctionem grauitatemq; psallentis, etiam à stantibus plurimum contulisse feruoris, necnon exhortatio uiri perfecti, & collatio spiritalis, frequenter ad uberrimas preces iacentium erexit affectum. Scimus etiam fratris seu chari cuiuslibet interitu non minus nos ad plenam compunctionem fuisse raptatos. Recordatio quoq; teporis ac negligentiæ nostrę nonnunquàm nobis salutarem spiritus inuexit ardorem. Atq; in hũc modum nulli dubium est occasiones innumeras non de esse quibus per Dei gratiam tepor ac somnolentia nostrarum mentium ualeat excitari.

De uarijs compunctionum qualitatibus. Cap. XXVII.

QVemadmodũ uero uel quibus modis istæ ipsæ compunctiones de intimis animæ conclauibus proferantur, non minoris difficultatis est indagare. Frequenter enim per ineffabile gaudiũ & alacritatem spiritus saluberrimæ compunctionis fructus emergit, ita ut etiam in clamores quosdam intolerabilis gaudij immensitate prorũpat, & celiam uicini iocunditas cordis & exultationis penetret magnitudo Nonnunquàm uerò tanto silentio mens inter secretum profundæ taciturnitatis absconditur, ut omnẽ penitus sonum uocis stupor subitæ illuminationis includat, omnesq; sensus attonitus spiritus uel contineat intrinsecus uel emittat, ac desideria sua gemitibus inenarrabilib. effundat ad Deum. Interdum uero tanta compunctionis abundantia ac dolore suppletur, ut alias eam digerere non lachrymarum euaporatione non possit.

Interrogatio de eo quòd non sit in nostra potestate profusio lachrymarum. Cap. XXIII.

GErmanus. Hunc quidem compunctionis affectũ ex parte aliqua mea quoq; exiguitas non ignorat. Frequenter enim recordatione delictorum meorum obortis lachrymis, ita sum hoc ineffabili, ut præfatus es, gaudio, uisitante domino uegetatus, ut desperare me illorum ueniam non debere, letitię ipsius magnitudo dictaret Quo statu nihil reor esse sublimius, si reparatio eius nostro subiaceret arbitrio. Nam nonnunq;

cupiens ad similem me lachrymarum compunctionem totis uiribus excitare, omnesque errores meos atque peccata ante oculos statuens ubertatem illam fletuum reuocare non possum, & ita oculi mei in modum cuiusdã durissimæ silicis prædurantur, ut nulla prorsus ex eis humoris gutta distillet, & ideo quantum michi in illa lachrymarum profusione congaudeo, tantum doleo quòd illam cum uoluero recuperare non ualeam.

Responsio de diuersitate compunctionum quæ per lachrymas digeruntur. Cap. XXIX.

Isaac. Non omnis lachrymarum profusio uno affectu uel uirtute depromitur. Aliter enim ille emanat fletus qui peccatorum spina cor nostrum compungente, de quo dicitur. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et iterum: Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & per noctem, & non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Aliter qui de contemplatione æternorum bonorum, & desiderio illius futuræ claritatis exoritur, per qua etiã uberiores lachrymarũ fontes de intolerantia gaudij & alacritatis immensitate prorumpunt, dum sitit anima nostra ad Deum fontem uiuum, dicens. Quando ueniam & apparebo ante conspectum Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cum eiulatu quotidie & lamentatione proclamans. Heu mihi quoniã incolatus meus prolongatus est, & multum incola fuit anima mea. Aliter profluunt lachrymæ quæ absque ulla quidem talium criminum conscientia, sed tamen de metu gehennæ & horribilis illius iudicij recordatione procedunt, cuius terrore propheta percussus orat ad Deũ: Non intres inquiens, in iudicio cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Est etiam aliud lachrymarum genus, quòd non pro sua conscientia, sed pro aliena duritia peccatisque generatur, quo Samuel Saulem, quo illam quoque Hierusalem uel in præteritis Hieremias uel in Euangelio dominus fleuisse describitur, ita dicens: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo in die & in nocte interfectos filiæ populi mei? Vel certe quales illæ sunt lachrymæ de quibus in psalmo centesimoprimo canitur. Quia cinerem sicut panem manducaui, & poculũ meum cum fletu miscebã. Quas certum est non illo affectu promi quo in sexto psalmo ex persona pœnitentis emergunt, sed pro anxietatibus uitæ huius atque angustijs & ærumnis, quibus iusti in hoc mundo positi deprimunt. Quòd etiam psalmi ipsius non solum textus, sed etiam titulus euidenter ostendit, qui ex persona pauperis illius de quo in Euangelio dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, ita describitur. Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, & coram Deo effuderit præcem suam. Ab his ergo lachrymis multum distant illæ quæ obdurato corde de siccis oculis exprimuntur, quas scilicet non penitus infructuosas esse credamus, bono enim proposito earum attemptatur emissio, ab his pręsertim qui nec dum uel ad scientiam peruenire perfectã, uel pristinorum seu præsentium uitiorum potuerunt ad purum labe mundari.

De eo quòd elici non debeant lachrymæ quando non spontaneæ proferuntur. Cap. XXX.

Ab his tamen qui in affectum iam transiere uirtutum nequaquàm debet hoc modo extorqueri profusio lachrymarum, nec exterioris hominis magnopere affectandi sunt fletus, qui etiam si fuerint utcunque producti, nunquàm pertingere ad illam spontanearum lachrymarum poterunt ubertatem. Magis enim supplicantis animũ suis conatibus distrahentes humiliabunt atque ad ima demergent, & ab illa cœlesti sublimitate deponent, in qua attonita mens orantis indeclinabiliter debet esse defixa, eamque compellent præcum suarum intentione laxata erga steriles & coactitias lachrymarum guttulas ægrotare.

Sententia abbatis Antonij super orationis statu. Cap. XXXI.

Et ut orationis ueræ percipiatis affectum, non meam uobis sed beati Antonij sententiam proferam: Quem ita nonnunquàm in oratione nouimus perstitisse, ut eodem in excessu mentis frequenter orante, cum solis ortus cœpisset infundi, audierimus eum

eum in feruore spiritus proclamantem. Quid me impedis sol, qui ad hoc iam oriris, ut me ab huius ueri luminis abstrahas claritate? Cuius etiam hęc quoq; est super orationis fine cælestis & plusquàm humana sententia: Non est, inquit, perfecta oratio in qua se monachus uel hoc ipsum quod orat intelligit. Et ut nos quoq; secundum mensurã tenuitatis nostræ huic admirandæ sententiæ superadijcere aliquid audeamus, orationis quæ exauditur à domino in quantum experti sumus indicia proferemus.

De exauditionis inditio. Cap. XXXII.

CVm orantes nos nulla interpellauerit hæsitatio, & fiduciam petitionis nostrę quadam desperatione deiecit, sed obtinuisse nos hora ipsa orationis effusione quod poscimus senserimus, non ambigamus preces nostras ad Deum efficaciter penetrasse. Tantum enim quis exaudiri atq; obtinere merebitur, quantum uel inspici se à Deo uel Deũ crediderit posse præstare. Irretractabilis nanq; est domini nostri illa sententia, quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis & uenient uobis.

Obiectio quód prædictæ exauditionis fiducia tantum sanctis conueniat. Cap. XXXIII.

GErmanus. Hanc exauditionis fiduciam nimirũ de conscientiæ puritate credimus emanare. Cęterum nos quorum cor adhuc peccatorum spina compungit, quemadmodum eam habere possumus nullis patrocinantibus meritis quibus exaudiendas orationes nostras fiducialiter præsumamus?

Responsio de diuersis exauditionum causis. Cap. XXXIIII.

ISaac. Diuersas exauditionum causas esse secundum animarum diuersum ac uarium statum Euangelica siue prophetica testantur eloquia. Habes enim in duorũ consensione fructum exauditionis dominica uoce signatum, secundum illud: Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Habes aliam in fidei plenitudine quæ grano synapis comparatur. Si enim inquit habueritis fidem sicut granum synapis, dicetis monti huic: transi hinc & transibit, & nihil imposibile erit uobis. Habes in asiduitate orationum quam propter indefessam petitionum perseuerantiam importunitatem sermo dominicus nominauit. Amen enim dico uobis, quia si non propter amicitiam, uel propter importunitatem eius surget & dabit ei quantum opus habuerit. Habes in eleemosinarum fructu: Include inquit eleemosinam in corde pauperis, & ipsa orabit pro te in tempore tribulationis. Habes in emendatione uitæ & operibus misericordię, secundum illud: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Et post pauca quibus infructuosa ieiunij sterilitas castigatur: Tunc, inquit, inuocabis & dominus exaudiet te, & clamabis & dicet. Ecce adsum. Nonnunquàm sane exaudiri etiam tribulationum nimietas facit, secundũ illud: Ad dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Et iterum: Ne affixeritis aduenam, qui si clamauerit exaudiam eum quia misericors sum. Videtis ergo quot modis obtineatur exauditionis gratia, ut nullus ad impetranda ea quæ salutaria sunt & ęterna conscientię suæ desperatione frangatur. Vt enim miseriarum nostrarum contemplatione concedamus nos omnibus illis quas supra memorauimus penitus destitutos esse uirtutibus, & nec illam nos habere laudabilem duorum consensionem, nec illam fidem grano synapis comparatam, nec illa opera pietatis quæ propheta describit, num uel importunitatem quæ omni uolenti suppeditat habere non possumus? Per quam etiã solã si non pro amicitiarum merito atq; uirtutũ, interpellationis asiduitate daturum se dominus quicquid oratus fuerit repromittit. Et idcirco absq; hæsitationis infidelitate præcibus insistendũ est, obtenturosq; nos earum iugitate cuncta quæ secundũ Deũ poposcerimus minime dubitandũ. Hortatur enim nos dñs, uolens ea quæ sunt æterna cœlestiaq; præstare, ut eũ importunitate nostra quodãmodo coartemus, q importunos nos non modo non despicit nec refutat, sed etiã inuitat & laudat, eisq; præstiturum se quic-

quid perseueranter sperauerint benignissime pollicetur dicens. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et iterum. Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis, & nihil impossibile erit uobis. Et idcirco si cunctę nos exauditionum quas prædiximus, causæ omnino deficiunt, saltem animæ importunitatis instantia, quę absque ulla uel meriti uel laboris difficultate in cuiuscunque uolentis sita est potestate. Pro certo autem non exaudiendum se supplicans quisque non dubitet cum se dubitauerit exaudiri. Hic dilucide manifestat quòd infatigabiliter Deum debeamus orare & non deficere. Quòd autem infatigabiliter domino supplicandum sit, etiam illo beati Danielis docemur exemplo, quòd non exauditus à prima die qua cœpit orare, post primam & uicesimam diem consequitur suæ petitionis effectum. Vnde non debemus nos quoque accepta orationum nostrarum intentione cessare, si nos exaudiri tardius senserimus ne forte aut exauditionis gratia dispensatione domini utiliter differatur, aut angelus diuinum ad nos beneficium delaturus, à facie omnipotentis egressus resistente diabolo remoretur, quem certum est transmissum muneris desiderium ingerere non posse, si nos à propositæ petitionis intentione cessasse reppererit. Quod etiam supradicto prophetæ proculdubio accidere potuisset, nisi uirtute incomparabili in primum atque uicesimũ diem orationum suarum perseuerantiam protelasset. Ab huius igitur fidei confidentia nulla penitus desperatione frangamur, cum orationem nostram nos obtinuisse minime senserimus, nec hæsitemus super domini sponsione dicentis: Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis. Retractare namque nos conuenit illam beati Ioannis euangelistæ sententiam, qua ambiguitas huius quæstionis euidenter absoluitur. Hęc est, inquit, fiducia quam habemus ad Deum, quia quicquid petierimus secundum uoluntatem eius audit nos. Ergo super his tantum plenam nos & indubitabilem iussit exauditionis habere fiduciam, quæ non nostris commodis nec solatijs temporalibus, sed domini congruunt uoluntati. Quod etiam in oratione dominica admiscere præcipimur dicentes. Fiat uoluntas tua scilicet non nostra. Si enim & illud Apostoli recordemur, quoniam quid oremus secundum quod oportet nescimus, intelligimus nos nonnunquàm saluti nostræ contraria postulare, & commodissime nobis ab eo qui utilitates nostras rectius quàm nos ac ueracius intuetur, ea quæ poscimus denegari. Quod illi quoque magistro gentium accidisse non dubium est, cum oraret auferri à se Angelum sathanæ qui utiliter ad cola phizandũ eum appositus fuerat domini uoluntate, dicens Propter quod ter dominum rogaui ut discederet à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Quem sensum etiam dominus orans ex persona hominis assumpti, ut formam quoque orandi nobis quemadmodum & cętera suo pręberet exemplo, ita cum oraret expressit: Pater si possibile est transeat à me calix iste, ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, cum utique eius à patris uoluntate non discreparet uoluntas. Venerat enim saluare quod perierat, & dare animam suam redemptionem pro multis, de qua ipse dicit: Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ex cuius persona super unitate uoluntatis suæ quam cum patre iugiter possidebat, per beatũ quoque Dauid in psalmo tricesimonono ita cantatur. Vt facerem uoluntatem tuã Deus meus uolui. Nam & si de patre legimus. Sic enim Deus dilexit mundum ut unigenitum filiũ suum daret, & de filio nihilominus inuenimus, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Et quemadmodum de illo refertur, qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, ita de isto narratur: oblatus est quia ipse uoluit. Et ita patris & filij uoluntas una per omnia designatur, ut etiam in ipso resurrectionis dominicæ sacramento operatio non dissona fuisse doceatur. Nam sicut resurrectionem corporis eius patrem operatum beatus Apostolus prædicat dicens: Et Deum patrem qui suscitauit eum à mortuis, ita filius suscitaturum se templum sui corporis protestatur. Soluite inquiens templum hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud.

Et idcirco his quæ prædiximus exemplis dominicis eruditi, cunctas obsecrationes nostras simili nos quoque debemus oratione concludere, & hanc uocem cunctis petitionibus nostris semper adiungere: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu

cut tu. Satis uero constat, illum trinæ curuationis numerũ qui solet in congregatione fratrum ad concludendam synaxim celebrari, eum qui intento animo non supplicat obseruare non posse.

De oratione intra cubiculum & clauso ostio deferenda. Cap. XXXV.

ANte omnia sane illud Euangelicum preceptum diligentius obseruandum est, ut intrantes in cubiculũ nostrum clauso ostio nostro oremus patrem nostrũ, quod à nobis ita implebitur. Intra nostrum cubiculum supplicamus, cum ab omnium cogitationum siue sollicitudinum strepitu cor nostrum penitus amouentes, secreto quodam modo ac familiariter preces nostras domino referamus. Clauso oramus ostio, cum strictis labijs omniq́ silentio supplicamus, non uocum, sed cordium scrutatori. In abscondito oramus quando corde tantum & intenta mente petitiones nostras soli pandimus Deo, ita ut ne ipse quidem aduersæ ualeant potestates genus nostræ petitionis agnoscere. Propter quod cum summo est orandum silentio, non solum ne fratres astantes nostris susurrijs uel clamoribus auocemus, & orantium sensus obstrepamus, sed ut ipsos quoq́ inimicos nostros qui orantibus nobis maxime insidiantur lateat nostræ petitionis intentio. Ita enim preceptum illud implebimus: Ab ea quę dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

De utilitate breuis & tacitæ orationis. Cap. XXXVI.

OB quod frequenter quidem sed breuiter est orandum, ne immorantibus nobis locum uel tempus, inserere aliquid nostro cordi insidiator posit inimicus. Istud nanque est sacrificium uerum, quia sacrificium Deo spiritus contritus. Hæc salutaris oblatio, ista sunt pura libamina, istud sacrificium iustitiæ, istud sacrificium laudis, hæ sunt ueræ ac pingues hostiæ, ista sunt holocaustomata medullata, quæ contritis & humiliatis cordibus offeruntur, quæq́ hac qua diximus disciplina & intentione spiritus exhibentes, efficaci poterimus uirtute cantare: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Quod etiam nos oportuna commonet deuotione persoluere, horæ ipsius ac noctis aduentus, de quo quidem licet pro tenuitatis nostræ mensura multa prolata uideantur, diuq́ sit protracta collatio pro sublimitate tamen ac difficultate materiæ paucis admodum credimus disputatum. His sancti Isaac sermonibus stupefacti potius quàm repleti, uespertina synaxi celebrata, sopore paululum membra laxauimus, primoq́ diluculo sub placito plenioris tractatus iterum reuersuri, ad nostra discessimus, tam de præceptorum acquisitione quàm de promissorum satietate gaudentes. Excellentiam siquidem orationis nobis tantummodo præmonstratam, ordinem uero atq́ uirtutem qua etiam perpetuitas eius uel acquirenda est uel tenenda, nec dum nos integre percepisse illius disputationib. senseramus.

Collationis primæ abbatis Isaac de oratione finis.

COLLATIO SECVNDA ABBATIS ISAAC DE ORATIONE.

Cap. I.

INter hæc anachoretarum instituta sublimia, quę utcunque donante Deo licet imperito digesta sunt stilo, quiddam nos inserserere atque contexere, quod uelut pulchro corpori neuum quendam uideatur apponere, narrationis ipsius ordo compellit, quanquàm non dubitemus ex hoc ipso non minimam instructionem super omnipotentis Dei quæ in genesi legitur imagine, quibusq́ simplicioribus conferendam, præsertim cum tanti dogmatis causa uertatur, ut error seu ignoratio eius sine ingenti blasphemia, & catholicæ fidei detrimento esse non posit.

De consuetudine quæ super significatione pascæ intra Aegypti prouinciam. etentatur. Cap. II.

INtra Aegypti regionem mos iste antiqua traditione seruatur, ut peracto epiphaniorum die, quem prouinciæ illius sacerdotes uel dominici baptismi, uel secundum carnem natiuitatis esse definiunt, & idcirco utriusq; sacramenti solennitatē non bifarie ut in occiduis prouincijs, sed sub una diei huius festiuitate concelebrāt, epistole pontificis Alexandrini per uniuersas dirigantur Aegypti ecclesias, quibus & initiū quadragesimæ & dies pascæ non solum per ciuitates omnes sed etiā per uniuersa monasteria designentur. Secundum hunc igitur morem prius dies admodum paucos quàm superior cum abbate Isaac fuerat agitata collatio Theophili prædicti urbis episcopi solennes epistolæ commearunt, quibus cum denunciatione pascali contra ineptam quoq; antropomorphitarū heresim longa disputatione disseruit, eamq; copioso sermone destruxit. Quod tanta est amaritudine ab uniuerso propemodum genere monachorum, qui per totam prouinciam Aegypti morabantur, pro simplicitatis errore susceptum, ut econtrario memoratum pontificem uelut hæresi grauissima deprauatum, pars maxima seniorum ab uniuerso fraternitatis corpore decerneret detestandū, quod scilicet impugnare scripturæ sanctæ sententiam uideretur, negans omnipotentem Deum humanę figurę compositione formatum, cum ad eius imaginem creatum Adam scriptura manifestissime testaretur. Deniq; & ab his qui erant in eremo Scythi commorantes, quiq; perfectione ac scientia omnibus qui erant in Aegypti monasterijs præminebant: ita est hæc epistola refutata, præter abbatem pafuntium nostræ congregationis presbyterum nullus eam cæterorum presbyterorū qui in eadem eremo alijs tribus ecclesijs præsidebant, neclegi quidem ac recitari in suis conuentibus prorsus admitterent.

De Abbate serapione & Antropomorphitarum hæresi quam simplicitatis errore contraxit. Cap. III.

INter hos ergo qui hoc detinebantur errore fuit antiquissimæ districtionis atq; in actuali disciplina per omnia consummatus nomine Serapion, cuius imperitia super prædicti dogmatis opinione tantum præiudicabat cunctis ueram tenentibus fidem, quantum ipse uel uitę merito uel antiquitate temporis omnes ferè monachos anteibat. Cunq; hic sancti presbyteri Pafuntij multis adhortationibus ad tramitē rectæ fidei non posset adduci, eo quòd nouella ei hęc persuasio nec ab anterioribus aliquando comperta uel tradita uideretur, accidit ut quidam dyaconus summæ scientiæ uir nomine Photinus desiderio uidendi fratres qui in eremo eadem commanebant de Capadociæ partibus adueniret. Quē beatus Pafuntius summa gratulatione suscipiens, ad confirmationem fidei quæ fuerat prædicti pontificis literis comprehensa producens in medium, coram cunctis fratribus sciscitatur, quemadmodū illud quod in genesi dicitur. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, catholicæ totius orientis interpretarentur ecclesiæ. Cunq; ille non secundum humilem literæ sonum sed spiritaliter imaginem Dei ac similitudinem tradi ab uniuersis ecclesiarū principibus explanaret, idq; copioso sermone ac plurimis scripturarū testimonijs approbaret, nec posse in illā immensam & incomprehensibilem atq; inuisibilem maiestatem aliquid humori cadere quod humana compositione ualeat ac similitudine circumscribi, quippe quæ incorporea & incomposita simplexq; natura sit, quæq; sicut oculis non depræhendi, ita mente non ualeat æstimari, tandem senex multis ac ualidissimis doctissimi uiri assertionibus motus, ad fidem catholicæ traditionis attractus est. Cunq; super hoc eius assensu, infinita uel abbatem pafuntium uel nos omnes lætitia repleuisset, quòd scilicet uirum tantæ antiquitatis tantisq; uirtutibus consummatum, imperitia sola & simplicitate rusticitatis errantem, nequaquam usq; ad finem deuiare dominus à tramite rectæ fidei permisisset, & pro gratiarum actione surgentes præces domino pariter funderemus, ita est in oratione senex mente confusus, eo quòd illam antopomorphon imaginē deitatis quam proponere sibi in oratione consueuerat aboleri de suo corde sentiret, ut in amarissimos fletus crebrosq; singultus repente prorumpens, in terramq; prostratus, cum eiulatu ualidissimo proclamaret. Heu me miserum, tulerunt à me Deum meum, & quem nunc teneam

neam non habeo, uel quem adorem aut interpellem iam nescio. Super qua re ualde permoti, nec non etiã præteritæ collationis uirtute adhuc in nostris cordibus insidente, ad abbatem Isaac rediuimus, quem cominus intuentes his sermonibus adorsi sumus.

De reditu ad abbatem Isaac & inquisitione erroris quem senex prædictus incurrit. Cap. IIII.

LIcet nos etiam citra eius rei quæ nuper oborta est nouitatem, præteritæ collationis quæ super orationis statu digesta est, desiderium recurrere ad tuam beatitudinem postpositis omnibus inuitaret, adiecit tamen aliquid huic cupiditati etiam abbatis Serapionis tam grauis error, nequissimorum (ut arbitramur) dæmonum calliditate conceptus. Non enim parua desperatione deijcimur, considerantes eum labores tantos quos per quinquaginta annos in hac eremo laudabiliter exegit, ignorantię huius uitio non solum penitus perdidisse, sed etiam perpetuæ mortis incurrisse discrimen. Vnde ergo uel cur ei hic tam grauis error irrepserit, primũ desideramus agnoscere, deinde quæ sumus edoceri, quemadmodum ad illam orationis qualitatem de qua pridem non solũ copiose sed etiã magnifice disputasti peruenire possimus. In hoc enim profecit in nobis admirabilis illa collatio ut stuporem tantummodo mentis incuteret, non quemadmodum eam perficere uel appræhendere ualeremus ostenderet.

Responsio de origine hæreseos superius compræhensæ. Cap. V.

ISaac. Non est mirandum hominem simplicissimum, & de substantia ac natura diuinitatis nunquàm penitus eruditũ, rusticitatis uitio & consuetudine erroris antiquiusq; nunc detineri uel decipi potuisse, & ut uerius dicam in errore pristino perdurare, qui non recenti sicut putatis dæmonum illusione, sed ignorantia pristinæ gentilitatis infertur, dum secundum consuetudinem erroris illius quo dæmones hominũ figura compositos excolebant, nunc quoq; illam incompręhensibilem atq; ineffabilem ueri numinis maiestatẽ sub circumscriptione alicuius imaginationis existiment adorandã, nihil se tenere uel habere credentes, si propositã non habuerint imaginem quandam quam in supplicatione positi iugiter interpellent, eamq; circunferant mente ac præ oculis teneant semper affixam. Super quorum hoc errore competenter dirigitur illis sententia. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis hominis corruptibilis. Hieremias quoq;: Populus, inquit, meus mutauit gloriã suam in idolũ. Qui error licet origine hac qua diximus quorundã sensibus sit inolitus, nihilominus tamen in illorum quoq; animis qui nunquã gentili superstitione polluti sunt, sub colore testimonij huius quo dicitur: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã, imperitia seu rusticitate faciente, contractus est, ita ut etiã hæresis quæ dicitur antropomorphitarum sub occasione detestandæ huius interpretationis emerserit, quæ immensam illã ac simplicẽ diuinitatis substantiã lineamentis nostris & humana figuratione compositã pertinaci peruersitate contendit, quam tamen si quis fuerit catholicis dogmatibus institutus ut gentilem blasphemiã detestabitur, & ita ad illam orationis purissimã perueniet qualitatem, quæ non solũ nullam diuinitatis effigiẽ, nec lineamenta corporea (quod dictu quoq; nefas est) in sua supplicatione miscebit, sed nec ullam quidẽ in se memoriã dicti cuiusdam uel facti speciem seu formam cuiuslibet caracteris admittet.

Quibus ex causis unicuiq; nostrum aut humilis Christus Iesus aut glorificatus appareat. Cap. VI.

SEcundum mensuram nanq; puritatis suæ sicut superiore collatione præfatus sum unaquæq; mens in oratione sua uel erigitur uel formatur, tantum scilicet à terrenarum ac materialium rerum contemplatione discedens quantum eam status suæ prouexerit puritatis, feceritq; Iesum uel humilem adhuc & carneum, uel glorificatum & in maiestatis suæ gloria uenientem internis obtutibus animæ peruideri. Non enim poterunt Iesum intueri uenientem in regno suo, qui adhuc sub illa quodãmodo iudaica infirmitate detenti, non queunt dicere cum Apostolo: Et si cognouimus secundũ carnẽ

Christum

Christum, sed nunc iam non nouimus. Sed illi soli purissimis oculis diuinitatem ipsius speculantur, qui de humilibus ac terrenis operibus cogitationibus ascendentes cum illo secedunt in excelso solitudinis monte, qui liber ab omnium terrenarum cogitationũ ac perturbationum tumultu, & à cunctorum uitiorum permixtione secretus, fide purissima ac uirtutũ eminentia sublimatus, gloriam uultus eius ac claritatis eius reuelat imaginem his qui merentur eum mundis animæ obtutibus intueri. Cæterum uidetur Iesus etiam ab his qui in ciuitatibus & castellis ac uiculis commorantur, id est, qui in actuali conuersatione sunt atq; in operibus constituti, sed non in illa claritate qua illis apparuit qui cum ipso possunt in prædicto uirtutum monte conscendere, id est, petro, Iacobo & Ioanni. Ita enim in solitudine & Mosi apparuit & Helyæ locutus est. Quod uolens noster dominus confirmare ac perfecte nobis relinquere puritatis exempla, & quidem cũ ipse fons inuiolabilis sanctitatis ad obtinendam puritatem secessionis adiutorio ac solitudinis beneficio extrinsecus non egeret, non enim poterat ullis turbarum sordibus puritatis plenitudo maculari, nec contaminari humano consortio qui uniuersa polluta mundat atq; sanctificat, secessit tñ solus in montem orare, per hoc scilicet nos instruens suæ secessionis exemplo, ut si interpellare nos quoq; uoluerimus Deũ puro & integro cordis affectu, ab omni inquietudine & confusione turbarũ similiter secedamus, ut in hoc corpore commorantes ad similitudinem quandam illius beatitudinis quæ in futuro repromittitur sanctis, uel ex parte aliqua nos aptare possimus, sitq; nobis omnia & in omnibus Deus.

In quo noster finis seu perfecta beatitudo consistat. Cap. VII.

TVnc enim perfecte consummabitur in nobis illa nostri saluatoris oratio qua pro suis discipulis orauit ad patrem dicens: ut dilectio qua dilexisti me in eis sit, & ipsi in nobis, & iterum: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, quando illa Dei perfecta dilectio, qua prior nos ille dilexit, in nostri quoque transierit cordis affectum, hac dominica oratione completa quam credimus nullo modo posse cassari. Quod ita fiet cum omnis amor, omne desideriũ: omne studium: omnis conatus: omnis cogitatio nostra omne quod uidemus, quod loquimur, quod speramus Deus erit, illaq; unitas, quæ nunc est patris cum filio & filij cum patre in nostrum fuerit sensum mentesq; transfusa, id est, ut quemadmodum nos ille sincera & pura atq; indissolubili diligit charitate, nos quoque ei perpetua & inseparabili charitate iungamur, ita scilicet eidem copulati, ut quicquid speramus, quicquid intelligimus, quicquid loquimur Deus sit, in illum inquam peruenientes quem prædiximus finem, quem idem dominus orans in nobis optat impleri, ut omnes sint unũ sicut nos unum sumus ego in eis & tu in me, ut sint & ipsi consummati in unum. Et iterum. Pater quos dedisti mihi uolo, ut ubi ego sum & ipsi sint mecum. Hæc igitur destinatio solitarij, hæc debet esse omnis intentio, ut imaginem futuræ beatitudinis in hoc corpore possidere mereatur, & quodammodo arram cœlestis illius conuersationis & gloriæ incipiat in hoc uasculo pręgustare. Hic inquàm finis totius perfectionis est, ut eo usq; extenuata mens ab omni situ carnali ad spiritalia quotidie sublimetur, donec omnis eius conuersatio omnis uolutatio cordis una & iugis efficiatur oratio.

Interrogatio super eruditione perfectionis per quam possimus ad perpetuam Dei memoriam peruenire. Cap. VIII.

GErmanus. Maior nobis ad præteritæ collationis illius admiratione ob quã huc recurrimus magnitudo stuporis accrescit. Quantũ enim incitamento doctrinæ huius ad desideriũ perfectę beatitudinis inflãmamur, tantũ maiore desperatione concidimus, ignorãtes quemadmodũ disciplinã tantę sublimitatis expetere uel obtinere possimus. Quapropter quæ in cella positi diutina meditatione uoluere cœperamus, q̃ nec esse est loqci forsitã ꝓsecutione ꝓferri, q̃ sumus ut explicari ea à nobis patienter admittas. Quanq̃ sciam ꝯ beatitudinẽ tuã nullis offendi solere ineptijs infirmorũ, q̃ uel ob hoc sunt in

in medium proferendæ,ut quæ in eis absurda sunt corrigantur. Quantũ ita opinio nostra sese habet,cuiuslibet artis seu disciplinæ perfectio,necesse est ut à quibusdam mollibus incipiens rudimentis,facilioribus primo ac tenerrimis initijs imbuatur,ut quodam rationabili lacte nutrita paulatim educataq; succrescat,atque ita ab imis ad summa sensim gradatimq; conscendat,quibus cum fuerit planiora principia & quodammodo ianuas arreptæ professionis ingressa, ad penetralia quoq; perfectionis & excelsa fastigia consequenter & absq; labore perueniat. Nam quemadmodum pronunciare puerorũ quispiam simplices poterit copulas syllabarum, nisi prius elementorum caracteres diligenter agnouerit? Vel quomodo citatam legendi peritiam consequetur,qui breues & perangustas descriptiones nominum nec dum est idoneus coniugare? Qua autẽ ratione is qui peritia grammaticæ disciplinę minus instructus est,uel rhetoricam facundiam uel philosophicam scientiam consequetur? Quapropter huic quoq; sublimissimę disciplinæ per quam instruimur Deo iugiter inhærere, non dubito quædam institutionis inesse fundamina, quibus primũ firmissime collocatis, post hoc superposita extollantur perfectionis excelsa fastigia. Cuius hæc esse principia tenuiter suspicamur, ut primum nouerimus qua meditatione teneatur uel cogitetur Deus. Deinde hanc eandem quæcunq; est materiam quemadmodum ualeamus immobiliter custodire,quòd etiam non ambigimus culmen totius perfectionis existere. Et idcirco quandam memoriæ huius materiam qua Deus mente concipitur uel perpetuo teneatur nobis cupimus demonstrari,ut eam prę oculis retentantes cum elapsos nos ab eandem senserimus,habeamus in promptu quo resipiscentes illico reuertamur, ac resumere illã sine ulla circuitus mora & inquisitionis difficultate possimus. Euenit namq; ut cum de theorijs spiritalibus euagati ad nosmetipsos uelut de letali sopore conuertimur, & tanquàm expergefacti materiam quærimus qua illam quæ obruta est spiritalem memoriam resuscitare possimus,retardati ipsius inquisitionis mora,priusquàm reperiamus eam à nostro conatu iterum deuoluamur,& antequàm spiritalis quidam pariatur intuitus,concepta cordis euanescat intentio. Quam confusionem idcirco nobis accidere satis certum est,quia speciale aliquid præ oculis propositum uelut formulam quandam stabiliter non tenemus, ad quam possit uagus animus post multos anfractus ac discursus uarios reuocari, & post longa naufragia uelut portũ quietis intrare. Itaque fit ut hac ignoratione ac difficultate mens iugiter præpedita, errabunda semper & uelut ebria per diuersa iactetur, & ne illud quidem quod casu potiusquàm industria sibimet occurrerit spiritale diu ac firmiter teneat,dum aliud ex alio semper recipiens sicut introitus eorum atq; principia ita etiam finem discessumq; non sentiat.

Responsio de efficacia intellectus qui per experientiam colligitur. Cap. IX.

ISaac. Inquisitio uestra tam minuta atq; subtilis proxime puritatis præsignat indiciũ. Nec enim de his saltem interrogare, non dicam intro aspicere atq; discernere quispiam præualebit, nisi quem diligens & efficax mentis industria ac sollicitudo peruigil ad perscrutandam istarum profunditatem prouexerit quæstionum,castigatæq; uitæ iugis intentio per experientiã fecerit actualẽ, attemptare puritatis huius limina ianuasq; pulsare. Et idcirco quoniam uideo uos non dicam pro foribus orationis illius ueræ de qua differimus astitisse, sed ipsis quodammodo experientiæ manibus penetralia eius & interiora palpare, & quædam membra iam iamq; contingere, nec me laboraturum credo, ut iam intra aulam quodammodo ipsius oberrantes in abdita quoq; in quantũ dominus direxerit introducam,nec uos ad introspicienda hæc quæ demonstranda sunt ullo difficultatis obstaculo retardandos. Proximus enim cognitioni est qui quid inquirere debeat prudenter agnoscit, nec à scientia longe est qui cœpit intelligere quid ignoret. Et idcirco non uereor notam proditionis uel leuitatis incurrere, si ea quæ in superiore tractatu de perfectione orationis differens disputationi subtraxerã propalauero, quorum uirtutem uobis in hoc exercitio ac studio collocatis etiam sine ministerio nostri sermonis per Dei gratiam arbitror fuisse reserandam.

De insti-

De institutione orationis perpetuæ. Cap. X.

QVapropter secundum illam institutionem quam paruulorũ eruditioni prudentisime comparastis, qui alias elementorum traditionem primũ percipe non præsentis, nec eorum uel agnoscere lineas, uel intrepida manu queunt describere caracteres, quàm pro typis quibusdam & formulis ceræ diligenter impresis, effigies eorum exprimere contemplatione iugi & quotidiana imitatione consuescant, huius quoq; spiritalis theoriæ tradenda uobis est formula, ad quam super tenacisime uestrum intuitum defigentes, uel eandem salubriter uoluere indirupta iugitate discatis, uel sublimiores intuitus scandere illius usu ac meditatione positis. Hæc igitur uobis huius quam quaritis disciplinæ atq; orationis formula proponetur, quam unusquisq; monachus ad iugē Dei memoriam tendens incessabili cordis uolutatione meditari, expulsa omnium cogitationũ uarietate consuescat, quia nec alias eam ullo modo poterit retentare, nisi ab omnibus fuerit corporalibus curis ac solicitudinibus absolutus. Quæ sicut nobis à paucis qui antiquisimorum patrum residui erant tradita est, ita à nobis quoq; non nisi rarissimis ac uere sitientibus intimatur. Erit namq; ad perpetuam Dei memoriam posidendam, hæc inseparabiliter proposita uobis formula pietatis. Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina. Hic nanq; uersiculus non immerito de toto scripturarum excerptus est instrumento. Recipit enim omnes affectus quicunq; inferri humanæ possunt naturæ, & ad omnem statum atq; uniuersos incursus proprie satis & competenter aptatur. Habet siquidem aduersus uniuersa discrimina inuocationē Dei, habet humilitatem piæ confesionis, habet sollicitudinis ac timoris perpetui uigilantiam, habet considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præsentis superq; astantis præsidij. Qui enim iugiter suum inuocat protectorem, certũ est eum esse semper præsentē. Habet amoris & charitatis ardorem, habet insidiarũ contemplationem inimicorumq; formidinē, quibus perspiciens semetipsum die noctuq; uallatum, confitetur se non posse sine sui defensoris auxilio liberari. Hic uersiculus omnibus infestatione dæmonum laborantibus inexpugnabilis murus est, inpenetrabilis lorica ac munitisimus clipeus. Iste in accidia & anxietate animi collocatos, seu tristitia uel cogitationibus quibuscunq; depressos, salutis remedia desperare non patitur ostendens illum quem inuocat inspicere iugiter nostra certamina, atq; à suis supplicibus nō abesse. Iste nos in spiritalibus succesibus cordisq; lætitia constitutos ammonet extolli penitus non debere, nec inflari de prospero statu quē sine protectore Deo retineri non posse testat̄, dum nō solũ eum semper sed etiã uelociter ut sibi auxilietur implorat. Iste inquam uersiculus unicuiq; nostrum in qualibet qualitate degenti necessarius & utilis inuenitur. Nam qui semper & in omnibus desiderat adiuuari, manifestat quod non tantum in rebus duris ac tristibus sed etiam in secundis ac lætis parimodo Deo egeat adiutore, ut quemadmodum ex illis erui, ita in istis eum faciat immorari, in neutro sciens humanam fragilitatem sine illius opitulatione subsistere. Gastrimargiæ pasione perstringor, cibos quos eremus ignorat inquiro, & in squalida solitudine ingeruntur mihi odores regalium ferculorum, atq; ad illorum desideria sentio me inuitisimum trahi, dicendum subinde mihi est. Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandũ me festina. Anticipare horã statutæ refectionis instigor, seu modũ iustæ ac solitæ percitatis retinere cum magno cordis mei dolore contendo, cum gemitu mihi est proclamandũ: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandũ me festina. Ieiunijs me ob impugnationem carnis districtioribus indigentē stomachi prohibet lasitudo seu uentris ariditas constrictioq; deterret, ut effectus meo desiderio tribuatur, uel certe ut æstus carnalis concupiscentiæ absq; temperamento districtioris ieiunij conquiescat, orandũ mihi est. Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandũ me festina. Accedens ad refectionem hora legitima suggerente, perceptionem panis exhorreo, atq; ab omni esu naturalis necesitatis excludor cum eiulatu proclamandum est mihi: Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandũ me festina. Volentem me ob stabilitatem cordis insistere lectioni, interpellans capitis prohibet dolor, horaq; tertia faciem meam ad sacram paginam somnus allidit, deputatum quieti tempus uel transgredi uel præuenire

prçuenire cōpellor, ipsum deniq; canonicum synaxeos psalmorumq; modū intercidere me grauissima somni cogit impssio, similiter proclamandū est mihi Deus in adiutorium meū intēde, dn̄e ad adiuuandū me festina. Sublato ab oculis meis sopore, multis me noctib. diabolicis artibus in somnis uideo fatigatū, omnemq; à palpebris meis refectionē nocturnæ quietis exclusam cū suspirijs orandū est mihi: Deus in adiutoriū meū intende, domine ad adiuuandū me festina. Adhuc me in colluctatione positū uitiorum titillatio carnis repentè cōpungit, & ad consensum pertrahere dormientē blanda oblectatione conatur, ne ignis alienus exæstuans urat suaue olentes flosculos castitatis, clamandū mihi est: Deus in adiutotiū meum intēde, dn̄e ad adiuuandū me festina. Per extincta sentio libidinis incentiua, genitalē mēbris meis intepuisse feruorē, ut parta hæc uirtus imò gratia Dei in me diutius uel perpetuo perseueret, intente dicendū est mihi: Deus in adiutoriū meum intende, domine ad adiuuandū me festina. Iræ, philargiriæ, tristitiæ, stimulis inquietor, cogorq; propositā atq; amicā mihi interrūpere lenitatē, ne in amaritudinē fellis perturbationē furoris abducar cū summo mihi gemitu proclamandū est, Deus in adiutoriū meū intende, domine ad adiuuandū me festina. Acediæ, cenodoxiæ, superbiæ, elatione pertentor, ac de aliorū negligentia uel tepore quiddā sibi mens subtili cogitatione blanditur, ne in me prçualeat hæc inimici perniciosa suggestio, cū omni contritione cordis orandū est mihi: Deus in adiutoriū meū intende, domine ad adiuuandū me festina. Humilitatis & simplicitatis gratiā superbiæ tumore deposito, iugi cōpunctione spiritus acquisiui, ne rursum ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris moueat me, grauiusq; de uictoriæ meç elatione confodiar, totis mihi proclamandū est uiribus: Deus in adiutoriū meū intende, domine ad adiuuandū me festina. Euagationibus animç innumeris ac diuersis, & instabilitate cordis exæstuo, nec cogitationū dispersiones ualeo coercere, ipsamq; orationē meā fundere absq; interpellatione atq; phātasmate inaniū figurarū sermonūq; & actuū retractatione non possum, tantaq; me sentio sterilitatis huius ariditate cōstrictū, ut nullas omnino spiritaliū sensuū generationes parturire me sentiā, ut de hoc animi squalore merear liberari, unde me gemitibus multis atq; suspirijs expedire nō possum, necessarie proclamabo: Deus in adiutoriū meū intende, domine ad adiuuandū me festina. Directionē rursus animæ stabilitatē cogitationū, alacritatē cordis, cū ineffabili gaudio & mētis excessu uisitatione sancti spiritus me sentio consecutū, exuberantia quoq; spiritaliū sensuū redundare, reuelationē sacratissimorū intellectuū, & antea penitus mihi occultorū repentina domini illustratione percepi, ut in his merear diutius immorari, sollicitè mihi est frequēterq; clamandū: Deus in adiutoriū meū intende, domine ad adiuuandū me festina. Nocturnis dæmonū terroribus circūuallantibus exagitor, & immundorū spirituū phantasmatibus inquietor, spes ipsa mihi salutis ac uitæ trepidationis horrore subtrahit, ad salutarē uersiculi huius portū confugiens totis uiribus exclamabo: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandū me festina. Rursum cū fuero cōsolatione domini reparatus, & ipsius animatus aduentu, uelut innumeris angelorū millibus me sensero circūseptū, ita ut eorū quos morte grauius antea tremiscebam, & quorum tactum, imò uicinam horrore mentis & corporis sentiebam, repentè congressus expetere audeam, ac prouocare conflictus, ut in me constantiæ huius uigor per Dei gratiam diutius immoretur, totis mihi est uiribus proclamandum: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina. Huius igitur uersiculi oratio in aduersis ut eruamur, in prosperis ut seruemur ne extollamur, incessabili iugitate fundenda est. Huius inquam uersiculi meditatio in tuo pectore indirupta uoluatur. Hunc in opere quolibet seu ministerio uel in itinere constitutus decantare non desinas. Hunc & dormiens & reficiens & in ultimis naturæ necessitatibus meditare. Hæc uolutatio cordis uelut formula tibi salutaris effecta, non solum illæsum ab omni dæmonum incursione custodiet, sed etiam cunctis te uitijs terrenæ cōtagionis expurgans, ad illas inuisibiles theorias cœlestesque perducet, atque ad illum ineffabilem ac perpaucis expertum prouehet orationis ardorem. Hunc uersiculum meditanti tibi somnus irrepat, donec incessabili eius exercitatione formatus etiam per soporem eundem cantare consuescas. Hic tibi expergefacto primus occurrat, iste euigilanti cogitationes anticipet uniuersas, iste te de tuo consurgentem cubili curuationi ge

nuum tradat, atq; illinc deinceps ad omne opus actuſq; deducat, hic te omni tempore
proſequatur, hunc meditaberis ſecundum pręcepta legiſlatoris, ſedens in domo & am-
bulans in itinere, dormiens atque conſurgens, hunc ſcribes in limine & ianuis oris tui,
hunc in parietibus domus tuæ ac penetralibus tui pectoris collocabis, ita ut hæc ad ora
tionem procumbenti ſit tibi accliuis decantatio, & exinde conſurgenti, atq; ad omnes
uſus uitæ neceſſarios incedenti, fiat erecta & iugis oratio.

De perfectione orationis ad quam prædicta traditione conſcenditur.
Caput XI.

ISTam mens indeſinenter formulam teneat, donec uſu eius inceſſabili & iugi medita-
tione firmata, cunctarum cogitationum diuitias ampláſque ſubſtãtias abijciat & re-
futet, atque ita per ſeculi huius paupertatem conſtricta, ad illam euangelicam beatitu-
dinem quæ inter cæteras beatitudines primatum tenet, prona facilitate perueniat. Bea-
ti enim, inquit, pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et ita quis per
iſtiuſmodi paupertatem egregius pauper exiſtens, illud propheticum implebit elo-
quium Pauper & inops laudabunt nomen domini. Et reuera quæ maior aut ſanctior
poteſt eſſe paupertas, quàm illius qui nihil ſe præſidij nihil uirium habere cognoſcens,
de aliena largitate quotidianum poſcit auxilium, & uitam ſuam atque ſubſtantiam ſin-
gulis quibuſque momentis diuina ope intelligens ſuſtentari? Verum ſe mendicum do-
mini non immeritò profitetur, ſuppliciter ad eum quotidie clamans: Ego autem men-
dicus & pauper ſum, Deus adiuua me. Et ſic ad illam quoque multiformem ſcientiam
Dei ipſo illuminante conſcendens, incipiet deinceps ſublimioribus ac ſacratioribus mi
ſterijs ſaginari, ſecundum illud quod dicitur per prophetam: Montes excelſi ceruis, pe-
tra refugium erinacijs Quod ſatis propriè huic quē diximus ſenſui coaptatur, eo quòd
quiſquis in ſimplicitate atque innocentia perſeuerans, nulli eſt noxius uel moleſtus, ſed
ſua tantum ſimplicitate contentus ſolummodo ſe ab inſidiantium præda deſiderat con-
tutari, uelut erinacius ſpiritalis effectus iugi euangelicæ illius petræ uelamine protega-
tur, id eſt, memoria dominicę paſsionis, prædictiq; uerſiculi inceſſabili meditatione mu
nitus, infeſtantis inimici declinet inſidias. De his ſpiritalibus erinacijs & in Prouerbijs
ita dicitur: Et erinacij gens inualida qui fecerunt in petris domos ſuas. Et reuera quid
inualidius Chriſtiano? quid infirmius monacho, cui non ſolum nulla iniuriarum uin-
dicta ſuppeditat, ſed ne leuis quidem tacitáque commotio ſaltem intrinſecus pullulare
conceditur? Quiſquis autem ex hoc proficiens ſtatu, non ſolum innocentiæ ſimpli-
citatem poſsidet, ſed etiam diſcretionis uirtute munitus, uirulentorum ſerpentium ex-
terminator effectus eſt, habens contritum ſathanam ſub pedibus ſuis, & ad figuram
rationabilis cerui mentis alacritate peruenit, paſcetur in propheticis atque apoſtolicis
montibus, id eſt, excellentiſsimis eorum ac ſublimiſsimis ſacramentis, quorum iugi
paſcua uegetatus, omnes quoque pſalmorum affectus in ſe recipiens, ita incipiet de-
cantare, ut eos non tanquam à propheta compoſitos, ſed uelut à ſe editos, quaſi oratio-
nem propriam fundens, cordis compunctione depromat, uel certè ad ſuam perſonam
æſtimet eos fuiſſe directos, eorumq; ſententias non tunc tantummodo per prophetam
aut in propheta fuiſſe completas, ſed in ſe quotidie geri impleríque cognoſcat. Tunc
enim ſcripturæ diuinæ nobis clarius perpateſcunt, & quodammodo earum uenæ me-
dullæq; panduntur, quando experientia noſtra earum non tantum percipit, ſed etiam
pręuenit notionem, ſenſúsque uerborum non per expoſitionem nobis, ſed per docu-
menta reſerantur. Eundem nanque recipientes cordis affectum quo quiſque decan-
tatus uel conſcriptus eſt pſalmus, uelut authores eius facti, præcedemus magis intelle-
ctum ipſius quàm ſequemur, id eſt, ut prius dictorum uirtutem quàm notitiam colligē-
tes, quid in nobis geſtũ ſit uel quotidianis geratur incurſibus ſuperueniente eorũ medi
tatione q̃dãmodo recordemur, & q̃d in nobis uel negligentia noſtra pperit, uel diligẽtia
cõq̃ſierit, uel pūidẽtia diuina cõtulerit, uel inſtigatiõe fraudauerit inimici, uel ſubtraxe-
rit lubrica ac ſubtilis obliuio, uel intulerit humana fragilitas, ſeu impuida fefellerit igno
ratio, decãtãtes reminiſcam̃. Oẽs nãq; hos affectus ĩ pſalmis inuenim⁹ expſſos, ut ea q̃ in
currerint

currerint uelut in speculo purissimo peruidētes efficacius agnoscamus, & ita magistris affectibus eruditi, non ut audita, sed tanquam perfecta palpemus, nec tanquam memoriæ commendata, sed uelut ipsi rerum naturæ insita, de interno cordis parturiamus affectu, ut eorum sensus non textu lectionis, sed experientia præcedente penetremus, atq; ita ad illam orationis incorruptionem mens nostra perueniat, ad quam in superiore tractatu quantum dominus donare dignatus est, ordo collationis ascendit, quæ non solū nullius imaginis occupatur intuitu, sed etiam nulla uocis, nulla uerborum prosecutione distinguitur, ignita uerò mentis intētione per ineffabilem cordis excessum inexplebili spiritus alacritate profertur, quamq; mēs extra omnes sensus ac uisibiles effecta materias, gemitibus inenarrabilibus atq; suspirijs profundit ad Deum.

Interrogatio quemadmodum spiritales cogitationes immobiliter teneantur. Cap XII.

GErmanus. Non solum nobis traditionem spiritalis huius quam poposcimus disciplinę, sed ipsam planè perfectionem satis apertè atq; dilucidè putamus expressam. Quid enim potest esse perfectius, quid'ue sublimius, quàm Dei memoriam tam cō pendiosa meditatione complecti, atq; unius uersiculi uolutatione à cunctis uisibilium terminis emigrare, & quodammodo affectus orationum cunctarum breui sermone cō cludere? Et idcirco unum quod superest adhuc nobis precamur exponi, quemadmodū hunc eundem uersiculum quem nobis uice formulæ tradidisti, stabiliter retinere possimus, ut sicut per Dei gratiam sumus à secularium cogitationum ineptijs liberati, ita spiritales quasq; immobiliter retentemus, assequi ualeamus.

De mutabilitate cogitationum. Cap. XIII.

CVm enim capitulū cuiuslibet psalmi mens nostra conceperit, insensibiliter eo sub tracto, ad alterius scripturæ textum nesciens stupensq; deuoluitur. Cumq; illud in semetipsa cœperit uolutare, nec dum illo ad integrum uētilato, oborta alterius testimonij memoria, meditationem materię prioris excludit, de hac quoq; ad alteram subintrāte alia meditatione transfertur, & ita animus semper de psalmo rotatus ad psalmum, de euangelij textu ad Apostoli trāsiliens lectionē, de hac quoq; ad prophetica deuolutus eloquia, & exinde ad quasdam spiritales delatus historias, per omne scripturarum corpus instabilis uagusq; iactatur, nihil pro arbitrio suo præualens uel abijcere uel tenere, nec pleno quicquam iudicio & examinatione finire, palpator tātummodo spiritalium sensuum ac degustator, non generator nec possessor effectus: atq; ita mens mobilis semper ac uaga in tempore quoq; synaxeos uelut ebria per diuersa distrahitur, nullum officium competenter exoluens. Verbi gratia: Cum orat psalmū aut aliquam recolit lectionem, cum decantat aliud quid uel meditatur, quàm textus ipsius cōtinet psalmi, cum lectionem recitat, faciendum aliquid uoluit factum'ue reminiscitur, atq; in hunc modum nihil disciplinate nec opportunè recipiens uel emittēs, uelut fortuitis agi uidetur incursibus, retinendi ea quibus delectatur, uel immorandi in eis non habens potestatem. Necessarium ergo nobis est præ omnibus nosse, quemadmodum hæc spiritalia competenter explere possimus officia, uel certè hunc eundē uersiculum quem nobis uice formulæ tradidisti, immobiliter custodire, ut omnium sensuum ortus ac finis non in sua uolubilitate fluctuent, sed in nostra ditione consistant.

Responsio quemadmodum stabilitas cordis seu cogitationum possit acquiri. Cap XIIII.

YSaac. Licet pridem super hac re disputantibus nobis de orationis statu, quantum reor, sit sufficienter expressum, tamen quia uobis hæc eadem poscitis iterari, de cō firmatione cordis breuiter intimabo. Tria sunt quæ uagam mentē stabilem faciunt, uigiliæ, meditatio & oratio. Quarū assiduitas & iugis intētio cōferunt animæ stabilē firmitatem. Quę tamē aliàs nullo modo poterit apprehēdi nisi per operis nō Philargyrię, sed sacri cœnobij usibus dedicati, infatigabilem iugitatem omnes omnino sollicitudines & curæ uitæ præsentis prius fuerint abdicatæ, ut ita illud Apostolicum mandatum, sine intermissione orate, possimus implere. Perparum nanq; orat, quisquis illo tantū tempore quo genua flectuntur orare consueuit. Nunquam uerò orat, quisquis etiam flexis geni

genibus euagatione cordis qualicunque distrahitur. Et idcirco quales orātes uolumus inueniri, tales nos esse oportet ante tempus orandi. Necesse est enim mentem in tempore supplicationis suæ de statu præcedenti formari, illisque eam cogitationibus orantē uel ad cœlestia sublimari, uel ad terrena demergi, quibus ante orationē fuerit immorata. Huc usque abbas Ysaac attonitis nobis secundam collationem de orationis qualitate digessit. Cuius doctrinam super illius prędicti uersiculi meditatione, quam uelut informationis loco ab incipientibus tradiderat retinendam, admirantes admodum, & excolere tenacissimè cupientes, utpote quam compendiosam ac facilem credebamus, difficiliorē satis ad obseruandum experti sumus, quam illud studium nostrum quo solebamus antea per omne scripturarū corpus absque ullius obseruantiæ uinculo uaria passim meditatione discurrere. Constat igitur neminem prorsus ob imperitiam literatum à perfectione cordis excludi, nec rusticitatem obesse ad capescendam animæ puritatem, quæ cōpendiosissimè adiacet cunctis, si modo sanam et integram mentis intentionē iugi ad Deum uersiculi huius meditatione seruauerint.

Collationis secundæ abbatis Ysaac de oratione finis.

PRAEFATIO CASSIANI IN septem alias collationes.

CVm uirtutem perfectionis uestræ qua uelut magis quædā luminaria in hoc mundo admirabili claritate fulgetis, etiam multi sanctorum qui uestro erudiuntur exemplo, uix queant æmulari, tamen uos, ô sancti fratres, Honorate & Eucheri, tanta illorum sublimium uirorum à quibus prima Anachoreseos instituta suscepimus laude flammamini, ut unus quidem uestrū igenti fratrum cœnobio præsidens congregationē suam quæ quotidiano sanctę conuersationis uestræ docetur intuitu, illorum quoque patrum præceptis optet institui: alter uerò ut etiam corporali eorundem ædificaretur aspectu Aegyptum penetrare uoluerit, ut hanc quasi frigoris Gallicani rigore torpentem prouinciam derelinquens, ad illas quas solis iustitiæ proximus respicit terras, maturis uirtutum fructibus redundantes, uelut turtur castissimus trāsuolaret, necessario hoc mihi uirtus charitatis extorsit, ut unius desiderio alterius etiā labori cōsulēs, tā abruptū scribēdi periculū nō uitarē, dūmodo & priori apud filios adderet authoritas, & secūdo tā periculosæ nauigationis necessitas demeret. Proinde quia fidei uestræ atque feruori, nec illa instituta cœnobiorū quæ 12. libellis ad beatæ memorię episcopū Castorē quo potuimus sermone cōscripsimus, nec decē collationes in Scythiotica eremo cōmorantium patrū, quas præcipientib. sanctis Elladio & Leontio episcopis, utcūque digessimus, satisfacere potuerūt, nunc etiā ut itineris nostri ratio & ordo cognoscat, trium in alio eremo cōsistentiū, quos primos uidimus, patrū septē collationes, pari cōscriptas stylo, uobis credidi cōsecrandas, quibus ea quæ de perfectione in præteritis opusculis nostris obscurius forsitan cōprehensa uel prætermissa sunt, suppleantur. Si uerò sanctam studij uestri sitim etiam hæc satiare non quiuerint, septem aliæ collationes quæ ad sanctos qui in Stoechadibus consistunt insulis, emittendæ sunt fratres, desiderium, ut arbitror, uestri ardoris explebunt.

COLLATIO PRIMA ABBATIS CHEREMONIS DE PERFECTIONE.

Caput primum.

CVm in cœnobio Syriæ consistentes, post prima fidei rudimenta, succedentibus aliquatenus incrementis, maiorem perfectionis desiderare gratiam cœpissemus, statuimus confestim Aegyptum petere, ac remotissima etiam Thebaydos eremo penetrata, sanctorū plurimos, quorū gloriā fama p uniuersa diffuderat, si nō æmulādi, saltē agnoscēdi studio inuisere. Igit ad oppidū Aegypti, cui Thennesus nomē est, emēsa nauigatione puenimus. Cui9 accolę ita uel mari uel stagnis salsis undique circumluuntur, ut solis, quia terra deest, negociationibus dediti,

dediti, opes atq; substantiam nauali cõmercio parent, ita ut ædificijs cum uoluerint extruendis terra non suppetat, nisi de longinquo nauigijs apportetur.

De episcopo Archebio. Cap. II.

VBi cum aduenientib. nobis fauens desiderijs nostris diuinitas, beatissimi atq; pręcipui uiri Archebij episcopi præstitit aduentum, qui raptus de Anachoretarũ cœtu, & episcopus Panephisi oppido datus, tanta districtione omni æuo suo propositũ solitudinis custodiuit, ut nihil de preteritę humilitatis tenore laxauerit, aut de adiecto sibi honore blanditus sit. Non enim tanq; idoneum se ad istud officium testabatur ascitum, sed uelut indignum ab illa Anachoreseos disciplina quęrebatur expulsum, eo quòd 37. annis in eadem commoratus, ad puritatẽ tantę professionis nequaq; peruenire potuisset. Hic igitur cum in supradicta Thenneso quo eum eligendi illic episcopi causa perdu xerat, piè nos atq; humanissimẽ suscepisset, agnito desiderio nostro, quo sanctos patres etiam in ulteriorib. Aegypti partibus inquirere desiderabamus. Venite, inquit, & uidete interim senes haud longè à nostro monasterio consistentes, quorum ita & antiquitas in corporibus iam curuatis, & sanctitas in ipso etiam fulget aspectu, ut uel sola contemplatio eorum magnam intuentibus posit conferre doctrinam, à quibus id quod ego amissum doleo, quodq; tradere iam perditum nequeo, non tam uerbis quàm ipso sanctę uitæ discatis exemplo. Credo autem inopiam meam hoc studio aliquatenus subleuandam, si inquirentibus uobis illam euangelicam margaritam quam ipse non habeo saltẽ prouidero, ubi eam commodius comparetis.

Descriptio eremi, in qua commorabantur Cheremon, Nesteros & Ioseph. Cap. III.

SVmpto itaq; baculo & pera, ut illic cunctis uiam ingredientib. monachis moris est, ad ciuitatẽ nos suam, id est Panephisim itineris dux ipse perduxit. Cuius terras imò etiam contiguæ regionis plurimam partem quondam opulentissimam, siquidem ex ea cuncta, ut fama est, in regios cibos subministrabant, repentino terremotu excussum ma re trãsgressis limitibus occupauit, atq; ita collapsis fermẽ omnibus uicis, optimas olim terras salsis paludibus supertexit, ut illud quod in psalmo spiritualiter decãtatur: Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitãtium in ea. Secundũ literam de illa putent regione prędictum. In his igitur locis multa in hunc modum oppida eminentiorib. tumulis collocata, fugatis habitatoribus eluuies illa uelut insulas fecit, quæ desideratam secedentibus sanctis solitudinem præbent, in quibus tres senes, id est, Cheremon, Nesteros & Ioseph, Anachoritæ antiquissimi consistebant.

De abbate Cheremone, & excusatione eius super postulata doctrina. Cap. IIII.

ITaq; beatus Archebius primũ nos perducere ad Cheremonem maluit, quia & monasterio eius propior, & duobus alijs prouectior esset ætate. Nam cum centenariũ uitæ annum spiritu tantum alacer excessisset, ita dorsum eius temporis fuerat uetustate atq; orationum iugitate curuatum, ut quasi in primeuam redactus infantiam, submissis ac protentis terratenus manibus progrederetur. Huius igitur & uultũ mirabilem & incessum pariter intuentes, siquidẽ defectis mortificatisq; iam omnibus membris, nequaquam censuram præteritæ districtionis amiserat. Cum sermonem atq; doctrinã suppliciter posceremus, ac desiderium tantũ spiritualium institutionum causam fuisse aduentus nostri protestaremur, grauiter ille suspirans: Quid uobis, ait, possum cõferre doctrinæ, cum imbecillitas senectutis ut rigorem pristinum relaxauit, ita loquendi quoq; ademit fiduciam? Quemadmodum enim docere præsumã, quod ipse non facio, aut alium in eo instruam, quod me iam uel minus uel tepidius exercere cognosco? Ob quam rem nullum iuniorum mihi in hac usque ætate cohabitare permisi, ne exemplo meo alterius districtio laxaretur. Nunquam enim erit efficax instituentis authoritas, nisi eam effectu operis sui cordi affixerit audientis.

De responsione nostra contra excusationem eius. Cap V.

AD hæc nos non mediocri confusione compuncti, ita respondimus. Licet sufficere nobis ad omnem instructionem debeat, uel loci istius difficultas, uel ipsa etiam solitaria adhuc uita, quam iuuẽtus quoq; robusta uix posset tolerare, quæ nos etiam, te tacente, satis abundeq; instruunt atq; compungunt, rogamus tamen ut taciturnitate paululum prætermissa, ea nobis potius dignanter infundas, per quæ hãc quam uidemus in te uirtutem non tam imitatione complecti quàm admiratione possimus. Nam etiamsi reuelatus tibi tepor noster impetrare id quod expetimus non meretur, debet hoc saltẽ labor tanti itineris obtinere, quo huc de Bethleemitici cœnobij rudimentis institutionis uestræ desiderio & profectus nostri amore properauimus.

Propositio abbatis Cheremonis, quòd tribus modis uitia uincantur. Cap. VI.

TVnc beatus Cheremon. Tria sunt, inquit, quæ faciunt homines à uitijs temperare, id est, aut metus gehennæ, siue præsentium legũ: aut spes atq; desiderium regni cœlorum, aut affectus boni ipsius amorq; uirtutum. Nam timor ita mali contagium legit execrari: Timor domini odit malitiam. Spes etiam uitiorum omniũ excludit incursum. Non enim delinquent omnes qui sperant in eum. Amor quoq; ruinã non metuit peccatorum, quia charitas nunquam cadit. Et iterũ: Charitas operit multitudinem peccatorum. Et idcirco beatus Apostolus omẽ salutis summã in istarũ trium uirtutũ consummatione concludens. Nunc, inquit, manẽt fides, spes, charitas: tria hęc. Fides nanq; est quę futuri iudicij ac suppliciorum metu uitiorum facit contagia declinari. Spes quę mentẽ nostram de pręsentibus auocans, uniuersas corporis uoluptates cœlestium pręmiorum expectatione contemnit. Charitas quæ nos ad amorem Christi & spiritualium uirtutũ fructũ mentis ardore succendens, quicquid illis contrarium est, toto facit odio detestari Quę tria licet ad unũ finem tendere uideantur, prouocant enim nos à rebus illicitis abstinere, magnis tamen excellentię suę gradibus ab inuicẽ disparantur. Duo nanq; superiora propriè hominum sunt eorum qui ad profectum tendentes, nec dum affectũ concepere uirtutum. Tertium specialiter Dei est & eorum qui in sese imaginem Dei ac similitudinem receperunt. Ille nanq; solus ea quę bona sunt, nullo metu, nulla remuneratio nis gratia prouocante, sed solo bonitatis affectu operatur. Omnia enim, ut ait Salomõ, operatus est dominus propter semetipsum. Suę nanq; bonitatis obtẽtu, omnẽ bonorũ copiã dignis indignisq; largit̃, quia nec fatigari iniurijs potest, nec iniquitatibus hominũ passibiliter ꝓmoueri, semper scilicet manens perfecta bonitas immutabilisq; natura.

Quibus gradibus ad sublimitatem charitatis poßit ascendi, & quæ sit in ea stabilitas. Cap. VII.

SI quis igitur ad perfectionem tendit, de illo primo timoris gradu, quẽ propriè diximus esse seruilem, de quo dicitur: Cum omnia feceritis, dicite, quia serui inutiles sumus. Ad altiorem spei tramitẽ gradu proficiente conscendet, qui iam nõ seruo, sed mercenario comparatur, quia mercedem retributionis expectat, & quasi de peccatorũ absolutione & pœnali timore securus, ac bonorũ sibi operum conscius, licet placiti præmiũ uideatur expetere, tamen ad affectum illum filij qui de paternę indulgentię liberalitate confidens, omnia quę patris sunt, sua esse non ambigit, peruenire nõ potuit. Ad quem etiam illè prodigus, qui cum substantia patris etiã filij nomen amiserat, aspirare non audet, dicens: Iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unũ de mercenarijs tuis. Post illas enim porcorum siliquas quarum ei satietas negabatur, id est, uitiorũ sordidos cibos, quia in semetipsum reuersus, & salutari timore cõpunctus, immunditiam porcorum horrere iam cœperat, ac dirę famis supplicia formidabat, uelut iam seruus effectus, etiam mercenarij statum de mercede iam cogitans, concupiscit ac dicit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo? Reuertar ergo ad patrem meum, & dicam illi: Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis

Quantum

Quantum excellant qui per charitatis affectum declinant à uitijs. Cap. VIII.

SEd ad istam humilis pœnitentiæ uocē in occursum eius pater prosiliens, maiore q̃ amissa fuerat pietate, suscepit, eumq; non contentus minora concedere, utroq; gradu sine dilatione transcurso, pristinæ filiorū restituit dignitati. Festinandū proinde nobis etiam est, ut ad tertium filiorum gradū, qui omnia quæ patris sunt, sua esse credunt, per indissolubilem charitatis gratiam conscendentes, cœlestis illius patris imaginem ac similitudinē recipere mereamur, & ad imitationē ueri illius filij proclamare possimus: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Quod etiam de nobis beatus Apostolus profitetur, dicēs: Omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue pręsentia, siue futura, omnia uestra sunt. Ad quam similitudinem etiā saluatoris pręcepta nos prouocant: Estote, inquit, & uos perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. In illis enim nonnunquam solet interrumpi bonitatis affectus, cum aliquo uel tepore uel lætitia uel oblectatione uigor animi relaxatus, aut metum ad pręsens gehennæ aut desiderium subtrahit futurorum. Et est quidem in illis gradus cuiusdā perfectus imbuens nos, ut dum uel pænarū metu uel præmiorū spe incipimus uitia declinare, ad charitatis gradum transire possimus, quia timor, inquit, non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autē timet non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus, quia Deus prior dilexit nos.

Non ergo aliter ad illam ueram perfectionem conscendere poterimus, nisi quemadmodum nullius alterius nisi nostræ salutis gratia, prior nos ille dilexit, ita eum nos quoque nullius alterius rei nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu. Quamobrem nobis studendum est, ut de hoc timore ad spem, de spe ad charitatem Dei, uel ipsarum uirtutum amorem, perfecto mentis conscendamus ardore, ut transmigrantes in affectū boni ipsius imobiliter, quantū humanæ possibile est naturæ quod bonū est retētemus.

Quod charitas non solum de seruis filios faciat, sed etiam imaginem Dei ac similitudinem conferat. Cap. IX.

MVltum nanque differt inter eum qui metu gehennæ uel spe retributionis futuræ uitiorum in se extinguit incendia, & eum qui diuinę charitatis affectu ipsam malitiam & immunditiam perhorrescit, ac puritatis possidet bonum amore tantum & desiderio castitatis, nec iam remunerationem futuræ promissionis aspiciens, sed præsentis boni delectatus conscientia agit omnia, nec contemplatione pœnarum, sed delectatione uirtutum. Hic nanque status nec submotis cunctorum hominum testimonijs abuti occasione peccati, nec occultis cogitationum uiolari oblectationibus potest, dum affectum uirtutis ipsius medullitus retinens, quicquid illi contrarium est, non solum corde non recipit, uerum etiam summo detestatur horrore. Aliud nanque est præsenti bono quempiam delectatum, odio habere uitiorum carnis'ue contagia, aliud futuræ remunerationis intuitu illicitas concupiscentias refrenare, aliùdque est præsens metuere detrimentum, & aliud futurum formidare supplicium. Postremò multo maius est propter bonum ipsum à bono nolle discedere, quàm propter metum mali malis non præbere consensum. In illo enim uoluntarium bonum est, in isto uerò uelut coactum & tanquam nolenti uiolenter exortum, uel metu supplicij uel cupiditate præmiorum. Nam qui timoris obtentu à uitiorum abstinet blandimentis, adempto timoris obstaculo, rursum ad illud quod diligit reuertetur, & ob id nec stabilitatem boni iugiter obtinebit, sed nec ab impugnatione quidem aliquando requiescet, quia nec firmam ac perpetuam pacem castimoniæ possidebit. Vbi est enim inquietudo bellorum, non possunt non etiam uulnerū interuenire discrimina. Necesse est enim quēpiam in conflictu situm, quamuis bellatorum sit ac fortiter dimicans & letalia aduersarijs uulnera frequenter infligat, nonnunquam tamen hostili mucrone perstringi. Qui uerò superata impugnatione uitiorum pacis iam securitate perfruitur & transijt in ipsius uirtutis affectum, iugem statum illius boni cuius iam totus est, retentabit, quia damno intimæ castitatis nihil credit esse damnosius. Nec enim carius ac preciosius quicquam præsenti iudicat puritate, cui pœna grauis est, uel uirtutum perniciosa transgressio,

uel ipsius uitij uirulenta contagio. Huic inquã nec reuerẽtia humanæ pręsentiæ quicq̃ adijciet honestatis, nec minuet solitudo, sed ubiq; secũ semperq; circũferens arbitrã non solum actuum, sed etiam cogitationum suarum conscientiam, illi potissimum studere contendit, quem nec circumueniri, nec falli, nec subterfugere se posse cognoscit.

Quod perfectio charitatis sit pro inimicis orare, & quo indicio anima nec dum purgata noscatur. Cap. X.

QVem statum si quis de adiutorio Dei non de studij sui labore pręsumens, meruerit possidere, de conditione seruili, in qua timor est, & mercenaria spei cupiditate, in qua non tam bonitas largientis, quàm pręmium retributionis expetitur, in adoptionẽ incipiet trensire filiorũ, ubi iam non timor, non cupiditas, sed illa charitas, quę nunq̃ cadit, iugiter perseuerat. De quo timore & charitate quosdam increpãs dominus, quid cuiq; personæ conueniret, ostendit. Filius honorat patrem, & seruus dominum suum timet. Et si pater ego sum, ubi est honor meus? Et si dñs ego sum, ubi est timor meus? Necesse est enim eum timere qui seruus est, quia seruus sciens uoluntatẽ domini sui, & non faciens, dignè uapulabit plagis multis. Per hanc itaq; charitatem quisquis ad imaginem Dei similitudinemq; peruenerit, bono iam propter boni ipsius delectabitur uoluntatem, ac similem quodammodo possidens patientiæ ac lenitatis affectum, nullis deinceps peccantium uitijs irascetur, sed ueniam potius infirmitatibus eorum condolens atque compatiens implorabit, seque reminiscens tam diu similium passionum stimulis impugnatum, donec miseratione domini saluaretur, nec suo erutum studio ab impugnatione carnali, sed Dei protectione saluatum, non iracundiam sed misericordiam errantibus intelliget impendendam, illum uersiculum ad Deum cum omni cordis tranquillitate decantans: Tu dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno anima mea. Et in hac mẽtis humilitate consistens, poterit etiam euangelicum illud perfectionis explere mandatum: Diligite inimicos uestros, & benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, & ita ad illud præmium quod subiungitur merebitur peruenire, per quod non solum imaginem Dei & similitudinem præferamus, uerũ etiam filij Dei nuncupemur: ut sitis, inquit, filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quem affectum beatus Iohannes assecutum se esse cognoscens, ait: Vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. In quo enim infirma & fragilis humana natura esse sicut ille est, potest, nisi se in bonos & malos, iustos & iniustos ad imitationem Dei placida semper sui cordis extenderit charitate? Et ut bonum propter boni ipsius operetur affectum, perueniens ad illam ueram adoptionem filiorum Dei, de qua idem beatus Apostolus ita pronunciat: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen ipsius in eo est, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Et iterum: Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Quod intelligendum est non de omni genere peccatorum, sed de capitalibus tantum criminibus dici. A quibus se quisquis extrahere atque emundare noluerit, pro illo in alio loco prædictus Apostolus ne orari quidem debere pronunciat. Qui scit, inquiens, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei uita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, no pro illo dico ut roget quis. Cæterum de illis quæ pronunciantnr non esse ad mortem, à quibus etiam hi qui fideliter Christo deseruiunt, quantalibet semetipsos circumspectione custodiant immunes esse non possunt, ita dicitur: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Et iterum: Si dixerimus quia non peccauimus, mendacem facimus eum, & uerbum eius non est in nobis. Impossibile namque est quemlibet sanctorum non in istis minutis quæ per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per necessitatem, per uoluntatem, per obreptionem, admittuntur incurrere. Quæ licet ab illo peccato, quod ad mortem esse dicitur, aliena sint, culpa tamen ac reprehensione carere non possunt. Cum ergo quis hunc quem prædiximus

diximus bonitatis affectum & imitationem Dei fuerit assecutus, tunc uisceribus dominicæ longanimitatis indutus, pro persecutoribus quoq; suis orabit similiter, dicens: Pater ignoice eis, non enim sciunt quid faciunt. Cęterum euidens indicium est animę, necdum uitiorum fecibus eliquatæ, in criminibus alienis non affectu misericordiæ condolere, sed rigidam iudicantis tenere censuram. Nam quemadmodum perfectionem cordis poterit obtinere is qui non habet illud, quod Apostolus plenitudinē legis consummare posse signauit: Alterutrum, inquiens, onera uestra portate, & sic implebitis legem Christi. Sed nec illam uirtutem possidet charitatis, quæ non iritatur, non inflatur, non cogitat malum, quæ omnia suffert, omnia sustinet. Iustus enim miseretur animas pecorum suorum, uiscera autem impiorum sine misericordia. Ideoq; ijsdem uitijs monachū subiacere certissimum est, quę in alio inclementi atq; inhumana seueritate condemnat. Rex enim rigidus incurrit mala, & qui obturat aures suas ne audiat infirmum, & ipse inuocabit, & non erit qui exaudiat eum.

Interrogatio cur affectum timoris & spei dixerit imperfectum. Caput XI.

GErmanus. Potenter quidem atq; magnificè de perfecta Dei charitate dissertum est, ueruntamen illud nos permouet, quod cum eam tanta laude prætuleris, timorem Dei & spem retributionis æternæ imperfecta esse dixisti, cum utiq; multo aliud uideatur de eis propheta sensisse, dicens: Timete dominum omnes sancti eius, quia nihil deest timentibus eum. Et iterum in obseruandis iustificationibus Dei, retributionis se contemplatione fateatur exercitatum. Inclinaui, inquiens, cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Et Apostolus: Fide, inquit, Moses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias existimans thesauris Aegyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Quomodo ergo imperfecta esse credenda est, cum & beatus Dauid retributionis obtentu iustificationes domini se fecisse glorietur, & legislator præmia futura prospiciens, spreuisse adoptionem regiæ dignitatis, & afflictionem dirissimam Aegyptiorum thesauris prætulisse dicatur?

Responsio de diuersitate perfectionum, Cap. XII.

CHeremon. Pro statu atque mensura uniuscuiusque mentis scriptura diuina ad diuersos perfectionum gradus arbitrij nostri prouocat libertatem. Non enim poterat uniformis omnibus perfectionis corona proponi, quia nec omnium una uirtus aut uoluntas aut feruor est, & idcirco ipsarum quodammodo perfectionum diuersos ordines diuersasq; mensuras sermo diuinus instituit. Quod ita esse euangelicarum quoque beatitudinum uarietas euidenter ostendit. Licet enim beati dicantur quorum sunt regna cœlorum, & beati qui possidebunt terram, & beati qui consolationem recipient, & beati qui saturitate potientur, tamen multum credimus interesse inter habitationem regni cœlorum, & possessionem illius quæcunque est terræ, & inter perceptionem cōsolationis, & plenitudinem satutitatémque iustitiæ: multúmque distare inter illos qui misericordiam consequentur, & illos qui gloriosissima uisione Dei perfrui merebuntur. Alia enim gloria solis, & alia gloria lunę, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria, ita & resurrectio mortuorum. Cum igitur iuxta hunc modum scriptura diuina timentes Deum laudet, & dicat: Beati omnes qui timent Dominum, & plenam per hoc illis beatitudinem repromittat, iterum tamen dicit: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate, Et rursus: cum seruire Deo gloriosum sit & dicatur: Seruite Dōmino in timore, Et: Magnum tibi est uocari seruum meum. Et: beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus suus, inuenerit sic facientem. Tamen ad Apostolos dicitur: Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus suus. Vos autem dico amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Et iterum: Vos amici mei estis, si feceritis ea quæ præcipio uobis. Videtis ergo

perfection

perfectionũ gradus esse diuersos, & de excelsis ad excelsiora nos à domino prouocari, ita ut is qui in timore Dei beatus & perfectus extiterit, ambulans sicut scriptũ est, de uirtute in uirtutem, & de perfectione ad aliam perfectionem, id est, de timore ad spem mẽtis alacritate cõscendens, ad beatiorem denuò statũ, quod est charitas, inuitetur. Et qui fuerit fidelis seruus ac prudens, ad amicitiæ sodalitatem et adoptionem transeat filiorũ. Secundum ergo hunc sensum nostra quoq; est intelligenda sententia, non quo contemplatione perpetuæ illius pœnæ uel beatissimæ retributionis quæ repromittitur sanctis, nullius pronunciemus esse momẽti, sed quia cum sint utiles, & sectatores suos ad initia beatitudinis introducant, charitas rursum in qua plenior fiducia perpetuumq; iam gaudium est, assumens eos de timore seruili & mercenaria spe, ad dilectionem Dei & adoptionem transfert filiorum, & quodammodo perfectiores facit de perfectis. Multæ enim, ait saluator, mansiones sunt apud patrem meum. Et licet omnia astra esse uideantur in cœlo, inter claritatem tamen solis & lunæ atq; luciferi, cæterarumq; stellarum multa distantia est. Et idcirco beatus Apostolus, non solum timori ac spei, sed etiam cunctis charismatibus quæ magna ac mirifica habentur, eam pręferens supra modum, excellentiorem omnibus uiam charitatis ostendit. Nam cum uellet, expleto omni catalogo spiritalium charismatum uirtutum, eius membra describere, ita præfatus est: Et adhuc supra modum excellentiorem uiam uobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiã, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Videtis ergo nihil preciosius, nihil perfectius, nihilq; sublimius, & (ut ita dixerim) nihil charitate perennius inueniri. Siue enim prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur, charitas autem nunquam excidet, sine qua non solum illa præcellentissima charismatum genera, sed etiam martyrij ipsius gloria uacuatur.

De timore, qui de charitatis magnitudine generatur. Cap. XIII.

QVisquis igitur in huius fuerit charitatis perfectione fundatus, necesse est ut ad illum sublimiorem charitatis timorem gradu excellentiore conscendat, quem non pœnarum terror nec cupido premiorum, sed amoris generat magnitudo, quo uel filius indulgentissimum patrem, uel fratrem frater, uel amicum amicus, uel coniugem coniunx solicito reueretur affectu, dum eis non uerbera neque conuitia, sed uel tenuem amoris formidat offensam, atque in omnibus non solum actibus, uerumetiam uerbis attonita semper pietate distenditur, ne erga se quantulumcũque feruor dilectionis illius intepescat. Cuius timoris magnificentiam, Isaias unus prophetarum eleganter expressit: Diuitiæ, inquiens, salutis sapientia & scientia, timor domini ipse thesaurus eius. Non potuit timoris istius dignitatem ac meritum magis euidenter exprimere, quàm ut diuitias salutis nostræ quæ in uera sapientia Dei scientiáque consistunt, diceret nisi à timore domini non posse seruari. Ad hunc igitur metum non peccatores sed sancti propheticis inuitantur eloquijs, dicente psalmographo: Timete dominũ omnes sancti eius, quia nihil deest timentibus eum. Qui enim hoc timore dominũ metuit, perfectioni eius certum est nihil deesse. Nã de illo timore pœnali euidenter Iohannes Apostolus dicit: Qui timet, non est perfectus in charitate, quia timor pœnam habet. Multa igitur distantia est inter istum timorẽ cui nihil deest, qui sapientiæ scientiæq; thesaurus est, & illum imperfectum, qui principium sapientię nuncupatur, quiq; pœnam in sese continens, de perfectorum cordibus superueniente plenitudine charitatis extruditur. Timor enim non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et reuera, si principium sapientię in timore consistit, quę erit eius nisi in Christi charitate perfectio, quę illum in sese perfectę dilectionis continens metum, non iam principium sed thesaurus sapientię & scientię nuncupatur? Et idcirco duplex timoris est gradus, unus incipientium, id est, eorum qui adhuc sub iugo & terrore seruili sunt, de quo dicitur: Et seruus dominũ suum timebit. Et in euãgelio: Iam nõ dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Et ideo seruus, inquit, non manet in domo in eternum, filius manet in ęternum. Imbuit enim

enim nos ut ab illo pœnali metu ad charitatis plenissimam libertatē & amicorum filiorumq; Dei fiduciam transeamus. Deniq; beatus Apostolus qui seruilem illum timoris gradum olim charitatis dominicę uirtute transcēderat, inferiora despiciens, maioribus se ditatum donis à domino sic profitetur: Non enim, inquit, dedit nobis Deus spiritum timoris, sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis. Eos etiā qui perfecta cœlestis filius patris dilectione flagrabant, quosq; ex seruis filios adoptio diuina iam fecerat, hoc adhortatur eloquio: Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. De hoc etiam metu cum illam septiformem spiritus sancti gratiam propheta describeret, quem in homine illo dominico secundum incarnationis dispensationem descendisse non dubium est, dixissetq;: Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, nouissimè uelut quiddam præcipuum intulit dicens: Et replebit eum spiritus timoris domini. In quo primitus illud diligentius est intuendum, quod non dixerit, & requiescet super eum spiritus timoris domini, sicut de illis prioribus dixerat, sed replebit, inquit, eum spiritus timoris domini. Tāta enim ubertatis eius est magnitudo, ut quem semel sua uirtute possederit, non partem sed totā eius occupet mentem. Nec immeritò. Illi etenim quę nunquam excidet cohęrens charitati, non solum replet, sed etiam perpetua & inseparabili eum quem cœperit possidet iugitate nullis letitiæ tēporalis uel uoluptatum oblectationibus imminutus. Quod nonnunquam illi qui foras mittatur timori euenire consueuit. Hic est igitur pefectionis timor, quo homo ille dominicus, qui non solum redimere humanum genus, sed etiam præbere uenerat perfectionis formam atq; exempla uirtutum, repletus fuisse narratur. Illum enim seruilem suppliciorum timorem, uerus Dei filius qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, habere non potuit.

Interroegatio de consummatione castitatis. Cap. XIIII.

GErmanus. Quia de perfectione charitatis sermo digestus est, uolumus etiam de castitatis fine aliqua liberius sciscitari. Non enim ambigimus illud prçcelsum fastigium charitatis, per quam sicut huc usque dissertum est, ad imaginem Dei similitudinemq; conscenditur, sine castitatis perfectione subsistere omnino non posse, sed utrum ita eius possit perpetuitas obtineri, ut nunquam libidinis titillatio integritatem nostri cordis infestet, & ita ualeamus ab hac passione carnali degentes in corpore regenerari, ut nunquam incentiuorum æstibus aduramur, uolumus edoceri.

Dilatio expositionis postulatæ. Cap. V.

CHeremon. Summę quidem beatitudinis ac singularis est meriti, ita istum per quē domino cohęremus affectum, uel discere iugiter uel docere, uel meditatio eius secundum psalmographi sententiam, omnes uitę nostrę dies noctesq; consumat, & mentem nostram insatiabiliter esurientē sitientemq; iustitiam cœlestis huius cibi perpetua ruminatione sustentet. Sed consulendum est etiam iumento corporis nostri secundum benignissimam saluatoris nostri prouidentiam, ne deficiat in uia. Spiritus enim promptus, caro autem infirma, quæ etiā nunc uel exigui cibi perceptione curanda est, ut post refectionē eius etiā ad ea quę desideratis diligētius indagāda, mētis q̄q; addatur intētio.

Collationis primæ abbatis Cheremonis de perfectione finis.

COLLATIO SECVNDA ABBATIS CHEREMONIS DE CASTITATE.

Caput primum.

REfectione transacta, quę doctrinę cibum desiderantibus nobis onerosa magis uisa est quàm iocūda, cū illico nos promissi sermonis debitum senex expectare sensisset, grata est, inqt, mihi nō solū attonita ad discendū uestrę mētis intētio, sed etiā disciplina ꝓpositę q̄stionis. Rationabilis. n. reuera interrogationis

rogationis à uobis ordo seruatus est. Necesse est enim ut tam excelsæ plenitudinẽ cha-
tatis immensa illa perfectæ atq; perpetuę castimonię pręmia consequẽtur, parq; sit gau-
dium in tanta parilitate palmarũ. Tanta enim sibi societate fœderantur, ut una absq; alte-
ra nequeat possideri. Hoc igitur propsitio uestra complexa est, ut utrum ignis ille con-
cupiscentiæ, cuius hæc caro uelut insitũ sentit ardorẽ, ad plenũ possit extingui, disputa-
tione simili panderemus. De quo primũ quid beatus Apostolus senserit, diligentius in-
quiramus. Mortificate, inqt, mẽbra uestra quę sunt super terrã. Prius ergo q̃ cętera per-
scrutemur, quę ista sint mẽbra quę mortificari pcęceperit, indagemus. Neque enim bea-
tus Apostolus ad abscisionem manuum, aut pedum, aut genitalium immiti nos prece-
ptione cõpellit, sed corpus peccati quod utiq; constat ex membris, quantotius destrui
zelo perfectè desiderat sanctitatis, de quo corpore alibi: ut destruat, inquit, corpus pec-
cati. Et quæ sit eius destructio consequenter exponit, ut iam, inquit, non seruiamus pec-
cato. A quo etiam se liberari cum eiulatu postulat, dicens: Infelix ego homo, quis me li-
berabit de corpore mortis huius?

De corporc peccati & membris eius. Cap. II.

HOc itaq; peccati corpus multis uitiorũ mẽbris probatur extructũ, & ad eius attine-
re portionẽ quicqd uel facto uel dicto uel cogitatione peccat̃, cuius mẽbra rectis-
simè super terrã esse dicuntur. Non enim possunt hi qui eorũ utuntur ministerio ueridi-
ce profiteri, nostra autẽ cõuersatio in cœlis est. Huius igitur corporis in hoc loco Apo-
stolus membra describens. Mortificate, inquit, membra uestra quæ sunt super terrã, for-
cationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malã, & auaritiam, quæ est simu-
lachrorum seruitus. Primo itaq; loco fornicationẽ credtdit inferendam, quę carnali cõ-
mixtione perficitur. Secundum etiam membrum immunditiam nuncupauit, quæ non-
nunquam absq; ullo mulieris tacta uel dormientibus uel uigilantibus per incuriam in-
circũspectæ mentis obrepit, & ideo notatur ac prohibetur in lege, quę immundos quos-
que non solum sacrarum carnium participatione priuauit, uerũ etiam ne contactu suo
sancta polluerent, à castrorũ iussit congregatione secerni, dicens: Anima quęcunq; co-
mederit de carnibus sacrificij salutaris (quod est domini) in qua est immunditia, peribit
corã domino, & quicquid tetigerit immũdus, immundũ erit. In Deuteronomio quoq;
Si fuerit inter uos homo qui nocturno pollutus est somnio, egrediet̃ extra castra, & non
reuertetur priusq; ad uesperã, lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra.
Deinde tertium peccati membrum libidinẽ ponit, quæ in recessibus coalescens animæ
accidere quippiam etiam sine corporis passione potest. Libidinem enim ab eo quod li-
beat dictam esse non dubium est. Post hęc de maioribus peccatis ad minora descendẽs,
quartum intulit membrũ, Cõcupiscentiam malã, quę non solũ ad prędictã impudicitiæ
passionẽ, uerũ etiam ad omnes noxias cupiditates generaliter referri potest, quæ corru-
ptę tantũmodo uoluptatis est ægritudo. De qua dominus in euangelio: Qui uiderit mu-
lierẽ ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Multo enim maius est
etiã tunc mentis lubricæ dasideriũ continere, cũ ei illecebrosi aspectus offertur occasio.
Quibus manifestissimè cõprobatur, ad perfectionẽ puritatis castimoniam continentię
corporalis solã non posse sufficere, nisi ei etiã mẽtis addatur integritas. Post quæ omnia
nouissimũ illius corporis mẽbrum, & auaritiã, inquit, procuꝉdubio ostendens non solũ
ab appetitu rerum alienarũ animũ continendum, uerum etiam propria magnanimiter
contemnenda. Hoc enim & in actibus Apostolorũ fecisse legitur credentium multitu-
do, de qua dicitur: Multitudinis autẽ credentium erat cor unum & anima una, nec quis-
quam eorum quæ possidebant aliquid suum esse dicebãt, sed erant illis omnia commu-
nia. Quotquot enim possessores agrorum aut domorũ erant, uendentes afferebant pre-
cia eorum quę uendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem
singulis prout cuiq; opus erat. Et ne ad paucos pertinere uideretur ista perfectio, auari-
tiam simulachrorum seruitutem esse testatus est. Nec immeritò: Quisquis enim non cõ-
municat necessitatibus egenorum, & pecunię suæ, quàm infideli tenacitate
conseruat, Christi præcepta postponit, idololatrię crimen incur
rit, amorem scilicet materie mundialis diuinæ
præferens charitati.

De mortificatione fornicationis & immundiciæ. Cap. III.

SI ergo multos ita pro Christo suas uidemus abiecisse substantias, ut non solum possessionem pecuniarum, uerumetiam desiderium de cordibus eorum imperpetuum probemus abscisum, consequens est ut eodem modo etiam fornicationis ardorem extingui posse credamus. Neq; enim rem impossibilem Apostolus cum possibili coniunxisset, sed utraq; sciens esse possibilia, pari modo mortificanda decreuit. Et in tantum beatus Apostolus fornicationem siue immunditiam de nostris membris extirpari posse confidit, ut non solum mortificari ea, sed ne nominari quidem in nobis debere pronũtiet. Fornicatio, inquiens, & omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in uobis, aut turpitudo: aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Quæ etiam pari modo perniciosa esse, & æquali nos à regno Dei exclusione depellere, edocet dicens: Illud autem scitote, quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Et iterum: Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt: Dubium proinde esse non debet, fornicationis & immunditiæ de membris nostris aboleri posse contagium, quandoquidem non aliter ea quàm auaritiam, stultiloquium, scurrilitatẽ, ebrietatẽ, ac furta, quorum facilis amputatio est, mandauerit abscidẽda.

Quod ad obtinendam castimoniæ puritatem non sufficit humani laboris intentio. Cap. IIII.

CErtos tamen esse nos conuenit, quod licet omnem continentiæ districtionem, famem scilicet ac sitim, uigilias quoq; & operis iugitatem, atq; incessabile subeamus studium lectionis, perpetuam tamen cãstimoniæ puritatem horum laborum meritò contingere nequeamus, nisi in his iugiter desudantes experientiæ magisterio doceamur incorruptionem eius diuinæ gratiæ largitate concedi. Ob hoc sanè solummodo se unusquisq; infatigabiliter in his exercitijs perdurare debere cognoscat, ut per illorum afflictionem misericordiam domini consecutus, de impugnatione carnis ac dominatione præpotẽtium uitiorum diuino mereatur munere liberari, non quo adepturum se per illa confidat istam quam cupit inuiolatam corporis castitatem. Tanto autem erga acquisitionẽ castimoniæ desiderio atq; amore inflammemur, quanto quis pecuniarum cupidissimus appetitor, uel qui summa honorum ambitione distenditur, uel qui intolerabili pulchrè mulieris amore raptatur, desiderium suum impatientissimo ardore optat expleri, & ita fiet ut dum pro integritatis perpetuitate insatiabili cupiditate succendimur, desiderabilis despiciatur cibus, necessarius horreat potus, somnus deniq; ipse naturæ debitus respuatur, uel certè ut deceptor fraudulentissimus puritatis & emulus atq; contrarius castitati, attonita atq; suspecta mente capiatur, & ita unusquisq; quotidie integritatis suæ matutinus explorator effectus, de collata sibi purificatione congaudeat, eamq; se non suo studio nec uigilantia sed protectione domini sentiat consecutum, ac tamdiu illius perseuerantiam suo corpori intelligat cohæsuram, quamdiù eam dominus sua fuerit miseratiõe largitus. Qui enim hanc stabiliter obtinet fidem, nequaquam superbum sapiens de sua uirtute confidet, neq; seductus longis obscœni liquoris indutijs blandissima securitate soluetur, sciens impurissimę colluuionis aspergine protinus maculandum, si uel paululum quid ab eo protectio diuina discesserit, ac proinde pro perpetuitate eius cum omni contritione & humilitate cordis: indefessis est orationibus excubandum.

De utilitate impugnationis quæ nobis de incentiuorum æstibus generatur. Cap. V.

VUltis autem capere per huius rei quam dicimus ueritatem euidens argumentum, per quod & hæc quæ dicta sunt approbetis, & istam corporis pugnam quæ inimica uobis putatur ac noxia utiliter membris nostris insertam esse doceamini? Considerate quæso illos qui corpore sunt spadones, quæ præcipuẽ causa in uirtutibus appetendis desides reddat ac tepidos. Non'ne quia corrumpendæ castitatis credunt se periculum non habere? Quod tamen nemo ita proposuisse me credat, ut neminem eorum penitus

inueniri posse confirmem, perfecta abrenunciatione flagrantem, sed quia naturam quodammodo suam uincant, si qui forte eorum ad propositam perfectionis palmam summa animi districtione contendunt, cuius ardor ac desiderium eum quem semel accenderit, famem, sitim, uigilias, nuditatem, cunctosq; labores corporis, non solum patienter uerum etiam libenter sustinere compellit. Vir enim in doloribus laborat sibi, & uim facit perditioni suæ. Et iterum: Animæ aūt egenti etiam amara dulcia uidentur. Aliâs nanq; non poterunt desideria præsentium rerum uel reprimi uel auelli, nisi pro istis affectibus noxijs quos cupimus amputari, alij salutares fuerint intromissi. Nullatenus enim ualet uiuacitas mentis, absque alicuius desiderij uel timoris: gaudij uel meroris affectione subsistere, nisi hæc eadem in bonam partem fuerint immutata. Et idcirco si carnales concupiscentias de cordibus nostris desideramus extrudere, spiritales in earum locis plantemus protinus uoluntates, ut his animus noster semper innexus & habeat quibus iugiter immoretur, & illecebras præsentium ac temporalium respuat gaudiorum. Cumq; in hunc statum mens nostra quotidianis exercitijs erudita profecerit, tunc uersiculi illius affectum experientia docente concipiet, quem omnes quidem solita psallendi modulatione concinimus, uirtutem uerò eius non nisi pauci expertique percipiunt. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi. ne commouear. Ille etenim solus uim atque intellectum huius carminis efficaciter assequitur, qui perueniens ad istam de qua loquimur corporis atque animæ puritatem, intelligit se cunctis momentis ne rursus ab eadem deuoluatur à domino conseruari, dextrasque suas, id est, operationes sanctas ab eodem iugiter communiri. Dominus enim sanctis suis non à sinistris (quia nihil habet sinistrum uir sanctus) sed à dextris semper assistit, à peccatoribus uerò & impijs non uidetur, quia non habent illas dexteras quibus dominus consueuit assistere, nec possunt dicere cum Propheta. Oculi me semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Quod nullus poterit ueridice profiteri, nisi qui uniuersa quæ in hoc mundo sunt aut noxia aut superflua aut certè inferiora summis uirtutibus iudicans, omnem intuitum suum, omne studium, omnem curam erga cultum sui cordis & castimoniæ defixerit puritatem, atque ita mens istis exercitijs elimata, & profectibus expoliata, ad perfectam corporis atque animæ perueniet sanctitatem.

Quod patientia ardorem fornicationis extinguat. Cap. VI.

QVantum enim quis in lenitate ac patientia cordis, tantum in corporis puritate proficiet, quantoq; longius iracundiæ propulerit passionem tanto castitatem tenacius obtinebit. Non enim æstus corporis declinabit, nisi qui animi motus ante compresserit. Quod apertissimè saluatoris nostri ore laudata beatitudo declarat: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Non ergo aliter nostram possidebimus terram, id est, non aliâs ditioni nostræ rebellis huius corporis terra subdetur, nisi mens nostra prius fuerit patientiæ lenitate fundata, nec poterit quis aduersus carnem suam insurgentia libidinis bella comprimere, nisi prius armis mansuetudinis instruatur. Mansueti enim possidebunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Hanc inquam terram quemadmodum obtinere possimus, idem Propheta in consequentibus Psalmi ipsius edocet: Expecta dominum & custodi uiam eius, & exaltabit te, & hæreditate capias terram. Constat ergo ad possessionem terræ istius firmiter obtinendam neminem posse conscendere, nisi illos tantum qui per immobilem patientiæ lenitatem uias domini duras ac præcepta seruantes, de cœno carnalium passionum extrahente eodem fuerint exaltati. Mansueti ergo possidebunt terram, & non solum possidebunt eam, sed etiam delectabuntur in multitudine pacis, qua nemo in cuius carne adhuc bella concupiscentiæ suscitantur stabiliter perfruetur. Necesse est enim infestari eum dirissimis dæmonum prælijs, & ignitis luxuriæ iaculis sauciatum, à terræ suæ possessione deuolui, donec dominus auferat bella usque ad fines terræ eius, arcum conterat & confringat arma, & scuta comburat igni, illo scilicet quem uenit dominus mittere super terram, & arcus etiam & arma confrigat, quibus aduersus eum nequitiæ spiritales diebus ac noctibus dimicantes, ignitis configebant cor eius iaculis passionum. Et ita cum eum dominus conterens bella ab omnibus in-

centiuorum

centiuorum æſtibus liberarit, ad illum puritatis perueniet ſtatum, ut depoſita confuſione qua ſemetipſum, id eſt, carnem ſuam dum impugnaretur horrebat, incipiat ea uelut puriſſimo tabernaculo delectari. Non enim accedent ad eum mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo eius, ad illud ſcilicet Propheticum patientiæ uirtute perueniens, ut manſuetudinis merito non modo ſuam hæreditet terram, uerumetiam delectetur in multitudine pacis. Vbi autem adhuc ſupereſt ſolicitudo certaminis, pacis eſſe non poteſt multitudo. Non enim ait, delectabuntur in pace, ſed in multitudine pacis. Per quod euidenter oſtenditur, ita efficaciſſimam medicinam cordis eſſe patientiam, ſecundum illud Salomonis: Manſuetus uir cordis eſt medicus, ut non ſolum iræ, triſticiæ, acediæ, cœnodoxiæ, ſuperbiæ, uerum etiam libidinis omniumque pariter extirpet fomitem uitiorum. In longanimitate enim (ut ait Salomon) proſperitas regibus. Nam qui mitis ſemper atque tranquillus eſt, nec iracundiæ pertunbatione ſuccenditur nec acce diæ atque triſtitiæ angore conſumitur, nec cœnodoxiæ uanitate diſtenditur, nec ſuperbiæ tumore ſuſtollitur. Pax enim multa diligentibus nomen domini. & non eſt illis ſcandalum. Et ideo non immerito pronunciatur melior patiens fortè, & qui continet iram, capiente urbem. Hanc igitur pacem donec firmam atque perpetuam obtinere mereamur, multis neceſſe eſt nos impugnationibus attemptari. Frequenterq́ꝫ nobis eſt uerſiculus iſte cum gemitu lachrymiſq́ꝫ repetendus. Miſer factus ſum & afflictus ſum uſquequaque, tota die contriſtatus ingrediebar, quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ non eſt pax oſſibus meis à facie inſipientiæ meæ. Tunc enim competenter hæc & in ueritate deflebimus, quando poſt longam puritatem corporis noſtri ſperantes iam carnalia nos omnimodis euaſiſſe contagia, ſtimulos carnis ob elationem cordis aduerſum nos rurſum ſentimus inſurgere, uel certè ad fallaciam ſomniorum impuritas nos priſtinæ colluuionis aſpergit. Cum ergo ceperit quis diuturna cordis & corporis puritate gaudere, neceſſe eſt ut dum ſe credit ulterius iam non poſſe ab illa ſinceritate deuolui, intra ſemetipſum quodammodo glorietur & dicat: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Sed cum utiliter à domino ſubrelictus illum puritatis ſtatum in quo ſibimet confidebat ſenſerit perturbari, ſeſeque in illo ſpiritali uiderit titubare ſucceſſu, recurrat protinus ad illius integritatis authorem, & agnoſcens infirmitatem ſuam, confiteatur & dicat: Domine non in mea, ſed in tua uoluntate præſtitiſti decori meo uirtutem. Auertiſti faciem tuam à me & factus ſum conturbatus. Illud quoque beati Iob: Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint uelut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me ueſtimenta mea. Quod tamen is qui ſuo uitio ſe in ſordibus tingit, non poteſt dicere ſuo creatori: Donec ergo ad perfectum puritatis ſtatum perueniat, neceſſe eſt eum inæqualitatibus iſtis frequentius erudiri, quoadusque per Dei gratiam confirmatus in illa quam appetit puritate efficaciter dicere mereatur: Expectans expectaui dominum, & reſpexit me, & exaudiuit precem meam, & eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos.

De differentijs & gradibus caſtitatis. *Cap.* VII.

MVlti ſunt enim caſtimoniæ gradus, quibus ad illam inuiolabilem conſcenditur puritatem, quos licet nec perſpicere nec enunciare ut dignum eſt uirtus noſtra ſufficiat, tamen quia ſeries narrationis expoſcit, ſecundum mediocritatem experientiæ noſtræ utcunque proferre temptabimus, reſeruantes perfectiora perfectis, nec præiudicantes his qui feruentiore ſtudio puriorem caſtimoniam poſſidentes, quanto maioris induſtriæ ſunt tanto etiam perſpicaciæ uigore præcellunt. Proinde ſex gradibus licet multa à ſe in uicem ſublimitate diſtantibus, faſtigia caſtitatis præcelſa diſtinguam, ita ut media quædam quæ tamen multa ſunt prætermittam, quorum ſubtilitas ita humanos ſubterfugit ſenſus, ut eam nec mens inſpicere neque proloqui lingua præualeat, quibus ſenſim caſtitatis ipſius perfectio quotidianis profectibus adoleſcit. Secundum ſimilitudinem nanque corporum terrenorũ quæ ſingulis diebus inſenſibiliter ſui capiũt incrementa, & ita dum

nesciunt ad perfectum habitum prouehuntur, animæ quoque robur & maturitas castitatis acquiritur. Primus itaque pudicitiæ gradus est, ne uigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secundus, ne mens illius uoluptarijs cogitationibus immoretur. Tertius, ne fœmineo nec tenuiter ad concupiscentiam moueatur aspectu. Quartus, ne uigilans uel simplicem carnis perferat motum. Quintus, ne cum memoriam generationis humanæ, uel tractatus ratio uel necessitas lectionis ingesserit, subtilissimus mentem uoluptariæ actionis perstringat assensus, sed uelut opus quoddam simplex ac ministerium humano generi necessario contributum, tranquillo ac puro cordis contempletur intuitu, nihilque amplius de eius recordatione concipiat, quam si operationem laterum uel cuiuslibet alterius officinæ mente pertractet. Sextus, castimoniæ gradus est, ne illecebrosis fantasmatibus fœminarum uel dormiens illudatur. Licet enim hanc ludificationem peccato esse obnoxiam non credamus, concupiscentiæ tamen adhuc medullitus latitantis indicium est. Quam tamen illusionem diuersis modis constat accidere. Nam secundum illum usum quem uigilans exercere uel cogitare consueuerat, etiam dormiens unusquisque temptatur. Aliter enim falluntur hi qui carnalē copulam norunt. Aliter qui fœmineæ sunt commixtionis expertes. Hi enim sicut simplicioribus ac purioribus somnijs inquietari solent, ita etiam faciliore diligentia ac minore possunt labore purgari. Illi autem sordidioribus magisque expressis fantasmatibus illuduntur, donec paulatim secundum mensuram castitatis, ad quam unusquisque contendit, in odium illius rei quàm uoluptariam ante sentiebat, mēs etiam somno sopita uertatur, illudque ei quod fortibus pro summo laborum stipendio repromittitur per Prophetam concedatur à domino, & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra uestra, & dormire uos faciam fiducialiter, & ita demum quis ad illam beati sereni paucorumque similium uirorum perueniet puritatem. Quam idcirco à prædictis sex castimoniæ gradibus sequestraui, quia non solū possideri sed etiam credi non nisi à rarissimis potest. Et quia id quod illi specialiter diuini muneris largitate collatum est, proponi ad generalis præcepti non potest formam, scilicet ut eo usque mens nostra castitatis ipsius puritate formetur, ut etiam ipso naturali motu carnis emortuo, illum obscœnum liquorem non perferat. Opinionem sanè quorundam quam super hac carnis colluuione definiunt, silere non debeo, qui dicunt non idcirco eam dormientibus euenire, eo quod eam producat fallacia somniorum, sed potius quia redundantia humoris illius aliquas in ægrotanti corde fingat illecebras. Denique aiunt quod illo tempore quo non inquietat illa concretio, quemadmodum fluxus eius ita etiam illusio conquiescat.

Quod de natura castitatis & effectu eius inexperti tractare non possint. Cap. VIII.

SEd hæc suscipere & probare utrum possibilia an impossibilia sint, certo examine definire poterit nemo, nisi per experientiam longam & puritatem cordis ad confinia carnis ac spiritus uerbo domini dirigente peruenerit. De quo beatus Apostolus: Viuus est, inquit, sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, cōpagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et ita inter illorum quodammodo terminos collocatus, quid humanæ conditioni necessarium sit atque ineuitabiliter attributum, quidue consuetudine uitiosa & in curia iuuentutis inuectum, uelut inspector & arbiter iusta trutinatione discernet, ac super eorum effectu atque natura non falsis uulgi opinionibus abducetur, nec præiudicatis inexpertorum diffinitionibus acquiescet, sed puritatis modum certa experientię suæ libra & iusta examinatione perpendens, nequaquam illorum decipietur errore, qui negligentiæ suæ uitio crebrioribus quàm natura compellit egestionibus sordidati, de naturali conditione causantur. Cunque eos constet inferre potius uim naturæ, & extorquere ab ea pollutionem quam ipsa non ingerit, intēperantiam suam ad necessitatem carnis imò ad eius referunt creatorem, proprias culpas ad naturæ infamiam transferentes. De quibus in Prouerbijs eleganter exprimitur. Insipientia uiri corrumpit uias suas, Deum autem causatur in corde suo. Postremo si quis huic assertioni nostræ fidem derogare uoluerit, quæso ut non ante præiudicata nobiscum opinione disceptet,

disceptet, quam disciplinæ huius suscipiat instituta. Cunque hæc perpaucis mensibus illa qua traditur moderatione seruauerit, profecto hæc quæ diximus uero poterit probare iudicio. Cæterum frustra de cuiuslibet artis ac disciplinæ fine contendit, quisque non prius omnia quæ ad consummationem eius pertinent, summo fuerit studio ac uirtute sectatus, uelut si, uerbi gratia, similitudinem mellis ex tritico, aut rursum ex eo sicut etiam ex raphani liniq; seminibus lenissimi olei liquorem produci posse confirmẽ. Si quis horum penitus ignarus assistat, non'ne contra rerum naturam hoc esse conclamans, me uelut apertissimi authorem mẽdacij deridebit? Cui si ego testes innumeros qui hæc se & uidisse & gustasse & fecisse testentur exhibeam, rationem insuper atque ordinem quo ille species, uel in olei pinguedinem, uel in mellis dulcedinem transformentur edisseram, ille autem in stultissimæ persuasionis obstinatione persistens, neget ab illis seminibus quicquã uel dulcedinis uel unguedinis posse produci. Non'ne magis notanda est irrationabilis eius peruicaxq; contentio, quàm sermonis mei ueritas irridenda, quæ multorum ac fidelium testium grauitate, & euidentibus documentis, & quod his amplius est experientiæ probatione fulcitur? Et ideo quisquis ad illum puritatis statum iugi cordis intẽtione peruenerit, ut iam mente ab huius passionis titillatione penitus absoluta, per soporem caro eius uelut redundantiam superflui humoris expellat. conditionem modumq; naturæ certissime deprehendit, & ita cum expergefactus inuenerit carnem suam post longa tempora se inscio atque ignorante pollutam, tum demum de naturali necessitate causetur, ad illum sine dubio perueniens statum, ut talis inueniatur in nocte qualis in die, talis in lecto, qualis in oratione, talis solus qualis turbis hominũ circumseptus. Postremo ut nunquam se talem secretus aspiciat, qualis uideri ab hominibus erubescit, nec in eo tale aliquid ineuitabilis ille oculus deprehendat, quod ad humanis aspectibus uelit esse celatum, & ita cum cœperit suauissimo lumine castitatis iugiter delectari, dicere poterit cum Propheta: Et nox illuminatio mea in delitijs meis, quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius ita & lumen eius. Deniq; hoc ipsum, quia supra conditionem naturæ uidetur humanæ, qualiter obtinuerit idẽ Propheta subiungit dicens: Quia tu possedisti renes meos, id est, non industria mea neque uirtute hanc promerui puritatem, sed quia tu mortificasti insitum renibus meis libidinosæ uoluntatis ardorem.

Interrogatio an corporis motum etiam dormientes possimus euadere. Cap IX.

GErmanus. Perpetuam quidẽ corporis puritatem ex parte aliqua experti sumus, à uigilantibus posse per Dei gratiam possideri, & commotionem carnis districtionis rigore atque iudicio resistente, uigilantibus posse non contingere non negamus. Vtrum autem & dormientes hac inquietudine carere possimus, uolumus edoceri. Duabus nanque de causis possibile hoc esse non credimus, quas licet absque uerecundia nequeamus effari, tamen quoniam hoc medicinę ipsius necessitas cogit, quæsumus ut cum uenia tui si qua fortè inuerecundius fuerint denudata suscipias. Primum ergo est quod per somni quietem mentis uigore laxato, obseruari nequaquam illius ualeat commotionis obreptio. Secundo, quod etiam urinæ collectio cum uesicæ capacitatem, quiescentibus nobis, indesinenti confluxu, interni humoris oppleuerit, excitet membra marcescentia, quod etiam paruulis uel spadonibus eadem nihilominus lege contingit. Vnde fit ut si non oblectatio libidinis uulnerat mentis assensum, confusione tamen eam humiliet turpitudo membrorum.

Responsio quod per somnum accidens carnis commotio non officiat castitati. Cap. X.

CHeremon. Apparet uos nec dum ueræ castitatis agnouisse uirtutem, quandoquidem districtionis auxilio eam à uigilantibus tantum creditis retentari. Et inde est quod putatis à dormientibus quasi rigore animi resoluto, integritatem non posse seruari. Porrò castitas non, ut arbitramini, districtionis præsidio, sed amore sui & propriæ puritatis delectatione subsistit. Non enim castitas sed continentia dicitur, ubi adhuc ei aliqua resistit aduersitas uoluptatis: Videtis ergo his qui castitatis affectum per Dei gratiam medullitus recceperũt, districtionis cessationem cum dormiunt non obesse, quæ si in-

fida etiam uigilãtibus ratione certissima comprobatur. Quicquid enim cum labore cõprimitur, temporales dimicanti præstat inducias, non tamen perpetuam securitatis quietem tribuit post laborem. Quicquid autem profunda fuerit uirtute deuictum, absque ulla inquietudinis suspitione compositum, iugem pacis uictori conferet firmitatem. Quamobrem donec pulsari nos carnis commotione sentimus, nouerimus nos ad castitatis necdũ peruenisse fastigia, sed adhuc sub infirmitate continentiæ constitutos prælijs fatigari, in quibus necesse est dubios semper esse euentus. Quod autem ineuitabilem esse commotionẽ carnis hoc astruere uoluistis indicio, quòd ea ne ipsi quidem Eunuchi carere demptis genitalibus possunt, sciendum est non eis carnales æstus nec affectum libidinis, sed solam satiuæ generationis deesse uirtutem. Vnde manifestum est, ne illos quidem si ad hanc ad quam nos nitimur castitatem cupiunt peruenire, ab humilitate & contritione cordis uel conitinentiæ districtione debere laxari, licet nequaquam sit discredendum, minore ab eis castimoniam posse labore ac studio comprehendi.

Quòd multum intersit inter castitatem & continentiam.
Cap XI.

QVamobrem perfectio castitatis, à laboriosis continentiæ rudimentis perpetua tranquillitate discernitur. Hæc est enim uerè consummatio castitatis, quæ nõ impugnãs carnalis concupiscentiæ motus sed toto horrore detestans, iugem atque inuiolabilem suæ retinet puritatem, nec potest aliud quid esse quàm sanctitas. Hoc autem fiet, quãdo iam desinens caro aduersus spiritum concupiscere, desiderijs eius uirtutique consenserint, cœperintque sibi inuicem pace firmissima fœderari, & secũdum psalmigraphi sententiam habitarint fratres in unum, illam repromissam à domino beatitudinem possidentes, de qua ait: Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Quisquis ergo intellectualis illius Iacob, id est, supplãtatoris trãscenderit gradum, ab illa contitentiæ colluctatione ac supplantatione uitiorum, obstupefacto femoris neruo, ad Israhelis meritum perpetua cordis directione conscendet. Quem ordinem etiam beatus Dauid ita spiritus sancti uaticinatione distinxit, in primis inquiens: Notus in Iudæa Deus, id est, in anima quæ adhuc sub peccatorum confessione retinetur, Iudæa enim confessio interpretatur: in Israhel autem, id est, in eo qui uidet Deum, siue (ut quidam interpretantur) rectissimus Dei est, non solum notus sed etiam magnum est nomen eius. Deinde ad sublimiora nos prouocans, ac uolens etiam locum ipsum quo dominus delectatur, ostendere: Et factus est, inquit, in pace locus eius, id est, nõ in conflictu certaminis & colluctatione uitiorum, sed in castimoniæ pace & in cordis tranquillitate perpetua. Hunc igitur pacis locum extinctione carnalium passionum si quis meruerit obtinere, ex hoc quoque proficiens gradu, ac Syon spiritalis, id est, specula Dei consequenter effectus, erit etiam habitatio eius. Non enim in conflictu continentiæ, sed in iugi uirtutũ specula dominus commoratur, ubi iam non retundit, non comprimit, sed in perpetuum confringit potentias arcuum, ex quibus uidelicet aduersum nos libidinum quondam iacula dirigebantur ignita. Videris ergo quia sicut non est in colluctatione continentiæ, sed in castitatis pacis locus domini, ita etiam habitatio eius in specula sit & contemplatione uirtutum. Vnde non immeritò portæ Syon cunctis tabernaculis Iacob præferuntur: Diligit enim dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob. Quòd autẽ per hoc ineuitabilem esse commotionem carnis asseritis, quòd urina cum uesicam iugi instillatione repleuerit, quieta etiam suscitet membra, licet uerè sectatoribus puritatis ad obtinendam eam nihil præiudicet ista commotio, quàm hæc sola interdum & tamen per soporem necessitas excitarit, sciendum tamen est, quòd ita si commota fuerint ad quietẽ propriam reducantur castitatis imperio, ut non modo cum nullo pruritu, sed ne cum minima quidẽ libidinis recordatione sedentur. Et idcirco ut cum lege animi, lex quoque congruat corporalis, etiam in ipsius aquæ potu ita est nimietas castiganda, ut humoris quotidiana illa collectio pigrius arefactis influens membris, illum quem ineuitabilem putatis corporis motum, non solum rarissimum, uerum etiam lentum reddat ac tepidum frigidumque (ut ita dixerim) ignem, & absque ullius adustionis ardore rorantem suscitet flãmam, instar admirabilis illius Mosaicæ uisionis, ut carnis nostræ rubus innoxio igne circundatur non uratur, uel sicut

uel ſicut illorum trium iuuenū, quibus ita rorante ſpiritu fornacis Chaldaicę flāma diſcuſſa eſt, ut nec capillos eorum aut fimbrias odor ignis afflaret, ut illud quodammodo quod ſanctis repromittitur per prophetam: Incipiamus iam in hoc corpore poſsidere cum ambulaueris per ignem non combureris, & flamma non ardebit te.

De mirabilibus quæ peculiariter in ſanctis ſuis Deus operatur. Cap XII.

MAgna enim uerè atque mirifica ſunt, nec ulli hominum penitus, niſi his tantum qui experti ſunt nota, quæ dominus fidelibus ſuis adhuc in iſto corruptionis uaſculo conſtitutis, ineſtabili largitur liberalitate. Quæ propheta mentis puritate perluſtrans, tam ex ſua quàm ex illorum perſona qui in hunc ſtatum affectumq; perueniunt, exclamauit: Mira opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. Alioquin nihil noui nec magni intelligitur propheta dixiſſe, ſi alio cordis affectu uel de alijs operibus Dei hæc pronunciaſſe credatur. Nullus etenim eſt hominum qui mira eſſe opera Dei etiam ex ipſius creaturæ magnitude non agnoſcat. Cæterum illa quæ in ſanctis ſuis quotidiana operatione diſpenſat, ac ſpeciali munificentia affluenter effundit, nullus alius niſi anima perfruentis agnoſcit, quæ in ſecreto conſcientiæ ſuæ ita eſt beneficiorum eius arbitra ſingularis, ut ea non ſolum nullo ualeat ſermone diſſerere, ſed ne ſenſu quidem & cogitatione complecti, cum ab illo ignito feruore diſcedens ad iſtos materiales ac terrenos intuitus fuerit deuoluta Qis enim in ſe opera domini non miretur, cum inſatiatiabilem uentris ingluuiem, & ſumptuoſam gulæ perniciosamq; luxuriam, ita in ſe uiderit fuiſſe compreſſam, ut uix ipſum exiguum ac uiliſsimum cibum rarò inuitusq; percipiat? Quis non obſtupeſcat opera Dei, cum illum ignem libidinis, quem naturalem antea & uelut inextinguibilem eſſe credebat, ita refriguiſſe perſenſerit, ut ne ſimplici quidem corporis motu ſentiat incitari? Quomodo non uirtutem domini contremiſcat quiſque, cum homines quondam diros atque truculentos qui ad ſummum iracundiæ furorem etiam blandiſsimis ſubditorum irritabantur obſequijs, ad tantam tranſiſſe uiderit lenitatem, ut non ſolum nullis iam commoueantur iniurijs, ſed etiam cum illatæ fuerint, ſumma magnanimitate congaudeant? Quis planè non miretur opera Dei, ac toto proclamet affectu, quia ego cognoui quòd magnus eſt dominus, cum uel ſe uel alium quempiam ex rapaciſsimo liberalem, ex prodigo continentem, ex ſuperbo humilem, ex delicato ac tenero ſqualidum hirſutùmque perſpexerit, & egeſtate atque anguſtia præſentium rerum etiam uoluntariè perfruentem? Iſta ſunt profectò mira opera Dei, quæ peculiariter anima prophetæ ſimilibúmque eius mirificæ contemplationis intuitu ſtupefacta cognoſcit. Iſta ſunt prodigia quæ poſuit ſuper terram, quæ idem propheta conſiderans, ad admirationem eorum cunctos populos aduocat dicens: Venite & uidete opera Dei, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella uſque ad fines terræ, arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni. Quod enim maius poteſt eſſe prodigium, quàm ſub momento breuiſsimo ex rapaciſsimis publicanis Apoſtolos fieri, ex perſecutoribus truculentis prædicatores euangelij patientiſsimos reddi, ita ut eam quam perſequebantur fidem etiam effuſione ſui ſanguinis propagarent? Iſta ſunt opera Dei quæ ſe quotidie unà cum patre operari filius proteſtatur, dicens: Pater meus uſque hodie operatur, & ego operor. De iſtis operibus Dei beatus Dauid in ſpiritu canens: Benedictus, inquit, dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus. De iſtis & Amos propheta: Qui facit, inquit, omnia, & conuertit ea & tranſmutat in matutinam umbram mortis. Hæc eſt nempe immutatio dexteræ excelſi. De hac ſalutari operatione Dei orat propheta dominum, dicens: Confirma Deus hoc quod operatus es in nobis. Vt prætermittam illas ſecretas atque abſconditas diſpenſationes Dei, quas intra ſe peculiariter exerceri mens ſanctorum omnium momentis ſingulis intuetur, illam cœleſtem infuſionem lætitię ſpiritalis, qua deiectus animus inſperati gaudij alacritate ſuſtollitur ad illos ignitos cordis exceſſus, & tam ineffabilia quam inaudita ſolatia gaudiorum, quibus nonnuquā ignauiſsimo ſtupore torpentes, ad oratione̅ ferue̅tiſsimā uelut de ſomno profunndiſsimo ſuſcitamur.

Hoc, inquam, est gaudium de quo beatus Apostolus: Quod oculus, inquit, non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, eius scilicet qui terrenis uitijs hebetatus adhuc homo est & humanis inhæret affectibus, nihilq; de istis Dei muneribus intuetur. Deniq; idem Apostolus tam de se quàm de similibus sibi qui iam de humana conuersatione discesserant, subiecit dicens: nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.

Quod soli qui experiuntur agnoscant dulcedinem castitatis. Cap. XIII.

IN his igitur omnibus quantum mens ad subtiliorem profecerit puritatem, tanto sublimius intuebitur Deum, & admirationis intra semetipsam potius capiet incrementa, quam loquendi facultatem aut sermonem narrationis inueniet. Vt enim uim lætitiæ huius inexpertus mente percipere, ita explicare sermone non ualebit expertus, tanquam si quis dulcedinem mellis ei qui nunquam quicquam dulce gustauerit uelit sermonibus enarrare, profecto nec ille saporis illius suauitatem quam nunquam ore percepit auribus capiet, nec ille dulcedinem quàm gustus uoluptate cognouit, uerbis poterit indicare, sed propria tantum agnitione suauitatis illectus, necesse est ut experti saporis iocunditatem intra semetipsum solummodo tacitus admiretur. Ita igitur quisquis in hunc quem prædiximus uirtutum statum meruerit peruenire, hæc omnia quæ in suis peculiari gratia dominus operatur, tacita mente perlustrans, horumq; omnium attonita consideratione flammatus, cum intimo cordis exclamabit affectu. Mira opera tua Deus, & anima mea cognoscet nimis. Istud ergo est mirabile opus Dei, hominem carneum, carnales affectus in carne positum respuisse, & in tanta rerum atque incursuum uarietate unum tenere animi statum, atq; immobilem in omni accidentium permutatione durare. Qua uirtute fundatus senex quidam, cum apud Alexandriam turbis infidelium circumfusus, non solum maledictis uerumetiam grauissimis impellentium urgeretur iniurijs, eiq; à subsannantibus diceretur: Quid miraculi Christus uester quem colitis fecit? Ille inquit: Vt his ac maioribus si intuleretis non mouear nec offendar iniurijs.

Interrogatio de continentiæ qualitate & temporis modo in quo castitas perfici possit. Cap. XIIII.

GErmanus. Quoniam nos admiratio non humanæ huius neque terrenæ, sed plane cœlestis atq; angelicæ castitatis, ita subito stupore confudit, ut terrorem magis desperationis incuteret, quam ad expetendam se nostros animos prouocaret, quæsumus, ut nos de obseruantiæ qualitate ac temporis modo, quo acquiri uel perfici ualeat, doctrina plenissimę disputationis instituas, quatinus & consummari eam posse credamus, & ad expetendam deinceps spacio constituti temporis animemur. Incomprehensibilem nanq; eam in carne hac positis quodammodo iudicamus, nisi nobis ordo quidam ac uia qua ad illam ualeat perueniri, certa ratione pandatur.

Responsio intra quod tempus poßibilitas castitatis poßit agnosci. Cap. XV.

CHeremon. Temerarium satis est super consummatione huius de qua loquimur castitatis, in tanta præsertim uel uoluptatum diuersitate uel uirium, certam temporis definire mensuram, quæ non facilè etiam in istis materialibus artibus ac uisibilibus disciplinis decerni potest, secundum intentionem nanque animi atque ingenij qualitatem, necesse est eas ab unoquoque uel celerius uel tardius apprehendi, rationem tamen obseruantiæ & temporis modum intra quem eius possibilitas agnoscatur, constantissime possumus definire. Quisquis igitur extractus à cunctis confabulationibus ociosis, & mortificatus ab omni ira ac sollicitudine curaque mundana, duobus tantum paximacijs fuerit quotidiana refectione contentus, & aquæ satietate subtracta quietem somni trium siue (ut alij statuerunt) quatuor horarum spacio terminarit, nec tamen laborum aut continentiæ huius merito sed miseratione domini eam se crediderit adepturum, quia sine hac fide uana est omnis humani laboris intentio, non amplius quam sex mensibus, perfectionem istius impossibilem sibi non esse cognoscet. Euidens tamen est iam proximæ puritatis indicium, incipere eam de proprij laboris industria non sperare. Si enim uim uersiculi illius unusquisque in ueritate conceperit: Nisi

Niſi dominus ædificauerit domum, inuanum laborãt qui ædificant eam. ſequitur, ut nec de puritatis ſuæ meritis extollatur, intelligens eam ſe non ſua diligentia, ſed domini miſericordia conſecutum, nec contra alios immiti rigore moueatur, ſciens humanam nihil eſſe uirtutem, ſi eam uirtus diuina non iuuerit?

De fine ac remedio caſtitatis. Cap. XVI.

PRoinde unicuique noſtrum aduerſus ſpiritum fornicationis totis uiribus deſudanti, uictoria ſingularis eſt, de merito conatus ſui remedium non ſperare, quæ fides licet facilis ac plana omnibus uideatur, tamẽ tam difficile ab incipientibus quam ipſius caſtitatis perfectio poſſidetur. Nam cum eis uel particula puritatis arriſerit, continuo in conſcientiæ ſuæ ſecretis elatione quadam ſubtiliter illabente ſibimet blandiuntur, credentesq́ ea ſe diligentiæ ſuæ ſtudio conſecutos, neceſſe eſt ut superno illo præſidio paululum denudati, tam diu illis quas diuina uirtus extinxerat paſſionibus opprimantur, quamdiù experientia docente cognoſcant ſe uiribus atq́ induſtria ſua puritatis bonum obtinere non poſſe. Et ut diſputationem noſtram de fine pleniſſimæ caſtitatis longa lucubratione confectam breuiter concludamus, in unum omnia quæ copioſè ſparſimq́ue digeſta ſunt colligentes, hæc eſt conſummatio caſtitatis, ut uigilantem monachum oblectatio libidinis nulla perſtringat, ut quieſcentem ſomniorum non fallat illuſio, ſed cum dormienti tantum per ſopitæ mentis incuriam commotio carnis obrepſerit, quemadmodum ſine ulla titillatione uoluptatis excitata eſt, ita etiã ſine ullo pruritu corporis cõquieſcat. Hæc de caſtitatis fine, quãtum potuimus non uerbis ſed experientia magiſtrante digeſſimus. Quæ licet à deſidioſis ac negligentibus arbitrer impoſſibilia forſitan iudicanda, certus tamen ſum à ſtudioſis ac ſpiritalibus uiris agnoſcenda pariter ac probanda. Tantum nanque inter hominem diſtat & hominem, quantum & illa in quibus animi eorum tendit intentio ab inuicem diſparantur, id eſt, uel cœlum ab inferno, uel Chriſtus à belial, ſecundum ſententiam domini Saluatoris. Si quis mihi miniſtrat me ſequatur, & ubi ego ſum illic & miniſter meus erit. Et iterum: Vbi eſt theſaurus tuus ibi erit & cor tuum. Hucuſque beatus Cheremon de caſtitatis perfectione diſſeruit, admirabilemq́ue doctrinam ſublimiſſimæ puritatis tali ſermone concluſit, ſuadens ſtupentibus atq́ anxijs nobis, ut quia iam noctis pars maior effluxerat, tradita quieti paululum membra naturali ſoporis cibo minimè fraudaremus, ne languens torpore corporis ſui etiã mens uigorem ſanctæ intentionis ammitteret.

Collationis ſecunda abbatis Cheremonis de caſtitate finis.

COLLATIO TERTIA ABBATIS CHEREMONIS DE PROTECTIONE DEI, CAPVT PRIMVM.

CVm ad ſynaxim matutinam percepto paululum ſopore remeantes, ſenem operiremur, ingenti abbas Germanus ſcrupulo mouebatur, quod in præterita diſputatione cuius uirtus ſummum deſiderium incognitæ nobis caſtitatis infuderat, unius adiectione ſententiæ Beatus ſenex meritum humanæ cauſaſſet induſtriæ, aſtruens hominem quamuis ſummis ad bonam frugem uiribus enitatur, tamen boni compotem eſſe non poſſe, niſi id diuini tantum muneris largitate, non operis ſui ſtudio percepiſſet. Hanc igitur quæſtionem attonite uoluentibus nobis, progreſſus cellula beatus Cheremon cum quidem nos inuicem muſitare ſenſiſſet, ſolito breuius orationem atque pſalmorum ſolennitate tranſcurſa, quid moueret inquirit.

Interrogatio

Interrogatio quare non merita uirtutum laborantis industriæ deputentur? Cap. II.

TVnc Germanus. Quantum excellentissimè, inquit, sublimitate uirtutis quæ nocturna disputatione patefacta est, penè (ut ita dixerim) à fide possibilitatis excludimur, tantum nobis pace tui dictum sit uidetur absurdum, si laborum stipendium, id est, perfectio castitatis quæ instantia proprij sudoris acquiritur, non specialiter laborantis deputetur industriæ. Ineptum est enim, ut si uerbi gratia, agricolam erga culturam terræ irremissum studium uiderimus impendere, non illius efficaciæ ascribamus & fructum?

Responsio quod sine adiutorio Dei non solum perfectio castitatis, sed omnino nihil boni perfici poßit. Cap. III.

CHeremon. Hoc ipso quod proposuistis exemplo, euidentius approbatur nihil posse proficere sine adiutorio Dei laborantis industriam. Nec enim agricola cum omnes conatus suos in excolendis expenderit terris, confestim etiam prouentum segetum & ubertatem frugum suæ poterit industriæ deputare, quàm irritam esse frequenter expertus est, nisi eam & pluuiarum oportunitas & hyemis tranquilla serenitas subsequatur, ita ut adultos iam fructus ac perfecta maturitate solidatos, quodammodo de manu tenentium uiderimus plerumque præceptos, nihilq; laborantibus illam iugem sudoris instantiam contulisse, quia non fuit domini opitulatione directa. Sicut igitur inertibus agricolis, qui sua frequenter uomere arua non subigunt, hanc ubertatem segetum pietas diuina non confert ita laborantibus pernox sollicitudo non proderit, nisi misericordia domini fuerit prosperata. In quo tamen humana superbia nullatenus se gratiæ Dei uel exæquare uel admiscere contendat, participemq; se in muneribus Dei per hoc conetur inserere, ut laborem suum authorem esse diuinæ existimet largitatis, ac prouentum copiosissimarum frugum, industriæ suæ meritis respondisse glorietur. Consideret namque ac ueridica examinatione perpendat, quod ne ipsos quidem conatus quos pro desiderio opulentiæ intentus exercuit, suis uiribus impendere potuisset, nisi eum ad exercendum omne opus ruris, protectio domini ac misericordia roborasset, & inefficax eius uoluntas fuisset ac uirtus, nisi etiam peragendi copiam, quæ nonnunquam uel siccitatis uel imbrium nimietate fraudatur, diuina clementia præstitisset. Nam cum & bonum uirtutis & sanitas corporis & omnium effectus operum actuumque prosperitas à domino fuerit condonata, orandum est ne fiat ei sicut scriptum est, cœlum æreum & terra ferrea, & ne residuum locustæ comedat brucus, & residuum bruci eruca deuoret, & residuum erucæ rubigo consumat. Nec in hoc tantum eget diuinitatis auxilio agricolæ laborantis industria, nisi etiam insperatos auertat casus, quibus etiam si desiderata fructuum fœcunditate ager fuerit opimatus, non solum spei suæ uana expectatione frustrabitur, uerumetiam perceptarum & reconditarum iam uel in area uel in horreo frugum ubertate fraudabitur. Quibus minifestè colligitur, non solum actuum, uerumetiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui nobis & initia sanctæ uoluntatis inspirat, & uirtutem atque oportunitatem eorum quæ recte cupimus tribuit peragendi. Omne enim datum bonum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consumat in nobis, dicente Apostolo: Qui autem dat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen uestrum, & crescere faciet fructus iusticiæ uestræ. Nostrum uerò est, ut quotidie attrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequamur, uel certè dura ceruice & incircumcisis, ut scriptum est, auribus eidem resistentes, per Hieremiam mereamur audire. Nunquid qui cadit non resurget, aut qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? Indurauerunt ceruices suas, noluerunt reuerti.

obiectio

Obiectio quemadmodu a gentiles absq; gratia Dei castimoniam habuisse dicantur. Cap. IIII.

GErmanus. Huic sensui cuius pietas abrupte à nobis non potest improbari, illud uidetur obsistere, quod ad destructionem liberi arbitrij tendit. Nam cum multos gentilium qui utiq; diuini adiutorij gratian non merentur, non solum frugalitatis atque patientiæ, sed quod magis mirum est etiam castitatis uideamus fulgere uirtutibus, quomodo captiuato liberæ uoluntatis arbitrio, Dei munere collatæ illis fuisse credēdæ sunt: cum utiq; mundanæ sapientiæ sectatores, non solum Dei gratiam sed ipsum etiam uerū Deū penitus ignorātes, quantū uel serie lectionis uel quorundā traditiōe cognouimus, summam castimoniæ puritatem proprij laboris industria possedisse dicantur?

Responsio de philosophorum imaginaria castitate. Cap. V.

CHeremon. Gratum mihi est quod dum summo agnoscendæ ueritatis amore flammamini, quædam etiam inepta proponitis, quorum obiectione probatior, atq; (ut ita dixerim) exploratior catholicæ fidei uirtus appareat. Quis etenim sapiens tam contrarijs propositionibus uteretur, ut cœlestem castimoniæ puritatem quam hesterna die nec per Dei gratiam mortalium cuiquam asserebatis posse conferre, nunc eandē etiam à gentilibus crederetis uirtute propria fuisse possessam? Sed quia hæc explorandæ proculdubio (ut dictum est) studio ueritatis opponitis, quid de his teneamus aduertite. Primū philosophos nequaq; credendum est talem animi castitatem qualis à nobis exigitur assecutos, quibus iniungitur ut non solum fornicatio sed ne immundicia quidem nominetur in nobis. Habuerunt autem illi quandam portiunculam castitatis, id est, abstinentiā carnis, ut tantum à coitu libidinem coërcerent; hanc autem internam mentis ac perfectam corporis puritatem, non dicam opere assequi, sed nec cogitare potuerunt. Denique famosissimus ille ipsorum Socrates, hoc ut ipsi concelebrant de se non erubuit profiteri. Nam cum intuens eum quidam physioggnomon dixisset, oculi corruptoris puerorum, & irruentes in eum discipuli eius, ulcisci illatum magistro uellent cōuitium, indignationem eorum hac dicitur compressisse sententia, quiescite, ô sodales: etenim sum, sed contineo. Apertissimè igitur non solum assertione nostra, sed etiam ipsorum professione monstratur, consummationem tantummodo impudicitiæ, id est, cōmixtionis turpitudinem, uiolenta ab illis necessitate compressam, non tamen desiderium de cordibus eorum & oblectationem illius passionis exclusam. Cum quo autem horrore proferendā est illa sententia Diogenis? Factum enim quod Philosophos mundi huius uelut quiddam memorabile proferre non puduit, neq; dici à nobis sine uerecundia, neq; audiri potest. Nam cuidam in adulterij crimine puniendo (ut ferunt) ait: quod gratis uenditur morte non emas. Constat ergo illos ueræ castitatis quæ à nobis expetitur, nec agnouisse uirtutem. Et ideo satis certum est circumcisionem nostram quæ in spiritu est, non posse nisi Dei tātum munere possideri, & his inesse solummodo, qui Deo tota spiritus sui cōtritione deseruiunt.

Quod sine gratia Dei nullos industrios conatus exequi ualeamus. Cap. VI.

ET idcirco licet in multis immo in omnibus possit ostendi, semper auxilio Dei homines indigere, nec aliquid humanam fragilitatem quod ad salutem pertinet per se solam, id est, sine adiutorio Dei posse perficere, in nullo tamen euidentius quàm in acquisitione atq; custodia castitatis ostenditur. Vt enim tantisper de integritatis eius difficultate disputatio differatur, de instrumentis eius breuiter interim disputemus. Quis præualeat quæso quamuis feruens spiritu, uel squalorem solitudinis, uel sicci panis non dicam quotidianam esuriem, sed ipsam saturitatem nulla hominum laude suffultus, suis uiribus sustinere? Quis aquæ perpetuam sitim sine domini consolatione tolerare? illumq; dulcē ac delectabilem matutinum soporem humanis fraudare oculis, & intra terminos horarum quatuor omnem quietis refectionem iugi possit lege concludere? Quis indesinentem lectionis instantiam? quis irremissam operis sedulitatem, nullum præsentis lucri commodum captans, absque Dei gratia explere sufficiat?

Quæ

Quæ omnia ſicut deſiderari à nobis iugiter abſq; diuina inſpiratione non poſſunt, ita ne perfici quidem ſine eius auxilio ullatenus queunt. Et ut hæc eadem non ſolum probata nobis experientiæ diſciplina, ſed etiam certis indicijs & argumentis manifeſtiora reddamus, non'ne in multis quæ utiliter optamus implere, cum deſiderij plenus ardor ac uoluntas perfecta non deſit, interpellans quęcunq; fragilitas caſſat uota concepta, nec propoſito noſtro aſſiſtit effectus niſi uirtus perficiēdi domini fuerit miſeratione donata, ita ut cum ſit innumera multitudo illorū qui fideliter uirtutum ſtudijs deſiderent inhærere, ſummam tamen eorum qui hæc perficere uel tolerare præualeant inuenias raritatem, ut prętermittam quod ne tunc quidem, cum omnino nulla nos arcet infirmitas, facultas uniuerſa quæ uolumus peragēdi noſtræ ſubiacet poteſtati? Nam neq; remotionis ſilētium, nec diſtrictionem ieiuniorum, nec lectionis inſtantiam, illo etiam tempore quo poſſumus pro noſtro arbitrio retentamus, ſed quibuſdam occurrentibus cauſis, etiam inuitiſſimi frequenter retrahimur à ſalutaribus inſtitutis, ita ut uel loci uel tēporis copiam in quo hoc exercere poſſimus, neceſſe ſit nos à domino deprecari, nec ſufficere nobis id quod poſſumus certum eſt, niſi etiam oportunitas peragēdi ea quæ nobis utiq; poſſibilia ſunt à domino tribuatur, de quibus & Apoſtolus: Quoniam uoluimus, inquit, uenire ad uos & ſemel & iterum, & impediuit nos ſathanas, ita ut nonnunq; nos etiam utiliter ab iſtis ſpiritalibus ſentiamus ſtudijs auocari, ut dum nolentibus nobis interrūpitur noſtri curſus intentio, & infirmitati carnis aliquid relaxamus, etiam inuiti ad ſalutarem perſeuerātiam reſeruemur. De qua diſpenſatione Dei, ſimile aliquid beatus Apoſtolus: Propter quod, inquit, ter dominum rogaui ut diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Et iterum: Quid enim oremus ſecundum quod oportet neſcimus.

De principali propoſito Dei & prouidentia quotidiana. Cap. VII.

PRopoſitum nanq; Dei, quo non ob hoc hominem fecerat ut periret, ſed ut imperpetuū uiueret, manet immobile, Cuius benignitas cum bonæ uoluntatis in nobis quantulamcunq; ſcintillā emicuiſſe perſpexerit, uel quam ipſe tanq; de dura ſilice noſtri cordis excuſſerit, confouet eam & exuſcitat ſuaq; inſpiratione confortat, uolens omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Quia non eſt, inquit, uoluntas ante patrē ueſtrum qui in cœlis eſt, ut pereat unus ex puſillis iſtis. Et iterum: Nec uult, inquit, Deus perire animā, ſed retractat cogitās ne penitus pereat qui abiectus eſt. Verax nanq; eſt & non mentitur Deus, cum obteſtatione deffiniens. Viuo ego dicit dominus Deus, quia nolo mortem impij, ſed ut cōuertatur à uia ſua & uiuat. Qui enim ut pereat unus ex puſillis non habet uoluntatem, quomodo ſine ingenti ſacrilegio putandus eſt, non uniuerſaliter omnes ſed quoſdam ſaluos fieri uelle pro omnibus? Ergo quicunq; pereunt, cōtra illius pereunt uoluntatem, ita eo contra unum quemq; eorum quotidie proclamante. Conuertimini à uijs ueſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſraël? Et iterum: Quoties uolui congregare filios tuos ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti? Et quare, inquit, auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem, auerſione contentioſa? Indurauerunt facies ſuas, noluerunt reuerti. Præſto eſt ergo quotidie Chriſti gratia, quæ dum uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire, cunctos abſque ulla exceptione conuocat dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Si autem non omnes uniuerſaliter, ſed quoſdam aduocat, ſequitur ut nec omnes ſint onerati uel originali uel actuali peccato, nec uera ſit illa ſententia, omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei, nec per omnes homines mors pertranſiſſe credatur. Et tantum omnes qui pereunt contra Dei pereunt uoluntatem, ut nec ipſam mortem Deus feciſſe dicatur, ita ſcriptura teſtante: Quia Deus mortem non fecit, nec gaudet in perditione uiuorum. Et inde eſt quod plerunq; dum pro nobis contraria poſtulamus, uel tardius uel nequaquam noſtra exauditur oratio, & rurſus, ea quę credimus eſſe contraria, utiliter ut benigniſſimus medicus, etiam inuitiſſimis dominus inferre dignatur, ac nonnunquam pernicioſas diſpoſitiones noſtras letaleſq; conatus, ab effectu deteſtabili retardat ac reuocat, ac properantes ad mortem, retrahit ad ſalutem, & de inferni faucibus extrahit ignorantes.

De gratia Dei & arbitrij libertate. Cap. VIII.

QVam curam atq; prouidentiam circa nos suam, sub figura meretricis Hierusalem & pernitiosa ad idolorum cultum alacritate tendentis, per Osee prophetam sermo diuinus eleganter expressit. Dicente namq; ea: uadā post amatores meos: qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam & linum meum, oleum meum & potum meū, respondit, saluti eius non uoluntati consulens diuina dignatio: Ecce ego sepiam uiam eius spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprǽhendet eos, & quæret eos, nec inueniet illos, & dicet: Reuertar ad uirum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Ac rursus contumacias nostras atq; contemptus, quibus eum ad salutares inuitantem recursus rebelli spiritu dedignamur, tali comparatione describit: Et dixi, inquit, Patrem uocabis me, & post me ingredi non cessabis. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, ait dominus. Satis congruę quoniā Hierusalem adulterę comparauerat à suo coniuge discedenti, amorem quoq; ac perseuerantiam benignitatis suæ uiro qui à fœmina deseritur comparauit. Pietas enim ac dilectio Dei, quam circa humanum genus semper impendit, eo quòd nullis ita uincatur iniurijs, ut à cura nostræ salutis abscedat, & quodammodo superata iniquitatibus nostris à principali suo proposito reuocetur, magis proprie exprimi alia comparatione non potuit, quàm exemplo uiri ardentissimo amore fœminam diligentis, qui quanto magis negligi se ac despici ab ea senserit, tanto uehementioris circa eam zeli ardore flāmatur. Adest igitur inseparabiliter nobis semper diuina protectio, tantaq; est erga creaturam suam pietas creatoris, ut non solū comiteē eam sed etiā præcedat iugiter prouidentia Quā expertus propheta apertissime confiteē dicens: Deus meus misericordia eius præueniet me. Qui cum in nobis ortum quendam bonæ uoluntatis inspexerit, illuminat eam confestim atq; confortat, & incitat ad salutem, incrementum tribuens ei, quam uel ipse plantauit uel nostro conatu uiderit emersisse. Nam antequàm clament, inquit, ego audiam, adhuc loquentibus eis ego audiam. Et iterum. Ad uocem clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi. Et non solum sancta desideria benignus inspirat, sed etiam occasiones præstruit uitę & oportunitatem boni effectus ac salutaris uiæ directionem demonstrat errantibus.

De uirtute bonæ uoluntatis nostræ & gratiæ Dei.
Cap. IX.

VNde non facile humana ratione discernitur, quemadmodum dominus petentibus tribuat, à quærentibus inueniatur, aperiatq; pulsantibus, & rursus inueniatur à non querentibus se, palam appareat inter illos qui eum non interrogabant, & tota die expandat manus suas ad populum non credentem sibi & contradicentem, resistentes ac longe positos uocet, inuitos attrahat ad salutem, peccare cupientibus explendæ copiam subtrahat uoluntatis, ad nequitiam properantibus benignus obsistat. Cui autem facile pateat, quomodo salutis summa nostro tribuatur arbitrio, de quo dicitur. Si uolueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis, & quomodo non uolentis neq; currentis, sed miserentis sit Dei? Quid etiā sit illud: quòd Deus reddet unicuiq; secundum opera eius, & Deus est qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate, & hoc non ex uobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur? Quid sit etiam illud quod dicitur, appropinquate Deo, & appropinquabit uobis? Et quod alibi dicit. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum? Quid sit quod dicitur, rectos cursus fac pedibus tuis, & uias tuas dirige, & quid sit quod dicimus orantes. Dirige in conspectu tuo uiam meam, & perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea? Quid sit quòd iterum commonemur, facite uobis cor nouum & spiritum nouum, & quid sit illud quod repromittitur: Dabo eis cor nouum in uisceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant? Quid sit quòd pręcepit dominus dicens Laua à malitia cor tuum Hierusalē ut salua fias, & quid sit quod idipsum propheta à domino postulat dicens. Cor mundum crea in me Deus? Et iterū.

Lauabis me & superniue dealbabor. Quid sit quod ad nos dicitur, illuminate uobis lumen scientiæ. Et quid sit quod de Deo dicitur: Qui docet hominem scientiam, & dominus illuminat cæcos, uel certe quod orantes dicimus cum propheta: Illumina oculos meos ne unquàm obdormiam in morte, nisi quod in his omnibus & gratia Dei & libertas nostri declaratur arbitrij, & quia etiam suis interdum motibus homo ad uirtutum appetitus possit extendi, semper uero à domino indigeat adiuuari? Nec enim cum uoluerit quis sanitate perfruitur, aut de ægritudinis morbo pro arbitrij sui desiderio liberatur. Quid autem prodest sanitatis gratiam concupisse, nisi dominus qui uitæ ipsius usum tribuit etiam uigorem incolumitatis impartiat? Vt autem euidentius clareat, etiam per naturæ bonum quòd beneficio creatoris indultum est, nonnunquàm bonarum uoluntatum prodire principia, quæ tamen nisi à domino dirigantur ad consummationem uirtutum peruenire non possunt, Apostolus testis est dicens. Velle adiacet mihi, perficere aut bonum non inuenio.

De liberi arbitrij infirmitate. Cap. X.

NAm libertatẽ scriptura diuina nostri confirmat arbitrij dicens. Omni custodia serua cor tuum. Sed infirmitatem eius Apostolus manifestat dicens. Dominus custodiat corda uestra, & intelligentias uestras in Christo Iesu. Virtutem liberi arbitrij Dauid enunciat dicens: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas. Sed infirmitatem eius idem orans similiter docet: Inclina, inquiens, cor meũ in testimonia tua & non in auaritiã. Salomon quoq;. Inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in uniuersis uijs eius, & custodiamus mandata eius, & cerimonias eius, & iudicia eius. Potestatem designat arbitrij nostri psalmigraphus dicens: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Infirmitatem eius nostra protestatur oratio dicentibus nobis: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Arbitrij nostri facultas à domino declaratur cum dicitur: Solue uincula colli tui captiua filia Syon Fragilitatem eius propheta decantat, dicens Dominus soluit compeditos, &c. Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Audiuimus in Euangelio dominum conuocantem ut ad eum properemus per liberum arbitrium. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Sed infirmitatem eius idem dominus protestatur dicens: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum. Apostolus liberum arbitrium nostrum incitat dicens: Sic currite ut comprehendatis. Sed infirmitatem eius Ioannes Baptista testatur cum ait. Non potest homo accipere à se quicquàm, nisi fuerit ei datum de cœlo. Iubemur animas nostras solicite custodire, dicente propheta. Custodite animas uestras. Sed eodem spiritu alius proclamat propheta: Nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilat qui custodit eam. Apostolus philippensibus scribens, ut liberum eorum designet arbitrium, cum metu & tremore, inquit, uestram salutem operamini. Sed ut infirmitatem eius ostendat, adiungit: Deus est enim inquit, qui operatur in uobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate.

Vtrum bonam uoluntatem nostram sequatur an præcedat gratia Dei. Cap. XI.

ET ita sunt hæc quodàmodo indiscrete permixta atq; confusa, ut quid ex quo pendeat, inter multos magna quæstione uoluatur, id est, utrum quia initium bonæ uoluntatis præbuerimus misereatur nostri Deus, an quia Deus misereatur, consequamur bonę uoluntatis initium? Multi enim singula hæc credentes ac iusto amplius asserentes uarijs sibiq; contrarijs sunt erroribus inuoluti. Si enim dixerimus nostrum esse bonæ principium uoluntatis, quid fuit in persecutore Paulo, quid in publicano Matthæo, quorum unus cruori ac supplicijs innocentum, alius uiolentijs ac rapinis publicis incubans attrahitur ad salutẽ? Sin uero gratia Dei semper inspirari bonæ uoluntatis principia dixerimus, quid de Zachei fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicimus, qui desiderio suo uim quandam regnis cœlestibus inferentes, specialia uocationis monita præuenerunt? Consummationem uero uirtutum & executionem mandatorum Dei, si nostro deputauerimus arbitrio, quomodo oramus. Confirma Deus hoc quod

operatus es in nobis, & opera manuum nostrarum dirige super nos. Scimus ad maledicendum Israeli balaam fuisse conductum, sed uidemus maledicere cupienti non fuisse permissum. Custoditur abymelech, ne rebeccam tangens peccet in Deum. Ioseph fratrum liuore distrahitur, ut descensio filiorum Israel in Aegyptum fieret, & illis de Germani nece tractantibus, futuræ famis remedia pararent. Quod idem Ioseph à fratribus agnitus manifestat, dicens: Nolite pauere, nec durum uobis uideatur, quòd uendidistis me in his regionibus. Pro salute enim uestra misit me Dominus ante uos. Et infra: Præmisit enim me dominus, ut reseruemini super terram, & escas ad uiuendum possitis habere. Non uestro consilio, sed uoluntate Dei huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis & dominũ totius domus eius, & principem in omni terra Aegypti. Et cum post obitum patris formidantibus fratribus suspitionem timoris auferret, nolite, inquit, timere, nunquid Dei possumus renuere uoluntati? Vos cogitastis aduersum me malum, & Deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis, ut saluos faceret populos multos. Quod etiam beatus Dauid œconomice tunc factum in psalmo centesimoquarto similiter declarauit dicens: Et uocauit famem super terram, & omne firmamentum panis contriuit. Misit ante eos uirum, in seruum uenundatus est Ioseph. Hæc duo id est uel gratia Dei uel liberum arbitrium sibi quidem inuicem uidentur aduersa, sed utraq; concordant, & utraq; nos pariter debere suscipere, pietatis ratione colligimus, ne unum horum homini subtrahentes ecclesiasticæ fidei regulam excessisse uideamur. Nam cum uiderit nos Deus ad bonum uelle deflectere, occurrit, dirigit atq; confortat. Ad uocem enim clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi: Et inuoca me, inquit, in die tribulationis, tuæ & eripiam te & glorificabis me. Et rursus si nos nolle uel intepuisse perspexerit adhortationes salutiferas admouet cordibus nostris, quibus uoluntas bona uel reparetur uel formetur in nobis.

Quòd uoluntas bona nec semper gratiæ nec semper sit homini tribuenda. Cap. XII.

NEc enim talem Deus hominem fecisse credendus est, qui nec uelit unquàm nec possit bonum. Alioquin nec liberum ei permisit arbitriũ, si ei tantummodo malum ut uelit & possit, bonum uero à semetipso nec uelle nec posse concessit. Et quomodo stabit illa domini post præuaricationẽ primi hominis lata sententia. Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, sciens bonum & malum. Non enim talis ante fuisse putandus est, qui boni esset prorsus ignarus. Alioquin uelut quoddam irrationabile atq; insensatum animal eum fatendum est fuisse formatum. Quòd satis absurdũ atq; à catholica fide omnimodis alienum est. Quinimo secundum sapientissimi Salomonis sententiam fecit Deus hominem rectum, id est, ut tantũmodo boni scientia iugiter frueretur, sed ipsi quæsierunt cogitationes multas, facti enim sunt (ut dictum est) scientes bonum & malum. Concepit ergo Adam post præuaricationem quam non habuerat scientiam mali, boni uero quam acceperat scientiam non amisit. Deniq; non amisisse humanum genus post præuaricationem adæ scientiam boni, etiam Apostoli sententia euidentissime declaratur qua dicit: Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus in die qua iudicabit Deus occulta hominum. Quo sensu etiam dominus per prophetam increpat Iudæorum non naturalem, sed uoluntariam cæcitatem, quam ipsi sibi contumaciter inferebant. Surdi, inquit, audite, & cæci intuemini ad uidendum. Quis surdus nisi seruus meus, & cæcus nisi ad quem nuncios meos misi? Et ne forte hanc eorum cæcitatem aliquis naturę non uoluntati possit ascribere, alibi ait: Educ foras populum cæcum & oculos habentem, surdum & aures ei sunt. Et iterum: Qui habentes, inquit, oculos non uidetis, & aures & non auditis. Dominus etiam in Euangelio: Quia uidentes, inquit, non uident, & audientes non audiunt neq; intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia Isaie dicens: Auditu audietis & non intelligetis, & uidentes uidebitis & non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt & oculos suos concluserunt, ne quan-

do uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanem illos. Deniq; ut possibilitatem boni eis inesse signaret, increpat pharisæos, Quid autem inquit etiam ex uobis ipsis non iudicatis quòd bonum est? Quòd utiq; eis non dixisset, nisi eos iudicio naturali id quod equum est scisset pósse discernere. Vnde cauendum est nobis, ne ita ad dominum omnia sanctorum merita referamus, ut nihil nisi id quod malum atq; peruersum est humanæ ascribamus naturæ. In quo quidem sapientissimi Salomonis imò domini, cuius hæc uerba sunt testimonio confutamur. Ita enim cũ consummata tẽpli extructione oraret effatus est: Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini domini Dei Israël, & ait dominus Deus ad Dauid patrem meum: Quòd cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans, uerumtamen non tu ædificabis domum nomini meo. Hæc ergo cogitatio atque iste tractatus regis Dauid, utrum ne bonus ex Deo, an malus & ab homine fuisse dicendus est? Si enim bona atq; ex Deo fuit illa cogitatio, cur ab eo à quo inspirata est eidem negatur effectus? Si autem mala & ex homine fuit, cur laudatur à domino? Restat ergo ut & bona & ex homine fuisse credatur. In quem modum etiam nostras quotidie cogitationes possumus iudicare. Neq; enim aut soli Dauid bonũ ex semetipso cogitare concessum est, aut nobis ne quid boni unquàm sapere aut cogitare possimus, naturaliter denegatur? Dubitari ergo non potest inesse quidem omni animæ naturaliter uirtutum semina beneficio creatoris inserta, sed nisi hæc opitulatione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis nõ poterunt peruenire, quia secundum beatum Apostolum, neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Adiacere autem homini in quamlibet partem arbitrij libertatem, etiam liber ille (qui dicitur pastoris) apertissime docet, in quo duo angeli unicuiq; nostrum adhærere dicuntur, id est, bonus ac malus, in hominis uero optione consistere ut eligat quem sequatur. Et idcirco manet in homine semper liberum arbitrium quòd gratiam Dei possit uel negligere uel amare. Non enim præcepisset Apostolus dicens, cum metu & tremore uestram salutem operamini, nisi scisset eam uel excoli à nobis posse uel negligi. Sed ne crederent se ad opus salutis diuino auxilo non egere, subiungit. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Et idcirco Timotheum monens, noli, inquit, negligere gratiam Dei quæ est in te. Et iterum: Ob quam causam moneo te, ut resuscites gratiam quæ est in te. Inde est quod etiam Chorinthijs scribens hortatur & commonet, ne indignos se gratia Dei infructuosis operibus exhiberent dicens: Adiuuantes autem & obsecramus ne inuacnum gratiam Dei recipiatis. Quam sine dubio, quia inuacuum receperat Symon, non profuit ei perceptio gratiæ salutaris. Non enim præceptis beati Petri maluit obedire dicentis. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & ora Deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, in felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Præuenit ergo hominis uoluntatem, quia dicitur. Deus meus misericordia eius prçueniet me. Et rursus, dominum remorantem atq; utiliter quodammodo subsistentem, ut nostrum experiatur arbitrium, uoluntas præuenit nostra, cum dicitur. Et mane oratio mea præueniet te. Et iterũ. Præueni in maturitate & clamaui, & præuenerunt oculi mei ad te diluculo. Aduocat etiam nos & inuitat cum dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem mihi & contradicentem. Et inuitatur à nobis cum dicimus ei: Tota die expandi manus meas ad te. Expectat nos cum dicitur per prophetam. Propterea expectat nos dominus ut misereatur nostri. Et expectatur à nobis cum dicimus Expectans expectaui dominũ & respexit me, & expectaui salutare tuum domine. Et confortat nos cum dicit: Et ego erudiui & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiã. Et ut nosmetipsos confortemus hortatur cum dicit: Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Clamat Iesus. Si quis sitit ueniat ad me & bibat. Clamat etiam ad eum propheta: Laboraui clamans raucæ factę sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in Deum meũ. Quærit nos dominus dicens: Quęsiui & non erat uir uocaui & non erat qui responderet. Quæritur & ipse à sponsa flebiliter conquærente: In cubili meo in noctibus quæsiui quem dilexit anima mea, quæsiui eum & non inueni, uocaui eum & non respondit mihi.

Quòd gratiam Dei humani conatus compensare non possint. Cap. XIII.

ET ita semper gratia Dei nostro in bonam partem cooperatur arbitrio, atque in omnibus illud adiuuat, protegit ac defendit, ut nonnunquam etiam ab eo quosdam conatus bone uoluntatis uel exigat uel expectet, ne penitus dormienti aut inerti ocio dissoluto, sua dona conferre uideatur, occasiones quodammodo quærens, quibus humanæ segniciei torpore discusso, non irrationabilis munificentiæ suæ largitas uideatur, dum eam sub colore cuiusdã desiderij ac laboris impartit, ut nihilominus gratia Dei semper gratuita perseueret, dum exiguis quibusdam paruisque conatibus tantam immortalitatis gloriam, tanta perennis beatitudinis dona, inestimabili tribuit largitate. Nec enim quia illius in cruce latronis præcesserat fides, idcirco pronunciandũ est non ei beatam commorationem paradysi gratuito esse promissam, aut pœnitentiã Dauid regis illam unius uerbi qua dixit: peccaui domino, duo tam grauia eius crimina, & non potius clementiam Dei abstulisse credendum est, ut per Nathan prophetam mereretur audire: & dominus transtulit iniquitatem tuam, non morieris. Quòd igitur homicidium adulterio addidit, liberi utique arbitrij fuit, quod autem arguitur per prophetam, diuinæ dignationis est gratia. Rursum quòd peccatum suum humiliatus agnoscit, propriæ libertatis est opus. Quod uero sub breuissimo temporis puncto indulgentiam tantorum criminum promeretur, domini miserentis est donum. Et quid de hac tam breui confessione & incomparabili diuinæ retributionis immensitate dicamus, cum beatus Apostolus ad illã magnitudinem futuræ remunerationis aspiciens, quid de illis tam innumeris persecutionibus suis pronunciauerit considerare perfacile sit? Nam momentaneũ hoc, inquit, & leue tribulationis nostræ, supra modum ultra comparationem æternum pondus gloriæ operatur in nobis. De quo & alibi constanter enunciat dicens: Quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quantumlibet ergo enisa fuerit humana fragilitas, futuræ retributioni par esse non poterit, nec ita laboribus suis diuinam imminuit gratiam, ut non semper gratuita perseueret. Et idcirco prædictus magister gentium, licet gratia Dei Apostolatus gradum sortitum se fuisse testetur, dicens: gratia autem Dei sum quod sum, tamen se quoque diuinæ gratię respondisse pronunciat dicens: Et gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui & obtinui, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Nam cum dicit laboraui, conatum proprij signat arbitrij. Cum dicit, non autem ego sed gratia Dei, uirtutem diuinæ protectionis ostendit. Cum dicit, mecum, non ocioso neque securo, sed laboranti ac desudanti eam cooperatam fuisse declarat.

Quòd temptationibus suis Deus uirtutem humani experiatur arbitrij. Cap. XIIII.

QVod etiam in Iob probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, diuinam legimus prouidisse iustitiam. Si enim contra inimicũ non sua uirtute sed Dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque ulla uirtute patientiæ suæ diuina tantũ opitulatione suffultus, multiplices illas ac tota inimici crudelitate quæsitas temptationum moles & exitia pertulisset, quomodo illam calumniosam diabolus quàm prius emiserat uocem aduersus eum iustius iterasset: Nunquid gratis colit Iob Deum? Nonne tu uallasti eum ac domum eius & uniuersam substantiam eius per circumitum? Sed aufer manum tuam, id est, sine eum suis mecum uiribus decertare, nisi in faciem tuam benedixerit tibi. Sed cum nullam huiuscemodi querimoniã calumniosus hostis post conflictum audeat iterare, non Dei sed illius se uictum uiribus confitetur, licet etiam gratia Dei non in totum illi defuisse credenda sit, quæ tantã temptatori temptandi tribuit potestatem, quantam & illum resistendi nouerat habere uirtutem, non eum ab illius impugnatione sic protegens, ut nullum uirtuti humanæ relinqueret locum, sed hoc tantum procurans ne uiolentissimus inimicus animã eius amentem faciens, & impotem sensu, impari eum atque iniquo certaminis pondere prægraua-

ret. Quòd ergo soleat interdum temptare dominus fidem nostram ut fortior uel gloriosior fiat, euangelici illius centurionis edocemur exemplo, cuius puerum cum sciret utique potestate sermonis sui se dominus curaturum, offerre maluit præsentiam corporalem dicens: Ego ueniam & curabo eum. Sed illo hanc eius oblationem feruentioris fidei flagrantia supergrediente atque dicente: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed dic tantum uerbo & sanabitur puer meus, miratur eum dominus atque collaudat, cunctisque illis qui ex Israëlis populo crediderant præfert dicens. Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israël. Nullius enim laudis esset ac meriti, si id in eo Christus quod ipse donauerat prætulisset. Alioquin dixisset. Amen dico uobis, non dedi tantam fidem in Israël. Quã explorationẽ fidei, etiã in illo magnificentissimo patriarcha diuinã legimus dispensasse iustitiã, cum dicitur: Et factum est post hæc uerba, temptauit Deus Abraham. Non enim illam fidem quam ei dominus inspirabat, sed illam quàm uocatus semel atque illuminatus à domino per arbitrij libertatem poterat exhibere, experiri uoluit diuina iustitia Vnde non immerito fidei eius constantia comprobatur, atque ad eum subueniente gratia Dei quæ eum paulisper subreliquerat ut probaret ita dicitur: Ne inferas manum tuam in puerum, neque facias ei quicquàm, nunc enim scio, quia times dominũ tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Quod temptationis genus nobis quoque ad probationis meritum posse contingere, in Deuteronomio satis euidenter à legislatore prædicatur: Si surrexerit inter uos propheta, aut qui somnium se uidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quòd locutus est, & dixerit tibi eamus & seruiamus dijs alienis quos ignoratis, ne audias uerba prophetæ illius aut somniatoris, quia temptans temptat te dominus Deus tuus, utrum diligas eum in toto corde tuo, & custodias mandata illius an non. Quid ergo? Cum istum prophetam aut somniatorem surgere permiserit Deus, ita ne eos quorum fidem probare disponit, protecturus esse credendus est, ut nullum penitus locum quo suis uiribus cum temptatore confligant libero eorum reseruet arbitrio? Et quid eos necesse est uel temptari, quos ita infirmos nouit ac fragiles, ut nequaquàm uirtute sua ualeant resistere temptatori? Sed utique nec temptari eos iustitia domini permisisset, nisi parem in eis resistendi scisset inesse uirtutem, qua possent æquitatis iudicio in utroque merito uel rei uel laudabiles iudicari. Tale est & illud quod ab Apostolo dicitur: Itaque qui se existimat stare, uideat ne cadat Temptatio uos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem Deus qui non permittit uos temptari, supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione & exitum ut sustinere possitis. Cum enim dicit, qui stat uideat ne cadat, sollicitam reddit arbitrij libertatem, quam utique nouerat percepta gratia, uel stare per industriam, uel cadere per negligentiam posse. Cum autem infert, temptatio uos non apprehendat nisi humana, infirmitatem eorum & inconstantiam nec dum robustæ mentis exprobrat, qua adhuc spiritaliũ nequitiarum turbinibus non poterant impugnari, aduersum quos semetipsum uel illos perfectos nouerat quotidie dimicare, de quibus ad Ephesios dicit: Iam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus Cum uero subiungit, fidelis autem Deus qui non permittit uos temptari supra id quod potestis, non utique optat ne eos dominus temptari permitteret, sed ne supra id quod sustinere poterant temptarentur. Illud enim indicat humani arbitrij facultatem, hoc uero domini gratiam temptationum luctamina moderantis, ostendit. In his igitur omnibus approbatur ita semper diuinam gratiam arbitrium hominis incitare, ut illud non in omnibus taliter protegat ac defendat, ut non etiam proprijs eum conatibus congredi aduersum spiritales faciat inimicos, in quibus uel gratiam Dei uictor, uel infirmitatem suam superatus intelligat, & ita discat non de sua fortitudine sed de diuino semper sperare suffragio, atque ad suum iugiter recurrere protectorem. Et ut hoc non nostra coniectura, sed euidentioribus adhuc scripturæ testimonijs approbetur, illud quod in Iesu naue legitur retractemus: Has, inquit, gentes dimisit dominus, ac disperdere noluit, ut in eis experiretur Israëlem, utrum custodiret mandata domini Dei sui, ut haberent consuetudinem cum hostibus præliandi. Et ut incomparabili creatoris nostri clementiæ

mentiæ mortale aliquid,non pro æqualitate pietatis,sed ex aliqua indulgentiæ similitu ne comparemus,si nutrix pia atq; sollicita diu sinu paruulum gestat,ut quandoq; ingre di doceat,& primum quidem eum reptare permittit,de hinc erectũ ut alternis passibus innitatur,dextræ suæ uirtute sustentat,at mox paululum derelictum,si titubantem uide rit,protinus apprehendit,nutantem suscipit,lapsum erigit,& uel arcet à casu, uel etiam decidere leuiter sinens eleuat post ruinam,cum autem eum ad pueritiam uel adolescen tiæ ac iuuentutis perduxerit robur,quædam etiam pondera uel labores quibus non op primatur,sed exerceatur,iniungit,& cum ęmulis decertare permittit:Quantomagis cæ lestis ille omnium pater nouit, quem sinu gratiæ suæ gestet, & quem liberæ uoluntatis arbitrio in conspectu suo exerceat ad uirtutem, & tamen adiuuat laborantem, exaudit uocantem,non relinquit quærentem,eripit de periculo interdum etiam nescientem?

De multiplici uocationum gratia. Cap. XV.

PEr quæ etiam euidenter ostenditur inscrutabilia esse iudicia Dei & inuestigabiles uias eius,quibus ad salutem humanum attrahit genus. Quòd etiam Euangelicarũ uocationum exemplis possumus approbare. Andream namque ac Petrum cæterosq; Apostolos, nihil de salutis suæ remedio cogitantes, spontanea gratiæ suæ dignatione prælegit.Zacheum ad conspectum se domini fideliter extendentem, & exiguitatẽ staturæ suæ sycomori celsitudine subleuantem,non solum suscipit, uerumetiã benedictio ne cohabitationis illustrat.Inuitum ac repugnantem attrahit Paulum. Alium ita præce pit sibi inseparabiliter in hærere, ut ei postulanti breuissimas pro sepultura patris non concedat inducias Cornelio præcibus & eleemosynis iugiter insistenti, uelut remunerationis uice uia salutis ostenditur,eiq; angeli uisitatione pręcipitur,ut accersiens petrũ uerba salutis ab eo, quibus una cum omnibus suis saluaretur agnoscat. Et ita multiformis illa sapientia Dei salutem hominum multiplici atq; inscrutabili pietate dispensat, ac secundum capacitatem uniuscuiusq; gratiam suæ largitatis impertit, ut ipsas quoq; curationes non secundum uniformem maiestatis suæ potentiam,sed secundum mensu ram fidei in qua unumquemq; repperit, uel sicut unicuiq; ipse partitus est, maluerit exercere.Credentem namq; quòd ad emundationem lepræ suæ uoluntas Christi sufficeret,solo uoluntatis suæ curauit assensu,dicens.Volo,Mundare.Alteri depræcanti,ut ad ueniens per impositionem manus suæ defunctam filiam suscitaret, ingressus domum eius,eodem modo quo ille sperauerat,id quod rogabatur indulsit.Alij credenti summã salutis in uerbi eius præceptione consistere,ac respondenti, dic tantum uerbo & sanabi tur puer meus, per sermonis imperiũ resolutos artus pristino robore solidauit dicens. Vade & sicut credidisti fiat tibi.Alijs de tactu fimbrie eius sperantibus medicinã, ubertim sanitatis dona largitus est.Aliorum morbis medelam rogatus indulsit.Alijs sponta neam præstitit medicinam.Alios hortatus est ut sperarent dicens Vis sanus fieri? Alijs non sperantibus ultro ingessit auxilium. Aliorum desideria priusquàm uoluntati eorum satisfaceret explorauit dicens: Quid uultis ut faciam uobis?Alij ignoranti uiã qua id quod concupierat obtineret benignus ostendit:si credideris, inquiens, uidebis gloriam Dei. Inter alios ita uirtutem curationum affluenter effudit, ut de eis Euangelista commemoret,& curauit omnes languidos eorum. Inter alios uero immensa illa beneficiorum Christi abyssus ita obturata est, ut dicatur, & non poterat inter illos Iesus facere uirtutes propter incredulitatem illorum. Et ita largitas Dei secundum capacitatem humanę fidei etiam ipsa formatur,ut huic quidem dicat,secundum fidem tuam fiat tibi,illi uero,uade & sicut credidisti fiat tibi,alij autem,fiat tibi sicut uis,& rursum alteri; fides tua te saluum fecit.

De gratia Dei eò quòd humanæ fidei transcendat angustias. Cap. XVI.

NEmo autem æstimet hæc à nobis ob hoc fuisse prolata, ut nitamur astruere summam salutis in nostre fidei ditione consistere,secundum quorundam profanã opi

nionem, qui totum libero arbitrio deputantes, gratiam Dei dispensari secundum meritum uniuscuiusque definiunt. Sed absoluta plane pronunciamus sententia, etiam exuberare gratiam Dei & transgredi interdum humanæ infidelitatis angustias. Quòd in illo Euangelico factum fuisse regulo reminiscimur, qui dum facilius credit ægrotantem filium suum posse curari, quàm mortuum suscitari, præsentiam domini festinus implorat dicens: Domine descende, priusquàm moriatur filius meus. Cuius infidelitatem licet his sermonibus Christus arguerit, nisi signa & prodigia uideritis non creditis, tamen non secundum infirmitatem fidei eius gratiam suæ diuinitatis exercuit, nec præsentia corporali quemadmodum ille crediderat letales febrium morbos, sed uerbo suæ potestatis exclusit, dicens: Vade filius tuus uiuit. Quam super abundantiam gratiæ, etiam in illius paralytici curatione dominũ legimus effudisse, cum ei languoris sui tantum quo corpus fuerat resolutum remedia poscenti, animæ prius ingerit sospitatẽ dicens: Constans esto fili, dimittuntur tibi peccata tua. Post quod non credentibus scribis posse eũ remittere humana peccata, ad confundendam incredulitatem eorum, etiam membra eius paralyseos ualitudine resoluta, potestatis suæ sermone restrinxit dicens. Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere, remittuntur tibi peccata, aut dicere, surge & ambula? Vt sciatis autem quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata, tunc ait paralitico: Surge & tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Similiter autem in illo, qui triginta & octo annos iuxta natatoriæ crepidinem frustra decumbens, de aquæ illius motu sperauerat medicinam, munificentiam ultroneæ largitatis ostendit. Nam cũ uolens eum ad salutis remedia prouocare dixisset ei, uis sanus fieri? Cumque ille de humani adiutorij inopia quæreretur ac diceret, hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam, incredulitati eius & ignorantiæ ueniam tribuens, pristinæ eum sanitati, non illa qua sperauerat uia, sed qua dominus uoluit miseratione restituit, dicens: Surge tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et quid mirum si hæc domini potestate gesta narrentur, cum similia etiam per seruos suos diuina gratia fuerit operata? Ingredientibus namque templum Petro & Ioanne, cum ille claudus ex utero matris qui gressum penitus ignorabat eleemosinam postularet, illi non uilia æra quæ poscebat infirmus, sed gressus officia largiuntur, & paruissimę stipis sperantem solatia insperatæ salutis præmijs locupletant, dicente Petro: Argentũ & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

De inscrutabili dispensatione Dei. Cap. XVII.

PEr hæc igitur exempla quæ de Euangelicis protulimus monimentis, euidentissime poterimus aduertere, diuersis atque innumeris modis & inscrutabilibus uijs, Deum salutem humani generis procurare, & quorundam quidem uolentium & sitientium cursum ad maiorem inuitare flagrantiam, quosdam uero etiam nolentes inuitosque compellere, & nunc quidem ut impleantur ea quæ utiliter à nobis desiderata perspexerit adiuuare, nunc uero etiam ipsius sancti desiderij inspirare principia, & uel initium boni operis uel perseuerantiam condonare. Inde est quòd orantes non solum protectorem ac saluatorem, sed etiam adiutorem ac susceptorem dominum proclamamus. In eo enim quòd prior aduocat, & ignorantes nos atque inuitos attrahit ad salutem, protector atque saluator noster est, in eo autem quòd annitentibus nobis opem ferre, refugientesque suscipere ac munire consueuit, susceptor ac refugium nominatur. Denique hanc dispensationis Dei multiplicem largitatem, beatus Apostolus mente pertractans & in quoddam immensum atque interminabile pietatis Dei pelagus se incidisse conspiciens, exclamauit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit sensum domini? Huius ergo scientiæ admirationem quàm ille talis ac tantus gentium magister expauit euacuare conabitur quisque crediderit illius inæstimabilis abyssi profunditatem humana ratione se posse metiri. Nam qui ad plenum dispensationes Dei, quibus salutem in hominibus operat, uel mente cõcipere uel differere se posse confidit, proculdubio inpugnans

pugnans Apostolicæ sententiæ ueritatē, scrutabilia esse Dei iudicia & uestigabiles uias eius, prophana pronunciabit audacia, ipso quoq; domino hæc ad eos ita testante: Non enim cogitationes meæ cogitationes uestræ, neq; uiæ uestræ uiæ meæ, dicit dominus, quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt uię meæ à uijs uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Hanc igitur dispensationem atq; amorem suū, quem nobis tribuere dominus indefessa pietate dignatur, uolens humanæ affectionis motu exprimere, nec inueniens in hac creatura talem charitatis affectum, cui eum comparare dignius posset, tenerrimis piæ matris uisceribus comparauit, & utitur quidem hoc exemplo, quia charius aliud in natura hominum non potest inueniri dicens: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Sed non contentus hac comparatione, transcendit eam confestim atq; subiungit dicens: Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

Definitio patrum eo quòd liberum arbitrium ad saluandum non sit idoneum. Cap. XVIII.

PEr quod euidenti ratione colligitur ab his qui non loquacibus uerbis, sed experientia duce, uel magnitudinem gratiæ, uel modulum humani metiuntur arbitrij, quia non leuibus cursus, nec fortibus prælium, nec sapientibus panis, nec prudentibus diuitiæ, nec scientibus gratia, sed operatur hæc omnia unus atq; idem spiritus diuidens unicuiq; prout uult. Et idcirco fide non dubia, &, ut ita dicā, palpabili experientia comprobatur, uniuersitatis Deum uelut pijssimum patrem, benignissimumq; medicum, secundum Apostolum indifferenter omnia in omnibus operari, & nunc quidem salutis inspirare principia & inserere unicuiq; bonæ uoluntatis ardorem, nunc uero ipsius operationis affectum & consummationem donare uirtutum, & nunc à ruina iam proxima lapsuq; præcipiti etiam inuitos & inscios reuocare, nunc autem occasiones & oportunitates salutis ingerere, ac pręcipites uiolentosq; conatus à letalibus dispositionibus inhibere, & alios quidem uolentes currentesq; suscipere, alios uero nolentes renitentesq; pertrahere, & ad bonam cogere uoluntatē. Totum uero non semper resistentibus nec perseueranter inuitis nobis à diuinitate concedi, & summam salutis nostræ, non operum nostrorum merito, sed cœlesti gratiæ deputandā, ita domini ipsius uocibus edocemur. Et recordabimini uiarum uestrarum, & omnium scelerum uestrorū quibus polluti estis in eis & displicebitis uobis in conspectu uestro, in omnibus malitijs uestris quas fecistis, & scietis quia ego dominus cum bene fecero uobis propter nomen meum, non secundum uias uestras malas, neq; secundum scelera uestra pessima domus Israël. Et idcirco hoc ab omnibus catholicis patribus deffinitur, qui perfectionem cordis non inani disputatione uerborum, sed re atq; opere didicerunt, diuini esse muneris. Primum ut accendatur unusquisq; ad desiderandum omne quòd bonum est, sed ita ut in alterutrā partem plenum sit liberæ uoluntatis arbitrium. Itemq; etiam secundum, diuinæ esse gratiæ ut effici ualeant exercitia prædicta uirtutū, sed ut possibilitas non extinguatur arbitrij. Tertium quoq;, ad Dei munera pertinere ut acquisitæ uirtutis perseuerantia teneatur, sed ita ut captiuitatem libertas addicta non sentiat. Sic enim uniuersitatis Deus omnia in omnibus credendus est operari, ut incitet, protegat atq; confirmet, non ut auferat quam semel ipse concessit arbitrij libertatem. Si quid sane uersutius humana argumentatione ac ratione collectum, huic sensui uideatur obsistere, uitandū magis est quā ad destructionem fidei prouocandum. Non enim fidem ex intellectu, sed intellectum ex fide meremur, sicut scriptum est. Nisi credideritis non intelligetis, quia quemadmodum & Deus omnia operetur in nobis, & totum libero ascribatur arbitrio, cui dicitur, si uolueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ mandicabitis, ad plenū humano sensu ac ratione non potest (ut arbitror) comprehendi. Hoc nos beatus Chæremon confirmatos cibo laborem fecit tanti itineris non sentire.

Collationis tertiæ abbatis Chæremonis de protectione Dei finis.

Collatio

COLLATIO PRIMA ABBATIS NESTEROTIS DE SPIRITALI SCIENTIA.

Caput primum.

SPonſionis noſtre & itineris ordo compellit, ut abbatis Neſterotis præclari in omnibus ſummæq; ſcientiæ uiri inſtitutio ſubſequatur. Qui cum ſacrarum ſcripturarum nos aliqua memoriæ cõmendaſſe, & eorum intelligentiam deſiderare ſenſiſſet, talibus nos adorſus eſt uerbis. Multa quidẽ ſcientiarum in hoc mundo ſunt genera, tanta ſiquidem earum quanta & artium diſciplinarũq; uarietas eſt. Sed cum omnes, aut omnino inutiles ſint, aut præſentis tantum uitæ commodis proſint, nulla eſt tamen quæ non habeat proprium doctrinæ ſuæ ordinem atq; rationem, per quam ab expetentibus poſsit attingi. Si ergo illæ artes ad inſinuationem ſui certis ac proprijs lineis diriguntur, quanto magis religionis noſtræ diſciplina atq; profeſsio, quæ ad contemplanda inuiſibilium ſacramentorum tendit arcana, nec præſentis quæſtus, ſed æternorum retributionem expetit præmiorum, certo ordine ac ratione ſubſiſtit? Cuius quidẽ duplex eſt ſcientia. Prima practice, id eſt actualis quæ emendatione morum & uitiorum purgatione perficitur, altera theoretice, id eſt, quæ in contemplatione diuinarum rerum & ſacratiſsimorum ſenſuum cognitione conſiſtit.

De apprehendenda ſpiritalium rerum cognitione.
Cap. II.

QVilquis igitur ad hanc theoreticen uoluerit peruenire, neceſſe eſt ut omni ſtudio atq; uirtute actualem primum ſcientiam conſequatur. Nam hoc practice abſque theoretice poſsideri poteſt, theoretice uero ſine actuali omnimodis apprehendi non poteſt. Gradus enim quidam ita ordinati atq; diſtincti ſunt, ut humana humilitas poſſit ad ſublime conſcendere, qui ſi inuicem ſibi ea quæ diximus ratione ſuccedant, poteſt ad altitudinem perueniri, ad quam ſublato primo gradu non poteſt tranſuolari. Fruſtra igitur ad conſpectum Dei tendit, qui uitiorum contagia non declinat. Spiritus namq; Dei effugiet fictum, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

Quòd actualis perfectio duplici ratione ſubſiſtat.
Cap. III.

HAec autem actualis perfectio duplici ratione ſubſiſtit. Nam primus eius modus eſt, ut omnium natura uitiorum & curationis rationis cognoſcatur. Secundus ut ita diſcernatur ordo uirtutum, earumq; perfectione mens noſtra formetur, ut illis non iam uelut coacta, & quaſi uiolento imperio ſubiecta famuletur, ſed tam quàm naturali bono delectetur atq; paſcatur, & arduam illam atq; anguſtam uiam cum oblectatione conſcendat. Quo enim modo, uel uirtutum rationem qui ſecundus in actuali diſciplina gradus eſt, uel rerum ſpiritalium & cœleſtium ſacramenta, quæ in theoriæ gradu ſubliniore conſiſtunt, ualebit attingere, qui natura uitiorum ſuorum nec potuit intelligere nec niſus eſt extirpare? Conſequenter enim pronunciabiť progredi ad excelſiora non poſſe, qui non euicerit planiora, multoq; minus ea quæ ſunt extrinſecus appræhendit, quiſq; intelligere ea quæ ſibi ſunt inſerta non quiuerit. Sciendum tamen eſt, duplicino bis laboris intentione ſudandũ, tam in expellendis uitijs quàm in uirtutibus acquirendis. Et hoc non noſtra capimus coniectura, ſed illius ſententia perdocemur, qui ſolus opificij ſui uires rationemq; cognoſcit. Ecce inquit conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut euellas & deſtruas & diſperdas & diſsipes & ædifices & plantes. In expulſione enim noxiarum rerum quattuor eſſe neceſſaria deſignauit, id eſt, euellere, deſtruere, diſperdere, diſsipare. In perficiendis uero uirtutibus, & his quæ ad iuſtitiã pertinent acquirendis, ædificare tantummodo atq; plantare. Vnde liquido patet difficilius conuelli atq; eradicari inolitas corporis atq; animæ paſsiones, quàm ſpiritales extrui plantariq; uirtutes.

Quòd actualis uita erga multas professiones ac studia deriuetur. Cap. IIII.

HAec igitur practice quæ duobus, ut dictum est, subsistit modis, erga multas professiones studiaq; diuiditur. Quidam enim summam intentionis suæ erga eremi secreta & cordis constituunt puritatem, ut in præteritis Heliam & Heliseum, nostrisq; temporibus beatum Antoniū, aliosq; eiusdem propositi sectatores, familiarissime Deo per silentium solitudinis cohæsisse cognoscimus. Quidam erga institutionem fratrum, & peruigilem cœnobiorum curam, omnem studij sui sollicitudinem dederunt, ut nuper abbatem Ioannem qui in uicinia ciuitatis cui nomen est Thimius, grandi cœnobio præfuit, ac nonnullos eiusdem meriti uiros apostolicis etiam signis claruisse meminimus. Quosdam xenodochij & susceptionis pium delectat obsequium, per quod etiam in preteritis Abraham patriarcham & Loth domino placuisse scimus, & nuper beatum Macharium singularis mansuetudinis ac patientiæ uirum, qui xenodochio ita apud Alexandriam prefuit, ut nulli eorum qui solitudinis secreta sectati sunt, inferior sit credendus. Quidam eligentes ægrotantium curam, alij intercessionem quæ pro miseris atque oppressis impenditur exequentes, aut doctrine instantes, aut eleemosynam pauperibus largientes, inter magnos ac summos uiros, pro affectu suo ac pietate uiguerunt.

De professionis arreptæ perseuerantia. Cap. V.

QVa propter hoc unicuiq; utile atq; conueniens est, ut secundum propositū quod elegit, siue gratiam quam accepit, summo studio diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet, & aliorum quidem laudans admiransq; uirtutes, nequaquàm à sua quam semel elegit professione discedat, sciens secundum Apostolum unū quidem esse corpus ecclesiæ, multa autem membra, & habere eam donationes secundum gratiam quę nobis data est differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui pręest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Nec enim ulla membra aliorum sibi membrorū possunt ministeria uendicare, quia nec oculi manuum nec nares aurium utuntur officio, & idcirco non omnes Apostoli, non omnes prophetæ, non omnes gratias habent curationum, non omnes linguis loquuntur, non omnes interpretantur.

De infirmorum mobilitate. Cap. VI.

SOlent enim hi qui nec dum sunt in illa quam arripuerunt professione fundati, cum audierint quosdam in diuersis studijs ac uirtutibus prædicari, ita eorum laude succendi, ut imitari eorum protinus gestiant disciplinam, in quo irritos necessario impendit conatus humana fragilitas. Impossibile namq; est unum eundemq; hominem simul uniuersis quas superius comprehendi fulgere uirtutibus. Quas si quis uoluerit pariter affectare, in id eum incidere necesse est, ut dum omnes sequitur nullam integram consequatur, magisq; ex hac mutatione ac uarietate dispendium capiat quàm profectum. Multis enim uijs ad Deum tenditur, & ideo unusquisq; illam quam semel arripuit irreuocabili cursus sui intentione conficiat, ut sit in qualibet professione perfectus.

Exemplum castitatis quo docetur non omnia ab omnibus æmulanda. Cap. VII.

ABsq; illo dispendio quo feriri monachū diximus, qui mobilitate mentis ad studia cupit transire diuersa, etiam hinc periculum mortis incurritur, quod nonnunquā recte quædā ab alijs gesta, malo ab alijs præsumuntur exemplo, & quæ nonnullis bene cesserant, perniciosa ab alijs sentiuntur. Nam ut quiddam exempli gratia proferamus, uelut si quis illam uiri illius imitari uirtutē uelit, quam solet abbas Ioannes, non ad imitationis formulam, sed tantummodo pro admiratione proferre. Nam quidam ueniens ad prædictum senem habitu seculari, cum ei quasdam frugum suarū primitias detulisset ferocissimo quendā demonio arreptū ibidē repperit. Qui cum abbatis Ioannis obtestationes accepta despiciens, testaretur se nunq; ad illius imperium de corpore q obsede-

tat

rat migraturum, huius aduentu perterritus, cum reuerentiſsima nominis illius inclamatione diſceſsit. Cuius tam euidentem gratiam ſenex non mediocriter admiratus, eoq́ amplius obſtupeſcens quòd eum ſeculari cerneret habitu cœpit ab eo uitę ac profeſsionis eius ordinem diligenter inquirere. Cumq́ ille ſecularem ſe atq́ uxorio uinculo colligatum eſſe dixiſſet, beatus Iohannes excellentiam uirtutis eius & gratię mente pertractans, quæ nam illi eſſet conuerſatio attentius explorabat. Ille ſe ruſticum, & quotidiano manuũ opere uictum quærere, nec ullius boni eſſe ſe conſcium teſtabatur, niſi quòd nunquàm ante ad ruris opera mane exercenda procederet, neq́ ueſpere domũ reuerteretur, niſi in eccleſia pro quotidianæ uitæ commeatu largitori eius Deo gratias retuliſſet, neq́ ſe unquàm de fructibus ſuis aliquid uſurpaſſe, niſi prius Deo primitias eorum ac decimas obtuliſſet, & nunquàm ſe boues ſuos per alienæ meſsis traduxiſſe confinia, niſi eorum prius ora clauſiſſet, ne uel parum damni per incuriam eius proximus ſuſtineret. Et cum hæc quoq́ abbati Ioanni, nec dum ad comparationẽ tantæ gratiæ qua eum prelatum ſibi eſſe cernebat, idonea uiderentur, atq́ ab eo quid nam eſſet illud quod tantæ gratiæ meritis conferri poſſet ſciſcitans ſcrutaretur, ille reuerentia tam ſollicitę inquiſitionis aſtrictus, uxorem ſe parentum ui imperioq́ compulſum cum profiteri monachum uellet ante undecim annos accepiſſe confeſſus eſt, quam nemine etiã nunc conſcio ſororis loco à ſe uirginem cuſtodiri teſtabatur. Quod factũ cum audiſſet ſenex, tanta eſt admiratione permotus, ut coram ipſo publice proclamaret. Non immerito dęmonem qui ſe deſpexerat, illius non toleraſſe præſentiam, cuius ipſe uirtutem non ſolum in iuuentutis ardore, ſed ne nunc quidem ſine diſcrimine caſtitatis auderet appetere. Quòd factum abbas Ioannes licet ſumma admiratione prętulerit, tamen neminem monachorum ut experiretur hortatus eſt, ſciens multa recte ab alijs geſta, magnam alijs imitantibus intuliſſe perniciem, nec uſurpari ab omnibus poſſe, quod paucis dominus ſpeciali munere contuliſſet.

De ſpiritali ſcientia. Cap. VIII.

SEd ad expoſitionem ſcientiæ de qua ſumptum eſt ſermonis exordium reuertamur. Itaq́, ſicut ſuperius diximus, practice erga multas profeſsiones ac ſtudia deriuatur. Theoretice uero in duas diuiditur partes, id eſt, in hyſtoricam interpretationem, & intelligentiam ſpiritalem. Vnde etiam Salomon cum eccleſiæ multiformem gratiam enumeraſſet, adiecit: Omnes enim qui apud eam ſunt, ueſtiti ſunt dupliciter. Spiritalis autem ſcientiæ genera ſunt tria, tropologia, allegoria, anagoge, de quibus in prouerbijs ita dicitur. Tu autem deſcribe tibi ea tripliciter, ſuper latitudinem cordis tui. Itaq́ hyſtoria præteritarum ac uiſibilium agnitionem complectitur rerũ, quæ ita ab Apoſtolo replicatur: Scriptum eſt enim, quia Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & aliũ de libera, ſed qui de ancilla ſecundum carnem natus eſt, qui autem de libera per repromiſsionem. Ad allegoriam autem pertinent quæ ſequuntur, quia ea quæ in ueritate geſta ſunt, alterius ſacramenti formam præfiguraſſe dicuntur. Hæc enim inquit ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem de monte ſyna, in ſeruitutem generans, quod eſt agar. Syna enim mons eſt in Arabia, qui comparatur huic quæ nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cum filijs ſuis. Anagoge uero de ſpiritalibus myſterijs ad ſublimiora quædam & ſacratiora cœlorum ſecreta conſcendens, ab Apoſtolo ita ſubijcitur. Quæ autẽ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enim: Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Tropologia eſt moralis explanatio, ad emendationem uitæ & inſtructionem pertinens actualem, uelut ſi hæc eadem duo teſtamenta intelligamus praticen & theoreticen diſciplinam, uel certe ſi Hieruſalem aut Syon animam hominis uelimus accipere, ſecundum illud: Lauda Hieruſalem dominum: lauda Deum tuum Syon. Igitur prædictæ quattuor figuræ in unum ita ſi uolumus confluunt, ut una atq́ eadem Hieruſalem quadrifariam poſsit intelligi, ſecundum hyſtoriam ciuitas Iudæorum, ſecundum allegoriam eccleſia Chriſti, ſecundum anagogen ciuitas Dei illa cœleſtis quæ eſt mater omnium noſtrum, ſecundum tropologiam anima hominis quæ frequenter hoc nomine aut increpatur aut laudatur à domino. De his quattuor interpretationum generibus

bus Apoſtolus ita dicit: Nunc autem fratres ſi uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, niſi uobis loquar, aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Reuelatio nanque ad Allegoriam pertinet, per quam ea quæ tegit hiſtorica narratio, ſpiritali ſenſu & expoſitione reſerantur: ut uerbi gratia. Si illud aperire tentemus, quemadmodũ patres noſtri omnes ſub nube fuerint, & omnes in Moſe baptizati ſint in nube & in mari, & quemadmodum omnes eandem eſcam ſpiritalẽ manducauerint, & eundem ſpiritalem de conſequenti petra biberint potum, petra autem erat Chriſtus. Quæ expoſitio præfigurationi corporis & ſanguinis Chriſti, quem quotidie ſumimus comparata, Allegoriæ continet rationem. Scientia uerò quæ ſimiliter ab Apoſtolo memoratur Tropologia eſt, qua uniuerſa quæ ad diſcretionem pertinent actualem, utrum utilia uel honeſta ſint prudenti examinatione diſcernimus, ut eſt illud: Cum apud noſmetipſos iudicare precipimur, utrum deceat mulierem non uelato capite orare Deum. Quæ ratio ut dictum eſt moralẽ continet intellectum. Item prophetia quã tertio Apoſtolus intulit loco, Anagogen ſonat, per quam ad inuiſibilia ac futura ſermo trãsfertur, ut eſt illud: Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quòd Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt, per Ieſum adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt in Chriſto, quoniam ipſe dominus in iuſſu & in uoce archangeli, & in turba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgẽt primi. Qua exhortationis ſpecie Anagoges figura prefertur. Doctrina uerò ſimplicem hiſtoricę expoſitionis ordinem pandit, in qua nullus occultior intellectus, niſi qui uerbis reſonat, continetur, ſicut eſt illud: Tradidi enim uobis in primis quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & quia uiſus eſt Cephæ. Et miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret. Siue illud: Audi Iſrael, dominus Deus tuus Deus unus eſt.

Quod de actuali ſcientia proficiſcatur ad ſpiritalem. Cap IX.

QVapropter ſi uobis cura eſt ad ſpiritalis ſcientiæ lumen, non inanis iactãtiæ uitio, ſed emẽdationis gratia peruenire, illius primum beatitudinis cupiditate flammamini, de qua dictũ eſt: Beati mundo corde, quoniã ipſi deum uidebunt, ut etiã ad illã de qua angelus ad Danielẽ ait, peruenire poſsitis: Qui autẽ docti fuerint fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et in alio propheta. Illuminate uobis lumen ſcientię dum tempus eſt. Tenentes itaque illam quam habere uos ſentio diligentiã lectionis, omni ſtudio feſtinate actualem id eſt, ethicam, quam primum ad integrum comprehendere diſciplinam. Abſque hac nanque illa quam diximus theoretica puritas non poteſt apprehendi, quàm hi tantũ qui non aliorum docentium uerbis, ſed propriorum actuum uirtute perfecti ſunt, poſt multa operum ac laborum ſtipendia, iam quaſi in præmio conſequuntur. Non enim à meditatione legis intelligentiam, ſed de fructu operis acquirentes, cum pſalmographo canunt. A mandatis tuis intellexi. Et excoctis paſsionibus uniuerſis fiducialiter dicunt: Pſallam & intelligam in uia immaculata. Ille enim pſallens intelligit quæ canuntur, qui in uia immaculata greſſu puri cordis innititur. Et idcirco ſi ſcientiæ ſpiritalis ſacrũ in corde ueſtro uultis tabernaculum præparare, ab omnium uos uitiorum contagione purgate, & curis ſeculi præſentis exuite. Impoſsibile nanque eſt animam quæ mundanis uel tenuiter diſtẽtionibus occupatur, donum ſcientiæ promereri, uel generatricẽ ſpiritalium ſenſuum, aut tenacem ſacrarum lectionum fieri. Obſeruate igitur in primis, & maximè tu Iohannes, cui magis ad cuſtodienda hęc quæ dicturus ſum, ætas adhuc adoleſcentior ſuffragatur, ne ſtudium lectionis ac deſiderij tui labor uana elatione caſſetur, ut inducas ſummũ ori tuo ſilentium, hic eſt enim primus diſciplinæ actualis ingreſſus, omnis quippe labor hominis in ore ipſius, & ut omnium ſeniorum inſtituta atque ſententias intento corde & quaſi muto ore ſuſcipias, ac diligenter in pectore tuo condens, ad perficienda ea potius, quàm ad docenda feſtines. Ex hoc enim Cenodoxiæ pernicioſa prę ſumptio,

ex illo autem fructus spiritalis scientiæ pullulabunt. Nihil itaq; in collatione seniorum proferre audeas, nisi quod interrogare te aut ignoratio nocitura, aut ratio necessariæ cognitionis impulerit, non ut quidā uanæ gloriæ amore distenti, pro ostentatione doctrinę, ea quę optimè norunt, interrogare se simulant. Impossibile enim est eum qui proposito acquirendæ laudis humanæ, studio lectionis insistit, donum ueræ scientiæ promereri. Nam qui hac passione deuictus est, necesse est ut alijs quoq; & maximè superbiæ uitijs obligetur, & ita in actuali atq; ethica congressione prostratus, scientiam spiritalem quę ex ea nascitur, minimè consequetur. Esto ergo per omnia citus ad audiendum, tardus autem ad loquendum, ne cadat in te illud quod notatur à Salomone: Si uideris uirū uelocem in uerbis, scito quia spem habet insipiens magis quàm ille. Nec quenquā uerbis docere præsumas, quod opere ante non feceris. Hunc enim nos ordinem tenere debere, etiam exemplis suis dominus noster instituit, de quo ita dicitur: Quæ cœpit Iesus facere & docere. Caue ergo ne ante actum prosiliens ad docendum, in illorum numero deputeris, de quibus in euāgelio dominus ed discipulos suos loquitur: Quę dicunt uobis saruate & facite, secundum opera uerò eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt ea super humeros hominum, ipsi autem digito suo nolunt ea mouere. Si enim ille qui unum mandatum minimum soluens docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum, qui multa & maiora negligens docere præsumpserit, consequens profectò est, ut iam minimus in regno cœlorum, & in gehennę supplicio maximus habeatur. Et ideo cauendum tibi est, ne illorum ad docendum inciteris exemplis, qui peritiam disputandi ac sermonis affluentiam consecuti, quia possunt ea quæ uolunt ornatè copioseq; differere, scientiam spiritalem possidere creduntur, ab his qui uim eius & qualitatem discernere non nouerunt. Aliud nanq; est facilitatem oris & nitorem habere sermonis, & aliud uenas ac medullas cœlestium intrare dictorum, ac profunda & abscondita sacramēta purissimo cordis oculo contemplari, quod nullatenus humana doctrina, nec eruditio singularis, sed sola puritas mentis per illuminationem sancti spiritus obtinebit.

De apprehendenda ueræ scientiæ disciplina. Cap. X.

FEstinandum igitur tibi est, si ad ueram scripturarum scientiam uis peruenire, ut humilitatem cordis immobilem prius consequaris; quæ te nō ad illam quæ inflat, sed ad eam quæ illuminat scientiam, charitatis consummatione perducat. Impossibile nāq; est immundam mentem donum scientiæ spiritalis adipisci. Et idcirco omni cautione deuita, ne tibi per studium lectionis, non scientiæ lumen, nec illa perpetua quæ per illuminationem doctrinæ promittitur gloria, sed instrumenta perditionis de arrogantiæ uanitate nascantur. Deinde hoc tibi est omnimodis enitendum, ut expulsa omni solicitudine & cogitatione terrena, assiduum te ac potius iugem sacræ præbeas lectioni, donec cōtinua meditatio imbuat mentem tuam, & quasi in similitudinem sui formet, archam quodammodo ex ea faciens testamenti, habentem in se scilicet duas tabulas lapideas, id est, duplicis instrumenti perpetuā firmitatem, urnā quoq; auream, hoc est memoriam puram atque synceram, quæ reconditum in se manna perpetua tenacitate conseruet, spiritalium scilicet sensuum, & angelici illius panis perennem cœlestemq; dulcedinem, nec non etiam uirgam Aaron, id est, summi ueriq; pontificis nostri Iesu Christi salutare uexillum, immortalis memoriæ semper uiriditate frondescens. Hæc nanque est uirga quæ posteaquam de radice Iesse succisa est, uiuacius mortificata reuirescit. Hęc autem omnia duobus Cherubin, id est, historicæ & spiritalis scientiæ plenitudine proteguntur. Cherubin enim interpretatur scientiæ multitudo, quæ propiciatorium Dei, id est, placiditatem pectoris tui iugiter protegent, & à cunctis spiritalium nequitiarum incursibus obumbrabunt. Et ita mens tua non solum in archam diuini testamenti, uerum etiam in regnum sacerdotale prouecta, per indissolubilem puritatis affectum, quodammodo absorpta spiritalibus disciplinis, illud implebit pontificale mandatum, quod à legislatore ita præcipitur: Et de sanctis non egredietur, ne polluat sanctuarium Dei, id est, cor suū, in quo iugiter habitaturum se dominus repromittit, dicens: Inhabitabo in eis & inter illos ambulabo. Quamobrem diligenter memoriæ commendanda est, & incessabiliter

recenſenda ſacrarum ſeries ſcripturarum. Hæc etenim meditationis iugitas duplicē nobis conferet fructum. Primum quod dum in legendis ac parandis lectionibus occupatē mentis intentio, neceſſe eſt ut nullis noxiarum cogitationum laqueis captiuetur, deinde quod ea quæ creberrima repetitione percurſa, dum memoriæ tradere laboramus, intelligere id temporis obligata mente non quiuimus, poſtea ab omnium actuum ac uiſionum illecebris abſoluti, præcipueq́ꝫ nocturna meditatione taciti reuoluentes, clarius intuemur, ita ut occultiſsimorū ſenſuum quos ne tenui quidē uigilātes opinatione percepimus, quieſcentibus nobis, & uel ſoporis ſtupore demerſis, intelligentia reueletur.

De multiplici intellectu diuinarum ſcripturarum. Cap XI.

CReſcente autem per hoc ſtudium innouatione mentis noſtrę, etiam ſcripturarum facies incipiet innouari, & ſacratioris intelligentię pulchritudo quodammodo cū proficiente proficiet. Pro capacitate enim humanorum ſenſuum, earum quoq́ꝫ ſpecies coaptatur, & uel terrena carnalibus, uel diuina ſpiritalibus apparebit, ita ut hi quibus antea uidebatur craſsis quibuſdam nebulis inuoluta, nec ſubtilitatem eius deprehendere, nec fulgorem ualeant ſuſtinere. Sed ut hoc ipſum quod aſtruere nitimur, aliquo clarius pandatur exemplo, unum legis teſtimonium protuliſſe ſufficiat, per quod etiam omnia præcepta cœleſtia ſecundum menſuram ſtatus noſtri ad omne hominum genus probemus extendi. Scriptum eſt in lege: Non fornicaberis. Hoc ab homine carnalium adhuc obſcenitatum paſsionibus obligato ſecundum ſimplicem literæ ſonum ſalubriter cuſtoditur. Ab eo autem qui iam ab hac actione lutulēta & impuro diſceſsit affectu, neceſſe eſt idipſum ſpiritaliter obſeruari, ut ſcilicet non ſolum à ceremonijs idolorum, ſed etiam ab omni ſuperſtitione gentilium & auguriorum, omniumq́ꝫ ſignorum & dierum ac temporum obſeruatione diſcedat, uel certè ne quorundam uerborum aut nominum coniecturis, quæ ſinceritatem fidei noſtræ polluunt implicetur. Hac enim fornicatione etiam Hieruſalem dicitur conſtuprata, quæ fornicata eſt in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo. Et quam dominus iterum increpans per prophetam: Stent, inquit, & ſaluent te augures cœli qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annunciarent uentura tibi. De qua fornicatione & alibi arguens eos dominus, ait: Spiritus fornicationis decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Quiſque uerò à gemina hac fornicatione diſceſſerit, habebit tertiam quā deuitet, quæ in legis & Iudaiſmi ſuperſtitionibus continetur. De quibus Apoſtolus: Dies, inquit, obſeruatis & menſes & tempora & annos. Et iterū: Ne tetigeris, neq́ꝫ guſtaueris, neq́ꝫ cōtrectaueris. Quæ de ſuperſtitionib. legis dicta eſſe non dubium eſt, in quas ſi quis inciderit, proculdubio mœchatus à Chriſto, ab Apoſtolo non meretur audire. Deſpondi enim uos uni uiro uirginē caſtā exhibere Chriſto, ſed illud ad eum quod ſequitꝰ uoce eiuſdē Apoſtoli diriget. Timeo autē ne ſicut ſerpēs ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrūpantur ſenſus ueſtri à ſimplicitate quę eſt in Chriſto Ieſu. Quod ſi immūditiā huius quoq́ꝫ fornicationis effugerit, habebit quartā quę hęretici dogmatis adulterio perpetratur. De qua idē beatus Apoſtolus: Ego, inquit, ſcio, quia poſt diſceſsionem meam intrabunt lupi graues in uos, non parcentes gregi, & ex uobis ipſis ſurgent uiri loquentes peruerſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe. Hanc etiam qui potuerit declinare, caueat ne ſubtiliore peccato in fornicationis uitium collabatur, quæ ſcilicet in cogitationum peruagatione conſiſtit, quia omnis cogitatio non ſolum turpis, ſed etiam otioſa, & è Deo quantulumcunque diſcedens, à perfecto uiro immundiſsima fornicatio deputatur.

Interrogatio quomodo poßit ad obliuionem ſecularium carminum perueniri. Cap. XII.

GErmanus. Ad hoc ego occulta primum cōpunctione permotus, ac deinde grauiter ingemiſcens, hęc inquam omnia quę copioſiſsimè digeſsiſti maiora mihi intulerunt deſperationis augmenta quàm hactenus ſuſtinebam. Quippe cui pręter illas generales animæ captiuitates, quibus non dubito infirmos quoſq́ꝫ pulſari extrinſecus, ſpeciale impedimentum ſalutis accedit, per illam quam tenuiter uideor attigiſſe notitiam literarum, in qua me ita uel inſtantia pędagogi, uel continuæ lectionis macerauit intentio, ut nunc mens mea poëticis uelut illis infecta carminibus, illas fabularum nugas hiſtoriasq́ꝫ bellorū quibus à paruulo primis ſtudiorū imbuta eſt rudimētis, orationis etiā

tempore meditetur, psallentiq; uel pro peccatorum indulgentia supplicanti, aut impudens poëmatũ memoria suggeratur, aut quasi bellantium heroum ante oculos imago uersetur, taliumq; me phantasmatum imaginatio semper illudẽs, ita mentem meam ad supernos intuitus aspirare non patitur, ut quotidianis fluctibus non posit expelli.

Responsio quo pacto memoriam eorum poßimus abluere. Cap. XIII.

NEsteros. De hac ipsa re unde tibi purgationis maxima nascitur desperatio, citum satis atq; efficax remedium poterit oboriri, si eandem diligẽtiam atq; instantiam quãtam te in illis secularibus studijs habuisse dixisti, ad spiritalium scripturarũ uolueris lectionẽ meditationemq; transferre: Necesse est enim mentem tuam tandiu illis carminibus occupari, quandiu sibi aliqua quæ intra semetipsam recolat, simili studio & assiduitate conquirat, ac pro illis infructuosis atq; terrenis, spiritalia atq; diuina parturiat. Quæ cum profundè alteq; conceperit, atq; in illis fuerit enutrita, uel expelli priores sensim poterunt, uel penitus aboleri. Vacare enim cunctis cogitationib. humana mens nõ potest, & ideo quãdiu spiritualibus studijs non fuerit occupata, necesse est eam illis quę pridie didicit implicari. Quandiu enim nõ habuerit quo recurrat, & indefessos exerceat motus, necesse est ut ad illa quibus ab infantia imbuta est collabatur, eaq; semper reuoluat, quæ longo usu ac meditatione concepit. Vt igitur hæc in te scientia spiritalis perpetua soliditate roboretur, nec ea iam tẽporariè perfruaris, sicut illi qui eam non suo studio sed aliena relatione cõtingunt, & uelut aërio, ut ita dixerim, odore percipiunt, sed ut sensibus tuis inuiscerata quodãmodo & perspecta atq; palpata condatur, illud omni obseruantia custodire te conuenit, ut etiamsi ea quæ optimè nosti, fortè audieris in collatione proferri, non ex hoc quod tibi iam nota sint, aspernanter fastidioseq; suscipias, sed ea cordi tuo illa auiditate commendes, qua debent desiderabilia salutis uerba, uel auribus nostris indesinenter infundi, uel de nostro ore iugiter proferri. Quamuis enim adhibeatur sanctarum rerum crebra narratio, nunquam tamen animę sitim ueræ scientię sustinenti, satietas generabit horrorem, sed ea quotidie uelut noua ac desiderata suscipiens, quãto frequentius hauserit, tanto auidius uel audiet uel loquetur, et confirmationẽ potius perceptæ scientiæ ex eorum repetitione q̃ ullum ex frequenti capiet collatione fastidium. Euidens nanq; est tepidæ ac superbæ mentis indicium, si uerborũ salutarium medicinã, quamuis studio nimiæ assiduitatis ingestam, fastidiose negligenterq; suscipiat. Anima enim quę in satietate est fami illudit, animæ autem egenti etiam amara dulcia uidentur. Si itaq; hæc diligenter excepta, & in recessu mentis cõdita atq; indicta fuerint taciturnitate signata, postea ut uina quædam suauè olentia & lætificantia cor hominis, cũ sensuũ canicie & patientiæ fuerint uetustate decocta, cum magna sui fragrantia de uase tui pectoris proferentur, & tanquam perennis fons de experientiæ uenis & irriguis uirtutũ meatibus redundabunt, fluentaq; cõtinua uelut de quadam abijsso tui cordis effundẽt. Eueniet nanq; in te illud quod in Prouerbijs ad illum dicitur, qui hęc opere consummauit. Bibe aquas de tuis uasis & de puteorũ tuorũ fonte, supereffluãt tibi aquæ de tuo fonte, in tuas autem plateas pertranseant aquę tuę. Ac secundum Isaiam prophetã, eris quasi ortus irriguuus, & sicus fons aquarũ cuius non deficient aquæ, & ædificabuntur in te deserta à seculis, fundamenta generationis & generationis suscitabis, & uocaberis ædificator sepium, auertens semitas iniquitatum. Illa etiam tibi beatitudo proueniet, quam idem propheta promittit: Et non faciet dominus auolare à te ultra doctorem tuum, & erunt oculi tui uidentes præceptorẽ tuum, & aures tuæ audient uerbum post tergũ monentis. Hac uia ambulate in ea, neq; declinetis ad dextrã neq; ad sinistrã. Atq; ita fiet ut nõ solum omnis directio ac meditatio cordis tui, uerum etiam cunctę euagationes atq; discursus cogitationum tuarum, sint tibi diuinæ legis sancta & incessabilis ruminatio.

Quod immunda anima neq; tradere neq; percipere poßit scientiam spiritalem. Cap. XIIII.

IMpossibile est autem hæc, sicut pręfati sumus, inexpertum quenquam uel agnoscere uel docere. Nam qui ne ad percipiendum quidẽ capax est, quomodo erit idoneus ad tradendum? De quibus tamen etiamsi aliquid docere pręsumpserit, inefficax procul dubio & inutilis usq; ad aures tantummodo audientium eius sermo perueniet, cor autẽ

eorum penetrare non poterit, inertia operum, & infructuoſitate ſuę proditus uanitatis; quia nõ de theſauro bonæ promitur cõſcientiæ, ſed de inani iactantiæ præſumptione. Impoſsibile nanq; eſt immundam animam quantalibet deſudauerit lectionis inſtantia; adipiſci ſcientiam ſpiriitalem. Nemo enim in uas fœtidum atq; putridum ſiue corruptũ unguentum aliquod nobile, aut mel optimum, aut precioſi quicquam liquoris infundit. Facilius enim quamuis odoratiſsimum mirrhum ſemel horrendis imbuta fœtorib. teſta contaminat, quàm ut aliquid ex eo ſuauitatis aut gratiæ ipſa concipiat, quia multo citius munda corrumpuntur, quàm corrupta mundantur. Ita igitur & uas pectoris noſtri niſi prius fuerit ab omni fœtidiſsima uitiorum contagione purgatum, non merebitur ſuſcipere illud benedictionis unguentum, de quo dicitur per prophetam. Sicut unguentum in capite quod deſcendit in barbam Aaron, quod deſcendit in oram ueſtimenti eius: nec illam ſcientiam ſpiritalem & eloquia ſcripturarum quæ dulciora ſunt ſuper mel & fauum, impolluta ſeruabit. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci cum tenebris? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?

Obiectio de eo quòd multi immundi ſcientiam habeant, & ſancti non habeant. Cap XV.

GErmanus. Deffinitio iſta nequaquam uidetur nobis ueritate fulciri, aut probabili ratione ſubnixa. Cum enim omnes qui fidem Chriſti aut nequaquã ſuſcipiunt, aut impia dogmatum prauitate corrumpunt, immundi cordis eſſe manifeſtum ſit, quomodo multi Iudęorũ atq; hęreticorũ, uel etiam catholicorũ qui diuerſis uitijs inuoluunt perfectã ſcripturarũ ſcientiã conſecuti, de ſpiritalis doctrinæ magnitudine gloriant, & econtra ſanctorũ uirorũ innumera multitudo, quorũ cor ab omni peccatorũ cõtagione purgatum eſt, ſimplicis fidei pietate contenta, profundioris ſciẽtię ignorat arcana. Quẽadmodũ ergo ſtabit iſta ſententia, quæ ſcientiam ſpiritalem ſoli cordis tribuit puritati?

Reſponſio quòd mali ſcientiam ueram habere non poſſunt. Cap. XVI.

NEſteros. Haud rectè uirtutem deffinitionis explorat, qui non omnia diligenter prolatæ ſententiæ uerba perpendit. Prædiximus nãq; huiuſmodi homines diſputandi tantum habere peritiam & elocutionis ornatum, cęterum ſcripturarum uenas & arcana ſpiritalium ſenſuum intrare non poſſe. Etenim uera ſcientia non niſi à ueris Dei cultoribus poſsidetur, quam is utiq; non habet cui dicitur: Audi popule ſtulte qui non habes cor, qui habetis oculos & non uidetis, & aures & non auditis. Et iterum: Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellã te, ne mihi ſacerdotio fungaris. Cum enim in Chriſto omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi eſſe dicantur, quomodo is qui Chriſtũ inuenire contempſit, aut inuentum ſacrilego ore blaſphemat, aut certè catholicam fidẽ immundis operibus polluit, uerã ſcientiam aſſecutus eſſe credendus eſt? Spiritus enim Dei effugiet fictum, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Non ergo alias ad ſcientiam ſpiritalẽ niſi hoc ordine peruenitur, quem unus prophetarum eleganter expreſsit, dicens: Seminate uobis ad iuſtitiam, metite ſpem uitę, illuminate uobis lumen ſcientię. Primũ ergo ſeminandũ nobis eſt ad iuſtitiã, hoc eſt, ut actualẽ perfectionẽ operib. iuſtis ſpẽ propagemus, deinde metẽda eſt nobis ſpes uitæ, id eſt, uirtutũ ſpiritalium fructus, expulſione uitiorũ carnalium congregandi, & ita illuminare nobis lumen ſcientiæ poterimus. Quem ordinẽ etiam pſalmographus tenere debere decernit, dicens: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini, beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. Non enim prius dixit: Beati qui ſcrutãtur teſtimonia eius: & poſtea ea intulit: Beati immaculati in uia: ſed prius inquit: beati immaculati in uia: per hoc euidenter oſtendens, neminẽ rectè poſſe ad perſcrutanda Dei teſtimonia peruenire, niſi prius per actualẽ cõuerſationem in uia Chriſti immaculatus incedat. Hi ergo quos dixiſtis nõ iſtã quã immundi habere nõ poſſunt, ſed τῆς ψευδωνύμου, hoc eſt, falſi nominis ſcientiã poſsident, de qua beatus Apoſtolus: O, inquit, Tymothee depoſitũ cuſtodi, deuitans prophanas uocũ nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quod in græco dicitur: ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. De iſtis ergo qui imaginẽ quandã ſcientiæ uidentur acquirere, uel de his qui cũ ſacrorũ uoluminũ lectioni ac memorię ſcripturarũ diligenter inſiſtũt, carnalia tamẽ uitia nõ relinquũt, in Prouerbijs elegãter exprimitur: Sicut inauris aurea in narib. ſuis, ita mulieris malè moratę ſpecies. Quid enim pro

dest quempiam ornamentum eloquiorum cœlestium & illam præciosissimam scripturarum speciem cõsequi, si eam lutulentis operibus uel sensibus inhærendo quasi immũdissimã terrã subigendo confringat, aut cœnosis libidinũ suarũ polluat uolutabris? Fiet enim ut id quod rectè utentibus decori esse consueuit nõ solũ istos ornare nõ possit, uerum etiã maioris cœni colluuione sordascat. Ex ore enim peccatoris nõ est pulchra laudatio. Cui dicitur per prophetam: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? De huiusmodi animabus, quæ nequaquam stabiliter timorẽ domini possidentes, de quib. dicitur: Timor domini disciplina & sapiẽtia est, scripturarum acquirere sensum de iugi earum meditatione conantur, satis propriè in Prouerbijs memoratur: Vt quid fuerunt diuitiæ insipienti? Possidere enim sapientiam excors non poterit. Intantum uerò ab illa eruditione seculari quæ carnalium uitiorum sorde polluitur, uera hæc & spiritalis scientia submouetur, ut eam in nonnullis elinguibus ac penè illiteratis sciamus nonnunquam mirabiliter uiguisse. Quod in Apostolis multisq; etiam sanctis uiris euidentissimè comprobatur, qui non inani foliorum dilatabantur luxuria, sed ueris spiritalis scientiæ fructibus curuabantur. De quibus & in actibus Apostolorũ scriptum est: Videntes autem Petri constantiam & Iohannis, & comperto quòd homines essent sine literis & idiotę admirabantur. Et idcirco si tibi curę est ad eius immarcessibilem flagrantiam peruenire, cunctis primum conatibus elabora, ut à domino puritatem castitatis obtineas. Nullus enim in quo adhuc carnalium passionum & maximè fornicationis dominatur affectus, spiritalem poterit scientiam possidere. In corde enim bono requiescet sapientia, & qui timet Deum, inueniet scientiam cum iustitia. Hoc autem quo prædiximus ordine ad spiritalem scientiam perueniri, etiam beatus Apostolus docet. Nam cum uniuersarum uirtutum suarum non solum catalogum texere, uerum etiam ordinem earum uellet exponere, ut quę quam sequeretur, uel quę quam parturiret exprimeret, post aliquanta intulit, dicens: In uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta. In qua coniugatione uirtutum euidentissimè nos uoluit erudire, de uigilijs atq; ieiunijs ad castitatem, de castitate ad scientiam, de scientia ed longanimitatem, de longanimitate ad suauitatem, de suauitate ad spiritum sanctum, de spiritu sancto ad charitatis non fictę pręmia peruenire. Cum igitur hac disciplina atq; hoc ordine tu quoq; perueneris ad scientiam spiritalem, habebis proculdubio, sicut diximus, nec sterilem, nec inertem, sed uiuam fructuosamq; doctrinam, semenq; salutaris uerbi, quod cum à te fuerit audientium cordibus commendatum, subsequens spiritus sancti imber largissimus fœcundabit, ac secundum id quod quod pollicitus est propheta, dabitur pluuia semini tuo, ubicunq; seminaueris in terra, & panis frugum terræ tuæ erit uberrimus & pinguis.

Quibus ratio perfectionis debeat aperiri. Cap. XVII.

CAue etiam ne hæc quæ tam lectione quâm experientię sudore didiceris, cũ te ætas maturior prouexerit ad docendum, uanę glorię seductus amore, immundis hominibus passim ingeras, illudq; quod sapientissimus Salomõ interdixit, incurras: Noli applicare impiũ ad pascua iusti, neq; seducaris saturitate uentris. Nõ enim expediunt stulto delitiæ, nec opus est sapientia ubi deest sensus. Magis enim dicitur insipientia, quia seruus durus non emendabitur uerbis. Si enim & intellexerit non obediet. Auribus imprudentis noli quicquam dicere, ne fortè irrideat sapientes sermones tuos. Et ne dederitis sanctum canibus, neq; miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcẽt eas pedibus suis, & cõuersi dirumpant uos. Oportet itaq; ut huiusmodi hominibus spiritalium sensuum contegens sacramenta efficaciter canas. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Sed dicas forsitan: Et quibus diuinarum scripturarum dispensanda sunt sacramenta? Docet te sapientissimus Salomon: Date, inquit, ebrietatem his qui in tristitia sunt, & uinum bibere his qui in doloribus sunt, ut obliuiscantur paupertatis, & dolorum suorum non meminerint amplius, id est, his qui pro pœnitudine actuum pristinorum mœrore atq; tristitia deprimuntur, spiritalis scientiæ iocunditatem, uelut uinũ quod lætificat cor hominis, affluenter infundite, eosq; salutaris uerbi crapula refouete, ne fortè iugitate mœroris ac letali desperatione demersi, abundãtiore absorbeantur

beantur triſtitia, qui eiuſmodi ſunt. De illis uerò qui in tepore ac negligentia conſtituti, nullo cordis ſui dolore mordentur, ita dicitur: Nam qui ſuauis & ſine dolore eſt, in egeſtate erit. Quanta potes igitur cautione deuita, ut ne uanæ gloriæ amore detentus, illius quem propheta collaudat, particeps eſſe non poſsis, qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. Omnis enim qui eloquia Dei de quibus dicitur: Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum, humanæ laudis amore diſpenſat, pecuniam ſuam erogat ad uſuram, non ſolum nullam pro hoc laudem, ſed etiam ſupplicia meriturus. Ob hoc enim pecunias domini maluit profligare, ut ex ea temporalem conſequeretur ipſe mercedem, non ut dominus, ſicut ſcriptum eſt, ueniens, reciperet quod ſuum eſt cum uſura.

Quibus de cauſis ſpiritalis doctrina infructuoſa ſit. Cap. XVIII.

DVabus autem ex cauſis inefficacem ſpiritalem rerum conſtat eſſe doctrinam. Nā aut ille qui inexperta commendans, uano uerborum ſono inſtruere nititur auditorem, aut certè nequam ac uitijs refertus auditor, ſalutarem ſpiritalis uiri ſanctamq́ doctrinam obturato corde non recipit. De quibus dicitur per prophetam: Excæcatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierūt, & oculos ſuos cōcluſerunt, nequādo uideāt oculis ſuis, & aurib. ſuis audiāt, & corde intelligāt, & cōuertant, & ſanē illos.

Quod plerunq; etiam indigni gratiam ſalutiferi ſermonis accipiant. Cap XIX.

NOnnnnquam tamen diſpēſatoris noſtri Dei, qui omnes homines uult ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, munifica liberalitate conceditur, ut is qui indignū ſe prædicationi euangelicæ reprehenſibili conuerſatione prębuit, pro ſalute multorum ſpiritalis doctrinę gratiam conſequatur. Quibus autem modis etiam chariſmata curationum ad expellendos dæmones, à domino concedantur, conſequēs eſt ſimili diſputatione pandamus, quā cōſurgentes ad refectionē in ueſperā reſeruemus, quia efficacius ſemper corde cōcipit, quicquid ſenſim & abſq́ nimio labore corporis intimatur.

Collationis primæ abbatis Neſterotis de ſpiritali ſcientia finis.

COLLATIO SECVNDA ABBATIS NESTEROTIS DE CHARISMATIBVS DIVINIS *Cap. primum.*

POſt ſinaxim ueſpertinā ad repromiſſā narrationē intēti, pſiathijs pariter ex more cōſedimus. Cumq́ ſilētium aliquātiſper pro ſenis reuerētia pręberemus, taciturnitatē uerecūdiæ noſtrę tali præuenit eloquio. Vſq́ ad ſpiritaliū rationē chariſmatū proferendā, prædecēs diſputationis ordo puenerat, quā tripartitā eſſe maiorū traditione pcepimus. Prima ſiqdē curationū cauſa eſt, cū p merito ſanctitatis, electos quoſq́ ac iuſtos uiros ſignorū gratia comitat̄, ſicut Apoſtolos, multosq́ ſanctorū ſigna ac pdigia ſecūdū authoritatē dn̄i feciſſe manifeſtū eſt, ita dicētis: Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, lepſos mūdate, dæmones ejicite, gratis accepiſtis gratis date. Secūda cū ob ædificationē eccleſiæ, uel eorū q infirmos ſuos ingerūt, uel eorū q curādi ſunt fidē, ſanitatū uirtus etiā à peccatorib, indigniſq́ pcedit. De qbus ſaluator in euāgelio: Multi, inqt dicēt mihi in illa die: dn̄e dn̄e, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? & tūc cōfitebor illis, quia nunq́ noui uos. Diſcedite à me oparij iniqtatis. Et ecōtrario ſi offerētiū uel infirmorū deſit fides, etiā illos qbus curationū dona collata ſunt, nō ſinit ſanitatū exercere uirtutē. De qua re Lucas euāgeliſta: Et nō poterat, inqt, Ieſus facere inter eos uirtutes pter incredulitatē illorū. Vnde idē dn̄s: Multi, inqt, lepti erāt in Iſrahel ſub Heliſeo ppheta, & nemo eorū mūdatus eſt niſi Naamā Syrus. Tertius curationū modus, etiā colludio dęmonū ac factione ſimulat̄, ut dū homo manifeſtis criminib. obligatus pter admirationē ſignorū ſanctus ac Dei famulus credit̄, etiā uitiorū eius æmulatio ſuadeat̄, & per hoc obtrectationis aditu reſerato, etiā religionis ſanctitatis infametur, uel certè, ut is qui curationū dona habere ſe credit, per ſuperbiam cordis elatus grauius elidatur. Inde eſt quòd inuocantes eorū nomina, quos nulla merita ſanctitatis, nec ullos ſpiritales fructus habere cognoſcunt, uti ſe eorum meritis ac de obſeſsis ſimulant corporibus effugari. De quibus in Deuteronomio: Si ſurrexit, inquit, in medio tui

propheta, aut qui somnium se uidisse dicat, & prædixerit signũ atq; portentũ, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, et seruiamus eis, non audias uerba prophetæ illius aut somniatoris, quia tẽtat uos dominus Deus uester ut palam fiat, utrum diligatis eum an non in toto corde & in tota anima uestra. Et in euangelio: Exurgent, inquit, pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.

In quo quis sanctos uiros debeat admirari. Cap. II.

QVapropter nunq; debemus eos qui hoc affectant in his uirtutib. admirari, sed potius intueri, utrum uitiorum omnium expulsione, & morum emendatione perfecti sint. Quod utiq; non pro alterius fide, aut diuersitate causarum, sed pro uniuscuiusq; studio Dei gratia dispensante conceditur. Hæc nanq; est actualis scientia, quę alio uocabulo charitas ab Apostolo nuncupatur, & uniuersis linguis hominũ & angelorũ, & plenitudini fideiquæ etiam montes transferat, & omni scientię ac prophetię & erogationi omnium facultatũ, ipsiq; postremò glorioso martyrio apostolica authoritate pręfertur. Nam cum dinumerasset uniuersa charismatũ genera, atq; dixisset: Alij datur per spiritũ sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, alij operatio uirtutũ, & reliqua, de charitate dicturus, quemadmodum eam cunctis prætulerit charismatibus paucis aduertite. Et adhuc, inquit, supra modum excellentiorẽ uobis uiam demonstro. Per quod euidenter ostẽditur perfectionis ac beatitudinis summam, non in illorum mirabiliũ operatione, sed in charitatis puritate cõsistere. Nec immeritò. Omnia ẽm illa euacuãda ac destruẽda sunt, charitas uerò ꝑpetuo ꝑmãsura. Ideoq; à patrib. nostris opa ista signorũ nequaquam uidimus affectata, quinimo cum ea spiritus sancti gratia possiderẽt, nunq; exercere uoluerunt, nisi fortè extrema illos & ineuitabilis necessitas coartasset.

De suscitato mortuo ab abbate Machario. Cap. III.

SIcut et ab abbete Machario qui habitationem Schyotioticę solitudinis primus inuenit, mortuum suscitatum esse reminiscimur. Nam cum hæreticus quidam qui Eunomij perfidiam sectabatur, sinceritatem Catholicæ fidei arte Dialectica subuertere conaretur, magnamq; iam hominum multitudinẽ decepisset, rogatus à catholicis uiris, qui ruinam tantæ subuersionis grauissimè mouebãtur, Macharius, ut simplicitatem totius Aegypti ab infidelitatis naufragio liberaret, aduenit. Quem cum hęreticus arte dialectica fuisset aggressus, & ad Aristotelicas ignorantem spinas uellet abducere, beatus Macharius apostolica multiloquium eius breuitate concludẽs: non est, inquit, in uerbo regnum Dei, sed in uirtute. Eamus igitur ad sepulchra, & nomen domini super mortuum qui primus inuentus fuerit inuocemus, ac sicut scriptũ est: Ostẽdamus ex operibus fidẽ nostrã, ut manifestissimè rectæ fidei documenta eius testimonio declarentur, & perspicuam ueritatem non inani disputatione uerborũ, sed uirtute signorum, & illo quod nõ potest falli indicio comprobemus. Quo audito, hęreticus coram circumstanti plebe pudore constrictus, cum ad præsens præbere se conditioni propositę simulasset, assensum, seq; affuturũ in crastinum promisisset, postero die expectantib. uniuersis qui studiosius ad condictum locum, spectaculi huius cupiditate confluxerant, exterritus conscientia suæ infidelitatis aufugit, ac protinus ab uniuersa Aegypto transmigrauit. Quẽ cum beatus Macharius usq; ad horam nonã cum populis præstolatus pro sua conscientia declinasse uidisset, assumens plebem quę ab illo fuerat deprauata, ad condicta sepulchra perrexit. Hunc autem Aegyptijs morem Nili fluminis inuexit alueus, ut quoniam uniuersa illius latitudo terræ instar immensi pelagi, non paruo anni tempore solita aquarũ eruptione contegitur, ita ut nulla tunc cuiquã humandi copia humani corporis tribuatur, nisi post transuectionem decursam, corpora mortuorũ pigmentis condita redolentib9, in editioribus cellulis recõdantur. Nam madẽs ebrietate contigua terræ illius solum humandi arcet officium. Si qua enim cadauera defossa susceperit, euomere ad superficiem suam inundationum nimietate compellitur. Cum igitur antiquissimo cuidam cadaueri beatus Macharius astitisset, ait: O homo, inquit, si uenisset huc mecũ hæreticus ille filius perditionis, & astante ipso, nomen Christi Dei mei inuocans exclamassem, utrũ ne corã his qui penẽ eius fuerant fraude subuersi, surrecturus fuisses, edicito. Tũ ille cõsurgens,

annuentis

annuentis uoce reſpondit. Quem interrogans abbas Macharius, quid'nā fuiſſet aliquā do cum frueretur hac uita, uel qua hominum fuiſſet ætate, aut ſi nomen Chriſti tunc tē poris cognouiſſet: ille ſe ſub antiquiſsimis regibus uixiſſe reſpondit, Chriſtiq; nomen aſſeruit illis ſe nec audiſſe tēporibus. Cui rurſus abbas Macharius: Dormi, inquit, in pace cum cęteris in tuo ordine, à Chriſto in fine tēporum ſuſcitandus. Hæc igitur eius uirtus & gratia quantū in ipſo fuit, ſemper fortaſſe latuiſſet, niſi eum neceſsitas totius prouinciæ periclitantis, & erga Chriſtum plana deuotio amorq; ſincerus, iſtud exercere miraculum cōpuliſſet. Quod utiq; ut ab eo fieret, non oſtentatio gloriæ, ſed charitas Chriſti & totius plebis extorſit utilitas, ut beatum quoq; Heliam feciſſe Regum lectio manifeſtat, qui ignem de cœlo ſuper hoſtias impoſitas piræ, piè idcirco deſcendere poſtulauit, ut periclitantem pſeudoprophetarum præſtigijs fidem totius populi liberaret.

De miraculo quod abbas Abraham in mulieris fecit uberibus. Cap. IIII.

QVid ſi etiam abbatis Abbrahæ geſta commemorem, qui Pais, id eſt, ſimplex, pro ſimplicitate morū & innocentia, cognominat̃. Qui cum metendi gratia ad Aegyptum de eremo diebus quinquageſimę perrexiſſet, & à muliere quadam paruulū ſuum lactis inopia iam tabidum atq; ſeminecem præferente, lachrymoſis precibus fuiſſet obſtrictus, calicem ei aquæ potandū impreſſo crucis ſignaculo dedit, cuius hauſtu confeſtim mirum in modum arida iam penitus ubera copia lactis redundante confluxerunt.

De claudi cuiuſdam curatione, quam idem eſt operatus. Cap. V.

VEl cum idē ipſe pergens ad uicum, circundatus eſt illudentium turbis, qui ſubſannantes oſtendebant ei quendā hominē contracto genu, multis iam annis greſſus officio deſtitutū, & antiqua debilitate reptantē, ac tētantes eū, oſtēde aiebāt abba Abraham ſi ſeruus es Dei, & reſtitue hūc priſtinæ ſanitati, ut nomē Chriſti quē colis, uanū nō eſſe credamus. Tūc ille cōfeſtim inuocato Chriſti nomine, inclinās ſe & apprehendens aridum pedem hominis traxit, cuius tactu continuo ſiccum genu incuruumq; directū eſt, ac recepto uſu greſſuū, quē obliuioni iam tradiderat annoſa debilitas, lętus abſceſsit.

Quòd meritum uniuſcuiuſq; non ex ſignis debeat æſtimari. Cap. VI.

HI itaq; uiri nihil ſibi pro talium mirabilium uirtute donabant, quia non hęc ſuo merito agi, ſed domini miſericordia fatebantur, apoſtolicis uerbis in admiratione ſignorū humanā gloriam refutātes. Viri fratres, inquiunt, quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra uirtute aut poteſtate fecerimus hūc ambulare? Nec quenq; in donis ac mirabilib. Dei, ſed potius ex proprijs uirtutū fructib. prædicandū eſſe cēſebāt, qui induſtria mētis & operū uirtute generant̃. Plerūq; enim, ut ſupra iam dictū eſt, homines mēte corrupti, reprobi circa fidē, in nomine domini & dæmonia expellūt, & uirtutes maximas operant̃. De quib. cū Apoſtoli cauſarent̃ et dicerēt: p̄ceptor, uidimus quendā in nomine tuo eijcientē dæmonia, & phibuimus eum, quia nō ſequit̃ nobiſcū, licet eiſdē ad præſens reſpōderit Chriſtus: nolite prohibere, qui enim nō eſt aduerſum uos, pro uobis eſt, tamen eis in fine dicentibus, domine domine, non'ne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? reſponſurum ſe eſſe teſtatur, quia nunquam noui uos, diſcedite à me operarij iniquitatis. Et idcirco etiam iſtos quibus hanc gloriam ſignorum atq; uirtutum pro merito ſanctitatis ipſe conceſsit, ne in his extollant̃ admonet, dicens: Nolite gaudere quia dæmonia uobis ſubijciuntur, gaudete autem, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis.

Quòd chariſmatum uirtus non in mirabilibus ſed in humilitate conſiſtat. Cap. VII.

DEniq; ipſe author ſignorum omnium atq; uirtutum, cum ad doctrinæ ſuæ magiſterium diſcipulos aduocaret, quid ab eo ueri atq; electiſsimi ſectatores peculiariter diſcere deberent, euidenter oſtendit: Venite, inquit, & diſcite à me, non utiq; ut dæmones cœleſti poteſtate pellatis, non ut leproſos emundetis non ut cæcos illuminetis, non ut mortuos ſuſcitetis. Hæc enim etiamſi per quoſdam ſeruos meos operor, non poteſt ſe inſerere laudibus Dei humana conditio, nec ullam ſibi in hoc miniſter & famulus decerpere portionem, ubi ſolius diuinitatis eſt gloria. Vos autem, inquit, hoc diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Hoc enim eſt quod cunctis generaliter diſcere

& exercere possibile est, opera autem signorum atque uirtutũ nec semper necessaria, nec omnibus commoda, nec omnibus conceduntur. Humilitas est ergo omnium magistra uirtutum, ipsa est cœlestis ædificij firmissimum fundamentum, ipsa est donum propriũ atque magnificum saluatoris. Ista etenim uniuersa miracula quæ Christus operatus est, sine periculo elationis exercet, qui mitem dominum, non sublimitate signorum, sed patientiæ atque humilitatis uirtute sectatur. Qui uerò immundis spiritibus imperare, aut languentibus sanitatum dona conferre, aut aliquod signum mirabile populis gestit ostendere, quamuis in ostentationibus suis Christi inuocet nomen, tamen alienus à Christo est, quia humilitatis magistrum superba mente non sequitur. Nam etiam cum ad patrẽ remeans quoddam, ut ita dixerim, conderet testamentũ, hoc discipulis dereliquit. Mandatum, inquit, nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. Statimque subiunxit: In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Non ait, si signa atque uirtutes similiter feceritis, sed si dignam dilectionem inuicem habueritis, quoniã certũest nisi mites atque humiles seruare non posse. Quapropter nunquã monachos probos nec morbo Cenodoxiæ uacuos nostri maiores esse dixerunt, qui semetipsos exorcistas coram hominibus profitentur, & inter admirantium turbas hanc quam uel meruerunt uel præsumpserunt gratiam iactantissima ostentatione diffamant: sed incassum. Qui enim innititur mendacijs, hic pascet uentos, idem autem ipse sequitur aues uolantes. Sine dubio enim eueniet eis illud quod in Prouerbijs dicitur: Sicut uenti & nubes & pluuiæ manifestissimæ sunt, ita qui gloriantur in dato falso. Et ideo si quis coram nobis horum aliquid fecerit, non de admiratione signorũ, sed de ornatu morũ debet apud nos esse laudabilis, nec utrũ dæmonia ei subiecta sint, sed utrũ charitatis mẽbra quę describit Apostolus, possideat, inqrendũ.

Quòd mirabilius sit de semetipso uitia, quàm de altero, dæmones extrusisse. Cap. VIII.

ET reuera maius miraculum est de propria carne fomitem luxurię eradicare, quàm expellere immundos spiritus de corporibus alienis, & magnificentius signum est uirtute patientiæ truculentos motus iracundiæ cohibere, quàm aereis principatibus imperare, plusque est exclusisse edacissimos de corde proprio tristitię morbos, quàm ualetudines alterius febresque corporeas expulisse. Postremò multis modis pręclarior uirtus sublimiorque profectus est, animę proprię curare languores, quàm corporis alieni. Quãto enim hęc sublimior carne est, tanto pręstãtior eius est salus, quantoque pręciosioris excellentiorisque est substantiæ, tanto grauioris ac perniciosioris est & ruinæ.

Quantum præcellat uitæ probitas opera signorum. Caput IX.

ET de illis quidẽ curationibus ita beatissimis Apostolis dicit: Nolite gaudere quia dęmonia uobis subijciuntur. Hoc enim faciebat non eorum potestas, sed uirtus dominici nominis inuocati, & idcirco monentur, ut ex hac parte nihil sibi beatitudinis aut glorię audeant uendicare, quę Dei tantum potentia ac uirtute perficitur, sed ex illa uitæ suę cordisque intima puritate, ob quam nomina eorum inscribi merentur in cœlis.

Reuelatio de perfectæ cstitatis experimento. Cap. X.

ET ut hoc ipsum quod diximus uel testimonijs ueterũ, uel diuinis oraculis approbemus, qd beatus Pafuntius uel de admiratione signorũ, uel de gratia senserit puritatis, imò quid angeli reuelatione cognouerit, ipsius uerbis atque experimentis rectius ꝓferemus. Hic nanque ita multis uigens annis districtione pręcipua, ut crederet se etiam carnalis cõcupiscentiæ laqueis penitus absolutũ, eo quòd cunctis infestationib. dęmonum, quibus diu aperteque conflixerat, superiorẽ se factũ esse sentiret, dum aduenientib. uiris sanctis pulmentum lenticulę quod illi Atheran nominant, prępararet, manus eius in clibano, ut assolet, flamma superuolitante, combusta est. Quo facto tristificatus, magnum in modũ cœpit secum tacitus uoluere, cur ignis, inquiens, mecũ non habet pacẽ, cũ duriora mihi dęmonũ cesserint prelia? aut queadmodũ me in illo metuẽdo examinis die per se transiturum ille ignis inextinguibilis, & inquisitor meritorum omnium nõ tenebit, cui nunc extrinsecus hic temporalis ac paruulus non pepercit? Cumque æstuanti huiuscemodi cogitationibus atque tristitia sopor subitus obrepsisset, adueniens angelus domini: cur, inquit, Pafunti tristis es, quod nec dum pacatus tibi sit ignis iste terrenus, cũ adhuc resideat in membris tuis carnalium motuum necdum purum excocta cõmotio?

Cuius radices donec in tuis uiuunt medullis, ignem istum materialem neququam tibi pacificum esse permittent. Quem utiq; innoxium alias sentire non poteris, nisi omnes internos motus his indicijs in temetipso experiaris extinctos. Vade & apprehende nudam & pulcherrimam uirginem, & si illam tenens, tranquillitatem tui cordis immobilē æstusq; carnales pacificos in te senseris perdurasse, huius quoq; uisibilis flammæ mitis atq; innoxius in modum illorum trium in Babilonia puerorum te allambet attactus. Ita senex ex huiusmodi reuelatione perculsus, non quidem experimenti diuinitus demonstrati pericula consuluit, sed interrogans conscientiam suam, & puritatem sui cordis examinans, nec adhuc pondus castimoniæ suæ huius probationis ponderi compensare cōiectans, non mirum est, ait, si cedentibus mihi immundorum spirituum prę̨lijs, adustiones ignis quas dirissimis congressibus dæmonum inferiores esse credebam, adhuc aduersum me senserim sæuientes. Maior quippe est uirtus ac sublimior gratia, internam libidinem carnis extinguere, quàm nequitias dæmonum extrinsecus irruentes, signo domini ac uirtutis altissimæ potentia subiugare, uel de obsessis corporibus nominis diuini inuocatione propellere. Huc usq; abbas Nesteros orationem de uera charismatum operatione consummans, nos ad cellam senis Ioseph, quæ sex fermè millibus ab ipso aberat properantes, doctrinæ suæ institutione prosecutus est.

Collationis secundæ abbatis Nesterotis de charismatibus diuinis finis.

COLLATIO PRIMA ABBATIS IOSEPH DE AMICITIA. *Cap. primum.*

BEatus Ioseph, cuius nūc instituta ac pręcepta pandēda sunt, unus ex tribus quorum in prima collatione fecimus mentionem, clarę admodum familię, ac primarius ciuitatis suæ inter Aegyptū fuit quæ appellaẗ Thymnis, & ita nō solū Aegyptia, sed etiā Gręca facūdia diligēter edoctus, ut uel nobis uel his qui eloquētiam penitus ignorabāt, nō ut cęteri per interpretē, sed per semetipsum elegātissimè disputaret. Qui cū institutionē suam nos desiderare sensisset, percōtatus primū, utrum'nam essemus germani fratres, audiensq; à nobis quòd nō carnali sed spiritali essemus fraternitate deuincti, nosq; ab exordio renūciationis nostrę, tam in peregrinatione, quæ ab utroq; nostrū fuerat obtētu militiæ spiritalis arrepta, quàm in cœnobij studio, indiuidua semper cōiunctione sociatos, tali usus est sermonis exordio.

Disputatio eiusdem senis de infido amicitiarum genere. Cap. II.

AMicitiarū ac sodalitatis multa sunt genera, quę diuersis modis humanū genus dilectionis societate cōnectunt. Quosdā enim pręcedēs cōmendatio, primū notitię post etiā amicitię fecit inire cōmercia. In quibusdā uerò cōtractus quidā seu dati accepti ue depactio, charitatis fœdera copulauit. Quosdā negociationis seu militię uel artis ac studij similitudo atq; cōmunio amicitiarū uinculis nexuerūt, ꝑ quā ita etiā effera sibi inuicē corda mānsuescunt, ut etiā hi qui in syluis ac montib latrocinijs gaudēt, & effusione humani sanguinis delectanẗ, suorū scelerū participes amplectanẗ ac foueāt. Est etiā dilectionis aliud genus, quod instinctu naturæ ipsius & cōsanguinitatis lege cōnectiẗ, qua uel cōtribules uel cōiuges, uel parētes, seu frates, ac filij naturaliter cęteris pręferunẗ, qd nō solū humano generi, uerū etiā omnib. alitib. atq; animātibus inesse deprehendiẗ. Nā pullos uel catulos suos naturali affectu instigāte sic ꝓtegūt ac defendūt, ut frequēter ꝓ ipsis etiā obijcere se ꝑiculis mortiq; nō metuāt. Deniq; etiā illa bestiarū uel serpētiū uel alitū genera, q̄ intolerabilis feritas ac letale uirus ab omnib9 separata esse cernūt, ut sunt basilisci, uel monocerotes, uel griphes, cū etiā uisu ipso cūctis ꝑniciosa esse dicanẗ, inter se tn̄ ꝓ originis ipsius affectiōisq; cōsortio pacata & innoxia ꝑseuerāt. Sed hæc oīa quæ diximus genera charitatis, sicut malis ac bonis, feris etiā atq; serpentib. uidemus esse cō munia, ita etiam usq; in finē certū est perseuerare non posse. Etenim interrumpit ea frequēter ac diuidit locorū discretio, & obliuio tēporalis, & uerbi uel causæ negotiorumq; cōtractus. Vt enim ex diuersis, uel lucri, uel libidinis uel cōsanguinitatis, ac necessitudinū uariarū societatib acquiri solēt, ita intercedēte qualibet diuortij occasione soluuntur.

Vnde in

Vnde indissolubilis amicitia sit. Cap. III.

IN his igitur cunctis unũ genus est insolubile charitatis, quod nec commendationis gratia, nec officij uel munerum magnitudo contractusq; cuiusquam ratio, uel naturę necessitas iungit, sed sola similitudo uirtutum. Hæc inquam est quæ nullis unquã casibus scinditur, quam non solum dissociare uel delere locorum uel temporũ interualla non præualent, sed ne mors quidem ipsa diuellit. Hęc est uera & indirupta dilectio, quę gemina amicorum perfectione ac uirtute concrescit. Cuius semel initum fœdus, nec desideriorum uarietas, nec contentiosa dirumpet contrarietas uoluntatum. Cęterum multos nouimus in hoc proposito constitutos, qui cum pro charitate Christi flagrantissima essent soliditate deuincti, nõ perpetuò eam, nec indiruptè seruare potuerunt, quia licet bono societatis principio niterentur, non tamen uno nec pari studio arreptum propositum tenuerunt, fuitq; inter eos quædam temporalis affectio, quia non æquali utriusq; uirtute, sed unius patientia seruabatur. Quæ quamuis ab uno magnanimiter atq; infatigabiliter retentetur, necesse est tamẽ eam alterius pusillanimitate dirumpi. Infirmitates nanq; eorum qui tepidius perfectionis expetunt sanitatem, quantalibet fortium tolerãtia sustententur, ab ipsis tamen qui infirmi sunt non feruntur. Habẽt enim insitas sibi cõmotionum causas, quæ eos quietos esse non sinant, ut solent hi qui carnali ægritudine detinentur, stomachi sui infirmitates & fastidia cocorũ uel ministrantium negligentijs imputare, & quantalibet eis obsequentium sollicitudo deseruiat, nihilominus tamen sanis causas suæ cõmotionis ascribere, quas sibi utiq; uitio ualetudinis suę inesse non sentiunt. Quamobrem hęc est amicitię, ut diximus, fida indissolubilisq; coniunctio, quę sola uirtutum parilitate fœderatur. Dominus enim inhabitare facit unius moris in domo. Et idcirco in his tantum indirupta potest dilectio permanere, in quibus unum propositum ac uoluntas, unum uelle ac nolle cõsistit. Quam si uos quoq; cupitis inuiolabilem retentare, festinandum est uobis ut expulsis primitus uitijs, mortificetis proprias uoluntates, & unito studio atq; proposito, illud quo propheta admodũ delectatur, gnauiter impleatis, Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in unum. Quod non localiter sed spiritualiter oportet intelligi. Nihil enim prodest, si moribus ac proposito dissidentes una habitatione iungantur, nec obest parili uirtute fundatis, per locorũ interualla disiungi. Apud Deum nanq; morum cohabitatio, non locorum unita fratres habitatio coniungit, nec potest unquam pacis integritas custodiri, ubi uoluntatum diuersitas inuenitur.

Interrogatio utrum utile aliquid etiam contra uotum fratris effici debeat. Cap. IIII.

GErmanus. Quid ergo si uno uolente perficere aliquid quod secundum Deum commodum & salubre perspexerit, alius non præstet assensum, exequendum ne etiam contra uotum fratris est, an pro eius arbitrio negligendum?

Responsio quòd perpetua amicitia nisi inter perfectos stare non possit. Cap V.

IOseph. Idcirco diximus plenã atq; perfectam amicitiæ gratiam nisi inter perfectos uiros eiusdemq; uirtutis perseuerare non posse, quas eadẽ uoluntas unumq; propositum, aut nunquam aut certè raro diuersa sentire, aut in his quę ad profectum spiritalis pertinent uitæ, patitur dissidere. Quod si animos cœperint contentionibus æstuare, liquet utiq; eos nunquam secundum regulam quam prædiximus fuisse concordes. Sed quia nemo potest à perfectione habere principium, nisi qui ab ipso eius cœperit fundamento, & uos non quanta eius sit magnitudo, sed quemadmodũ ad eam perueniri possit inquiritis, necessarium reor ut paucis regulam uobis eius ac tramitem quendam, per quẽ gressus uestri dirigãtur, aperiã, ut patientię ac pacis bonũ facilius obtinere possitis.

Quibus modis inuiolabilis possit societas retentari. Cap. VI.

PRima igitur sunt ueræ amicitiæ in contẽptu substantiæ mundialis & omnium quas habemus rerum despectione fundamina. Quam enim iniustum atq; impium est, si post abrenunciatam mundi & omnium quę in eo sunt uanitatem, pręciosissimę fratris dilectioni

dilectioni supellex utilissima quæ superfluit præferatur. Secundũ est, ut ita suas unusquisq; resecet uoluntates, ne se sapientem atq; consultum esse iudicans suis malit quàm proximi deffinitionibus obedire. Tertium est, ut sciat omnia etiam quę utilia ac necessaria æstimat, postponenda bono charitatis ac pacis. Quartum, ut credat nec iustis nec iniustis de causis penitus irascendum. Quintum, ut aduersus se iracundiam fratris, etiam sine ratione conceptam, eodem modo quo suam curare desideret, sciens æqualiter sibi perniciosam alterius esse tristitiam ac si aduersus alium ipse moueatur, nisi eam quantũ in se est etiam de fratris mente depulerit. Postremum illud est, quòd generale uitiorum omnium peremptorium esse non dubium est, ut se de hoc mundo credat quotidie migraturum. Quæ persuasio non solum nullam in corde tristitiam residere permittit, uerũ etiam uniuersos concupiscentiarum ac peccatorum omnium comprimet motus. Hæc igitur quicunq; tenuerit, amaritudinem iræ atq; discordiæ nec pati poterit nec inferre. His autem cessantibus cum primum ille æmulus charitatis in cordibus amicorum tristitiæ sensim uenena suffuderit, necesse est ut frequentibus iurgijs paulatim dilectione tepefacta, amantium corda diu exulcerata quandoq; dissociet. Nam qui per callem prędictæ directionis ingreditur, in quo ab amico unquàm suo poterit dissidere, qui primum litium causam quæ ex paruulis rebus uilissimisq; materijs generari solet, nihil suũ uendicans radici tus amputauerit, illud quod in actibus Apostolorum legimus de unitate credentium omni uirtute custodiens: Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una, nec quisquàm eorũ quæ possidebant aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Deinde quemadmodum ab eo seminarium dissensionis exurget, qui non suæ sed fratris seruiens uoluntati, domini atq; authoris sui fuerit imitator effectus, qui loquens ex persona hominis quem gerebat: Non ueni, inquit, ut facerem uoluntatẽ meam, sed uoluntatem eius qui me misit. Quo autem modo ullum contentionis fomitem suscitabit, qui de intelligentia ac sensu suo, non tam proprio iudicio q; fratris credere decreuit examini, pro eius scilicet arbitrio, uel probans sua inuenta, uel improbans, & Euangelicũ illud pij cordis humilitate consummans, uerumtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu uis? Aut qua ratione aliquid quo frater mestificetur admittet, qui bono pacis nihil iudicat esse præciosius, dominicæ illius sententiæ memoriam non amittens In hoc cognoscent omnes quòd mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem; per quam uelut spirituali signaculo gregem ouium suarum in hoc mundo uoluit Christus agnosci, atq; hoc à cæteris, ut ita dixerim, charactere discerni? Qua uero ex causa uel in se recipere uel in alio residere rancorẽ tristitiæ sustinebit, cui summa deffinitio est, iracundiæ quæ perniciosa & illicita est iustas causas esse non posse, eodemq; se modo succensente sibi fratre orare non posse, quo si fratri suo ipse succenseat, illam domini, saluatoris humili semper retinens corde sententiam. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinquæ ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & sic ueniens offer munus tuum? Nihil enim proderit si te quidem asseras non irasci, & credas te implere illud mandatum quo dicitur, sol non occidat super iracundiam uestram, & qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, alterius uero tristitiam quam delinire tua mansuetudine potuisti, contumaci corde despicias Eodem namq; modo præcepti dominici pręuaricatione plecteris. Qui enim te irasci aduersus alterum non debere, dixit, nec alterius contemni tristitiã debere dixit, quia non interest apud Deum qui omnes homines uult saluos fieri, utrũ te an alium quempiam perdas. Vnum siquidem cuiuslibet interitu ei nascitur detrimentum, itidemq; illi cui grata omnium perditio est, unum lucrum, uel tua uel fratris morte conquiritur. Quemadmodum postremo poterit uel tenuem contra fratrem retinere tristitiam, qui se credit quotidie immo continuo ab hoc seculo migraturum?

Quòd nihil charitati præponendum sit, nec iracundia postponendum. Cap. VII.

SIcut ergo nihil præponendum est charitati, ita furori uel iracundiæ nihil est econtrario postponendum. Omnia nanq; quamuis utilia ac necessaria uideantur spernenda tamen sunt, ut iræ perturbatio deuitetur, & omnia etiam quæ putantur aduersa susci-

pienda atque toleranda sunt, ut dilectionis pacisq́ tranquillitas illibata seruetur, quia nec ira atq́ tristitia perniciosius quicquàm, nec charitate utilius credendum est.

Quibus de causis inter spiritales nascatur dissensio. Cap. VIII.

NAm quemadmodum carnales adhuc & imbecilles fratres obuilem terrænamq́ substantiã cito inimicus disiungit, ita etiam inter spiritales gignit pro intellectuũ diuersitate discordiam. Ex qua sine dubio contentiones rixæq́ uerborum, quas Apostolus damnat, plerumq́ consurgunt, unde consequenter diuortia inter unanimes fratres hostis inuidus ac malignus interserit. Vera est namq́ sapientissimi Salomonis illa sententia. Odiũ suscitat contentio, uniuersos uero q̃ non contendunt protegit amicitia.

De amputandis etiam spiritalibus causis discordiarum. Cap. IX.

QVapropter ad conseruandam perpetuam & indiuiduam charitatẽ, nihil prodest primam causam amputasse dissidij, quæ nasci solet de rebus caducis atq́ terrænis & uniuersa despexisse carnalia, atq́ omniũ quibus noster usus indiget rerum, indiscretam communionem fratribus permisisse, nisi etiam secundam quæ sub specie spiritaliũ sensuum nasci solet similiter abscidentes, acquisierimus in omnibus humilem sensum, & consonas uoluntates.

De optimo examine ueritatis. Cap. X.

MEmini namq́ cũ me adhuc adhærere consortio ætas iunior hortaretur huiusmodi nobis intelligentiã, uel in moralibus disciplinis, uel in scripturis sacris frequenter insertam, ut nihil ea uerius, nihilq́ rationabilius crederemus. Sed cum in unum conuenientes sententias nostras promere cœpissemus, quædam cõmuni examinatione discussa, primum ab altero falsa ac noxia notabantur, mox deinde ut perniciosa communi pronunciata iudicio damnabantur, quæ in tantum prius infusa à diabolo luce clarius fulgebant, ut facile potuissent generare discordiam, nisi præceptum seniorum uelut diuinum quoddam oraculum custoditum ab omni nos contentione reuocasset, quo ab illis legali quadam sanctione præscriptum est, ut neuter nostrum plus iudicio suo quàm fratris crederet, si nunquàm uellet diaboli calliditate deludi.

Quòd impoßibile sit quenquàm qui proprio fidit iudicio, diaboli illusione non decipi. Cap. XI.

VT enim sępe illud quòd Apostolus dicit, probatũ est euenire. Ipse enim sathanas transfigurat se in Angelum lucis, ut obscurã ac tetram caliginem sensuũ pro uero lumine scientiæ fraudulenter effundat. Qui nisi humili & mansueto corde suscepti, maturissimi fratris uel probatissimi senioris reseruentur examini, & eorum iudicio diligenter excussi, aut abijciantur, aut recipiantur à nobis, sine dubio uenerantes in cogitationibus nostris pro angelo lucis angelum tenebrarum grauissimo feriemur interitu. Quam perniciem impossibile est euadere quempiam iudicio proprio confidentem, nisi humilitatis ueræ amator & executor effectus, illud quòd Apostolus magnopere deprecatur omni contritione cordis impleuerit. Si qua ergo, inquit, consolatio in Christo, si quòd solatium charitatis, si qua uiscera miserationis, implete gaudium meum ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes idipsum sentientes, nihil per contentionem, neq́ per inanem gloriam, sed in humilitate superiores uobismetipsis alterutrũ arbitrantes, & illud, honore alterutrum præuenientes, ut plus unusquisq́ consorti suo scientiæ & sanctitatis ascribens, summã discretionis ueræ in alterius magis quàm in suo credat stare iudicio.

Quam ob causam non debeant inferiores in collatione contemni. Cap. XII.

SAepe autem accidit, siue illusione diaboli, siue intercessu erroris humani, quo nullus est in hac carne qui falli uelut homo non possit, ut & ille interdum qui acrioris ingenij scientiæq́ maioris est, aliquid falsum mente concipiat, & ille qui tardioris ingenij ac minoris est meriti, rectius aliquid ueriusq́ persentiat. Et idcirco nullus sibi quãuis scientia

ſcientia prædítus inani tumore perſuadeat, quod poſsit collatione alterius non egere. Nam etiam ſi iudicium eius diabolica non fallat illuſio, elationis tamen & ſuperbię grauiores laqueos non euadet. Quis enim hoc ſibi abſq; ingenti poterit uſurpare pernicie, cum uas electionis in quo Chriſtus ut ipſe profeſſus eſt loquebatur, ob hoc ſolummodo ſe aſſerat Hieroſolymam conſcendiſſe, ut cum ſuis cò Apoſtolis Euangelium, quòd gentibus reuelante & cooperante domino prædicabat, ſecreta examinatione conferret? Per quod oſtenditur non ſolum unanimitatem atq; concordiam per hæc præcepta ſeruari, uerumetiam cunctas diaboli aduerſantis inſidias & illuſionum eius laqueos non timeri.

Quòd charitas non ſolum res Dei ſed etiam Deus ſit. Cap. XIII.

DEniq; in tantum uirtus charitatis extollitur, ut eam beatus Ioannes Apoſtolus, non ſolum rem Dei, ſed etiam Deum eſſe pronunciet, dicens: Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Nam uſq; adeo illam diuinã eſſe perſpicimus, ut illud Apoſtoli maniteſtiſsime uigeri ſentiamus in nobis, quoniam charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui habitat in nobis. Quod tale eſt, ac ſi dicat. Quoniam Deus diffuſus eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui habitat in nobis. Qui etiam cum ignoremus quid debeamus orare, interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda ſcit quid deſideret ſpiritus quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.

De gradibus charitatis. Cap. XIIII.

ILlam igitur charitatem quæ dicitur ἀγάπη, poſsibile eſt omnibus exhibere, de quã beatus Apoſtolus. Ergo dum tempus habemus, inquit, operemur bonũ ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Quæ in tantum omnibus eſt generaliter exhibenda, ut eam etiam inimicis noſtris à domino iubeamur impendere Nam diligite, inquit, inimicos ueſtros, διάθεσις autem, id eſt, affectio, paucis admodum & his qui uel parilitate morum uel uirtutum ſocietate connexi ſunt exhibetur, licet etiam ipſa diatheſis, multam in ſe differentiam habere uideatur Aliter enim parentes, aliter coniuges, aliter fratres aliter filij diliguntur, & in ipſa quoq; horum affectuũ neceſsitudine magna diſtantia eſt, nec uniformis parentum dilectio erga filios inuenitur. Quod etiam Iacob patriarchæ probatur exemplo, qui cum eſſet duodecim filiorum pater, omnesq; paterna charitate diligeret, tamen propenſiore Ioſeph dilexit affectu, ut de eo aperte ſcriptura commemoret: Inuidebant autem ei fratres ſui, eo quòd diligeret eum pater ſuus, ſcilicet non quo uir iuſtus & pater non ualde diligeret etiam cæteram prolem, ſed quòd huius quia typum domini preferebat affectui dulcius quodammodo atq; indulgentius inhereret. Hoc etiam de Ioanne Euangeliſta legimus euidentiſsime deſignari, cum de ipſo dicitur Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, cum utique etiam reliquos undecim ſimiliter electos, ita præcipua dilectione complexus ſit, ut hoc etiam Euangelica atteſtatione deſignet dicens: Sicut dilexi uos & uos diligite inuicẽ. De quibus & alibi dicitur: Diligens ſuos qui erant in mundo, uſque in finem dilexit eos, ſed hic unius dilectio non erga reliquos diſcipulos teporẽ charitatis ſed largiorem erga hunc ſuperabundantiã amoris expreſsit, quam & uirginitatis priuilegium & carnis incorruptio conferebat. Quæ idcirco uelut ſublimior cum quadam exceptione ſignatur, quia non eam odij comparatio, ſed affluentior gratia exuberantiſsimi amoris extollit. Tale quid etiam ex perſona ſponſæ legimus in cantico canticorum dicentis Ordinate in me charitatẽ. Hæc enim eſt uere charitas ordinata, quæ odio habens neminem, quoſdam meritorum iure plus diligit, quæq; cum generaliter diligat cunctos, excipit tamen ſibi ex his quos debeat peculiari affectione complecti, & rurſum inter ipſos qui in dilectione ſummi atq; præcipui ſunt, aliquos ſibi qui cæterorum affectui ſuper extollantur excerpit.

De his qui uel ſuam uel fratrum commotionem diſsimulatione corroborant. Cap. XV.

EContra nouimus, quòd utinam neſciremus, nonnullos fratrum tantæ eſſe obſtinationis atq; duriciæ, ut cum uel ſuos aduerſus fratrem, uel fratris aduerſum ſe ſenſe-

rint animos excitatos, ad dissimulandam mentis suæ tristitiam, quæ ex indignatione alterutræ commotionis exorta est, secedentes ab eis quos humili satisfactione atq; colloquio lenire debuerant, aliquos psalmorũ incipiunt decantare uersiculos. Qui dum conceptam cordis amaritudinem delinire se putant. insultando augent, quòd statim extinguere potuerunt si magis anxij atque humiles esse uoluissent, ut oportuna conpunctio & ipsorum cordibus mederetur, & fratrum animos deliniret. Nam illo utiq; modo pusillanimitatis imò superbiæ suæ uitium palpant, & nutriunt potius quàm extirpant fomitem iurgiorum, dominicæ illius præceptionis immemores, qua ait: Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, & si recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ad altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.

De eo quòd si frater aduersum nos aliquid habeat simultatis, munera orationum nostrarum à donino respuantur. Cap. XVI.

IN tantum igitur non uult nos Deus noster alterius despectui habere tristitiam, ut si aliquid aduersum nos frater habuerit, nec munera nostra suscipiat, id est, nec orationes sibi à nobis permittat offerri, donec de animo eius tristitiam iuste iniusteúe conceptam, celeri satisfactione tollamus. Neq; enim ait si habet uerã quærelam aduersum te frater tuus, relinque ibi munus tuũ ad altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, sed si recordatus fueris, inquit, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, id est, etiam sileue aliquid ac uile sit quo fratris in te fuerit excitata commotio, & hoc memoriam tuam subita recordatione pulsauerit, scias te offerre precum tuarum spiritalia munera non debere, nisi prius qualibet ex causa ortam tristitiam de corde fratris benigna satisfactione depuleris. Si igitur Euangelicus sermo etiam pro præterita & minima simulitate, ac de exiguis oborta causis, satisfacere nos irascentibus iubet, quid de nobis fiet, qui recentes & maximas causas nostroq; errore commissas, pertinaci dissimulatione contemnimus & inflati tumore diabolico, dum humiliari erubescimus, auctores nos fraternæ tristitiæ denegamus, ac rebelli spiritu subijci præceptis domini dedignantes, nequaquàm ea uel obseruari debere uel impleri posse contendimus? Eoq; fit ut iudicantes eum impossibilia uel incongrua præcepisse, efficiamur secundum Apostolum non factores, sed iudices legis.

De his qui patientiam secularibus magis putant impendendam esse quàm fratribus. Cap. XVII.

ILlud quoq; quibus lachrymis est deflendum, quòd non nulli fratrũ cum fuerint contumelia cuiuslibet sermonis accensi, si alterius cuiuspiã qui eos lenire desiderat præcibus fatigentur, cum audierint nequaquàm debere aduersus fratrem concipere teneréue tristitiam, secundum illud quod scriptum est: qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, & sol non occidat super iracundiam uestram, proclamant illico. Si paganus aliquis, si secularis hoc fecisset, aut ita dixisset, recte debuit sustineri. Quis autem ferat fratrem tam grauis conscium culpæ, aut tam insolens de ore conuicium proferentẽ? Quasi uero patientia infidelibus tantũ, atq; sacrilegis, & non omnibus sit generaliter adhibenda, aut iracundia contra gentilem noxia contra fratrem utilis estimanda, cum utiq; perturbatę mentis obstinata commotio, non dissimile contra quemuis fuerit excitata sibi inferat detrimentum Quantæ autem obstinationis, immo uecordiæ est, ut nec ipsam uerborũ proprietatem brutę mentis stupore discernat. Quia non dicitur: omnis qui irascitur alienigenæ reus erit iudicio, quòd fortasse poterat secundum illorũ sensum, contra consortes nostræ fidei & conuersationis excipere, sed significanter expresit euangelicus sermo dicens: Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Licet itaq; secundum regulã ueritatis omnem hominem fratrem debeamus accipere, tamen hoc in loco magis fidelis ac nostræ conuersationis particeps quàm ethnicus fratris uocabulo designatur.

De his qui patientiam mentientes, ad iracundiam fratris silentio accendunt. Cap. XVIII.

ILlud uero quale est, quòd interdũ patientes esse nos credimus, quia respondere contemnimus lacessiti, sed ita commotos fratres amara taciturnitate uel motu gestuq; irrisorio

irrisorio subsannamus, ut eos magis ad iracundiam uultu tacito prouocemus, qua tumida potuissent incitare conuicia, in eos æstimantes minime apud Deum reos, quia nihil ore protulimus, quod nos notare hominum iudicio aut condemnare potuisset? Quasi uero apud Deum uerba tantummodo, & non præcipue uoluntas uocetur in culpam, & opus solum peccati, & non etiam uotum ac propositũ habeatur in crimine, aut hoc tantum quòd unusquisq; fecerit per loquelam, & non quod etiam per taciturnitatem facere studuerit, in iudicio sit quærẽdum. Non enim sola cõmotionis illatæ qualitas, sed etiam propositum irritantis in noxa est. Et idcirco non quemadmodum iurgium fuerit excitatum, sed cuius conflagrauerit uicio, uerum iudicis nostri perquiret examen. Affectus enim peccati, non ordo considerandus est admissi. Quid enim differt utrũ quis gladio ipse peremerit fratrem, an aliqua ad mortẽ fraude compulerit, cum ipsius dolo uel crimine constet extinctum? Quasi uero cæcum in præceps manu propria non impegisse sufficiat, cum similiter reus sit qui pronum & imminentem iam foueæ, cum potuerit reuocare contempserit, aut ille solus in crimine sit qui manu sua quempiam laqueauerit, & non etiam is qui uel parauerit uel ingesserit laqueum, uel certe cum potuerit auferre noluerit. Ita igitur tacere nihil prodest, si idcirco nobis indicamus silentium, ut quod agendum conuicio fuerat, hoc taciturnitate faciamus, assimulantes quosdã gestus, quibus & ille quẽ curare nos oportuit uehementiori inardescat iracundia, & nos super hęc omnia damno illius ac perditione laudemur, quasi uero non etiam ex hoc ipso quis criminosior sit, quòd gloriam sibi de fratris uoluerit perditione conquirere. Vtrinq; enim tale silentium erit æqualiter noxium, quia sicut exaggerat in alterius corde tristitiam, ita in suo non permittit extingui. Contra quos illa prophetæ satis proprie est directa maledictio: Vę qui potat amicum suum, mittens fel suum, & inebrians ut aspiciat nuditatem eius, repletus est ignominia pro gloria. Illud quoq; quòd per alium de talibus dicitur. Quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem suum irridebit, & ueritatem non loquentur, extenderunt enim linguam suã quasi arcum mendacij & non ueritatis. Sæpe autem ficta patientia etiam acrius ad iracundiam quàm sermo succendit, & atrocissimas uerborum transcendit iniurias, maligna taciturnitas, leuiusq; tolerantur inimicorum uulnera quàm irridentium subdola blandimenta. De quibus proprie dicitur per prophetam: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Et alibi: Verba callidorum mollia, hæc autem feriunt impenetralia uentris. Quibus etiam illud eleganter aptari: In ore pacem cum amico suo loquitur, & occulto ponit ei insidias, quibus tamen magis decipitur ipse qui decipit. Nã qui præparat ante faciem amici sui rete, circundat illud pedibus suis, & qui fodit foueã proximo suo, incidet in eam ipse. Deniq; cum magna ad compræhendendum dominũ cum gladijs & fustibus multitudo uenisset, nemo in authore uitæ nostræ illo cruentior extitit, quàm qui cunctos ficto salutationis honore præueniens osculum subdolæ charitatis ingessit. Cui dominus: Iuda, inquit, osculo filium hominis tradis, id est, amaritudo persecutionis atq; odij tui, hoc tegmen assumpsit, quo dulcedo ueræ amoris exprimitur. Apertius quoque ac uehementius per prophetam uis huius doloris exaggeratur. Quoniam inimicus, inquit, meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, & si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu uero homo unanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.

De his qui ex indignatione ieiunant. Cap. XIX.

ALiud quoq; profanum tristitiæ genus est, quod dignum commemoratione non fuerat, nisi id à nõnullis fratribus sciremus admitti, qui cum tristificati fuerint uel irati, ab ipso etiam pertinaciter abstinent cibo, ita ut quod etiã dicere absq; pudore non possumus, illi qui dum placidi sunt refectionem cibi usq; ad horam sextam, uel ut multum nonam negant se posse differre, cum fuerint tristitia uel furore suppleti, ieiunia etiã biduana non sentiant, tantamq; inediæ defectionem iracundiæ satietate sustentent. In quo plane sacrilegij crimen euidenter incurrunt, ieiunia scilicet quæ soli Deo pro humi

liatione cordis & purgatione uitiorum sunt specialiter offerendaa pro diabolico tumore tolerantes. Quòd tale est, ac si orationes atque sacrificia non Deo sed dæmonijs deferant, illamque Mosaicam increpationem mereantur audire. Sacrificauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos ignorabant.

De quorundam simulata patientia qua maxillam uerberandam alteram ingerunt. Cap. XX.

NOn ignoramus etiam aliud dementiæ genus, quôd sub colore fucatæ patientiæ in nonnullis fratribus inuenitur, quibus parum est iurgia commouisse, nisi etiã instigatorijs uerbis ut feriantur irritent, cum utique uel leui fuerint impulsione contacti, aliam quoque partem corporis ingerunt uerberandam, quasi per hoc perfectionem mandati illius impleturi quo dicitur, si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, scripturæ uim ac propositum penitus ignorantes, Euangelicam nanque patientiam per iracundiæ uitium exercere se putant. Ob quòd radicitus excidendum, non solum uicissitudo talionis, & concertandi irritatio prohibetur, sed etiam furorem uerberantis geminatæ iubemur iniuriæ tolerantia mitigare.

Interrogatio quemadmodum Christi mandatis obtemperantes Euangelica perfectione fraudentur. Cap. XXI.

GErmanus. Quomodo repræhendendus est is qui præcepto satisfaciens Euangelico, non solum non intulit talionẽ, sed etiã paratus est ut sibi geminetur iniuria?

Responsio quòd Christus non solum facti sed etiam uoluntatis inspector sit. Cap. XXII.

IOseph. Sicut Paulo ante dictum est, non solum res ipsa quæ geritur, sed etiam qualitas mentis & propositum facientis est intuendum. Et idcirco si id quòd ab unoquoque perficitur, quo animo fiat, uel quo procedat affectu, intimo perpendatis cordis examine, uidebitis patientiæ lenitatisque uirtutem nequaquàm posse contrario spiritu, id est impatintiæ ac furoris impleri. Siquidem dominus noster atque saluator ad profundam nos instruens patientiæ lenitatisque uirtutem, id est, non ut labijs eam tantummodo præferamus, sed ut intimis animæ nostræ abditis recondamus, istã nobis perfectionis Euangelicę formulam dedit, dicens. Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, subauditur sine dubio dexterã. Quæ alia dextera, nisi interioris hominis, ut ita dixerim, facies potest accipi? Per hoc omnem penitus iracundiæ fomitem de profundis cupiens animæ penetralibus extirpare, id est, ut si exterior dextera tua impetum ferientis exceperit, interior quoque homo per humilitatis assensum dexteram suam præbeat uerberandã, cõpatiens exterioris hominis passioni, & quodãmodo succumbens atque subijciens suum corpus ferientis iniuriæ, ne exterioris hominis cæde uel tacitus intra se moueatur interior. Videtis ergo longe eos ab Euangelica perfectione distare, quę patientiam docet, non uerbis, sed interiore cordis tranquillitate seruandam, eamque à nobis cum quid aduersi euenerit ita præcipit custodiri, ut non solum nosmetipsos alienos ab iracundiæ perturbatione seruemus, sed etiam illos qui suo cõmoti sunt uitio succumbentes iniurijs eorum ad placiditatem expleta cædis satietate cogamus, furorem eorũ nostra lenitate uincentes. Et ita etiam illud Apostolicum implebimus. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Quod ab illis impleri non posse certissimũ est, qui illo spiritu ac tumore uerba lenitatis atque humilitatis emittunt, ut non solũ non mitigent conceptum furoris incendium, sed magis illud tam in suo quàm in fratris commoti sensu faciant conflagrare, qui tamen etiam si possent aliquo modo ipsi mites ac placidi permanere, non sic quidem aliquos iustitiæ fructus caperent, cum damno proximi patientiæ sibi gloriam uendicantes, & per hoc ab illa Apostolica charitate omnimodis alieni, quę non quærit quæ sua sunt, sed ea quæ aliorum, non enim ita diuitias concupiscit, ut lucrũ sibi de proximi faciat detrimento, nec acquirere quicquã cũ alterius desiderat nuditate.

Quòd ille sit fortis & sanus qui succumbit alterius uoluntati. Cap. XXIII.

SCiendum sane generaliter illum partes agere fortiores, qui uoluntati fratris suam subijcit uoluntatem, quàm eum qui in defendendis suis deffinitionibus ac tenendis pertinacior inuenitur. Ille enim sustentans ac tolerans proximũ sani ac ualidi, hic autẽ infirmi

firmi & quodãmodo ægrotantis obtinet locũ, quem ita palpari necesse est ac foueri, ut interdum etiam à rebus necessarijs pro eius quiete ac pace salubre sit aliquid relaxari. In quo quidem non se credat quis aliquid de sua perfectione minuisse, tam & si quiddam de proposita districtione condescendendo summiserit, sed econtraio multo amplius se pro longanimitatis & patientiæ bono nouerit acquisisse. Apostolicum namq; præceptum est. Vos qui fortes estis, imbecillitates infirmorum sustinete, & alterurum onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nunquàm enim infirmus sustentat infirmum, nec tolerare poterit, aut curare languentem is qui similiter ægrotat, sed ille medelam tribuit imbecillo, qui imbecillitati ipse non subiacet. Merito enim ei dicitur. Medice cura teipsum.

Quòd infirmi iniuriosi sint & iniurias ferre non poßint. Cap. XXIIII.

NOtandum etiam illud est, infirmorum naturam esse semper eiusmodi, ut prompti quidem ac faciles sint ad contumelias ingerendas, & iurgia conserenda, ipsi uero ne minima quidem iniuriæ uelint suspitione contingi, cunctiq; inferentes proterua conuitia inconsiderata superequitent libertate, ne parua quidem atq; leuissima sustinere contenti sunt. Ideoq; secundum prædictam seniorum sententiam, charitas stabilis atq; indirupta non poterit perdurare, nisi inter uiros eiusdem uirtutis atq; propositi. Scindi etenim necesse est eam quocũq; tempore quantalibet fuerit cautione ab altero custodita.

Interrogatio quomodo fortis sit qui non semper sustentat infirmum. Cap. XXV.

GErmanus In quo ergo laudabilis perfecti uiri potest esse patientia, si tolerare non præualet semper infirmum?

Responsio quòd infirmus se non finat sustentari. Cap. XXVI.

IOseph. Nec ego dixi, quòd illius qui fortis est ac robustus, uirtus tolerantiaq; uincẽda sit, sed quòd infirmi pessima ualetudo, illius qui sanus est sustentatione nutrita, atque in deterius quotidie prolabens, generatura sit causas ob quas uel ipse ultra non debeat sustineri, uel certe patientiam proximi notam ac deformationem impatientiæ suæ esse conijciens, abire quandoq; mauultquàm semper magna nimitate alterius sustineri. Hæc ergo ab his qui sodalitatis affectum cupiunt inuiolabilem custodire, pre omnibus obseruanda censemus, ut primum quibuslibet iniurijs lacessitus non solum labia sed etiam profunda pectoris sui monachus tranquilla custodiat, quę tamen si senserit uel tenuiter fuisse turbata, omni semetipsum taciturnitate contineat, & illud quod psalmista commemorat diligenter obseruet, turbatus sum & non sum locutus, & dixi custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea, posui ori meo custodiam dum consisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum & silui à bonis, nec præsentem considerans statum, ea proferat quæ ad horam turbulentus suggerit furor, dictatq; animus asperatus, sed uel recolat gratiam præteritæ charitatis, uel reformandæ pacis redintegrationem mente prospiciat, eamq; uelut continuo reuersuram etiam in ipso commotionis tempore contempletur. Dumq; se ad dulcedinem reseruet concordiæ, mox futuræ, amaritudinem pręsentium non sentiet iurgiorum, & ea potissimum respondebit, è quibus uel à semetipso reus fieri, uel ab alio repræhendi restituta charitate non possit, sicq; adimplebit propheticum illud eloquium. In ira misericordiæ memor eris.

Quemadmodum sit iracundia comprimenda. Cap. XXVII.

COhibere ergo nos oportet omnes iracundiæ motus, & gubernatrice discretione moderari, ne in illud quòd à Salomone damnatur, præcipiti furore raptemur. Totam irã suã profert in pius, sapiens aũt dispensat per partes, id est, stultus quidẽ ad ultionẽ sui iræ perturbatione succenditur, sapiens aũt paulatim eã maturitate consilij ac moderationis extenuat & expellit. Tale est & illud ꝙ ab Apostolo dicit: Nõ uosmetipsos uindicantes charissimi, sed datę locũ irę, i nequaq; ad uindictã iracũdia cogẽte tendatis,

sed date locum iræ, hoc est, non sint corda uestra sic impatientiæ ac pusillanimitatis angustijs coartata, ut uiolentiam commotionis procellam cum irruerit sustinere non possint, sed dilatamini in cordibus uestris, suscipientes aduersos iracundię fluctus in illis extentis sinibus charitatis, quæ omnia suffert, omnia sustinet, & ita mens uestra amplitudine longanimitatis ac patientiæ dilatata, habeat in se consiliorũ salutares recessus, in quibus receptus quodammodo atq; diffusus teterrimus iracundiæ fumus protinus euanescat. Vel certe ita intelligendum est. Damus locum iræ, quotiens commotioni alterius humili atq; tranquilla mente succumbimus, & quodammodo dignos nos qualibet iniuria profitentes, impatientiæ sæuienti obsequimur. Cæterum hi qui ita sensum apostolicæ perfectionis inclinant, ut locũ iræ illos dare existiment, qui ab irascente discedunt, uidentur mihi dissensionũ fomitem non abscidere, sed nutrire. Nisi enim iracundia proximi humili statim satisfactione uincatur, prouocat eam fugiens potius quàm declinat. Illud quoq; huic simile est quòd Salomon ait: Noli festinare in spiritu tuo irasci, quia ira in sinu insipientiũ requiescit, & noli procurrere in rixam cito, ne pœniteat te in nouissimo. Neq; enim ita festinationem rixæ uel iracundiæ culpat, ut earundem approbet tarditatem. Similiter & illud suscipiendum est. Stultus eadem ipsa hora pronunciat iram suam, occultat autem ignominiam suam astutus. Non enim ignominiosam iracundiæ passionem ita à sapientibus occultari debere decernit, ut iracundiæ uelocitatẽ culpans, non prohibeat tarditatem, quam utiq; si per necessitatem humanæ infirmitatis irruerit, ideo censuit occultandam, ut dum ad præsens sapienter obtegitur imperpetuum deleatur. Hæc enim natura est iræ, ut dilata languescat & pereat, prolata uero magis magisq; conflagret. Dilatanda ergo atq; amplianda sunt pectora, ne angustijs pusillanimitatis artata, iracundiæ turbulentis æstibus oppleantur, & recipere secundum prophetam illud nimis latum mandatum Dei angusto corde nequeamus, nec dicere cum prapheta, uiam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum Nam quia longanimitas sapientia sit, euidentissimis scripturæ testimonijs edocemur: Longanimus enim uir nimius in prudentia, pusillanimis autem ualde insipiens est. Et idcirco de illo qui sapientiæ donum laudabiliter à domino postulauit, scriptura cõmemorat: Et dedit dominus. Salomoni sapientiam prudentiamq; multam nimis, & latitudinem cordis quasi arenã maris innumerabilem.

Amicitias coniuratione initas firmas esse non posse.
Cap. XXVIII.

Illud quoq; multis est experimentis sæpissime comprobatum, nullo modo eos qui amicitiarum fœdus coniurationis iniere principio, indiruptam potuisse seruare concordiam, siue quòd eam non pro desiderio perfectionis, nec pro apostolicæ charitatis imperio, sed pro amore terræno, & per necessitatem ac uinculum pacti retinere conati sunt, siue quòd ille callidissimus inimicus ut eos pręuaricatores sui faciat sacramenti, celerius ad irrumpenda amicitiarum uincula præcipitat. Certissima ergo est prudentissimorum uirorum illa sententia, ueram concordiam & indiuiduam societatem, nisi inter emendatos mores, eiusdemq; uirtutis ac propositi uiros stare non posse. Hæc de amicitia beatus Ioseph spiritali narratione disseruit, nosq; ad custodiendam sodalitatis perpetuam charitatem ardentius incitauit.

Collationis primæ abbatis Ioseph de amicitia finis.

COLLATIO SECVNDA ABBATIS IOSEPH DE DEFINIENDO
Caput I.

Præcedente igitur collatione finita, pariterq; nocturno intercedente silentio, cum fuissemus à sancto abbate Ioseph ad sepositam cellulam in secreto causa quietis adducti, & sermonibus eius igne quodam in nostris cordibus excitato, totam noctem habuissemus insomnem, egressi cellulam, & centum ferè ab ea passibus secedentes, in loco remotiore consedimus. Cum

Cum itaq; secreti colloquij nobis familiariter etiã nocturnis tenebris oportunitas præberetur, illico ut resedimus abbas germanus grauiter ingemiscens.

De abbatis Germani anxietate super sponsionis nostræ recordatione. Cap. II.

QVid agimus inquit? Ingenti namq; discrimine nos uidemus & per quam miserabili conditione constrictos, quos & ratio ipsa conuersatioq; sanctorum quid salubrius sit ad profectum uitæ spiritalis efficaciter docet, & eligere, id quòd expedit, data senioribus sponsio non admittit. Etenim potuimus exemplis talium ac tantorum uirorum ad perfectiorẽ uitam propositũq; formari, nisi nos instanter ad cœnobium recurrere promissi pactio coartaret. Quo si reuersi fuerimus, copia nobis ulterius huc remeandi nulla tribuetur. Sin uero hic residentes desiderium nostrum maluerimus explere, quid agimus desponsionis fide, quam senioribus nostris uelocissimum reditum pollicentes, dedisse nos nouimus, ut uel cursim liceret nobis huius prouinciæ sanctos ac monasteria circumire? Cumq; sic æstuantes, quid super statu salutis nostræ definiendũ esset, nequaq; inuenire possemus, solo gemitu testabamur durissimæ conditionis necessitatem, accusantes teneritudinem frontis nostre, & ingenitam nobis uerecundiam detestantes, cuius onere prægrauati, etiam contra, utilitatem nostram ac propositum nostrum, retinentium precibus alias non potuissemus obsistere, nisi maturissimo reditu repromisso huc uenissemus, illius scilicet nos pudoris uitio laborasse deflentes, de quo dicitur, est pudor afferens peccatum.

Quid mihi ad hoc uisum sit. Cap. III.

TVm ego: Compendium, inquàm, angoribus afferat nostris consiliũ immo authoritas senis, ad quẽ oportet ut nostras sollicitudines deferamus, & quicquid fuerit eius sententia definitum, uelut diuinum & cœleste responsum cunctis æstibus nostris terminum ponat Quòd quidem nobis per os sancti huius à domino tribuendũ, & ob illius meritum & ob nostrã fidem minime dubitemus. Ipsius enim munere salubre consiliũ & creduli ab indignis, & increduli à sanctis frequenter acceperunt, domino id uel propter meritum respondentiũ, uel propter fidem consulentium largiente. His itaq; sermonibus à sancto abbate Germano ea alacritate susceptis, ac si eos nõ à memetipso sed instinctu domini protulissem, aduentum senis atq; instantem iam horam nocturnæ synax eos paululũ præstolati, postquàm eum solita salutatione suscepimus, & legitimus orationum atq; psalmorum impletus est numerus, ijsdem rursus quibus ad quietẽ compositi fueramus psiathijs ex more consedimus.

Interrogatio abbatis Ioseph nostraq; responsio unde anxietas emersisset. Cap. IIII.

TVm uenerabilis Ioseph deiectiores nos animo contemplatur atq; hoc nobis non sine causa conijciens accidisse, illo nos patriarchæ Ioseph sermone compellat: Cur itaq; uultus uestri tristes sunt hodie? Cui nos, non sicut uinculati illi Pharaonis ministri, somnium uidimus, & qui interprætetur non est, sed in somnem inquam duximus noctem, & qui æstuum nostrorum moles subleuet non est, nisi eas dominus tua discretione submouerit. Tum ille, qui patriarchæ uirtutem, & merito referret & nomine, nonne per dominum, inquit, est humanarum cogitationum curatio? proferantur in medium, potens est enim diuina clementia secundum fidem uestram nostro eis medelam præbere consilio.

Expositio abbatis Germani cur uel in Aegypto residere mallemus uel retrahemur ad Syriam. Cap. V.

AD hæc germanus. Credebamus, inquit, nos uestræ beatitudinis uisione, non solum lætitia spiritali, sed etiam profectu abunde repletos ad nostrum cœnobium recursuros, & ea quæ fuissemus uestro magisterio consecuti à nobis post reditum uel tenui æmulatione sectanda. Hoc enim & seniorum nostrorum dilectio sibi spondere nos compulit, dum sublimitatem uitæ uestræ atque doctrinæ posse nos aliquatenus imitari in illo cœnobio crederemus. Vnde cum ex hoc nobis omnem æstimaremus lætitiam conferendam, intolerabili econtrario dolore conficimur, considerantes illo nos

ordine

ordine id quod salutare nobis esse cognoscimus obtinere non posse. Ex utroque ergo nunc latere coartamur. Si enim promissioni quam seniorum charitate nos compellente corã cunctis fratribus in speleo in quo dominus ex aula uteri uirginalis effulsit, ipso teste depromplimus satisfacere uoluerimus, summum spiritalis uitæ incurrimus detrimentũ. Sin autem sponsionis immemores, & in his regionibus residentes, utilitati perfectionis nostræ illam uoluerimus postponere pactionem, abructa mendacij non impletæ promissionis pericula formidamus. Sed ne hoc quidem æstus nostros possumus releuare consilio, ut postquàm uelocissimo reditu sponsionis fuerit impleta conditio, hæc denuo loca celeri repetamus recursu. Nam quamuis ad profectum spiritalium rerum uirtutemq; tendentibus, periculosa ac noxia sit etiam parua dilatio, tamen pollicitationem fidei nostræ quamuis moroso solueremus reditu, nisi nos non solum charitate uerumetiam authoritate seniorum nostrorum sciremus in exolubiliter colligandos, ita ut remeandi ad hæc loca nobis potestas deinceps nullo modo tribuatur.

Interrogatio abbatis Ioseph an in Aegypto maior profectus nobis quàm in Syria conferretur. Cap. VI.

AD hæc beatus Ioseph interposito aliquantisper silentio, certi, inquit, estis maiorẽ spiritalium rerum profectum in regione hac uobis posse conferri?

Responsio de differentia institutionum utriusq; prouinciæ. Cap. VII.

GErmanus. Quamuis etiam illorũ doctrinæ summas grates rependere debeamus, qui nos docuerunt à paruulis magna conari, & dato boni sui gustu, egregiã perfectionis sitim nostris uisceribus indiderunt, si quid tamen iudicio nostro creditur, nullam ducimus comparationem inter hæc atq; illa quæ illic percepimus instituta, ut sileamus conuersationis uestræ imitabilem puritatẽ, quam uobis non solum mentis ac propositi districtione, sed etiam locorum credimus beneficio patrocinante conferri. Vnde non dubitamus ad imitandam perfectionis uestræ magnificentiã hanc quæ cursim traditur doctrinam non posse sufficere, nisi nobis etiam comorationis ipsius astuerint adiumenta, longiq; temporis eruditio quotidiana institutione torporem nostri cordis utcunq; discusserit.

Quòd perfecti uiri nihil absolutè debeant definire, uel utrum sine peccato poßint definita rescindere. Cap. VIII.

IOseph. Sanum quidem est atq; perfectũ, nostræq; professioni omnino conueniens, ut ea quæ sub aliqua sponsione decernimus efficaciter impleamus. Ob quam rem nihil oportet abruptè monachum deffinire, ne aut id quòd incaute promisit implere cogatur, aut consideratione honestioris intuitus reuocatus sponsionis suæ præuaricator existat. Sed quia nunc propositũ nobis est, non tam de sanitatis statu quàm de infirmitatis curatione tractare, non quid priore loco à uobis fuerit actitandum, sed quemadmodũ de scopulo huius perniciosi naufragij possitis euadere, salubri est consilio requirendũ. Quando igitur nullum nos coartat uinculum, nec ulla conditio constringit, de comparatione secundarum rerum optione proposita, id quod maioris est commodi prælegatur, quando uero aliqua dispendiorum obsistit aduersitas, in comparatione damnorum illud est appetendum quod leuioribus subiacet detrimentis, ut quodam dictũ est loco. De maximis malis minima deligas. Proinde quantũ uestra patefacit assertio, cum ad id uos loci sponsio inconsulta perduxerit, ut ex utroq; uobis grauis incommodi subeunda iactura sit, in eam partem inclinandum est electionis arbitrium, quæ uel tolerabiliora dispendia inferat uel satisfactionis remedio facilius expietur. Si ergo maiora spiritui uestro lucra ex hac commoratione credatis conferenda, quàm illa sunt quæ uobis de conuersatione illius cœnobij nascebantur, neque sine iactura ingentium commodorum potest conditio uestræ sponsionis impleri, satius est hoc uos mendacij uel non impletæ promissionis subire dispendium, quod semel præteritum nec ipsum ultra iam repeti, nec alia per semet poterit generare peccata, quàm in illud incidere, per quod tepidioris uitæ, ut dicitis, status quotidiano uos atque interminabili afficiat detrimento.

trimento. Veniabiliter enim immo uero etiã laudabiliter definitio incauta mutabitur, si ad salubriorē transeat partem, nec constantiæ præuaricatio esse credenda est, quotiens sponsio uitiosa corrigitur, sed temeritatis emendatio. Quæ omnia scripturarum quoq; possunt testimonijs apertissime comprobari, quàm multis perniciosum fuerit, definitionibus proprijs inhæsisse, & ab eis econtrario destitisse commodum fuerit ac salubre.

Quòd plerunq; utilius sit statuta irrumpere quàm implere. Cap. IX.

QVod liquidissime sancti apostoli Petri & Iudæ traditoris exempla testantur. Ille enim quia discessit ab inconsulte deffinitionis sententia qua dixerat, non mihi lauabis pedes in æternum, immortale Christi omniumq; sanctorum consortium promeretur, abscidendus proculdubio ab huius beatitudinis gratia, si in sermonis sui obstinatione mansisset, hic uero pertinaciam suæ retinens sponsionis, perpetua morte damnatur, qua fuisset proculdubio liberatus, si definitionis suæ maluisset destitutor potius q̃ pertinax inueniri. Quòd in illis quoq; duobus filijs qui in Euangelio ad operationem uineæ destinantur euidentissime perdocemur, quorũ unus patris restitit imperio, alius prona responsione consensit. Sed nec illi profuit humilis obsequendaq; responsio, quia præceptũ patris operede tractauit implere, nec illi obfuit refragatio iussionis, eo quòd statuti sermonis obstinatione mutata, scopon patris operis executione compleuit, & id quòd reprehensibiliter statuerat, definitione correcta laudabiliter emendauit. Necnon & herodis cruentissimi regis exemplum, qui fidem inconsultè retinens sacramenti, cruentissimus præcursoris domini extitit interemptor, uanoq; timore periurij damnationi semetipsum atq; supplicijs perpetuæ mortis immersit. Primum etenim est optima statuere, quòd & si aliter cesserit, sequens est in melius ea quæ sunt statuta mutare, ordinationibusq; nostris iam iacentibus, ut ita dixerim, manum dexteram porrigere. Vbi principia consilij non approbantur, prudentia est, ut utili addita prouisione reparentur. Si claudicat ad prima statuta dispositio, adhibeatur ad secunda correctio. In omnibus ergo rebus considerandus est finis, & secundum eum propositi nostri dirigendus est cursus, quem si superueniente salubriore consilio ad deteriorē partem uergere uiderimus, rectius est incongrua constitutione submota, ad meliorem transire sententiam, quam statutis pertinaciter inhærendo, peccatis grauioribus obligari.

Interrogatio nostra de metu præbitæ in cœnobio Syriæ sponsionis. Cap. X.

GErmanus. Quantum spectat ad desiderium nostrum quod à nobis pro spiritalis commodi utilitate susceptum est, optaremus ædificari uestri iugitate consortij. Si enim ad cœnobium nostrum fuerimus reuersi, non solum nos ab hoc tam sublimi proposito relapsuros, sed etiam pro mediocritate conuersationis illius multis certum est dispendijs quatiendos. Verum illud nos Euangelicum mandatum uehementer absterret, sit sermo uester est est, non non, quòd aũt his abundantius est, à malo est. Credimus enim tanti transgressionem præcepti nulla posse compensari iustitia, nec in extremis recte cedere, quod malo initio semel fuerit inchoatum.

Responsio quòd propositum gerentis non negotij sit considerandus effectus. Cap. XI.

IOseph. In omnibus, ut diximus, causis non processus operis, sed uoluntas operantis est intuenda, nec statim quis quid egerit, sed quo uoto egerit inquirendũ, ita ut non nullos pro his factis, de quibus bona postea orta sunt, reperiamus fuisse damnatos, & econtrario quosdam per reprӕhensibiles actus ad summã peruenisse iustitiam. Et nec illi utilis rerum exitus profuit, qui pessimo regressus proposito, non illam quæ subsecuta est utilitatem, sed quiddam contrarium uoluit operari, nec huic nocuit reprӕhensibiliter inchoasse, qui non pro contemptu Dei nec delinquendi proposito, sed necessarij & sancti finis intuitu, uituperabilis initijs sustinuit necessitatem. Et ut hęc eadem sanctarum scripturarum dilucidemus exemplis.

Quòd boni prouentus malignis authoribus non profuerint, nec bonis mala gesta nocuerint. Cap. XII.

QVid salubrius, quidúe utilius uniuerso orbi potuit procurari, quã dominicæ passionis salutare remedium? Et tamen non solum non profuit, uerumetiam in tantum illi obfuit traditori, cuius ministerio probatur impletum, ut absolute pronuncietur de illo. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Non enim secundũ hoc quod euenit fructus illi est sui operis repensandus, sed secundum id quòd facere uoluit, uel quòd effecturum se esse credidit. Et rursus: Quid criminosius dolo atq; mendacio, etiam in extraneum, ne dixerim in germanum patremúe commisso? Et tamen non solum nullam pro his damnationem aut reprehensionem Iacob patriarcha contraxit, uerumetiam perpetua benedictionis hæreditate ditatus est. Nec immerito, quia & iste benedictionem primogenitis destinatã, non ex præsentis lucri auaritia, sed ex fide sanctificationis perpetuæ concupiuit, & ille non humanæ salutis obtentu, sed Philargyriæ crimine morti tradidit omnium redemptorem. Et idcirco utriq; eorum fructus operationis, suæ secundum destinationem mentis ac propositum uoluntatis ascriptus est, quia nec ille fraudẽ, nec iste salutẽ statuit operari. Illud enim pro retributione mercedis iuste unicuiq; repensatur, quòd principaliter mente conceperit, non quòd exinde bene uel male contra uotum operantis emeserit. Ideoq; iustissimus iudex excusabilem immo laudabilem talis mendacij censuit præsumptorem, quia sine eo ad benedictionem primitiuorum non poterat peruenire. Nec debuit in crimen uocari, quòd desiderio benedictionis exortũ est. Alioquin non modo iniquus in fratrem patriarcha prædictus, sed etiam circumuentor in patrem & sacrilegus extitisset, si habens aliam uiam qua ad benedictionis illius gratiam perueniret, hanc quæ fratri damnosa esset ac noxia expetere maluisset. Videtis ergo apud Deum non processum operis, sed destinationẽ mentis inquiri. His itaq; præstructis, ut ad propositam quæstionem ob quam hæc uniuersa præmissa sunt reuertamur. Respondeatis mihi primitus uelim, cuius rei causa uos illius sponsionis nexibus uinxeritis?

Responsio nostra quæ causa à nobis exegerit sacramentum sponsionis. Cap. XIII.

GErmanus. Prima, ut diximus, extitit causa, qa nostros mæstificare seniores ac præceptis eorum obsistere uerebamur. Secunda quia siquid perfectum atq; magnificum uel uisu uel auditu percepissemus à uobis, cum reuersi ad cœnobium fuissemus exercere nos posse inconsultissima persuasione credidimus.

Disputatio senis quòd sine culpa actionis ordo mutetur, dum modo boni studij capiatur effectus. Cap. XIIII.

IOseph. Sicut præfati sumus, destinatio mentis uel remunerat hominem uel condemnat, secundum illud. Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit Deus occulta hominum, illud etiam, Ego autem opera & cogitationes eorum uenio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis. Quamobrem desiderio perfectionis ut uideo, hoc uos sponsionis uinculo colligastis, dum credidistis illo eam posse ordine comprehendi, quo nunc superueniente pleniore iudicio, ad sublimitatẽ eius conscendi non posse respicitis. Non ergo præiudicat quicquid discrepans ab illa dispositione uisum fuerit accidisse, si modo nulla principalis illius propositi diuersitas subsequatur. Neq; enim opificij cuiusquàm desertio est, demutatio ferramenti, aut segnitiem arguit uiatoris, uiæ compendiosioris ac directioris electio. Ita igitur & in hac parte emendatio dispositionis improuidæ, non spiritalis uoti est iudicanda transgressio. Quicquid enim pro charitate Dei & pietatis amore perficitur, quæ promissionẽ habet uitæ quæ nunc est & futuræ, tam & si duris atq; aduersis uideatur principijs inchoare, non solum nulla reprehensione, sed etiam laude dignissimum est. Et idcirco nihil præiudicat refragatio sponsionis incautæ, si quolibet genere scopos tantum, id est, proposita pietatis destinatio teneatur. Omnia nanq; ob hoc agimus, ut Deo cor mundum

mundum exhibere possimus, cuius consummatio si in his locis facilior iudicatur, nihil uobis oberit extortæ mutatio pactionis, dummodo principalis illius perfectio puritatis, pro qua sponsio uestra processerat, secundum domini uoluntatem maturius acquiratur. Non enim ex hac immutatione ullum potest iudicari mendacium, sed inconsultæ definitionis prudens salutarisque correctio. Et etiam de physicis quod nodum propositæ quæstionis absoluat aliquid inferamus, natura ipsa in nobis opera sua de cõsilio diuinæ maiestatis immutat. Nã ab infantia in puertiam, de pueritia in iuuentã de iuuenta in senectutis ulteriora transferimur, atque ita hæc in nobis conditoris nostri consummatio peregit, ut ex hac permutatione nullum mendacium ascribatur ætati. Ita etiã interior homo noster ablactatur à primordiorum tenerrimis institutis, cum per diuersas prouectus ætates ad robustiorem de unaquaq; profecerit, atq; exinde ad caniciem sensuum ac uirum, perfectum & mensurã ætatis plenitudinis Christi perueniens, deposuerit ea quæ erant paruuli, nunquid uarietatẽ incurrisse mendacij, & non potius perfectioris plenitudinem consecutus esse credendus est? Sic erudimenta ueteris instrumenti, dispensatione legislatoris Dei, ad perfectionem beatitudinis euangelicæ transferunt, nec tamen ex hoc immutatio aut diuersitas præterite sanctionis credenda est, sed adimpletio & cumulus sublimiorum & cœlestium pręceptorum, nec sacræ promulgationis illius æstimanda est abolitio sed ascensus, nec uarietas sed profectus. Vnde & dominus noster: Nolite, inquit, æstimare quòd ueni soluere legem aut prophetas, non ueni soluere sed adimplere, id est, non antiquare priora, sed ad perfectionẽ perducere imperfecta.

Interrogatio an absq; peccato sit quòd infirmis nostra conscientia occasionem ingerit mentiendi? Cap. XV.

GErmanus. Quantum spectat ad uim sermonum, qui rationabiliter prudnterq; digesti sunt, haud difficilè sponsionis nostrę scrupulus à nobis potuisset extrudi, nisi illud nos uehemẽtissimè deterreret, quod infirmioribus quibusq; intromitti fortasse per hęc uidetur exempla occasio mentiendi, si ullo modo pacti fidem licito dissolui posse cognouerint, quippe cũ tãtis hoc ipsum & tã minacibus interdicat eloquijs, propheta dicẽte: Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ, & os quod mentit̃, occidit animam.

Responsio, quòd non propter infirmorum scandalum sacripturarum ueritas sit mutanda. Cap. XVI.

IOseph. Occasiones causæq; perditionum his qui perituri sunt, imò qui perire desiderant deesse non possunt. Neq; enim abijcienda sunt testimonia scripturarũ, ac de suo corpore penitus abradenda, quibus uel hæreticorum prauitas animatur, uel Iudęorum infidelitas obduratur, uel tumor sapientiæ gentilis offenditur, sed utiq; & piè credenda & immobiliter sunt tenenda, & secundum ueritatis regulam prædicanda. Et idcirco nõ debemus alienæ infidelitatis obtentu œconomias, id est, dispensationes prophetarum atq; sanctorum, quos scriptura commemorat abdicare, ne dum infirmitati eorum condescendere debere nos credimus, non solum mendacij, uerum etiam sacrilegij crimine polluamur, sed quemadmodum diximus, oportet nos ea, & secundum historiam confiteri, & quemadmodum piè gesta sunt explanare. Cęterum his qui praui propositi sunt, non ex hoc mentiendi aditus obstruetur, si earum rerum quas uel prolaturi sumus, uel protulimus ueritatem, aut penitus abnegare aut extenuare allegoricis interpretationibus laboremus. Quid enim illis horum testimoniorum nocebit authoritas, quibus etiã sola corruptio uoluntatis sufficit?

Quod uenialiter mendacio sancti tanquam eleboro usi sint. Cap XVII.

ITaq; taliter de mendacio sentiendum atq; ita eo utendum est quasi natura ei insit ellebori. Quod si imminente exitiali morbo sumptũ fuerit fit salubre, cęterum absq; summi discriminis necessitate perceptum pręsentis exitij est. Ita nanq; etiam sanctos ac probatissimos Deo uiros ueniabiliter legimus usos fuisse mendacio, sicut Raab, cuius cum non solum nulla uirtutum, sed etiam impudicitiæ monimenta commemoret scriptura, pro tali mendacio quo exploratores maluit occultare quàm prodere, admisceri populo

Dei æterna benedictione promeruit. Quæ si ueritatem loqui, aut saluti ciuium consulere maluisset, nulli dubium, quòd imminentem cum uniuersa domo sua fugisset interitum, nec authoribus dominicæ natiuitatis inserta, & in patriarcharum annumerata catalogo, per succesionem suæ prolis edere meruisset omnium saluatorem. Deniq; Dalida quę utilitati ciuium consulens, exploratam prodidit ueritatem, perpetuæ perditionis uicissitudinem consecuta, solam criminis sui cunctis memoriam dereliquit. Quando igitur graue aliquod imminet de ueritatis confesione discrimen, tunc mendaciorum sunt recipienda perfugia, ita tamen ut reatu humilis conscientiæ salubriter mordeamur. Vbi autem nulla conditio summæ necessitatis incumbit, omni cautione mendacium uelut mortiferum deuitandum est, quemadmodum de ellebori diximus potu, quod salubre est quidem si tunc demum sumatur, cum ineuitabilis atque mortifera imminet ægritudo. Sin uerò integra & imperturbata corporis sanitate sumatur, statim ad præoccupanda uitalia uis perniciosa pertendit. Quod de Raab Hierichontina, & de Iacob Patriarcha euidenter ostensum est, è quibus nec illa mortem aliàs quàm hoc remedio potuisset euadere, nec iste ad benedictionem primogeniti peruenire. Non enim Deus uerborum tantum actuumq; nostrorum discussor & iudex, sed etiam propositi ac destinationis inspector est. Qui si aliquid causa salutis æternæ ac diuinæ contemplationis intuitu, ab unoquoque uel factum uiderit uel promissum, tametsi hominibus durum atque iniquum esse uideatur, ille tamen intimam cordis inspiciens pietatem, non uerborum sonum, sed uotum dijudicat uoluntatis, quia finis operis & affectus considerandus est perpetrantis, quo potuerunt quidam, ut supra dictum est, etiam per mendacium iustificari, & alij per ueritatis assertionem peccatum perpetuæ mortis incurrere. Ad quem finem etiam Iacob Patriarcha respiciens, hispidam fraterni corporis speciem, obuolutione pellium simulare non timuit, & instiganti ad hoc mendacium matri laudabiliter acquieuit. Videbat enim ex hoc maiora sibi lucra benedictionis atque iustitiæ, quàm per simplicitatis obseruantiam conferenda. Non enim dubitat mendacij huius maculam inundatione paternę benedictionis protinus abluendam & uelut nubeculam quandam flatu spiritus sancti uelociter auferendam, atque uberiora sibi per hanc affectatitiam simulationem, quam per illam ingenitam ueritatem, meritorum præmia conferenda.

Obiectio, quòd illi tantum impunè mendacio usi sint qui sub lege uixerunt.
Caput XVIII.

GErmanus. Non mirum est has dispensationes in ueteri testamento licentius usurpatas, ac nonnunquam uiros sanctos ueniabiliter fuisse mentitos, cum multo maiora eis pro temporum rudimentis licuisse uideamus. Cur enim mirum sit, quòd beatus Dauid fugiens Saulem, percontanti Achymelech sacerdoti atque dicenti: Quare tu solus & nullus est tecum? ita respondit: Rex, inquit, præcepit mihi sermonem, & dixit: Nemo sciat rem propter quam missus es: nam & pueris condixi in illum & in illũ locum. Et iterum: Si habes hic ad manum hastam aut gladium, quia gladium meum & arma mea non tuli mecum, sermo enim regis urgebat. Vel illud: Cum perductus ad Achis regem Geth, insanum se furiosumq; simulauit, ac mutauit os suum coram eis, & collabebatur in manus eorum, & impingebat in ostium portę, defluebantq; saliuæ eius in barbam. Cum etiam uxorum concubinarumq; gregibus licito fruerentur, nec ullum eis imputaretur ex hac parte peccatum, insuper etiam inimicorum sanguinem propria manu frequenter effunderent, idq; non solum non reprehensibile, uerum etiam laudabile crederetur. Quæ ita nunc, euangelio choruscante, uidemus omnimodis interdicta, ut sine ingenti crimine ac sacrilegio horum quicquam non possit admitti. In quem modum nec mendacium ullum quamlibet pro colore contectum, non dicam probabiliter, sed nec ueniabiliter à quoquam credimus usurpari, dicente domino, sit sermo uester, est est, non non, quod autem his abundantius est, à malo est, Apostolo quoque in eadem congruente: Nolite mentiri inuicem.

Responsio

Responsio eo quòd licentia mendacij quæ ne in ueteri quidem indulta est testamento, ueniabiliter à multis fuerit usurpata. Cap XIX.

IOseph. Vxorum quidem concubinarumq; multarum antiqua illa libertas, instante iam temporum fine, & multiplicatione humanæ generationis expleta, non immerito uelut minus iam necessaria per euangelicam perfectionem debuit amputari. Nam usq; ad aduentum Christi oportuit benedictionem primordialis illius uigere sententię, qua dictum est: Crescite & multiplicamini & replete terram. Et idcirco iustissimum fuit ut ex illa radice fœcunditatis humanæ quæ in synagoga pro dispensatione temporis utiliter uiguit, angelicę uirginitatis flosculi germinarent, ac suauè olentes continentiæ fructus in ecclesia gignerentur. Mendacia uerò etiam tunc fuisse damnata, totius ueteris instrumenti textus euidenter ostendit, dicens: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et iterum: Suauis est homini panis mendacij, & postea replebitur os eius calculo. Et ipse legislator: Mendacium, inquit, fugies. Sed tunc demum id ueniabiliter diximus usurpatum, cum ei necessitas aliqua seu dispensatio salutaris adiuncta est, ob quam nō debuerit condemnari: quale est illud quod commemorastis de Dauid rege, cum fugiens insectationem Saulis iniustam, ad Achymelech sacerdotem, non proposito cuiusquam lucri, nec studio lædendi quempiam, sed ut tantummodo semetipsum ab impijssima eius insectatione saluaret, mendacibus utitur uerbis, quippe qui manus suas inimici regis sanguine, & quidem à Deo sibi totiens traditi, contaminari noluerit, dicens: Propitius mihi sit Deus, ne faciam rem hanc domino meo Christo domini, ut mittam manum meam in eum, quia Christus domini est. Et idcirco dispensationes has quas uel ob uoluntatem Dei, uel ob præfigurationem spiritalium sacramentorum uel ob quorundam salutem sanctos uiros in ueteri testamento legimus executos, intantum nos quoq; cum necessitas coartauerit non possumus abdicare, ut ne ipsos quidem Apostolos, ubi consideratio alicuius utilitatis exegit, ab eis declinasse cernamus. Quæ paulisper interim differentes, digestis primitus quæ adhuc de ueteri testamento proferre disponimus, prius hæc congruentius inferemus, ut facilius approbetur uiros iustos & sanctos, tam in nouo quàm in ueteri testamento in his œconomijs sibi per omnia cōcordasse. Quid enim de illo Chusi ad Absolon pro salute regis Dauid pia simulatione dicimus, quę cum toto fallentis & circumuenientis promatur affectu, & utilitatem consulentis impugnet, scripturę diuinę testimonio comprobatur, ita dicentis: Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret dominus super Absolon malum? Nec enim reprehendi poterat id quod recto proposito ac pio iudicio pro iustis partibus gerebatur, ac pro illius cuius pietas Deo placebat, salute atque uictoria reilgiosa fuerat simulatione conceptum. Quid etiam de illius fœminæ pronunciabimus facto, quæ suscipiens illos, qui ad regem Dauid à prædicto Chusi fuerant destinati, abscondit in puteo, & expandens uelamen super os eius, cum ptisanas se torrere simulasset: Transierunt, inquit, gustata paululum aqua, atque hoc eos figmento ab insequentium manibus liberauit? Quapropter respondete quęso mihi, quid fuissetis acturi, si qua uobis nunc sub euangelio constitutis similis fuisset exorta conditio, nam maluissetis eos simili celare mendacio dicentes eodem modo, transierunt gustata paululum aqua, & implere illud quod præcipitur: Erue eos qui ducuntur ad mortem, & redimere eos qui interficiuntur ne parcas: an ueritatis confessione latitantes prodere perempturis? Et ubi illud Apostoli: Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius, & charitas non quærit quæ sua sunt, sed ea quæ aliorum? Ac de seipso: Non quæro, inquit, quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant. Si enim ea quæ nostra sunt quærimus, & id quod nobis utile est pertinaciter uolumus retentare, etiam in huiusmodi necessitatibus loqui nos necesse est ueritatem, & reos fieri mortis alienæ. Si uerò ea quę alijs salutaria sunt, nostris utilitatibus præponentes, apostolico satisfecerimus imperio, sine dubio subeunda est nobis necessitas mentiendi. Et idcirco nec integra charitatis uiscera possidere, nec ea quæ aliorum sunt, secundum apostolicam disciplinam quærere poterimus, nisi his quæ discretioni nostræ perfectioniq; conueniunt paululum relaxatis, condescendere utilitatibus aliorum prono maluerimus affe-

ctu, & ita cum Apostolo infirmis efficiamur infirmi, ut lucrari posimus infirmos.

Quòd ueniabile plerunq; mendacium & noxiam ueritatem etiam Apostoli esse censuerint. Cap XX.

QVibus eruditus exemplis beatus quoq; Apostolus Iacobus omnesq; illius ecclesiæ primitiuæ pręcipui principes Apostolorum Paulum adsimulationis figmenta descendere, pro imbecillitate infirmantium cohoortantur, eumq; purificari secundũ obseruantiã legis, caput radere, uota offerre cõpellunt, pręsens illud dispendium, quod ex hac hypocrisi gignebatur nihili reputantes, sed contemplantes potius lucra, quę erãt ex illius diutina prædicatione parienda. Non enim tantum Apostolo Paulo lucrum ex hac eius fuerat districtione collatum, quantum celeri eius exitio uniuersis gentibus detrimentum. Quod sine dubio uniuersæ tunc euenisset ecclesiæ, nisi illum hæc utilis ac salubris hypocrisis prędicationi euangelicę reseruasset. Tunc enim necessario ac ueniabiliter acquiescitur mendacij detrimento, quando maius, ut diximus, imminet de ueritatis confesione dispendium, & utilitas quæ nobis de ueritate confertur, compensare illa quæ generanda sunt damna pręualet. Quod temperamentum etiam alijs uerbis idẽ beatus Apostolus ubiq; se semper tenuisse testatur. Nam cum dicit: Factus sum Iudæis tanquam Iudęus, ut Iudęos lucrifacerem: his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cũ ipse sub lege non essem, ut eos qui sub lege erant lucrifacerem, his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut eos qui sine lege erant lucrifacerem, factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos: quid aliud ostendit, quàm secundũ infirmitatẽ atq; mensuram eorum qui instituebantur condescendisse se semper, & à perfectionis rigore aliquid relaxasse, nec tenuisse id quod districtio rigida poscere uidebatur, sed illud magis præposuisse quod infirmantium utilitas exigebat? Et ut hæc eadẽ attentius indagantes, singillatim apostolicarum uirtutum insignia replicemus, quæret aliquis quomodo omnibus per omnia beatus Apostolus suam probetur aptasse personam? Vbi factus est Iudæis sicut Iudæus? Profecto ibi, ubi illam sententiam intimo corde custodiens, quam Galatis denunciauerat, dicens: Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini Christus uobis nihil proderit. In Timothei tamen circuncisione imaginem quodammodo Iudaicæ superstitionis assumpsit. Et rursus. Vbi factus est eis qui sub lege erant tanquam sub lege esset? Nempe ibi, ubi Iacobus omnesq; seniores ecclesiæ formidantes, ne in eum illa irrueret Iudæorum credentium, imò Christianorum Iudaizantium multitudo, quæ ita fidem Christi receperat, ut adhuc ritu cerimoniarum legalium teneretur, discrimini eius hoc consilio ac persuasione succurrerunt, dicentes: Vides frater, quot millia sint in Iudæis qui crediderunt, & hi omnes æmulatores legis sunt. Audierunt autem de te, quia discesionem doceas à Moyse eorum qui per gentes sunt Iudęorum, dicens, non debere eos circuncidere filios suos. Et infra: Hoc ergo fac quod tibi dicimus Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes super se. His assumptis, sanctifica te cum illis, & impende in illis ut radant capita, & scient omnes quoniam ea quę de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem. Et ita pro illorum qui sub lege erant salute, illam paulisper districtionem sententię suę calcans, qua dixerat: Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam: caput radere, purificari secundum legem, atque in templo Mosayco ritu uota offerre compellitur. Quęris etiam ubi pro salute eorum qui legem domini penitus ignorabant, tanquam & ipse sine lege esset, effectus sit sine lege? In Atheniẽsi urbe gentilium ubi uigebat impietas, quo usus sit prędicationis exordio, attende: Pręteriens, inquit, uidi simulachra uestra & aram in qua erat scriptum: Ignoto Deo. Cumq; de eorum superstitione sermonem fuisset orditus, tanquam si & ipse sine lege esset, sub occasione prophani illius tituli fidem Christi intulit, dicens: Quod ergo uos ignorantes colitis, hoc ego annuncio uobis. Et post pauca, uelut si diuinæ legis penitus esset ignarus, gentilis poëtę uersum potius quàm Mosi aut Christi maluit proferre sententiam: Et sicut quidam, inquiens, uestrûm poëtarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Cum itaque suis eos quæ refutare non possent testimonijs

moniis fuisset aggressus, ita de falsis uera confirmans subdidit, dicens: Genus ergo cum simus Dei non debemus æstimare auro uel argento aut lapidibus sculpturæ artis & cogitationi hominis, diuinitatem esse similem. Infirmis autem infirmus effectus est, cum secundum indulgentiã non secundum imperiũ his qui se continere non poterant, in id ipsum redire concessit, siue cum lacte non esca Corinthios potans, in infirmitate & timore & tremore multo apud eos fuisse se dicit. Omnia autem omnibus factus est, ut omnes faceret saluos, cum dicit: Qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet, & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Et alibi: Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor: quis scandalizatur, & ego non uror? Atque hoc modo illud quod Corinthiis præceperat, adimpleuit, dicens: Sine offensione estote Iudæis & Græcis & ecclesiæ Christi, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Vtile enim sine dubio sibi fuerat Thimotheum non circuncidere, caput non radere, purificationem Iudaicam non assumere, nudipedalia non exercere, uota legalia non offerre, sed facit hæc omnia dum illorum saluti plus consulit, quia non quærit quod sibi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Quod quamuis contemplatione Dei sit factum, tamen simulatione non caruit. Qui enim per legem Christi legi mortuus fuerat, ut Deo uiueret, quicq; illam iustitiam legis in qua conuersatus fuerat sine quærela detrimentum fecerat, & arbitrabatur ut stercora, ut Christum lucrifaceret, ea quæ legis erant, uero cordis affectu offerre non potuit, nec fas est credi eum qui dixerat, si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, præuaricatorem me constituo, in id incidere quod ipse damnauerã. Et intantum non magis res ipsa quæ geritur quàm gerentis pensatur affectus. Et econtrario quibusdam reperiatur ueritas nocuisse & profuisse mendacium. Nam Doech Idumeus regi Sauli de fuga Dauid coram famulis conquerenti ac dicenti: Nunquid omnibus uobis dabit filius Iesse agros & uineas, & uniuersos uos faciet tribunos & centuriones, quoniam coniurastis omnes aduersus me, & non est qui mihi renunciet? Quid nisi uerum prodidit dicens: Vidi filium Iesse Nobe apud Achimelech sacerdotem, qui consuluit pro eo dominum, & cibaria dedit ei, sed & gladium Goliath Philisthei dedit ei? Pro qua ueritate eradicari de terra uiuentiun meruit, ac de eo dicitur per prophetam. Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo, & radicem tuam de terra uiuentium. Ex illa igitur terra hic pro indicio ueritatis perpetua eradicatione conuellitur, in qua Raab meretrix pro mendacio cum sua cognatione plantatur Sicut etiam Sampson illam diu occultatam mendacio ueritatem impiè coniugi perniciosissimè prodidisse reminiscimur, cui propterea deceptionem intulit ueritas inconsultissimæ patefacta, quia illud mandatum propheticum custodire neglexit. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

An interrogantibus occultam continentiam sine mendacio oporteat propalari, & an suscipienda sint quæ semel fuerint recusata? Cap. XXI.

ET ut exempla quædam de nostris quoq; ineuitabilibus ac penè quotidianis necessitatibus proferamus, quas quantalibet obseruantia nunquam ita possumus præcauere, ut non uel inuiti uel uolentes cogamur in eas incurrere. Quid quæso faciendum est, cum refectionem procrastinare disponentibus nobis, utrum refecerimus ad uesperam frater adueniens percontatur, celandum'ne ieiunium est, & uirtus parsimoniæ contegenda, an ueritatis professione prodenda? Si celamus, ut dominico satisfaciamus imperio, quo dicitur: Non uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito Et iterum: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: profecto mentimur. Si uirtutem continentiæ propalamus, euangelica nos sententia iure percellit Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Quid si oblatum à fratre quispiam poculum cum definitione renuerit, absolutè accepturum se esse denegans, quod ille gaudens aduentu eius suppliciter ut sumatur exorat. Rectum'ne est ut fratri ad genua prouoluto, in terramq; prostrato, qui non nisi his officiis uiscera charitatis expleturum esse se credit, etiam cum labore suo pareat, an in sermonis sui atq; propositi pertinacia perseueret?

Obiectio, quòd oporteat quidem abscondi continentiam, sed suscipi recusata non debeant, Cap XXII.

GErmanus. In illo quidem superiore exemplo dubium, ut credimus, non est, quin expediat abscondi continentiam nostram potius quàm percontantibus prodi, ac super huiuscemodi causis nos quoq; fatemur ineuitabile esse mendacium. In secundo autem nulla nobis incumbit necessitas mentiendi. Primum quia possumus ea quæ fratrum ministerio porriguntur ita renuere, ut nullo nos definitionis uinculo colligemus, deinde quod semel renuentes possumus immobiliter tenere sententiam.

Responsio, quòd irrationabilis sit huius definitionis pertinacia. Cap XXIII

IOseph. Has definitiones illorum monasteriorum esse non dubium est, in quibus renunciationis uestræ, ut dicitis, rudimenta formata sunt, quorum principes fratrũ refectioni suas assolent præponere uoluntates, & obstinatissimè id quod semel mente conceperint exequuntur. Cæterum seniores nostri quorum fidei apostolicarum signa uirtutum testimonium reddiderũt, quicq; uniuersa iudicio potius ac discretione spiritus, quã rigida animi obstinatione gesserunt, eos qui alienis infirmitatibus acquiescerẽt, multo uberiores fructus, quàm eos qui in suis definitionibus perdurarent, capere censuerunt, sublimiorisq; pronunciauerunt esse uirtutis, contegere potius continentiam necessario hoc, ut dictum est, humilicq; mendacio quàm patefacere superbo ueritatis indicio.

Quomodo abbas Pyamon suam continentiam celare maluerit. Caput XXIIII.

DEniq; abbas Pyamon post uiginti quinque annos oblatam sibi à quodam fratre uuam ac uinum, absq; hæsitatione suscipiens, confestim ea quæ ingesta fuerant, contra consuetudinem degustare, quam ignotæ cunctis continentiæ maluit propalare uirtutem. Nam si illud quoq; considerare uelimus, quod seniores nostros incunctanter fecisse meminimus, qui mirabilia uirtutũ suarum, uel proprios actus quos necesse erat ad instructionem iuniorum in collatione proferri, sub aliorum solebant colorare personis: quid aliud possumus quàm apertum super his iudicare mendacium? Atque utinam nos quoq; dignum aliquid haberemus, quod ad incitandam fidem proponi iunioribus posset, profecto minimè uereremur huiuscemodi illorũ figmenta sectari. Rectius enim est sub talis figuræ colore mẽtiri, quàm pro obseruantia irrationabili istius ueritatis, aut ea quæ audientes ædificare potuerant incongrua taciturnitate contegere, aut si ex nostra persona ueraciter proferantur, iactantiam noxię uanitatis incurrere. Ad quod etiã nos magisterio suo doctor gentium euidenter instituit, qui reuelationũ suarũ magnitudinẽ ex alterius maluit proferre persona, dicens: Scio hominẽ in Christo, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptũ usq; ad tertiũ cœlũ, & scio huiusmodi hominẽ quia raptus est in paradysum, & audiuit ineffabilia uerba, quę nõ licet homini loqui.

Testimonia scripturarum de commutatis definitionibus. Cap. XXV.

IMpossibile nobis est breuiter uniuersa percurrere. Quis etenim enumerare sufficiat omnes propemodum patriarchas, sanctosq; innumerabiles, alios pro uitę tutamine alios pro benedictionis desiderio, alios pro misericordia, alios pro alicuius occultatione mysterij, alios pro zelo Dei, alios pro examinatione ueritatis, patrocinium (ut ita dixerim) assumpsisse mendacij? Quę sicut enumerari cuncta non possunt, ita prætermitti penitus uniuersa non debent. Nam beatum Ioseph pietas compulit, ut falsum fratribus crimen etiam cum obtestatione regiæ salutis impingeret, dicens: Exploratores estis, infirmiora terrę uenistis inspicere. Et infra: Mittite, inquit, ex uestris unum: & adducite fratrem uestrum huc, uos autẽ custodiemini hic, usq; dum manifesta fiant uerba uestra an uerum dicatis, an non, sin autem, per salutẽ Pharaonis exploratores estis. Si enim non eos hoc misericordi mẽdacio terruisset, nec patrem fratremq; reuisere, nec eos in tantis inopię periculis alere, nec conscientiam postremò fratrum à reatu uẽditionis suę expurgare potuisset. Non ergo tam reprehensibile fuit metũ fratribus incussisse mẽdacio, quã sanctum atq; laudabile occasione ficti periculi inimicos ac uenditores suos ad salutarẽ

pœnitentiam

pœnitentiam cōpulisse. Denicꝗ cum grauissimæ insimulationis urgerentur inuidia, nō illius quod falso obijciebatur, sed anterioris criminis conscientia frangebantur, dicētes ad inuicem: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrē nostrum, quia despeximus tribulationem animæ eius, cum rogaret nos & non audiremus eum, propter hoc uenit nobis omnis tribulatio hæc. Quæ quidem confessio, non solum apud fratrem, in quem impia crudelitate peccauerant, uerumetiam apud Deum humilitate saluberrima, tantū eorum facinus, ut credimus, expiauit. Quid Salomon, qui perceptū à Deo sapientiæ donum, in primo iudicio suo non nisi assumptione mendacij declarauit? Nam ut ueritatē quæ mulieris mendacio tegebatur, exculperet, etiam ipse mendacij uticꝗ astutissimē excogitati usurpauit auxilium, dicens: Afferte mihi gladium, & diuidite infantem uiuum in duas partes, & date dimidiam partem uni, & dimidiam partem alteri. Quæ simulatio crudelitatis, cum ueræ matris uiscera permouisset, ab ea autem quæ mater non erat, laudaretur, tunc demum sagacissimo ueritatis iudicio illam sentētiam promulgauit, quam nemo à Deo inspiratam esse non credidit: Date, inquiens, huic infantem uiuum, & non occidatur, hæc est enim mater eius. Proinde nec debere nec posse nos uniuersa complere, quæ uel cum quiete animi uel cum commotione decernimus, etiam alijs scripturarū testimonijs copiosius edocemur, quibus uel uiros sanctos, uel angelum, uel ipsum omnipotentem Deum, ea quæ definierant, frequenter legimus immutasse. Nam beatus Dauid cum iusiurandi definitione decreuit, dicens: Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hęc addat, si reliquero de omnibus quę pertinent ad Nabal usque mane mingentem ad parietem. Et continuò intercedente Abigail uxore eius, ac pro eodem supplicante, remittit minas, mollit sententiam, & mauult transgressor propositi iudicari, quàm sacramenti sui fidem cum crudelitatis executione seruare, dicens: Viuit dominus, nisi cito uenisses in occursum mihi, non remansisset Nabal uscꝗ ad lucem matutinam mingens ad parietem. Cuius sicut illam pręcipitis sacramenti facilitatem quæ de perturbatæ mentis commotione descenderat, nequaquam imitandum esse cēsemus, ita remissionem atcꝗ emendationem statuti sectandam esse decernimus. Electionis uas Corinthijs scribēs, reditum suum absoluta definitione promittit, dicens: Veniam autem ad uos cum Macedoniam pertransiero. Macedoniam enim pertransibo, apud uos autem manebō, uel etiam hyemabo, ut uos me deducatis quocuncꝗ iero. Nolo enim uos modò in transitu uidere, spero enim me aliquanto tempore manere apud uos. Cuius rei etiam in secunda epistola meminit ita: Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundā gratiam haberetis, & per uos transirem in Macedoniam, & iterum à Macedonia uenire ad uos, & à uobis deduci in Iudæam. Sed superueniente salubriore consilio, nequaquam se id quod promiserat, executum, euidētissimè confitetur. Cum hoc, inquit, uoluissem, nunquid leuitate usus sum? Aut quę cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me est est, non non? Denique cur maluerit definitionem sui præterire sermonis, quàm aduentu suo onerosam discipulis inferre tristitiam, etiam cum sacramenti obtestatione declarat. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens uobis, non ueni ultra Corinthum. Statui enim hoc ipsum apud me, ut nō in tristitia uenirem ad uos. Cum intraturos se domum Loth Sodomis angeli denegassent, dicentes ad eum, non intrabimus, sed in platea manebimus, continuò eius precibus compelluntur statutum mutare sermonem, sicut scriptura subiungit: Et coëgit eos Loth, & diuerterunt ad eum. Qui utique si diuersuros se ad eum esse nouerant, inuitantis petitionem simulatoria excusatio renuerunt, sin autem ueraciter excusabant, euidenter immutasse sententiam comprobantur. Quę uticꝗ non ob aliam credimus causam spiritum sanctum sacris uoluminibus indidisse, nisi ut istis erudiamur exemplis, in definitionibus nostris nō pertinaciter permanere, sed eas arbitrio nostro debere subijcere, & ita iudicium nostrum ab omni legis uinculo liberum conseruare, ut promptum sit ad sequendum quocuncꝗ uocauerit salubre consiliū, nec differat aut recuset ad id quod utilius discretio salutaris inuenerit abscꝗ ulla cunctatione transire. Et ut ad sublimiora adhuc ascendamus exempla: decumbentem in lecto regem Ezechiam, grauique ægritudine laborantem, ex persona Dei Esayas propheta adorsus est, dicēs: Hæc dicit dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu & nō uiues. Et cōuertit, inqt, Ezechias faciē suā ad parietē, & orauit ad dn̄m & dixit:

Obsecro domine, memento quęso quomodo ambulauerim coram te in ueritate & cor de perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Post quæ rursus dicitur ad eundē. Reuertere & dic Ezechiæ regi Iuda, dicens. Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & uidi lachrymā tuam, & ecce adijciam super dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum liberabo te & ciuitatem hanc protegam propter me & propter Dauid seruū meum. Quid euidentius hoc testimonio, quo misericordiæ ac pietatis intuitu mauult dominus suum cassare sermonem, & ad præstitutæ mortis terminos quindecim annis uitā precantis extendere, quàm per immobilitatem decreti sui inexorabilis inueniri? Similiter etiā loquitur ad Niniuitas censura diuina: Adhuc triduum & Niniuæ subuertetur. Moxq; pœnitentia eorum ieiunijsq; mollitur tam minax & abrupta sententia, atq; ad partem misericordiæ prona pietate deflectitur. Quòd si quis uult præscium conuersionis eorum, subuersionem ciuitatis ad hoc eis dominum asserat comminatum, ut eos ad salutarē pœnitentiā prouocaret, consequens est, ut hi, qui fratribus præsunt, absq; reprehensione mendacij his qui indigent emendari, aliqua etiam districtioria quam facturi sunt si opus fuerit cōminentur. Sin uerò dixerit Deum seueram illam sententiam suam pœnitentię eorū consideratione reuocasse, secundū illud quod per Ezechielē ait: Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiā à peccato suo, feceritq; iudicium & iustitiā, uita uiuet & non morietur, quibus docemur exemplis, non debere nos obstinate in nostris definitionib. perdurare, sed comminationē ex necessitate propositam, clementi miseratione mollire. Quod ne solis specialiter Niniuitis crederetur dominus præstitisse, etiam generaliter erga omnes eadem se esse facturum per Hieremiam perpetuo protestatur, & cum necesse fuerit, incunctanter suam se sententiam mutaturum pro nostris meritis repromittit, dicens: Repentè loquar aduersus gentem & aduersus regnum, ut euellam & destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malum quod cogitaui ut facerem ei. Et subito loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam, pœnitentiam agam super bonum quod locutus sum, ut facerem ei. Ad Ezechielem quoq; ait: Noli subtrahere uerbum, si fortè audiant, & conuertatur unusquisque à uia sua mala, & pœnitebit me mali, quod cogitaui facere eis propter malitiam studiorum eorum. Quibus testimonijs declaratur, non oportere ut pertinaciter in nostris definitionibus hæreamus, sed ratione eas ac iudicio temperādas semperq; prælegenda ac præferenda esse meliora, & ad illam quæ utilior dijudicata fuerit partem, sine cunctatione aliqua transeundum.

Quòd non secundum immensitatem præscientiæ diuina clementia, sed secundum præsentes actus uel remuneret unumquenq; uel puniat. Cap. XXVI.

ILlud etiam præ omnibus inestimabilis illa censura nos instruit, quod cum sit ei ante ortum uniuscuiusq; præcognitus finis, ita ordinatè ac ratione communi & humanis quodāmodo omnia dispensat affectibus, ut non potentialiter nec secundum præscientiæ suæ ineffabilem notitiam, sed secundum præsentes hominum actus uniuersa dijudicans, uel respuat unumquenq; uel attrahat, & uel infundat quotidie suam gratiam uel auertat. Quod ita esse etiam illa Saulis manifestat electio, cuius utique cum uituperabilem finē præscientia Dei ignorare nō posset, de tot millibus Israelis elegit eum & unxit in regem, præsentis in illo meritum uitæ remunerans, non peccatum futuræ præuaricationis intendēs, ita ut postq; reprobus factus est, uelut pœnitudinē gerens electionis suę Deus, humanis quodāmodo de eodē uocibus atq; affectibus conquerat̄ dicēs: Pœnitet me quòd cōstituerim Saul regē, quia dereliquit me & uerba mea opere nō impleuit. Et iterū: Veruntamē lugebat Samuel Saulē, quoniā dominū pœnitebat quòd cōstituisset regē Saul super Israel. Deniq; hoc quoniā opere fuerat executus, postea etiā per Ezechielē, ꝓphetā dn̄s ꝓtestat̄ cū omnibus se hominibus ꝗtidiano gesturū esse iudicio, etiamsi dixero, inquiens, iusto quod uita uiuat, & cōfisus in iustitia sua fecerit iniquitatē omnes iustitię eius obliuioni tradent̄, & in iniquitate quā operatus est in ipsa morietur. Sin

Sin autem dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritq́ꝫ iudicium & iustitiam, pignus restituerit ille impius rapinamq́ꝫ reddiderit, in mandatis uitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustũ, uita uiuet & non morietur, omnia peccata eius quæ peccauit non imputabuntur ei. Deniq́ꝫ cum ab illo populo quem ex omnibus gentibus dominus adoptauit, propter subitam uituli pręuaricationem misericordiæ suæ auertisset aspectũ, interueniens pro eo legislator, exclamat: Obsecro domine, peccauit populus iste peccatum magnum, fecerunt sibi Deos aureos, & nunc si remittis, peccatum eorum remitte sin aliàs, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dominus: Si quis, inquit, peccauerit coram me, delebo eum de libro meo. Dauid quoq́ꝫ dum de Iuda & persecutoribus Christi prophetico spiritu quæreretur: Deleantur, inquit de libro uiuentium. Et quia non mœrebantur ad pœnitentiam salutarem pro reatu tanti criminis peruenire, subiungit: Et cum iustis non scribantur. Deniq́ꝫ in ipso Iuda uis propheticæ maledictionis euidenter impleta est. Nam expleto proditionis crimine suspendio se necauit, ne si post illam deletionem nominis sui conuersus ad pœnitentiã esset, iterum cum iustis scribi mereretur in cœlo. Non ergo est ambigendum, etiam Iudæ nomen illo tempore quo electus à Christo apostolatus, sortitus est gradum, in libro uiuentium fuisse conscriptum, ac pariter eum audisse cum cæteris Nolite gaudere, quia dæmonia uobis subijciuntur, gaudete autem quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Sed quia Philargyriæ peste corruptus, de ascriptione cœlesti ad terrena deiectus est, cõpetenter de eo ac de similibus eius dicitur per prophetam: Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te in terra scribentur, quia dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum. Et alibi: In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, & in terram Israel non ingredientur.

Quòd sancti uiri pertinaces ac duri esse non possunt. Cap. XXVII.

NEc illius præcepti utilitas est silenda, quòd etiamsi instigante ira uel qualibet alia passione sacramento nos aliquo uinxerimus, quod à nemine quidem monachorum fieri penitus debet, utriusq́ꝫ tamen rei causa integro mentis est pensanda iudicio, & comparanda est illa res quam statuimus huic ad quam transire cõpellimur, atq́ꝫ ad eam sine cunctatione est transeundum, quæ superueniente saniore tractatu, iustior fuerit iudicata. Rectius enim est nostrum nos præterire sermonem, quàm rei salubrioris ac piæ subire iacturam. Deniq́ꝫ nunquam rationabiles ac probatos patres duros aut irreuocabiles in huiusmodi definitionibus fuisse reminiscimur, sed uelut ceram calore solis, ita eos ratione mollitos, & intercedente salubriore consilio, melioribus partibus sine hæsitatione cessisse. Quoscunq́ꝫ autem uidimus definitionibus suis pertinaciter inhærere, irrationabiles semper probauimus ac discretionis expertes.

Interrogatio an sit contrarium prædictæ sententiæ illud quod dicitur, iuraui & statui. Cap. XXVIII.

GErmanus. Quantum ad hanc rationem pertinet quę euidenter copioseq́ꝫ digesta est, nihil oportet monachũ definire, ne aut præuaricator inueniatur aut pertinax. Et ubi illud psalmistæ ponimus eloquium: Iuraui & statui custodire iuditia iustitiæ tuæ. Quid est enim aliud iurare & statuere, quàm definita immobiliter custodire?

Responsio in quibus immobilis definitio sit tenenda, & in quibus si oportuerit rescindenda. Cap. XXIX.

IOseph. Nos non de principalibus mandatis, sine quibus non potest salus nostra omnino subsistere, ista decernimus, sed de his quę sine periculo status nostri uel relaxare possumus, uel tenere, utputa de irremisso rigore ieiunij, de uini siue olei ꝑpetua abstinẽtia, de ꝓgressu cellulę penitus cohibẽdo, de lectionis seu meditationis incessabili iugitate, quę sine ꝓfessionis ac ꝓpositi nostri et exerceri cũ libuerit possunt & cũ necesse fuerit irreprehẽsibiliter prætermitti. Cæterũ sup obseruãtia illorũ principaliũ mãdatorũ cõstãtissime definiendũ est, ac ꝓ his etiã mors si necesse fuerit nõ uitãda, ꝓ quibus immobiliter est dicẽdũ, iuraui & statui. Quod fieri debet ꝓ custodia charitatis ꝓ qua spernenda

sunt

sunt uniuersa, ne bonum tranquillitatis illius perfectioq; maculetur. Similiterq; iurandum est pro castimoniæ puritate, nec aliud facere nos oportet pro fide, pro sobrietate atque iustitia, quę omnia indemutabili perseuerantia sunt tenenda, & à quibus paululum recessisse damnabile est. De illis uerò corporalibus exercitijs quæ ad modicum dicuntur esse utilia, ita est ut diximus statuendum, ut si qua superuenerit certior pietatis occasio quę illa suadeat relaxari, nulla super his lege teneamur, sed prætermissis eis ad utiliora liberè transeamus. In illis enim corporalibus exercitijs si pro tempore relinquantur periculum non est, ab his uerò ad momentum declinasse mortiferum est.

Quemadmodum debeant celanda committi. Cap XXX.

HOc quoq; simili cautione curandum est, ut si quis forsitan sermo quem esse uultis occultum, de uestro ore fuerit prolapsus, nulla occultationis præcepta sollicitent audientem, magis enim latebit si negligenter atq; simpliciter transeatur, quia non tanta quilibet fratrum super diuulgatione eius impugnatione torquebitur, existimans rem uilem aliquam transitoria confabulatione prolatam, & quæ ex hoc ipso sit leuior, quia cautissimo silentij præcepto sensibus audientis commendata non fuerit. Nam si etiam fidem eius aliqua sacramentorum obtestatione deuinxeris, citius illud prodendum esse non ambigas. Maior enim aduersus ipsum uis diabolicæ impugnationis insurget, ut & te mœstificet uel denudet, & illum transgressorem quantotius sui faciat sacramenti.

Nihil super his quæ ad usum communis uitæ attinent definiendum. Caput XXXI.

ET idcirco nihil debet abruptè monachus super his duntaxat quę ad corporales exercitationes pertinent definire, ne aduersarium ad impugnationem eorum quę uelut sub legis obseruatione custodit magis incitans citius ea uiolare cogatur. Prę̨ligens siquidem sibi legem unusquisq; sub libertatis gratia constitutus, ne perniciosa semetipsum obliget seruitute, ut ea quæ licito imò etiam laudabiliter cum gratiarum actione pręsumere potuisset, si necessitas fortasse compulerit uelut transgressor percipere compellatur cum pręuaricatione peccati. Vbi enim non est lex, nec pręuaricatio. Hac beatissimi Ioseph institutione atq; doctrina uelut diuino oraculo confirmati, in Aegypto residere maluimus. Sed licet parum deinceps de nostra essemus promissione solliciti, tamē expleto septem annorum numero, sponsionem nostram gratanter impleuimus. Excurrentes nanq; ad cœnobium nostrum illo iam tempore quo de impetrando ad eremum reditu fiduciam gerebamus, primum senioribus nostris honorem debitum soluimus, deinde animis eorum qui pro charitatis ardore creberrimis literarum nostrarum satisfactionibus nequaquam fuerant deliniti, pristinā redintegrauimus charitatem, tandemq; ad plenum aculeo nostræ sponsionis auulso, his quoq; cum gaudio prosequentibus ad Scythiotica solitudinis secreta remeauimus. Hanc uobis ô sancti fratres illustriū patrū scientiam atq; doctrinā nostra ut potuit elucubrauit inscitia, quam etiamsi incultus forsitan sermo confudit potius quàm digessit, quęso ne laudem insignium uirorum reprehensio nostrę rusticitatis euacuet. Tutius siquidem nobis in conspectu nostri iudicis uisum est, doctrinę huius magnificentiam uel incultis sermonibus prodere, quàm silere: quippe cum & profectui lectoris, si sublimitatem sensuum contempletur, hoc quod imperitia nostri sermonis offendit obesse nō possit, & maior sit nobis utilitatis cura quàm laudis. Neq; enim hoc quod sanctorum uirorum dicta descripsi, & plenum periculi, & egenum laudis esse non noueram, sed prudens, ut dicitur, laqueo pedem indidi, nec mē indubitato discrimini sub incerta spe alieni profectus tradere recusaui, monens omnes ad quorū manus opuscula ista peruenerint, ut quicquid placuerit in eis patrum, nostrum uerò sciant esse quod displicet, omnes quibus amabilis est uita & doctrina sanctorum.

Collationis secundæ abbatis Ioseph de definiendo finis.

PRAEFATIO

PRAEFATIO CASSIANI IN SEPTEM ultimas collationes aliorum patrum.

EMmißis iuuante gratia Christi decem collationibus patrum, quæ exigentibus beatißimis episcopis Helladio ac Leontio, utcunq; digestę sunt: septem alias beato episcopo Honorato, sancto quoq; famulo Christi Eucherio dedicaui. Totidem & nunc uobis sancti fratres Iouiniane, Mineruí, Leoti, & Theodore, credidi deputandas. Posterior siquidem uestrum illam cœnobiorum sanctā atq; egregiam disciplinam in prouincijs Gallicanis antiquarum uirtutum discretione fundauit, cæteri uerò non solum cœnobialem profeßionem apprimè monachos expetere, uerum etiam Anachoreticam sitire sublimitatem, uestris institutionibus prouocastis. Ea nanq; collationes istæ summorum patrum disputatione contextæ sunt, & ita in omnibus temperatæ, ut utriq; profeßioni, qua non solum occiduas regiones, uerum etiam insulas, maximis fratrum cateruis fecistis florere conueniant, id est, ut non solum hi qui adhuc in congregationis laudabili subiectione perdurant, sed etiam illi qui haud longè à uestris cœnobijs secedentes Anachoretarum sectari gestiunt disciplinam, pro conditione locorum ac status sui mensura plenius instruantur. Quibus hoc pręcipuum contulit præcedens uestri laboris industria, ut parati iam atq; in ijsdem exercitijs deprehensi, facilius præcepta seniorum atq; instituta suscipiant, ipsosq; in cellulas suas authores collationum cum ipsis collationum uoluminibus recipientes, & quotidianis quodammodo cum eis interrogationibus ac respōsionibus colloquentes, non proprijs adinuentionibus arduam istam & incongruam fermè in hac regione appetant uiam, sed periculo fame etiam illic ubi iam tritißimi calles & innumera præcedentium exempla non desunt Anachoreseos disciplinam illorum potius pręceptis capere consuescant, quos in omnibus & antiqua traditio & longæ experientiæ instruxit industria.

Præfationis finis.

COLLATIO ABBATIS PYAMONIS DE TRIBVS GENERIBVS MONACHORVM, ET quarto nuper exorto.

Quemadmodum Dyolco uenientes, ab abbate Pyamone recepti fuerimus.
Caput primum.

POst conspectum atq; colloquium trium illorum senum, quorum collationes sancto fratre nostro Eucherio compellente, utcunq; digeßimus, cum etiam ulterioris Aegypti partes, in quibus amplior atq; perfectior sanctorum numerus consistebat, maiore flagrantia desideraremus expetere, ad uicum cui nomen est Dyolcos, uni ex septem Nili fluminis ostijs imminentem, non tam itineris neceßitate, quam desiderio sanctorum illic commorātium compellente, peruenimus. Cum enim uelut cupidißimi mercatores plurima illic celeberrimaq; cœnobia ab antiquis audiuissemus patribus instituta, continuò quasi nauigationem inquisitionis incertæ, spe maioris lucri persuadente suscepimus. Vbi cum diutißimè fluctuantes, ad illos uirtutum sublimitate conspicuos montes undiq; curiosos oculos tenderemus, abbatem Pyamon omnium Anachoretarum illic inhabitantium seniorem, eorundemq; presbiterum uelut quendam sublimißimum Pharum, id est, signum, primus circumspectantium notauit intuitus. Hic etenim sicut euangelica illa ciuitas in excelsi montis uertice constituta, nostro protinus refulsit aspectui. Cuius uirtutes atq; mirabilia quę per eum etiam sub conspectu nostro diuina gratia testimoniū meritis eius reddente perfecta sunt, ne uel propositi nostri formam, uel modum huius uoluminis excedamus, prętermittenda credimus. Non enim de mirabilibus Dei, sed de institutis studijsq; sanctorū quædā quæ reminisci poßibile est nos spopōdimus memorię tradituros, ut necessariā tantę perfectę uitę instructionē nō inutilē absq; ulla emēdatione uitiorum ac superuacuam admirationem legentibus pręberemus. Cum itaq; beatus Pyamon

Pyamon summa nos gratulatione susceptos, humanitate etiam congrua refecisset, intelligens nos non eiusdem esse regionis, primum unde uel cur Aegyptum petissemus sollicitè percunctatus, ac de cœnobio Syriæ ob desiderium perfectionis nos illo aduenisse cognoscens, ita exorsus est.

Verba abbatis Pyamon quomodo rudes monachi exemplo seniorum debeant erudiri. Cap. II.

QVisquis hominum ô fili cuiuslibet artis peritiam assequi cõcupiscit, nisi omni cura atq; uigilantia eius se quam nosse desiderat disciplinæ studijs mãciparit, ac perfectissimorum quorunq; opificij ipsius uel scientiæ magistrorum præcepta atq; instituta seruauerit, frustra inanibus uotis eorum similitudinem exoptat attingere, quorũ curam atq; industriam detrectat æmulari. Nouimus enim nonnullos ita ad hęc loca de uestris regionibus aduenisse, ut cognoscendi tantummodo gratia fratrum monasteria circumirent, non ut has regulas, ob quas huc commeauerant, atq; instituta susciperent, sed ut secedentes in cellulas conarentur ea quæ uel uisu uel traditione perceperant, operibus experiri. Qui mores suos ac studia quibus imbuti fuerant retentantes, ut eis exprobrari à nonnullis solet, non profectus sui gratia, sed uitandæ egestatis necessitate existimati sunt prouincias commutasse. Non solũ enim nihil eruditionis acquirere, sed ne diutius quidem in his partibus cõmorari, pertinacis animi obstinatione potuerunt. Cum enim nec ieiuniorũ morẽ, neq; psalmorũ ordinẽ, nec ipsorũ deniq; indumentorũ habitũ permutassent, quid aliud in hac regione sectari quàm sola uictus sui cõpendia crederentur?

Quòd iuniores seniorum præcepta discutere non debeant. Cap. III.

QVamobrem si uos, quemadmodum credimus, Dei causa ad æmulationem nostrę agnitionis attraxit, omnibus institutis quibus illic primordia uestra præuẽta sunt penitus abdicatis, quęcunq; seniores uestros agere uel tradere uideritis, summa humilitate sectamini. Neq; uos moueat, aut ab imitatione retrahat ac diuertat, etiamsi uobis ad pręsens alicuius rei uel facti ratio uel causa non liqueat, quia eos qui bene de cunctis ac simpliciter sentiunt, & uniuersa quę à senioribus tradi geri'ue perspexerint, fideliter imitari magis quàm discutere student, per operis experientiam etiam rerum omnium scientia subsequetur. Cęterum nunquam rationem ueritatis intrabit, quisquis à discussione cœperit erudiri, quia uidens eum inimicus suo potius quàm patrum iudicio confidentẽ facilè in id usq; propellet, ut etiã illa quæ maximè utilia atq; saluberrima sunt, superflua ei uideantur & noxia. Atq; ita pręsumptioni eius callidus hostis illudat, ut irrationabilibus definitionibus suis pertinaciter imhęrendo, hoc solummodo sibi sanctum esse persuadeat, quod rectum atq; iustissimum suę tantum obstinationis errore censuerit.

De tribus generibus monachorum quæ intra Aegyptum sunt. Caput IIII.

QVamobrem ordo atq; principium professionis nostrę quemadmodum uel unde descenderit primũ debetis agnoscere. Tunc enim poterit quis desideratę artis efficacius assequi disciplinam, & ad exercendam eam ardentius incitari, cum authorum & fundatorum eius agnouerit dignitatem. Tria sunt in Aegypto genera monachorũ, quorum duo sunt optima, tertium tepidum atq; omnimodis euitandum. Primum est cœnobitarum, qui scilicet in congregatione pariter consistentes, unius senioris iudicio gubernantur, cuius generis maximus numerus monachorũ per uniuersam cõmoratur Aegyptum. Secundum Anachoritarum, qui prius in cœnobijs instituti, iamq; in actuali conuersatione perfecti, solitudinis elegere secreta, cuius professionis nos quoq; optamus esse participes. Tertium reprehensibile Sarabaitarum est, de quibus singillatim per ordinem plenius differemus. Harum igitur trium professionum fundatores primum, ut diximus debetis agnoscere. Nam profecto ex hoc ipso, uel odium professionis illius nasci poterit, quæ uitanda est, uel eius desiderium quæ sequenda, quia necesse est unamquanq; uiam ad illũ finẽ suum pertrahere sectatorem, ad quẽ author ipsius inuentorq; peruenerit.

Quibus

Quibus authoribus cœnobitarum sit instituta professio. Cap. V.

ITaq; cœnobitarum disciplina à tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium. Nam talis extitit in Hierosolymis omnis illa credentium multitudo, quæ in actibus apostolorum ita describitur: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una, nec quisquàm eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia. Possessiones & substantias uendebant, & diuidebant ea omnibus prout cuiq; opus erat. Et iterum. Neq; enim quisquàm egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, uendentes afferebant pręcia eorum quæ uendebant & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Talis inquàm erat tunc omnis ecclesia, quales nunc perpaucos in cœnobijs inuenire difficile est. Sed cum post Apostolorum recessum tepescere cœpisset credentium multitudo, ea uel maxime quæ ad fidem Christi de alienigenis ac diuersis gentibus confluebat, à quibus Apostoli pro ipsis fidei rudimentis ac inueterata gentilitatis consuetudine nihil amplius expetebant, nisi ut ab immolaticijs idolorum & fornicatione & suffocatis & sanguine temperarent, atq; ista libertas quę gentibus propter infirmitatem primæ credulitatis indulta est, etiam illius ecclesiæ quæ Hierosolymis consistebat perfectionem paulatim contaminare cœpisset, & crescente quotidie uel indigenarum numero uel aduenarum, primę illius fidei refrigesceret feruor, non solum hi qui ad fidem Christi confluxerant, uerumetiā illi qui erant ecclesiæ principes ab illa districtione laxati sunt. Nonnulli enim existimantes id quòd uidebant gentibus pro infirmitate concessum, sibi etiam licitum, nihil se detrimenti perpeti crediderunt, si cum substantijs ac facultatibus suis fidem Christi confessionemq; sequerentur. Hi autem quibus adhuc Apostolicus in erat feruor, memores illius pristinæ perfectionis, discedentes à ciuitatibus suis, illorumq; consortio qui sibi uel ecclesiæ Dei remissioris uitæ negligentiam licitam esse credebant, in locis suburbanis ac secretioribus commanere, & ea quæ ab Apostolis per uniuersum corpus ecclesiæ generaliter meminerunt instituta, priuatim ac peculiariter exercere cœperunt, atq; ita incaluit ista quam diximus discipulorū, qui se ab illorum contagio sequestrauerant disciplina. Qui paulatim tempore procedente segregati à credentium turbis, ab eo quòd à coniugijs abstinerent, & à parentum se consortio mundiq; istius conuersatione secernerent, monachi siue monozentes à singularis ac solitarie uitæ districtione nominati sunt. Vnde consequens fuit ex communione consortij cœnobite, cellæq; ac diuersoria eorum cœnobia uocarentur. Istud ergo solum fuit antiquissimū monachorum genus, quòd non modo tempore sed etiam gratia primum est, quodq; per annos plurimos solum inuiolabile usq; ad abbatis Pauli uel Antonij durauit ætatē. Cuius etiam nunc in districtis cœnobijs cernimus residere uestigia.

De anachoretarum ordine ac principio. Cap. VI.

VNde profecto id est, de hoc perfectorum numero, &, ut ita dixerim, fœcundissima radice, sanctorum etiam anachoretarū post hæc flores fructusq; prolati sunt. Cuius professionis principes hos quos pauloante memorauimus sanctum uidelicet Paulum uel Antonium nouimus extitisse. Qui non ut quidam pusillanimitatis causa uel impatientiæ morbo, sed desiderio sublimioris profectus contemplationisq; diuinę, solitudinis secreta sectati sunt, licet prior eorum necessitatis obtentu, dum tempore persecutionis affinium suorum deuitat insidias, eremū penetrasse dicatur. Ita ergo processit ex illa, quam diximus, Apostolica disciplina aliud perfectionis genus, cuius sectatores anachoretæ, id est, secessores merito nuncupantur, eo quòd nequaquàm contenti hac uictoria qua inter homines occultas insidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, uastos eremi recessus penetrare non timeant, ad imitationem scilicet Ioannis Baptistæ qui in eremo tota permansit ætate, Heliæ quoq; & Helysæi, atq; illorum de quibus Apostolus ita commemorat: Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinib. errantes, & in montibus & in speluncis & in cauernis

terræ. De quibus etiam dominus figuraliter ad Iob Quis, ait, est qui dimisit onagrum liberum, & uincula eius resoluit? Posuit habitaculum eius desertum, & tabernacula eius salsuginem? Irridens multitudinem ciuitatis, & quærelam exactoris non audiens. Considerauit montes pascuę suę, & post omne uiride quęrit. In psalmis quoque: Dicant nunc qui redempti sunt à domino, quos redemit de manu inimici. Et post pauca: Errauerunt in solitudine in inaquoso, uiā ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Quos etiam Hieremias ita describit. Beatus qui tulit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se. Quique illud psalmistæ affectu & opere concinunt. Similis factus sum pellicano solitudinis, Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

De sarabaitarum principio & conuersatione. Cap. VII.

CVnque his duabus professionibus monachorum religio Christiana gauderet, cœpisset autem in deterius paulatim his quoque ordo recidere, emersit post hæc illud deterrimum & infidele monachorum genus, uel potius noxia illa plantatio rediuiua concreuit, quæ per Ananyam & Saphyram in exordio ecclesiæ pullulans, Apostoli Petri seueritate succisa est, quæ inter monachos tamdiu detestabilis execrandaque iudicata est, nec à quoquàm ulterius usurpata, quamdiu illius tam districtæ formido sententiæ memoriæ fideliū inserta durauit, qua beatus Apostolus prædictos noui facinoris principes, non pœnitentia, non ulla passus est satisfactione curari, sed perniciosissimum germen celeri morte succidit. Illo igitur exemplo quòd in Ananya & Saphyra Apostolica districtione punitum est, à nonnullorum contemplatione paulatim longa incuria & temporis obliteratione subtracto, emersit istud Sarabaytarum genus, qui ab eo quòd semetipsos à cœnobiorū congregationis sequestrarent, ac singillatim suas curarent necessitates, Aegyptiæ linguæ proprietate, Sarabaytæ nuncupati sunt, de illorū quos prædiximus numero procedentes, qui Euangelicam perfectionem simulare potius quàm in ueritate arripere maluerunt, æmulatione scilicet eorum uel laudibus prouocati, qui uniuersis diuitijs mundi perfectam Christi præferunt nuditatem. Hi igitur dum imbecillo animo rem summæ uirtutis affectant uel necessitate ad hanc professionem uenire compulsi, dum censeri tantummodo nomine monachorum absque ulla studiorum æmulatione festinant, cœnobiorum nullatenus expetunt disciplinā, nec seniorum subijciuntur arbitrio, ut eorum traditionibus instituti, suas discant uincere uoluntates, nec ullam sane discretionis regulam legitima eruditione suscipiunt, sed ad publicam tantummodo, id est ad hominum faciem renunciantes, aut in suis domicilijs sub priuilegio huius nominis ijsdem obstricti occupationib perseuerant, aut construentes sibi cellulas easque monasteria nuncupantes suo in eis iure ac libertate consistunt, nequaquàm euangelicis præceptionibus succumbentes, ut nulla scilicet quotidiani uictus sollicitudine, nullis rei familiaris distentionibus occupentur. Quòd illi soli absque ulla infideli dubitatione consummant, qui cunctis mundi huius facultatibus absoluti, ita se cœnobiorū præpositis subdiderunt, ut ne sui quidem ipsius fateantur esse se dominos. Illi autem qui districtionem, ut diximus, cœnobij declinantes, bini uel terni in cellulis commorantur, non contenti abbatis cura atque imperio gubernari, sed hoc præcipue procurantes, ut absoluti à seniorū iugo, exercendi uoluntates suas, & procedendi, uel quo placuerit euagandi, agendiue quòd libitum fuerit habeant libertatē, etiam amplius in operibus diurnis, quàm hi qui in cœnobijs degunt, diebus ac noctibus consumuntur, sed non ea fide eodemque proposito. Hoc enim isti faciunt, non ut fructum sui operis subijciant dispensatoris arbitrio, sed ut acquirant pecunias quas recondant. Inter quos quantum intersit aduertite. Illi nihil de crastino cogitantes, gratissimos Deo sudoris sui offerunt fructus, Isti uero non solum in crastinum sed etiam in multorum annorum spacia infidelem sollicitudinem prorogantes, aut mendacem Deum aut inopem credunt, qui promissam quotidiani uictus atque indumentorum sufficientiam præbere eis aut non posit aut nolit. Illi hoc omnibus expetunt uotis, ut nuditatem omnium rerum paupertatemque possideant,

sideant. Isti ut omnium copiarum affluentiam consequantur. Illi ob hoc certatim statutum transcendere canonẽ diurnis operibus elaborant, ut quicquid monasterij sanctis usibus redundarit, uel carceribus, uel xenodochio, uel nosocomio, uel indigentib. pro abbatis dispensetur arbitrio. Isti ut quicquid quotidianæ superfuerit gulæ, ac profusiori proficiat uoluptati, aut certe Philargyriæ uitio recondatur. Postremo ut concedamus ab istis hæc quoqꝫ quæ non optimo proposito congeruntur, melius quã diximus posse distribui, ne sic quidem ad meritum uirtutis illius ac perfectionis aspirant. Illi enim tantos monasterio redditus conferentes, eisqꝫ quotidie renunciantes, in tanta subiectionis humilitate perdurant, ut quemadmodum sui, ita etiam eorum quæ proprio sudore conquirunt potestate priuentur, abrenunciationis primæ feruorem, dum quotidie semetipsos laboris sui fructibus nudant, iugiter in nouantes. Isti autẽ in eo ipso quòd aliquid pauperibus largiuntur elati, in præceps quotidie collabuntur. Illos patientia atqꝫ districtio, qua tam deuote in hac quam semel arripuerunt professione perdurant, ut nunquã suas expleant uoluntates, crucifixos huic mundo quotidie uiuosqꝫ martyres facit, hos arbitrij sui tepor uiuos ad inferna demergit. Hæc igitur duo genera monachorũ in hac quidem prouincia æquali propemodum numerositate inter se contendunt. Cæterum per alias regiones quas me necessitas catholicæ fidei compulit per agrare, istud tertium Sarabaytarum genus abundare ac prope solum esse cognouimus. Temporibus siquidem Lucij qui Arrianæ perfidiæ episcopus fuit, sub Valentis imperio cum dyaconiam nostris fratribus deferremus, his uidelicet qui de Aegypto ac Thebayda fuerant ob catholicæ fidei perseuerantiam metallis ponti atqꝫ armeniæ relegati, licet cœnobiorum disciplinam in quibusdam ciuitatibus rarissimam uiderimus, anachoritarum tamen apud illos ne ipsum quidem nomen auditum fuisse comperimus.

De quarto genere monachorum Cap. VIII.

PYamon. Sane est etiam aliud quartũ genus quod nuper cernimus emersisse in his qui anachoretarum sibi specie atqꝫ imagine blandiuntur, quiqꝫ in primordijs suis feruore quodam breui, cœnobij perfectionem uidentur expetere, sed continuo tepefacti, dum pristinos mores ac uitia resecare contemnunt, nec iugum humilitatis ac pœnitentię diutius sustinere contenti sunt, subdiqꝫ seniorum imperio dedignantur, separatas expetunt cellas, ac solitarij sedere desiderant, ut ita scilicet à nemine lacessiti, patientes, mansueti, ac humiles possint ab hominibus æstimari. Quæ institutio immo tepor eos quos semel infecerit, ad perfectionem nunquàm permittit accedere. Hoc enim modo non solum non abscidentur, uerumetiam in deterius eorum uitia conualescent, dum à nemine prouocati, ut quoddam letale & intestinum uirus, quanto amplius celatum fuerit, tanto profundius serpens insanabilem morbum generat ægrotanti. Pro reuerentia enim singularis cellæ, nullus iam uitia solitarij audet arguere, quæ illa ignorari maluit quàm curari. Porro uirtutes non occultatione uitiorum, sed expugnatione pariuntur.

Interrogatio quid intersit inter cœnobium & monasterium. Cap. IX.

GErmanus. Est ne aliqua inter cœnobium monasteriumqꝫ distantia, an utroqꝫ nomine res una censetur?

Responsio. Cap. X.

PYamon. Licet à nonnullis soleant indifferenter monasteria pro cœnobijs appellari, tamẽ hoc interest, quòd monasterium nomen est diuersorij, nihil amplius quàm locum, id est, habitationem significans monachorum, cœnobium uero etiam professionis ipsius qualitatem disciplinamqꝫ designat. Et monasterium potest etiam unius monachi habitatio nominari, cœnobium autem appellari non potest, nisi ubi plurimorum cohabitantium degit unita communio. Dicuntur sane monasteria, etiam in quibus Sarabaytarum collegia commorantur.

De humilitate uera & quomodo falsam cuiusdam humilitatem prodiderit abbas Serapion. Cap. XI.

QVamobrem quoniam de optimo genere monachorum uideo uos professionis huius arripuisse principia, id est de laudabili cœnobiorum palestra, ad excelsa fastigia anachoreticę tendere disciplinæ, humilitatis patientiæq; uirtutem, quam uos illic didicisse non dubito, uero sectamini cordis affectu, non eam sicut quidam falsa humiliatione uerborum nec affectata atq; superflua in quibusdam officijs corporis inclinatione fingentes. Quòd humilitatis figmentum abbas Serapion quodam tempore eleganter irrisit. Cum enim quidam ad eum summam sui abiectionem, habitu ac uerbis prçferens uenisset, eumq; senex secundum morem ut orationem colligeret hortaretur, ille nequaquàm annuens deprçcanti, tantis se subijciens afferebat flagitijs inuolutum, ut ne usum quidem huius cōmunis aëris capere meretur, psyathij quoq; ipsius refugiens sessionem, humi potius insidebat. Cum uero etiam ad ablutionē pedum multo minus præbuisset assensum, tum abbas Serapion refectione transacta, collationis consuetudine prouocante, monere eum benigne ac leniter cœpit, ne ociosus ac uagus prçsertim iuuenis tam robustus instabili leuitate per uniuersa discurreret, sed ut in cella residens, secundum regulam seniorum suo potius opere quam aliena mallet munificentia sustentari. Quòd ne Paulus Apostolus incideret, & quidem cum ei in Euangelio laboranti hæc præbitio merito deberetur, diebus tamen ac noctibus maluit operari, ut quotidianum uictū uel sibi uel his qui eidem ministrantes opus exercere non poterant suis manibus præparet. Ad hæc ille tanta est tristitia & dolore suppletus, ut amaritudinem corde conceptam, ne uultu quidem dissimulare potuerit. Cui senex: Hactenus, inquit, ô fili cunctis te facinorum ponderibus onerabas, non metuens ne confessione tam attrocium criminū, notam existimationis incurreres, quid quæso nunc est quod ad simplicē ammoniciunculam nostram, quæ tamen in se non modo nullum opprobrium, sed etiā ędificationis habuit ac dilectionis affectum, tanta te uideo indignatione permotum, ut eam ne uultu quidem occulere, aut frontis serenitate dissimulare potueris? An fortasse dum te humiliabas, illam expectabas à nostro ore sententiam, iustus accusator sui est in primordio sermonis? Proinde uera est cordis humilitas retinenda, quæ non de affectata corporis atq; uerborum, sed de intima mentis humiliatione descendit. Quæ tunc demū euidentissimis patientiæ suæ fulgebit indicijs, cum quis non ipse de se crimina ab alijs non credenda iactauerit, sed ab alijs sibimet arroganter ingesta contempserit, & irrogatas iniurias mansueta cordis equanimitate tolerauerit.

Interrogatio quemadmodum uera patientia poßit acquiri.
Cap. XII.

GErmanus. Quemadmodum acquiri uel retineri possit ista tranquillitas optamus agnoscere, ut sicut indicto nobis silentio, oris claustra præcludimus, uerborumq; licentiam coercemus, ita etiam cordis lenitatem custodire possimus, quòd nonnunquam etiam cum lingua refrenatur, intrinsecus tamen statum suæ placiditatis amittit. Et idcirco mansuetudinis bonum non alias tenere quempiam posse, nisi remotione cellæ ac solitario putamus habitaculo.

Responsio. Cap. XIII.

PYamon. Patientia uera atq; tranquillitas, absq; profunda cordis humilitate nec acquiritur nec tenetur. Quæ si de hoc fonte descenderit, nec beneficio cellæ nec profugio solitudinis indigebit. Non enim patrocinium cuiusquàm rei extrinsecus quærit, quæ humilitatis, id est, generatricis atq; custodis suæ inttinsecus uirtute fulcitur. Cæterum si mouemur ab aliquo lacessiti, certum est non esse in nobis humilitatis fundamenta firmiter stabilita, & ideo ad incursum uel exiguæ tempestatis, ædificiū nostrū ruinosa commotione concutitur. Non enim esset laudabilis nec admiranda patientia, si nullis inimicorum iaculis impetita tranquillitatis propositum retentaret, sed in eo est præclara atq; gloriosa, quòd irruentibus in se temptationum procellis immobilis perseuerat. Nam in quo uexari frangiq; aduersitatibus creditur, in eo potius roboratur, & in eo magis acuitur

gis acuitur in quo putatur obtundi. A paßionibus enim & sustentatione patientiam dici nullus ignorat, ideoq; constat patientem pronunciari neminē posse, nisi eum qui uniuersa quæ sibi fuerint irrogata, absq; indignatione tolerauerit. Et ideo non immerito ita à Salomone laudatur: Melior est patiens forte, & qui continet iram capiente urbem. Et iterum. Longanimis uir nimius in prudentia, pusillanimis aūt ualde insipiens est. Cum ergo quis uictus iniuria iracundiæ igne succenditur, non causa peccati eius acerbitas illatæ contumeliæ extitisse credenda est, sed potius manifestatio infirmitatis occultæ, secundum illam parabolam domini saluatoris quam de duabus domibus ponit: una quę fundata erat supra petram, & alia quæ super arenam, quibus æqualiter dicit, pluuiarum ac fluminum uel tempestatum turbines irruisse, sed illam quæ in petræ soliditate fundata est nihil penitus detrimenti ex illa tam uiolenta collisione sensisse, quæ uero in arenarum pendula mobilitate constructa est statim fuisse collapsam. Quā utiq; apparet non propterea corruisse, quia imbrium uel torrentium inundatione pulsata, sed quia super arenam imprudenter est structa. Non enim in hoc differt à peccatore uir sanctus, quia non similiter & ipse temptetur, sed quia hic etiam magis impugnatio non uincitur, ille autem etiam parua temptatione superatur. Neq; enim esset ut diximus iusti alicuius uiri laudabilis fortitudo, si uinceret intemptatus, cum utiq; uictoria locū habere non posSit absq; aduersitate certaminum. Beatus enim uir qui suffert temptationem, quia cum probatus fuerit accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Secundum apostolum quoq; Paulum, uirtus non in ocio atq; delitijs, sed in infirmitate perficitur. Ecce enim, inquit, dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum ęreum, super omnem terrā regibus iuda, principibus eius & sacerdotibus eius, & omni populo terræ, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum ut eruam te, dicit dominus.

De exemplo patientiæ cuiusdam religiosæ fœminæ. Cap. XIIII.

HVius ergo patientiæ uolo uobis duo saltem exempla proponere, unum religiosæ cuiusdam fœminæ, quæ patientiæ uirtutem tanta auiditate sectata est, ut non solum temptationum non uitaret incursus, sed occasiones molestiarum sibimet procuraret, quibus frequentius instigata non cederet. Hæc namq; cum Alexandriæ commaneret, essetq; non obscuris orta maioribus, atq; in domo quæ sibi fuerat à parentibus derelicta religiose domino deseruiret, ueniens ad beatæ memoriæ Athanasium episcopum, præcabatur ut aliquam sibi alendam uiduam daret, quæ ecclesiasticis sumptibus pascebatur. Et ut petitionem eius uerbis ipsius exprimamus, da, inquit, mihi aliquam de sororibus in qua repausem. Sacerdos igitur cum laudasset propositum fœminæ quòd eam ad opus misericordię uidisset esse promptißimam, iussit ex omnibus eligi uiduam, quę & honestate morum & grauitate ac disciplina omnibus præferretur, ne forte desideriū largitatis percipientis uitio uinceretur, & quæ mercedem quæreret in egena, damnum fidei prauis eius offensa moribus pateretur. Cui cum domum adductæ omnibus deseruiret obsequijs, uirtutem modestię eius ac lenitatis experta: uidensq; se ab ipsa momentis singulis gratiarū actione pro officio humanitatis honorari, post dies paucos ad memoratū reuertitur sacerdotē, rogauerā, inquiens, ut mihi dari præciperes quā ego reficerē, & cui morigeris famularer obsequijs. Cūq; ille necdū propositū fœminę ac desideriū intelligens, estimasset petitionē eius dissimulatione præpositi fuisse neglectā, causasq; moræ illius non absq; animi sui cōmotione perquirens, protinus agnouisset honestiorem ei cæteris uiduā deputatā, occulte præcepit ut ea illi quæ esset cunctis nequior traderetur, quæ scilicet uel iracundia uel rixis uel uiolentia seu uerbositate atq; etiam uanitate cunctas quibus hæc uitia damnarentur excederet. Quā cū multo facilius inuentā sibiq; traditā domi habere cœpisset, atq; ea dē ei diligentia qua priori illi uiduæ uel etiā studiosius ministraret, hoc solū ab ea pro tantis obsequijs recipiebat gratiæ, ut indignis iugiter afficeretur iniurijs, conuicijs quoq; ab ea exprobrationibusq; continuis uexaretur, obijcientis ei & maledicis obtrectationibus increpantis, eo quòd se non ad refrigerium sed potius ad cruciatum & contumeliam ab episcopo poposcisset, magisq; se de requie ad laborem quàm de labore transtulisset ad requiē. Cum ergo aßiduitas iurgio-

rum eo usq; prorumperet, ut ne ab iniectione quidem manuum procax mulier temperaret, illa autem humilioris obsequij ingeminaret officia, non furentem uincere renitendo, sed semetipsam humilius subijciendo discebat, ut multimodis indignationibus lacessita, iurgantis insaniam humanitatis mansuetudine deliniret. Quibus ad plenũ exercitijs confirmata, perfectamq; uirtutem desideratæ patientiæ consecuta, ad memoratũ sacerdotem, tam pro electionis illius iudicio quàm etiã pro beneficio excitationis suæ, gratias relatura perrexit, eo quòd secundum desiderium suum tandem ei magistram patientiæ dignissimam prouidisset, cuius iniurijs iugibus, ut quodam palestræ oleo quotidie roborata, ad summam animi patientiam perueniret, tandem, inquiens, dedisti mihi in qua repausarem, nã illa prior suis me potius honoret ac refrigerabat obsequijs. Hæc de sexu muliebri dixisse sufficiat, ut cõmemoratione hac non solum ædificemur, uerum etiam confundamur, qui nisi fuerimus ad ferarum morem retrusi in caueas cellularum, patientiam retinere non possumus.

De exemplo patientiæ Abbatis pafuntij. Cap. XV.

NVnc aliud abbatis pafuntij pandamus exemplum. Qui in illius insignis & ubiq; prædicabilis Schytioticæ eremi, in qua nunc presbiter est, secretis, tanto studio semper insedit. ut ei cęteri anachoretę bubali cognomen indiderint, eo quòd ingenito, (ut ita dixerim) desiderio, solitudinis semper habitatione gauderet. Itaq; cũ tantę in pueritia sua esset uirtutis & gratiæ, ut etiam præclari ac summi id temporis uiri, grauitatem eius & immobilem constantiam mirarentur, eumq; licet minor esset ætate, pro uirtutũ tamen merito senioribus exæquarent, suoq; ordini ducerent inserendum, liuor ille qui aduersum Ioseph patriarcham fraternos quondam animos instigauit, quendam de numero fratrum edacis zeli igne succendit. Qui neuo quodam ac macula pulchritudinẽ eius cupiens deformare, hoc genus malignitatis excogitat, ut oportunitatem temporis captaret, quo pafuntius ad ecclesiam die dominico processurus abesset à cella. In quam furtim irruens, codicem suum inter eius plectas, quas de palmarum folijs solebat intexere, latenter abscondit, ac de cõcinnata factione securus, ipse quoq; uelut pure ac simplicis conscientiæ ad ecclesiam uenit. Cumq; celebrata omnis fuisset ex more solennitas, querelam sancto Isidoro qui ante hunc Pafuntium eiusdem eremi presbiter fuit coram cunctis fratribus detulit, asserens sibi codicem de cella furto fuisse sublatum. Quæ eius quærimonia cum ita cunctorum fratrum pręcipueq; presbyteri animos permouisset, ut quid primũ suspicarentur quidúe decernerent non haberent, summa cunctis ammiratione perculsis, de tam inauditi illic facinoris nouitate, ille qui rem detulerat accusator urgebat, ut retentis in ecclesia omnibus, missi electi quiq; cunctorum singillatim fratrum cellulas scrutarentur. Quòd cum tribus senioribus à presbitero fuisset iniunctum, uniuersorum cubilia reuoluentes, ad extremum in Pafuntij cellula absconditum codicem inter plectas palmarum quas illi Syras uocant, sicut eum insidiator occuluerat reppererunt. Quem cum inquisitores confestim ad ecclesiam delatum coram omnibus protulissent. Pafuntius licet de conscientiæ suæ esset sinceritate securus, tamẽ uelut qui furti crimen agnosceret, satisfactioni se totũ tradens, locum pœnitentiæ suppliciter postulauit, hoc uerecundiæ suę modestiæq; prospiciens, ne si maculam furti uerbis conaretur abluere, insuper etiã mendacij notaretur, nemine scilicet aliud quàm id quòd inuentum fuerat suspicante. Cumq; de ecclesia non tam mente deiectus quàm iudicio Dei fidem protinus abscessisset, profusis in oratione iugiter lachrymis, tryplicatisq; ieiunijs, summa se etiam in conspectu hominum mentis humilitate prostrauit. Sed cum duabus ferme hebdomadibus ita se omni contritione carnis ac spiritus subiecisset, ut die sabbati uel dominico, non ad percipiendam communionem sacram, sed ad prosternendum se in limine ecclesiæ atq; ad ueniam suppliciter postulandam, matutinus accurreret, nequaquàm passus est eum occultorum omnium testis & cognitor, uel à se amplius conteri, uel alijs infamari Nam quòd ille inuentor sceleris, rei suæ fur improbus, laudis alienæ callidus infamator, nullo hominum teste occulte commiserat, per diabolum qui criminis

minis ipsius incentor fuerat publicauit. Arreptus namque dirissimo dæmone cunctas factionis occultæ patefecit insidias, criminationumq́ ac fraudũ idem fuit proditor qui commentor. Ita autem spiritu illo immundo grauiter diuq́ uexatus est, ut ne orationibus quidem sanctorum illic consistentium, qui diuinorum charismatum merito, demoniis imperabant, potuerit emundari, sed ne ipsius quidem Isidori presbyteri gratia singularis crudelissimum ab eo excluserit uexatorem. Cui tanta erat uirtus domini largitate collata, ut ne usq́ ad limina quidem eius quisquàm arreptitius qui tardius sanaretur aliquando perductus sit, Christo hanc adolescenti Pafuntio gloriã reseruante, ut illius tantum orationibus cui insidiatus fuerat purgaretur, & cuius laudi aliquid inuidus inimicus decerpere se posse crediderat, eius nomen proclamans & delicti sui ueniam & finem supplicij præsentis acciperet. Hæc ergo ille in adolescentia sua futuræ indolis iam tunc indicia præfigurans, lineas quasdam perfectionis illius quæ erat maturitate ætatis augenda, adhuc in annis puerilibus designauit. Si igitur ad culmen uirtutum eius uolumus peruenire, talia nobis exordiorum fundamenta iacienda sunt.

De perfectione patientiæ. Cap. XVI.

DVplex sane ad narrationem facti huius causa me compulit Primum, ut hanc immobilitatem uiri constantiamq́ pensantes, quanto minoribus quàm ille est appetitus inimici impugnamur insidijs, tanto maiorem tranquillitatis atq́ patientię summus affectum, deinde, ut firma definitione teneamus à temptationum procellis impugnationibusq́ diaboli tutos nos esse non posse, si omne præsidium patientię nostrę omnemq́ fiduciã, non in interioris hominis nostri uiribus, sed in cellulæ claustris, aut in solitudinis recessu, sanctorumúe consortio, uel cuiusquã rei quæ extra nos sit præsidio, collocemus. Nisi enim mentem nostram uirtute protectionis suæ ille firmauerit, qui in Euangelio ait: regnum Dei intra uos est, frustra aërij hostis insidias, aut auxilio cohabitantium hominum uincere, aut localibus spacijs declinare, aut munitione tectorum excludere posse nos credimus. Nam cum hæc omnia sancto Pafuntio non deessent, non tamen impugnationis aditum aduersus eum temptator inuenire non potuit, neq́ illum nequissimum spiritum, septa parietum aut eremi solitudo, aut tot in illa congregatione sanctorum merita repulerunt. Sed quia sanctus Dei famulus non in his quæ extrinsecus sunt, sed in ipso occultorum omnium iudice spem sui cordis affixerat, tantæ impugnationis machinis nequaquàm potuit commoueri. Econtra ille quem ad tantum facinus præcipitauit inuidia, nonne & solitudinis beneficio, & munitione remotioris habitaculi, & beati Isidori abbatis atq́ presbiteri aliorumq́ sanctorum consortio fruebatur? & tamen qua eum supra arenam repperit turbo diabolicus, non solum impegit eius uerum etiam subuertit habitaculum? Non ergo quietem nostrã extrinsecus inquiramus, nec opitulari uitijs impatientiæ nostræ alienam putemus posse patientiam. Sicut enim regnum Dei intra nos est, ita inimici hominis domestici eius. Nemo enim mihi magis quàm sensus meus, qui est mihi uerè intimus domesticus, aduersatur. Et idcirco si fuerimus solliciti, ab intestinis hostibus liberari, lædi minime poterimus. Vbi enim nobis nostri domestici non aduersantur, ibi & regnum Dei tranquillitate mentis acquiritur. Nam si rationem diligenter discutias, lædi ab homine quamuis malignante non potero, si ipse impacifico aduersum me corde non dimicem Si autem lædor, non est uitium impugnationis alienæ sed impatientiæ meæ. Sicut enim grauis ac solidus cibus sano utilis, ita perniciosus est ægrotanti. Non autem lædere sumentem potest, nisi ei ad nocendum uires adiecerit percipientis infirmitas. Si unquàm ergo similis inter fratres fuerit oborta temptatio, nequaquàm à cursu tranquillitatis excussi, blasphemis secularium obtrectationibus aditum reseremus. Nec peruersos atque execrabiles quousque sanctorum uirorum numero insertos latitare miremur, quia dum in huius seculi area conculcamur atque conterimur, necesse est etiam paleas igni perpetuo deputandas, inter electissima frumenta misceri. Denique si uel Sathan inter Archangelos, uel Iudam inter Apostolos, uel Nicolaum prauissimæ hæreseos inuentorem inter Dyaconos reminiscamur electos, hoc quòd nequissimi homines sanctorum ordini

depræhenduntur inserti, mirum esse non poterit. Nam licet hunc Nicolaũ quidam asserant non illum fuisse qui ad opus ministerij ab Apostolis est electus, nihilominus tamen eum de illo discipulorũ fuisse numero negare non possunt, quos omnes tales tamque perfectos in tempore illo fuisse manifestum est, quales nunc perpaucos uix in cœnobijs inuenimus Non ergo ruinam illius supradicti fratris, qui in eremo tam lugubri lapsus est casu, neq; illam horribilem maculam, quam tamen ille ingentibus pœnitentiæ lachrymis post diluit, sed beati Pafuntij nobis proponamus exempla. Nec subuersione illius destruamur, cuius antiquum inuidiæ uicium etiam auxit in peius affectata religio, sed huius humilitatem tota uirtute sectemur, quam non illi quies eremi subito genuit, sed inter homines acquisitam consummauit atq; excoluit solitudo.

De inuidie malo. Cap. XVII.

Sciendum sane est, inuidiæ morbum difficilius ad medelam quàm cætera uitia peruenire. Nam eum quẽ semel ueneni sui peste corruperit, penè dixerim carere remedio. Ipsaq; namq; est lues, de qua figuraliter dicit̃ p̃ prophetam: Ecce ego mittam uobis serpentes regulos quibus non est incantatio, & mordebunt uos. Recte igitur à propheta mortiferis basilisci uenenis morsus inuidiæ comparatur, qua primus ille uenenorum omnium author & princeps & perijt & peremit. Nam ante suus quàm eius cui inuiderat interemptor, priusquàm in hominem mortis uirus effunderet ipse se perdidit. Inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Sicut enim ille qui primus eiusdem mali peste corruptus est, nec medelam pœnitentiæ, nec fomentum alicuius curationis admisit, ita & hi qui ijsdem se percutiendos morsibus tradiderunt, omnem opem sancti incantatoris excludunt, quia cum utiq; non culpa eorum quibus liuent, sed prosperitate crucientur, erubescentes ipsam prodere ueritatem, extrinsecus sibi quasdã superfluas & ineptas causas offensionis inquirunt. Quarum quia omnimodis falsæ sunt, uana curatio est, cum illud mortiferũ uirus quòd nolunt prodere lateat in medullis. De quibus alibi ille sapientissimus competenter expressit: Si momorderit serpens non in sibilo, non est abundantia incantatori. Isti enim sunt taciti morsus, quibus solis sapientium medicina non subuenit. Nam usq; adeo incurabili est ista pernicies, ut blandimentis exasperetur, infletur obsequijs, muneribus irritetur, quia ut idem Salomon ait, nihil sustinet zelus. Quanto enim amplius alius, aut humilitatis subiectione, aut patientiæ uirtute, aut munificentiæ laude profecerit, tanto ille maioribus inuidiæ stimulis incitatur; qui non nisi ruinam aut mortem eius cui inuidet concupiscit. Deniq; illorum undecim patriarcharum zelus in tantum nulla innoxij fratris subiectione potuit deliniri, ut de his scriptura commemoret. Inuidebant autem ei fratres sui, eo quòd diligeret eum pater suus, & non poterant ei loqui quicquàm pacificum, donec zelus eorum qui nulla germani obsequentis atq; subiecti sustinuit blandimenta, mortem eius cupiens, uix posset uenditionis fraternæ crimine satiari. Cunctis ergo uitijs pernitiosiorem atq; ad purgandum difficiliorem esse constat inuidiam, quæ ipsis remedijs quibus reliqua extinguuntur accenditur. Nam uerbi gratia, qui damnũ sibi illatum dolet, largitatis compensatione curatur, qui de illata indignatur iniuria, humili satisfactione placatur. Quid illi facias qui hoc ipso magis quòd te humiliorem ac benigniorem sentit offenditur, quem non ad iracundiam cupiditas quæ præmio deliniatur, non iniuriæ læsio aut amor ultionis accendit, quæ officiorum uincitur blandimentis, sed successus tantum alienæ prosperitatis irritat? Quis autem est qui se ut satisfaciat inuidenti, à bonis corruere, aut à prosperis alienari, aut calamitate aliqua optet inuolui? Quapropter ne totũ quicquid in nobis uiuidũ est & quasi uitali uegetatione sancti spiritus animat̃, uno tantũ huius mali morsu basiliscus interimat, diuinũ cui nihil impossibile est iugiter imploremus auxiliũ. Cætera ẽm uenena serpẽtũ, id est, carnalia peccata uel uitia, quib. ut cito inuoluit̃ ita facile expurgat̃ humana fragilitas, habẽt aliqua uulnerũ suorũ in carne uestigia, quib. quãuis terrænũ corpus perniciosissime cõtumescat, tamen si tyriacæ remedium, aut illam salutariũ uerborum medelã aliquis peritissimus carminum

minum diuinorum incantator admouerit, ad perpetuam animæ mortem pernicies uirulenta non peruenit. Inuidiæ autem quasi à regulo serpente effusum uirus, uitā ipsam religionis ac fidei priusquàm uulnus in corpore sentiatur excludit Non enim aduersus hominem sed plane aduersus Deum blasphemus extollitur, qui nihil in fratre aliud nisi bonum meritum carpens, non hominis culpam, sed Dei tantum iudicia reprænendit. Hæc ergo illa sursum germinans amaritudinis radix, quæ se erigens ad superna, in contumeliam ipsius qui bona homini confert tendit authoris. Nec quenquā moueat quòd Deus missurum se serpentes regulos, qui eos quorū criminibus offenditur mordeant, comminatur. Nam licet certum sit Deum authorem inuidiæ esse non posse, æquum tamen & diuino dignum iudicio est, ut dum bona data humilibus conferuntur, & superbis ac reprobis denegantur, eos qui secundum Apostolum tradi in reprobum sensum merent, quasi ab ipso missa pcutiat & consumat inuidia, secundū illud. Ipsi me ad æmulationem irritauerunt in non Deum, & ego ad æmulationem inducam eos in non gentem Hac beatus Pyamon disputatione desideriū nostrum quo de primis cœnobijs scholis ad secundū anachoreseos gradum tendere cœperamus ardentius inflāmauit. Nam primordia solitariæ commorationis cuius scientia postea sumus Scythiæ plenius assecuti, ipso primum imbuente percepimus.

Collationis abbatis Pyamonis de tribus antiquis generibus monachorum & quarto nuper exorto finis.

COLLATIO ABBATIS IOANNIS DE FINE COENOBITAE ET EREMITAE.

De cœnobio abbatis Pauli & patientia cuiusdam fratris. Cap. I.

POst dies admodum paucos maioris doctrinę desiderio pertrahente, rursus ad abbatis Pauli cœnobium summa spiritus alacritate perreximus, ubi licet plusquàm ducentorum fratrum numerus moraretur, in honore tamen solennitatis quę id temporis agebatur, infinita quoq; de alijs cœnobijs monachorū turba confluxerat. Nam prioris abbatis qui eidem cœnobio præfuerat, anniuersaria depositio solenniter curabatur. Cuius conuentus idcirco facimus mentionem, ut patientiam cuiusdam fratris, quæ sub præsentia totius congregationis huius immobili eius claruit lenitate, breuiter perstringamus. Nam licet alio huius operis tendat intentio, ut scilicet abbatis Ioannis, qui derelicta eremo illi se cœnobio summa humilitatis uirtute subdiderat, proferamus eloquia, nequaquā tamen putamus absurdum, si absq; ulla circuitione uerborum, magna ut credimus studiosis quibusq; uirtutum ædificatio conferatur. In ingenti itaq; atrio subdiuali illa monachorum multitudine per duodenarium numerum distinctis orbibus considente, cum quidam fratrum susceptum ferculum paulo tardius intulisset, sub occasione istius tarditatis prædictus abbas Paulus, qui inter turbas ministrantium fratrum sollicite discurrebat, exerta manu palma eum sub omniū percussit intuitu, ita ut sonitus etiam auersorum uel longius considentium auribus resultaret. Hoc autem idcirco ab eo factū est, ut cunctis qui aderant iuuenis patientiam patefaceret, & omnes qui interfuissent tali spectaculo modestię erudirentur exemplo. Quam maturo autem id senior fecerit consilio, res probauit. Nam memorabilis patientiæ iuuenis tanta id animi lenitate suscepit, ut non modo nullus fuerit ex eius ore sermo prolapsus, uel tenuissimum murmur tacita labiorum agitatione signatum, sed ne ipsa quidem oris modestia atq; tranquillitas, aut color saltem quantulumcunq; mutatus. Quòd factum non solum nobis, qui nuper de Syrie monasterio uenientes patientiæ huius non tam euidentibus perceperamus exemplis, sed etiam cunctis qui experti talium non erant studiorum, ita mirum fuit ut etiam summis uiris præcipua per hoc factum conferretur instructio, quòd scilicet etiam si patientiam eius correptio paterna non mouerat, ne spectaculum quidem tantæ multitudinis ullo uultum eius ruboris tinxisset indicio.

De hu-

De humilitate abbatis Ioannis & interrogatione nostra.
Cap. II.

IN hoc itaq; cœnobio reperimus antiquissimum senem nomine Ioannem, cuius uerba pariter & humilitatem qua sanctis omnibus præminebat, nequaquã silentio prætereunda censuimus, scientes eum hac maxime perfectione uiguisse, quæ cum sit uirtutum omnium mater ac totius spiritalis structuræ fundamentum solidissimum, à nostris penitus exulat institutis. Vnde non mirum est nec ad illorum sublimitatẽ nos posse concendere, qui non dicam usq; ad senectam sub cœnobij permanere non possumus disciplinam, sed uix biennio subiectionis iugum ferre contenti, ad præsumptionem noxiæ libertatis protinus euolamus, cum tamen ipso illo paruo tempore non secundũ illam districtionis regulam, sed pro nostri arbitrij libertate utcunq; senioris subijciamur imperio, ut non patientiæ fructum ediscere, sed tempus adipiscendæ licentię expectare uideamur. Hin igitur senem cum in abbatis Pauli cœnobio uidissemus, ætatem primum & gratiam uiri qua erat præditus ammirati, demisso in terram uultu præcari cœpimus, ut nobis pandere dignaretur, quam ob causam relicta eremi libertate, & illa professione sublimi, qua eum præ cæteris eiusdem uitæ uiris fama celebrauerat, subire iugum cœnobij maluisset. Ille uelut imparem se anachoreticæ disciplinæ, & sublimitate tantæ perfectionis indignum, ad iuniorum scholas reuertisse dicebat, si tamen uel ipsorum instituta secundum professionis meritum posset implere. Cuius responsionis humilitatem cum refragatio nostræ deprecationis excluderet, ad extremũ ita exorsus est.

Responsio abbatis Ioannis cur eremum reliquisset. Cap. III.

ANachoreticam disciplinam quã me deseruisse miramini, non solum non respuo nec refuto, sed tota potius ueneratione complector atq; suscipio. In qua post triginta annos, quos in cœnobij congregatione transegeram, ita alios uiginti explesse me gaudeo, ut inter illos qui eam uel mediocriter appetebant non usq; quaq; segnitie denotarer. Sed quia degustata eius puritas sollicitudine interdum carnalium rerum interpolata sordebat, recurrere ad cœnobium commodius uisum est, ut & promptior arrepti planioris propositi consummatio sequeretur, & minus de præsumpta sublimioris professionis difficultate periculum. Melius enim est deuotum in minoribus, quàm indeuotũ in maioribus promissionibus inueniri. Et idcirco si quid elatius immo liberius fortasse protulero, quæso ut non iactantiæ uitio sed ædificationis uestræ depromptum studio censeatis, quia uobis tam studiose quærentibus nihil de ueritate existimo subtrahendum. Arbitror enim instructionis uobis aliquid posse conferri, si paulisper humilitate seposita simpliciter omnem propositi mei patefecero ueritatem. Confido enim quia nec apud uos de libertate dictorum cœnodoxię notam, neq; apud conscientiam meam de suppressione ueritatis quiddam mendacij crimen incurram.

De uirtute prædicti senis quam in anachoreticam exercuit disciplina. Cap. IIII.

SI quis igitur secretis eremi delectatus, obliuioni tradere potuit humana consortia, ac secundum Hieremiam dicere: & diem hominis non desideraui, tu scis, Ego quoque in domino suam gratiam largiente uel assecutũ uel certe assequi anni sum fuisse me fateor. Itaq; pio domini nostri munere memini me in huiusmodi raptum frequenter excessum, ut obliuiscerer me sarcina corporeę fragilitatis, indutum, mentemq; meã ita omnes exteriores sensus subito respuisse, & à cunctis materialibus rebus omnimodis exulasse, ut neq; oculi neq; aures meæ proprio fungerent officio, & ita diuinis meditationibus ac spiritalibus theorijs animus replebatur, ut sæpe ad uesperã cibum me percepisse nescirẽ, ac sequenti die de hesterna absolutione ieiunij penitus dubitarẽ. Ob quam etiã causam septẽ dierũ cibis, hoc est, septẽ paximaciorũ paria sequestratim in ꝑcherio, id est ad manuensem sportã die sabbati reponunt, ut refectio prætermissa nõ lateat. Qua consuetudine illius quoq; obliuionis error excludit, ut expletũ hebdomade cursũ, ac solẽnitatẽ diei ipsius reuolutã, finitus panũ indicet numerus, festiuitasq; diei sacrę & cõgregationis

tionis solennitas solitarium latere non possit. Quia si etiã hunc ordinem ille quem prædiximus mentis excessus forte turbauerit, nihilominus quotidiani operis modus, dierũ numerum signans, arcet errorem. Et ut cæteras eremi uirtutes silentio prætermittam, non enim est nobis de earum numerositate ac multitudine, sed de solitudinis ac cœnobij fine tractandũ, causas potius ob quas illam deserere maluerim, quas etiam uos agnoscere uoluistis, breuiter explicabo, omnesq; illos quos enumeraui solitudinis fructus, quibus ediuerso sublimioribus meritis duxerim postponendos, breui oratione perstringam.

De commodis eremi. Cap. V.

QVamdiu igitur raritas eorum qui in eremo tunc temporis morabantur, libertatẽ nobis largiendo diffusiore solitudinis uastitate blandita est, quàm diu maioribus remoti secretis frequentissime ad cælestes illos rapiebamur excessus, nec tanta uisitantium fratrum irruens multitudo, paranda humanitatis necessitate, sensus nostros ingentium curarum distentionibus aggrauabat, solitudinis plane tranquilla secreta, & illam conuersationem angelicæ beatitudini comparandam, insatiabili desiderio ac toto animi ardore sectatus sum. Sed cum maior ut dixi numerus fratrum, habitationem illius solitudinis cœpisset expetere, & coangustata uastiori eremi libertate, non modo ignem illum diuinæ contemplationis frigescere fecisset, sed etiam multimodis mentem carnalium rerum uinculis impediret, elegi huius disciplinæ utcunq; implere propositum, quã in illa tam sublimi professione carnalium necessitatum prouisione torpere, ut si mihi illa libertas ac spiritales denegantur excessus, abiecta tamen crastinæ diei penitus sollicitudine, Euangelici me præcepti consummatio consoletur, & id quòd mihi de illa theorica sublimitate subtrahitur, hac obedientiæ subiectione recompensetur. Miserum nanque est cuiuslibet artis ac studij disciplinam quempiam profiteri, & ad perfectionẽ eius minime peruenire.

De utilitate cœnobij. Cap. VI.

QVamobrem quantis nunc in hac conuersatione perfruar commodis breuiter explicabo, uos utrum illa solitudinis lucra his beneficijs ualeant compensari, digesta narratione perpendite, per quam etiam hoc probare possibile est, utrum fastidio an desiderio illius solitariæ puritatis his maluerim cœnobij angustijs coartari. In hac igitur conuersatione diurni operis nulla prouisio est, uenditionis uel coẽptionis nulla distentio, non anni panis ineuitabilis cura, non sollicitudo corporalium rerum, qua non tantum proprijs, uerumetiam multorum aduenientium usibus necessaria præparantur, postremo nulla arrogantia laudis humanæ, quæ immundior his omnibus in conspectu Dei, etiam magnos eremi labores frequenter euacuat. Verum ut in illa anachoretica disciplina illos elationum spiritalium fluctus & exitiabilis cœnodoxiæ pericula prætercam, ad hoc generale cunctorum pondus, id est, communem parandi uictus sollicitudinem reuertamur, quæ eo usq; mensuram non dico illius antiquæ districtionis excessit, quæ usum olei penitus nesciebat, sed ne hac quidem nostri temporis remissione cœpit esse contenta, in quæ uno olei sextario itidemq; lenticulæ modio aduenientium usibus præparato, totius annuæ refectionis explebantur officia, ita ut duplicato nunc ac triplicato modio necessitas uictualis uix queat expediri. Et in tantum apud nonnullos uis noxiæ huius remissionis increuit, ut aceto amurcaq; permixtis non illam unam olei admisceant guttam, quam prædecessores nostri, qui eremi instituta maiore abstinentiæ uirtute sectati sunt, repellendæ tantum cœnodoxiæ gratia instillare consueuerant, sed infringentes Aegyptiacum pro salibus caseum, plus olei quam necesse est superfundant, & ita duos cibos propria suauitate distinctos, qui singillatim diuersoque tempore monachum reficere iocundissime poterant, sub unius saporis oblectatione percipiant. In tantum sane, materialium rerum possessio supercreuit, ut sagum quoque quòd absque uerecundia referre non possum, sub obtentu humanitatis ac susceptionis huius anachoritæ in suis habere cellulis cœperint, ut illa prætermittam, quibus attonita anima, ac spiritalibus theorijs semper intenta specialius

ingrauatur,

ingrauatur, concursus scilicet fratrum, susceptionis quoque ac deductionis officia, mutuas uisitationes, diuersarumq; confabulationum atque occupationum interminabilem curam, quarum etiam ille, tempore quo hæc uidentur impedimenta cessare, tamen animum consuetudinariæ inquietudinis assiduitate suspensum, expectatio ipsa distendit. Atq; ita fit ut Anachoreseos illa libertas huiuscemodi nexibus impedita, ad illã cordis ineffabilem alacritatem prepedito non perueniat ascensu, ac fructum eremiticę professionis amittat. Qui si mihi in congregatione nunc atq; in turbis sito fuerit denegatus saltim quies animæ cordisq; tranquillitas, omnibus occupationibus absoluta non deerit. Quæ nisi illis quoq; qui in solitudine commorantur præsto fuerit, labores quidem Anachoreseos sustinebunt, fructu uero ipsius fraudabuntur, qui non nisi quieta mentis stabilitate conquitur. Postremo etiam si mihi in cœnobio constituto ab illa puritate cordis aliquid fuerit imminutum, ero solius Euangelici præcepti compensatione contentus, quod certum est omnibus illis eremi fructibus non posse postponi, ut scilicet de crastino nihil cogitem, & usq; ad finem subiectus abbati, illum aliquatenus uidear æmulari de quo dicitur, humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, merearq; illius uerbum humiliter dicere, quia non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris.

Interrogatio de cœnobij uel solitudinis fructu. *Cap.* VII.

GErmanus. Quia te utriusq; professionis non quemadmodum multos principia tantummodo contigisse, sed ipsa fastigia conscendisse manifestum est, quisnam cœnobitæ, quis eremitę sit finis optamus agnoscere. Nulli namq; dubium est neminem de his uel fidelius posse uel plenius disputare, quàm illum qui utramq; perfectionẽ longo usu & magistra experientia consecutus, meritum earum ac finem ueridica potest insinuare doctrina.

Responsio super interrogatione proposita. *Cap.* VIII.

IOannes. Vnum eundemq; hominem in utraq; professione perfectum esse non posse absolute pronunciare potuissem, nisi me paucorum admodum retardaret exemplum. Magnum siquidem est in qualibet earũ consummatũ quempiam reperiri, quanto magis ad plenum utramq; perficere, arduum ac pene ut ita dixerim homini impossibile esse perspicuum est. Quòd tamen si quando prouenerit, non statim ad generalem formulam referri potest. Non enim aperte minima, id est, de consideratione paucorum, sed de his quæ multorum immo omnium subiacent facultati uniuersalis est regula proponenda. Si qua uero rarissime atq; à paucissimis obtinentur, ac possibilitatẽ communis uirtutis excedunt, uelut supra conditionẽ humanę fragilitatis naturamq; concessa, à præceptis sunt generalibus sequestranda, nec tam pro exemplo quàm pro miraculo referenda. Quamobrem id quòd inquiritis secundum mediocritatem sensus mei breuiter intimabo. Finis quidem cœnobitæ est, omnes suas mortificare & crucifigere uoluntates, ac secundum Euangelicæ perfectionis salutare mandatum nihil de crastino cogitare. Quam perfectionem prorsus à nemine nisi à cœnobita impleri posse certissimum est. Quem uirum Isaias propheta describens, ita beatificat atq; collaudat: Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo, & glorificaueris eum dum non facis uias tuas, & non inuenitur uoluntas tua, ut loquaris sermonem, tunc delectaberis super dominum, & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim domini locutum est. Eremitæ uero perfectio est, exutam mentem à cunctis habere terrenis, eamq; quantũ humana imbecillitas sinit unire cum Christo. Quem uirum Hieremias propheta describens, Beatus, inquit, uir qui tulit iugũ ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se. Psalmista quoque. Similis factus sum pellicano solitudinis. Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ad hunc igitur finem quem uniuscuiusq; professionis esse prædiximus, nisi eorum uterq; peruenerit, frustra & ille cœnobij & iste Anachoreseos expetit disciplinam. Neuter enim uirtutem suæ professionis impleuit.

De consummata ac uera perfectione. Caput IX.

SEd hęc non integra & in omnibus consummata perfectio, sed pars perfectionis est. Rara est ergo & paucissimis dono Dei concessa perfectio. Is etenim uerè & non ex parte perfectus est, qui & in eremo squalorē solitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate sustentat. Et ideo in utraq; professione per omnia consummatum inueniri difficile est, quia nec Anachorita contemptum ac priuationem materialium rerum, nec cœnobita theoricam ad integrum potest assequi puritatē, licet utrunq; perfectè abbatem Mosen atq; Pafuntium duosq; Macharios nouerim possedisse. Qui ita erāt in utraq; professione perfecti, ut cum ultra omnes eremi accolas secedētes, insatiabiliter secreto solitudinis pascerentur, quantunq; in ipsis erat, nequaquā inquirerent humana consortia, tamen ita frequentiā ac fragilitates ad se concurrentium sustinebāt, ut cum ad eos uisitationis uel profectus gratia innumera fratrum multitudo cōflueret, tam iugem penè susceptionis inquietudinem immobili patientia tolerantes, nihil aliud uel didicisse uel exercuisse omni uitæ suæ tempore crederentur, quàm ut communibus tantum aduenientium officijs deseruirent, ita ut apud cunctos esset ambiguum, in qua potissimum professione eorundē maior esset industria, id est, utrum in illa eremitica puritate, an in ista conuersatione communi, magnanimitas eorum mirabilius aptaretur.

De his qui imperfecti eremum petunt. Cap X.

SOlent autem nonnulli ita diuturno silentio solitudinis efferari, ut prorsus hominū consortia perhorrescant, & cum uel paululū à secreti sui consuetudine, interueniente fratrum uisitatione, discesserint, notabili mentis angore & euidentibus pusillanimitatis indicijs æstuare. Quod uel maximè his euenire consueuit, qui non perfectè in cœnobijs instituti, nec excoctis prioribus uitijs ad solitariam se uitā immaturo desiderio transtulerunt. Qui in utranq; partem imperfecti semper ac fragiles, quocunq; aura commotionis impulerit, inclinantur. Nam quemadmodum consortio uel interpellatione fratrū impatienter exæstuant, ita in solitudine consistentes eius ipsius quod expetunt silentij non ferunt uastitatem, quippè qui ne ipsam quidem rationem norunt, cuius causa desiderari uel expeti debeat solitudo, sed hanc esse uirtutis ac professionis huius existimant summam, ut fratrum consortia declinantes, humanos tantummodo refugiant ac detestentur aspectus.

Interrogatio de remedio eorum qui cito de cœnobijs discedunt. Cap. XI.

GErmanus. Quo ergo uel nobis uel cæteris qui eiusdē fragilitatis ac mensuræ sunt remedio poterit subueniri, qui in cœnobialibus disciplinis tenuiter instituti, ante expulsionem omnium uitiorum habitationem solitudinis cœpimus affectare, uel quo pcto imperturbatæ mentis constantiam, & immobilem patientię poterimus apprehendere firmitatem, qui ipsas quodammodo scholas & exercitationis huius palestram, in qua ad plenum erudiri ac perfici principia nostra debuerant, intēpestiuè intermissa cœnobij congregatione dereliquimus? Qualiter ergo nunc solitariè commorantes, perfectionem longanimitatis ac patientiæ consequemur, uel quemadmodum has sibi inesse uel deesse uirtutes exploratrix internorum motuum conscientia deprehēdet, ne fortè quia ab hominum consortio segregati, nullis eorundem irritationibus prouocamur falsa æstimatione decepti, tranquillitatem mētis nos immobilem possidere credamus?

Responsio, quomodo possit solitarius uitia sua agnoscere. Cap. XI.

IOannes. In ueritate quærentibus medicinam, remedia curationum ab illo uerissimo animarum medico deesse non possunt, his præsertim qui ualetudines suas, nō desperando aut negligendo contempserint, nec uulnerum suorū pericula celauerint, aut medela pœnitentiæ procaci mente respuerint, sed pro languoribus ignorantia uel errore uel necessitate contractis, humili tandem cautela ad cœlestem medicum mente confugerint. Ideoq; nosse debemus, quòd si ad solitudinem uel ad abdita loca nondum curatis uitijs secedamus, effectus eorum tantummodo reprimatur nō extinguatur affectus.

Latitat enim intra nos imò etiam ſerpit radix omnium quæ extirpata non fuit peccatorum, quam adhuc in nobis uiuere his deprehendimus indicijs. Verbi gratia. Cum in ſolitudine conſtituti, aduentum fratrum uel breuiſsimam eorum moram cum quadam æſtuantis animi anxietate ſuſcipimus, ineſſe adhuc in nobis uiuaciſsimum impacientię fomitem nouerimus Cum uerò cuiuſquam fratris ſperamus aduentum, ſi eo pro neceſsitate aliqua paululũ forſitan demorante uel tacita indignatione iam eius culpauerimus tarditatem, & mentem noſtram immodicę expectationis ſollicitudo turbauerit, irę atq; triſtititiæ manifeſtè in nobis uitia reſidere conſcientiæ noſtræ probauit examen. Item ſi fratre uel codicem ad legendum uel quamlibet aliam ad utendum ſpeciem poſtulante, aut nos illius petitio contriſtauerit, aut illum negatio noſtra repulerit, dubium non eſt nos adhuc auaritiæ ſeu philargyrię laqueis compediri. Quod ſi recordationem fœminę nobis uel cogitatio ſubita uel ſacræ ſeries lectionis attulerit, & in ea quadã nos ſenſerimus titillatione pulſatos, ſciamus necdum extinctum in membris noſtris fornicationis ardorem. Si uerò de comparatione diſtrictionis noſtrę & remiſsionis alienæ uel tenuiſsima mentem noſtram tentarit elatio, certum eſt dira nos ſuperbię peſte corruptos. Cũ hoc ergo in corde noſtro deprehenderimus uitiorum indicia, manifeſtè cognoſcamus nobis non affectum ſed effectum deeſſe peccati. Quæ utiq; paſsiones ſi nos quandoq; conuerſationi miſcuerimus humanę, protinus de cauernis noſtrorum ſenſuum procedentes, probant ſe non tunc primum cum eruperint naſci, ſed tunc demum quia diu latuerint publicari. Et ita uniuſcuiuſque uitij radices ineſſe defixas ſibi certis indicijs etiam ſolitarius deprehendit, quiſque puritatem ſuam non hominibus oſtentare, ſed illius conſpectui inuiolatam ſtuduerit exhibere, quem latere omnia cordis arcana non poſſunt.

Interrogatio quomodo ſanari poßit qui non expurgatis uitijs ſolitudinem ingreſſus ſit. Cap. XIII.

GErmanus. Argumenta quibus infirmitatum indicia colligantur, & rationẽ diſcernendarũ ægritudinũ, id eſt, quo pacto uitia quę celant̃ in nobis ualeãt deprehẽdi, lucidè ſatis aperteq; percepimus. Omnia ſiquidẽ quotidiana experiẽtia ac diuturnis noſtrarũ motib. cogitationũ ita ut dicta ſunt intuemur. Supeſt igit̃ ut quẽadmodũ ꝓbationes cauſæq; morborũ euidentiſsima nobis ratione patefactæ ſunt, ita etiam curationũ medela mõſtretur. Nulli nanq; dubiũ eſt, illũ poſſe rectiſsimè de remedijs malarũ ualetudinũ diſputare, qui earum prius cauſas atq; origines ægrotantiũ conſcientia atteſtante deprehenderit. Itaq; licet doctrina beatitudinis tuæ uulnerum noſtrorum arcana nudauerit, quo fit ut ſperare aliquid etiam de remedijs audeamus, quia tam euidens declaratio morbi ſpem remedij pollicetur, tamen quia primum, ut ais, in congregationibus initium ſalutis acquiritur, & ſani in ſolitudine eſſe non poſſunt, niſi quos prius cœnobiorum medicina ſanauerit, pernicioſa rurſum deſperatione concidimus, ne fortè qui imperfecti cœnobium reliquimus, nequaquam iam perfecti eſſe in eremo ualeamus.

Reſponſio ſuper eorum medicina. Cap. XIIII.

IOannes. De morborũ ſuorũ curatione ſollicitis remedium ſalutare deeſſe nõ poterit, & id circo eodẽ modo quo uniuſcuiuſq; uitij deprehenduntur indicia, etiã remedia ſunt quęrenda. Nã quẽadmodũ ſolitarijs humanæ conuerſationis uitia diximus nõ deeſſe, ita uirtutum ſtudia & inſtrumenta ſanitatũ, omnibus etiam ab humana conuerſatione diſcretis poſſe ſuppetere non negamus. Cum ſe igitur impatientiæ ſiue iræ perturbationibus incurſari, illis quæ ſupra oſtendimus indicijs unuſquiſq; deprehenderit, cõtrarijs ſemetipſum ſemper obiectionibus exerceat, & propoſitis ſibi multimodis iniuriarum diſpendiorumq; generibus uelut ab alio ſibimet irrogatis, aſſuefaciat mentem ſuam omnibus quæ inferre improbitas poteſt, perfecta humilitate ſuccumbere, atque aſpera ſibi quæq; & intolerabilia frequenter opponens, quanta eis occurrere debeat lenitate omni iugiter cordis contritione meditetur. Et ita reſpiciens ad illas ſanctorum omnium ſiue ipſius domini paſsiones, uniuerſa non ſolũ conuitiorũ, ſed etiam pœnarũ genera, inferiora meritis ſuis eſſe pronuncians, ad omnẽ ſe dolorũ tolerantiam præparabit. Cumq; aliquando ad cœtus fratum aliqua fuerit inuitatione reuocatus, quod non poteſt

potest uel raro etiam districtissimis eremi accolis non prouenire, si mentem suam etiam pro leuibus quibusq; rebus deprehenderit tacitè fuisse commotam, ut quidam occultorum motuum seuerissimus censor, mox sibi illa durissima iniuriarum genera quibus ad perfectam tolerantiam semetipsum quotidianis meditationibus exercebat exprobret, atq; ita se obiurgans & increpās alloquatur. Tu'ne ille es bone uir, qui dum te in illa solitudinis tuę exerceres palestra, omnia superaturum mala constantissimè pręsumebas, qui dudum cum tibi non solum summas conuitiorū acerbitates, uerū etiam intoleranda supplicia ipse proponeres, satis ualidū atq; ad omnes procellas imobilē te credebas? Quomodo inuicta illa patientia tua leuissimi uerbi prolusione cōfossa est? Quomodo domū tuā super illā solidissimā petrā tāta ut tibi uidebat mole cōstructā, leuis aura commouit? Vbi est illud quod innani fiducia bellū in pace desiderās proclamabas: Paratus sum & nō sum turbatus ut custodiā mandata tua? Et cū propheta sæpè dixisti: Proba me domine & tēta me, ure renes meos & cor meum, & proba me domine & scito cor meū, interroga me & cognosce semitas meas, & uide si uia iniquitatis in me est? Quomodo ingentē certaminis apparatum exigua hostis umbra conterruit? Tali ergo semetipsum cōpunctionis animaduersione condemnans, multā animi sui cōmotiunculam esse non sinat, sed artiore carnē suam ieiunij ac uigiliarū correptione castigans, ac iugibus continentiæ pœnis culpā suæ mobilitatis excrucians, id quod ad plenū excoquere in cœnobij conuersatione debuerat, in solitudine constitutus hoc exercitationis igne cōsumat. Illud sanè ad obtinendā iugē ac stabilē patientiā constanter atq; immobiliter est tenendū, non licere nobis quibus lege diuina non solū ultio iniuriarū sed etiam memoria prohibetur, cuiuslibet detrimenti uel irritationis obtentu ad iracundiā cōmoueri. Quod enim animę grauius potest euenire dispendiū, q; ut per cōmotionis subitā cæcitatē ueri atq; æterni luminis claritate priuata, ab illius qui mitis & humilis est corde contēplatione discedat? Quid ergo perniciosius, quid'ue deformius, quā ut quis honestatis iudiciū & regulam ac disciplinā rectæ discretionis amittat, & ea sanus ac sobrius perpetret, quæ nec temulentus quidem quis ac sensu indigens ueniabiliter admisisset? Hæc ergo & his similia detrimenta quisque perpenderit, non solum uniuersa damnorum genera, sed etiam iniuriarum atque pœnarum quæcunque possunt à crudelissimis irrogari, facili sustentatione despiciet, nihil dispendiosius iracundia, nec preciosius animi tranquillitate, ac perpetua cordis sui iudicans puritate. Ob quam non solum carnalium, sed etiam illarum quæ spiritales uidentur rerum spernenda sunt commoda, si alias acquiri uel perfici nisi cum huius tranquillitatis perturbatione non possunt.

Interrogatio an ita castitas sicut & cæteræ paßiones debeant explorari. Cap. XV.

GErmanus. Sicut cæterorum uulnerum, id est, iræ, tristitiæ, impatientię, per obiectionem contrariarum rerum medela monstrata est, ita etiam contra spiritum fornicationis quod curationis genus nos oporteat adhibere, uolumus edoceri, id est, utrū etiam concupiscentiæ ignis propsitis sicut illic maioribus irritationum augmentis possit extingui, quod satis castitati credimus esse contrarium, si non solum exaggerentur in nobis libidinis incentiua, sed uel prętereunte mentis oculo destringentur?

Responsio quibus documentis poßit agnosci. Cap. XVI.

IOannes. Quæstionem que etiam tacentibus uobis narrationem nostram fuerat secutura, sagax interrogatio uestra pręuenit, & idcirco efficaciter eam sensibus uestris concipiendam esse non ambigo, quandoquidem institutionem nostram acumen uestri pręcessit ingenij. Sine labore enim cuiuslibet quęstionis dilucidatur obscuritas, cum ab solutionem eius anticipans inquisitio quo ducenda est antecedit. Itaq; remedijs quidē illorum quę supradiximus uitiorum, non solum nihil officiunt, uerum etiam multū conferunt humana consortia. Nam frequentia impatientiæ suę crebrius patefacta, quanto magis assiduum superatis dolorem compunctionis intulerint, tanto uelociorem laborantibus conferunt sanitatem. Ob quod etiam in solitudine consistentes, cum irritationum fomes atq; materia ab hominibus non possit exurgere, tamen earudem incitamēta debemus etiam ex industria retractare, ut aduersus ea iugi cogitationum colluctatione pug

ne pugnantibus nobis medela promptior conferatur. Contra fornicationis uerò spiritum diuersa ratio & dispar est causa. Nam quemadmodum corpori usus libidinis carnisq; uicinitas, ita etiam menti memoria eius est penitus subtrahenda. Satis enim perniciosum est adhuc infirmis ægrisq; pectoribus uel tenuissimam recordationem huius passionis admittere, ita ut nonnunquam eis etiam sub recordatione sanctarũ fœminarũ, uelut sub sacræ lectionis historia noxiæ titillationis stimulus excitetur. Cuius causa seniores nostri huiuscemodi lectiones sub præsentia iuniorum solent consultissimè prçterire. Sanè perfectissimis quibusque & summo iam affectu castimoniæ consumatis, probationes quibus examinare se ualeant deesse nõ possunt, quibus perfectissima cordis integritas incorrupto conscientiæ iudicio comprobetur. Erit ergo consummatissimo uiro similis his quæ supradicta sunt etiam super hac passione probatio sui, scilicet ut qui se radices morbi huius penitus iam extirpasse cognouerit, explorandę si uolet gratia castitatis, interdum etiam aliquam exploratricem sui imaginationem possit admittere. Cæterum ab his qui adhuc minus firmi atque perfecti sunt, hanc examinationem nullatenus conuenit usurpari, ut coniunctionem fœmineam, & palpationem quodam modo teneram atque mollem corde pertractent, erit enim eis magis noxia quàm salubris. Quod enim experimentum huiuscemodi hominibus potest in hac ratione suppetere, ubi & in experimento ipsum est quod uitatur, & in ipsa exploratione discrimen. Cum ergo perfectissima quis uirtute fundatus, ad illecebram blandientium cogitationum, nullum mentis assensum, nullam carnis commotionem in se deprehenderit excitari, certissima puritatis suæ capiet documenta, ita ut ad hanc se firmitatem puritatis exercens, castitatis atque incorruptionis bonum, non solũ mente possideat, sed etiam si corporalem fœminæ attactum causa cuiuscunque ut solet necessitatis attulerit, penitus sensum passionis ignoret. Hoc abbas Ioannes cum horę nonę refectionẽ imminere sensisset, collationem fine conclusit.

Collationis abbatis Ioannis de fine Cœnobitæ & eremitæ finis.

COLLATIO HABITA CVM ABBATE PYNVFIO DE POENITENTIAE FINE ET satisfactione indicio.

De abbatis Pynufij humilitate & eiusdem latebra. *Cap. I.*

PRæclari ac singularis uiri abbatis Pynufij de fine pœnitentiæ præcepta dicturus, magnam materię partem mihi uideor amputare, si humilitatis eius laudem, quam in quarto institutionum libro, qui est super instituendis renunciantibus titulatus, breui sermone perstrinxeram, lectoris fastidio consulens, hic silentio prętermittam, cum pręsertim multi illius opusculi notitiam non habentes in hanc possint incurrere lectionem, & omnis dictorum uacillet authoritas, si dicentis meritũ subtrahatur. Hic siquidẽ cum haud longè à Panephisi Aegyptia, ut illic dictum est, ciuitate, abbas & presbiter ingẽti cœnobio prçsideret, tantumq; eum in omni illa prouincia uirtutum suarum atq; signorũ gloria sublimasset, ut sibi iam uideretur retributione laudis humanę laborum suorum recepisse mercedem, timens ne sibi specialiter inuisa popularis fauoris inanitas, fructum prçmij uacuaret æterni, occultę monasterium suum fugiens, ad intima Thabennensium monachorũ secreta contendit, ubi non eremi solitudinẽ, non singularis uitę ubertatẽ, quam etiam imperfecti quiq; laborẽ obedientiæ in cœnobijs non ferentes, superba nonnunquã prçsumptione sectãtur, sed celeberrimo p̄elegit monasterio subiugari. Vbi tamẽ ne ullo habitus sui ꝓderet indicio, indutus ueste seculari, multis, ut illic moris est, diebus lachrymans pro foribus excubauit, atq; ad omnium genua prouolutus, post eorum diuturna fastidia qui ad explorandum eius desiderium in ultima eum iam ætate uelut panis egestate compulsum, non syncere illius propositi sanctitatẽ expetisse dicebant, tandẽ ut susciperetũ obtinuit.

Vbi

Vbi adolescenti cuidam fratri qui hortum susceperat excolendum, in adminiculum deputatus, cùm non solum omnia quæ idem præpositus imperasset, uel quæ iniuncti operis cura poscebat, cum admiratione tam sanctę humilitatis impleret, uerum etiam quædam necessaria opera, quæ propter horrorem sui à cæteris uitabantur, ita furtiuo per noctem labore perficeret, ut diluculo omnis congregatio tam utilium operum admirans ignoraret authorem. Cumq; ita triennium fermè illic gaudens desideratis tam iniuriosę subiectionis laboribus exegisset, accidit ut quidam frater eidem cognitus ex illis unde ille discesserat Aegypti partibus adueniret. Qui cum indumentorum eius atque officij uilitate promptissimæ agnitionis facilitatem diu hæsitans cohiberet, post explorationem manifestissimam ad eius genua prouolutus, primum stuporem fratribus cunctis, dehinc prodito etiam nomine, quod apud illos quoq; præcipuæ sanctitatis fama uulgauerat, etiam dolorem compunctionis incussit, quòd scilicet tanti meriti ac sacerdotij uirum tam iniuriosis operibus deputassent. Sed postquam flens ubertim, & diabolicæ inuidię quasi grauem proditionis suæ imputans casum, ad monasterium suum honorifica fratrum custodia ambiente perductus est, exiguo illic tempore demoratus, rursus offensus est ipsis honoris sui ac primatus obsequijs, ac furtim ascendens nauem, ad Palestinā Syriæ prouinciam transmeauit, ubi uelut incipiens atq; nouitius in illo in quo nos degebam'us monasterij receptus habitaculo, in nostra cella ab abbate præceptus est cō manere. Sed ne illic quidē diu uirtutes eius ac merita latere potuerunt. Nam simili proditione detectus, atq; ad monasterium suum cum ingenti honorificentia ac laude reuocatus, tandem quod erat esse compulsus est.

De aduentu nostro ad abbatem Pynufium. Cap. II.

CVm igitur post non longum tempus nos quoq; Aegyptum petere sanctæ institutionis desiderium cōpulisset, summo eum affecto ac desiderio perquirentes, tanta eius sumus gratia atq; humanitate suscepti, ut nos tanq; pristinos syncellitas etiā cellulę suę quā in extrema horti parte cōstruxerat, honoraret hospitio. Vbi cū satis ardua atq; pręcelsa, cuidā fratri monasterij regulā subeunti, corā omnibus in synaxi fratrib. pcepta tradidisset, quę in quarto, ut prędiximus, institutionū libro, quanta potui breuitate cōplexus sum, tā incōprehensibilia nobis tamq; mirifica uerę abrenūciationis culmina uidebātur, ut nullo modo illuc humilitatē nostrā crederemus posse cōscendere. Igitur desperatione deiecti, & ipso etiam uultu intimam cogitationum amaritudinē non celantes, ad beatum senem, satis anxia mente recurrimus. Cui protinus causam tantæ mœstitudinis inquirenti, abbas Germanus grauiter ingemiscens, ita respondit.

Interrogatio de pœnitentiæ fine & satisfactionis indicio. Cap. III.

GErmanus. Quanto magnificentior atq; sublimior incognitę nobis sermo doctrinę, iter arduū pręcellissimę renūciationis aperuit, & quasi remota oculorū nostrorū caligine conditū cœlo culmen eius ostendit, tanto maiore desperationis mole deprimimur. Immensitatē siquidē eius cū exiguitate uirium nostrarū mentientes, & nimiam abiectionem ignauiæ nostrę, cum infinita uirtutis ostensę celsitudine conferentes, paruitatem nostram non solum ad illa non posse proficere, uerum etiam ab eo quod est deterius deficere posse sentimus. Nam ponderibus nimię desperationis oppressi, quodāmodo de infimis ad inferiora prolabimur. Vnum proinde ac singulare pręsidium medelam nostris potest conferre uulneribus, ut de fine pœnitentię & maximē de satisfactionis indicio aliqua discamus, ut certi de remissione pręcedentium delictorum, possimus etiam ad conscendenda fastigia prædictę perfectionis animari.

Responsio de humilitate interrogationis nostræ. Cap V.

PYnufius. Delector quidē admodū copiosis humilitatis uestrę fructib. quos etiā cellulę illius quondā habitatione susceptus non incuriosa æstimatione perspexi, ualdeq; congaudeo, quia id quod à nobis omniū Christianorū infimis sola forsitan uerborū libertatate pręcipitur, tāta admiratione suscipitis, ut cū ea (si non fallor) haud segnius q̄ à nobis dicta sunt impleatis, cumq; sicut memini labore operis uestri penè dictorū no

ſtrorum exequeт induſtria, ita meritũ ueſtræ uirtutis occulitis, tanq̃ ſi nulla ad uos eorũ quę q̃tidie exercetis aura peruenerit. Sed quia idipſum ſum̃a laude digniſsimũ eſt, quod uelut adhuc rudes incognita uobis eſſe iſta ſanctorum inſtituta teſtamini, id quod à nobis ſedulò poſtulatis, breuiter ut poſſumus cõplectemur. Neceſſe eſt enim ut ultra poſſibilitatem noſtram atq; uirtutem, antiquę familiaritatis ueſtræ pareamus imperio. Itaq; de pœnitentiæ exhortatione uel meritò multi non ſolum dictis uerũ etiam ſcriptis plurima uulgauerunt, monſtrantes quanta eius utilitas, quanta uirtus, quantaq; ſit gratia, ita ut Deo præteritis facinoribus offenſo, tamq; iuſtiſsimam pœnam pro tantis criminibus inferenti (ſi dici fas eſt) quodãmodo obſiſtat, & quaſi inuiti (ut ita dixerim) dexteram ſuſpendat ultoris. Verùm hæc omnia uobis, uel pro ſapientia ſupernaturali, uel pro indefeſſo ſacrarum ſtudio literarum ita cognita eſſe non ambigo, ut de his prima plantatio ueſtræ conuerſationis inoleuerit. Deniq; non de pœnitentiæ qualitate, ſed de eius fine ac ſatisfactionis indicio ſolliciti, id quod ab alijs prætermiſſum eſt ſagaciſsima interrogatione diſquiritis. Quapropter omni breuitate atq; compendio propoſitionis ueſtræ deſiderio ſatisfacere nitimur.

De modo pœnitentiæ & indulgentiæ documento. Cap. V.

POenitentiæ plena & perfecta definitio eſt, ut peccata pro quibus pœnitudinẽ gerimus, uel quibus noſtra conſcientia remordetur, nequaq; ulterius admittamus. Indicium uerò ſatisfactionis & indulgentiæ eſt, affectus quoq; eorũ de noſtris cordibus expuliſſe. Nouerit enim unuſquiſq; nec dũ ſe peccatis priſtinis abſolutũ, quandiu ſibi ſatisfactioni & gemitibus incubanti, uel illorũ quæ egit uel ſimiliũ criminũ ante oculos imago pręluſerit, eorumq; non dicã oblectio, ſed uel recordatio infeſtauerit mentis arcana. Itaq; tunc ſe is qui pro ſatisfactione peruigilat, à criminibus abſolutũ, ac de pręteritis admiſsis ueniã percepiſſe cognoſcat, cũ nequaq; cor ſuum eorundẽ uitiorũ illecebris ſenſerit uel imaginatione perſtringi. Quamobrẽ ueriſsimus quidã examinator pœnitentię & iudex indulgentiæ in conſcientia reſidet noſtra, qui abſolutionẽ reatus noſtri ante cognitionis & iudicij diẽ adhuc nobis in hac carne cõmorantib. detegit, & finẽ ſatisfactionis ac remiſsionis gratiã pandit. Et ut hæc eadẽ quæ dicta ſunt ſignificantius exprimantur, tum demum præterita nobis uitiorum contagia remiſſa credenda ſunt, cum fuerint de corde noſtro præſentium uoluptatum deſideria pariter paſsioneſq; depulſæ.

Interrogatio an reminiſcenda ſint pro cordis compunctione peccata? Cap. VI.

GErmanus. Et unde nobis gigni poterit humiliationis illa ſancta ſalutariſq; compunctio quæ ex perſona pœnitentis ita deſcribitur: Peccatum meum cognitũ tibi feci, & iniuſtitiã meam non operui, dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meã domino, ut illud quoq; quod ſequitur efficaciter dicere mereamur, & tu remiſiſti impietatẽ cordis mei? Vel quẽadmodũ in oratione proſtrati, noſmetipſos ad confeſsionis lachrymas ualebimus excitare per quas delictorũ ueniã cõſequi mereamur, ſecundũ illud: Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum, lachrymis meis ſtratũ meum rigabo, ſi peccatorum noſtrorum memoriam de noſtris cordibus extrudamus. Quam iubemur econtrario tenaciter cuſtodire dicente domino: Et iniquitatum tuarum non recordabor, tu uerò memento? Ob quam rem non ſolum operans, uerum etiam orans ad peccatorum meorum recordationem mentem meam de induſtria reuocare contendo, ut ad humilitatem ueram & contritionem cordis efficacius inclinatus, audeam dicere cum propheta: Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea.

Reſponſio, quouſq; anteriorum actuum recordatio ſit habenda. Caput VII.

PYnufius. Interrogatio ueſtra, ut iam ſupra dictum eſt, non de pœnitentiæ qualitate, ſed de eius fine propoſita eſt, & de ſatisfactaionis indicio, ad quã congruè (ut arbitror) conſequenterq; reſponſum eſt. Cęterum hoc quod de peccatorum recordatione dixiſtis, utile ſatis ac neceſſarium eſt, ſed adhuc agentibus pœnitentiam, ut cum iugi pectoris ſui contuſione proclament. Quoniam iniquitatem ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Illud etiam adijciant: Et cogitabo pro peccato meo. Dum

ergo

ergo agimus pœnitentiam, & adhuc uitiosorum actuũ recordatione mordemur, necessarium est, ut ignẽ conscientiæ nostræ obortus ex confessione culpæ lachrymarũ imber extinguat. Cũ uerò cuiq; in hac humilitate cordis & spiritus contritione defixo. atq; in labore & gemitu perdurãti, horũ recordatio fuerit consopita, & cõscientię spina de medullis animæ gratia Dei miserantis euulsa, certũ est eum ad satisfactionis finẽ atq; indulgentiæ merita peruenisse, & ab uniuersorũ criminũ labe purgatũ. Ad quam tamen obliuionem non aliàs peruenitur, nisi per obliterationem uitiorum atq; actuum pristinorũ, & perfectam cordis atq; integram puritatẽ, quam sine dubio nullus eorũ qui per ignauiam siue contemptum uitia sua purgare neglexerit assequetur, nisi qui gemitus atq; suspiria mœsta iugitate continuans omnem sordium pristinarum excoxerit labem, & uirtute animi atq; opere proclamauerit ad Deum: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non operui. Et fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte, ut cõsequenter mereatur audire: Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operis tui, ait dominus. Illud quoq; similiter ad eum uoce domini dirigatur, deleui ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Et iterum: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum iam non recordabor, & ita funiculis peccatorum suorum quibus unusquisq; constringitur absolutus, domino cum omni gratiarum actione cantabit: Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis.

De diuersis pœnitentiæ fructibus. Cap VIII.

POst illã nãq; generalẽ baptismi gratiam, & illud pręciosissimũ martyrij donũ quod sanguinis ablutione conquiritur, multi sunt pœnitentiæ fructus, per quos ad expiationem criminum peruenitur. Non enim tãtum simplici illo pœnitentiæ nomine salus æterna repromittitur, de qua beatus Apostolus Petrus: Pœnitemini, inquit, & conuertimini, ut deleantur peccata uestra. Et Ioannes baptista, uel ipse dominus: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Sed etiam per charitatis affectum peccatorum moles obruitur, charitas enim operit multitudinem peccatorum. Similiter etiam per eleemosinarum fructum uulneribus nostris medela præstatur, quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Ita & per lachrymarum profusionem conquiritur ablutio peccatorum. Lauabo enim per singulas noctes lectum meum lachrymis meis stratum meum rigabo. Denique ostendit eas subiungens non inaniter fuisse profusas. Discedite, inquiens, à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Nec non per criminum confessionem eorum abolitio conceditur. Dixi, enim, ait, pronunciabo aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impitatem cordis mei. Et iterum: Narra tu iniquitates tuas primus ut iustificeris. Per afflictionem quoq; cordis & corporis admissorum scœlerum remissio similiter obtinetur. Nam uide, inquit, humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Præcipueq; per emendationem morum: Nam auferte, inquit, malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite & arguite me, dicit dominus. Et si fuerint peccata uestra ut coccinum, uelut nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Interdum etiam intercessione sanctorum impetratur uenia delictorum, Qui enim scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabit ei uitã Deus peccanti non ad mortem. Et iterum: Infirmatur quis ex uobis, inducat presbyteros ecclesiæ & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum dominus, & si in peccatis sit dimittẽtur ei. Nonunquã misericordię ac fidei merito labes excoquit uitiorũ, secundũ illud: Per misericordiã & fidẽ purgantur peccata. Per conuersionẽ plerunq; & salutẽ eorũ qui nostris monitis ac pędicatione saluantur, Quoniã qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore uiæ suę saluat animã eius à morte, & operit multitudinẽ peccatorẽ, Per indulgentiã nihilominus & remissionem nostram, ad indulgentiam nostrorum facinorum peruenitur. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Videtis ergo quantos misericordiæ aditus patefecit clementia saluatoris, ut nemo salutem cupiens desperatione frangatur,

cum uideat se tantis ad uitam remediis inuitari. Si enim pro infirmitate carnis afflictione ieiuniorum abolere te peccata non posse causaris, nec potes dicere: Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum, quia cinerem tanquã panem manducabã, & potum meum cum fletu miscebam: eleemosinarũ ea redime largitate. Indigenti si nõ habes quod impartias, licet nullũ ab hoc opere necessitas inopię ac paupertatis excludat, quandoquidem & illius uiduæ duo tantum æra, ingentibus diuitum muneribus præferantur, & pro calice aquæ frigidæ mercedem se redditurum dominus repromittat, certè absq; illis morum poteris emendationem purgari. Quòd si perfectionem uirtutum extinctione uitiorum omnium non potes adipisci, sollicitudinem piam erga utilitatem alienæ sanitatis impende. Si autem te idoneum huic ministerio nõ esse conquereris, operire peccata poteris charitatis affectu. In hoc quoque si te fragilem fecerit quælibet mentis ignauia, oratione saltem atque intercessione sanctorum remedia uulneribus tuis humilitatis affectu submissus implora. Postremò quis est qui non possit suppliciter dicere: Peccatum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non operui: ut per hanc confessionem etiam illud confidenter subiungere mereatur: Et tu remisisti impietatem cordis mei. Quòd si uerecundia retrahente reuelare ea coram hominibus erubescis, illi quem latere non possunt cõfiteri ea iugi supplicatione non desinas ac dicere. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, tibi soli peccaui, & malum coram te feci, qui & absque ullius uerecundiæ publicatione curare & sine improperio peccata donare consueuit. Post istud quoque tam promptũ certumq; subsidiũ, aliud quoq; adhuc facilius largita est nobis diuina dignatio, ipsamq; remedij opem nostro commisit arbitrio, ut indulgentiam nostrorum scœlerum pro nostro præsumamus affectu, dicentes ei: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quisquis igitur ad indulgentiam suorum criminum desiderat peruenire, istis semetipsum aptare studeat instrumentis, nec obdurati cordis peruicacia à remedio salutari fontẽ tantæ pietatis auertat, quia etiam si hæc omnia fecerimus, non erunt idonea ad expiationem scœlerum nostrorum, nisi ea bonitas domini clementiaq; deleuerit. Qui cum religiosi conatus obsequia supplici mente à nobis oblata perspexerit, exiguos paruosq; conatus immensa liberalitate prosequitur, dicens: Ego sum ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum iam nõ recordabor. Ad hunc ergo quem prædiximus statum quisque conscenderit, satisfactionis gratiam quotidianis ieiunijs, & mortificatione cordis & corporis assequitur, quia scriptum est: Sine sanguinis effusione non fit remissio. Nec immeritò. Caro enim & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Et ideo quisquis ab huius sanguinis effusione gladium spiritus quod est uerbum Dei, uoluerit inhibere, absq; dubio illa Hieremiæ prophetæ maledictione plectetur. Nam maledictus, inquit, qui prohibet suum gladium à sanguine. Hic nanque est gladius qui illum noxium sanguinem quo animatur materia peccatorum salubriter fundens, quicquid repperit in membris animæ nostræ carnale terrenumue concretum, resecat & abscidit ac mortificatos uitijs uiuere Deo & spiritalibus facit uigere uirtutibus, & ita iam non recordatione ueteris admissi, sed spe futurorum gaudiorum flere incipiet, nec tam de præteritis malis quàm de futuris seu uenturis cogitans bonis, non ex peccatorum mœrore lachrymas, sed ex æternæ illius lætitiæ alacritate profundit, atque obliuiscens ea quæ posteriora sunt, id est, carnalia uitia, ad ea quæ in ante sunt extenditur, hoc est, spiritalia dona atq; uirtutes.

Quòd utilis sit profectus obliuio peccati, & quòd flagitiorum recordatio sit uitanda. Cap. IX.

CAeterũ quod paulò ante dixisti, te etiã de industria pręteritorũ peccatorũ memoriam retractare, hoc fieri non oportet, quinimò etiãsi uiolenter irrepserit, protinus extrudatur. Multũ nanq; retrahit mentẽ à contẽplationis puritate, eius pręcipuè qui in solitudine cõmoratur, implicans eum sordibus mundi huius & præuocans fœtore uitiorum. Dum enim recolis ea quæ secundũ principem seculi huius siue per ignorantiã siue per lasciuiam commisisti, ut concedam tibi quod in hac cogitatione posito oblectatio nulla subrepat, certè antiquę putredinis uel sola contagio, necesse est ut retrò mentem fœto

mentem foetore corrumpat, & spiritalem uirtutum fragrantiam, id est, suauitatem boni odoris excludat. Cum ergo præteritorum memoria uitiorum pulsauerit sensum, ita ab ea resiliendũ est, sicut refugit uir honestus & grauis si impudicę ac procacis fœminæ in publico aut colloquijs aut amplexibus appetatur. Qui utiq; nisi se à contactu eius festinus abstraxerit, & uel breuissimam moram inhonestę confabulationis admiserit, etiam si consensum impudendę respuat uoluntatis, infamiæ tamen ac reprehensionis notam cunctorum prætereuntium iudicio non euadit. Ita igitur etiam nos oportet cum fuerimus in huiusmodi cogitationes pestifera recordatione deducti, raptim ab earum contemplatione discedere, & implere illud quod à Salomone præcipitur: sed exili, inquit, noli demorari in loco eius, neque intendas oculum tuum in eam, ne uidentes nos angeli immundis ac turpibus cogitationibus inuolutos, non possint de nobis prætereuntes dicere: Benedictio domini super uos, benediximus uobis in nomine domini. Impossibile nanque est mentem bonis cogitationibus immorari, cum principale cordis ad turpes atque terrenos intuitus fuerit deuolutum. Vera est enim illa Salomonis sententia: Oculi tui cum uiderint alienam, os tuum tunc loquetur praua, & iacebis tanq; in corde maris, & sicut gubernator in magna tempestate, dices autem percusserunt me, sed non dolui, & deluserunt me, ego autem nesciui. Derelictis ergo non solum turpibus sed etiã terrenis cogitationibus uniuersis, erigenda est semper ad cœlestia nostrę mentis intentio, secundum saluatoris nostri sententiam. Vbi enim ego sum, inquit, illic & minister meus erit. Solet enim frequenter accidere, ut dum uel suos uel aliorum lapsus, imperitorum quispiam miserantis retractat affectu, ipse etiam subtilissimi teli uoluptuario perstringatur assensu, & initium sub specie pietatis exortum, obscœno ac noxio fine concludat. Sunt enim uiæ quę uidentur apud homines rectę, nouissima autem earum ueniunt in profundum inferi. Quapropter studendum est nobis ut uirtutum potius appetitu & desiderio regni cœlorũ, quàm noxijs uitiorum recordationibus nosmetipsos ad compunctionem laudabilem prouocemus, quia necesse est tandiu quempiam pestilentissimis cloacæ fœtoribus pręfocari, quandiu supra eam stare uel cœnum eius uoluerit commouere.

De satisfactionis indicio, & obliuione præteritorum criminum. Cap X.

NOuerimus autẽ nos, ut sæpè diximus, tunc demũ pro pręteritis satisfecisse peccatis, cũ ipsi motus atq; affectus per quos pœnitenda cõmisimus, fuerint de nostris cordibus amputati. Quod tamen nullus obtinere posse se credat, qui non prius ipsas causas atq; materias, pro quibus in illa collapsus est crimina, omni spiritus feruore succiderit, ut uerbi gratia: si in fornicationẽ uel adulteriũ perniciosa fœminarũ familiaritate collapsus est, sũma festinatione etiã ipsum earũ deuitet aspectũ, aut certè, si per abundantiam uini epularumq; est nimietate succesus, illicitã ciborũ crapulã summa districtione castiget. Et rursum, si in periuriũ, aut furtũ, aut homicidiũ, aut blasphemiã, pecuniarũ desiderio atq; amore corruptus incurrit, materiã auaritię illectricẽ suę deceptiõis abscidat. Si in iracundiæ uitium, superbiæ passione propellitur, arrogantiæ ipsius fomitem summa humilitatis uirtute conuellat. Et ita ut unumquodq; peccatũ possit extingui, causa atq; occasio per quam uel ob quã admissum est, debet primitus amputari. Isto etenim curationum remedio, ad obliuionem quoq; admissorũ criminũ sine dubio peruenietur.

In quo temporaliter sit agenda pœnitudo, & in quo finem habere poßit. Cap XI.

VErum ista prędictę obliuionis definitio super capitalibus tantũ sit criminibus cõstituta, quæ Mosayca quoq; lege dãnantur, quorũ sicut per cõuersationẽ bonã abijciuntur uel consumunt affectus, ita etiã accipit pœnitẽtia finẽ. Ceterũ ab ipsis minutis in quib. septies iustus cadit in die, ut scriptũ est, & resurget, nunq; deerit pœnitudo. Aut enim per ignorantiã, aut per obliuionẽ, aut per cogitationẽ, aut per sermonẽ aut per obreptionem, aut per necessitatẽ, aut per fragilitatem carnis, singulis diebus uel inuiti uel uolentes peccata incurrimus, pro quibus & Dauid orans dominum, purificationem atque indulgentiam deprecatur dicens: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Et Apostolus: Nõ enim quod uolo bonũ, hoc facio, sed quod

sed quod odi malum, hoc ago. Et pro quibus idem etiam eiulans proclamauit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tanta enim in his facilitate tanquam naturali lege prolabimur, ut quantalibet circumspectione atque custodia caueantur, non possint ad plenum ista uitari. De his siquidem unus discipulorum quem diligebat Iesus abrupta definitione pronunciat, dicens: Si dixerimus, quia peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & uerbum eius non est in nobis. Proinde ad perfectionis culmen pertingere cupienti, non satis proderit ad finem pœnitentię peruenisse, id est, ab illicitis tēperare, nisi etiam in illis uirtutibus indefesso cursu semetipsum semper extenderit, quibus ad satisfactionis indicia peruenitur. Nec enim à fœtidissimis criminum sordibus quæ abhorret dominus, quenquam abstinuisse sufficiet, nisi etiam illam bonam uirtutum fragrantiam qua dominus delectatur, puritate cordis & apostolicæ charitatis perfectione possederit. Hucusque abbas Pynufius de satisfactionis indicio ac pœnitentiæ fine disseruit. Qui licet ut in eius cœnobio residere mallemus, sollicito deprecaretur affectu, tamen fama Scythioticæ solitudinis inuitatos, cum retinere non posset, emisit.

Collationis abbatis Pynufij de pœnitudinis fine & satisfactione indicio finis.

COLLATIO PRIMA HABITA CVM BEATO THEONA DE REMISSIONE quinquagesimæ. Cap. I.

PRiusquam uerba collationis huius habita cum summo uiro abbate Theona incipiamus euoluere, necessarium reor, ut initium conuersionis eius breui sermone perstringam, quia ex hoc uel meritum uiri uel gratia euidentius poterit patere lectori. Hic igitur adolescens admodum, parentum studio imperioque connexus est uinculo coniugali. Nam dum pudicitiæ eius religiosa sedulitate prospiciunt, & ancipitem lapsum lubricæ uerentur ætatis, præueniendos adolescentiæ motus, licito nuptiarum remedio crediderunt. Cum ergo hic unius lustri tempus cum coniuge peregisset, uenit ad abbatem Ioannem, qui tunc temporis merito sanctitatis electus diaconiæ præsidebat. Non enim ad hunc gradum quilibet propria uoluntate aut ambitione prouehitur, sed is quem cunctorum seniorum cœtus, ætatis prærogatiua & fidei atque uirtutum testimonio excellentiorē omnibus sublimioremque censuerint. Ad hunc inquam beatum Ioannem cum piæ deuotionis studio prædictus tunc iuuenis aduenisset, deferens religiosa munera inter cæteros possessores, qui certatim decimas uel primitias frugū suarum memorato seni de suis substantijs offerebant, uideretque eos senex cum multis ad se muneribus confluxisse, & deuotioni eorum uicissitudinem cuperet recompensare, cœpit eis secundum Apostolum spiritalia seminare, quorum metebat dona carnalia: denique ita sermonem adhortationis instituit.

Exhortatio abbatis Ioannis ad Theonam & cæteros qui cum eo uenerunt. Cap. II.

DElector quidē ó filij pia uestrorū munerū largitate, & deuotionē huius oblationis, cuius dispensatio mihi credita est, gratāter amplector, quia fideliter primitias uestras ac decimas indigentiū usibus profuturas uelut sacrificiū domino bonæ suauitatis offertis, harū scilicet oblatione, plenitudinē quoque fructuum uniuersæque substantiæ uestræ, ex qua hęc domino delibastis, ubertim benedicendū credentes, uosque secundū mandati illius fidē multiplici ubertate bonorū omnium etiā in hoc seculo cumulandos, honora Deum de tuis iustis laboribus, & deliba ei de fructibus iustitię tuę, ut impleantur horrea tua abundantia tritici, uino autem torcularia tua redundent. Quam deuotionē fideliter exequentes, scitote uos legis antiquę iustitiam consummasse, sub qua tunc positi & transgredientes eam, reatum ineuitabiliter incurrebāt, & implentes ad perfectionis apicem peruenire non poterant.

De decimarum & primitiarum oblatione. Cap. III.

DEcimæ siquidē præcepto dñi usibus Leuitarū, oblationes uerò ac primitiæ erāt sacerdotib. cōsecratę, sed primitiarū hic erat modus, ut quinquagesima pars uel frugum

gum̃ uel animalium, templi uel sacerdotum ministerio præberetur. Quem modum tepidiores quiq; infideliter minuentes, religiosiores uerò etiam cumulantes, illi ex sexagesima, hi autem ex quadragesima fructuum suorum parte pendebant. Iusti enim quibus lex non est posita sic probantur non esse sub lege, ut iustitias legis non solum implere, uerum etiam superare contendant, sitq; deuotio eorum legali maior imperio, quæ obseruantiam cumulans præceptorum uoluntaria addat ad debita.

Quòd Abraham, Dauid & cæteri sancti mandata legis fuerint supergreßi. Cap. IIII.

ITa nanq; & Abraham futuræ legis præcepta legimus supergressum, cum superatis quatuor regibus, de spolijs Sodomorum quæ sibi uelut uictori non immeritò debebantur, & quidem rege ipso cuius spolia retulerat, suppliciter offerente, nihil penitus acquiescit attingere, sub diuini nominis testificatione proclamans: Extendo manũ meam ad Deum excelsum, qui fecit cœlum & terram, si à filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Sic Dauid præcepta legis cognouimus supergressum, qui præcipiente Mose, ut inimicis talio redderetur, non solum hoc non fecit, uerum etiam dilectione complexus est persequentes, & pro his domino piè supplicans, etiam lugubriter fleuit, & ultus est interfectos. Ita Heliam quoque & Hieremiam probamus non fuisse sub lege, qui cum licito uti coniugio absque reprehensione potuerint, perseuerare tamen uirgines maluerunt. Sic Heliseum ac reliquos eiusdem propositi uiros, Mosaica legimus superasse mandata, de quibus Apostolus ita dicit: Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, angustiati, afflicti, egentes, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ. Quid de filijs Ionadab filij Rechab dicam, quos Hieremiæ prophetæ offerenti ex præcepto domini uinum, ita legimus respondisse? Non bibemus uinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens: Non bibetis uinum uos & filij uestri, usq; in sempiternum, & domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & uineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus uestris. Vnde etiam ab eodem propheta merentur audire: Hęc dicit dominus exercituũ Deus Israhe: Non deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Qui omnes offerre possessionum suarum decimas non contenti, sed ipsa prędia respuentes, semetipsos potius Deo ac suas animas obtulerunt, pro quibus nulla ab homine fieri commutatio potest, sicut dominus in euangelio contestatur. Quam dabit homo commutationem pro anima sua?

Quòd sub euangelij gratia degentes, superare debeant mandata legalia. Cap. V.

QVapropter scire debemus nos, à quibus nõ iam exigit legale mandatũ, sed quib9 euãgelicus quotidie intonat sermo, si uis perfectus esse, uade & uẽde oĩa quę habes & da pauperib. & habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me, cũ decimas de substãtijs nostris offerimus Deo, adhuc quodãmodo sub legis sarcina detineri, & nec dũ ad euãgelicũ illud fastigiũ peruenisse, quod obtẽperantes sibi, nõ tantũ pręsentis uitę beneficijs, sed etiã futuris pręmijs munerat. Lex enim factorib. suis nõ regnorũ cœlestiũ pręmia, sed uitę huius solatia repromisit, dicens: Qui fecerit hęc uiuet in eis. Dominus autẽ discipulis & amicis suis: Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ, & omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Nec immeritò. Non enim tam laudabile est si ab illicitis, quàm si etiam à licitis tẽperemus, & his propter eius reuerentiam non utamur, qui ea nobis propter infirmitatem nostram utenda permisit. Itaq; si etiam hi qui decimas fructuum suorum fideliter offerentes pręceptis domini antiquioribus famulantur, nec dum possunt euangelicum culmen ascendere, illi qui ne hęc quidem faciunt quantũ ab eo absint manifestissimè peruidetur. Nã queadmodũ poterunt euangelicę gratię esse participes, qui cõsumare etiã leuiora legis pręcepta contẽnunt? Quorũ facilitatẽ usq; adeò imperiosa legislatoris uerba testantur, ut etiam maledictum non implentibus proponatur: Maledictus enim

enim,inquit,qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis huius,ut faciat ea. Hic autem pro excellentia & ſublimitate mandatorum dicitur: Qui poteſt capere capiat. Illic legiferi uiolenta compulſio,præceptorum indicat paruitatem. Conteſtor enim,inquit,uobis hodie cœlum & terram, quòd ſi non cuſtodieritis præcepta domini Dei ueſtri, peribitis à facie terræ. Hic magnificentia ſublimium mandatorum, ipſa non tam imperantis quãm adhortantis conditione ſignatur, ſi uis perfectus eſſe fac hoc aut illud. Ibi inexcuſabile etiam recuſantibus Moſes pondus imponit. Hic conſilio tantum uolentibus & ad perfectionem feſtinantibus dominus occurrit. Non enim generaliter præcipiendum erat,nec,ut ita dixerim,canonicè ab omnibus exigendum,id quod propter mirificam ſublimitatẽ non poteſt paſsim ab omnibus apprehendi,ſed conſilio potius prouocantur omnes & gratia, ut hi qui magni ſunt, poſsint perfectione uirtutum non immerito coronari, qui autem parui ſunt, & menſuram ætatis plenitudinis Chriſti implere non poſſunt,licet fulgore maiorum uelut ſyderum tecti latere uideantur, tamẽ à tenebris maledictionum quæ in lege ſunt alieni, nec præſentium malorum cladibus abdicantur,nec ſupplicio plectantur æterno. Non ergo Chriſtus ad illa uirtutum excelſa faſtigia quenquam pręcepti neceſsitate conſtringit, ſed liberi arbitrij prouocat poteſtate,& ſalubritate conſilij & deſiderio perfectionis accendit. Vbi enim præceptum,ibi neceſsitas,& ubi neceſsitas,ibi & difficultas,ubi difficultas,ibi & negligentia,ubi negligentia ibi & peccatum,ubi peccatum,conſequenter & pœna. Cuſtodientes uerò hæc ad quæ pręfixæ legis ſeueritate coguntur,pœnam potius quæ ab illa intentabatur effugiunt,quam mercedem aut pręmia conſequantur.

Quòd euangelij gratia, ſicut perfectis tribuit regna cœlorum, ita ueniabiliter ſuſtentet infirmos. Cap. VI.

ITaq; ſicut fortes ad ſublimia atq; præcelſa euangelicus ſermo ſuſtollit, ita non patitur infirmos ad ima demergi: perfectis quidem tribuens beatitudinis plenitudinem, ueniam uerò infirmitate ſuperatis impartiens. Lex enim conſummantes pręcepta ſuam utriuſq; meriti uelut quodam meditullio collocauit, quantum à tranſgreſſorum damnatione ſecernens,tantum ſeparans à gloria perfectorum. Quod quidem quàm infimum quamq; miſerabile ſit,uel ex pręſentis uitę ſtatu & comparatione perſpicite, in qua miſerrimum ducitur,ſi hoc tantũ quis ſtudeat ac laboret, ne reus modo inter honeſtos homines,& non etiam locuples ac honorabilis & glorioſus habeatur.

Quòd in noſtra ſitum ſit poteſtate, utrum ſub euangelij gratia, an ſub legis uelimus terrore conſiſtere. Cap. VII.

QVamobrem in noſtra hodie ſitum eſt poteſtate,utrum ſub euangelij gratia an ſub legis uelimus terrore conſiſtere. Cuilibet enim parti pro qualitate actus ſui unumquenque neceſſe eſt aggregari. Nam aut ſupergredientes legem,ſuſcipit Chriſti gratia,aut certè inferiores uelut debitores ſuos ſibiq; obnoxios lex retẽtat Reus naq; legalium præceptorum nequaquam euangelicam perfectionem ualebit attingere, quãuis Chriſtianum ſe,& domini gratia liberatum inaniter glorietur. Non ſolum enim hęc credendus eſt adhuc eſſe ſub lege,qui ea quę lex pręcipit, detrectat implere, ſed etiam ille qui ea tantum quę lex iubet obſeruare contentus eſt, ac nequaquam uocationi & gratię Chriſti condignos exhibet fructus, ubi non dicitur, decimas tuas & primitias offeres domino Deo tuo,ſed uade uẽde omnia quę habes & da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlo,& ueni ſequere me: ubi ob perfectionis magnificentiam diſcipulo poſtulanti,ne breuiſsimum quidem horę ſpacium pro patris conceditur ſepultura,nec humanę charitatis officium,diuini amoris uirtuti præfertur.

Quemadmodum Theonas coniugem ſuam ut & ipſa renunciaret exhortatus ſit. Cap. VIII.

QVibus auditis,beatus Theonas inextinguibili deſiderio euangelicę perfectionis accenſus, ſemen uerbi fæcundo corde conceptum,quaſi profundis atq; edomitis condidit ſulcis,in eo uel maximè humiliatus atq; compunctus, quòd eum ſenex nõ ſolum euangelicã perfectionem nõ attigiſſe dixiſſet, ſed etiam uix legis ipſius adimpleſſe mandata.

mandata. Siquidem cum decimas frugum suarum solitus esset diaconiæ annis singulis pendere, primitiarum rationem ne audisse quidem se aliquando, quam tamen etiam si similiter implesset longe nihilominus secundum senis sentiam se ab Euangelica perfectione distare suppliciter fatebatur. Domum itaq; reuertitur mæstus, illaq; affectus tristitia, quæ pœnitentiam ad salutem stabilem operatur, ac de sua iam uoluntate & definitione non dubius, erga salutem coniugis, omnem mentis sollicitudinem curamq; conuertit, eamq; ad desiderium quo fuerat ipse succensus, cœpit exhortatione simili prouocare, & ut Deo pariter in sanctimonia & castitate seruirent, diurnis nocturnisq; fletibus ammonere dicens: conuersionem melioris uitę nequaquàm esse protelandam, quia necessitati subitæ mortis uana spes immaturæ non pręiudicaret ætatis, quippe quę infantes, pueros, adolescentes, pari, ut senes, sorte præriperet.

Quemadmodum non acquiescente uxore sua ad monasterium peruolarit. Cap. IX.

CVmq; huiusmodi obsecrationibus iugiter persistenti coniunx durissima non præberet assensum, seq; diceret solatio maritali pro ætatis suæ flore penitus abstinere non posse, ac proinde siquid deserta ab eo criminis admisisset, illi potius ascribendum, qui coniugij fœdera dirupisset. Ad hæc ille cum diu conditionem naturæ prætendisset humanæ, quam fragilem & incertam periculosum esset carnalibus desiderijs & operib. diutius implicari, adijciens astruebat, non licere cuiquàm eius se boni extorrem facere quod didicisset, maiorisq; esse noxæ despicere cognitam bonitatem, quàm incognitam non amare, proinde se iam reatu etiam præuaricationis inuolui, si inuentis tam præclaris tamq; cœlestibus donis, terrena ac sordida prætulisset. Ad omnem sane aiebat ætatē, omnemq; sexum perfectionis magnificentiam pertinere, & uniuersa ecclesiæ membra ad conscendendam sublimium meritorum celsitudinem prouocari, dicente Apostolo: sic currite ut compræhendatis, nec propter lentorum & segniorum moras, paratos atq; alacres debere subsistere, cum rectius sit, ut desides à præcurrentibus incitentur, quàm ut properantes à residentibus obligentur. Proinde statutum sibi dicebat decretumq; esse renunciare seculo ac mori mundo, ut uiuere posit Deo, & si hanc beatitudinem nequeat obtinere, ut cum socia sua in consortium transeat Christi, malle se uel cum unius membri dispendio saluum fieri, & uelut debilem introire in regnum cœlorum, quàm cum soliditate corporis condemnari. Adijciebat autē etiam ista dicens: Si Moses pro duritia cordis dimitti permittit uxores, quare hoc non sinat Christus pro desiderio castitatis, præsertim cum idem dominus inter cæteras affectiones id est, patrum matrum ac filiorum quibus omnem reuerentiam, non solum lex sed etiam ipse pręceperat exhibere, tamen pro nomine suo ac desiderio perfectionis non solum contēnenda simpliciter, sed etiam odio habenda esse decernens, coniungat eis similiter etiam uxorum nomen dicens, & omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitā æternam possidebit. In tantum ergo perfectioni quam prædicat nihil patitur comparari, ut illam quoq; necessitudinem soluat patris ac matris, quæ secundum Apostolum primū obtinet in repromissione mandatum, honora scilicet patrem & matrem, quod est mandatum primum in repromissione, ut bene sit tibi & sis longæuus super terrā, eamq; despici pro suo amore pręcipiat. Euidenter itaq; sicut eos Euangelicus sermo condemnat, qui non interueniente adulterij crimine, uxoria uincula dirumpunt, ita ob amorē Christi & desiderium castitatis, his qui iugum carnale reiecerint, etiam centupla præmia repromittit. Quapropter si fieri potest, ut ad hanc optatissimam mihi partem, accepta tandem ratione flectaris, scilicet ut domino seruientes, pœnam gehennę pariter euitemus, charitatem coniugij non refuto, immo etiā maiore adhuc dilectione complector, agnosco enim & ueneror adiutricem meam, domini mihi sententia deputatam, & indirupto eidem fœdere charitatis in Christo cohærere non respuo, nec à me separo quod dominus mihi primæ statim conditionis lege coniunxit, dummodo sis & ipsa quod conditor esse te uoluit. Si uero non ad adiutorium esse uolueris, sed in deceptionem, & amminiculum te non mihi sed aduersario malueris exhibere, atq; ob hoc attributum putas con

iugij sacramentum, ut te huis quæ ingeritur fraudans saluti, insuper etiam me à discipuli latu retrahas saluatoris, ita illam abbatis Ioannis immo Christi ore prolatã sententiam uiriliter apprehendam, ut me à spiritali bono nulla carnalis auellere posit affectio. Qui enim, inquit, non odit patrem & matrem, & filios & fratres & sorores & uxorem & agros, adhuc autem & animam suam non potest meus esse discipulus. Cum ergo his atque huiusmodi uerbis muliebris non flecteretur intentio, & in eadem obstinationis duritia permaneret, si ego, inquit, beatus Theonas te abstrahere à morte non possum, nec tu me separabis à Christo. Tutius est autẽ mihi cum homine quàm cum Deo habere diuortium. Aspirante itaq; gratia Dei, definitionis suæ executionem instanter aggressus est, nec intepescere per aliquam moram desiderij sui passus est ardorem, nam confestim omni mundana facultate nudatus ad monasterium peruolauit. Vbi in breui tanto splendore sanctitatis & humilitatis enituit, ut beatæ memoriæ Ioanne ad dominũ ex hac luce migrante, sanctoq; Helia uiro qui haud minor decessore suo fuit similiter decedente, tertius theonas uniuersorum prælectus iudicio, in diaconiæ eis dispensatione successerit.

Satisfactio pro eo ne discidia coniugibus suadere uideamur. Cap. X.

NEmo autem existimet nos hæc ad prouocanda coniugiorũ diuortia texuisse, qui non solum nuptias minime condemnamus, uerum etiam Apostolicam sequentes sententiam, dicimus honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus, sed ut lectori initiũ conuersionis, quo tantus ille Deo dicatus est fideliter panderemus, A quo bona gratia hoc primum deposco, ut siue hoc ei placeat siue displiceat, me quoquomodo à calumnia alienũ esse concedens, in suo hoc facto aut laudet aut reprehendat authorem. Ego autem qui non meam super hac re sententiam prompsi, sed rei gestę hystoriam simplici narratione complexus sum, equum est ut sicut mihi de eorũ qui hoc factum probant laude nihil uendico, ita eorũ qui id improbant non pulser inuidia. Habeat ergo suum de illo, ut diximus, unusquisq; iudicium, sed moneo ut ita censuram sui castiget examinis, ne se æquiorem aut sanctiorẽ diuino credat esse iudicio, quo in eum etiam Apostolicarum collata sunt signa uirtutum, ut taceam de tantorum patrum sententia, à quibus factum eius non solum minime reprehensum, uerum etiam usq; adeo collaudatum esse manifestũ est, ut eum summis ac sublimisimis uiris diaconiæ electione prætulerint. Et puto tot spiritalium uirorum Deo authore prolatum non errasse iudicium, quod etiam tanta signorum, ut supra iam dictum est, admiratio confirmabat.

Inquisitio cur in Aegypto totis diebus quinquagesimæ non ieiunetur nec genua in oratione curuentur. Cap. XI.

SEd iam tempus est ut promisse disputationis ordinem prosequamur. Igitur abbas Theonas cum diebus quinquagesimæ nos in nostra cellula uisitasset, uespertina orationum solemnitate transacta, humi paululũ considentes, cœpimus diligentius percontari, cur apud eos tanta obseruantia caueretur, ne quis penitus totis quinquagesimę diebus, uel genua in oratione curuaret, uel usq; ad horam nonam ieiunare præsumeret, eoq; id diligentius scrutabamur, quod nequaquàm hoc tanta cautione seruari in Syriæ monasterijs uideramus.

Responsio de natura eorum quæ bona uel mala uel media sunt. Cap. XII.

AD hæc abbas Theonas tali usus est sermonis exordio. Oportet quidem nos authoritati patrum, consuetudiniq; maiorum usq; ad nostrum tempus per tantam annorũ seriẽ protelate, etiã non percepta ratione cedere, eamq; ut antiquitus tradita est iugi obseruantia ac reuerentia custodire. Veruntñ qm̃ causas huius rei & rationẽ uultis agnoscere, accipite breuiter ea quæ à seniorib. nostris tradita super hac institutione cõperimus. Veruntamen antequàm scripturæ diuinæ authoritas proferatur, si placet, de natu-

de natura ipsius ieiunij & qualitate pauca dicamus, ut disputationē nostram subsequēs scripturarū confirmet authoritas. Diuina sapientia per ecclesiasten omni rei, id est, uniuersis seu prosperis seu quæ aduersa putantur & tristia, tempus esse proprium designauit dicens: Omnibus tempus est, & tēpus omni rei sub cœlo. Tempus pariendi & tempus moriendi, tempus plantandi & tempus euellendi quod plantatum est, tempus occidendi & tempus sanandi, tempus destruendi & tempus ædificandi, tempus plorandi & tempus ridendi, tempus plangendi & tempus saltandi, tempus mittendi lapides & tempus colligendi lapides, tempus amplectendi & tempus longe fieri ab amplexibus, tempus acquirendi & tempus perdendi, tempus custodiendi & tēpus expellendi, tempus dirūpendi & tempus sarciendi, tempus tacendi & tempus loquendi, tempus amandi & tempus odiendi, tempus belli & tempus pacis. Et infra, quia tempus est, inquit, omni rei & omni facto. Nihil igitur ex his esse bonum perpetuum deffiniuit, nisi cum fuerit horum quid oportune & competenter expletum, ita ut hæc eadem quæ nunc oportune gesta bene cedunt, si importuno uel incongruo tempore præsumantur, inutilia inueniantur & noxia, absque his duntaxat quæ per se principaliter uel bona uel mala sunt, nec aliquando possunt in contrarium deriuari, ut est iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia, ceteræq; uirtutes, siue ediuerso uitia, quorum definitiones in aliā partem cadere omnino mutariúe non possunt. Si qua uero in utrumq; affectum possunt aliquando transire, ut pro qualitate utentium uel bona inueniantur uel mala, hæc non absolute pro sua natura, sed pro perpetrantis affectu & oportune temporis, uel utilia interdum uel noxia sentiuntur.

Quale bonum sit ieiunium. Cap. XIII.

QVamobrem nunc quærendum est, quid super ieiuniorum statu decernere debeamus, utrum nam similiter & ipsum bonum esse eo modo quo iustitiam, prudentiam, fortitudinem, aut temperantiam diximus, quę in partem contrariam penitus transire non possunt, an medium quid, quod interdum factum posit prodesse, interdū prætermissum condemnare non posit, quodq; nonnunquā egisse repræhensibile sit, nonnunquàm prætermisisse laudabile. Si enim in illa deffinitione uirtutū, etiam ieiunium censeamus, ut inter principalia bona ciborum abstinentia collocetur, erit profecto eorum mala & criminosa perceptio. Quicquid enim principali bono contrarium est, sine dubio principale malum esse censendū est. Quod definiri à nobis scripturarum sanctarum non permittit authoritas. Si enim tali sensu ac proposito ieiunemus ut peccatum contrahi in escarum participatione credamus, non modo nullos fructus pro abstinentia consequemur, sed etiam reatum maximum ac sacrilegij crimen secundum Apostolum contrahemus, abstinentia à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem, quia omnis creatura Dei bona, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Qui enim putat quid commune esse illi commune est, & idcirco ob solam perceptionem escæ neminem legimus condemnatū, nisi forte iunctum quid fuerit, uel postea subsecutum, per quod meruerit condemnari.

Quòd non sit principale bonum ieiunium. Cap. XIIII.

ITaq; hoc medium esse etiam ex hoc manifestisime declaratur, quia sicut non iustificat custoditum, ita non condemnat irruptum, nisi forte præcepti transgresio magis quàm escarum perceptio puniatur. Principali autem bono ita nullum oportet uacuum esse tempus, ut sine eo cuiquàm esse non liceat, qui necesse est cessatione eius in malum corruere negligentem. Nec rursum principali malo ullum conceditur tempus, quia quòd noxium semper nunquàm poterit si admissum fuerit non nocere, uel in partē unquàm laudabilem cōmutari. Ac proinde ea quibus qualitates statutas uidemus & tempora, & quæ sic obseruata sanctificant, ut omissa non polluant, media esse manifestum est, utputa nuptias, agriculturam, diuitias, solitudinis remotionem, uigilias, sacrorum

lectionem, meditationemq́ librorum, ipſaq́ ieiunia, de quibus principium ſermonis exortum eſt. Quæ omnia diuina præceptio, uel ſanctarum authoritas ſcripturarum, non ita ceſſabiliter obtinenda nec iugiter cuſtodienda decreuit, ut ea paululum intermiſiſſe nepharium ſit. Quicquid enim imperatiue decernitur mortem irrogat non impletum, quæcunq́ uero ſuadentur potius quàm iubentur, facta proſunt, infecta non puniunt. Et idcirco aut omnia hæc, aut certe quedã, pro cauſa, pro loco, pro modo, ꝓ tempore, circumſpecte agere nos maiores noſtri & prouide obſeruare iuſſerunt, quia ſi congrue horum aliquid actitetur, aptum atq́ conueniens, ſi in congrue, ineptum eſſe conſtat ac noxium, ac ſi uelit quis in fratris aduentu in quo Chriſtũ debet humanitate reficere, & gratiſsima ſuſceptione complecti, auſteritatem ieiunij cuſtodire, nonne inhumanitatis potius crimen incurrit, quam laudem & meritum religionis acquirit? Vel ſi cum defectio & imbecillitas carnis reparationem uirium eſcæ perceptione depoſcit, non acquieſcat aliquis rigorem abſtinentiæ relaxare, nonne magis crudelis ſui corporis homicida, quã ſalutis prouiſor eſt æſtimandus? Ita etiam cum tempus feſtiuitatis eſcarum congruũ fotum & refectionem neceſſariæ abſolutionis indulget, ſi quis ieiuniorum rigidam obſeruantiam indirupte uoluerit retentare, neceſſe eſt ut non tam religioſus quàm inconditus atq́ irrationabilis habeatur. Sed & illis hæc nihilominus reperientur aduerſa, qui humanam laudem ieiunijs aucupantur, & inani oſtentatione palloris, famam ſanctitatis acquirunt, quos euangelicus ſermo in præſenti ſuam recepiſſe mercedem pronunciat, uel quorum per prophetam dominus ieiunium deteſtatur, & ex quorum perſona cũ ſibi obijciens ante dixiſſet, Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? confeſtim ſubijciens prodidit cauſas cur non merentur audiri: Ecce, inquit, in die ieiunij ueſtri inuenitur uoluntas ueſtra, & omnes debitores ueſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut uſq́ in hanc diem, ut audiatur in excelo clamor ueſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam ſuam? Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? Nunquid iſtud uocaui ieiunium, & diem acceptabilẽ domino? Deinde infert docens, quomodo acceptabilis fiat continentia ieiunantis, atq́ euidenter enunciat, per ſe ſolum ieiunium non poſſe prodeſſe, niſi has quę ſubijciuntur cauſas habuerit conſequentes. Nonne hoc eſt inquiens, ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange eſurienti panẽ tuum, & egenos uagosq́ induc in domum tuam. Cum uideris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam Iuſtitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis & dicet ecce adſum. Videtis ergo ieiunium nequaquàm principale bonum à domino iudicari, eo quòd non per ſeipſum ſed per alia opera bonum ac placitum Deo fiat, & rurſum ex accidentibus cauſis, non ſolum uanum, uerum etiam odibile cenſeatur, dicente domino: Cum ieiunauerint non exaudiam præces eorum.

Quòd principale bonum non propter inferius bonum debeat exerceri. Cap. XV.

NOn enim miſericordia, patientia & ueritas, uel prædicta præcepta uirtutũ, in quibus utiq́ bonum eſt principale, propter ieiunia ſunt tenenda, ſed potius ieiunia propter illa. Elaborandum eſt enim ut uirtutes illæ, quæ uere bonæ ſunt ieiunijs acquirantur, non ut ad ieiuniorum terminum tendant illarum geſta uirtutum. Ob hoc ergo eſt utilis carnis afflictio, ob hoc ei adhibenda eſt inediæ medicina, ut per illam ad charitatem in qua immobile ac ſine ulla temporis exceptione perpetuum bonum eſt peruenire poſsimus. Neq́ enim medicinæ, aurificine uel cæterarum quæ in hoc mundo ſunt artiũ diſciplina, propter inſtrumenta quæ ad opus eius pertinent exercetur, & non potius ferramenta propter artis ſtudiũ præparantur, quæ ſicut utilia ſunt peritis, ita ſuperflua his qui artis ipſius neſciunt diſciplinam. Et ſicut his qui ad efficiendum opus ſuum

eorum ministerio fulciuntur, plurimũ prosunt, ita illis qui cuius rei gratia instituta sint ignorantes, sola eorum professione contenti sunt, penitus prodesse non possunt, quia utilitatis eorum summam in retentatione eorum tantum non in operis consummatione constituunt. Illud ergo est optimum principaliter propter quod fiunt illa quę media sunt, ipsum uero præcipuum bonum, non ob aliam causam, sed propter suam tantum agitur bonitatem.

Quomodo à cæteris bonis principale discernatur bonum. Cap. XVI.

QVod quidem à cæteris quæ media esse prædiximus, his secernitur modis, si per se bonũ sit, & non per aliud aliquid, si propter se necessariũ sit, & non propter aliud, si immutabiliter semperq́ sit bonum, ac perpetuò suam retinens qualitatem nunquã in partem posit transire contrariam, si ademptio uel cessatio eius non posit summã non inferre perniciem, si id quod illi contrarium est, similiter principale sit malum, nec in partem bonam posit aliquando transire. Quæ deffinitiones quibus principalium bonorũ natura discernitur ascribi ieiunijs omnino non possunt. Neq; enim ex semetipsis bona, aut propter se necessaria sunt, quæ propter acquirendam cordis & corporis puritatem salubriter exercentur, ut aculeis carnis obtusis, mens purificata suo concilietur authori, nec immutabiliter semperq́ sunt bona, quia plerumq; eorum intermisione non lædimur, immo etiam in perniciem interdum animę importunius celebrata uertuntur. Sed nec principale malum est id quod illi uidetur aduersum, id est, ciborũ naturaliter iocunda perceptio, quæ nisi intemperantia atq; luxuria, uel alia quædam uitia subsequantur, mala non potest definiri, quia non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quæ procedunt de ore hæc coinquinant hominem. Principali itaq; derogat bono, nec perfecte aut sine peccato illud exequitur, quisquis hoc non propter idipsum, sed propter aliud aliquid facit. Omnia enim huius gratia facienda sunt, ipsum uero propter se solum est expetendum.

De ratione & utilitate ieiunij. Cap. XVII.

TAlem igitur definitionẽ super ieiunij qualitate iugiter retinentes, ita illud totis uiribus animi appetamus, ut tamen tunc demum id nobis congruum nouerimus, si in eo temporum ratio, si qualitas, si mensura seruetur, nec ita ut in ipso spei nostræ terminum defigamus, sed ut per ipsum ad puritatem cordis & Apostolicã charitatem peruenire posimus. Igitur ex hoc ipso ieiunio ubi non solum specialia pręfixa sunt tempora, quibus uel exerceri debeat uel prætermitti, sed etiam qualitas modusq́ propositus est, non principale bonum, sed medium quiddam esse manifestum est. Cæterum hæc quæ præcepti authoritate, uel mandantur ut bona, uel interdicuntur ut noxia, nunq; ita exceptioni temporum subiacent, ut interdum, aut quæ uetita sunt fieri debeant, aut quæ imperata sunt prætermitti. Nec enim ullus iustitiæ, patientiæ, sobrietati, puditiæ, charitati, statutus est modus, nec rursum iniustitiæ, impatientiæ, furori, impudicitiæ, inuidiæ atq; superbiæ libertas aliquando permissa est.

Non semper congruum esse ieiunium. Cap. XVIII.

QVamobrem his de ieiunij qualitate præmisis, subdenda adhuc sanctarũ scripturarum uidetur authoritas, per quam approbetur manifestius ieiunium perpetuũ custodiri, nec debere nec posse. In Euangelio ieiunantibus pharisæis una cum discipulis Ioannis Baptistæ, cum Apostoli, utpote amici & conuiuæ cœlestis illius sponsi, necdum ieiuniorum obseruantiam custodirent, discipuli Ioannis qui summam iustitiæ se ieiunijs posidere credebant, quippe illius sectatores qui eximius pœnitentiæ prædicator, ita cunctis populis formam suo præbebat exemplo, ut non solum uaria escarum genera, quæ humanis usibus suggeruntur abnueret, uerumetiam communẽ panis ipsius esum penitus ignoraret, domino conquæruntur dicentes. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Quibus respondens dominus eui

denter oſtendit, non omni tempore congruum eſſe ieiunium, nec neceſſariū alicui cum uel feſtiuitas temporum uel interueniens charitatis occaſio, indulgentiam refectionis admitti: Nunquid poſſunt, inquiens, filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus & tunc ieiunabunt. Quæ uerba licet ante reſurrectionem dixerit corporis ſui, tamen proprie quinquageſimæ tempus oſtendunt, in quo poſt reſurrectionem quadraginta dies domino cum diſcipulis epulante, ieiunare illos quotidianæ eius præſentiæ gaudium non ſinebat.

Interrogatio cur totis quinquaginta diebus ieiunium relaxetur. Cap. XIX.

GErmanus. Quare igitur tota quinquageſima abſtinentiæ rigorem prandijs relaxamus, cum utiq; Chriſtus quadraginta tantum diebus poſt reſurrectionem cū diſcipulis fuerit commoratus?

Reſponſio. Cap. XX.

THeonas. Non incongrua interrogatio ueſtra rationem integerrimæ ueritatis meretur agnoſcere. Poſt aſcenſionē ſaluatoris noſtri quæ quadrageſimo reſurrectionis eius acta eſt die, Apoſtoli reuerſi de monte oliueti, in quo ſe ad patrem pergens præbuit intuendum, ſicut etiam actuum Apoſtolorum lectio conteſtatur, ingreſsi Hieroſolymam, decem diebus aduentum ſpiritus ſancti expectaſſe referuntur, quibus expletis quinquageſima eum die cū gaudio ſuſceperunt, & ita eſt per hæc feſtiuitatis huius numerus euidenter impletus. Quē in ueteri quoq; teſtamento legimus figuraliter adumbratum, in quo conſummatis hebdomadibus ſeptem, primitiarum panis per ſacerdotes domino iubebatur offerri, qui ueraciſsime per Apoſtolum prædicationem, qua in illo die concionati leguntur ad populum, oblatus domino comprobatur, uerus ſcilicet primitiarum panis, qui nouæ doctrinæ inſtitutione prolatus, quinq; millibus uirorum eſcæ ſuæ munere ſatiatis, primitiuum de Iudæis Chriſtianorum populum domino conſecrauit. Et idcirco hi quoq; decem dies cum ſuperioribus quadraginta pari ſolennitate ſunt ac lætitia, celebrandi. Cuius feſtiuitatis traditio, per Apoſtolicos uiros ad nos uſq; tranſmiſſa eodem tenore ſeruanda eſt. Ideo namq; in ipſis diebus nec genua in oratione curuantur, quia inflexio genuum uelut pœnitentiæ ac luctus indicium eſt. Vnde etiam per omnia eandem in illis ſolemnitatem quam die dominica cuſtodimus, in qua maiores noſtri, nec ieiunium agendum, nec genu eſſe flectendum, ob reuerentiam reſurrectionis dominicæ tradiderunt.

Interrogatio utrum abſtinentia ieiunij relaxata non obſit corporis caſtitati. Cap. XXI.

GErmanus. Poteſt ne hæc caro inſolitis blandimentis tam longe feſtiuitatis illecta non aliquid ſentuoſum de illo quamuis abſciſo uitiorum fomite germinare, aut mens præſumptis ultra conſuetudinem dapibus onerata, non erga famulatum corporis rigorē dominationis ſuæ inflectere, præſertim cum in nobis uiridior etas, cito ad rebellionem ſubdita poſsit membra compellere, ſi uel eſcas ſolitas abundantius uel certe inſolitas licentius præſumamus?

Reſponſio de ſeruando continentiæ temperamento. Cap. XII.

THeonas. Si uniuerſa quæ geribus rationabili mentis appendamus examine, & de puritate cordis noſtri non aliorum iudicium ſed noſtram ſemper conſcientiam conſulamus, certum eſt iſtam refectionis inter capedinem iuſtæ diſtrictioni obeſſe non poſſe ſi modo, ut dictum eſt, æquam indulgentiæ continentiæq; menſuram pari lance perpendens, utranq; ſimiliter nimietatem mens incorrupta caſtiget, & utrum ſpiritum noſtrum delitiarum deprimat pondus, an uero alteram hoc eſt corporis partem, maior abſtinentiæ inclinet auſteritas, uera diſcretione diſtinguat, illam uel cōprimens uel ſubleuans portionem, quam uel extolli ſenſerit uel grauari. Nihil enim dominus noſter ad

cultum

cultum atque honorem suum absque iudicij moderatione uult fieri, quia honor regis iudicium diligit. Et idcirco sapientissimus Salomon, ut in neutrā partem uergente iudicio declinemus, admonet dicens: Honora Deum de tuis iustis laboribus, & deliba ei de fructibus iustitiæ tuæ. Etenim residet in conscientia nostra incorruptus quidā ac uerus iudex, qui nonnunquàm super statu puritatis nostræ cunctis errantibus solus ipse non fallitur. Omni igitur cautione atque sollertia, iugis circumspecti cordis seruetur intentio, ne quo modo iudicio nostræ discretionis errante, aut inconsideratæ continentię cupiditate succensi, aut desiderio nimiæ remissionis illecti, substantiam uirium nostrarum iniquæ trutinæ examinatione libremus, sed in altera quidem lancæ animæ puritatem, in altera uires corporis collocantes, ita uero conscientiæ iudicio utraque pendamus, ut in neutram partem unius rei affectu præponderante peruersi, uel ad immodicam districtionē, uel ad nimiam remissionē, æqualitas libram propensius inclinemus, & illud nobis uel pro remissionis uel pro districtionis nimietate dicatur: Nonne si recte offeras, non autem recte diuidas peccasti? Illas etenim ieiuniorum uictimas, quas nobis uiolenta uiscerum conuulsione inconsiderate extorquentes, domino recte offerre nos credimus, ille qui diligit misericordiam & iudicium execratur dicens: Ego dominus diligens iudiciū, & odio habens rapinam in holocaustum. Illos etiam qui oblationum, id est, officiorum atque actuum suorū præcipua ad fotum carnis atque usus proprios præsumentes, reliquias eorum domino ac minimam deferunt portionem, uelut operarios fraudulentos sermo diuinus ita condemnat. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. Non ergo immerito eum qui se ita iniquo fallit examine increpat dominus dicens. Veruntamen uani filij hominum, mendaces filij hominū in stateris, ut decipiant. Et idcirco beatus Apostolus ut discretionis moderamina retinentes, in neutram partem illecti nimietate uergamus, ammonet dicens: Rationabile obsequiū uestrum. Quam rem etiam legislator similiter interdicit, ita præcipiens: Statera iusta, & equa sint pondera, iustus modius, equusque sextarius Salomone quoque parem super hoc sententiā proferente: Pondus magnum & pusillum, & mensuræ duplices, immunda sunt apud Dominum utraque, & qui facit ea in adinuentionibus suis compedietur. Proinde non solum illo quo diximus, sed etiam hoc modo studendum est nobis, ut nec iniqua pondera in cordibus nostris, nec in horreis conscientiæ nostræ mensuras duplices habeamus, id est, ne ea ipsi quæ districtionis regulam molliunt, remissiore indulgentia præsumentes, eos quibus uerbum domini prædicamus, districtioribus præceptis & grauioribus quàm ipsi perferre possimus ponderibus obruamus. Quòd cum facimus, quid nisi duplici pondere atque mensura præceptorum domini mercem frugemque uel appendimus uel metimur? Si enim aliter ea nobis, aliter nostris fratribus dispensemus, recte increpamur à domino, eo quòd stateras dolosas ac mensuras duplices habeamus, secundum illam sententiam. Salomonis qua dicitur: Abhominatio est domino pondus duplex, & statera dolosa, non est bonum in conspectu eius. Hoc etiam modo reatum dolosi ponderis duplicisque mensurę euidenter incurrimus, si districtiora quędam quę priuatim per nostras cellulas exercere consueuimus, humanę laudis cupiditate coram fratribus ostentemus, abstinentiores scilicet & sanctiores apparere affectantes humano conspectui quàm diuino. Qui morbus pręcipue non modo uitandus, uerumetiam abhominandus est nobis. Sed interim à quęstione proposita paulò longius euagati, ad eandē à qua discessimus reuertamur.

De refectionis tempore atque mensura. Cap. XXIII.

IGitur prędictorum dierū ita est custodienda solennitas, ut corporis atque animę cultui prosit magis remissio indulta quàm noceat, quia nec illius festiuitatis gaudium aculeos carnis obtundere, nec immitis ille aduersarius dierum nouit reuerentia mitigari. Vt ergo & diebus festiuis statuta cōsuetudinis solennitas conseruet, & saluberrimus parsimonię modus minime transcendat, sufficit ut indulgentiā remissionis eo usque progredi patiamur, ut cibus qui hora diei nona fuerat capiendus, paulo citius. i. sexta hora pro festiuitate temporis capiat, ea ratione duntaxat ut escarum solitus modus uel qualitas

non mutetur, ne puritas corporis, uel integritas mentis, abſtinentia quadrageſime diligentius acquiſita, quinquageſime remiſsione depereat, nihilq́ nobis proſit acquiſiſſe ieiunijs quod mox amittere cogat incauta ſaturitas, præſertim cum etiam hoſtis noſtri non ignota uerſutia, tunc præcipue munitionem noſtræ puritatis impugnet, cum eius cuſtodiam ſenſerit ſolennitatis celebritate laxatam. Quamobrem uigilantiſsime prouidendum eſt, ne unquã mentis noſtræ uigor, blandis ſeductionibus eneruetur, ne ut ſupra iam dictum eſt, caſtimoniæ puritatem quadrageſimæ labore quæſitam, quinquageſimæ requie ac ſecuritate perdamus. Et idcirco nulla penitus in ciborum qualitate uel modo admittatur adiectio, ſed ab eſcis quarum continentia diebus ieiunij pro integritate pudicitiæ utebamur, etiam diebus celeberrimis ſimiliter temperemus, ne lætitia feſtiuitatis pernicioſiſsimam nobis carnalium incentiuorum ſuſcitans pugnam, uertatur in luctum, illamq́ nobis excellentiorem quæ gaudio incorruptionis exultat feſtiuitatem mentis eripiat, & incipiamus poſt breuem carnalis lætitiæ uanitatem, amiſſam cordis pudicitiam longo pœnitentiæ mœrore deflere. Studendum quinimo eſt, ut non fruſtra ad nos illa propheticæ adhortationis commonitio dirigatur. Celebra iuda feſtiuitates tuas, & redde uota tua. Si enim continentię iugitatem interiecta dierum ſolennitas non mutarit, ſpiritalibus ferijs iugiter perfruemur, & ita nobis à ſeruili operatione ceſſantibus, erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato.

Interrogatio de diuerſa obſeruatione quadrageſime.
Cap. XXIIII.

GErmanus. Quid cauſæ eſt ut ſex hebdomadibus quadrageſima celebretur, licet in quiſdam prouincijs religionis forſitan propenſior cura, adiecıſſe hebdomadã etiam ſeptimam uideatur, cum neuter numerus die dominico ſabbatoq́ ſubtracto, quadraginta dierum impleat ſummã? Sex enim & triginta dies in ipſis hebdomadibus tantummodo concluduntur.

Reſponſio eo quòd ad anni decimas quadrageſimæ ieiunium referatur. *Cap.* XXV.

THeonas. Licet quorundam pia ſimplicitas huius rei amputet quæſtionem, tamen quia etiam illa quæ alius interrogatione indigna duxiſſet ſcrupuloſius perſcrutantes integram obſeruantię noſtræ ac miſterij ueritatem deſideratis agnoſcere, euidentiſſimam huius etiam rei percipite rationem, ut manifeſtius approbetis nihil irrationabile noſtros tradidiſſe maiores. Lege moſayca uniuerſo populo generalis eſt promulgata præceptio: Decimas tuas & primitias offeres domino Deo tuo. Itaq; qui ſubſtantiarũ omniumq; fructuũ decimas offerre præcipimur, multomagis neceſſe eſt ut ipſius quoque conuerſationis noſtræ & humani uſus operumq́ noſtrorum decimas offeramus, quæ profecto in ſupputatione quadrageſimę euidenter implentur. Omnium enim dierum numerus quibus reuolutus in orbem annus includitur, triginta ſex ſemis dierum numero decimatur. In ſeptẽ uero hebdomadibus ſi dies dominici & ſabbata ſubtrahantur, quinq; & triginta ſuperſunt dies ieiunijs deputati, ſed adiecta illa uigiliarũ die qua uſq; in gallorum cantum illuceſcente dominica ieiunium ſabbati protelatur, non ſolũ ſex & triginta dierum numerus adimpletur, uerumetiam pro decimis quinq; dierũ qui reſidui uidebantur, ſi illud quòd ſuper eſt adiectum noctis ſpacium computetur, plenitudini totius ſummæ omnino non deerit.

Quomodo etiam primitias noſtras domino debeamus offerre. *Cap.* XXVI.

QVid uero de primitijs dicam, quas ab omnibus, qui Chriſto fideliter famulantur quotidie certũ eſt exhiberi? Nam cum experrecti à ſomno, & quaſi rediuiua poſt ſoporem alacritate ſurgentes, priuſquàm motum ſenſus ulliuscorde concipiant, uel memoriam aut curam rei familiaris admittant, cogitationum ſuarum ortus atque principia, diuinis conſecrant holocauſtis, quid niſi primitias uere ſuorum fructuum, per ſummum ſacerdotem Ieſum Chriſtum, pro uſu uitæ huius & imagine quotidianæ reſurrectionis exoluunt? Quique etiam à ſomno excitati, hoſtiam iubilationis ſuæ Deo ſimiliter offerentes, primo linguæ ſuæ motu ipſum inuocant, ipſius nomen laudes que

que concelebrant, atque ad canendos ei hymnos, prima labiorũ claustra reserantes, id est, imolant Deo sui oris officia. Cui etiam pari deferunt modo prima manuũ suarum gressiumque libamina, cum è cubilibus consurgentes in oratione consistunt, & priusquàm in proprijs causis membrorum suorum fungantur officio, nihil sibi de ministerio eorũ ante decerpunt, sed ad ipsius honorem promouent gressum, atque in eius laudatione desigunt, & ita cunctorum motuum suorum primitias protensione manuum, incuruatione genuum, & totius corporis postratione persoluunt. Illud enim quòd decantatur in psalmo alias implere non possumus: præueni in maturitate & clamaui, & preuenerunt oculi mei ad te diluculo ut meditarer eloquia tua, & mane oratio mea præueniet te, nisi ut post quietem somni in hanc lucẽ, ut supra diximus, uelut è tenebris & imaginaria morte reuocati, de uniuersis officijs mentis & corporis nihil omnino in nostris præsumere necessitatibus audeamus. Nullus namque est alius quem aut propheta præuenerit matutinus, aut nos preuenire similiter debeamus, nisi aut nosmetipsos, id est, occupationes nostras & affectus, curasque mortales sine quibus esse non possumus, aut suggestiones subtilissimas inimici quas nobis adhuc quiescentibus ac sopore demersis, per fantasias inanium somniorũ inferre conatur, quibus nos mox euigilaturos occupet & inuoluat, ut primitiarum nostrarum opima deflorans primus ipse decerpat. Quamobrẽ omni nobis cautione curandum est, si tamen uim prædicti uersiculi opere uolumus adimplere, ut ita primos matutinarũ cogitationũ ortus sollers uigilantia tueatur, ne quid ex eis festina præsumptio liuentis attaminet inimici, nostrasque primitias tanque uiles iam atque communes à domino faciat reprobari. Qui si præuentus à nobis peruigili mentis circumspectione non fuerit, anticipationis nequissimã consuetudinem non deponens quotidie nos fraudibus suis præuenire non desinet. Et idcirco si placitas & acceptabiles Deo primitias ex fructibus nostræ mentis optamus offerre non mediocrem sollicitudinem debemus impendere, ut omnes nostri corporis sensus, matutinis præcipue horis tanque sacrosancta domini holocausta in omnibus illibata atque intacta seruemus. Quòd deuotionis genus multi etiam secularium summa cautione custodiunt, qui ante lucem uel diluculo consurgentes, nequaquã familiaribus ac necessarijs mundi huius actibus implicantur, priusquàm cunctorũ actuum suorum operationumque primitias, ad ecclesiam concurrentes diuino studeant consecrare conspectui.

Cur diuerso dierum numero quadragesima à plerisque obseruetur. Cap. XXVII.

PОrro quod dicitis, diuerso more, id est sex uel semptẽ hebdomadibus per nonnullas prouincias quadragesimam celebrari, una quemadmodũ diximus ratio idemque ieiuniorum modus diuersa hebdomadarũ obseruatione concluditur. Hi enim sibi sex hebdomadarum obseruantiam prefixerunt, qui putant die quoque sabbati ieiunandum. Sex ergo hebdomadas ieiunia persoluunt, qui eosdẽ sex & triginta dies per sabbata sexies reuoluta consummant.

Quare uocetur quadragesima cum triginta & sex tantummodo diebus ieiunetur. Cap. XXVIII.

VNa ergo quemadmodũ diximus ratio, idemque est ieiuniorum modus, licet in hebdomadarum numero discrepare uideatur. Sed profecto cum rationem huius rei humana obliterasset incuria, tempus hoc quo anniuersariæ ut dictum est decimæ Deo triginta sex semis ieiunijs offerruntur, quadragesimæ nomen accepit, quòd fortasse uel propter hoc uisum sit hoc uocabulo debere censeri, quòd Moses uel Helyas uel ipse dominus noster Iesus Christus quadraginta diebus ieiunasse traduntur. Ad cuius numeri sacramentũ illi quoque quadraginta anni quib. Israël est in solitudine cõmoratus, & quadraginta similiter mansiones quib. eam mystice pertransisse describitur, non incongrue coaptant. Et fortasse ipsa decimatio recte quasi ab usu telonei quadragesime nomen accepit. Ita em̃ illa publica uulgo uocatur exactio, ex qua tãta lucri portio regis cõmodis deputat quantũ & à nobis à rege omniũ seculorũ pro usu uitæ nostræ legitimũ quadragesimę uectigal exigit. Sane licet hoc ad ꝓpositã nõ ꝑtineat q̃stionẽ, tñ q̃a se obtulit nar

rationis

rationis occaſio, non hoc quidem prætereundum puto quòd frequentiſsime ſeniores noſtri idcirco illis diebus maxime impugnari omne monachorum genus antiqua inimicæ gentis conſuetudine teſtabantur, & ad transmigrandum de ſuis ſedibus acrius per urgeri, eo quòd ſecundum illam ſimilitudinem qua tunc Aegyptij filios Iſraël uiolentis afflictionibus opprimebant, nunc quoq; uerum Iſraël, id eſt, monachorum plebem intellectuales Aegyptij duris ac lutulentis operibus incuruare conentur, ne per amicam Deo quietem terram Aegyptiam deſerentes, ad eremũ uirtutum ſalubriter tranſeamus, ita ut aduerſum nos Pharao infremens dicatur. Ocioſi ſunt, & idcirco uociferantur dicentes, eamus & ſacrificemus domino Deo noſtro. Opprimantur laboribus & ſolliciti ſint in operibus ſuis, & non ſint ſolliciti in uerbis uanis. Nam utiq; uanitas impiorũ ſanctum domini ſacrificium quòd non niſi in eremo liberi cordis offertur, ſummam eſſe aſtruit uanitatem, abhominatio eſt enim peccatori religio.

Quòd perfecti ſupergradiantur legem quadrageſime. Cap. XXIX.

HAc igitur quadrageſimę lege qui iuſtus atq; perfectus eſt, non tenetur, nec exigui huius canonis ſubiectione contentus eſt, quem profecto illis qui per totum anni ſpacium delitijs uel negotijs ſecularibus implicantur eccleſiarum principes ſtatuerunt, ut uel hac legali quodammodo neceſsitate conſtricti, his ſaltem diebus uacare domino cogerentur, ac dierum uitæ ſuæ quos totos quaſi fructus quoſdam fuerant uoraturi uel decimas domino dedicarent. Cęterum iuſti quibus lex non eſt poſita, quiq; ſpiritalibus officijs non exiguam illam, id eſt, decimam partem, ſed totum uitæ ſuæ tempus impendunt, quia liberi ſunt à decimarum legalium functione, idcirco ſi eos ſuperueniens honeſta & ſancta neceſsitas coartarit, audent ſtationem ieiunij abſque ulla diſceptatione laxare. Non enim ab eis decimarum exiguitas mutilatur, qui omnia ſua domino ſecum pariter obtulerunt. Quod profecto abſq; ſummo fraudis reatu facere ille non poterit, qui nihil uoluntarie offerens Deo, inexcuſabiliter ſoluere decimas ſuas legis neceſsitate compellitur. Quapropter liquido compellitur perfectum eſſe non poſſe famulum legis, qui uel illa quæ prohibentur cauet, uel illa quæ præcipiuntur exequitur, ſed illos uere eſſe perfectos qui etiam his quę à lege conceſſa ſunt non utuntur, Et hac ratione cum de Moſayca lege dicatur, nihil enim ad perfectum duxit lex, nonnullos ſanctorum in ueteri teſtamento perfectos legimus extitiſſe, quia tranſcendentes legis imperium ſub Euangelica perfectione uixerunt, ſcientes quòd iuſtis non eſt lex poſita ſed iniuſtis & non ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis.

De cauſa & initio quadrageſimæ. Cap. XXX.

SCiendum igitut ſane hanc obſeruantiam quadrageſimæ, quãdiu eccleſiæ illius primitiuæ perfectio inuiolata permanſit, penitus non fuiſſe. Non enim pręcepti huius neceſsitate nec quaſi legali ſanctione conſtricti, artiſsimis ieiuniorum terminis claudebantur, qui per totum anni ſpacium æquali ieiunio concludebantur. Verum cum ab illa Apoſtolica deuotione deſciſcens quotidie credentiũ multitudo ſuis opibus incubaret, ne eas uſui cunctorum fidelium ſecundum Apoſtolorum inſtituta diuideret, ſed priuatim impendijs ſuis conſulens non ſeruare tantum, ſed etiã augere contenderet, Ananię & Saphyræ exemplum non contenta ſectari, id tunc uniuerſis ſacerdotibus placuit, ut homines curis ſecularibus illigatos, & pene (ut ita dixerim) continentiæ uel compunctionis ignaros, ad opus ſanctum canonica ieiuniorũ indictione reuocarent, & uelut legalium decimarum neceſsitate compellerent, quæ utiq; infirmis prodeſſe poſſet, & perfectis præiudicare non poſſet, qui ſub gratia Euangelij conſtituti uoluntaria legem deuotione tranſcendunt, ut ad illam Apoſtolicæ ſententiæ beatitudinem poſsint peruenire. Peccatum enim in uobis non dominabitur, non enim eſtis ſub lege: ſed ſub gratia. Vere enim dominationem in illo non poteſt exercere peccatum, qui dominatur affectibus peccatorum.

Interrogatio

Interrogatio quemadmodum intelligi debeat quod ait Apostolus peccatum in nobis non dominabitur. Cap. XXXI.

GErmanus. Quia non potest fallax hæc Apostoli esse sententia, quæ securitatem non solum monachis sed etiam omnibus Christianis generaliter repromittit, nimium nobis uidetur obscura. Cum enim cunctos qui Euangelio credunt à iugo & dominatione peccati liberos atque alienos esse pronunciet, quomodo pene in omnibus baptizatis uincit dominatio peccatorũ, secundum sententiam domini qua ait: Omnis qui facit peccatum seruus est peccati?

Responsio de differentia gratiæ & legalium præceptorum. Cap. XXXII.

THeonas. Quæstionem nobis rursus immodicā inquisitio uestra commouit, cuius uim licet sciam ab inexpertis nec tradi posse nec percipi, tamen inquantum potero uerbis absoluere & breuiter expedire temptabo, si modo intellectus uester ea quę dicemus etiam operibus subsequatur. Quæcunque enim non per doctrinam sed per experientiam cognoscuntur, sicut tradi ab inexperto nequeunt, ita nec mente concipi uel teneri, nisi ab eo qui simili studio fuerit atque institutione fundatus. Et idcirco necessarium reor, ut primum diligentius inquiramus, quòd nam sit propositum uel uoluntas legis, uel quæ gratię disciplina atque perfectio, ut consequenter ex his, siue dominationem peccati, siue expulsionem eius possimus agnoscere. Itaque lex principaliter iubet expeti copulam nuptiarum dicens: Beatus qui habet semen in Syon, & domesticos in Hierusalē & maledicta sterilis quæ non peperit. Econtrario gratia ad incorruptionis perpetuę puritatem, & castimoniam nos beatæ uirginitatis inuitat. Beatę inquiens, steriles quę non genuerunt & ubera quæ non lactauerunt, & qui non oderit patrem & matrem & uxorem: non potest meus esse discipulus. Et illud Apostoli: Reliquum est ut & qui habent uxores tanquam non habentes sint. Lex dicit: decimas tuas & primitias non tardabis offerre, Gratia autem dicit, si uis perfectus esse: uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus. Lex talionum, conuitiorum & iniuriarum non prohibet ultionem dicens: oculũ pro oculo, dentem pro dente, Gratia, congemminatione iniuriarum uel cædis quæ fuerint irrogatæ, nostram patientiam uult probari, & ad duplicis dispendij tolerantiam paratos esse nos præcipit: Qui te percusserit, inquiens, in dexterā maxillam præbe ei & alteram, & illi qui uult tecum iudicio contendere, & tunicā tuam tollere, dimitte ei & palliũ. Illa inimicos odio habendos, Hæc ita diligendos esse decernit, ut pro ipsis Deo semper censeat supplicandum.

De eo quòd leuiora sint Euangelij præcepta quam legis. Cap. XXXIII.

CVm igitur quis hoc Euangelicæ perfectionis culmen ascenderit, iste profecto supra omnem legem tantarum uirtutum meritis sublimatus, & uniuersa quæ per Mosen præcepta sunt quasi parua despiciens, tantum sub gratia saluatoris se esse cognoscit, cuius adiutorio se ad illum sublimissimum statum intelligit peruenisse. Non ergo dominatur in eo peccatum, quia charitas quæ diffusa est in cordibus nostris, per spiritũ sanctum, qui datus est nobis, omnem alterius cuiusque rei excludit affectum, nec potest aut uetita concupiscere aut imperata contemnere, cuius totum studium, totumque desiderium diuino amori semper intentum, usque adeo uilium rerum oblectatione non capitur, ut etiam his quæ concessa sunt non utatur. In lege autem in qua coniugiorum iura seruantur, quamuis cohibita luxuriæ euagatio uni tantũ fœminæ mancipetur, tamen nequaquàm possunt carnalis concupiscentiæ aculei non uigere, & difficile est ut ignis cui etiam studiose pabula suggeruntur, ita præfixis terminis includatur, ut non etiam extra euagatus amburat quicquid attigerit. Cui etiam si sua illa ita semper occurrat obiectio, ut exestuare extrinsecus non sinatur, tamen etiā dum cohibetur incendit, quia uoluptas ipsa culpabilis est, & ad uelocissimos adulteriorũ raptatur excessus consuetudo concubitus. Cæterum quos gratia saluatoris sancto incorruptionis amore flammauerit, ita omnes carnalium desideriorum spinas dominicæ charitatis igne consumunt, ut nec tepens fauilla uitiorum refrigerium integritatis imminuat. Legis ergo famuli à licitorũ usu ad illicita prolabuntur, gratiæ participes dum licita contēnunt, illicita non nouerunt,

uerunt,

uerunt. Sicut autem uiuit in coniugij amore peccatum, ita etiam in eo qui decimas suas & primitias tantum est reddere contentus, necesse est enim eum dum tardat aut negligit, aut in qualitate earum, aut in quantitate, aut in quotidiana distributione peccare. Qui enim iubetur ea quæ sua sunt infatigabiliter indigentibus ministrare, quamlibet ea summa fide ac deuotione dispenset, tamen difficile est ut non laqueos peccatorum frequenter incurrat. In illis uero qui consilium domini non spreuerunt, sed omnẽ substantiam suam pauperibus prærogantes, sumpta sua cruce largitorem cœlestis gratiæ subsequuntur, peccatũ non potest dominari. Non enim eum dispensantem sacratas iam Christo opes & quasi alienas pia distributione pecunias, infidelis seruandi uictus cura mordebit, nec eleemosyne hylaritatem abijcit mœsta cunctatio, quia quod semel totum obtulit Deo, id iam alienũ sine propriæ necessitatis recordatione aut angusti uictus timore dispergit, qui certus est cum ad desideratam peruenerit nuditatẽ, multo magis à Deo se quàm uolucrem cœli esse pascendum. Econtrario is qui substantiã retinens mundialem, aut decimas fructuum suorum atq; primitias, aut partem pecuniarum constrictus legis antiquæ sanctione distribuit, licet peccatorum suorum ignem maxime eleemosynæ rore restinguat, impossibile tamen est, quantauis opes suas magnanimitate dispenset, ut se ad plenum eruat à dominatione peccati, nisi forte per gratiam saluatoris, cum re etiam ipsum affectũ deposuerit possidendi. Pari modo non potest non cruento peccati imperio famulari, quicumq; oculum pro oculo, dentem pro dente, ex præcepto legis eruere, aut inimicum suum odio mauult habere, quia necesse est eum dum talionis uicissitudine ulcisci suam optat iniuriam, dum contra inimicos odij amaritudinem seruat, furoris atq; iræ perturbatione semper accendi. Quicunq; uero sub euangelicæ gratiæ illuminatione uersatur, ac malum non resistendo superans, sed ferendo dexteram percutienti maxillam, etiam alteram præbere uoluntarius non moratur, & uolenti aduersum se de tunica litigium commouere, remittit & palliũ, quiq; diligit inimicos suos, & orat pro calumniantibus sibi, hic peccati repulit iugũ ac uincula dirupit. Non enim uiuit sub lege, quæ non interimit seminaria peccatorũ, unde non immerito de ipsa beatus Apostolus, reprobatio, inquit, fit pręcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex, & Dominus per prophetã: & dedi, inquit, eis præcepta non bona, & iustificationes in quibus nõ uiuent in eis, sed uiuit sub gratia, quæ non ramos tantũ nequitiæ amputat, sed ipsas penitus radices noxiæ uoluntatis euellit.

Quemadmodum quis probetur esse sub gratia. Cap. XXXIIII.

QVisquis ergo perfectionem Euangelicæ studuerit tenere doctrinę, hic sub gratia constitutus peccati dominatione non premitur. Hoc est enim esse sub gratia, quę à gratia mandantur implere. Qicunq; uero perfectionis Euangelicæ plenitudini subiectus esse noluerit, non ignoret se quãuis baptizatus sibi uideatur ac monachus, non esse sub gratia, sed legis adhuc uinculis præpeditum peccati pondere prægrauari. Propositũ namq; est eius qui omnes à quibus receptus fuerit gratia adoptationis assumit, non destruere sed superædificare, nec euacuare sed adimplere Mosaycas sanctiones. Quod nonnulli penitus ignorantes, & consiliorum atq; exhortationum Christi magnificentiam negligentes, ita præsumptiua libertatis securitate soluuntur, ut non solum Christi præcepta tanquàm arduam non attingant, uerumetiam ipsa illa quæ illis incipientibus paruulisq; Mosayca lege mandata sunt, uelut antiquata contemnãt, illud quod Apostolus execrãt noxia libertate dicentes: Peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Qui ergo nec sub gratia est, quia nequaquàm ad dominicæ doctrinæ culmen ascendit, nec sub lege, quia etiam ipsa illa paruula legis mandata non suscepit, hic duplici peccatorum oppressus imperio ob hoc solum gratiam Christi percepisse se credit ut per noxiam libertatem ab eo fieret alienus, in illud incidens quòd apostolus petrus ne in curramus enunciat. Quasi liberi, inquit, agite, & non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem Beatus quoque Apostolus Paulus, uos enim, inquit, in libertatem uocati estis fratres, id est, ut absoluti sitis à dominatione peccati, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, id est, frustrationem legalium mandatorum credatis esse licentiam uitiorum.

uitiorum. Hæc uerò libertas, quia nusquam nisi ibi sit tantum ubi dominus commoratur, Paulus Apostolus docet: Dominus, inquiens, spiritus est, ubi autē spiritus domini, ibi libertas. Quapropter nescio utrū hunc beati Apostoli sensum sicut hi qui experti sunt sapiunt, exprimere atq; elucidare potuerim, unum scio apertissimè illum etiam sine expositione cuiusquam omnibus reserari, qui actualem perfectè tenuerint disciplinam. Non enim laborabunt ut quod iam operando didicerunt, intelligant disputando.

Interrogatio cur interdum propensius ieiunantes carnalibus incentiuis acrius urgeamur. Cap. XXXV.

GErmanus Obscurissimam quæstionem & multis etiam ut putamus incognitam apertissimè reuelasti. Vnde ut hoc quoq; profectui nostro adijcias deprecamur, ut cur interdum etiam propensius ieiunantibus nobis, & exhaustis atq; defectis, uehementiores pugnæ corporis excitentur diligenter edisseras. Nam plerunq; etiam experrecti è somno, cū deprehenderimus nos corporalis ueneni contagium pertulisse, ita deijcimur conscientia, ut ne ad ipsam quidē orationem cōsurgere fiducialiter audeamus.

Responsio quòd hæc quæstio futuræ collationi debeat reseruari, Cap. XXXVI.

THeonas. Studium quidem uestrum, quo perfectionis uiam non transitoriè sed plene atq; perfectè desideratis attingere, infatigabiliter huic disputationis nos prouocat inhærere, nec enim de exteriore castimonia & circūcisione manifesta, sed de illa quæ in occulto est diligenter inquiritis, scientes in hac uisibili carnis cōtinentia, perfectionis plenitudinem non inesse, quæ haberi uel per necessitatem uel per hypocrisim etiam ab infidelibus potest, sed in illa cordis uoluntaria & inuisibili puritate. Quam cum beatus Apostolus ita prædicet, non enim qui in manifesto Iudęus, neq; quę in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in occulto Iudæus, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus sed ex Deo est, qui solus scilicet cordium secreta rimatur, tamen quia satisfieri desiderio uestro ad plenum non potest, breue enim quod superest spacium noctis, ad indagandam hanc obscurissimam non sufficit quæstionē, congruū reor ut interim differatur. Sensim enim hæc & corde ab omni cogitationum strepitu penitus absoluto ut à nobis proferri, ita uestris debent mentibus intimari, quæ sicut propter conscientiæ purificationem oportet inquiri, ita nisi ab eo qui donum integritatis expertus est tradi assignariq; non possunt. Non enim quæritur quid inanium argumenta uerborū, sed interna conscientiæ fides & maior uis ueritatis inculcet. Et idcirco de emundationis huius scientia atq; doctrina, nec proferri aliquid nisi ab experto, nec transfundi quicquam potest, nisi in cupidissimum ualdeq; sollicitum uirtutis ipsius amatorem, qui non eam uacuis nudisq; sermonibus suscitando, sed totis animi uiribus annitendo oportet attingere, scilicet non studio loquacitatis infructuosæ, sed desiderio puritatis internæ.

Collationis primæ abbatis Theonæ de remissione Quinquagasimæ finis.

COLLATIO SECVNDA ABBATIS THEONAE DE NOCTVRNIS *illusionibus*, *Caput I.*

POst dies fermè septem Quinquagesimæ solennitate transacta, cum ipso noctis initio, id est, post synaxin uespertinam promissę disputationis expectatione suspensi, sancti Theonæ cellulam fuissemus ingressi, alacer senex hilari uultu ac blando nos prior sermone compellans: Mirabar, inquit, ardentissimum studium uestrum his septem diebus absolutionem propositæ quæstionis potuisse differre, & debitori suo pręcipuè non roganti, dilationem tanti temporis præstitisse. Iustissimum proinde est ut qua ultrò mihi benignitas uestra tam largas cōcessit inducias, ego quoq; moram in debiti redditione nō faciam. Grata nanq; est huius fœnoris occupatio, quę maiora dum soluitur augmenta conquirit, & non solum perci-

pientem ditat, uerum etiam nihil imminuit largienti. Duplices siquidē congregat quæstus rerum spiritalium dispensator. Lucrū enim non solum in illius qui audit profectu, uerūetiam in sua disputatione consequitur, non minus semetipsum ad desiderium perfectionis accendens, dum instruit auditorem. Quambrem uester ardor meus profectus est, uestra sollicitudo mea compunctio est. Nam utiq; & ipse nunc mente torperem, nihilq; in meo corde de his quæ expetitis pertractarem, nisi me uester feruor atq; expectatio ad rerum spiritalium recordationem suscitaret quodammodo dormitantem. Et idcirco proferatur in medium quæstio si uidetur, cuius pridem pro angustia temporis absolutionem procrastinare maluimus.

Commemoratio interrogationis nostræ, cur maiorem abstinentiam maior interdum carnis impugnatio subsequatur. Cap. II.

HOc autē ni fallor inquisitio uestra cōplexa est, cur interdū remissius ieiunantes, leuioribus carnis huius aculeis titillemur, & nōnunq; districtius abstinētes, afflicto exhaustoq; corpore, incentiuis acrioribus urgeamur, ita ut quemadmodū patefecit uestra confessio, experrecti reperiamus nos humorum naturalium egestione respersos.

Quòd triplici ratione proueniat genitalis fluxus egestio. Cap. III.

HVius ergo infestationis triplicē causam nostri prodidere maiores, quē modū tēporis constituti intēpestiuis irrūpat excessibus. Aut enim superflua escarū nimietate congeritur, aut per incuriam mentis elabitur, aut inimici illudentis insidijs prouocatur. Primū igitur Gastrimargiæ, id est, uoracitatis uel gulæ uitiū, hanc redundantiā obscœni humoris extrudit. Nā & cū districtioris abstinentiæ tēpore statū polluit puritatis, non de præsenti ut putatis inedia, sed de nimietate præteritæ saturitatis effunditur. Quod enim per uoracitatis ingluuiem concretū fuerat in medullis, necesse est ut per pruritū aut certè per ignorantiā, quāuis magno ieiunio tabefacti corporis egeratur. Quāobrē non solū lautioribus epulis abstinendū, sed etiā à uilioribus cibis æquali est continentia tēperandū, imò ipsius etiā panis & aquæ satietas est cauenda, ut posit diu in nobis acquisita corporis puritas permanere, atq; imitari quodāmodo intemeratā spiritus castitatē, licet nos necesse sit confiteri, interdū etiam abs q; ulla mentis industria, uel per tēperiem corporum, uel per ætatis maturitatem, quosdam rarius sordidari, uel certè fluxus istius egestione non pollui. Sed alterius meriti est, qui pacem inerti fœlicitate consequitur, alterius qui triumphum gloriosis uirtutibus promeretur. Huius enim potentia uitiorum omnium debellatrix digna miraculo est, illum quem facultas boni in sua tuetur ignauia censendum magis dixerim securitatē habere quàm laudem. Secunda impuri illius profluuij causa est, si mens spiritalibus studijs atque exercitijs uacuata, nec disciplinis interioris hominis instituta, quendam sibi segnitiei situm per consuetudinem continui torporis obduxerit, aut cum sordidarum cogitationū inimicitias non cauens, ita illam cordis sublimissimam puritatem segniter concupiscit, ut omnem perfectionis & castimoniæ summam in sola credat exterioris hominis castigatione consistere. Cuius erroris atque secordiæ uitio consequenter eueniet, ut non solum multimoda cogitationum peruagatio, inuerecundè atque procaciter secretum mentis irrumpat, sed etiam pristinarū omnium passionum intra eam semina perseuerent. Quæ quandiu in eius abditis delitescunt, quamuis rigido corpus ieiunio castigetur, tamen nihilominus dormientem illecebrosis phantasmatibus inquietant. Qua re fit ut ante legittimi temporis cursum, non iam ex naturæ necessitate, sed nec adhuc ex fraude nequitiæ spiritalis, obscœni elicīantur humores, qui non tam inanitate carnis quàm mentis circumspectione atque uirtute si penitus inhiberi nequeunt, saltem ad illam egestionis simplicem qualitatem, auxiliante gratia Dei, perducuntur. Ideoque in primis discursus sunt sensuum coërcendi, ne mēs istis excessibus assuefacta, ad fœdiora incitamenta luxuriæ somnians pertrahatur. Tertia causa est, cum per ordinatam quidem atque sollicitam continentiæ disciplinam, contritione cordis & corporis perpetuam castimoniæ puritatem optamus acquirere, sed nos utilitati carnis ac spiritus egregiè consulentes, fraudulentissimi hostis ita impugnat inuidia

dia, ut dum deijcere fiduciam conscientiæ nostrę, nosq́ uelut reatu aliquo humiliare conatur, illis præcipuè diebus, quibus maiore integritatis merito desideramus diuino placere conspectui, absq́ ullo quidem carnis pruritu, mentis'ue consensu, nec per illusionem phantasmatis alicuius, sed tamen simplici fluxus illius egestione nos polluit, ut à sacrosancta nos communione deterreat, licet in quosdã incipientium & quorum corpora necdum longa ieiuniorum castigatione tenuata sunt, ob hoc diabolica factione hæc euenire credatur illusio, ut cũ eos intensioribus ieiunijs studere cognouerit, omnes eorum conatus hac arte subuertat, ut dum se non solum nihil ad puritatem corporis districtiore ieiunio profecisse, uerum etiam grauius sentiunt fuisse pulsatos, magistram incorruptionis ac puritatis altricem abstinentię districtionem tanquam emulam perhorrescant. Quapropter nosse debemus non idcirco nos tantum ab unoquoque uitio debere purgari, quia suis perturbationibus nostrum occupet sensum, sed quia contẽtum non sit solum absque aliorum consortio dominari, sed intromisso omnium uitiorum diriore collegio, subditam sibi mentem multiplicata captiuitate populetur. Et idcirco Gastrimargia uincenda est, non propter se tantum, ne scilicet onerosa nos uoracitate corrumpat, nec propter hoc solum, ne carnalis concupiscentiæ nos igne succendat, sed ne iracundiæ uel furoris atq́ tristitię, cæterarumq́ omnium passionum faciat esse mancipia. Nam cum nobis esca ac potus uel minus uel negligentius uel tardius ministratur, si gulæ dominatione deprimitur, consequens est, ut etiam iracundię stimulis incitemur. Et rursus uoluptuosis saporibus demulceri absq́ Philargyrię peste non possumus, per cuius superfluos apparatus magis luxuria gaudet impendijs. Philargyria uerò cenodoxia atque superbia & omnium multitudo uitiorum indiuidua societate iunguntur, atque ita unumquodque uitium si uigere in nobis uel solum cœperit, etiam cæteris suggerit incrementa.

Interrogatio an ad sacrosanctam communionem accedere liceat, nocturna illusione pollutum. Cap. IIII.

GErmanus. Dispensatione Dei credimus hanc quęstionem in medium fuisse prolatam, ut illud quod uerecundia interrogandi fiduciam cohibente, nunquam potuimus edoceri, nunc opportunitate collationis causęq́ ipsius ordine prouocati, sciscitari fiducialiter audeamus. Si igitur eo tempore quo accedi oportet ad sacrosancta mysteria senserimus nos somni illusione pollutos, pręsumenda est an uitanda illa salutaris escę sacrosancta perceptio?

Responsio, quando reatum contrahat hæc passio dormienti. Cap. V.

THeonas. Omni quidem industria quantum in nobis est studere debemus, ut immaculatam castimoniæ puritatem illo uel maximè tempore teneamus, quo uenerandis assistere optamus altaribus, & uigilantissima circumspectione pręcauendũ est, ne carnis integritas pręcedente tempore custodita, in ea pręcipuè in qua nos ad cõmunionẽ salutaris conuiuij pręparamus nocte fraudetur. Verùm si hostis ille nequissimus ut nobis cœlestis remedij subtrahat medicinã, custodiam sopitę mentis illuserit, ita duntaxat ut nullo reprehensibili interueniente pruritu, nullo cõtaminetur oblectationis assensu, sed egestionem aut naturali necessitate profusam, aut certè impugnatione diaboli absq́ sensu uoluptatis elicitam, ad impedimẽtum nostrę sanctificationis obtenderit, possumus & debemus ad gratiam salutaris cibi confidenter accedere. Sin uerò nostro uitio hęc fuerit egesta concretio, conuenientes conscientiam nostram illud apostolicũ formidemus: Qui mãducauerit panem & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, nõ discernens corpus domini, id est, nequaquam illum cœlestem cibum à communium escarum uilitate secernens, nec talem esse dijudicans quẽ non nisi pura liceat mente uel carne pręsumere. Deniq́ infert: Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiũt multi, spiritales scilicet infirmitates ac mortes ex hac specialiter dicens pręsumptione generari. Multi enim qui eum illicita usurpatione pręsumunt infirmantur fide, & imbecilli sunt

mente, passionum scilicet languoribus inuoluti, & dormiunt somno peccati, ab hoc sopore letali nequaquam salutari sollicitudine resurgentes. Deinde sequitur: Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non utiq; iudicaremur, hoc est, si nosmetipsos perceptione sacramentorum quotiescunq; peccati uulnere præuenimur, iudicaremus indignos, impēderemus utiq; studium, ut per pœnitudinis emendationem ad ea dignè possemus accedere, & non tanquam indigni seuerissimis infirmitatum flagris castigaremur à domino, ut uel sic compuncti ad remedia nostrorum uulnerum recurramus, ne digni præsentis seculi breuissima correptione non habiti, in futuro simul cum huius mundi peccatorib. condemnemur. Quod etiam in Leuitico euidenti denunciatione præcipitur: Omnis mudus manducabit carnes, & anima quæcunque comederit de carnibus sacrificij salutaris quod est Domini, in qua est immunditia, peribit coram Domino. In Deuteronomio quoque à spiritalibus castris immundus similiter mysticè segregatur: Si fuerit, inquit, inter uos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad uesperam, abluatur aqua, & post solis occasum regredietur in castra.

Quòd nonnunquam etiam inimici factione hæc contingat illusio. Cap. VI.

VErùm ut manifestius approbetur, quòd etiam inimici factione nonnunquam hęc eliciatur impuritas: Nouimus fratem, qui cum castimoniam cordis & corporis summa circunspectione atque humilitate promeritam iugiter possideret, ac nequaq; nocturnis ludificationibus tentaretur, quotiens tamen se ad percipiendam communionem dominicam præparasset, immundo fluxu dormiens fœdabatur. Qui cum multo se tempore à sacrosanctis mysterijs trepidus abstineret, tandem hanc ad seniores detulit quæstionem, remedium impugnationis ac doloris sui medicabili eorum consilio consecuturum se esse confidens. Sed cum primam causam morbi huius spiritalium medicorum doctrina discuteret, quæ solet ex abundantia ciborum præsumptione descendere, eamq; memorato fratri deprehenderent non inesse, atque hanc illusionem nequaquam uitio saturitatis constaret emergere, eo quòd nec fratris nota districtione solennium dierum quibus illa pollutio contingebat specialis exceptio, hoc illos pateretur opinari: ad secundam huius ualetudinis causam illico transtulerunt inquisitionis indaginem, discutientes ne animæ forsitan culpa, caro exhausta ieiunio, impuris illusionibus urgeretur, quibus etiam districtissimi uiri, cum paululum elati de sui corporis fuerint puritate, per superbiæ uitium polluuntur, quod scilicet donum præcipuum Dei, id est, corporis castitatem, humanis se uiribus obtinuisse crediderint. Interrogatus igitur utrum industriam suam ita capacem huius crederet esse uirtutis, ut ope diuini non egeret auxilij, summa hunc impium sensum execratione detestans, cum se humiliter astruxisset, ne cæteris quidem diebus corporis puritatem retinere potuisse, nisi diuina in omnibus gratia fuisset adiutus. Illi confestim ad causam tertiam recurrentes, occultas diabolicæ factionis insidias peruiderunt, probantèsque nec animæ culpam esse, nec carnis, sacrosanctis eum epulis debere misceri confidentissimē censuerunt, ne scilicet si in hac obstinatione durasset, uersutis maligni hostis laqueis obligatus, sanctificationis & corporis Christi particeps esse nō posset, & per hanc fraudē medicina remedij salutaris in perpetuum fraudaretur. Quo facto ita omnis diabolicæ factionis scena detecta est, ut mox uirtute dominicæ corporis protegente, illa præteritæ illusionis consuetudo cessaret, in quo inimici dolus euidenter apparuit, & exposita est pariter ac probata sententia seniorum, quę plerunq; hunc impurissimum fluxum nec carnis nec animæ uitio, sed aduersarij factiosa docuit ludificatione propelli. Vt ergo fallax imaginatio somniorū, illectrix egestionis impuræ, uel in perpetuū, uel certè secundū humiliorē (siue cōmunē dixerim) statum certis mensibus ignoretur, post illam fidem, qua de Dei specialiter gratia puritatis donum iugiter sperare nos conuenit, escę potusq; est nimietas castiganda. Horum nanq; redundātia istiusmodi humores propensius gigni necesse est, qui quoniam concreti non egeri atque ab ipsius naturæ legi propelli, sub occasione cuiuscunq; pruritus atq; illusiones emergunt. Escarum uerò satietate subtracta, consequens est illas

est illas quoque immundas egestiones tardius generari, & ita fit ut quemadmodũ fluxus earum, ita etiam illusio dormientes uel rarius uel subtilius inquietet, quia non solũ egestio ex imaginatione, sed imaginatio ex egestionis nimietate descendit. Quapropter si uolumus ab illusionum istarum illecebris liberari, omni uirtute nobis est enitendũ: Primum ut fornicationis passione deuicta iuxta Apostolum beatum, non regnet peccatũ in nostro mortali corpore, ad obediendum concupiscentijs eius. Secundo ut ipso quoque illecebroso corporis motu sedato penitus ac sopito, nequaquam exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato. Tertio ut interiore quoque homine nostro, ab illa libidinis titillatione omnimodis ac medullitus mortificato, exhibeamus nos Deo tanquam ex mortuis uiuentes, & ita per hunc profectum peruenientes ad perpetuam quietẽ corporis nostri exhibeamus etiam membra nostra non iam arma libidini, sed iustitiæ Deo. In qua nobis castimoniæ puritate fundatis, peccatum in nobis iam non dominabitur. Non enim sumus sub lege, quæ dum licita nuptiarum iure commendat, etiam illum cuius ministerio opus illicitæ fornicationis expletur, in nostris medullis nutrit ac reseruat ardorem, sed sub gratia, quæ dum in corruptionem uirginitatis insinuat, etiam istum innoxium ac simplicem corporis motum, & ipsius quoque liciti coitus interimit uoluptatẽ, atque ita cunctis impurissimæ colluuionis humoribus arefactis, egregij ac laudabiles eunuchi qui per Isaiam prædicantur, effecti, merebimur illam quæ promittitur eis beatitudinẽ possidere. Hęc enim, ait Dominus, eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Qui sunt isti filij & filiæ, quibus intantum isti præferuntur eunuchi, ut etiam locum ac nomen melius accepturi esse dicantur, nisi illi sancti qui sub ueteri testamento in coniugiorum copula permanentes, per obseruantiam mandatorum in adoptionem filiorũ Dei non immerito peruenerunt? Quod etiam nomen est illud quod eis uelut præcipuum quiddam uice remunerationis summæ promittitur, nisi hoc quod Christi uocabulo dicuntur esse censendi? De quo nomine & alibi idem propheta: Et seruos suos, inquit, uocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terrã, benedicetur in Deo, Amen, & qui iurat in terra, iurabit in Deo, Amen. Et iterum: Et uocabitur, inquit, tibi nomen nouum quod os domini nominauit. Quique pro hac cordis & corporis puritate, etiam illa præcipua ac singulari beatitudine perfruentur, ut illud cãticum iugiter canant, quod nemo alius sanctorum canere potest, nisi isti soli qui sequuntur agnum quocunque uadit? Virgines enim sunt & cum mulieribus se non coinquinauerunt. Proinde si ad hanc sublimissimam uirginum gloriam uolumus peruenire, omni uirtute incorruptionem mentis ac spiritus excolamus, ne in illarum insipientium uirginũ numero collabamur, quibus idcirco non sit reputata uirginitas, quia à commixtione carnali immunes sese tãtummodo seruauerunt, & ob hoc uirgines quidem, sed fatuæ nuncupantur, quia deficiente in uasis eorum oleo puritatis internæ, claritas ac splendor corporalis uirginitatis extinguitur, interioris enim fotu ac pabulo puritatis, subministrari necesse est etiam exteriori homini castitatem, eamque iugiter ad perseuerantiam incorruptionis perpetuæ animari. Et ideo fatuæ illæ uirgines gloriosum sponsi thalamum cum illis prudentibus non merentur intrare, quæ integrum spiritum suum & animam & corpus sine quærela in die domini nostri Iesu Christi conseruauerunt. Illi nanque sunt ueri atque incorrupti uirgines Christi, illi admirabiles atque egregij reputantur eunuchi, non qui metuunt, sed quibus non libet fornicari, nec qui impudicitiæ reprimunt frena, sed qui ipsam quoque minimam mentis titillationem & tenuissima libidinis incitamenta uicerunt, & eo usque extenuauerunt illum carnis (ut ita dixerim) sensum, ut non solum ex commotione eius nulla oblectatione, sed ne exigua quidem titillatione tangantur.

Quòd nunquam dignum se communione dominica quispiam debeat iudicare. Caput VII.

TAnta autem cor nostrum humilitatis debemus uallare custodia, ut hanc definitionem perpetua sensuum stabilitate teneamus, nequaquam nos posse ad tãtum purificationis meritum peruenire, ut licet hæc quę supra dixi per Dei gratiam omnia fecerimus, indignos tamen nos communione sacri corporis esse credamus. Primum quia

cœlestis illius mannæ tanta maiestas est, ut nemo hac lutea carne circũdatus pro suo merito eius edulium & non ex gratuita domini largitate percipiat. Deinde quia nullus ita circunspectus in huius mundi potest esse conflictu, ut eum saluti rara uel leuia peccatorum tela non feriant, quia impossibile est ut non aut ignorantia, aut negligentia, aut uanitate, aut obreptione, aut cogitatione, aut necessitate, aut obliuione peccetur. Nam & si ad tam pręcelsum quis uirtutum culmen ascenderit, ut Apostolicum illud non iactanter exclamet: Mihi autẽ pro minimo est ut à uobis dijudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sciat se tamen absq; peccato esse nõ posse. Neque enim frustra idem doctor adiunxit, sed non in hoc iustificatus sum, id est, non si ego iustum me esse credidero, ueram confestim iustitiæ gloriam possidebo, uel quia me conscientia mea nullius peccati reprehensione compungit, idcirco nullius sordis contagione fuscatus sum, multa enim meam conscientiam latent, quæ cum sint mihi incognita uel obscura, Deo nota atq; manifesta sunt. Ideoq; subijciens: Qui autẽ me inquit, iudicat dominus est, id est, ab illo solo quem secreta sordium non latent, uerum iudicij in me proferetur examen.

Obiectio eo quòd omnes dominica communione priuandi sint si nullus est absq; peccato. Cap. VIII.

GErmanus Supra dictum est non nisi sanctos cœlestium sacramentorum esse debere participes, nunc adijcitur impossibile esse homini, ut immunis penitus sit à delicto. Si nullus ergo liber à noxa, nullus est sanctus, & cõsequens est ut homo cui sanctitas deest mysteriorum Christi particeps esse non possit, regnum etiam cœlorum sperare non debeat, quod solis sanctis dominus pollicetur.

Responsio eo quòd multi sancti esse poßint nemo absq; peccato nisi Christus. Cap IX.

THeonas. Multos quidẽ esse sanctos ac iustos negare non possumus, sed inter sanctũ & immaculatũ multa distantia est. Aliud est enim esse quẽpiam sanctũ, id est, diuino cultui consecratũ, hoc enim nomẽ non solũ hominibus, sed etiã locis & uasculis tẽpli atq; lebetibus, attestãte scriptura cõmune est. Aliud est autẽ esse absq; peccato, quod unius domini nostri Iesu Christi singulariter conuenit maiestati, de quo etiã Apostolus uelut pręcipuũ quid ac speciale pronunciat dicẽs: Qui peccatũ non fecit. Satis enim uilem atq; indignã eius præconijs laudẽ quasi incorporale ac diuinũ ei aliquid assignauit, si etiã nos illibatã ab omni peccato possumus transigere uitã. Rursus Apostolus ad Hebreos Non enim habemus, inquit, pontificẽ qui non pos‹s›it cõpati infirmitatib. nostris, tentatũ autẽ per omnia pro similitudine absq; peccato. Si igitur etiã terrenę humilitatis nostræ, cũ illo excelso diuinoq; pontifice hæc potest esse cõmunio, ut etiã nos absq; ulla peccati offensione tentemur, cur Apostolus hoc in illo uelut unicum ac singulare suspiciens, eius meritum ab hominibus tanta diuisione discreuit? Hac ergo sola ab omnibus nobis exceptione distinguitur, quia nos non absq; peccato, illum sine peccato constat fuisse tentatum. Quis etenim hominum quanuis fortis atq; bellator sit, hostilibus tamẽ telis plerunq; non pateat? Quis uelut impenetrabili carne circundatus, tantis prę̃liorũ periculis sine periculo misceatur? Ille autem solus speciosus forma præ filijs hominum, conditionem mortis humanæ cum uniuersa carnis fragilitate suscipiens, nullius unquã est sordis maculatus attactu.

Quòd solus filius Dei absq; ullo peccati uulnere uicerit tentatorem. Cap. X.

TEntatus est enim secundum similitudinem nostram Gastrimargiæ primum uitio, ut ei callidus ille serpens eo ordine quo Adam ante seduxerat esurienti escæ desiderio conarẽ illudere: Si filius, inquiens, Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Sed nullum recipiens ex hac tentatione peccatũ, cum ei facultas indubitata suppetaret, respuit cibũ quẽ ei deceptionis artifex ingerebat, dicens: Nõ in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Tentatus est etiã Cenodoxia secundũ similitudinẽ nostrã, cũ ei dictũ est: Si filius Dei es, mitte te deorsum: sed subdola diaboli suggestione captus nõ est, & uanissimũ seductorẽ etiam scripturarũ obiectione confutans: Nõ tẽtabis, inquit, dominũ Deum tuum. Tentatus est etiam tumore superbiæ secundũ similitudinem

tudinem noſtrã, cum ei à diabolo promitterentur omnia regna mundi & gloria eorum, ſed irriſa atq; obiurgata eſt nequitia tentatoris. Reſpondit enim ei: Vade ſathanas: Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. His autẽ teſtimonijs edocemur, ut fraudulentis ſuggeſtionibus inimici, nos quoq; ſimiliter memoria ſcripturarum debeamus obſiſtere. Rurſum tentatus eſt ſuperbia ſecundũ ſimilitudinẽ noſtrã, cum idem inſidiarum artifex, regnũ quod ab ipſo oblatum ante reſpuerat, per homines ei moliretur ingerere, ſed abſq; peccato inſidias tẽtatoris irriſit. Cum enim cognouiſſet Ieſus, quòd uenturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. Tentatus eſt ſecundum ſimilitudinem noſtram, cum uerberatus flagris, cum palmis cæſus, cum ſputorum horrore reſperſus eſt, cum ad extremum pertulit crucis exquiſita ſupplicia, ſed nullis unquam non dicam contumelijs, uerùm ne ſupplicijs quidem ad tum orem uel leuiſsimæ indignationis impulſus eſt, qui & in patibulo conſtitutus miſericorditer proclamauit: Pater ignoſce eis, non enim ſciunt quid faciunt.

Quòd in ſimilitudine carnis peccati ſolus uenerit Chriſtus, Cap. XI.

QVemadmodũ uerò & illud accipiẽt, quòd eum Apoſtolus in ſimilitudine carnis peccati ueniſſe cõmemorat, ſi etiã nos nulla peccati labe pollutã habere poſſumꝰ carnẽ? Nã & hoc de illo qui ſolus eſt abſq; peccato tanq; ſingulare memorat. Miſit deus filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati, quia uerã atq; integrã ſuſcipiens ſubſtantiam carnis humanæ, nõ ipſum peccatũ in ea, ſed ſimilitudinẽ peccati ſuſcepiſſe credẽdus eſt. Similitudo eñ nõ ad carnis ueritatẽ, ſecundũ prauum quorũdã hæreticorũ ſenſum, ſed ad peccati eſt imaginẽ referenda. Erat enim in ipſo uera quidẽ caro, ſed abſq; peccato, ſimilis ſiquidẽ peccatrici. Illud ſiquidẽ ad humanę ſubſtãtię pertinet ueritatẽ, hoc uerò ad uitia referẽ et mores. Habebat ſimilitudinẽ carnis peccati, cũ uelut homo ignarus ac pro cibo ſollicitus percontaretẽ, quot panes habetis? ſed ſicut peccato nequaq; caro illius, ita nec anima ignorãtiæ ſubiacebat. Deniq; ſtatim euãgeliſta ſubiungit: Hoc autẽ dicebat Ieſus tẽtans eum, ipſe eñ ſciebat quid eſſet facturus. Habebat carnẽ ſimilẽ peccatrici, cũ uelut ſitiens à Samaritana muliere poſceret potũ, ſed nõ erat peccati ſorde polluta, quia ecõtrario mulier prouocata eſt petere aquã uiuam, quæ illã nunq; ſitire permitteret, ſed fieret in ea fons aquæ ſalientis in uitam æternã. Habebat carnis iſtius ueritatẽ cum dormiret in naui, ſed ne pariter nauigantes peccati ſimilitudine fallerentur, ſurgens increpauit uentos & mare, & facta eſt tranquillitas magna. Communi cum omnibus ſorte peccato ſubditus uidebatur, cũ diceretur de ipſo: Hic homo ſi eſſet propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt: ſed peccati non habuit ueritatem, quia blaſphemam cogitationem arguens Phariſæi, ſtatim mulieris peccata dimiſit. Peccatricem cum cæteris gerere putabatur carnem, cum uelut homo in mortis diſcrimine conſtitutus, & imminentium ſuppliciorum terrore perculſus oraret: Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Et: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortenm: ſed peccati contagium neſciebat illa triſtitia, quia uitæ author mortem formidare non poterat. Ait enim: Nemo tollit à me animam meam, ſed ego pono eam à me ipſo, poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.

Quòd iuſti & ſancti omnes non fuerunt in ſimilitudinne ſed in ueritate peccati. Cap. XII.

IN hoc ergo ille homo qui natus ex uirgine eſt, magna cunctis qui ex utriuſq; ſexus cõmixtione producimur, diſtantia ſegregatur, quòd cũ omnes non ſimilitudinẽ ſed ueritatẽ peccati in carne geſtemus, ille nõ ueritatẽ ſed ſimilitudinẽ peccati in uerę carnis aſſumptione ſuſceperit. Deniq; licet ſcriptũ de eo in Iſaia propheta Phariſęi apertiſsimẽ meminiſſent: Qui peccatũ nõ fecit, nec inuetus eſt dolus in ore eius, tamẽ ita ſimilitudine carnis peccati fallebantẽ, ut dicerẽt: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorũ et peccatorũ amicus. Et ad illũ qui illuminatus fuerat cæcũ: Da gloriã Deo, nos eñ ſcimus quia hic homo peccator eſt. Et ad Pylatũ: Niſi eſſet hic homo peccator, nõ eum tradidiſſemus tibi. Huius ergo rei quæ illi tantũ ſingularis ac propria eſt, æqualitatem ſibi blaſphemiæ ſuperbiæ crimine uẽdicabit, quiſquis ſe eſſe ſine peccato auſus fuerit profiteri. Cõſequens eñ eſt ut ſimilitudinẽ carnis peccati, & non ueritatẽ peccati habere ſe dicat.

Quòd non sint tam grauia peccata sanctorum, ut eis auferant meritum sanctitatis. Cap. XIII.

CAeterũ iustos & sanctos uiros non esse immunes à culpa, manifestè scriptura pronunciat, dicens: Septies in die cadit iustus & resurgit. Quid enim aliud est cadere, quàm peccare? Et tamen cum dicatur septies cadere, nihilominus pronunciatur iustus, nec iustitiæ eius præiudicat lapsus fragilitatis humanæ, quia multum interest inter sancti & peccatoris hominis lapsum. Aliud est enim admittere mortale peccatum, & aliud est cogitatione quæ peccato non caret præueniri, uel ignorantiæ aut obliuionis errore, aut facilitate ociosi sermonis offendere, aut ad punctum in fidei theoria aliquid hæsitare, aut subtili quadam Cenodoxię titillatione pulsari, aut necessitate naturæ aliquantisper à summa perfectione recedere. Hæc enim sunt septem lapsuum genera, in quibus sanctus licet nonnunquam cadat, tamen iustus esse non desinit, quæ quamuis leuia esse uideantur ac parua, tamẽ faciunt eum sine peccato esse non posse. Habet enim pro quibus quotidianã gerens pœnitudinem & ueniam ueraciter debeat postulare, & pro suis indesinenter orare peccatis, dicens: Dimitte nobis debita nostra. Et ut euidentissimis probemus exemplis & errasse nonnullos sanctorum, & tamẽ à sua non discessisse iustitia, certè ille beatissimus & Apostolorum eximius Petrus, quid aliud credendus est fuisse quàm sanctus, præsertim id temporis quo ei à domino dicebatur: Beatus es Symon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est, & tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram erit solutum & in cœlis? Quid hac dominica laude pręclarius? quid hac potestate ac beatitudine potest esse sublimius? & tamen post paululũ, cum ignorans mysteriũ passionis, tantæ utilitati humani generis inscius obuiaret, dicẽs: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Meretur audire: Vade post me sathanas, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominũ. Nũquid nam cum his eum uerbis ipsa æquitas increparet, aut nequaquã cecidisse, aut in sanctitate atq; iustitia non permansisse credendus est? Qui illo etiam tempore nunquid ruinam manifestè negandus est pertulisse, quo imminente persecutorum metu, ter dominum negare cõpulsus est? Sed confestim pœnitudine subsequente, amarissimis lachrymis maculã tanti criminis abluendo, sanctitatis atq; iustitiæ meritũ non amisit. De ipso igitur ac de eius similibus sanctis illud etiam quod à Dauid canitur, debemus accipere: A domino gressus hominis dirigetur & uiam eius uolet nimis. Cũ ceciderit nõ collidetur, quia dominus supponit manũ suam. Cuius enim gressus à domino diriguntur, quid aliud potest esse quã iustus? Et tamẽ de hoc ipso dicit, cũ ceciderit nõ collidet. Quid est cũ ceciderit, nisi cũ lapsum peccati alicuius incurrerit? Non collidetur, inquit, id est, nequaq; diu opprimetur incursione peccati, sed licet ad pręsens uideatur elisus, tamen diuino quod implorat erectus auxilio, celeri resurrectione stabilitatem iustitiæ non amittit, uel etiam si ad præsens per fragilitatem carnis aliquid admiserit, suppositione manus dominicæ reparabitur. Nec enim sanctus esse desinit post ruinam, qui cum se fiducia operum suorum iustificari non posse cognoscat, & à tantis peccatorum nexibus credat sola domini gratia liberandum, cum Apostolo proclamare non desinit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.

Quomodo intelligendum sit illud Apostoli: Non enim quod uolo bonum facio. Cap. XIIII.

NAm cum Apostolus Paulus inæstimabilem abyssum puritatis, resistentibus cogitationum æstibus penetrari ab homine non posse cognoscens, diu uelut per profunda iactatus, ante dixisset, non enim quod uolo bonum facio, sed quod odi malum hoc ago. Et rursum: Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, & condelector legi Dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati quæ est in membris meis, omni uel sua uel naturę ipsius fragilitate perspecta, tam immensæ altitudinis uastitate perterritus, ad tutissimum portum diuini confugit auxilij, & quasi de nauigij sui oneribus mortalitatis oppressus, natural

turali infirmitate desperans, ab eo cui impossibile nihil est, naufragiorũ deposcit remedia, cum quodam miserabili uociferãs eiulatu: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Statimq; absolutionem quam desperauit de imbecillitate naturæ, de Dei benignitate pręsumpsit, cõfidenter adiungens: Gratia Dei per Christum dominum nostrum.

Obiectio eo quòd ex peccatorum potius persona hoc Apostolus dixisse credendus sit. Cap. XV.

GErmanus. Multi hoc Apostolicum ita intelligi debere definiunt, ut hoc eum non ex sua, sed ex peccatorum persona dixisse confirment, eorum scilicet qui uolẽtes semetipsos à corporalibus illecebris ac uoluptatibus abstinere, obstricti uitijs pristinis & oblectatione carnalium pasśionũ captiuati, semetipsos cohibere non possunt, dũ inolita consuetudine uitiorum, uelut immiti quadã tyrannidis dominatione depresśi, ad libertatẽ pudicitiæ respirare non possunt. Quomodo enim beato Apostolo quẽ ad summũ perfectionis totius culmen certũ est peruenisse, illud poterit conuenire quod dicit: Non enim quod uolo bonũ facio, sed quod odi malũ hoc ago. Illud etiam quod subiungit: Si autẽ quod nolo hoc ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ? Nec nõ etiã hoc: Cõdelector enim legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ, uideo autem aliam legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuum me ducentẽ in legẽ peccati, quæ est in mẽbris meis. In quo igitur hæc personæ Apostolicæ possunt coaptari? Quid enĩ est boni quod ille nõ potuerit implere? Et econtrario, quid illud est mali quod nolens & odiens, tamen cogẽte natura inuitus admiserit? Ad quã uerò peccati legẽ electionis uas in quo Christus dominus loquebatur, potuit captiuus abduci? Qui cum omnem inobedientiam, & omnem extollentem se aduersus Deum altitudinem captiuasset, de semetipso cum fiducia proclamabat? Bonum agonem certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.

Dilatio propositæ quæstionis. Cap. XVI.

THeonas. Intrantem me tutisśimũ silentij portum, rursus ad immensum profundisśimæ quæstionis pelagus reuocare conamini, sed oportunitatem fide stationis amplexi, hic interim cursu tamen longæ collationis emenso, taciturnitatis anchoram iaciemus, ut crastina die, si tamen nulla uis tẽpestatis obstiterit, flatu prosperi spiritus explorato, disputationis uela pandamus.

Collationis secundæ abbatis Theonæ de nocturnis illusionibus finis.

COLLATIO TERTIA ABBATIS THEONAE DE EO QVOD DICIT APOSTOLVS, NON enim quod uolo bonum facio, sed quod nolo *malum hoc ago. Caput I.*

REuersa igitur luce, cũ ad perscrutandũ abyssum Apostolicę quęstionis, summa à nobis senex cõpelleret instãtia, ita effatus est. Testimonia quibus probare conamini, Apostolũ Paulũ non ex sua sed peccatorũ dixisse persona: Non enim quod uolo bonũ facio, sed quod odi malũ hoc ago. Vel illud: Si autẽ quod nolo hoc facio, iam nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ, uel quod sequitur: Cõdelector enim legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quę est in membris meis. Econtrario euidẽter ostendunt peccatorum personæ hæc non posse omnimodis conuenire, sed ad solos quę dicta sunt attinere perfectos, & eorũ tantũ qui Apostolorũ merita subsequuntur congruere sanctitati. Cæterũ quo pacto personę peccatorũ hoc poterit cõuenire, quod dicit: Nõ enim quod uolo bonũ facio, sed quod odi malũ hoc ago? Sed nec illud quidẽ, si autẽ quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ? Quis enim delinquentium nolens se adulterijs fornicationibusq; contaminet? Quis inuitus proximo tendat insidias? Quis ineuitabili necesśitate cogatur, ut falso testimonio hominem opprimat, furto'ue decipiat, aut alterius spolia concupiscat, uel proximi sanguinem fundat?

Quinimo

Quinimo, ut scriptum est, humanum genus diligenter intentum ad nequitiam à iuuentute sua. Intantum enim omnes uitiorum amore flagrantes desiderant implere quæ cupiunt, ut etiam peruigili cura oportunitatem committendi scœleris aucupentur, ac de ignominia sua & criminum cumulo gloriantes, secundũ sententiam obiurgantis Apostoli laudem sibi quandam de confusione conquirant. Quos etiam Hieremias propheta non solum non nolentens, nec cum requie corporis flagitiorum eius crimina perpetrare, uerum etiam intantum eos asserit laboriosis conatibus ut ad effectum eorum perueniant desudare, ut à letali scœlerum appetitu nec obsistentibus arduis difficultatibus reuocentur, dicens: Vt iniquè agerent laborauerunt. Illud quoq; quis dixerit peccatoribus conuenire: Itaq; ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, quos nec mente nec carne Deo seruire manifestum est, aut quemadmodum hi peccent corpore, mente seruiant Deo, cum uitiorũ fomitem caro ex corde concipiat, & ipse author utriusq; naturæ, fontem atq; originem peccatorum ex eo pronunciet emanare, de corde, inquiens, procedunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes, furta, & cętera huiusmodi. Quamobrem euidenter ostendit hoc nullo modo de peccatorum intelligi personis, qui non solum non oderunt, sed etiam diligunt mala, & intantum Deo nec mente nec carne deseruiunt, ut ante delinquant mente quàm corpore, & priusq; carnis expleant uoluptatem, præueniantur mentis cogitationumq; peccato.

De eo quòd dicit multa bona Apostolum consumasse. Cap. II.

SVperest igitur ut uirtutum sensus ex intimo dicentis metiamur affectu, & quid beatus Apostolus dixerit bonũ, quid'ue cõparatione eius pronunciauerit malũ, nõ nuda significatione uerborum, sed eodem quo ille discutiamus intuitu, intellectum quoq; eius secundum dignitatem pronunciantis ac meritum perscrutemur. Tunc enim sententias Deo inspirante prolatas, secundum propositum ac uoluntatẽ eius comprehendere poterimus, cum eorum à quibus promulgatæ sunt statum ac meritum perpendentes, non uerbo sed experimentis parẽ induerimus affectum, pro cuius qualitate sine dubio uel concipiuntur uniuersi sensus uel sententię proferũtur. Quamobrẽ, quid sit principaliter bonũ, quod Apostolus non potuerit perficere cum uellet, diligentius indagemus. Multa enim nouimus bona quę beatum Apostolũ omnesq; illius meriti uiros & habuisse per naturã, & acquisisse per gratiã negare nõ possumus. Est enim bona castitas laudabilis cõtinentia, miranda prudentia, larga humanitas, circunspecta sobrietas, modesta tẽperantia, pia misericordia, sancta iustitia, quæ omnia in Apostolo Paulo eiusq; consortibus, ita plena atq; perfecta fuisse dubium non est, ut uirtutũ potius q̃ uerborũ magisterio ab eis religio doceretur, quiq; iugi ecclesiarũ omnium cura, ac peruigili sollicitudine semper exusti sunt. Quantũ hoc misericordiæ bonũ, quanta perfectio est, pro scandalizantib. uri cum infirmantib. infirmari. Cum ergo tãtis Apostolus abundauerit bonis, quod illud sit bonũ cuius pefectione caruerit, nõ poterimus agnoscere, nisi in illũ quo ipse locutus est, profecerimus affectũ. Omnes itaq; quas eum diximus habuisse uirtutes, q̃uis uelut gẽmę splẽdidissimę atq; p̃ciosę sint, tamẽ si præclaro illi atq; præcipuo margarito, quod ille euãgelicus negociator inquirẽs, uniuersis quę possidet uẽditis, cõparare desiderat, conferant, ita eorũ meritũ reuilescit atq; contẽnitur, ut eis sine cunctatione distractis unius tantũ boni possessio locupletet bonorũ innumerabiliũ uẽditorẽ.

Quòd sit uerè bonum quod Apostolus semetipsum perficere non posse testatur. Cap. III.

QVid ergo est unum quod illis tantis tamq; innumeris bonis tàm incõparabiliter præponatur, ut spretis abiectisq; omnibus solum debeat possideri? Nimirum illa pars optima, cuius magnificentiam ac perpetuitatem cum relicto susceptionis atq; humanitatis officio, Maria p̃elegisset, ita prædicatur à domino: Martha Martha sollicita es & turbaris circa multa, paucis uerò opus est, aut etiam uno. Maria bonam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Vna ergo & sola est theoria, id est, contemplatio Dei, cui merita omnia iustificationum merita, uniuersa uirtutum studia postponuntur, & illa quidem omnia quæ in Apostolo Paulo fuisse prædiximus, non solum bona & utilia, uerũ etiã magna atq; præclara sunt. Sed sicut, uerbi gratia, stanni metallũ, quod alicuius utilitatis

utilitatis & gratiæ putabatur, fit argenti contemplatione utilissimum, & rursum auri cõparatione meritum euanescit argenti, aurum quoq; ipsum gẽmarum collatione contẽnitur, & ipsarum nihilominus quamuis insignium multitudo gemmarum unius margaritæ candore superatur, ita illa omnia merita sanctitatis, quamuis non solum in præsenti bona & utilia sint, uerumetiam donum æternitatis acquirant, tamen si diuinæ contemplationis meritis conferantur, uilia atq; (ut ita dixerim) uendibilia censebunt. Et ut hanc eandem comparationem etiam scripturarum confirmet authoritas, non'ne de uniuersis quæ à Deo creata sunt generaliter scriptura pronunciat, dicens: Et ecce omnia quæ fecit Deus erant bona ualdè? Et iterum. Vniuersa quæ fecit Deus bona in tempore suo? Hæc igitur quę in pręsenti non solum bona simpliciter, uerum etiam cum additamento ualdè bona pronunciantur, sunt enim reuera in hoc mundo commorantibus nobis, aut ad usum uitæ, aut ad corporis medicinam, aut ad aliquam causam ignotæ nobis utilitatis accommoda, uel certè in eo etiam ualdè bona, quod faciunt nos inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspicere, sempiternam quoque uirtutem eius, ac diuinitatem, ex tanta tamq; ordinata molitione fabricæ mundialis & omnium quæ in ea sunt subsistentia contemplari, hæc tamen omnia nec boni nomen tenebunt, si futuro illi seculo cõparentur, ubi bonorum nulla immutatio, nulla est ueræ beatitudinis formidanda corruptio. Cuius mundi ita beatitudo describitur: Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septẽ dierum. Magna igitur hæc & præclara intuitu atq; mirifica, si futuris ex fide repromissionib. cõferant, cõtinuo uanitas apparebũt, dicẽte Dauid: Omnes sicut uestimentũ ueterascent, & sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabunt, tu autẽ idẽ ipse es & anni tui nõ deficiẽt. Ergo quia nihil est per semet ipsum stabile, nihil imutabile, nihil bonũ nisi deitas sola, oẽs uerò creaturę ut beatitudinẽ æternitatis uel imutabilitatis obtineãt, nõ hoc p suã naturã, sed p creatoris sui participationẽ & gratiã consequent, tenere meritũ bonitatis creatori suo collatę non possunt.

Bonitatem humanam atq; iustitiam non esse bonam si diuinæ bonitati ac iustitiæ conferatur. Cap. IIII.

QVòd si etiam manifestioribus adhuc testimonijs huius sententiæ rationem uoluerimus astruere, non'ne multa pronunciari bona in euangelio legimus, & arborẽ bonam & thesaurũ bonum, & bonum hominẽ & bonum seruũ, quia non potest, inquit arbor bona malos fructus facere, & bonus homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bona. Et: Euge serue bone & fidelis. Et utiq; hos omnes cũ secundũ se bonos esse non dubium sit, si respiciamus ad bonitatẽ Dei, nullus eorũ pronunciabitur bonus, dicẽte dño: Nemo bonus nisi solus Deus. Cuius intuitu etiã ipsi Apostoli, qui electionis merito bonitatẽ generis humani multis excesserãt modis, mali esse dicuntur, dño ita ad eos loquẽte: Si ergo uos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quãto magis pater uester qui in cœlis est dabit bona petẽtibus se? Deniq; sicut bonitas nostra supernæ bonitatis intuitu in malitiã uertit, ita etiã iustitia nostra diuinę collata iustitię pãnno mẽstruatæ similis deputatur, dicẽte Isaia propheta: Sicut pãnus mẽstruatę uniuersę iustitię nostrę. Et ut aliquid euidẽtius inferamus, legis quoq; ipsius pręcepta uitalia quę dicunt ordinata per angelos in manu mediatoris, & de qua idẽ Apostolus: Itaq; lex, inquit, sancta, & mãdatum sanctũ & iustũ & bonũ, si perfectioni euãgelicæ cõferantur minimè bona diuino pronunciantur oraculo. Ait enim: Et dedi eis pręcepta non bona, & iustitias in quibus nõ uiuẽt in eis. Apostolus quoq; ita noui lumine testamẽti gloriã legis affirmat obtũdi, ut eam euãgelici cõparatione fulgoris nec glorificatã esse pronũciet, dicẽs: Nã nec gloriosum est id quod glorificatũ est, propter excellentẽ gloriã. Quã comparationẽ etiã in parte cõtraria, id est, in peccatorũ meritis cõpensandis scriptura cõseruat ut eos qui multo minus peccauerũt, impiorũ collatione iustificet, dicẽs: Iustificata est Sodoma ex te. Et iterum: Quid enim peccauit soror tua Sodoma? Et iustificauit animam suam auersatrix Israël, cõparatione pręuaricatricis Iudę. Ita igitur & uniuersarũ merita uirtutũ quę superius comprehendi, cum per se bona atq; preciosa sint, tamen theoreticæ claritatis comparatione fuscantur. Multum etenim sanctos quamuis bonorrm operũ, terrenis tamen studijs occupatos, à contemplatione summi illius boni retrahunt ac retardant.

Neminem

Neminem summo illi bono intentum esse iugiter posse. Cap. V.

NAm quis eripiens inopem de manu fortiorum eius, & egenum & pauperem à diripientibus eum, quis conterens molas iniquorum, & de medio dentium eorum rapinas extorquens, in ipso intercessionis opere diuinæ maiestatis gloriam quieta mente suspiciat? Quis alimoniam pauperibus administrans, aut aduenientium turbas beniuola humanitate suscipiens, in eo temporis puncto quo pro necessitatibus fratrum sollicita mente distenditur, immensitatem supernæ beatitudinis speculetur, & cũ præsentis uitæ angoribus curisq; concutitur, futuri seculi statum eleuato à terrenis contagijs corde prospiciat? Vnde beatus Dauid solum hoc bonum homini esse definies, Deo iugiter inhęrere desiderat, dicens: Mihi autẽ adhęrere Deo bonum est, ponere in domino Deo spem meam. Quod etiam Ecclesiastes à nemine iustorum sine quęrela perfici posse pronunciat: Quia non est homo iustus, ait, in terra qui faciat bonũ & nõ peccet. Quis enim unquam quamuis præcipuus omnium iustorum atq; sanctorum huius corporis uinculis colligatus, summum hoc bonum ita possidere potuisse credendus est, ut nunquam à diuina contemplatione discedens, ne paruo quidem tempore ab eo qui solus bonus est terrenis cogitationibus putetur abstractus, qui nunquam ullam cibi, ullam indumenti, aliarum'ue carnalium rerum gesserit curam, nunquam de fratrũ susceptione, de loci cõmutatione, de cellulæ structione sollicitus, aut opem aliquam humani concupierit adiumenti, aut inopiæ sterilitate uexatus, illam sententiam dominicæ increpationis incurrerit: Ne solliciti sitis animæ uestrę quid manducetis, neq; corpori uestro quid induamini? Deniq; ipsum illum Apostolum Paulum qui omnium sanctorum laborem, passionum innumerositate transcenderat, nequaquam hoc implere potuisse cõfidenter astruimus, ipso in actibus Apostolorum discipulis attestante: Ipsi scitis quoniam ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ: uel cũ Thessalonicensibus scribens: In labore & fatigatione nocte & die operatum se fuisse testatur. Quibus laboribus licet magna eidem meritorum stipendia pararẽtur, tamen mens eius quamuis sancta atq; sublimis, non poterat nõ ab illa cœlesti theoria, intentione terreni operis aliquãdo diuelli. Deniq; cũ se tantis actualibus ditari fructibus cerneret, & econtrario theorię bonum corde pensaret, ac uelut in una lance tantorũ laborum profectum, in altera delectatione diuinæ contemplationis appenderet, diu examine pectoris sui quodammodo castigato, dum illum hinc laborum stipendia immensa delectant, illinc desiderium unitatis & inseparabilis Christi societatis, etiam ad resolutionem carnis inuitat, anxius tandem proclamat & dicit: Quid eligam ignoro, coartor autem ẽ duobus, desiderium habens dissolui & cum Christo esse, multo enim melius, permanere autem in carne necessarium magis propter uos.

Quòd lippis similes sint hi qui se credunt esse sine peccato. Cap. VI.

CVm igitur multis modis boni huius excellentiam, cũctis etiam prædicationis suæ fructibus prætulisset, tamen charitatis sine qua nemo dominum promeretur contẽplatione submittitur, ac propter illos quibus adhuc lac uelut nutricula, uberibus euãgelicis immulgebat, diuulsione à Christo sibi noxiam, sed cæteris necessariam non recusat. Etenim ad electionem huius potissimum rei, illa nimia pietatis uirtute compellitur, qua pro salute fratrum suorum si esset possibile etiam ultimum anathematis malum optasset incurrere. Optarẽ enim, inquit ipse, ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israhelitæ, hoc est, uellẽ ego non solum temporalibus, uerum etiam perpetuis addici pœnis, dũmodo omnes si fieri possit homines Christi consortio fruerentur. Certus etenim sum utiliorem Christo & mihi omnium salutem esse quàm meam.

Quòd hi qui pronunciant hominem posse esse sine peccato, duplici in hoc agantur errore. Cap. VII.

BOnum ergo hoc summum (id est, Dei conspectu frui, & Christo iugiter inhærere) ut perfectè Apostolus possit adipisci, dissolui optat à corpore, quod caducum & multis

multis fragilitatis ſuæ neceſsitatibus impeditũ non poteſt à Chriſti conſortio non auelli. Impoſsibile eſt enim etiam menti quæ tam crebris curis diſtenditur, tam moleſtis, tam uarijs angoribus præpeditur, diuino frui ſemper intuitu. Quòd enim tam pertinax ſanctorum ſtudium, quòd tam arduum poteſt eſſe propoſitum, cui non aliquando ille uerſutus inſidiator illudat? Quis ita ſolitudinis ſecreta ſectatus eſt, uniuerſorumq; mortalium conſortia declinauit, ut nunquàm cogitationibus ſuperfluis laberetur, intuitu rerum uel occupationibus actuum terrenorum ab illa quæ uere ſola & bona eſt Dei contemplatione deciderit? Quis tantum ſpiritus unquàm potuit retinere feruorem, ut non interdum lubricis cogitationibus ab ipſa quoq; orationis intentione translatus, repente de cœleſtibus ad terrena corruerit? Quis noſtrum ut cætera peruagationum tempora prætermittam, non illo etiam momento quo Deo ſupplicans ad ſublimia erigit mentem, quodam ſtupore collapſus, etiam per id uel inuitus offendat, per quòd ſperabat ueniam delictorum? Quis inquam tam exercitus ac uigilans eſt, ut dum pſalmum Deo canit, nunquã à ſcripturæ ſenſu eius animus abducatur? Quis tam familiaris Deo, tamq; coniunctus, qui Apoſtolicum illud imperium, quo ſine intermiſsione orare nos precipit, uel uno die ſe gaudeat executum? Quæ licet omnia nonnullis qui ſunt craſsioribus uitijs inuoluti, leuia atq; à peccato pene aliena uideantur, ſcientibus tamen perfectionis bonum, etiam minimarum rerum multitudo grauiſsima eſt. Velut ſi in aliquam magnam domum multis inſtrumentis, uaſculis, ſarcinis, impeditam, unum integra ui ſuum acie perſpicacem, alterum cui oculorum lumen obtuderit lippitudo, pariter ponamus ingreſſos, nonne cum ille cui ad uidenda omnia hebes erit obtutus, nihil illic aliud eſſe æſtimet niſi armaria, lectos, ſcamna, præſepia, & quicquid non tam oculis ſpeculantis quàm manibus palpantis occurrerit, econtra hic qui clariſsimo luminum uigore etiã occulta rimatus, eſt, multa illic minutiſsima & quæ uix poſsint etiam numero compræhendi ineſſe pronunciet, quæ ſi aliquando in unum cumulum congregentur, paucorũ quæ ille palpauerat magnitudinem numeroſitate compenſent, aut etiam fortaſſe tranſcendant. Ita igitur ſancti atq; (ut ita dicam) uidentes, quibus ſummum perfectionis eſt ſtudium, etiam illa quæ uelut tenebroſus animi noſtri non intuetur aſpectus, in ſemetipſis ſagaciter depræhendunt, acerrimeq; condemnant, uſque adeò ut qui ſicut noſtræ uidetur incuriæ, ne tenuis quidẽ peccati neuo candorẽ conſcientię fuſcauerunt, multis ſibi maculis uideantur aſpergi, ſi non dicam uanæ cogitationis improbitas in atria mentis irrepſerit, ſed uel pſalmi qui dicendus eſt recordatio orationis tempore intentionem ſupplicantis auerterit. Si enim, inquiunt, cum ſublimi homini non dicam pro uita ac ſalute noſtra ſed etiam pro alicuius lucri commodo ſupplicamus, totam in eum & mentis & corporis aciẽ defigentes, de nutu eius trepida expectatione pendemus, non mediocriter formidantes, ne quòd forte ineptum aut incongruũ uerbum miſericordiã audientis auertat, tum deinde ſi nobis in foro aut iudicum ſecularium tribunalibus conſtitutis, aſsiſtente etiam aduerſario in media proſecutione atq; conflictu, tuſsis, ſcreatus, riſus, oſcitatio, ſomnus, obrepſerit, quanta in perniciem noſtram uigilantiſsimus inimicus ſe ueritatem iudicis commouebit inuidia? Quanto magis cum illi occultorũ omnium cognitori pro imminenti perpetuæ mortis periculo ſupplicamus, præſertim cum ediuerſo callidus ſeductor pariter & criminator aſsiſtat, intenta atq; ſollicita oratione iudicantis pietas imploranda eſt? Nec iniuſte non ſolum non leui peccato ſed etiã grauiſsimo crimine impietatis aſtringitur, qui præcem domino fundens, ſubito à conſpectu eius quaſi ab oculis non uidentis nec audientis, cogitationis improbę uanitatem ſecutus abſceſſerit. Illi autem qui oculos cordis ſui contegunt craſſo uelamine uitiorum, ac ſecundum ſententiam ſaluatoris uidentes non uident, & audientes non audiunt neq; intelligunt, uix in receſsibus pectoris ſui etiam illa quę magna ſunt & capitalia crimina contemplantur, nullas autem cogitationum ſubreptiones, ſed neq; illos in ſe lubricos occultosq; pruritus qui mentẽ tenui atq; ſubtili ſuggeſtione compungunt, nec captiuitates animę ſuæ poſſunt purgatis obtutibus intueri, ſed inuerecundis ſemper cogitationibus euagantes, nec dolere norunt cum ab illa contemplatione quæ ſingularis eſt diſtrahuntur, nec habent quòd ſe doleant amiſiſſe, quippe qui mentem ſuam ingruentibus, ut libitum eſt, cogitationibus expandentes, nihil habent propoſitũ quòd principaliter

teneant, uel quòd omnimodis concupiscant. Nec sane nos aliud in hunc errorem præcipitat, nisi quia in peccantiæ ipsius uirtutem penitus ignorantes, existimamus nullā omnino culpam ex istis ociosis ac lubricis cogitationum ex cursibus nos posse contrahere, sed hebetudine stupefacti & uelut oculorum cæcitate percussi, nihil in nobis nisi crimina capitalia contemplamur, eaq; tantummodo credimus euitanda, quæ legum quoque secularium seueritate damnantur, quibus si nos immunes uel paululū senserimus, nihil nobis inesse peccati protinus arbitramur. Proinde ab illo uidentiū numero segregati, quia minutias multarū sordium quæ intra nos aggestæ sunt non uidemus, nequaq̄ salubri cōpunctione mordemur, si sensum nostrū interpellauerit ægritudo tristitiæ, nec dolemus uanæ gloriæ subtili suggestione pulsati, nec de emissa tardius uel tepidius oratione deflemus, nec reputamus ad culpam cur psallentibus uel orantibus nobis aliquid aliud quàm ipsa oratio uel psalmus occurrerit, nec illud horremus quòd multa quæ uel loqui uel agere coram hominibus pudet non erubescimus uel ad horam corde concipere quòd diuino patere nouimus conspectui, nec pollutionem turpium somniorum larga fletuum ablutione purgamus, nec lugemus quòd in ipsa eleemosinę pietate, cum uel fratrum necessitatibus subuenimus, uel alimoniam pauperibus ministramus, serenitatem nostræ hilaritatis obnubit auara cunctatio, nec feriri nos ullo credimus detrimento, cum derelicta memoria Dei, ea quæ sunt tēporalia atq; corporea cogitamus, ita ut nobis Salomonis illud aptetur eloquiū: Feriunt me sed non dolui, & deluserunt me, ego autem nesciui.

Quòd paucorum sit intelligere peccata. Cap. VIII.

E Contra hi qui summam totius uoluptatis & gaudij & beatitudinis suæ, in diuinarum ac spiritalium rerum tantū contemplatione constituunt, cum ab ea inuiti uel paululum uiolentis cogitationibus abstrahuntur, uelut quoddam in se sacrilegij genus præsenti pœnitudinis puniunt ultione, ac uilissimam creaturam ad quam sit detortus mentis intuitus creatori suo se prætulisse lugentes, pene dixerim impietatis sibi crimen ascribunt, & licet ad conspiciendam diuinæ gloriæ claritatem, oculos cordis summa alacritate conuertant, tamen etiam breuissimas carnalium cogitationum tenebras non ferentes, quicquid ab illo uero lumine mentis aspectum retrahit execrantur. Deniq; cum hunc beatus Apostolus Iohannes affectum cunctis uellet infundere: filioli, inquit, nolite diligere mundū, neq; ea quæ in mundo sunt, si quis diligit mundū nō est charitas Dei in ipso, quia omne q in mundo est, concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum & superbia uitę est, & ambitio seculi quæ non est ex patre, sed ex mundo est, & mundus perit & concupiscentia eius, qui autem facit uoluntatē Dei manet in æternū. Fastidiunt ergo sancti uniuersa in quibus mundus iste uersat̄, sed impossibile est ut non ad ea uel breui cogitationum rapiantur excessu, nullusq; etiam nunc hominum (excepto domino & saluatore nostro) naturalem peruagationē mentis, ita defixus semper in Dei contemplatione continuit, ut nunquam ab ea raptus mundanæ cuiusquam rei declaratione peccarit, dicente scriptura: Sidera ipsa non sunt munda in conspectu eius. Et iterum: Si in sanctis suis non confidit, & in Angelis suis reperit prauitatem, siue, ut emendatior translatio huius, Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius.

Qua cautione memoriam Dei monachus debeat custodire. Cap. IX.

REcte igitur sanctos qui memoriam Dei stabiliter retinentes, quasi per extentas in sublime lineas suspenso feruntur incessu, scenobatis, quos uulgo funambulos uocant, dixerim comparandos, qui summam suæ salutis ac uitæ in angustissimo funiculi illius tramite collocantes, atrocissimam se mortem protinus incursuros esse non ambigunt, si uel exigua pes eorum titubatione deuiauerit, aut modū illius salutaris directionis excesserit. Qui dum arte mirifica aërios gressus per inania moliuntur, si illam angustiorem uestigio semitā, non cauta atq; sollicita moderatione seruauerint, terra quæ omnibus uelut naturalis est basis, & solidissimum cunctis ac tutissimum firmamentum, fit illis pręsens ac manifesta pernicies, non quia illius natura mutet̄, sed quia illi ad eam pręcipiti

cipiti carnis pondere dilabantur. Ita etiam indefessa illa Dei bonitas, immutabilisq; substantia, neminem lædit, sed nos declinando à summis atq; ad ima tendendo, nobis ipsis consciscimus mortē, immo ipsa declinatio mors efficitur declinanti. Vhe enim, inquit, eis quoniā recesserunt à me, Vastabuntur quoniā præuaricati sunt in me. Et iterū. Vhe eis cū recessero ab eis. Arguet nāq; te malitia tua, & auxilio enim tuo increpabit te. Scito & uide quia malum & amarum est reliquisse te dominū Deum tuū. Funiculis namq; suorum peccatorū unusquisq; constringitur. Ad quos satis competenter à domino increpatio, ista dirigitur. Ecce, inquit, omnes uos accenditis ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis. Et iterū: Qui incendit, inquit, malitiam peribit ab ea.

Quòd hi qui ad perfectionem tendunt in ueritate humilientur & Dei gratia semper se sentiant indigere. Cap. X.

CVm ergo semetipsos quotidie sentiant, sancti terrenæ cogitationis pondere prægrauatos, ab illa mentis sublimitate decidere, & inuitos immo uero etiam nescientes in legem peccati mortisq; traduci, atque ut cætera prætermittam, illis saltem quæ superius compræhendi bonis quidem ac iustis sed tamen terrenis à conspectu Dei operibus auocari, habent profecto pro quibus ad Deum iugiter ingemiscant, habent pro quibus in ueritate humiliati atq; compuncti, non uerbis tantummodo sed affectu semetipsos pronunciēt peccatores, & ueniam pro omnibus quæ quotidie superati fragilitate carnis incurrunt à gratia domini iugiter postulantes, ueras pœnitentiæ lachrymas indesinenter effundant, quippe qui uideant ijsdē ipsis se pro quibus continuo dolore uexati sunt & iam usq; ad Deum iugiter ingemiscunt ęstibus inuolutos, etiam supplicationes suas offerre se sine cogitationum anxietate non posse. Experti igitur se humanis uiribus desideratum finem obsistente carnis sarcina non posse contingere, neq; illi præcipuo summoq; bono secundum cordis sui desiderium posse coniungi, sed ab eius intuitu captiuos ad mundana traduci, ad gratiam Dei qui in pios iustificat cōuolantes cum Apostolo protestantur: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per Iesum Christum dominum nostrum. Sentiunt enim se bonū istud quod uolunt non posse perficere, sed illud quòd nolunt quodq; oderunt malum, id est, cogitationum motus & curam corporalium rerum semper incidere.

Expositio illius sententiæ. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem &c. Cap. XI.

ET condelectantur quidem legi Dei secundum interiorem hominem qui uisibilia uniuersa transcendentes, conantur Deo soli semper uniri, sed uident aliam legem in membris suis, id est, in natura humanæ conditionis insertam quæ repugnat legi mentis eorum, & pertrahit sensum uiolenta lege peccati, compellens scilicet eos relicto illo principali bono terrenæ cogitationi submitti. Quę quamuis necessaria atq; corpori utilis uideatur, cum dispensationi religiosæ cuiuspiam necessitatis impēditur, comparatione tamen illius boni quòd sanctorum omnium oblectat intuitum, mala utiq; ac eis ac fugienda decernitur, qui per eam quoquomodo uel ad modicum tempus ab illius perfectæ beatitudinis gaudio retrahuntur. Vere enim lex peccati est quam humano generi præuaricatio sui induxit authoris, per illius noxam in quem lata est æquissimi iudicis illa sententia: Maledicta terra in operibus suis, spinas & tribulos germinabit tibi, & in sudore uultus tui ædes panem tuum. Hæc inquam est lex membris omnium inserta mortalium, quæ repugnat legi mentis nostræ eamq; à diuino arcet intuitu, & per quam maledicta terra in operibus nostris, post agnitionem boni & mali cogitationum spinas cœpit ac tribulos germinare quarum aculeis, id est, uitijs carnis non obtusis, spiritus semina pręfocantur, ne illum panem nostrum qui de cœlo descendit quiq; confortat cor hominis, edere absq; uultus nostri sudore possimus.

Item illius. Scimus autem quoniam lex spiritalis est & reliqua. Cap. XII.

OMne enim humanum genus huic generaliter legi sine ulla exceptione subijcitur. Nullus enim est quamuis sanctus qui supradictum panem non cum sudore uultus sui, & sollicita cordis intentione percipiat. Cęterum communi isto pane multi, ut ui

demus, ditites sine ullo uultus sui sudore uescuntur. Quam etiam legem beatus Apostolus spiritalem asserit dicens: Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autem carnalis suum uenundatus sub peccato. Spiritalis enim est lex quæ iubet nobis ut in sudore uultus nostri comedamus illum panem, uerum qui de cœlo descendit, sed nos carnales fecit uenundatio illa peccati. Quòd ergo istud cuiusúe peccatū est? Sine dubio Adæ, cuius præuaricatione (& ut ita dicam) negociatione damnosa fraudulentoq; commertio uenditi sumus. Omnem enim prolem suam serpentis persuasione seductus, illiciti cibi perceptione distractā, iugo perpetuæ seruitutis addixit. Hic nanq; mos solet inter uendentem ementemq; seruari, ut is qui se alieno cupit domino mancipare, aliquid præcij pro iactura propriæ libertatis & addictione perpetuæ seruitutis à suo consequatur emptore. Quòd etiam inter Adam atq; serpentem manifestissime uidemus impletum. Ille enim à serpente præcium libertatis suæ esu interdictæ arboris capiens, à naturali libertate discessit, illiq; maluit semetipsum perpetua uendere seruitute, à quo uetiti pomi letale precium fuerat assecutus, qua deinceps conditione constrictus, non immerito omnē posteritatis suæ progeniem, perpetuo eidem cuius effectus est seruus subdidit famulatu. Quid enim aliud seruile coniugiū potest procreare quàm seruos? Quid ergo? Nunquid emptor iste uersutus & callidus, domino uero atq; legitimo ius dominationis eripuit? Non ita est. Neq; enim sic ille omne peculium Dei, unius fraudis dolositate peruasit, ut potentiam dominij sui uerus dominator amitteret, qui ipsum quoq; emptorem quamuis refugam atq; rebellem, tamen iugo deprimit seruitutis, sed quia qui omnibus rationabilibus creaturis arbitrij libertatem creator indulserat, eos qui se contra fas edacis concupiscentiæ transgressione uendiderant, inuitos ad ingenitam libertatem reuocare non debuit. Abhorret siquidem ab illo iustitiæ & pietatis authore, quicquid bonitati æquitatiq; contrarium est. Malum enim fuerat si concessæ libertatis beneficium reuocasset, iniustum si liberum hominem potentia sua opprimens atque captiuans, libertatis acceptæ priuilegium exequi non siuisset, cuius salutem in futura tunc secula reseruauit, ut recto ordine compleretur statuti temporis plenitudo Oportebat enim eius sobolem tamdiu sub hac uitæ conditione durare, quousq; eandem originalibus uinculis liberatam, in antiquum libertatis statum, prioris domini gratia præcio sui sanguinis reformaret, quam pietatis instinctu potuit etiam tunc saluare, sed noluit, quia eum decreti sui irrumpere sanctionē æquitas non sinebat. Vis nosse causam uenditionis tuæ? Audi ipsum redemptorem tuum per Esaiam prophetam apertissime proclamantem: Quis est iste liber repudij matris uestræ quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus cui uendidi uos? Ecce enim in iniquitatibus uestris uenditi estis, & in sceleribus uestris dimisi matrem uestram. Vis etiam euidenter agnoscere cur te iugo seruitutis addictū redimere potentiæ suæ uirtute noluerit? Audi quid ad superiora quibus eisdem famulis causam uoluntariæ uenditionis exprobrat, adiecerit. Nunquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, ut non possim redimere, aut non est in me uirtus ad liberandū? Sed quid huic potentissimæ misericordiæ eius semper obstiterit, idē propheta demonstrans: Ecce, inquit, non est abbreuiata manus domini ut saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius ut non exaudiat, sed iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & Deum uestrum, & peccata uestra absconderunt faciem eius à uobis ne exaudiret.

Item expositio illius. Scio autem quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Cap. XIII.

QVia ergo carnales nos fecit, & spinis ac tribulis condemnauit illa Dei prima maledictio, nosq; ita iniquo pater noster uenundauit commertio, uel bonum quòd uolumus agere nequeamus, dum diuulsi à memoria summi Dei, ea quæ humanæ fragilitatis sunt cogitare compellimur, dum puritatis amore flagrantes, incentiuis naturalibus quæ penitus ignorare uelimus etiam inuiti plerumq; compungimur, scimus quia non habitat in carne nostra bonum, id est, huius quā diximus theoriæ atq; puritatis perpetua iugisq; tranquillitas. Sed factum est istud pessimum ac lugubre diuortium, ut cū mente legi Dei seruire uelimus, nunq; scilicet uolentes à claritate diuina dimouere conspectum, tamen carnalibus tenebris circumfusi quadam lege peccati ab eo quòd bonū esse

esse nouimus cogamur auelli, scilicet ad curas cogitationesque terrenas, ab illa mentis celsitudine decidentes, ad quas nos lex peccati, id est, illa sententia Dei non immerito condemnauit, quam primus delictor excepit. & inde est quòd beatus Apostolus, cum apertissime fateatur ineuitabili se uel omnes sanctos peccati huius necessitate constringi, tamen neminem eorum ob hoc esse damnandum audenter enunciat dicens: Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis, id est, quotidiana gratia Christi omnes sanctos suos ab hac lege peccati & mortis in quam iugiter uel nolentes coguntur incurrere, cum remissionē debitorum suorum à domino præcantur, absoluit. Videtis ergo non ex persona peccatorum, sed ex illorum qui uere sancti atque perfecti sunt, hanc beatum Apostolum prompsisse sententiam: Non enim quòd uolo bonum hoc facio, sed quod odi malum hoc ago, & uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.

Obiectio quòd neque infidelium personis conueniat neque sanctorum, non enim quòd uolo facio bonum. Cap. XIIII.

GErmanus. Neque eorū qui capitalibus criminibus implicantur, neque Apostoli uel illorum qui ad eius profecere mensuram, hoc dicimus congruere posse personis, sed de his proprie hoc intelligi debere censemus, qui post Dei gratiā agnitionemque ueritatis à carnalibus se uitijs abstinare cupientes, antiqua adhuc consuetudine uelut naturali lege in membris suis uiolentissime dominante, ad inolitam passionū concupiscentiam pertrahuntur. Vsus enim ac frequentia delinquendi, uelut lex efficitur naturalis, quæ membris humanæ infirmitatis inserta, affectus animæ nec dum plenis uirtutū studijs eruditæ, sed adhuc rudis ac teneræ (ut ita dixerim) castitatis, captiuos rapit ad uitia, ac morti eos antiqua lege subijciens, iugo peccati dominantis addicit, nō sinens eos bonum quod diligunt puritatis adipisci, sed potius malum quod execrantur exercere compellens.

Responsio ad obiectionem propositam. Cap. XV.

THeonas. Non parum uestra proficit opinio. Siquidem etiam uos ipsi astruere iam cœpistis in illorū persona qui omnino peccatores sunt, hoc penitus stare non posse, illis autem qui se à uitijs carnalibus abstinere contendunt proprie conuenire. Quos quoniam à peccatorum iam numero segregastis, consequens est ut etiam fidelium atque sanctorum paulatim cœtibus inseratis. Quæ enim genera peccatorum istos dicitis posse committere, quibus si fuerint post gratiam baptismatis inuoluti, rursum per quotidianam Christi gratiam liberentur? Aut de quo mortis corpore Apostolus dixisse credendus est, Quis me liberabit de corpore mortis huius, Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum? Nonne manifestum est sicut uos quoque ipsos ueritas compellit confiteri, non de illis capitalium criminum membris, per quæ stipendium æternæ mortis acquiritur, id est, homicidij, fornicationis, adulteriorū, ebrietatis, furtorum atque rapinarū sed de illo prædicto cui gratia Christi quotidiana succurrit corpore memorari? Quisquis enim post baptismum & scientiam Dei, in illud mortis corpus incucurrerit, sciat se non quotidiana gratia Dei, id est, facili remissione, quam momentis singulis exoratus dominus noster erroribus nostris donare cōsueuit, sed aut diuturna afflictione pœnitudinis ac penali dolore purgandum, aut certe pro his in futuro æterni ignis supplicijs addicendum, ita eodem Apostolo pronunciante: Nolite falli, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Aut quæ est ista lex militans in membris nostris quæ repugnat legi mentis nostræ, cumque nos resistentes, atque captiuos in legem peccati ac mortis abduxerit, eique nos fecerit carne seruire, nihilo minus mente legi Dei seruire permittat? Nec enim hic puto legē peccati flagitia designare, aut hoc de supradictis intelligi posse criminibus, quæ si quis facit legi Dei mente non seruit, à qua necesse est eum animo ante discedere,

quàm aliquid eorum carne committat. Quid est enim seruire legi peccati, nisi ea quæ à peccato imperantur implere? Quod ergo peccati genus est, quo cum se tanta sanctitas atq; perfectio sentiat captiuari, gratia tamen Christi non ambigat liberandum dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrũ. Quam, inquam, legem membris nostris in esse firmabitis quę abstrahens nos à lege Dei, & captiuans nos legi peccati, infelices nos potius faciat quàm nocentes, ut non æternis supplicijs addicamur, sed quasi de interrupto beatitudinis gaudio suspiremus, & auxiliatorem qui nos ad id retrahat inquirentes cum Apostolo proclamemus. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Adduci namq; captiuũ in legem peccati, quid est aliud, quàm in effectu peccati atq; opere permanere? Aut quod aliud principale dabitur bonum, quod sancti explere non posint, nisi id ad cuius comparationem ut supradiximus uniuersa nec bona sunt? Et quidem nouimus multa esse in hoc mundo bona, præcipueq; pudicitiam, continentiam, sobrietatem, humilitatem, iustitiam, misericordiam, temperantiam, pietatem, sed hæc omnia & summo illi bono paria esse non possunt, & perfici non dicam ab Apostolis, sed etiam à mediocribus possunt, & à quibus impleta non fuerint, aut æterno supplicio puniunt, aut grandi, ut supradictum est, labore pœnitentiæ, uel quotidiana Christi gratia liberantur. Superest igitur, ut hanc Apostoli sententiam soli sanctorum personæ recte fateamur aptari, qui in hanc quam prædiximus incurrentes quotidie peccati non criminum legem, de statu salutis suæ certi non præcipitantur in facinus, sed, ut dictum est, de contemplatione diuina ad miseriam cogitationum deuoluti corporalium, ueræ illius beatitudinis bono plerumq; fraudantur. Si enim se in hanc membrorum suorum legem quotidianis sentirent sceleribus illigari, non utiq; de felicitatis amisione, sed de innocentiæ causearentur, nec diceret Apostolus Paulus: infelix ego homo, sed impurus aut scelestus ego homo, nec de corpore mortis huius, hoc est de conditione mortali, sed à flagitijs atque criminibus carnis huius uellet absolui. Sed quia se pro conditione fragilitatis humanæ senserat captiuatum, id est, abductum ad sollicitudines curasq; carnales, quæ lex peccati & mortis operatur, ingemiscens super hac quam inuitus incurrerat lege peccati, confestim recurrit ad Christum, & præsentisima gratiæ eius redemptione saluatur. Quicquid ergo lex illa peccati, quæ spinas ac tribulos cogitationum curarumque mortalium naturaliter gignit, etiam in Apostolici pectoris terra sollicitudinis germinarit, ista lex gratiæ mox auellit. Lex enim, inquit, spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis.

Quid sit corpus peccati. Cap. XVI.

HOc ergo ineuitabile corpus est mortis, in quod perfecti quique qui gustauerunt quàm suauis est dominus quotidie reuoluti, sentiunt cum propheta quàm malum sibi & amarũ sit discedere à domino Deo suo, Hoc est corpus mortis quod à cœlesti eos intuitu retrahens ad terrena deducit, quod psallentes eos atque in oratione prostratos, uel humanas effigies uel sermones uel negotia uel actus facit superfluos retractare, Hoc est corpus mortis quod ęmulantes angelicã sanctitatem, & uolentes domino iugiter inhærere, perfectionem tamen huius boni, quia mortis corpus obsistit, inuenire non possunt, sed faciunt malum quod nolunt, id est, traducuntur mente etiam ad illa quę ad profectum uirtutum perfectionemq; non pertinent. Deniq; ut hoc de sanctis atq; perfectis sibiq; similibus, se dixisse beatus Apostolus euidenter exprimeret, digito quodammodo semetipsum tactuq; designans, continuo infert. Itaque ego ipse, id est, qui hæc pronuncio, meæ non alterius conscientiæ latebras pando. Hoc sane elocutionis genere familiariter uti Apostolus solet, si quando uult se specialiter designare, sicut ibi. Ego ipse Paulus obsecro uos per mansuetudinẽ & modestiam Christi, & rursum: Nisi quòd ego ipse non grauaui uos, & iterũ, sed esto, Ego ipse non grauaui uos, & alibi: Ego ipse Paulus dico uobis si circuncidamini Christus uobis nihil proderit, & ad

Romanos,

Romanos, Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Potest autem non absurde etiam sic accipi, ut expressius emphasi pronunciet: itaque ego ipse, id est, quem nostis esse Apostolum Christi, quem tota suspicientia ueneramini, quem creditis summum atque perfectum esse, & in quo loquitur Christum, cum mente seruiam legi Dei, carne tamen legi peccati seruire me fateor, hoc est distentione conditionis humanæ interdum de cœlestibus ad terrena deuoluor, & ad curas humilium rerum mentis meæ altitudo prolabitur, per quam peccati legem ita momentis singulis me sentio captiuari, ut quamuis immobili circa legem Dei desiderio perseuerem, nullo tamen modo uim huius captiuitatis euadere me posse sentiam, nisi confugero semper ad gratiam saluatoris.

Quòd sancti omnes ueraciter immundos se & peccatores esse confessi sunt. Cap. XVII.

ET idcirco quotidianis suspirijs sancti omnes pro hac substantiæ suæ fragilitate compuncti, dum cogitationum uarietates, & conscientiæ suæ latebras ac penetralia perscrutantur, suppliciter clamant: Non in tres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et illud: Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis fiduciam habebit se mundum esse à peccato? Et iterum: Non est iustus homo in terra qui faciat bonum & non peccet. Et ita infirmam hominum imperfectamq; iustitiam, ac misericordia Dei semper indigentem indignam esse sentiunt, ut unus ex his cuius iniquitates & peccata Deus misso de altari ignito uerbi sui carbone purgauit, post illam mirificam contemplatione Dei, post intuitum sublimium Seraphin, & reuelationem sacramentorum cœlestium dicat: Vhæ mihi quia uir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Qui sicut arbitror labiorum suorum immunditiam nec tunc quidem fortasse sensisset, nisi uera perfectione & integra puritate contemplationem Dei meruisset agnoscere, cuius intuitu pollutionem suam sibi ante incognitam repente cognouit. Cum enim ait: uhæ mihi quia uir pollutus labijs ego sum, de suorum hoc eum labiorum non de populi pollutione confessum id quod sequitur manifestat, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Sed etiam cum orans peccatorum quasi uniuersalium immunditiam confitetur, non iniquorum tantum sed etiam iustorum plebem generali supplicatione complectitur dicens. Ecce tu iratus es & peccauimus, in ipsis fuimus semper & saluabimur, facti sumus ut immundi omnes nos, tanquàm pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ.

Rogo quid euidentius hac potest esse sententia, qua non unam tantum, sed uniuersas iustitias nostras propheta complexus, & circumspiciens omnia quæ uel immunda uel horrida iudicantur, quia nihil in hominum conuersatione sordidius neq; impurius potuit reperire, panno menstruatæ eas comparare maluit?

Etiam iustos & sanctos sine peccato non esse. Cap. XVIII.

FRustra ergo manifestissimæ ueritati spinosæ obiectionis acumen opponitur, sicut pauloante dixistis, si nemo sine peccato, nullus est sanctus, & si nemo sanctus, nullus ergo saluabitur. Hoc enim prophetæ testimonio, potest nodus huius quæstionis absolui. Ecce inquit tu iratus es & nos peccauimus, id est, cum elationem nostri cordis uel negligentias auersatus, tuo nos auxilio denudasti, confestim nos uorago absorbuit peccatorum, uelut si quis splendidissimo solis diceret elemento. Ecce tu occubuisti, & nos ilico tenebrosa contexit obscuritas. Et tamen cum hic sanctus peccasse se dicat, & non solum peccasse, sed etiam in ipsis semper permansisse peccatis, non desperat penitus de salute, sed subijcit: in ipsis fuimus semper & saluabimur. Hanc ego sententiam, Ecce tu iratus es & peccauimus, illi

Apostolicæ comparabo. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Rursum id quod propheta subiungit, in ipsis fuimus semper & saluabimur, consequentibus Apostoli congruit uerbis. Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Similiter etiam illud eiusdē prophetæ, uæ mihi quia uir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, uidetur supradictos sapere sermones. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Itemq; quòd sequitur in propheta. Et ecce uolauit ad me unus de Seraphin, & in manu eius carbunculus siue calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum & dixit: Ecce hoc tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur, tale est ut Pauli uideatur ore prolatum qui ait: Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Videtis ergo quemadmodum omnes sancti non tam ex persona populi quàm ex sua, & peccatores se ueraciter fateantur, & tamen nequaquam de sua salute desperent, sed iustificationis plenitudinem quam pro conditione fragilitatis humanæ consequi se posse diffidunt, de gratia domini & miseratione præsumunt.

Quòd in ipsa quoq; orationis hora peccatum declinari uix possit.
Cap. XIX.

NEminem uero in hac uita quamuis sanctum, immunem esse à debitis peccatorū, etiam magisterium nos edocet saluatoris, qui discipulis suis perfectæ orationis formulam tradens, inter reliqua illic sublimia sacratissimaq; mandata, quæ non nisi sanctis perfectisq; sunt tradita, & malis & infidelibus conuenire non possunt, hoc iussit interseri: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si ergo uera hæc & à sanctis profertur oratio, sicut indubitanter credere nos oportet, quis tam contumax & præsumptor tamq; superbia diabolici furoris elatus poterit inueniri, qui sine peccato se esse pronuncians, non solum maiorem se Apostolis credat, uerumrum etiam ipsum quasi ignorantiæ aut uanitatis arguat saluatorem, ut scilicet aut nescierit esse posse aliquos immunes à debitis, aut frustra docuerit eos quos scierit orationis istius remedio non egere? Sed cum regis sui præcepta seruantes, omnes omnino sancti quotidie dicant, dimitte nobis debita nostra, si uerum dicunt, uere nemo est immunis à culpa, si autem fallunt, æque uerum est eos mendacij non carere peccato. Vnde etiam ille sapientissimus ecclesiastes uniuersos actus & humana studia mente percurrens, sine ulla exceptione pronunciat: Quia non est iustus homo in terra qui faciat bonum & nō peccet, id est, nemo in hac terra tam sanctus, tam diligens, tam intentus, uel potuit unq; uel poterit inueniri, qui uero illi ac singulari bono ita iugiter ualeat inhęrere, ut nō quotidie ab eo distractū se sentiat deliquisse. Qui tamen cum pronuncietur immunis à noxa esse non posse, iustus esse nihilominus non negatur.

A quibus sit peccati euacuatio, & uirtutum discenda perfectio. Cap. XX.

QVisquis itaq; τὸ ἀναμάρτητον, id est, impeccantiā naturæ ascribit humanę, non inanibus uerbis, sed conscientiæ suæ testimonio nobiscum ac probatione confligat, & tunc demum se absq; peccato esse pronunciet, cum se ab hoc summo bono senserit non auulsum, immo uero quisquis considerans conscientiam suam, ut non dicam amplius, unā saltem synaxim sine ulla uerbi uel facti uel cogitationis interpellatione se depræhenderit celebrasse, absq; peccato se esse pronūciet. Proinde quia his omnibus ociosis ac superfluis rebus, uolucrem humanæ mentis excursum fatemur carere non posse, per hoc utiq; consequenter sine peccato nos non esse ueraciter confitemur. Nam quantauis circumspectione unusquisq; cor suum seruare contendat, nunquàm id secundum desiderium spiritus sui, repugnante carnis conditione custodiet. Quanto enim magis profecerit mens humana, & ad synceriorem contemplationis peruenerit puritatē, tanto se immundiorem quasi per speculum suę puritatis inspiciet, quia necesse est dum animus ad sublimiorem se extendit intuitum, & maiora quam nouit prospiciens concupiscit, illa in quibus est ut inferiora semper ac uiliora despiciat.

Quòd

Quòd licet agnoscamus nos sine peccato non esse, non debeamus tamen nos à dominica communione suspendere. Cap. XXI.

PLura siquidem denotat syncerior obtutus, paritéq; sibi maiorem reprehensionis dolorem irrepræhensibilis uita, & multiplicat gemitus atq; suspiria emendatio morũ, & æmulatio attenta uirtutum. Nemo enim illo in quo profecerit gradu potest esse contentus, & quantum quis fuerit mente purgatior, tanto se sordidiorem uidens magis humilitatis quàm elationis inuenit causas, quantoq; pernicius ad sublimiora conscenderit, tanto amplius prȩuidet sibi superesse quo tendat. Deniq; ille Apostolorum eximius quem diligebat Iesus, recũbens supra pectus eius, hanc quasi ex dominico protulit corde sententiam: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, ut ueritas in nobis non est. Itaq; si dicentes nos non habere peccatum, ueritatem id est Christũ non habemus in nobis, quid aliud proficimus, nisi ut nos hac ipsa professione ex peccatorib. sceleratos atq; impios approbemus? Postremo si cordi est uerius explorare, utrũ possibile sit humanæ substantiæ τὸ ἀναμάρτητον, id est, in peccantiam possidere, à quib. hoc manifestius discere poterimus, quàm ab his qui carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs, & quibus uere crucifixus est mundus? Qui cum de cordibus suis non solum radicitus uitia uniuersa conuulserint, uerumetiam peccatorum memoriam ac cogitationes conentur excludere, nihilominus tamen quotidie fideliter profitentur, ne una quidem hora sine macula se esse posse peccati. Nec tamen ex eo debemus nos à dominica communione suspendere, quia nos agnoscimus peccatores, sed ad eam magis ac magis est propter animȩ medicinam & purificationem spiritus auide festinandũ. ueruntamen ea humilitate mentis ac fide, ut indignos nos perceptione tantæ gratiæ iudicantes, remedia potius nostris uulneribus expetamus. Alioquin nec anniuersaria quidem digne est præsumenda communio, ut quidam faciunt qui in monasterijs consistentes, ita sacramenti cœlestium dignitatem & sanctificationem ac meritum metiuntur, ut æstiment ea non nisi sanctos atq; immaculatos debere prȩsumere, & nõ potius sanctos mundosq; nos sua participatione perficiant. Qui profecto maiorem arrogantiæ præsumptionem, quam declinare sibi uidentur, incurrunt, quia uel tunc cum ea percipiunt dignos se eius perceptione dijudicant. Multo enim iustius est, ut cum hac cordis humilitate quã credimus & fatemur illa sacrosancta misteria nunquàm pro merito nos posse contingere, singulis ea dominicis ob remedium nostrarum ægritudinum prȩsumamus quàm ut uana persuasione cordis elati uel post annum dignos eorum participio nos esse credamus. Quapropter ut hæc intelligere & fructuose tenere possimus, misericordiã domini, ut nos ad perficienda hæc adiuuet attentius imploremus, quæ nequaquàm ita ut cæteræ humanæ artes præcedente quadam ratione uerborum, sed actu potius & experientia prȩeunte discuntur, quæq; rursum, nisi tam collationibus spiritalium uirorum frequenter examinata fuerint & polita, quã documentis & quotidiana experientia sollicite uentilata, aut obsolescunt incuria, aut ociosa obliuione depereunt.

Abbatis Theonæ collationis tertiæ finis.

ABBATIS ABRAHAM COLLATIO DE MORTIFICATIONE. CAput primum.

QVarta atq; uicesima ista collatio abbatis Abraham Christo fauente procuditur, omnium seniorum traditiones atq; instituta concludens, qua uestris orationibus consummata, illorum uigintiquatuor seniorum, qui in sancta Apocalipsi coronas suas agno offerre dicuntur numero mystice congruente, cunctarum promissionum nostrarum debitis nos credimus liberandos. Si qua proinde gloria, hi uigintiquatuor senes nostri ob institutionis suæ meritum fuerint coronati, illi qui pro salute mundi immolatus est agno subiectis sunt capitibus oblaturi. Ipse enim & illis tam eximium sensum, & uobis qualemcunque sermonem, quo tanta profunditas promeretur propter honorem nominis sui do-

sui donare dignatus est. Et necesse est, ut ad authorem bonorum omniũ muneris sui merita referantur, cui hoc ipso debetur amplius quo magis soluitur. Igitur ad hunc Abraham cogitationum nostrarum impugnationẽ anxia confessione detulimus, quæ ad repetendam prouinciã nostram atq; ad reuisendos parentes quotidianis animæ æstibus urgebamur. Hinc etenim nobis maxima desyderiorum nascebatur occasio, quòd tanta, religione atque pietate parentes nostros præditos recordabamur, ut eis nequaquàm nostrum propositum præponeremus, hoc iugiter mente uoluentes, quòd profectũ magis ex illorum essemus assiduitate capturi, nullaq; nos corporalium rerum sollicitudine nullis prospiciendi uictus distentionibus occupandos, illis affatim omnẽ cum gaudio præbitionem nostræ necessitatis explentibus. Insuper etiam spe inanium gaudiorum animum pascebamus, credentes fructũ nos maximũ percepturos de conuersione multorum, qui uelut nostro essent ad uiam salutis exemplo ac monitis dirigendi, tum præterea ipsorum locorũ situs, in quibus erat maioribus nostris auita possessio, ipsaq; amœnitas regionum iocunda ante oculos pingebatur, quàm gratæ & congruæ solitudinis spacijs tenderetur, ita ut non solum delectare monachum possint secreta syluarum, sed etiã maxima uictus præbere compendia. Quæ omnia prædicto seni, cum secundum fidem conscientiæ nostrę simpliciter panderemus, nec iam impugnationum uim tolerare nos posse, nisi nobis per illius medicinam Dei gratia subuenisset, profusis lachrymis testaremur, tacitus ille diuq; cunctatus, atq; ad extremum grauiter ingemiscens, ita ait.

Quomodo nostros senex patefecerit errores. Cap. II.

NEc dum uos desiderijs renunciasse mundanis, nec mortificasse cõcupiscentias, pristinas cogitationum uestrarũ prodit infirmitas. Nam sicut desidiam cordis uestri, desideriorum uestrorum peruagatio protestatur, hanc peregrinationem ac parentũ absentiam, quam mente potius suscipere debuistis, carne tantummodo sustinetis. Sepulta enim hæc omnia, ac de cordibus uestris euulsa penitus iam fuissent, si uel rationẽ ipsius abrenũciationis, uel principalẽ solitudinis causam in qua consistimus cepissetis. Ideoq; uos illa ocij ægritudine sentio laborare, quæ in prouerbijs ita notat: In desiderijs est omnis ociosus. Et iterum: Desideria occidunt pigrũ. Nam & nobis poterant hæc quæ commemorastis carnalium commodorũ non deesse compendia, si credidissemus ea nostro conuenire proposito, aut talem ex illis amœnitatum uoluptatibus fructum nobis iudicassemus posse conferri, qualis iste est qui de hoc locorũ squalore & corporis contritionẽ conquirit. Nec sumus ita parentũ solatio destituti, ut desint qui de suis substantijs sustentare nos gaudeant, nisi nobis illa sententia saluatoris occurrens, quicquid ad fotum huius pertinet carnis excluderet, qua dicitur: Qui non reliquerit siue oderit patrẽ & matrem & filios & fratres, nõ potest meus esse discipulus. Quòd si parentũ quoq; essemus præsidio destituti, certe uel potentũ mundi istius obsequia deesse non possent, q promptissima largitate necessitatibus nostris cũ omni gratiarũ actione subministrare gauderent, quorũ munificentia sustentati, parandi uictus sollicitudine careremus, nisi nos uehementer illa prophetica maledictio deterreret, nam maledictus, inquit, homo, qui ponit spẽ suã in homine, & nolite confidere in principib. Potuimus etiã cellulas saltẽ nostras super Nili fluminis alueũ collocantes, aquã habere pro forib. ne eã à quattuor milibus passuũ nostris cogeremur deferre ceruicibus, nisi nos ad tolerantiã laboris istius indefessos beatus Apostolus reddens hoc iugiter animaret eloquio: Vnusquisq;, inquiẽs, propriã mercedẽ accipiet secundũ suũ laborẽ. Nec ignoramus esse nonnulla in regionibus nostris amœna secreta, in quibus pomorũ copia & hortorũ gratia uel ubertas, necessitatẽ uictus nostri minimo labore corporis expedirent, nisi impingendã nobis illã exprobrationẽ quę ad illũ i Euãgelio directa est diuitẽ uereremur: Quia recepisti cõsolationẽ tuã in uita tua. Sed despectis illis omnib. & cũ uniuersa mũdi huius uoluptate cõtẽptis, his tantũ squalorib. delectamur, uniuersisq; delitijs horrendã solitudinis istius præferimus uastitatẽ, neq; huic arenarũ amaritudini quantasuis uberes glebæ diuitias cõparamus, non tẽporalia huius corporis lucra, sed æterna spiritus emolumenta sectantes. Parũ est enim renunciasse monachum semel, id est, in primordio conuersionis suę contempsisse præsentia, nisi eis quotidie renunciare perstiterit. Vsq; in finem namq; huius uitæ illud nobis dicendũ est cũ propheta, & diem hominis non desideraui tu scis. Vnde & dñs in euangelio.

Euangelio. Si quis uult, inquit, post me uenire abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie & sequatur me.

De qualitate locorum quæ ab anachoritis expeti debeant.
Cap. III.

ET idcirco ei qui de interioris hominis puritate peruigilem sollicitudinem gerit, expetenda sunt loca, quæ mentem eius nulla ad culturæ distentionem ubertatis suæ fœcunditate sollicitent, nec de cellulæ fixa atque immobili statione perturbent, atque ad aliquod subdiuale opus prodire compellant, & ita uelut in apertū effusis cogitationibus omnē mentis directionē ac subtilissimū certe illius destinationis intuitū per diuersa dispergat, quæ à nemine prorsus quãuis sollicito ac uigilanti uel caueri poterunt uel uideri, nisi qui animū suū atque corpus iugiter intra parietum septa concluserit, ut ita quis uelut piscator egregius, uictum sibi Apostolica arte prospiciens, in tranquillissimi cordis sui profundo, agmina cogitationum natantia intentus atque immobilis captet, & tanquam de prominenti scopulo curiose profunda prospectans, quas ad se hamo trahere debeat salutari, quas uero tanquàm malos ac noxios pisces negligat ac refutet, sagaci discretione dijudicet.

Quæ à solitarijs operationum genera debeant eligi.
Cap. IIII.

IN hac ergo unusquisque custodia iugiter perseuerans, efficaciter illud implebit, quòd per Abacuc prophetam satis euidenter exprimitur: Super custodiam meam stabo, ut ascendam super petram & speculabor ut uideā quid loquatur in me, & quid respondeā ad arguentē me. Quòd quanti laboris ac difficultatis sit, experimentis illorum qui in illa calami siue purfurionis eremo commorantur manifestissime comprobatur. Nam cum longiore solitudinis interuallo ab uniuersis urbibus & habitaculis hominū quam eremus Scythij diuidantur, septem siquidem uel octo mansionibus uastissimæ solitudinis deserta penetrantes uix ad cellularum suarum secreta perueniunt, tamen quia illic agriculturæ dediti, claustris minime cohibentur, cū ad hæc squalida in quibus degimus, uel ad illa Scythiotica uenerint loca, tantis cogitationum æstibus, tanta animi anxietate uexantur, ut quasi rudes & qui solitudinis exercitia ne leuiter quidem aliquando contigerint, commorationem cælle & quietis silentia tolerare non possint, atque ex eis statim excussi, tanquā expertes & nouicij perturbentur. Non enim sedare interioris hominis motus & cogitationū suarum tempestatibus obuiare, iugi sollicitudine ac perseueranti intentione didicerunt, qui sub diualibus quotidie operibus desudantes, tota die sub aërea inanitate, non solum corpore, uerumetiam mente peruolitant, & cogitationes suas cum mobilitate corporea passim in aperta diffundunt. Et idcirco nec multiuolam animi sui sentiunt uanitatem, nec eius lubricos possunt coërcere discursus, nec contritionē spiritus ferentes, intolerabilem sibi ipsam silentij sui æstimant iugitatem, ac laboriosis ruris operibus indefessi uincuntur ocio, & quietis suæ diuturnitate lassantur.

Quòd euagatione corporis grauetur magis quàm releuetur cordis anxietas. Cap. V.

NEc mirum si in cella quis residens quasi intra artissimum claustrū cogitationibus congregatis, anxietatum multitudine suffocetur, quæ de carceribus habitaculi cum homine prorumpentes, continuo uelut equi effrenes in diuersa peruolitant. Sed cū ad præsens de suis uelut stabulis euagentur, capitur statim aliquod uel breue uel triste solatium, cum uero corpore ad cellam propriam remeante, rursus quasi ad sedem suā cuncta cogitationū caterua recurrerit, grauiores excitat stimulos ipsa inueteratæ licentiæ consuetudo. Hi ergo qui nec dum possunt uel norunt uoluntatum suarum instigationibus reluctari, cum accidia pectus insolitum uehementius impugnante, intra cellā fuerint anxiati, si progrediendi sæpius libertatem sibi remissa districtionis lege concesserint, acriorem aduersum se pestem hoc ut putant remedio suscitabunt, sicut gelidissimæ aquæ haustu uim internarum febrium quidā restinguere posse se credunt, cum utique accendi ex hoc ignem illum constet potius quàm sedari, si quidem momentaneam illam releuationem multo grauior consequetur afflictio.

Ad quam comparationem monachus cogitationes suas debeat custodire. Cap. VI.

QVamobrem ita monachi omnis intentio in unum semper est defigenda, cunctarumq; cogitationum eius ortus ac circumitus in idipsum, id est, ad memoriã Dei strenue reuocandi, uelut si quis absidis cameram uolens in sublime concludere, subtilissimi illius centri lineam iugiter circunducat, ac secundum certissimam normam omnẽ rotunditatis parilitatem, & structure colligat disciplinã. Qui uero eam absq; ullius medietatis examine consummare, quãuis summa artis aut ingenij præsumptione temptauerit, impossibile est, ut æqualitatem circumitus illius sine errore custodiat, aut quantũ ueræ rotunditatis pulchritudini errando subtraxerit solo depræhendat aspectu, nisi ad illum indicem ueritatis semper recurrens, atq; eius arbitrio interiorem operis sui ambitum exterioremq; castigans, tam excelsæ altitudinem molis unius puncti lege concludat. Ita etiam mens nostra nisi solam domini charitatem, uelut centrum immobiliter fixum, per uniuersa operam molitionumq; nostrarum momenta circumagens, probabili (ut ita dixerim) circino charitatis omniũ cogitationũ uel aptauerit uel repulerit qualitatem, nequaquàm structuram illam ædificij spiritalis, cuius Paulus est architectus, probabili arte molietur, nec pulchritudinem domus illius possidebit, quàm beatus. Dauid in corde suo cupiens exhibere. Domine, inquit, dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ, sed indecoram in corde suo atq; indignam spiritui sancto domum, continuoq; lapsuram imprudenter attollit, non glorificandus beati cohabitatoris hospitio, sed ruina constructionis suæ lugubriter opprimendus.

Interrogatio cur obesse nobis parentum uicinia putaretur quæ in Aegypto consistentibus non obesset. Cap. VII.

GErmanus. Satis utili ac necessario præcipitur instituto hoc operum genus quòd intra cellam exerceri potest. Etenim non solũ exemplo beatitudinis uestrę Apostolicarum uirtutum imitatione fundatæ, uerumetiam experientiæ nostræ testimonio commoditas huius rei nobis sæpe comperta est. Sed parentum uicinia quam necuos minimũ respuistis, cur tantopere à nobis debeat uitari non satis claret. Cum enim uos in omni perfectionis uia irrepræhensibiliter incedentes, non solum in proprijs residere regionibus, sed nec longe à uiculis suis quosdã recessisse cernamus, cur id quòd uobis noxium non est, nobis putetur aduersum?

Responsio quomodo non omnibus conueniant omnia. Cap. VIII.

ABraham. Nonnunquàm mala ex bonis rebus sumi uidemus exempla. Nam si eadem quis agere, non eodem affectu atq; proposito, aut dissimili uirtute præsumpserit, profecto exinde laqueum deceptionis & mortis incurrit, unde alijs æternę uitę fructus acquiritur. Quòd ille quoq; manufortis puer, bellicosissimo illi giganti in certamine comparatus, haud dubie pertulisset, si uirilibus atq; fortissimis Saulis armis fuisset indutus, & quibus ętas robustior, innumerabiles cateruas hostium prostrauisset, hęc indubitatam primęuo puero potuerunt inferre perniciẽ, nisi prudenti discretione congrua adolescentię suę armorum genera delegisset, & aduersus hostem teterrinum, non lorica & clypeo quibus cęteros uidebat instructos, sed illis quibus ipse dimicare poterat telis fuisset armatus. Quamobrem mensuram uirium suarum conuenit unumquęq; nostrum diligentius ante pensare, atq; ad eius modulum arripere quam libuerit disciplinam, quia quamuis omnes utiles sint, tamen aptæ cunctis cunctæ esse non possunt. Nõ enim quia bona est ἀναχώρησις, uniuersis eam congruam comprobamus. A multis enim non solum infructuosa, sed etiam pernitiosa sentitur. Nec quia institutionem cœnobiorum uel curam fratrum sanctam atq; laudabilem merito profitemur, idcirco ab uniuersis eam expetendam esse censemus. Itaq; xenodocij uberrimus fructus est, sed ab omnibus expeti sine patientiæ non potest detrimento. Proinde primum regionis uestrę, atque huius inter se pensanda sunt instituta, deinde uires hominum iugi uel uirtutum uel

uitiorum

uitiorum assiduitate collectæ, diuersa inuicem lancæ trutinandæ. Fieri etenim potest ut quod alterius gentis homini arduũ atq; impossibile est, hoc aliis insita consuetudo quodammodo uerterit in naturã, sicut nationes quædam ingenti plagarum diuersitate disiunctæ, magnam uim frigoris uel ardorem solis absq; ullo corporis perferunt tegumento, quæ utiq; alij illam cœli inclementiam non experti, quantiuis roboris fuerint, sustentare non possunt. Ita etiam uos qui summo animi & corporis nisu, in hac regione duntaxat, quasi naturam patriæ uestræ, in multis impugnare conamini, diligenter expendite, utrum in illis torpedinis (ut fama est) regionibus, & ueluti frigore nimię infidelitatis obstrictis, hanc (ut ita dixerim) nuditatem sustentare possitis. Nostris enim istam propositi fortitudinem naturaliter quodammodo indidit sanctæ conuersationis antiquitas, quorum si constantiæ atq; uirtuti pares esse uos cernitis, uiciniam parentum fratrumq; uestrorum similiter fugere non debetis.

Quòd hi possint parentum uiciniam non timere, qui abbatis Apollo mortificationem potuerint æmulari. Cap IX.

VT uerò ad certum districtionis examen uestrarum uirium quantitatẽ metiri congrua æstimatione possitis, cuiusdam uobis senis, id est, abbatis Apollo factũ breuiter indicabo, ut si uos intimũ uestri cordis examen huius proposito atq; uirtuti haud inferiores esse censuerit, absq; iactura profectus uestri professionisq; periculo, patrię inhabitationem ac parentum uiciniam præsumatis, certi quòd districtionem humilitatis huius, quam uobis in hac prouincia non solũ uoluntas, sed etiam necessitas peregrinationis extorquet, propinquitatis affectus aut locorum oblectatio non possit euincere. Ad hunc igitur quem prædiximus senem, cum germanus suus intempesta nocte uenisset, implorans, ut de monasterio suo paulisper egressus, ad euellendum bouem, quẽ cænoglaustri eminus inhærere flebiliter quęrebatur, ei esset auxilio, quia eum solus nequaquam posset eruere. Abbas Apollo pertinaciter obsecranti: Cur, ait, iuniorẽ fratrem nostrum, quẽ præteriens propiorẽ quàm me habueras, non rogasti? Cumq; ille eum mortem olim sepulti fratris oblitũ, & ex nimia continentiæ ac solitudinis iugitate uelut impotem mentis existimans, respondisset: Quemadmodũ poteram de sepulchro eum qui ante annos quindecim obijt inuocare? Abbas Apollo: Ignoras ergo, ait, me quoq; ante annos uiginti huic mũdo fuisse defunctum, nullaq; iam posse de huius cellæ sepulchro, quæ ad præsentis uitæ pertineant statum, tibi conferre solatia, quẽ intantũ Christus ab intentione mortificationis arreptæ, uel modicum ad extrahendũ bouem tuum non patitur relaxari, ut ne breuissimi quidẽ momenti inducias pro patris indulserit sepultura, quæ multo utiq; celerius, honestius, & religiosius fuerat exhibẽda. Rimamini itaq; nũc arcana pectoris uestri prudenterq; conijcite, an talem etiam uos iuxta parentes uestros districtionem mentis iugiter retentare possitis. Cumq; uos in hac animi mortificatione consimiles eidem senseritis, tum demum scitote parentum fratrumq; uiciniam, uobis quoq; similiter noxiam non futuram, ut scilicet eis, quamuis in proximo constitutis, uelut mortuos uos esse credatis, ita ut nec illos uestris foueri solatijs, nec uos illorum sinatis obsequijs relaxari.

Interrogatio an obsit monacho si à parentibus sibi necessaria suggerantur. Cap. X.

GErmanus. Super hoc planè iam nullum ambiguitati locũ ulterius reliquisti. Certi etenim sumus tam præsentis huius habitus uilitatem, quàm quotidiana hæc nudipedalia in illorum uicinia nullatenus exercere nos posse, sed ne labore quidem illic simili ea quæ sunt ad uictum necessaria prouisuros, sicut hic etiam ipsam quotidie aquã ceruicibus nostris ex tribus millibus exhibere compellimur, nec nostra enim nec illorũ uerecundia, hæc nos coram illis agere omnino patietur. Sanè quid proposito nostro oberit, si illis subministrantibus uniuersa, nos sollicitudine parandi uictus penitus absoluti, lectioni tantum & orationi operam dederimus, ut isto quo nunc distrahimur labore sublato, spiritalib. tantum studijs intentius excubemus?

Responsio quid sanctus Antonius super hoc pronunciauerit. Caput XI.

ABraham. Non meam contra hoc uobis, sed beati Antonij sententiam proferam, qua ille ita cuiusdā fratris, hoc quo dicitis tepore torpentis segnitiem confutauit, ut etiam nodum uestræ propositionis abscideret. Nam cum ad prędictum uirum quidā ut dixi, ueniens, Anachoreticam disciplinam minimè diceret admirandam, maioris pronuncians esse uirtutis, si ea quæ perfectionis sunt inter homines quispiam quàm in eremo positus exerceret, beatus Antonius ubi'nam ipse consisteret, percontatur. Cunq; ille se iuxta parentes suos habitare dixisset, & eorum præbitione ab omni cura & sollicitudine diurni operis absoluto, lectioni tantum & orationi, absq; ulla distentione spiritus indesinenter gloriaretur insistere. Rursum beatus Antonius: Dic, inquit, fili, utrum in eorum damnis uel aduersis casibus contristeris, pariq; etiam modo super eorum prosperitate congaudeas? Ille utriusq; rei se participem esse confessus est. Cui senex: Noueris te inquit, etiam in futuro seculo eorum sorte censendū, cum quibus in hac uita in lucri detrimenti'ue consortio, uel gaudio uel mœrore concuteris. Nec hac contentus sententia beatus Antonius, maiorem insuper campum disputationis ingressus est, hęc, inquiens, conuersatio atq; hic tepidissimus status, non hoc solo quo dixi te feriunt detrimento, licet id nunc ipse non sentias, dicens quodammodo secundum illam prouerbiorum parabolam, feriunt me sed non dolui, & deluserunt me, ego autem nesciui, uel illud quod dicitur in propheta: Et comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit, quod scilicet diebus singulis mentem tuam pro casuum uarietate mutantes indesinenter ad terrena demergunt, uerum etiam quod fructu manuum tuarum, & iusta laboris proprij mercede fraudant, non permittentes te horum præbitione suffultum, secundum beati Apostoli regulam, quotidianum tibi uictum tuis manibus præparare, quem ille ultima Ephesiorum ecclesiæ principibus præcepta promulgans, se etiam sanctis euangelicæ prædicationis studijs occupatū, non solum sibi, uerū etiam his qui erant erga ministerium suum necessarijs obsequijs prępediti, prębuisse se memorat, dicens: Ipsi scitis quoniam ea quę mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Quod tamen ut se fecisse pro forma nostræ utilitatis ostenderet, alibi ait: Non ociosi fuimus inter uos, neq; gratis panem ab aliquo manducauimus, sed in labore & fatigasione nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus, non quia non habuerimus potestatem, sed ut nos metipsos formam daremus uobis ad imitandum nos.

De utilitate operationis & ocij detrimento. Cap. XII.

ET ideo cum etiam nobis parentum pręsidia non deessent, tamen hanc cunctis opibus prætulimus nuditatē, & quotidiana corporis alimenta nostris maluius sudoribus præparare, quàm secura parentum præbitione fulciri, laboriosissimæ huic penuriæ, illam quam prædicas ociosam scripturarum meditationē, atq; infructuosam lectionis instantiam postponentes, quam procul dubio libentissimè sectaremur, si hoc esse utilius uel exemplis suis Apostolica tradidisset authoritas, uel instituta seniorum salubriter præfinissent. Noueris autem te etiam ex hoc non leuius quàm illo quo supra diximus affici detrimento, quia cum sis sani corporis ac robusti, stipe sustentaris aliena, quę iustè solis est debilibus attributa. Nam utiq; omne hominum genus absque illo tantum genere monachorum, quod secundum pręceptum Apostoli quotidianis manuum suarum laboribus uiuit, agapen alienæ operationis expectat. Vnde non solum eos qui semetipsos, uel parentum facultatibus, uel famulorum laboribus, uel fundorum suorum fructibus sustentari gloriantur, sed ipsos etiam reges mundi huius, agape certum est sustentari. Hoc denique maiorum nostrorum definitio habet, qui quicquid ad necessitatem quotidiani uictus insumitur, quod opere manuum nostrarū effectum partumq; nō fuerit ad agapen referri debere sanxerunt, secundū Apostolū, qui ociosis penitus interdicens opē largitatis alienæ: Qui, inquit, non operatur, nec manducet. His beatus Antonius aduersus quendam usus uerbis, etiam nos magisterij sui informauit exemplo, ut parentum perniciosissima blandimenta, & omnium qui uictus necessaria subministrāt agapen, insuper etiam omnem habitationis gratiam deuitemus, squalentesq; naturali amaritudine arenas, et perustas salsa inundatione regiones, nulliq; ob idipsum hominū

iuri

iuri dominioq́ subiectas, cunctis mundi huius opibus præponamus, ut non solum frequentias hominum obtentu inuiæ solitudinis declinemus, sed etiam nequaquam nos ad qualiscunq́ culturæ distentionem uberis soli natura sollicitet, per quam mens ab illa principali obseruatione cordis distracta, spiritalibus studijs redderetur effœta.

Fabula de tonsoris mercede composita, ad illusiones diaboli cognoscendas. Cap. XIII.

NAm quod alios quoq́ saluare uos posse confiditis, & spe maioris lucri ad reuisendam patriam festinatis, audite etiam super hoc quandam abbatis Macharij fabulam, iocundissimè atq́ aptissimè figuratã, quã & ille cuidã similibus desiderijs æstuãti, medicinam oportunissimæ narrationis ingessit. Erat, inquit, in ciuitate quadam peritissimus tonsor, qui denarijs ternis unumquenq́ detondens, tenuem uilemq́ mercedem sui operis acquirendo, ex hac eadem quantitate necessaria uictus quotidie comparabat cẽtumq́ denarios expleta omni corporis cura, marsupio suo diebus singulis inferebat. Sed cum indesinenter hunc conderet questum, audiuit in quadam longè posita ciuitate, singulorum solidorum singulos homines tonsori præbere mercedem. Quo ille comperto, quandiu ero, inquit, hac mendicitate contentus, ut trium denariorum stipem cũ labore conquirã, cum possim illò pergens ingenti solidorum quæstu diuitias congregare? Itaque sumens artis suæ protinus instrumenta, expensis in sumptu omnibus quæ hic multo tempore collecta seruarat ad urbem illam quæstuosissimam cum summo labore peruenit. Vbi cum ea qua ingressus est die secundum id quod compererat ab uno quoq́ mercedem sui operis recepisset, ad uesperam se uidens grandem solidorum numerum conquisisse, ad macellum lætus intendit, escas refectioni suæ necessarias coempturus. Quas cum cœpisset magno solidorum precio comparare, expẽsis in perexiguo uictu uniuersis quos acquisierat solidis, ne unius quidẽ denarij intulit lucrum. Cumq́ ita singulis diebus acquisitionem suam uidisset insumi, ut non solum nihil redigere, sed uix ipsam quotidianæ substantiæ necessitatem posset explere, apud semetipsum recogitans, reuertar, inquit, ad ciuitatem meam, illumq́ repetam tenuissimum quæstum, ex quo mihi expleta omni corporis cura, quod ad sustentationem senectutis accresceret, quotidiana exuberantia conferebatur. Quod quamuis paruum uideretur & tenue, nõ mediocrem tamen summam iugi pariebat augmento. Quęstuosior quippe mihi fuit ille nummorum quàm iste solidorum imaginarius quęstus, ex quo non solum nihil exuberat quod recondam, sed etiam uix ipsa quotidiani uictus necessitas sustinetur. Et idcirco rectius nobis est, hunc solitudinis huius tenuissimum fructum indirupta iugitate sectari, quem nullę seculares curę, nullę mundanę distentiones, nulla cenodoxię ac uanitatis arrodat elatio, nullę sollicitudines diurnę necessitatis imminuant. Melius est enim modicum iusto super diuitias peccatorum multas, quàm affectare lucra illa maiora quę etiam si parata fuerint quęstuosissima conuersione multorum, necessitate tamen mundanę conuersationis, & quotidianis distentionum diminutionibus absumentur. Melior nanque est secundum sententiam Salomonis, pugillus unus cum requie, quàm duo pugilli cum labore & pręsumptione spiritus. Quibus illusionibus atq́ dispendijs omnes admodum infirmos necesse est implicari, qui cum etiam de sua salute sint dubij, ipsiq́ adhuc magisterio atque institutione egeant aliena, ad conuertendos alios & regendos, diabolicis illusionibus instigãtur, quiq́ etiam si potuerint lucri aliquid ex quorundam conuersione conquirere, impatientia sua atque inconditis moribus quicquid acquisierint profligabunt. Illud nanque eis quod Aggeus propheta describit, eueniet: Et qui mercedes congregat, misit eas in sacculum pertusum. Verè enim lucra sua in pertusum sacculum condit, qui quicquid per aliorum conuersionem uidetur acquirere, intemperantia cordis sui & quotidiana animi distentione dispergit. Itaq́ fiet ut dum uberiora lucra per aliorum credunt institutionem parare se posse, etiam sua correctione priuentur. Snnt enim qui se diuites ferunt, nihil habentes, & sunt qui se humiliant in multis diuitijs, & melior est uir in ignobilitate seruiens sibi, quàm qui dignitatem sibi acquirit, & indiget pane.

Interrogatio unde nobis talium cogitationum error irrepſerit? Cap. XIIII.

GErmanus. Satis congruè nobis his comparationibus diſputatio tua illuſionum noſtrarum manifeſtauit errores, quorum cauſas & curationes ſimiliter optamus agnoſcere, & unde acciderit nobis iſta deceptio, pariter cupimus edoceri. Nulli etenim eſt neminem admodũ poſſe remedia malis ualetudinibus adhibere, niſi eum qui ipſas morborum origines ante prædixerit.

Reſponſio de tripartito animæ motu. Cap. XV.

ABraham. Omnium uitiorum unus fons atq; principium eſt, ſecundum qualitatẽ uerò partis illius, &(ut ita dixerim) membri quod in anima fuerit uitiatum, diuerſa uocabula paſsionum corruptionumq; ſortitur. Quod nonnunquam etiam morborũ corporalium probatur exemplo, quorum cum una ſit cauſa, in diuerſa tamen ægritudinum genera pro qualitate membrorum quæ fuerint occupata, diſtinguitur. Etenim cũ arcem corporis, id eſt, caput, uis noxij humoris obſederit, cephalgię procreat paſsionẽ cum uerò aures oculos'ue peruaſerit, in ophtalmicum uertitur morbum, cunq; ſe ad articulos quoſq; & ad manuum ſumma transfuderit, articularis atq; chiragrica dicitur ualetudo: cum autem ad pedum ima defluxerit, podagra mutato nomine nuncupatur, totq; uocabulis una atq; eadem noxij humoris origo diſtinguitur, quot membrorum cœperit portiones. Eodem modo de uiſibilibus ad inuiſibilia tranſeuntes, animę noſtrę partibus, atq; (ut ita dixerim) membris uim cuiusq; uitij ineſſe credamus. Quam cum ſapientiſsimi quiq; tripartitę definiãt eſſe uirtutis, neceſſe eſt ut, aut rationabile, aut iraſcibile, aut concupiſcibile, eius aliquo corrumpatur incurſu. Cum ergo aliquem ex his affectibus uis noxiæ obſederit paſsionis, pro illius corruptione etiam uitio nomen imponitur. Nam ſi ratioabilem eius partem uitiorum peſtis infecerit, cenodoxiæ, elationis, inuidiæ, ſuperbiæ, præſumptionis, contentionis, hæreſeos uitia procreabit. Si iraſcibilẽ uulnerauerit ſenſum, furorem, impatientiam, triſtitiam, acediam, puſillanimitatẽ, crudelitatem parturiet. Si concupiſcibilem uulnerabit portionem, gaſtrimargiam, fornicationẽ, philargyriam, auaritiam & deſideria noxia terrenaq; generabit.

Rationabilem noſtræ animæ partem fuiſſe corruptam. Cap. XVI.

ET idcirco ſi fontem uitij huius & originem uultis agnoſcere, rationabilem mentis ueſtræ atq; animæ portionem noueritis eſſe corruptam, ex qua uel præſumptionũ uel cenodoxiæ ſolent uitia pullulare. Proinde hoc primũ animæ uobis (ut ita dixerim) membrum rectè diſcretionis iudicio et humilitatis uirtute curandum eſt, quo uitiato dũ non ſolum ad perfectionis iam perueniſſe faſtigia, ſed etiam docere alios poſſe uos creditis, & ad eruditionem cæterorum ſufficientes atq; idoneos iudicatis per elationem cenodoxię quam patefecit ueſtra confeſsio, peruagationum uanitate raptamini, quas amputare deinceps abſq; difficultate poteritis, ſi ueræ diſcretionis, ut dixi, humilitate fundati, quàm laborioſum quamq; difficile ſit unicuiq; noſtrum ſalutare animã ſuam mentis ueſtræ contritione diſcatis, & intimo cordis affectu, non modo longe uos ab illa docendi præſumptione ſubmotos, uerum etiam adhuc egere doctoris agnoſcatis auxilio.

Quòd infirmior pars animæ diabolicis tentationibus prima ſuccumbat. Cap. XVII.

ADhibete ergo huic membro uel parti animę ueſtrę, quam ſpecialiter diximus uulneratã, ueræ humilitatis medelam, quæ quoniam cæteris animę uirtutibus in uobis, quantum apparet, infirmior eſt, neceſſe eſt ut diabolicæ infeſtinationi prima ſuccũbat. Quemadmodum enim ingruentibus quibuſdam iniurijs, quę uel ex accidenti labore, uel de aëris corruptione gignuntur, fieri etiã in corporibus humanis ſolet, ut illa quæ fuerint infirmiora, caſibus iſtis prima cõſentiant atq; ſuccumbant, cunq; peculiarius in eis morbus inſederit, reliquas quoq; partes corporis eadẽ peſte tabefaciat, ita & animã uniuſcuiuſq; noſtrum flante quodammodo peſtilenti halitu uitiorum, illa maximè paſſione neceſſe eſt attentari, in qua tenerior atq; infirmior eius portio, ualidis inimici non tam fortiter reſiſtit impulſibus, & ex illis periculum captiuitatis incurrere, in quibus faciliorem

ciliorem proditioni aditũ reserat incauta custodia. Sic nanq; Balaam populum Dei posse decipi, certa ratione collegit, dans consilium ut ex illa parte qua infirmari nouerat filios Israel, perniciosi eis laquei tenderentur, non dubitans eos oblata copia fœminarũ, fornicationis ruina protinus collapsuros, quia concupiscibiles animę eorum partes sciebat esse corruptas. Ita ergo unumquenq; nostrum nequitiæ spiritales uersata malignitate pertentant, illis præcipuè affectibus animæ insidiosos laqueos præstruentes, quibus eam senserint ægrotare, ut uerbi gratia, cum uiderint rationabiles animæ nostræ partes esse uitiatas, illo nos ordine decipere moliātur, quo Achab regẽ ab illis Syris deceptum scriptura commemorat, qui dixerunt: Scimus quoniam reges Israel misericordes sunt, ponamus itaq; saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel, et dicemus: Seruus tuus Benadab dicit: Viuificetur anima mea. Quibus ille non uera pietate, sed uana misericordiæ laude, si adhuc, inquit, uiuit frater meus est. Et hoc exemplo etiam nos rationabilis illius partis errore deceptos, idem incurrere offensam Dei faciant, unde consecuturos mercedem ac recepturos nos pietatis præmia credebamus, similiq; nobis etiam increpatione dicatur: Quia dimisisti uirum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus ꝓ populo eius. Siue cum immundus spiritus dicit: Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius, per rationabilem proculdubio affectum quem letalibus aptum norat insidijs laqueum deceptionis ac mortis intendens. Sic etiam Herodem per irascibilem animæ portionem, ad illam tantorum infantium necem callidissimus hostis impegit, eo quòd istam propensius in eo norat esse uitiatam. Quod etiam de domino nostro idem spiritus opinatus, cum his eum tribus animæ affectibus tentasset, in quibus omne hominum genus nouerat captiuari, nihil tamen tam uersutis profecit insidijs. Nam concupiscibilem mentis eius aggressus est partem, dicens: Dic ut lapides isti panes fiant. Irascibilem cum eum ad expetendum præsentis seculi potestatem & regna mundi huius instigare conatus est. Rationabilem, cum ait: Si filius Dei es, mitte te deorsum. In quibus idcirco nihil eius profecit illusio, quia nihil secundum coniecturam suam, quam falsa opinatione conceperat, repperit in eo esse uitiatum. Vnde etiam nulla pars animæ eius, inimici insidijs attentata consensit. Ecce enim, inquit, uenit princeps mundi huius, & in me inueniet nihil.

Interrogatio, an utili desiderio maioris silentij retraheremur ad patriam. *Cap.* XVIII.

GErmanus. Inter cætera illusionum errorumq; nostrorum genera, quæ nos ad desiderium patriæ nostræ, sicut beatitudo tua solerti mẽtis perspexit intuitu, uana spiritalium commodorum pollicitatione flammauerant, etiam hæc uel maxima existit causa, quod interdum à fratribus frequentati, iugi secreto ac diuturno silentio, secundũ desiderium nostrum nequaquā possumus inhærere. Per quod necesse est cursum atq; mensuram quotidianę continentiæ, quam per castigationem corporis indiruptā perpetuò cupimus retẽtare, nõnullis fratribus superuenientibus, intercidi. Quod sine dubio nullatenus in nostra prouincia credimus euenturum, in qua aut nullum aut certè rarissimũ professionis huius uirum inuenire possibile est.

Responsio de illusione diabolica, quòd uastioris solitudinis requiem repromittat. *Cap* XIX.

ABraham. Irrationabilis atq; inconsideratæ districtionis, imò potius summi teporis indicium est, nequaquam ab hominibus frequentari. Qui enim in hac quam arripuit uia nimium tardis passibus graditur, ac secundum interiorem hominem conuersatur, æquum est ut ad eum non dicam sanctorũ, sed ne hominũ quidem ullus adueniat. Vos autẽ si uera atq; perfecta domini nostri dilectione flagratis, & Deum qui utiq; charitas est, pleno spiritus feruore sectamini, ad quęlibet loca inaccessibilia fugeritis, necesse est ea ab hominibus frequentari, quantoq; uos propiores Deo amoris diuini ardor effecerit, tanto ad uos maior sanctorum fratrum confluet multitudo. Non enim potest secundum sententiam domini, ciuitas abscondi supra montẽ posita, quia diligentes me, inquit dominus, glorificabo, & qui me contẽnunt erunt ignobiles. Veruntamen nosse debetis hanc esse subtilissimam diaboli calliditatem, hanc occultissimā foueam, in quā

ſerabiles et incautos queſque pręcipitat, ut dum eis maiora promittit, neceſſaria quotidiani fructus emolumenta ſubripiat, abſtruſiores ſcilicet & uaſtiores ſolitudines expeti debere perſuadens, easq́ue uelut miris amœnitatibus non ſunt loca uelut cognita ac pręparata, noſtręq́ue poteſtati iam dedita, & abſq́ue ulla difficultate poſsidenda confingit. Homines quoq́ue regionis illius tractabiles, & ad uiam ſalutis ſequaces eſſe mentitur, ut dũ illic uberiores fructus animę pollicetur, pręſentia lucra fraudulenter auertat. Nam cum unuſquiſq́ue hac uana ſpe à ſeniorum ſalutari contubernio ſeparatus, atq́ue omnibus quæ ſibimet fruſtra in ſuo corde depinxerat, fuerit deſtitutus, uelut de profundiſsimo ſopore conſurgens, nihil ex his quæ ſomniauerat expergefactus inueniet. Itaq́ue eum diabolus maioribus uitæ huius neceſsitatibus & inextricabilibus laqueis irretitum ne reſpirare quidẽ ad hæc quę ſibi ipſe promiſerat, aliquando permittet, eumq́ue non iam illis quas ante uitauerat raris ac ſpiritalibus fratrum uiſitationibus, ſed quotidianis ſecularium incurſionibus obligatum, ne ad mediocrem quidem Anachoreſeos quietem ac diſciplinam unquam redire patietur.

Quòd utilis ſit remiſsio in aduentu fratrum. Cap. XX.

ILla quoq́ue remiſsionis atq́ue humanitatis intercapedo gratiſsima, quæ nonnunquam pro aduentu fratrum interuenire cõſueuit, licet moleſta nobis ac fugienda uideatur, tamen quàm ſit utilis ac ſalubris tam corpori quã ſpiritui noſtro paucis patienter attendite. Sæpe accidit, non dicam nouitijs & infirmis, ſed etiam experientiſsimis atque perfectis, ut niſi mentis eorum directio atque cenſura, quibuſdam mollita fuerit uiciſsitudinum laxamentis, aut in teporem ſpiritus, aut certè in pernitioſam corporis ualetudinem collabatur. Et idcirco à prudentibus atque perfectis, cum interceſſerit etiam fratrũ crebra uiſitatio non ſolum toleranda patienter, ſed etiam gratãter eſt amplectenda. Primũ quòd prouocat nos auidius ſemper ſolitudinis deſiderare ſecreta, nam quodammodo curſum noſtrum dum interpolare creditur, infatigabilem iugemq́ue conſeruat, qui ſi nullo interdum obice tardaretur, uſq́ue ad finem contendere indefeſſa pertinacitete non poſſet. Deinde quod neceſsitatem reficiendi corpuſculi cum fructu humanitatis indulget, maiora nobis conferet lucra, cum iocundiſsimo corporis laxamẽto, quàm illa ſunt quæ per abſtinentiæ fatigationem fuerãt acquirenda. Super qua re aptiſsimam comparationem antiqua narratione uulgatam breuiter indicabo.

Quomodo euangeliſta Iohannes utilitatem remiſsionis oſtendiſſe dicatur. Cap. XXI.

FErtur beatiſsimus euangeliſta Ioannes cum perdicem manibus molliter demulceret, quendam ad ſe habitu uenatorio uenientem ſubito conſpexiſſe. Qui miratus quòd uir tantæ opinionis ac fame ad tam parua & humilia ſe oblectamẽta ſubmitteret: Tu'ne es, inquit, ille Ioannes, cuius fama inſignis atq́ue celeberrima, me quoq́ue ſummo deſiderio tuæ agnitionis illexit? Cur ergo oblectamentis tam uilibus occuparis? Cui beatus Iohannes: Quid eſt quod manu tua geſtas? At ille: Arcus, inquit. Et cur, ait, non eum tenſum ubiq́ue ſemper circunfers? Cui ille reſpondit. Non oportet, ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxata molleſcat atq́ue depereat, & cum oportuerit ut fortiora in aliquam feram ſpicula dirigantur, rigore per nimietatẽ continuæ intenſionis amiſſo, uiolentior ictus non poſsit emitti. Nec noſtri, inquit beatus Ioannes, animi te offendat, ô iuuenis, tam parua hæc breuiſq́ue laxatio, quæ niſi remiſsione quadã rigorem intentionis ſuæ interdum releuet ac relaxet, irremiſſe uigore lenteſcens, uirtuti ſpiritus cum neceſsitas poſcit obſecundare non poterit.

Interrogatio qualiter intelligendum ſit quod in euangelio dicitur: Iugum meum ſuaue, & onus meum leue eſt. Caput XXII.

GErmanus. Quoiam nobis illuſionum cunctarum remedia contuliſti, & diabolicę quibus quatiebamur inſidiæ, per doctrinam tuam domino donẽte detectæ ſunt, hoc quoq́ue nobis ſimiliter precamur ediſſeri, quod in euangelio dicitur: Iugũ meum ſuaue & onus meum leue eſt Satis enim prophetica illi ſententię uidetur aduerſum, qua di

citur

citur. Propter uerba labiorum tuorũ, ego custodiui uias duras. Quippe cum etiam Apostolus dicat, omnes qui uolunt piè uiuere in Christo, persecutionẽ patientur. Quicquid autem durum & persecutionibus est refertum, nec leue potest esse nec suaue.

Responsio cum expositione sententiæ. Cap. XXIII.

ABraham. Verissimam domini ac saluatoris nostri esse sententiã experientiæ ipsius facili probabimus documento, si perfectionis uiam legitimè & secundum uoluntatem Christi fuerimus aggressi, & mortificantes omnia desideria nostra ac uoluntates noxias abscidentes, non solum nihil residere nobis de mundi huius substãtia siuerimus, per quam utiq; cum libitum fuerit uastandi nos ac dilacerandi potestatem inimicus inueniet, sed etiam nostri ipsius non esse nos dominos senserimus, illud Apostolicum in ueritate complentes: Viuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Christus. Quid enim graue poterit esse, quid durum ei, qui iugum Christi tota mente susceperit, qui uera humilitate fundatus, semperq; ad domini respiciens passiones, in omnibus quæ sibi fuerint irrogatæ lætatur iniurijs, dicens: Propter quod complaceo mihi in infirmitatibus, in cõtumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo, cum enim infirmor tunc fortior sum & potẽs? Quo, inquam, familiaris rei cruciabitur damno, qui perfecta nuditate gloriosus, uoluntariè pro Christo offerens, uniuersas huius mundi respuit facultates, omnesq; eius cõcupiscentias generaliter arbitratur ut stercora, ut Christum lucrifaciat, euangelici illius præcepti meditatione continua, cunctorum dispendiorum æstus despiciens & excludens? Quid enim prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima sua? Super cuius rei priuatione tristabitur, qui omnia quæ ab alijs auferri possunt sua non esse cognoscit, illud inuicta uirtute proclamans: nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus? Cuius autem inopię necessitate eius superabitur fortitudo, qui peram in uia, æs in zona, uestem in tempora habere non nouit, sed cum Apostolo gloriatur in ieiunijs multis, in fame & siti, in frigore & nuditate? Quis labor, quod'ue tam arduum senioris præceptum, tranquillitatem pectoris eius poterit perturbare, qui nullam habens propriam uoluntatem, omnibus quæ sibi fuerint imperata, non solum patienter, sed etiam gratanter occurrit, nostriq; saluatoris exemplo non quęrit suam, sed patris facere uoluntatem, dicens & ipse ad patrem suum: Veruntamen nõ sicut ego uolo, sed sicut tu? Quibus etiam iniurijs, qua persecutione terrebitur, imò quod ei non etiam iocundum potest esse supplicium, qui in omnibus plagis cum Apostolis semper exultans, optat ut dignus habeatur pro nomine Christi contumeliam pati?

Cur amarum iugum & graue onus domini sentiatur.
Cap. XXIIII.

VT autem nobis contrario iugum Christi non leue nec suaue uideatur, contumacię nostrę est iustius ascribendum, qui diffidentia atque incredulitate deiecti, contra illius imperium imò consilium, qui ait: Si uis perfectus esse, uade, uede siue dimitte omnia tua, & ueni sequere me: inepta peruersitate pugnamus, terrenarum scilicet facultatum materijs retentis, quarum cum nexibus animum nostrum diabolus teneat illigatum, quid superest nisi ut cum uoluerit nos à spiritalibus gaudijs separare, earundem imminutione ac priuatione mœstificet? id uersutis fraudibus elaborans, ut cum iugi illius suauitas & oneris leuitas, uitiosæ concupiscentiæ prauitate nobis fuerit aggrauata, ipsius facultatis atque substantiæ, quam nobis pro requie ac solatio reseruamus, uinculis irretitos, secularium curarum flagris semper excruciet, ex nobismetipsis quo dilaceremur sculpens. Funiculis nanque peccatorum suorum unusquisque constringitur, audiens per prophetam: Ecce omnes uos accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis. Per hęc siquidem, ut Salomon testis est, unusquisque per quę peccauerit & punietur. Ipsę enim nobis tormento sunt, quibus utimur uoluptates, & oblectamẽta huius carnis atq; delitię carnificum in suum retorquent authorẽ, quia necesse est eum qui facultatib. pristinis opibusq;

suffultus est, nec integram humilitatem cordis nec mortificationem plenam noxiarum suscipere uoluntatum. His autem uirtutum patrocinantibus instrumentis, omnes uitæ præsentis angustiæ, & cuncta quę inimicus potest inferre dispendia, non modo patientissimè, uerum etiam iocundissimè sustinentur, quibus rursum exulantibus elatio tam perniciosa succrescit, ut etiam leuissima contumelia mortiferis impatientiæ ictibus uulneremur, dicaturq́ue nobis per Hieremiam prophetam: Et nunc quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Et nunc quid tibi uis cum uia Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & uide quia malum & amarum est te dereliquisse Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus. Quod ergo iugi dominici mirifica suauitas amara uidetur & sentitur, quid est nisi quia eam auersionis nostræ amaritudo corrumpit? Quod diuini oneris tam iocunda leuitas ingrauescit, quid est nisi quia eum à quo sustinebamur contumaci præsumptione contemnimus, quippe cum euidenter idipsum scriptura testetur, dicens: Nam si ambularent semitas rectas, inuenissent utiq; semitas iustitiæ leues? Nos, inquam, non esse manifestum est, qui semitas domini rectas ac leues, prauis durisq; desideriorum exasperamus cautibus, qui uiam regiam Apostolicis ac propheticis silicibus cōmunitam, sanctorumq; omnium atq; ipsius domini uestigijs complanatam, amentissimè deserentes, deuia quæq; ac dumosa sectamur, & præsentium oblectaminum illecebris obcæcati, per obscuros impeditosq; uitiorum sentibus calles, laceratis cruribus, & dirupta illa nuptiali ueste reptamus, non modò acutissimis ueprium aculeis confingendi, sed etiam uirulentorum serpentum uel scorpionum illic latentium ictibus uulnerandi. Tribuli enim & laquei in uijs prauis, qui autē timet dominum, abstinebit ab eis. De talibus & alibi dominus per prophetam: Oblitus est mei, inquit, populus meus, frustra libantes & impingentes in uijs suis, in semitis seculi, ut ambularent per eas in itinere non trito. Viæ enim, secundum sententiam Salomonis, nihil operantium, stratæ sunt spinis, fortium uerò tritæ sunt: & ita ab itinere regio deuiantes, ad illam metropolim ciuitatem, ubi noster cursus indeclinabiliter semper debet esse directus, non poterunt peruenire. Quod etiā Ecclesiastes significanter expressit: Labor, inquiens, stultorū affliget eos, qui non cognouerunt ire in ciuitatem, illam scilicet Hierusalem cœlestem, quæ est mater omnium nostrum.

Quid utilitatis conferat tentationum incursio. Caput XXV.

QVisquis auetm in ueritate huic mundo renuncians super se tulerit iugum Christi, & didicerit ab eo quotidianis iniuriarū exercitijs eruditus, quia mitis est & humilis corde, in cunctis tētationibus manebit semper inuiolabilis, omniaq; illi cooperabūtur in bonum. Verba enim Dei, secundū Abdiam prophetam, bona sunt cum eo qui rectè graditur. Et iterū: Quia rectę uię domini & iusti incedunt in eis, præuaricatores uerò corruent in eis. Maiora igitur nobis per colluctationem tentationū laudis contulit præmia, benigna erga nos gratia saluatoris quàm si omnem à nobis necessitatē certaminis abstulisset. Etenī sublimioris prestantiorisq; uirtutis est persecutionibus ærumnisq; uallatū, manere semper imobilē, & aduersum se sæuientibus cunctis, certū de prępsidio Dei atq; intrepidū perdurare, humanisq; incursib. uelut armis inuictę uirtutis accinctū, gloriosissimè de impatientia triumphare, & acquirere quodāmodo de infirmitate uirtutē, quia uirtus in infirmitate perficitur. Ecce enim dedi te, inquit dominus, in columnā ferream, & in murū æreum super omnē terrā, regibus Iuda, principibus & sacerdotibus eius, & omni populo terræ, & bellabunt aduersum te, & non pręualebūt, quia ego tecū sum, ut eruam te, dicit Dominus. Ergo secundum ueram Domini traditionem, uia regia suauis ac leuis est, licet dura & aspera sentiatur. Piè eīm ac fideliter seruiētes cū tulerint iugū domini super se, & didicerint ab eo, quia mitis est et humilis corde, iam quodāmodo terrenarū passionū deponētes sarcinā, nō laborē sed reqē animab9 suis Dño p̄stāte repiēt, sicut p Hieremiā ꝓphetā ipse testatus est, dicēs: State sup uias & uidete, & interrogate de semitis antiqs, quę sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriū animab. uestris, fient nāq; eis cōtinuò praua in directū, & aspera in uias planas, & gustātes uidebūt quoniam suauis est Dominus, audientesq; Christum in euangelio proclamantem: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, depositis ponderibus

deribus uitiorum, ea quæ sequuntur intelligent, quia iugum meum suaue est, & onus meum leue. Habet ergo refrigerium uia domini, si secundum legem ipsius teneatur. Sed nos sumus qui dolores nobis atq; tormenta, turbulentis distentionibus procuramus, dum malumus uias seculi huius prauas atq; peruersas, etiam cum summo discrimine ac difficultate sectari. Cum uerò hoc modo graue nobis ac durum iugum domini fecerimus, blasphemo iam spiritu, uel de ipsius iugi, uel de Christi qui illud imponit, duritia atq; asperitate causamur, secundum illud. Insipientia uiri corrumpit uias eius. Deum autem causatur corde suo. Et secundum Aggeum prophetã, cum dixerimus: Quia uia domini non dirigit, congruè respondetur nobis à domino: Nunquid uia mea non dirigit? Non'ne magis uiæ uestrę sunt prauæ? Et reuera si comparare uolueris splendentem uirginitatis florem, & suaue olentem castimoniæ puritatem, tetris ac fœtidis libidinum uolutabris, quietem securitatemq; monachorum, periculis & ærumnis quibus mundi huius homines implicantur, paupertatis nostræ requiem, edacibus diuitum tristitijs ac peruigilibus curis, quibus non absq; summo uitæ periculo diebus ac noctibus consumuntur, suauissimum iugum Christi onusq; leuissimum facillime comprobabis.

Quèmadmodum perfectè abrenunciantibus centuplum in hoc mundo repromittatur. Cap. XXVI.

PRoinde etiam illa retributio premiorũ, qua perfectè renunciantibus in hac uita centuplum dominus repromisit, dicens: Et omnis qui reliquerit domũ uel fratres aut sorores aut patrem, aut matrem, aut uxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in præsenti, & uitam æternam possidebit, rectè atq; uerissimè eodẽ sensu absq; ulla fidei perturbatione suscipitur. Multi enim occasionem huius sententiæ nacti crasso intellectu, hæc in illo mille annorũ tẽpore carnaliter sanctis restituenda cõfirmant, cum utiq; illud seculum quod post resurrectionem futurum dicunt, præsens intelligi non posse fateantur. Multo ergo credibilius multoq; manifestius est, eum qui aliquid secularium uel affectuum uel bonorum Christo suadente contẽpserit, à fratribus atq; consoribus propositi sui qui ei spiritali glutino colligantur, centuplo gratiorẽ etiã in hac uita recipere charitatem. Hanc siquidẽ quam inter parentes ac filios atq; germanos, coniuges uel propinquos, siue societas copulæ seu consanguinitatis necessitudo coniungit, satis breuem esse constat ac fragilem. Deniq; etiam boni ac pij cum adoleuerint filij, à parentum domibus nonnunquã ac substantijs excluduntur, cõmunio quoq; consortij coniugalis interdum etiam honesta causa interueniente diuellitur, fratrum dirimit charitatem contentiosa diuisio. Monachi soli perpetuæ coniunctionis retinent unitatem, atq; indiscretè possident uniuersa, qui omnia sua esse quæ fratrũ, omnia fratrũ credunt esse quæ sua sunt. Si ergo istis diebus quibus carnalis copulatur affectio, dilectionis nostrę gratia conferatur, profecto centuplo hęc dulcior atq; sublimior est. Recipietur sanè etiam de continentia coniugali maior centuplo suauitas, ab illa quæ eis inuicẽ per commixtionem sexuum præbebatur. Pro lætitia quoq; illa quã in unius agri ac domus possessione quis habuit, centuplo maiore diuitiarum gaudio perfruetur, qui in adoptionem transiens filiorum Dei, uniuersa quę æterni sunt patris, ut propria, possidebit, & affectu atq; uirtute ad imitationem ueri illius filij proclamabit: Omnia quę habet pater, mea sunt: nec iam cum ulla pœnali distentionis ac sollicitudinis cura, sed securus ac lætus uelut in proprijs ubique succedit, audiens quotidie sibimet ab Apostolo prædicari, Omnia enim uestra sunt, siue mundus, siue pręsentia, siue futura. Et à Salomone: Fidelis uiri totus mũdus diuitiarum est. Habes ergo istam centupli retributionem, in magnitudine meriti, et in discretione tam incomparabilis qualitatis expressam. Neq; enim si pro æris aut ferri, aut uilioris cuiusquam metalli certo pondere, tantundem ponderis, sed auri quispiam reddidisset, non etiam amplius quàm centuplũ restituisse uideretur, ita cum pro contemptu uoluptatum atq; affectuum terrenorũ, spiritale gaudium & pręciosissimę charitatis iocũditas repẽsatur, etiãsi ipse sit numerus, cẽtuplo tamẽ hęc maior atq; ꝓclarior est. Et ut hoc euidẽtius crebra repetitione reddaĩ, uxorẽ antea in passione fragilis desiderij possidebã, hãc eandẽ in honore sanctificatiõis & uera Christi dilectione possideo. Vna est mulier, sed cẽtuplũ creuit meritũ charitatis. Si aũt & ꝓ irę & furoris perturbatione

perturbatione, iugem animi lenitatem, pro sollicitudinis ac distentionis angore, securitatis quietem, pro infructuosa huius seculi pœnaliq́ tristitia, salutaris tristitiæ fructum, pro uanitate lætitię temporalis, gaudĳ spiritalis appenderis ubertatem, retributionem in horum affectuum commutatione centuplã peruidebis. Et si uniuscuiusq́ uitĳ breui ac lubricæ uoluptati contrarium uirtutum merita conferantur, centuplum esse meliora multiplicata iocunditas approbabit. Centenarius enim numerus de sinistra transfertur in dexteram, & licet eandem in supputatione digitorum figuram tenere uideatur, nimium tamen quantitatis magnitudine supercrescit. Fiet enim ut qui hœdi formam gerere uidebamur in leua, ouis meritum translati consequamur ad dexterã. Nunc ad quantitatem earum rerum quas pro contemptu mundialium commodorũ nobis in hoc seculo Christus restituit, transeamus, pręcipue secundũ euangelium Marci ita dicentis: Nemo est qui reliquit domum aut fratres, aut sorores, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter euangeliũ, qui nõ accipiet centies tantũ nunc in tẽpore hoc, domos, fratres & sorores, & matres & filios & agros cũ persecutionib. & in seculo futuro uitam æternã. Centuplã nanq́ fratrũ, parentum'ue recipiet quantitatẽ, quisquis patris unius uel matris seu filĳ pro Christi nomine charitate contenta, in omnium quę Christo deseruiunt dilectionẽ syncerissimã transit, pro uno scilicet tot inueniens patres fratresq́ feruentiore ac prestantiore sibi affectione deuinctos. Multiplicata etiã domorũ atq́ agrorum possessione ditabitur, quisquis una domo pro Christi dilectioe reiecta, innumera monasteriorũ habitacula tanq́ propria possidebit, in quacunq́ orbis parte uelut in suę domus iure succedens. Quomodo enim non centuplũ, & si domini nostri sententię superadĳci aliquid fas est, plus quã centuplũ recipit, qui decẽ uel uiginti seruorũ ministeria infida & coactititia derelinquens, tot ingenuorũ ac nobiliũ spontaneo fulcitur obsequio? Quod ita esse etiã uestris experimẽtis probare potuistis, qui singulis patribus matribusq́ ac domibus derelictis, quãlibet mundi partẽ fueritis ingressi, patres, matres, fratresq́ innumeros, domos quoq́ & agros seruosq́ fidelissimos, absq́ ullo sollicitudinis labore conquiritis, qui uos ut proprios dominos summis suscipiunt, amplectuntur, fouent, uenerantur officĳs. Sed hoc, inquã, sancti ministerio merito ac fiducialiter perfruentur, qui prius in seruitutẽ fraternitatis semetipsos suaq́ omnia uoluntaria deuotione subdiderint. Recipient enim secundũ sententiã domini liberè, id quod ipsi alĳs dependerunt. Quisquis autẽ hęc humilitate syncera consortib. suis ante non detulerit, quomodo deferri sibi ab alĳs patienter admittit, cũ grauari se eorũ obsequĳs intelligat potius q́ foueri, qui accipere mauult fratrũ q́ deferre famulatũ? Hęc tamen omnia nõ cũ remissa securitate nec cũ inerti oblectatione percipiet, sed secundũ uerbũ domini, cũ persecutionib. id est, cũ pręssuris seculi huius, ac summis angorib. passionũ, quia sicut ille sapiẽtissimus contestatur, qui suauis & sine dolore est, in egestate erit. Regnũ etenim cœlorũ non desides, non demissi, non delicati, non teneri, sed uiolenti diripiunt. Qui ergo hi uiolenti sunt? Nẽpe illi qui non alĳs sed uoluntatib. suis pręclarã inferunt uiolentiã, qui direptione laudabili omni se pręsentiũ rerũ uoluptate fraudantes, uoce dominica egregĳ direptores pronunciantur, & per huiuscemodi rapinã regnũ cœlorũ uiolenter inuadunt. Regnũ enim cœlorũ secundũ sententiã domini uim patitur, & uiolẽti diripiunt illud. Isti profecto sunt laudabiles uiolenti, qui uim faciunt perditioni suæ. Homo enim, ut scriptũ est, in doloribus laborat sibi, & uim facit perditioni suę. Perditio nostra est oblectatio uitę pręsentis, & (ut expressius dicam) executio desideriorũ uoluntatumq́ nostrarum, quas si quis ab anima sua subtraxerit ac mortificauerit, gloriosam profecto & utilem perditioni suę uim facit, abnegans duntaxat ei iocundissimas uoluntates, quas per prophetam sermo diuinus frequenter inculat, dicens: Quia in diebus ieiunĳ uestri inuenitur uoluntas uestra. Et iterum: Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo, & glorificaueris eum dum non facis uias tuas, & non inuenitur uoluntas tua ut loquaris sermonem. Cui etiam quanta beatitudo promittatur, confestim propheta subiungit: Tunc, inquiens, delectaberis super dominum, & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hęreditate Iacob patris tui: os enim domini locutum est. Et idcirco dominus noster atq́ saluator ut nobis amputandarũ uoluntatũ nostrarũ formã traderet: Non ueni, inquit, facerere uoluntatẽ meam, sed uoluntatẽ eius

qui

qui misit me. Et iterum: Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Quam uirtutem illi specialiter exercent, qui in cœnobijs commorantes, senioris reguntur imperio, qui nihil omnino arbitrio suo agunt, sed uoluntas eorum ex uoluntate pēdet abbatis. Postremo ut iam disputationis huius sermo claudatur, non'ne obsecro etiam in hoc centuplam gratiam euidentissimè qui fideliter Christo deseruiunt consequuntur, dum pro nomine eius à summis principibus honorantur, ac licet ipsi humanam gloriam non requirant, uenerabiles tamen etiam in persecutionum angustijs iudicibus cunctis ac potestatibus fiunt, quorū uilitas etiam mediocribus forsitan despicabilis esse potuisset, uel pro obscuritate natalium, uel pro conditione seruili, si in seculari conuersatione mansissent? Pro Christi autem militia nemo status calumniam commouere, nemo obscuritatem generis audebit opponere, qui potius illis ipsis uilissimę conditionis opprobrijs quibus confundi & dehonestari cæteri solent Christi famuli gloriosius nobilitantur. Quod euidentius in abbate Iohanne, qui in illa eremo, quæ Lyco oppido adiacet, commoratur, possumus approbare. Qui per obscuris maioribus natus ita pro Christi nomine uniuerso penè humano generi admirabilis factus est, ut eum ipsi quoque rerum prȩsentium domini, qui mundi huius atque imperij gubernacula retinentes, etiam potentibus cunctis regibusq; terrori sunt, uelut dominum uenerentur, & oracula eius de tam longinquis regionibus expetentes, imperij sui apicem & statum salutis, bellorumq; prouentus illius orationibus meritisq; committant. Tali beatus Abraham de illusionis nostræ uel origine uel medela disputatione disseruit, atq; oculis quodāmodo nostris cogitationum quas diabolus author ingesserat propalauit insidias, nosq; ad desiderium ueræ mortificationis accendit, quo etiam multos licet incompto hæc omnia sermone digesta sint credimus inflammandos. Nam licet summorum patrum flagrantissimos sensus tepida eloquij nostri fauilla contexerit, plurimorum tamen algorem qui remotis uerborum cineribus uiuacitatem latentium sensuum suscitare uoluerint, calefaciendum putamus. Sed ad uos ô sancti fratres, non utique hunc ignem quem dominus uenit mittere in terram, & quem nimium ardere desiderat, ita spiritum præsumptionis elatus emisi, ut quasi feruentissimum propositum uestrum caloris huius adiectione succenderem, sed ut uobis maior apud filios esset authoritas, si id quod ipsi non mortuo uerborum sono, sed uiuo docetis exemplo, etiam summorum atq; antiquissimorū patrum prȩcepta confirment. Superest ut me periculosissima hactenus tempestate iactatum, nunc ad tutissimum silentij portum spiritalis orationum uestrarum aura comitetur.

Collationum per Ioannem Cassianum Eremitam conscriptarum finis.

IOANNIS CASSIANI IN LIBROS DE INCARNATIONE CHRISTI, CONTRA NESTORIUM hæreticum, ad Leonem Romanæ urbis *episcopum, Præfatio.*

ABsolutis dudum Collationum spiritalium libellis, sensu magis quàm sermone insignibus, quia alto sanctorum uirorum sensui sermo nostræ imperitiæ impar fuit: cogitaram, & propemodum constitueram post illum proditæ inscitiæ ac pudorem, ita me in portu silentij collocare, ut excusarem quantum in me esset, per taciturnitatis uerecundiam, loquacitatis audaciam. Sed uicisti propositum, ac sententiam meam laudabili studio, & imperiosissimo affectu tuo, mi Leo uenerande, ac suscipienda charitas mea Romanæ ecclesiæ, ac diuini ministerij decus, producens me ex illo præmeditati silentij recessu, in publicum formidandumq; iudicium: & noua subire cogis, adhuc de præteritis erubescentem: cumq; etiam minoribus impar fuero, par maioribus à te esse compellor. Ego enim ne illis quidem opusculis, quibus per ingenioli nostri oblatiunculam domino sacrificauimus, moliri aliquid aut usurpare tentassem, nisi episcopali tractus imperio. Creuit itaq; per te oris nostri & styli dignitas. Nā qui iussi antea de dominicis studijs locuti sumus, nunc id exigis, ut de ipsa incarnatione domini ac maiestate dicamus.

Ita

Ita qui prius in ſancta templi uelut per ſacerdotalẽ manum introducti ſumus, nunc ductu tuo atq; ſubſidio quaſi in ſanctorum ſancta penetramus. Magnus honor, ſed periculoſa progreſsio: quia obtineri ſacrorum penetralium ac diuini præmij palma nõ poteſt, niſi hoſte ſuperato. Exigis itaq;, ac iubes, aduerſum recentẽ hæreſim, ac nouum fidei hoſtem conſerere imbecilles manus, & contra peſtiferi ſerpentis graues hiatus aperto, ut aiunt, ore conſiſtere: ſcilicet ut in reſurgẽtem in eccleſia Dei ſinuoſis tractibus draconẽ uis prophetica, & ſermonis euangelici diuina uirtus, me quaſi incantatore irrumpat. Pareo obſecrationi tuæ, pareo iuſsioni: malo enim de me ipſo tibi quàm mihi credere, maximè quia id tecum amor Ieſu Chriſti Domini mei præcipit, qui hoc ipſum etiam in te iubet. Supereſt, ut effectũ negotij ab ipſo poſtules, per quem imperaſti. Tua enim iam hic magis cauſa quàm mea uertitur, tuum magis iudicium quàm meum officium periclitatur. Me enim, ſiue par ſim tuo imperio, ſiue non ſim, ipſa aliquatenus obedientiæ ratio atq; humilitatis excuſat: niſi quod hoc plus meriti eſt in obſequio meo, ſi minus eſt in poſsibilitate. Facilè enim cuiuslibet iuſsioni ex abundantia ſatisfacimus: illius officiũ grãde eſt & mirabile, qui etiam idẽ in uoto habet, quod in uiribus non habet. Tua ergo hæc res, tuum negotium, tui pudoris opus eſt: ora & obſecra, ne imperitia mea periclitetur electio tua, & opinioni tantæ nobis non reſpondentibus, etiam ſi ego per obedientiæ ueniam benè pareo, tu tamen per inconſiderantiam iudicij malè imperaſſe uidearis.

Præfationis finis.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE CHRISTI, CONTRA NESTORium, liber primus.

TRadunt fabulæ poëtarum, deſectis quondam hydram capitibus, numeroſius renaſcentem per ſua damna creuiſſe. Itaq; nouo inauditoq; miraculo, multiplicato mortibus ſuis monſtro, lucri genus eſſet amiſsio, ſcilicet dum quicquid ferrum ſecantis abſcideret, totum id fœcunditas prodigioſa geminaret, donec laborans atq; æſtuans cœptæ illius deſectionis induſtrius appetitor, caſſatis totiens inefficaci opere uirtutibus, fortitudinẽ belli armaret arte conſilij, & admotis, ut aiunt, ignibus multiplicẽ portentuoſi corporis prolem feruenti gladio deſecaret: ac ſic ambuſtis intrinſecus medullis, cum rebelles uenas improbæ fœcunditatis exureret, tandem parturitio monſtruoſa ceſſaret. Ita ergo etiam hæreſes in eccleſijs, illius quam poëtarum commenta finxerunt, hydræ ſimiltudinẽ gerunt: & iſtæ enim aduerſum nos linguis feralibus ſibilant, & iſtæ uirus letale iaciunt, & iſtę reſectis capitibus renaſcuntur. Sed quia reſurgente morbo nõ debet ceſſare medicina: & quanto maior fuerit ægritudo, tanto inſtantior debet eſſe curatio. Potens eſt enim Dominus Deus noſter, ut quod de morte hydræ illius gentilium falſitas finxit, hoc in eccleſiarum bellis ueritas peragat, & ignitus ſancti ſpiritus gladius. Ita in extinguenda uouella hæreſi omnes penitus medullas pernicioſæ generationis exurat: ut tandem prodigioſa fœcunditas emorientibus uenire parêre deſiſtat. Non noua enim ſunt hæc in eccleſijs monſtruoſi ſeminis germina: ſemper has dominici agri ſeges lappas ſenteſq; tolerauit, & adſiduum in ea ſuffocatricis zizanię germen emerſit. Hinc enim Hebionitę, hinc Sabelliani, hinc Arriani, hinc deniq; Eunomiani, & Macedoniani, hinc Fotiniani, & Apollinariſtę, cęteriq; eccleſiarum uepres, & enecantes bonę fidei frugem tribuli pullularunt.
Hebion. Quorum primus Hebion, dum incarnationẽ dominicam nimis aſſerit, diuinitatis eam
Sabellius. coniunctione nudauit. Sabellij autem poſt hunc ex diſsimilitudine hæreſeos ſuperioris ſchiſma prorumpens, dum in patre ac filio & ſpiritu ſancto diſtantiam nullam eſſe contendit, ſacram & ineffabilem trinitatem, quantum in ipſo fuit, blaſphema confuſio
Arrius. ne permiſcuit. Secuta eſt deinde hunc quem diximus, Arrianæ peruerſitatis impietas. Quę ne uideretur ſacras miſcere perſonas, diuerſas eſſe dixit, atq; diſsimiles in trinitate
Eunomius. ſubſtantias. Eunomius autem poſt hunc quidem, ſed eiuſdem admodum prauitatis, licet ſimilem ſibi diuinam eſſe adſeruit trinitatem, diuerſam tamen à ſeipſa eſſe contendit: abmit

dit, admittens similitudinem, excludens parilitatem. Macedonius quoq; irremediabili in spiritum sanctum impietate blasphemans, licet eiusdem substantiæ patrem & filium dixerit, sanctum tamen spiritum creaturam uocans, reus totius diuitatis fuit, quia lædi in trinitate aliquid non potest sine totius trinitatis iniuria. Fotinus autem quamuis Iesum, qui ex uirgine natus est, Deum dixerit, male tamen cum principio hominis principium esse Dei confinxit. Apollinaris uerò hominem unitum Deo inconsideratè intelligens, humanam eum non habuisse animam male credidit: Quia non minoris erroris est Domino Iesu Christo impropria addere, quàm propria derogare. Quid enim de illo non ita dicitur ut est, etiam si honor uideatur, iniuria est. Ita singuli ex sui similitudine hæreseos hæresim procreantes, omnes quidem à se diuersa, sed omnes tamen fidei aduersa senserunt. Nuper quoq;, id est in diebus nostris emersisse hæresim uenenosam, & maxime Beligarum urbe conspeximus, certi erroris, incerti nominis: quia cum recenti capite ex antiqua Hebionitarum stirpe surrexerit, dubium admodum est, antiqua magis dici, an recens debeat. Noua enim adsertoribus, sed uetusta erroribus fuit. Solitariũ quippe hominem dominum nostrum Iesum Christum natum esse blasphemans, hoc quod ad Dei postea honorem potestatemq; peruenerit, humani meriti, non diuinæ asseruit fuisse naturæ: ac per hoc eum diuinitatem ipsam non ex proprietate unitæ sibi diuinitatis semper habuisse, sed postea pro præmio laboris passionisq; meruisse, cũ utiq; dominum saluatoremq; nostrum non Deum natum, sed à Deo blasphemaret adsumptum: confinis scilicet huic hæresi quæ nunc extat, & quasi germana ac consanguinea, quæq; tam Hebionitis quàm his recentibus consentanea, tempore quidem inter utrosque media, sed utrisq; tamen peruersitate coniuncta. Sint quamuis eius nonnulla alia his quæ iam diximus consimilia, sed longum est uniuersa memorare. Neq; enim nunc ad dicendum commemorationem præteritorum, sed confutationem nouorum sumpsimus. Illud sanè unum prætereundum non arbitramur, quod peculiare ac proprium supradictæ illius hæreseos, quæ ex Pelagiano errore descenderat, fuit: quod dicentes quidam solitarium hominem Iesum Christum sine ulli peccati contagione uixisse, eò progresi sunt, ut assererent homines si uelint, sine peccato esse posse. Consequens enim existimabant, ut si homo solitarius Iesus Christus sine peccato fuisset, omnes quoque homines sine Dei adiutorio esse posint quicquid ille homo solitarius sine consortio Dei esse potuisset. Ac sic nullam facerent inter omnem hominem ac dominum nostrum Iesum Chriuum esse distantiam: cum idem utiq; homo nisu atq; industria sua mereri possit, quòd Christus studio ac labore meruisset. Quo factum est, ut in maiorem quoque ac monstruosiorem insaniam prorumpentes, dicerent dominum nostrum Iesum Christũ hunc in mundum non ad præstandam humano generi redemptionem, sed ad præbenda bonorum actuum exempla uenisse: uidelicet ut disciplinã eius sequentes homines, dum per eandem uiam uirtutis incederent, ad eandem uirtutum præmia peruenirent: Euacuntes quantum in ipsis fuit, omnem diuinę redemptionis gratiam: cum idem dicerent homines consequi posse uiuendo, quod præstitisset Deus pro humana salute moriendo. Addiderunt quoq; dominum saluatoremq; nostrum post baptisma factum esse Christum, post resurrectionem Deum: alterum adsignantes unctionis mysterio, alterũ merito pasionis. Vnde aduertit nouus nunc iam, nõ nouæ hæreseos author, qui dominum saluatoremq; nostrum solitarium hominem natum esse contendit, idem se omnino dicere quod Pelagianistæ antè dixerunt: & consequens errori suo esse, ut qui utiq; sine peccato solitarium hominem Iesum Christum uixisse asserit, omnes quoq; per se homines sine peccato posse esse blasphemet: nec necessariã quoq; exemplo illius dicant redemptionem domini fuisse, cum ad cœleste regnum suo tantum homines nisu (ut aiunt) ualeant peruenire. Nec dubium id est, re ipsa penitus declarante. Hinc enim illud est, quod intercessionibus suis Pelagianistarum quærelas fouet, & scriptis suis causas illorum adserit: quod subtiliter his, uel ut uerius dixerim, subdolè patrocinantur, & consanguineæ sibi improbitati improbo suffragatur affectu, sciens scilicet eiusdẽ se esse sensus, eiusdem spiritus, & ideo dolens cognitam sibi hæresim ab ecclesia esse disiunctam, quam scit sibi utiq; peruersitate coniunctam. Sed tamen quia illi, qui de hac pestilentium spinarum stirpe descenderant, diuina ope iam ac pietate sanati sunt, orandus

Macedonius. Fotinus. Apollinaris. Pelagij error.

quocꝫ etiam nunc dominus Deus noster est,ut quia consentaneę sibi in quibusdam pristina illa hæresis,& hæc noua,similibus malorum initijs, similem bonorum exitum largiaẽ.

Leporius. Leporius enim tunc monachus,modo presbyter:qui ex Pelagij,ut supra diximus, institutione,uel potius prauitate descendens,apud Gallias adsertor prędictæ hęreseos, aut inter primos,aut inter maximos,fuit à nobis admonitus,à Deo emendatus:ita malè conceptam persuasionem magnificè condemnauit, ut non minus penè admiranda sit correctio illius,quàm illæsa multorum fides:quia primũ est errorem penitus non incurrere,secundum bene repudiare. Is ergo in se reuersus,non solum in Africa, ubi tunc erat,atcꝫ nunc est, tam errorem suum cum dolore, quàm sine pudore confessus est: sed etiam ad omnes admodum Gallię ciuitates,flebiles confessionis ac planctus sui literas dedit: scilicet ut ubi deuiatio eius prius cognita erat, illic etiã emendatio nosceretur:& qui testes erroris antea fuerunt,ijdem postea correctionis essent:Ex cuius confessione, uel potius deploratione,nonnulla inserenda existimauimus, duplici ex causa:ut correctio eorum & nobis testimonio,& his qui nutant,exemplo essent: quorumcꝫ errorem sequi non erubuissent,eorum emendationẽ sequi non erubescerent:ac sicut simili ægritudine infirmarentur,ita simili remedio sanarentur. Is ergo agnita opinionis suę peruersitate,& inspecta fidei luce scribens ad episcopos Gallicanos,ita exorsus est: Quid in me primum ô domini mei uenerandi,& beatissimi sacerdotes,accusem nescio, & quid in me primum excusem,non inuenio. Sic imperitia & superbia, sic stulta simplicitas cũ persuasione noxia,sic feruor cum intemperantia,sic ut uerius dicam,cum sui diminutione debilis fides, simul in me omnia recepta uiguerunt, ut tot & tantis simul sit & obedisse confusio, & hæc eadem ab animo potuisse cedere mihi stupenda gratulatio. Et post pauca subiungit: Sic ergo minime percipientes hanc potentiam Dei,sensu nostro & propria ratione sapientes, quasi in inferiora se Deus agere uideatur: ita hominem cum domino natum esse dicamus, ut seorsum quæ Dei sunt, soli Deo demus: & seorsum quæ sunt hominis, soli homini reputemus. Quartam manifestissime introducimus in trinitate personam, & de uno filio Dei non unum, sed facere incipiamus duos Christos,quod à nobis iam ipse dominus & Deus, Christus auertat. Ergo confitemur dominum ac deum nostrum Iesum Christum unicum filium dei,qui sibi ante secula natus ex patre est,nobis à tempore de spiritu sancto, & Maria semperuirgine factum hominem,Deum natum. Et confitentes utranque substantiam carnis ac uerbi unum eundemquè Deum atque hominem inseparabilem, semper pia fidei credulitate suscepimus:& ex tempore susceptæ carnis, sic omnia dicimus quæ erant Dei, transisse in hominem, ut omnia quæ erant hominis, in Deum uenirent. Et hac intelligentia uerbum factum sit caro,non ut conuersione,aut mutabilitate aliqua cœperit esse quod nõ erat, sed ut potentia diuinæ dispensationis uerbum patris nunquam à patre discedens, homo propriè fieri dignaretur: incarnatuscꝫ sit unigetus secreto illo mysterio quo ipse nouit:nostrum nancꝫ est credere,illius nosse:Ac sic ipse deus uerbum,totum suscipiens quod est hominis,homo sit: & adsumptus homo totũ accipiendo quod deus est, aliud quàm deus esse non possit.Non tamen quia incarnatus dicitur,& immixtus,diminutio eius est accipienda substantię,nouit enim deus sine sui corruptione misceri,& tamen in ueritate misceri:nouit in se ita suscipere, ut nihil ei crescat augmenti, sicut seipsum totũ nouit infundere,ut nihil accidat detrimenti. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis nostræ secundum experimentorum uisibilia documenta facientes coniecturã de æquabus se in inuicem ingredientibus creaturis, putemus deum hominemcꝫ commixtum, & tali confusione carnis & uerbi,quasi aliquod corpus effectũ. Absit ita credere, ut conflatili quodammodo genere duas naturas in unam redactam arbitremur esse substantiam:huiusmodi enim commixtio partis utriuscꝫ corruptio est.Deus enim,qui capabilis non capax est, penetrans non penetrabilis, implens non implebilis qui ubicꝫ simul totus est, & ubique diffusus est,per infusionem potentiæ suæ misericorditer naturæ est mixtus humanæ.Et post pauca:Nascitur ergo nobis propriè de spiritu sancto,& Maria semper uirgine Deus homo Iesus Christus filius dei.Ac sic in alterutrũ unũ fit uerbũ & caro:ut manente in sua perfectione naturaliter utracꝫ substantia, sine sui præiudicio & humanitati diuina communicent,& diuinitati humana participent: Nec alter deus,al-

ter

ter homo, sed idē ipse Deus qui & homo, & uicissim homo qui & Deus Iesus Christus unus dei filius nuncupet̃ & uerè sit: & ideo id agendũ nobis semper est & credendũ, ut dominũ nostrũ Iesum Christũ filiũ Dei deũ uerũ, quē cũ patre semper, & æqualem patri ante secula confitemur, eundē à tempore susceptæ carnis factũ deũ hominē non negemus: nec quasi per gradus & tēpora proficientē in Deũ, alterius status fuisse ante resurrectionē credamus, alterius post resurrectionē, sed eiusdem plenitudinis, atq; uirtutis. Et item paulò post: Sed quia uerbũ deus in hominē dignanter hominē suscipiendo descendit, & per susceptionē dei homo ascendit in uerbũ, totus deus uerbũ factus est totus homo. Non enim deus pater homo factus est, nec spiritus sanctus, sed unigenitus patris: ideoq; una persona accipiēda est carnis & uerbi: ut fideliter sine aliqua dubitatione credamus unũ eundē dei filiũ, inseparabilē semper geminæ substantiæ, etiã gigantē nominatũ in diebus carnis suæ, & uerè semper omnia gessisse quæ sunt hominis, & uerè semper possedisse quæ dei sunt. Quoniã & si crucifixus est infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Hãc ergo eius confessionē, id est catholicorũ omniũ fidē, & omnes Africani episcopi, unde scribebat, & omnes Gallicani, ad quos scribebat, comprobauerunt. Neq; ullus adhuc omnino extat cui fides hæc sine infidelitatis crimine displiceret, probatã negare pietatē. Sufficere ergo solus nunc ad confutandã hęresim deberet consensus omniũ: qa indubitatæ ueritatis manifestatio est authoritas uniuersorũ, & pfecta ratio facta est ubi nemo dissensit: Ita ut qui contra hoc sentire nitatur, huius prima statim fronte non tam sit audienda assertio, q̃ dãnanda peruersitas: quia præiudiciũ secũ dãnationis exhibuit, qui iudiciũ uniuersitatis impugnat: & audientiæ locum non habet qui à cunctis statuta conuellit. Confirmata enim semel ab omnibus ueritate, quicquid contra id uenit, hoc ipso statim falsitas esse noscenda est, quod à ueritate dissentit: Ac per hoc sufficere ei etiã id solũ conuenit ad sententiã dãnationis, quod discrepat è iudicio ueritatis. Sed tamen quia rationi non obest sermo rationis, & semper ueritas uentilata plus rutilat, meliusq; est errantes disputationis curatione corrigi, q̃ censuræ seueritate damnari: curanda est, quantũ in nobis est, per diuinã opē in nouis hæreticis uetus hæresis, ut recepta per sacrã misericordiã sanitate, medela potius eorũ det sanctę fidei testimoniũ, q̃ damnatio iustę seueritatis exemplũ. Adsit tantũ disputationi ac sermoni de se habito ipsa ueritas, & pietate illa qua deũ ex homine dignata est, humanis erroribus opituletur, qui ad hoc se uel maximè in terris, atq; in homine nasci uoluit, ut falsitati amplius locus esse non posset.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE DOMINI, LIBER secundus.

QVoniam libello primo quædam præmisimus, quibus nouum hæreticũ ex antiquis hæreseos stirpibus pullulare adprobaremus, sufficere quidē ei ad excipiendam iustæ damnationis sententiam, debet priorum hæreticorum iusta damnatio. Quia cũ easdē radices habeat, atq; iisdē erroribus emergat satis iam in authoribus suis ipse dãnatus est, maxime cũ idipsum quod ipsi adserũt, etiã hi qui proxime ante hos male secuti sunt, bene condēnarint, ut sufficere his abunde iam in alterutrũ suorũ exēpla debeant, uel horũ scilicet qui emendati, uel eorũ qui condemnati sunt. Si enim corrigi queunt, habent in suorũ correctionibus medelã si corrigi non queunt, habent suorũ dãnatione sententiã, tamen ne pręiudicio magis ad uersum eos q̃ iudicio uti uelle existimemur, ipsam eorũ in mediũ pestiferã propositionem, uel potius blasphemantē amentiã proferamus: sumentes in omnibus scutũ fidei, & gladiũ spiritus, quod est uerbũ dei, scilicet ut resurgens uetusti draconis caput, idem diuini sermonis gladius, etiã nunc in nouis anguib. desecet, qui prius in antiquis serpentibus amputauit. Nam cũ idē horũ error sit, qui illorũ fuit, pro desectione istorum haberi debet desectio illorũ: & quia renascentes colubri pestiferos in ecclesia domini flatus agunt, & tabescere quosdã sibilis suis faciunt, iungenda est propter nouas infirmitates antiquis curationib. recens medela: ut etiã si illud quod prius actũ est, non ualet ad languoris damnationē, hoc tamen quod nunc agimus, ualeat ad languentiũ sanitatē. Dicis itaq;, quisquis es ille hæretice, qui deũ ex uirgine natũ negas, Mariã matrem domini no

θεοτόκον. stri Iesu Christi theotocon, id est matrē Dei, appellari non posse, sed cristotocon, hoc est
χριστοτόκον. Christi tantum matrem, non dei: nemo enim, inquis, antiquiorem separet. Ac de hoc quidem tam stulto argumento, quod natiuitatem dei carnali intelligentia ęstimandam putas, & mysterium maiestatis humanis credis censendū esse rationibus, postea si deus adnuet, disputabimus: nunc interim & Christum deum, & Mariam matrem dei diuinis
Lucæ.2. testibus approbemus. Audi itaq; loquentē ad pastores de dei ortu angelū dei: Natus est inquit, uobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Ne solū utiq; in Christo hominem intelligeres, & domini tibi & saluatoris nomen adiecit: scilicet ut quem saluatorē esse cognosceres, deū nequaquā esse dubitares: & cum saluandi uirtus non nisi diuinæ competeret potestati, diuinæ esse eum potentiæ non ambigeres, in quo potentiā saluandi esse didicisses. Sed hoc incredulitati tuę parum fortasse uideatur: quia eum angelus dominum potius & saluatorē, quàm deum aut dei filium nominaret: cum utiq; impijssime deum neges, quem saluatorem esse fatearis. Audi quoq; archangelum
Lucæ.1. Gabrielem Mariæ uirgini prædicantē: Spiritus, inquit, sanctus ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideo & quod nascetur in te sanctum, uocabitur filius dei. Vides quemadmodum natiuitatē dei indicaturus, diuinitatis opera præmiserit. Spiritus enim sanctus, inquit, ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Pulcherrime loquens angelus, diuinitate uerborum maiestatē diuini operis explicuit. Spiritus enim sanctus uirginis interiora sanctificans, & in his potentia diuinitatis suæ spirans, humanę se inseruit miscuitq; naturę: atq; id quod alienum à se fuerat, suum fecit, uirtute id sua scilicet, ac maiestate præsumens. Ac ne ad introitū diuinitatis humana fortasse infirmitas nō subsisteret, uenerandā omnibus uirginē uirtus altissimi roborauit: ut corporeā imbecillitatē circumfusa umbræ suæ protectione firmaret, & ad consummandū conceptus sacri inenarrabile sacramentū humana infirmitas nō deficeret, quā diuini obūbratio sustineret. Spiritus ergo, inqt, sanctus ueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Si nasciturus itaq; è sancta uirgine homo tantūmodo solitarius erat, quid tanto agebat̄ sacri aduentus nuntio? quid tāto diuinitatis ipsius apparatu? Si utiq; homo ex homine, & caro tantūmodo nascebatur ex carne: iussio quippe tantū ad id potuerat, aut uoluntas diuina sufficere. Si enim ad fabricandos cœlos, fundandā terram, creandū mare, sedes deniq; & thronos, & angelos, & archangelos, & principatus, & potestates: si ad creandā postremò omnē cœlestem militiā, & ad illa innumera diuinorū exercituū milliū millia, sola sibi tantū uolun
Psal.32. tas Dei imperiūq; sufficit: quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt: cur id ad conceptionē, ut tu ais, unius hominis parū uisum est, quod satis ad procreationem diuinorū omniū fuit? & id potentia ac maiestas dei, in ortu unius infantuli parū credidit quod ad conditionē terrenorū omniū cœlestiumq; suffecit. Sed illud utiq; est, quòd illa omnia opera acta fuerant per iussionē dei, natiuitas aūt agenda non erat, nisi per aduentū: quia & concipi ab homine deus nisi se donante, & nasci nisi se illabente non poterat: & ideo archangelus superuenturā uirgini maiestatē sacrā indicabat: uidelicet ut quia agi tanta res per hominū officiū non ualebat, ipsius ad futurā deceret maiestatē in conceptu, qui erat futurus in partu Et ideo descendit uerbū filius, adest maiestas spiritus sancti, uirtus obūbrata patris: utiq; ut in sacramento sacrę conceptionis, omnis esset cooperatio trinitatis. Ideo inquit: & quod nascetur in te sanctū, uocabitur filius dei. Bene addidit, ideo: ut ostenderet scilicet ideo hęc secutura, quia fuerant illa præmissa: & quia deus superuenisset in conceptione, ideo deus futurus esset in partu. Rationē ergo tantæ rei puellæ reddidit nescienti, dicens: Vtiq; quia spiritus sanctus superueniet, quia uirtus altissimi obūbrabit: Ideo & ꝙ nascet̄ sanctum, uocabit̄ filius dei. Hoc est dicere: Ne ignores, inquit, hunc tantæ rei apparatū, hoc tanti mysterij sacramentū: ideo in te tota ueniet maiestas dei: quia ex te nascet̄ filius Dei. Quid hic ultra adhuc ambigi, aut quid amplius dici potest? deum dixit superuenturū, dei filiū nasciturum. Tu quare nunc, si placet, quomodo aut Dei filius deus non sit, aut quomodo quæ deum ædidit, theotocos, id est Dei mater esse non possit? Sufficere ergo hæc tibi sola immo sufficere hæc tibi summa deberet Sed quia testimonia sacræ natiuitatis abunde suppetunt: utpote quæ idcirco omnia scripta sunt, ut ipsius testes essent: inspiciamus in pauxilla aliqua portione, etiam ad nuntiationem de deo ueteris testamenti: ut intelligas futurum ex uirgine dei ortum, nō

tunc

tunc tantum cum factus est nunciatũ, sed etiam ab ipso admodum mundi ortu esse prædictum: reuera ut quia ineffabile opus agendum erat, tolleret quandoq; incredulitatẽ rerum præsentiũ præmissa semper adnunciatio futurorũ. Ait itaq; Esaias propheta: Ecce uirgo concipiet, & pariet filiũ, & uocabunt nomen eius Emanuel: quod est interpretatum, nobiscũ deus. Quis est hic incredule ambiguitati locus? Conceptura̅ propheta uirginem dixit, uirgo concepit: filium nasciturũ, filius natus est: uocandum deum, uocatur deus. Hoc enim appellatur nomine quod natura. Vnde cum uocandũ eum dei spiritus deum dixerit, probat se ab spiritu dei uacuum, qui se à consortio reddit diuinæ nuncupationis alienũ. Ecce ergo inquit, uirgo concipiet, & pariet filiũ, & uocabunt nomen eius Emanuel: quod est interpretatum, nobiscũ deus. Sed illud est forsitan quò se infidelis uertat tergiuersatio: ut dicat hoc q; uocandũ eum deum propheta dixerat, non tam ad maiestatẽ diuinitatis, q̃ ad appellationẽ nominis pertinere. Sed quid facimus, q; appellatus hoc nomine in euangelijs Christus omnino nõ est? & tñ mentitus esse propheta dei spiritus dici non potest. Quid ergo illud est? ut intelligamus utiq; prophetiã illã diuinitatis nomen tunc prædixisse, non carnis. Nã cum aliud in Euangelio homo unitus deo nomen acceperit, necesse est utiq; hoc uocabulum hominis fuisse, illud diuinitatis. Sed pergamus ulterius: & alia ad ueritatẽ probandã ueritatis testimonia conuocemus. Vbi enim de deo agitur, nulla re diuinitas melius quã suis testibus adprobat. Ait ergo idem propheta alibi: Filius natus est nobis, paruulus datus est nobis: cuius principatus super humerũ eius: & uocabitur nomen eius magni consilij angelus, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Sicut superius utiq; uocandum eum emanuel propheta dixerat: ita hic uocandum eum & magni consilij nuntium, & dñm fortem, & patrem futuri seculi, & pacis principem dicit: Cum utiq; nullo loco eum in Euangelijs uocatum his nominibus legerimus: Vt intelligamus scilicet non carnis esse hæc uocabula, sed diuinitatis: atq; illud in Euangelijs nomen esse hominis suscepti, hoc ingenitæ potestatis. Et quia nasciturus in homine deus erat, ita nomina ipsa per dispensationẽ sacram fuisse diuisa: ut & carni hominis nomen inderet, & diuinitati deus. Vocabitur ergo, inquit, magni consilij nuntius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Non hic quisquis es, ô hæretice, non hic propheta ille diuino spiritu plenus, exemplo adsertionis tuæ, illum qui natus est, conflatili statuæ & figmento insensibili comparauit. Filius enim, inquit, natus est nobis, paruulus datus est nobis, cuius principatus super humerum eius: & uocabitur nomen eius magni consilij nuntius, deus fortis. Ne hunc quem adnunciabat, alium quàm illum qui in carne natus est intelligeres, nomen natiuitatis adiecit, dicens: filius natus est nobis, paruulus datus est nobis. Vides quot cognominib. ad demonstrandam corporalis ortus proprietatem propheta usus sit? & natum enim eum, & paruulũ nominauit: scilicet ut euidentius significationem natæ sobolis, nomen exprimeret paruitatis: prȩuidens absq; dubio diuinus spiritus hanc blasphemantium hæreticorum peruersitatem, his omni mundo deum qui nascebatur, rerũ ipsarum uocabulis demonstrauit: ut etiam si blasphemare hæreticus quæreret, blasphemiȩ tamen locum penitus inuenire non posset. Filius ergo, inquit, natus est nobis, paruulus datus est nobis, cuius principatus super humerum eius: & uocabitur nomen eius magni consilij nuntius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Paruulum hunc qui natus est, & pacis principem esse docuit, & futuri seculi patrem, & deum fortem. Quis est tergiuersandi locus? separari paruulus hic qui natus est, à deo qui in eo natus est, non potest. hunc enim quem natum dixit, patrem futuri seculi nominauit: hunc quem paruulum nuncupauit, deum fortem prædixit. Quid est hæretice? quò te conferas? septa & conclusa sunt omnia; non est usquam penitus exeundi locus. Superest ut errorem quem uoluntas noluit intelligere, tandem incipiat uel necessitas confiteri. Sed non contenti his quæ sufficiunt, quid etiã per alium prophetam spiritus sanctus dixerit inquiramus. Si affiget, inquit, homo deũ suũ, quia uos affigitis me? ut euidentiora utiq; fierent quæ prophetabant, quod de passione domini nostri propheta cecinit, quasi ipsius de quo dicebat ore prȩdixit: Si affiget homo deum suum, quia uos affigitis me? Nónne tibi quæso dixisse hoc dominus deus noster quasi ad crucẽ ductus uidetur? Cur quæso redemptorem uestrũ non agnoscitis? Cur deũ indutũ pro uobis carne nescitis? saluatori uestro necem paratis? autorẽ uitæ ad

Esa. 7. עמנואל

Esa. 9.

Malach. 3.

mortem ducitis? Deus uester quem suspenditis, deus uester quem crucifigitis. Quis rogo hic error, aut quæ insania est? Si affiget homo deum suũ, quia uos affigitis me? Vides quomodo uox hæc ipsarum quodammodo quæ actæ sunt rerum uox sit? Nunquid expressius quicquã aut manifestius quęreres? Vides quomodo testimonia sacra natum in carne dominum Iesum Christũ, ab ipsis quodãmodo incunabulis usq; ad crucem, quã pertulit, prosecuta sint? Cum utiq; illum quem alibi legis Deum in carne nasci, hic deũ in cruce uideas affigi. Et ideo propheta, & illic ubi natus est, deus dicitur: & illic ubi crucifixus est, deus euidentissime nominatur: ne scilicet in aliquo dignitati diuinitatis præiudicaret carnis assumptio, & honorem maiestatis infringeret uel humilitas corporis, uel contumelia passionis: cum utiq; augere in nobis affectũ eius & cultũ debeat uel dignatio tam humilis natiuitatis, uel pietas benigna patientis: quia maximum utiq; & immanissimũ scelus est, ut ideo apud nos minus honoris habeat, quia plus amoris impendit. Sed his omissis, quæ explicari ideo nullo modo possunt, quia sicut immensitas beneficiorum illius, ita & relatio modum non habet: tempus est ut fortissimum de eo, ac manifestissimum testem eius apostolũ Paulum consulamus: fidelissime enim nobis omnia de deo dicere potest, è cuius semper pectore locutus est deus. Testatur ergo in hunc modum de gratia atq; aduentu dei nostri, missus ad destituendum gentilis superstitionis errorem electus gentiũ magister: Apparuit, inquit, gratia Dei & saluatoris nostri omnib. hominibus: erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè & piè & iustè uiuamus in hoc mundo: expectantes beatã spem, & aduentũ gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Apparuit, inquit, gratia dei saluatoris nostri. Bene congruo ad ostendendũ nouæ gratiæ & generationis aduentũ sermone usus est. Dicens enim, apparuit, ortũ nouæ gratiæ ac natiuitatis expressit: quia exinde apparere donũ gratię nouę cœpit, ex quo deus in mundo natus apparuit. Digna ergo & congrua hanc nouæ gratiæ lucem uerbi proprietate, quasi digito indicante monstrauit. Hoc enim rectissime apparuisse dicitur, quod subita quasi apparitionis luce monstratur. Sicut in Euangelijs apparuisse stellã Magis orientalib. legimus: & in Exodo, Apparuit, inquit, Mosi angelus in igne flammæ rubi. In omnibus enim & his & alijs uisionibus sacris, hoc utendum uel maximè uerbo scriptura existimauit: ut apparuisse hæc diceret, quæ insolita claritate fulgerent. Ita ergo & Apostolus sciens aduentũ cœlestis gratiæ quæ ortu sacræ natiuitatis apparuit, uerbo eam fulgidæ apparitionis expressit: ut apparuisse utiq; id diceret, quod nouæ lucis splendore radiaret. Apparuit ergo gratia dei saluatoris nostri. Nunquid causari hic aliquid quasi de ambiguitate nominum potes, ut dicas aliud esse Christum, aliud deũ? ut saluatorẽ à maiestate nomini sui distrahas, & dominum à diuinitate secernas? Ecce hic uir dei ex deo loquitur, & apparuisse ex Maria gratiã dei, euidentissima prędicatione testatur. Ac ne forte non ex Maria deum apparuisse diceres, nomen statim addidit saluatoris: scilicet ut eum natum esse ex Maria deum crederes, quem saluatorem natum negare non possis. Iuxta illud: Quia natus est uobis hodie saluator. O admirabilem, & uerè à deo datum gentibus magistrum: qui sciens futurã hanc hæreticæ prauitatis insaniã, quę in litẽ uocabula dei uerteret, & calumniari deo de suis nominibus non timeret: ne saluatoris uocabulum hæreticus à diuinitate secerneret, nomen dei antè præmisit: scilicet ut præmissum dei nomen omnia sibi quę sequerentur nomina uindicaret: neq; ullus in sequentibus solitariũ esse hominẽ Christũ crederet, quem in primo statim uocabulo deum esse didicisset. Expectantes, inquit, idem Apostolus beatã spem, & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Vidit profecto ille diuinæ sapientiæ doctor, ad insidiosas calliditates diabolicæ captionis, simplicẽ tantũmodo non sufficere doctrinã, nisi sanctã fidei prædicationẽ munimine cautionis armasset. Et ideo cum superius nomen dei saluatorisq; posuisset, hic addidit, Iesu Christi. Licet ne ad significandũ dñm Iesum Christũ sufficere tibi forsitan nomen solũ non crederes saluatoris: & nõ eundẽ Iesum Christũ deũ esse intelligeres, quẽ saluatorẽ deũ esse cognouisses? Quid ergo ait? expectantes, inquit, beatã spem, & aduentũ gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Nihil hic de nominibus domini nostri deest: & deũ hic & saluatorem & Iesum & Christum uides. Sed omnia hæc uidens, omnia in deo esse perspicis. Audisti enim deũ, sed saluatorem. Audisti deũ, sed Iesum. Audisti deum esse, sed Christum. Separari

Ad Tit. 2.

Exodi. 3.

Lucæ 2.

rari hoc appellationis diuersitate non ualet, quod diuinitas unitate coniunxit. Quicquid libet de his requisieris, idem inuenies. Saluator deus est, Iesus deus est, Christus deus est: omne hoc quod audis plurale est nuncupatione, sed unũ est potestate. Quia cũ & saluator deus sit, & Iesus deus, & Christus deus, intelligere apertum est, quod omnia hæc distinguuntur appellatione, sed iunguntur maiestate. Et cum euidentissime audias quod unus in singulis nuncupat deus: intelligere utiq; aperte potes, quod est in omnib. unus deus. Ac si non licet tibi iam ex dissimilitudine dominicę nuncupationis quęrere discrepantiam potestatis, & pro uarietate appellationis diuersitatem facere personæ. Non licet dicere, Christus ex Maria natus est, & non deus, apostolus enim proclamat deus. Non licet dicere, Iesus ex Maria natus est, & non deus: apostolus enim testatur, Deus. Non licet dicere saluator natus est, & non deus: apostolus enim confirmat, deus. Nihil est quò te conferas: quicquid de dominicis uocabulis sumpseris, deus est q̃ nominaris. Nihil estq; dicas, nihil est q̃ afferas, nihil q̃ improba falsitate confingas. Potes habere in incredulitate impia quod non credas, nõ habes in calũniandi occasione quod deneges. Quanq; quia de diuina hac saluatoris domini nostri gratia paulò superius loqui cœpimus, uolo ut de eadem re adhuc ex lectionibus sacris aliqua dicamus. Legimus in actibus apostolorũ apostolũ Petrũ eos qui Euangeliũ recipientes, nihilominus tamen iugũ uetustæ legis portandum esse censebant, ita redarguentem: Quid, inquit, tentatis deũ, imponere iugum super ceruices discipulorũ, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodũ & illi Donum certæ gratiæ huius per Iesum Christum datũ Apostolus dicit. Responde mihi nunc si placet, gratiam hanc quæ ad salutem omniũ data est, ab homine, an à Deo datam existimes? Si ab homine, reclamat tibi uas dei Paulus, dicens: Apparuit gratia dei saluatoris nostri. Diuini esse gratiã hanc docet muneris, non imbecillitatis humanę. Et sanè etiã si sacrum testimoniũ non suppeteret, ipsa rei ueritas testimonio erat: Quia præstare rem perpetui & immortalis boni, fragilia & terrena non possunt: nec dare quis quã alteri ualet quo ipse indiget: aut tribuere illius rei copiam, cuius rei inopiã sustinere fateatur. A deo ergo necesse est gratiam datam non neges. Deus ergo est qui dedit, data autem est per dominum nostrum Iesum Christũ: ergo dominus Iesus Christus deus. Si autẽ est ille, utiq; ut est, deus: ergo illa quę deum peperit, theotocos, id est genitrix Dei. Nisi forte ad tam ridiculã blasphemiæ contradictionem tendere uelis, ut illam ex qua deus natus est, dei matrem neges: cum illum qui natus est, deum negare nõ possis. Sed uideamus tamen quid de hac eadẽ domini nostri gratia etiã Euangeliũ dei senserit. Gratia, inquit, & ueritas per Iesum Christum facta est. Si solitarius homo Christus, quomodo hæc facta per Christum? Vnde in eo uirtus diuina, si in eo sola humana conditio? Vnde cœlestis largitas, si terrena paupertas? Nemo enim potest tribuere quod non habet. Dans ergo diuinam gratiam Christus, habuit quod dedit. Neq; enim potest harum diuersissimarum inter se rerum quis differentiã sustinere: ut simul & patiatur indigentiam inopis, & habeat munificentiam largientis. Et ideo sciens apostolus Paulus omnes diuitiarum cœlestium thesauros in Christo esse, recte ad ecclesias scribit: Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Qui scilicet sæpius iam docuerat eundem Deũ esse quem Christum: cunctamq; in illo maiestatem deitatis esse, & omnem in eo corporaliter plenitudinem diuinitatis habitare, recte utiq; iam sine adiectione nominis dei solam precatur gratiam Christi. Quia cum eandem docuerit sæpius gratiã dei esse quam Christi, plenissime nunc solã precatur gratiam Christi: quia in gratia Christi omnem scit dei gratiã contineri. Gratia ergo, inquit, domini nostri Iesu Christi uobiscum. Interrogo te quis es ô hæretice, scribens hæc ad ecclesias Paulus, quid his precabatur ad quos scribebat? Gratia enim, inquit, domini nostri Iesu Christi uobiscum. Si homo solitarius Iesus Christus: ergo & ille optans dari ecclesijs gratiam Christi, gratiam dari se optabat: & dicens, gratia Christi uobiscum, hoc dicebat, gratia hominis uobiscum, gratia carnis uobiscum, gratia imbecillitatis corporeæ, gratia fragilitatis humanæ. Aut cur omnino nomen gratiæ ipsius nominaret, si gratiam hominis optaret? quia optandi ratio non subsistebat, ubi non erat quod optaretur: nec præcandum erat, ut eius gratia his contingeret, qui substantiam, ut ais, ipsius quæ optabatur gratiæ non haberet. Ergo uides hæc stulta esse penitus & ridicula: immo potius non ridicula, sed flenda:

Act. 15.

Ioan. 1.

1. Cor. 16.

ea enim quæ quibusdam facilioribus sunt ridicula, pijs ac fidelibus flenda sunt. Quia in stultitia uestræ infidelitatis illi effundunt lacrymas charitatis, & in sapientia impietatis alienæ illi habent lacrymas pietatis suæ. Resipiscamus ergo aliquando, & respiremus: quia sensus hic non sapientia tantũ, sed etiam spiritu caret: cum sit utiq; spiritali sapientia uacuus, & spiritu salutis alienus. Sed dicas forsitan gratiam hanc domini nostri Iesu Christi, de qua Apostolus scribit, non cum ipso natam, sed postea ei illapsu diuinitatis infusam: quia & homo ipse à te dominus noster Iesus Christus, quem solitariũ dicis, nõ cum deo natus, sed postea à deo dicatur assumptus: ac per hoc totum homini illi gratiã, quando & diuinitatem datam. Neq; nos aliud dicimus quàm quòd diuina gratia cum diuinitate descenderit: quia & diuina gratia dei sit & largitio quodammodo ipsius diuinitatis, ac donum munificentia gratiarũ. Temporis ergo inter nos forsitan putetur magis quàm rei esse distantia: quia diuitatem quam nos cum domino Iesu Christo natam, tu postea dicas infusam. Sed illud est quod natã cum domino diuinitatem negans, nec postea fideliter confiteri potes: quia non potest una eademq; res in parte esse impia, & in parte probari pia: & eadem in portione fidei, & in portione esse perfidiæ. Primum ergo illud à te requiro: dominum nostrum Iesum Christũ, qui ex Maria uirgine natus est, hominis tantum filium, an etiam dei dicas filium? Nos enim, id est catholicorum omnium fides, quam omnes utrunq; hoc & credimus & intelligimus, & scimus & confitemur: quòd & hominis est filius, quia ex homine natus est: & dei filius, quia ex diuinitate conceptus. Tu ergo utrunq; hoc, id est Dei filium atq; hominis, an tantum hominis esse asseris? Si tantũ hominis, reclamant tibi apostoli, reclamant prophetæ, reclamat deniq; ipse per quem est facta conceptio spiritus sancti: Obruitur impudentissimum os tuum cunctis diuinorum apicum testimonijs: obruitur sacris uoluminibus sanctis testibus: obruitur deniq; ipso dei Euangelio quasi diuina manu. Et Gabriel ille magnus, qui in Zacharia uocem incredulam uirtute uerbi sui coërcuit, multo magis in te blasphemam atq; impiam suo ipso ore damnauit, dicens ad Mariam uirginem dei matrem: Spiritus, inquit, sanctus ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Vides quòd ut secundum carnem hominis fieret filius Iesus Christus, antè est filius dei prædicatus? Paritura enim dominum uirgo Maria, sancto in se spiritu descendente, & uirtute altissimi cooperante concepit. Ac per hoc intelligis, quod domini saluatorisq; nostri est origo unde conceptus: & cũ descendente in uirginẽ totius diuinitatis plenitudine natus sit, filius esse hominis non potuerat, nisi prius dei filius fuisset: & ideo missus ad adnuntiandã sacri ortus natiuitatẽ angelus dei, cum sacramentũ conceptionis antè dixisset, partui ipsi nomen imposuit, dicens: Ideo & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei: hoc est, illius filius nuncupabitur, quo generante est generatus. Dei ergo filius Iesus Christus: quia & à diuinitate genitus, & à diuinitate conceptus. Si autem dei filius, ergo indubitanter deus: si autem deus, ergo gratia Dei non carens: neq; enim ea re unquàm caruit, quam ipse fecit. Gratia enim & ueritas per Iesum Christum facta est. Omnis ergo in eo gratia, omnis uirtus, omnis potentia, omnis diuinitas, omnis deniq; diuinitatis ac maiestatis ipsius plenitudo cum eo atq; in eo semper fuerunt, siue in cœlo, siue in terra, siue in utero, siue in ortu: nihil unquam deo de defuit, semper enim cum deo deitas, non loco unquam ab eo, non tempore separata: ubiq; enim deus totus, ubiq; perfectus, non diuisus, non demutatus, non imminutus est: quia nec addi unquam Deo nec detrahi quicquam potest: sic enim imminutionem deitatis non habet, sicut nec augmentum. Idem ergo in terris fuit, qui & in cœlis: idem in humilibus, qui in excelsis: idem in hominis exiguitate, qui in Dei maiestate. Et ideo bene Apostolus Christi gratiam nominans, Dei gratiam nominabat: Quia Christus totum erat quod Deus: omnis in ipsa stat hominis conceptione Dei uirtus, omnis diuinitatis uenerat plenitudo. Inde enim illi omnis diuinitatis perfectio, unde & origo. Neque enim unquam sine deo fuerat homo ille, qui utique hoc ipsum quod erat, esse à Deo cœperat. Hoc itaque primum, uelis nolis, negare non potest, quod dominus Iesus Christus filius Dei sit: Archangelo utique clamante in Euangelijs: quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Hoc autem posito, scito te quicquid de Christo legeris, de Dei filio legere: quicquid de domino aut Iesu legeris, ad Dei filium pertinere. Omnia enim hæc illius nomina, Dei filium nominant: omnia hæc

eius uocabula, filium dei clamant. Et ideo tu in his omnibus quæcunq; audieris, nomẽ diuinitatis agnoscens, cum in omnibus uideas te dei filiũ intelligere debere, argumentare si placet, quomodo deum ualeas à dei filio separe.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE DOMINI, LIBER Tertius.

Scribens Romanis diuinus ille ecclesiarũ magister, cũ argueret, immo defleret Iudæorũ, id est fratrũ suorũ infidelitatẽ, his uerbis usus est: Optabam, inquit, anathema ipse fieri ego à Christo pro fratribus meis: qui sunt cognati secundũ carnẽ, qui sunt Israëlitæ, quorũ adoptio est filiorũ, & gloria, & testamentũ, & legislatio, & obsequiũ, & promissiones: quorũ patres, ex quibus Christus secundũ carnẽ, qui est super omnia deus benedictus in secula. O affectũ & fidelissimi apostoli, & pijssimi propinqui: q̃ inæstimabili charitate mori uult & pro cognatis ut proximus, & pro discipulis ut magister. Et quę tandẽ causa ut mori uellet? una utiq;, ut illi uiuerent. Vitã aũt eorũ in quo continebatur? in hoc scilicet, ut ipse ait, ut deũ Christũ secundũ carnem natũ ex sua carne cognoscerent. Et ideo utiq; Apostolus plus dolebat, quia eũ illi ex Israel natũ non intelligerent, qui ex suis æditũ plus amare deberent. Ex quibus enim Christus, inquit, secundũ carnẽ, qui est super omnia deus benedictus in secula. Eũ scilicet ex illis Christũ natũ ait secundũ carnẽ, qui sit super omnia deus benedictus in secula. Ex quibus Christus eñ inquit secundũ carnẽ, qui est super omnia deus: Christũ utiq; secundũ carnẽ natũ ex illis nõ negas: sed idẽ q̃ ex illis natus est, deus est. Quid circumis? quid tergiuersaris? Christũ ex Israël natũ secundũ carnẽ deũ esse apostolus dicit. Tu doce q̃n non fuerit. Ex quibus Christus, inquit, secundũ carnẽ, qui est super omnia deus. Vides quia hoc apostolus unitate coniuxerit, separari omnino non potest deus à Christo. Sicut enim ex illis Christus apostolus prędicat, ita deũ in Christo esse confirmat. Aut utrunq; hoc neges necesse est, aut utrunq; fatearis. Natus secundũ carnẽ Christus ex illis dicitur: sed idẽ in Christo deus ab apostolo prædicatꝛ. Vnde & alibi: Deus enim erat in Christo, mundũ reconcilians sibi. Diuidi hoc ab alterutro nequaquã potest. Aut Christũ ex illis æditũ denega, aut ex uirgine in Christo æditũ confitere. Qui est, inquit, super omnia deus benedictus in secula. Sufficere quidẽ fidelibus ad indicandã maiestatẽ diuinitatis nomen dei abunde potuit: sed addendo, super omnia deus benedictus in secula, blasphemiã perfidiæ assertionis exclusit: ne quis scilicet impiorũ uocabulũ dei interdũ etiã hominib. tẽporarie dono diuinæ dispensationis indultũ, ad iniuriã summæ diuinitatis assumeret, & contumeliosis deo cõparationibus coaptaret, sicut utiq; illud ubi ad Moysen dicit deus: Dedi te deũ Pharaoni, aut illud: Ego dixi, dij estis, cũ utiq; euidentissimã indulti nominis habeat significationẽ. Nã ubi dicit, ego dixi: non tam nomen est potestatis, q̃ sermo dicentis. Sed & illud ubi dicit: Dedi te Deũ Pharaoni: non diuinitatẽ accipientis, sed potestatẽ dantis exposuit. Nam cũ dixerit, dedi, in illo utiq; significata est dei potestas qui dedit, non diuinitatis natura in eo qui accepit. De deo autem ac domino nostro Iesu Christo cũ dicitur, qui est super omnia deus benedictus in secula: & res statim probatꝛ in uerbo, & uerbi res demonstratur in nomine: quia dei nomen in dei filio non significatio est adoptionis indultæ, sed ueritas proprietasq; naturæ. Itaq; inquit idẽ apostolus: Nos neminẽ ex hoc nouimus secundũ carnẽ, & si cognouimus secundũ carnẽ Christũ, sed nunc iam non nouimus. Bene sibi cuncta sacri sermonis scripta conueniũt, & in omni penitus sui parte: etiã ubi uerborũ specie non consonant, rerum tamen uirtute concordant: sicut in hoc quod ait, & si cognouimus Christũ secundũ carnẽ, sed nunc iam non nouimus: testimoniũ enim dicti pręsentis, cõfirmatio superioris est, quo dixit: ex quibus Christus secundũ carnẽ, qui est super omnia deus benedictus in secula. Illic eñ posuit, ex quibus Christus secundũ carnem: hic autem, & si cognouimus Christum secundum carnem: illic, qui est super omnia deus: hic autem, Christum secundũ carnẽ nunc iam non nouimus. Species uerborũ & alia, sed rei uirtus una, eundem enim quem illic secundum carnem natũ Deum super omnia prædicat, hic secundum

Marginalia: Rom. 9. — 2. Cor. 5. — Psal. 81. — 2. Cor. 5.

secundũ carnẽ se iam non nosse confirmat. Ideo scilicet quia eundẽ quẽ natũ in carne nouerat, deũ in secula confitet, & ideo à se eũ ignorari secundũ carnẽ, quia super omnia deus. Hoc dicit, Non nouimus iam Christũ secundũ carnẽ: & hic, non nouimus iam Christum secundũ carnẽ. Hoc ait, Quia est deus benedictus in secula. Ascendit ergo quodãmodo, quasi in altiorẽ gradũ doctrinæ apostolicæ prædicatio: licet sibi sensu in utroque conueniat, sacramentũ tamen perfectæ fidei, quasi sententiæ expressionẽ confirmat, dicens: Et si cognouimus secundũ carnẽ Christũ, sed nunc iã nonnouimus: uidelicet, quia prius eum & hominẽ scimus & deũ, nunc tantũ deũ. Cessante enim infirmitate carnis, nihil in eo iam nouimus nisi uirtutẽ diuinitatis: quia totũ in eo uirtus est maiestatis diuinę, ubi esse desijt infirmitas imbecillitatis humanę. Omne ergo penitus hoc testimonio mysteriũ & sumptæ carnis, & perfectę diuinitatis exposuit. Dicens enim, Et si cognouimus Christũ secundũ carnẽ: sacramentũ nati in carne dei locutus est. Adijciens aũt, Nũc iam non nouimus: uim depositæ infirmitatis explicuit. Ac per hoc cognitio illa carnis ad significationẽ pertinet hominis: ignoratio aũt ad honorẽ diuinitatis. Hoc est enim dicere, Cognouimus Christum secundum carnem, ut agnosceretur fuit quondam quod secundum carnem, nunc iam non cognouimus postquã esse desiuit. Natura enim carnis in spiritualem est translata substantiam: & illud quod fuerat quondam hominis, factum est totum dei. Et ideo non nouimus Christum secundum carnem: quia absorpta per diuinam maiestatem infirmitate corporea, nihil sacro resedit corpori, ex quo imbecillitas in eo carnis possit agnosci. Ac per hoc quicquid fuerat prius substantiæ duplicis, factum est uirtutis unius. Cum utiq; non sit dubium, Christum qui crucifixus est ex infirmitate nostra, totum uere ex maiestate diuina. Quod scilicet Apostolus omni scri-

Gal.1. ptorũ suorũ corpore prædicans, bene etiã ad Galatas scribens ait: Paulus apostolus nõ ab hominibus neq; per hominẽ, sed per Iesum Christũ & Deũ patrẽ. Vides q; bene sibi in prioribus præsentibusq; conueniat. Illic enim dicit, nunc iam non nouimus Christũ secundũ carnẽ: hic ait, non ex hominibus, neq; per hominẽ, sed per Iesum Christũ. Patet quemadmodũ etiã hic idẽ quod in superioribus doceat. Dicens enim, missum se nõ per hominẽ, hoc dicit, non nouimus Christũ secundũ carnẽ: & ideo non per hominem missum, sed per Iesum: quia per Christũ missus, non per hominẽ missus sum, sed per deũ, nomen in eo humanitatis iam non est, in quo totũ sibi diuinitas uindicauit. Et ideo cum dixisset missum se non ab hominib. neq; per hominẽ, sed per Iesum Christũ: bene addidit, & deũ patrẽ: hoc est missum se à deo patre & à deo filio esse designans. In quibus utiq; licet propter mysteriũ sacræ & ineffabilis generationis, duplex sit persona, generantis & geniti: una tamen est uirtus mittentis dei. Et ideo ille missum se à deo patre & deo filio dicens, in personis quidẽ dualẽ ostendit numerũ, sed in missione unã docuit potestatẽ. Sed per Christũ, inquit, Iesum, & deũ patrẽ, qui suscitauit eũ à mortuis. Præclarus utiq; & admirabilis magister, sciens dominũ Iesum Christũ sicut uerum deũ, ita & uerũ hominem prædicandũ: ita semper maiestatẽ diuinitatis in eo prædicat, ut incarnationis confessionẽ penitus non relinquat: excludens utiq; & phantasma Martionis incarnatione uera, & paupertatem Hebionis diuinitate perfecta: ne scilicet per alterutrũ blasphemiæ peruersitate dominus Iesus Christus aut homo penitus sine deo, aut deus sine homine credatur. Bene ergo apostolus missum se sicut à Deo patre, ita & à deo filio prædicans, confessionẽ statim dominicæ incarnationis adiunxit, dicens: Qui suscitauit eum à mortuis: uerum scilicet incarnati Dei corpus, suscitatum à mortuis docens. Iuxta illud: Et si cognouimus Christũ secundũ carnem: bene addens, sed iam non nouimus. Hoc enim se in eo nosse dicit secundũ carnẽ, quod sit à mortuis suscitatus. In eo uero se eũ iam non nosse secundũ carnẽ, quod cessante carnis fragilitate, in sola eum nouerit dei esse uirtute. Fidelis scilicet prædicandæ dominicæ diuinitatis, & satis idoneus testis: qui in principio uocationis suæ cœlitus castigatus, maiestatẽ suscitati à mortuis domini nostri Iesu Christi, non fide tantũ animi sui crederet, sed etiam oculi corporalibus approbasset. Unde etiam apud Agrippam regem & cæteros mundi iudices disserens, ita ait: Dum irem Damascum cum potestate & permissu principis sacerdotum, die media in uia uidi rex de cœlo supra splendorẽ solis circũfulsisse me lumen, & omnes qui mecum simul erat: omnesq;

omnesq; nos cum decidissemus in terram, audiui uocem dicentem mihi Hebraica lingua: Saule saule quid me persequeris? durū est tibi contra stimulum calcitrare. Ego autē dixi: quis es domine? Dominus autem dixit ad me: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Vides quod eum Apostolus, quem in tanto maiestatis fulgore uiderat, rectè iam secundū carnem non nosse dicebat. Cum enim iubar illud diuini luminis quod sustinere nō potuit, in ipsa sui prostratione uidisset, uox hæc secuta est: Saule saule, quid me persequeris? Cui quærenti quis esset, ita euidenti dominus personæ suę significatione respondit: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Te te inquam hæretice nunc interrogo, te appello: credis de se Apostolo, aut non credis? aut si parū ęstimas, credis de se domino, aut non credis? Si credis, finita quęstio est. Hoc enim necesse est quod nos credimus credas. Nos enim iuxta Apostolum, & si cognouimus Christū secundū carnem, sed nunc iam non nouimus. Nos Christū contumelijs non affecimus: nos carnem à Deo non separamus, & totum quod Christus est, esse in Deo credimus. Tu ergo si idem quòd nos credimus credis, eadem necesse est fidei sacramenta fatearis. Si autem à nobis dissides: si neq; ecclesijs, neq; Apostolo, neq; ipsi deniq; de se Deo credis: ostende nobis in hoc quod Apostolus uidit, quid sit caro, & quid sit Deus. Ego enim hic discernere nihil ualeo. Video ineffabilem illuminationem: uideo inexplicabilem claritatē: uideo splendorem humanæ fragilitati intolerabilē, & supra id quod ferre mortales oculi queunt, inæstimabilem maiestatem Dei luce fulgentem. Quæ hic diuisio, quæ hic discretio est? In uoce Iesum audimus, in maiestate Deū cernimus: quid est aliud nisi ut in una eademq; substantia Deum & Iesum esse credamus? Volo tamen de hoc eodem adhuc aliquid apud te loqui. Dic mihi quæso: Si tibi nunc persequenti fidē catholicā id appareret, quod ignoranti apostolo tunc apparuit: si te inopinantem atq; securum fulgor ille circundaret, & perculsum atq; perterritum splendor immensi luminis consterneret: laterésq; in tenebris oculorum atq; errorum tuorum: quas tibi immensas & ineffabiles angustias pauor mentis augeret? Dic mihi obsecro: cū te imminentis mortis formido præmeret, & terror comminantis desuper maiestatis urgeret: audires quoq; illud in tanta mentis confusione dignum perfidia tua nomen: Saule saule quid me persequeris? & quærenti tibi quis esset, responderetur à cœlo: ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris: quid diceres? Nescio, non ad plenum adhuc credo: deliberare amplius mecum uolo, quem te esse existimē, qui è cœlo loquaris: qui me fulgore tuæ diuinitatis obrueres, cuius uocem audiam & maiestatem ferre non possim. Tractandum mihi de hoc negotio est, credendum tibi sit, an non credendum, Christus sis tu an deus: si deus solus sis, an in Christo: si Christus solus sis, an in deo. Discretionem hanc subtiliter obseruari, & diligenter considerari uolo, quid credendus sis, quid iudicandus sis. Nolo enim aliquid de officio meo perdere: ut cum te ut hominem despiciam, aliquid tibi diuini honoris impendam. Si ergo ut Paulus tunc Apostolus iacuit, prostratus humi iaceres: & fulgore diuini luminis obrutus, extremos spiritus ageres: hæc forsan diceres, hac ociosa loquacitatis garrulitate gannires. Sed quid facimus? quòd aliud tunc Apostolo uisum est. Et cum tremens ac semianimis concidisset, dissimulandum ultra non censuit, deliberandū amplius non putauit: sufficitq; ei quod ineffabilibus experimentis quem ignorans hominem esse credidit, admonitus deū esse cognouit: non dissimulauit, non distulit: nec male conceptū errorem infideli amplius deliberatione suspendit: sed audito è cœlis Iesum domini sui nomine, subdita ut famulus, trepida ut flagellatus, deuota ut conuersus uoce respondit: Quid faciā domine? Itaq; paratissima, ac deuotissima fide id statim meruit: ut quem fideliter credidit, eo ipso iugiter non careret: & ad quem corde transierat, is in cor eius ipse transiret: dicente ipso de se Apostolo: An experimentū quęritis eius qui in me loquitur Christus? Quo loco uolo hæretice, ut mihi disseras, hunc quē loqui apostolus intra se dicit, homo sit an deus? Si homo, quomodo in corde eius corpus loqui poterat alterius? Si deus ergo iam non homo Christus, sed Deus: quia cum locutus in Apostolo Christus sit, & loqui in eo non potuerit nisi Deus: ergo locutus in eo est Christus Deus. Vides itaque, nihil esse hic iam quod dici queat, nec disiunctionem, aut diuisionem aliquam inter Christum fieri & Deum posse: quia totus in Christo Deus, & totus in Deo Christus. Nulla hic recipi disseparatio potest: nulla discisio: una tantum est simplex, una tantum pia & sana confessio, adorare, amare, & colere Christum

re Christum Deum. Vis autem adhuc plenius & cumulatius scire nullam inter Deum & Christum esse distantiam? & eundem penitus Deum intelligendum esse quem Christum? Audi Apostolum ad Corinthios loquentem: Omnes enim nos, inquit, manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Alio loco ad Romanam ecclesiam scribens: Omnes, inquit, stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim: Viuo ego dicit dominus: quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua Deo. Vides ergo unũ atque idem tribunal Dei futurum esse quod Christi? Intellige ergo indubitanter Christum Deum: & ubi uides inseparabilem penitus Christi ac Dei esse substantiam, inseparabilem quoque agnosce esse personam. Nisi fortè quia Apostolus, in alia nos manifestandos Epistola ante tribunal Dei dixit: duo forte tribunalia facias, & alios iudicandos à Christo, alios à Deo censeas. Sed hæc friuola & furiosa sunt, & insanientibus insaniora. Agnosce ergo omnium dominum, agnosce uniuersitatis Deum, agnosce in tribunali Dei tribunal Christi, agnosce in tribunali Christi tribunal Dei. Ama uitam, ama salutem tuam, ama à quo creatus es: metue à quo iudicandus es. Velis enim nolis, manifestandus ante tribunal Christi es, & sepolita impietatis blasphemia, ac uerborum infidelium cantilena, si aliud putas tribunal Dei esse quàm Christi: uenies ante tribunal Christi: & inuenies utique documento inexplicabili, ipsum tribunal Dei esse quod Christi, totamque in filio Christo & filij Dei maiestatem, & patris Dei potestatem. Non enim pater iudicat quenquam, sed iudiciũ omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui enim negat patrem, & filium: omnis qui negat filium, nec patrem habet: qui confitetur filium, & patrem habet. Disce itaque inseparabilem esse patris ac filij honorem, inseparabilem dignitatem: neque honorari filium sine patre, nec patrem posse sine filio. Honorare autem Deum ac Dei filium, nisi in Christo unigenito Dei filio nullus ualet: Quia spiritũ ipsum utique homo, nisi in spiritu Christi habere non potest, dicente Apostolo: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et iterum: Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui resurrexit. Vides ergo iam, etsi non uis, nulla omnino penitus uel inter spiritum Dei & spiritum Christi, uel inter iudicium Dei & iudicium Christi esse distantiam. Tu elige utrum malis, alterum enim fieri necesse est, ut aut Christum Deum esse fide intelligas, aut in Christo Deũ damnatione cognoscas. Sed uideamus cætera quæ sequuntur. Scribens ad Corinthiorum ecclesiam idem de quo superius locuti sumus doctor ecclesiarum omnium Paulus, ita locutus est: Iudæi, inquit, signa petunt, & gentes sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem qui salui fiunt, Iudæis atque gentibus, Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam. O fortissimum fidei magistrum: cui docenti ecclesias, parum etiam hoc loco uisum est, ut Christum Deum esse diceret, nisi crucifixum addidisset, scilicet ut ad exertissimam ac ualidissimam fidei doctrinam eundem quem crucifixum diceret, Dei sapientiam prædicaret. Non ergo subtilitate aliqua, aut circumitione uerborum usus est: nec in prædicando domini Euangelio, crucis Christi nomen erubuit. Et licet hoc scandalum esset Iudæis, & stultitia gentibus, Deum audire natum, Deum audire corporeum, Deum audire passum deum audire crucifixum: non tamen ille propter iudaici scandali impietatem, uirtutẽ pietatis suæ non enarrauit: aut propter alienæ stultitiæ infidelitatem, fidei suæ robur imminuit: sed palàm, constanter, fortiter eum quem caro ædiderat, homines occiderant, lancea perforarat, crux distenderat, uirtutem dei & sapientiam prædicabat, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Sed tamen hoc quod erat alijs scandalum ac stultitia, alijs erat uirtus dei & sapientia. Pro diuersitate enim personarum, erat diuersitas sensuum: & quod expers sani intellectus, & incapax ueri boni diffidentia insipiens denegauerat, id intra ipsos animæ recessus sacrum esse ac salutiferum fides sapiens sentiebat. Dic mihi ergo hæretice, hostis quidem omnium, sed tuus maxime: cui crux domini nostri Iesu Christi, & cum Iudæis scandalum est, & stultitia cum gentibus: qui sacramenta ueræ salutis & illorum respuis scandalo, & istorũ non sapis stoliditate: cur Pauli Apostoli prædicatio, aut paganis stultitia,

Marginal references: 2.Cor.5. · Rom.14. · Esa.45. · Ioan.5. · Rom.8. · Ibidem. · 1.Cor.1.

titia, aut Iudæis scandalum fuit? nunquid potuerat offendere homines, si Christum ut tu esseris, solitarium esse hominẽ etiam ipse docuisset? Cui enim natiuitas illius, cui passio, cui crux, cui pereptio incredibilis aut grauis esse potuisset? aut quid noui uel inauditi in se Pauli prædicatio fecerat, si id passum hominem Christum esse dixisset, quod passim quotidie in hominibus conditio humana toleraret? Sed illud utique erat quod gentilis stultitia non recipiebat, quod Iudaica infidelitas respuebat: quod Christum utique, quem illi, ut tu, solitarium homiem arbitrabantur, Apostolus Deum esse dicebat. Hoc erat utiq; quod impiorum sensus refutabat, quod perfidorum aures ferre non poterant: in homine Iesu Christo Dei prædicare natiuitatem, Dei asseri passionem Dei annunciare crucẽ. Hoc utiq; erat graue, hoc incredibile: quia hoc erat incredulum humanæ audientiæ, quod inauditum fuerat diuinæ contigisse naturæ. Itaq; securus es tali hac affirmatione, atq; doctrina, quod nunquam prædicatio tua aut gentibus stultitia, aut Iudæis scandalum erit. Nunquam tu à Iudæis atque gentibus aut cum Petro crucifigeris, aut cum Iacobo lapidaberis, aut cum Paulo capite plecteris. Non enim habet prędicatio tua illorum offensionem. Solitarium hominem natum, solitarium passum asseris. Timere non potes, ne persecutione sua te illi lędant: cũ tu eos tua prędicatione confirmes. Sed uideamus tamen adhuc aliquid de hoc ipso. Christus ergo iuxta Apostolum, uirtus Dei & sapientia Dei est. Quid habes quod respondeas? quid habes quò te cõferas? Exire hic & progredi nusquam potes. Christus Dei sapientia est, & Dei uirtus. Ille quem Iudęi insectati sunt, quem gentiles riserunt, quem tu cum illis ipse persequeris. Ille inquã, qui & paganis stultitia est, & Iudęis scandalum, & tibi utrunq;: ille inquã est Dei uirtus & Dei sapientia. Quid habes quod agas? claudes fortasse aures ne audias. Hoc & Iudęi Apostolo prędicante fecerunt. Quidlibet facias, Christus in cœlo est, & in Deo, & cum eo, atq; in eo in superioribus, in quo & in inferioribus fuit, persequi eum iam cũ Iudęis non potes. Sed facis unum tamen quod potes: persequeris eum in fide, persequeris in ecclesia, persequeris in opinionis impiæ telo, persequeris praui dogmatis gladio. Plus fortè aliquid quàm quidam ueterum Iudæorum facis: Christum tu nunc persequeris, postquam eum etiam illi qui persecuti fuerãt, crediderunt. Sed minoris criminis forsan putas, quòd inijcere in eum iam manus non potes. Non minus inquam, non minus grauis illa est persecutio, in qua eum in suis impij persequuntur. Sed offendit te dominicę crucis nomen: hoc & Iudęos semper offendit. Exhorrescis Deum audire passum: hoc & gentilis error irrisit. Quęro ergo nunc, in qua ab illis parte dissidas, cum in hac tibi atque illis peruersitate conueniat? Sed ego prędicationem hanc dominicę passionis non solum imminuo, sed quantum in uoto est ac substantia mea, augeo. Nunc enim qui crucifixus est, non solum uirtutem ac sapientiam Dei, quia nihil maius est, sed etiam totius diuinitatis ac maiestatis dominum prędicabo. Hoc magis quòd in hoc sermo meus doctrina Dei est, dicente Apostolo: Sapientiam loquimur inter perfectos: sed sapientiam non huius seculi, neq; principũ huius seculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quę abscondita fuit: quam prędestinauit Deus ante secula in gloriam nostram: quam nemo principum seculi huius cognouit. Si enim cognouissent, nunquã dominum maiestatis crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ pręparauit Deus his qui diligunt eum. Esa.64.
Vides quàm breuiter sermo Apostolicus quanta dixerit? Sapientiam se loqui dicit, sed sapientiam quam perfectè tantũmodo sapientes sciant, prudentes seculi nesciant. Dei enim hoc ait esse sapientiã, quę sit diuino tecta mysterio, & ante omnia secula in sanctorum gloriam prędestinata: atq; ideo eam his tantum qui Deum sapiunt, esse cognitam, principibus autem seculi huius penitus ignotam. Causam autem subdidit, qua utrunq; quod dixerat comprobaret, dicens: Si enim cognouissent, nunquã dominum maiestatis crucifixissent. Sed scriptum est, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę pręparauit Deus his qui diligũt eum. Vides ergo quod sapientia Dei in mysterio abscondita, & ante secula prædestinata, his fuit incognita qui maiestatis dominum crucifixerunt: his autem cognita qui susceperunt? Bene autem in mysterio absconditam dicit Dei fuisse sapientiam: quia nullus hoc unquam hominis oculus uidere, uel audire auris, uel cor potuit cogitare, quòd maiestatis dominus uel nascitu-

turus esset ex uirgine, uel uenturus in carne, uel omni afficiendus pœnæ & contumeliæ passione. Sed hæc utique Dei dona, sicut nemo est, qui cum essent abscondita in mysterio, sapere unquam per se poterit: ita beatus est qui reuelata cognouit. Vnde quicunque eam non agnouerunt, necesse habeantur inter principes seculi: qui autē cognouerunt, inter sapientes Dei. Non agnoscit ergo Deum in carne natum dominum qui negat: ergo & uos non agnoscitis qui negatis. Sed quidlibet faciatis, quamlibet impiè negatis: nos plus Apostolo credimus. Et quid Apostolo dico? plus Deo credimus. Ipsi enim per Apostolum credimus, quem locutum in Apostolo certi sumus. Dominum maiestatis sermo diuinus crucifixum à principibus huius seculi dicit: tu negas: & illi negabant Deum se crucifigere qui crucifigebant. Habent ergo qui confitentur, cum confitente Apostolo partem: habeas tu necesse est cum persequentibus portionem. Quid ergo est hic iam quod dici queat? dominum maiestatis crucifixum Apostolus dicit: immuta hoc, si potes: separa nunc, si uales, Iesum à Deo. Crucifixum certè à Iudæis Christum negare non potes. Sed dominus maiestatis est qui crucifixus est. Ergo necesse est aut Christum affixum esse in cruce deneges: aut Deum affixum esse fatearis. Sed fortè offendit te, quod tandiu unus uel maximè Pauli Apostoli testimonijs loquor. Satis mihi idoneus est quem elegit Deus: nec enim erubesco eum fidei meæ habere testem, quem Deus uoluit mundi totius esse doctorem. Sed tamen ut acquiescam in hoc uoluntati tuæ, qui habere me forsan præter ea quibus usus sum testimonia non arbitraris, audi perfectum humanæ salutis & sempiternæ beatitudinis sacramentum, Martham in euangelio prædicantem. Quid enim ait? Vtique domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti. Disce à muliere fidem ueram: disce æternæ spei confessionem. Habes tamen grande solatium: non erubescas ab ea sacramentum salutis agnoscere, à qua testimonium Deus non refutauit accipere.

Quòd si authoritas tibi forsan personæ maioris placet: quamuis nullius displicere uel persona uel sexus debeat, cui confessio sacramenti authoritatem facit: quia quamlibet conditio cuiusquam aut locus minor sit, uirtus tamen fidei nescit imminui. Interrogemus tamen non incipientem aliquem puerulum, cuius institutio rudis, aut fœminam, cuius fides forsitan uideatur incipiens: sed summum illum & inter discipulos discipulum, & inter magistros magistrum: qui Romanæ ecclesiæ guberneculum regens, sicut fidei habuit, ita & sacerdotij principatum. Dic nobis ergo, dic nobis quæsumus princeps Apostolorum Petre, dic quemadmodum credere ecclesiæ Deum debeant: æquum est enim ut doceas nos, doctus à domino, & aperias nobis ianuam, cuius clauem accepisti. Exclude omnes suffodientes cœlestem domum: & eos qui per adulterinas cauernas, & illicitos intrare aditus moliuntur, auerte: quia certum est quòd nullus ostium regni intrare poterit, nisi cui clauis à te in ecclesijs collocata reserarit. Dic ergo quemadmodum credere Iesum Christum et confiteri communem dominum debeamus. Respondebis utique absque dubio: Quid me consulis qualiter dominus confitendus sit, cum habeas qualiter sim ego ipse confessus? Lege euangelium, & non requires personam meam, cum habeas confessionem meam: imò illic habes personam meam, ubi confessionem meam: quia cum persona mea authoritatē sine confessione non habeat, authoritas est personæ meæ ipsa confessio. Dic ergo euangelista, dic nobis confessionē: dic summi fidem Apostoli: hominem'ne tantum confessus sit Iesum, an Deum. carnem in eo tantum esse dixerit, an Dei filium prędicarit? Interroganti ergo domino Iesu Christo, quem eum crederent, quem confiterentur esse discipuli, respondet primus Apostolorū Petrus, unus utique pro omnibus: idem enim unius habuit responsio, quod habeat omnium fides. Sed primum decuit respodere: ut idem esset ordo responsinis qui erat honoris: & ipse antecederet confessione, qui antecedebat ætate. Quid ergo ait? Tu es, inquit, Christus filius Dei uiui. Simplici & rustica interrogatione ad confutandum te mihi hæretice uti necesse est. Dic mihi quęso, quis ille fuerit, cui Petrus ista respondit? Negare nō potes Christū fuisse. Interrogo ergo, Christū quē uocas? hominē an Deum? hominē utique absque dubio: hinc em̄ omnis est tua hęresis, quia negas Christū filiū Dei. Et ideo etiā Mariam Christotocon esse. nō theothocō dicis: quia Christi generatrix sit, nō dei. Christū ergo tātum hominem asseris nō deū, & ideo filiū esse eum hominis, nō dei.

Quid er

Quid ergo ad hæc respondit Petrus? Tu es, inquit, Christus filius Dei uiui. Christum hunc quem tu hominis tantum filium esse asseris, ille testatus filium Dei. Cui uis credamus, tibi an Petro? opinor non es tam impudēs, ut præponere te audeamus primo Apostolorum. Tametsi quid est quod tu non audeas? aut quemadmodum Apostolum non despicias, qui Deum negare potuisti? Tu es ergo, inquit, Christus filius Dei uiui. Nunquid hoc ambigui aut obscuri aliquid in se habet? simplex tantum est & aperta confessio, Christum Dei filium prædicat. Negas fortasse dictum: sed euangelia testantur. An mentiri Apostolum dicis? sed detestabilis falsitas, Apostolum falsitatis accusans. An de alio Christo aliquo forsan hoc dictum esse contendis? Sed nouum prodigiosi commenti genus. Quid ergo reliquum est? unum scilicet ut cum scriptum sit legatur, & uerum sit quod legitur, tandem uel ui uel necessitate constrictus, cum falsitatem astruere non ualeas, ueritatem impugnare desistas. Sed tamen quia summi Apostoli testimonio usus sum, quo dominum Iesum Christum coram Deo ipse confessus sit: uideamus quēadmodum confessionem eius is quem confessus est approbarit: quia plus est multo quàm quod Apostolus dixit, si dictum illius Deus ipse laudauit. Dicenti ergo Apostolo: Tu es Christus filius Dei uiui: quid à domino saluatore responsum est? Beatus es, inquit, Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed spiritus patris mei, qui in cœlis est. Si displicet tibi uti Apostoli testimonio, Dei utere: laudando enim Deus quod dictum est authoritatem suam Apostolico dicto addidit: ita ut etiam si dictum illud Apostoli ore prodijt, suum esse hoc tamen Deus fecerit qui probauit. Beatus es, inquit, Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed spiritus patris mei, qui in cœlis est. Ergo in Apostoli dicto & spiritus sancti, & præsentis filij & Dei testimonium uides: quid ergo amplius aut quid simile requires? Filius laudauit: Pater interfuit: Spiritus reuelauit. Apostoli ergo dictum totius diuinitatis est testimonium: quia illius necesse est hoc dictum authoritatem habeat, quo actore processit. Beatus ergo es, inquit, Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed spiritus patris mei, qui in cœlis est. Ergo si Petro non caro & sanguis reuelauerunt ista & inspirauerunt, iam intelligis qui inspirauerit tibi. Si illum spiritus Dei docuit, qui Christum Deum esse confessus est: uides quòd tu spiritu dæmonis doctus sis, qui negare potuisti? Sed tamen dictum illud domini, quo collaudauit Petrum, quæ dicta alia consequuntur? Et ego, inquit, tibi dico: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Vides quod dictum Petri ecclesiæ fides est? ergo extra ecclesiam sit necesse est, qui fide ecclesiæ non tenetur. Et tibi, inquit dominus, dabo claues regni cœlorum. Fides hæc cœlum meruit: fides hæc claues regni cœlestis accepit. Intellige quę te maneant. Introire clausis huius ianuam non poteris, qui fidem clausis istius denegasti. Et portæ, inquit, inferni non præualebunt aduersum te. Portæ inferni fides est hæreticorum, imò perfidia. Quantum enim à cœlo inferna distant, tantum ab eo qui Christum Deum confessus fuerit, is qui negat. Quæ ligaueris, inquit, in terris, ligata erunt in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Perfecta Apostoli fides potestatem quodammodo diuinitatis accepit: ut quæ ligasset uel soluisset in terris, uel ligata essent in cœlestibus, uel soluta. Tu ergo qui contra fidem Apostoli uenis, cum ligatum te iam in terris uideas, superest ut ligatum quoque in cœlis esse cognoscas. Sed longum est ire per singula, quæ prolixissimam et copiosissimam dissertionem numero sui faciunt, etiamsi breuiter strictimque memorentur. Sed unum addere tamen adhuc tibi Apostoli testimonium uolo: ut intelligas his quæ ante passionem domini acta sunt, ea etiam quæ post passionem sunt secuta congruere. Illapsus in cōuentum discipulorum suorum clausis dominus ianuis, cum ueritatem corporis sui Apostolis declarare uoluisset: palpata Thomas Apostolus carne illius, tractato latere, exploratisque uulneribus, comperta penitus manifestati corporis ueritate, quid proclamauit? Dominus, inquit, meus & Deus meus. Nunquid dixit hoc quod tu dicis? homo & non Deus, Christus & non diuinitas. Corpus utique domini sui tetigit, & Deum esse respondit. Nunquid discretionem aliquam hominis & Dei intulit? aut carnem illam theotocon, ut tu ais, id est, susceptricem deitatis imaginem nominauit? uel more impietatis tuę eum quem contigit, non propter se, sed propter eum quē in se receperat, uenerandum esse memorauit? Sed subtilitatem hanc discretionis tuæ Ioan. 20.

Apoſtolus Dei fortè non norat: & elegantiam iudicij tui ac differentiam non habebat: homo uidelicet ruſticus & imperitus. Dialecticæ artis neſcius, Philoſophicæ diſputationis ignarus: cui ſcilicet inſtitutio domini ſui abundè ſufficiebat: & qui nihil omnino ſciebat niſi hoc quod domino docente cognouerat? Et ideo ſermo ſuus cœleſtis doctrina erat: fides ſua magiſterium diuinum erat: diſiungere, ut tu facis, à corpore ſuo dominum non didicerat: & diuellere à ſeipſo deum penitus neſciebat. Sanctus, ſyncerus, pius: innocentiam, peritiam, fidem illæſam, ſcientiam incorruptam habens: ſenſum cum aſtutia ſimplicem, cum perfecta ſimplicitate ſapientiam totius mali expertē, totius corruptionis ignarum, totius hæreticæ peruerſitatis immunē: & qui formā diuini magiſterij in ſe exprimens, hoc tantum quod didicerat tenebat. Itaq; ille, ut tu forſitan putas, ruſticus & imperitus breui te nunc reſponſione concludit, paucis ſermonis ſui conteret. Quid ergo Apoſtolus Thomas tetigit, cū ad palpandū Deum acceſſit? Chriſtum utiq; abſq; dubio. Quid autem exclamauit? Dominus, inquit, meus, & Deus meus. Nunc ſi potes, & Chriſtum à Deo ſepara, & muta dictum hoc, ſi uales. Da Dialecticam diſputationem, da prudentiam mundialē, & ſtultam illam uerboſam calliditatem ſapientiam. Verte omnes te te in facies, & contrahe. Quicquid ſiue animis ſiue arte ualeas, quidlibet dicas quidlibet facias: exire hinc nuſq; uales: niſi hoc quod Apoſtolus tetigit, Deū eſſe fatearis. Et quidem ſi quo modo poſſis, immutare forſan hiſtoricæ euangelicæ prædicationem uelis: ut nec corpus domini Thomas Apoſtolus contigiſſet, nec Chriſtum dominum Deum dixiſſe legeretur. Sed immutari quod in euangelio Dei ſcriptum eſt, ne-
Matth. 14. quaquam poteſt. Cœlum enim & terra tranſibunt, uerba uerò Dei non præteribunt. Ecce enim etiam nunc tibi ille qui nunc teſtatus eſt Thomas Apoſtolus clamat: Deus eſt Ieſus quem tetigi, Deus eſt cuius mēbra palpaui: non ego incorporalia tenui, nec intractabilia tractaui: non ſpiritum manu contigi: ut de eo tantū credar dixiſſe, Deus eſt: ſpiritus enim iuxta domini mei dictum, carnem & oſſa non habet, Ego corpus domini mei tetigi: ego carnem & oſſa palpaui: ego digitos meos in locum uulnerū miſi: & de Chriſto meo, quem compalpauerā, proclamaui: Dominus meus, & Deus meus. Non enim noui inter Chriſtum & Deum facere diſtantiam: inſerere ſacrilegas opiniones inter Ieſum & Deum nolo: diuellere à ſeipſo dominum meum neſcio. Faceſſe à me quiſquis diuerſa ſentis, quiſquis diuerſa loqueris. Ego aliud Chriſtū quàm deum eſſe nō noui: hoc cū coapoſtolis meis tenui: hoc eccleſijs tradidi: hoc gentibus prædicaui: hoc etiā tibi clamo, Chriſtus Deus eſt, Chriſtus Deus eſt. Aliud mēs ſana non ſentit: aliud fides ſana nō loquitur: diuelli à ſe diuinitas non poteſt. Et cum utiq; quicquid eſt Chriſtus, Deus eſt, inueniri in Deo aliud non poteſt quàm Deus. Quid ais tu nunc hæretice? ſufficiunt'ne hæc teſtimonia fidei etiam ſummæ infidelitati: an aliquid adhuc addendū eſt? & quid uel poſt prophetas, uel poſt Apoſtolos addi poteſt? Niſi fortè, ut Iudæi quondam expoſtu-
Luc. 11. labant, ſignū tibi de cœlo etiam tu dari poſtules. Sed petenti hoc tibi illud quod reſponſum tunc illis eſt, neceſſe eſt reſponderi. Generatio praua & adultera ſignum quærit: & ſignū non dabitur ei, niſi ſignū Ionæ prophetæ. Et uere ſufficere tibi ſignū hoc uel cum Iudæis crucifigentibus poterat, ut dominū Deum noſtrum etiam hac re ſola doctus crederes, quam etiam illi qui perſecuti fuerant, crediderunt. Sed tamen quia cœleſtis ſigni fecimus mentionem, oſtendam tibi de cœlo ſignum: & quidem tale, cui nec dæmones unquam contradixerunt: dum ipſa ueritatis neceſſitate, licet Ieſum corporeum eſſe cernerent, deum tamen quod erat eſſe clamabant. Quid ergo ait euangeliſta de domino Ie-
Matth. 3. ſu Chriſto? Baptizatus autem, inquit, confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cœli, & uidit ſpiritum deſcendentem ſicut columbam uenientem ſuper ſe. Et ecce uox de cœlis dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quid ad hæc nunc hæretice ais? Dictū diſplicet, an perſona dicentis? Nec interpretatione certè indiget intelligentia allocutionis, nec commendatione uerborum dignitas alloquentis. Deus pater eſt qui dixit: euidens eſt quod dictum eſt. Nunquid aut tam impudentem, aut tam ſacrilegam uocem proferre poteris, ut dicas de unigenito Dei filio nec Deo patri eſſe credendum? Hic eſt ergo, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Sed tentabis forſitan dicere, ut eſt dementia, de uerbo hoc, non de Chriſto dictum fuiſſe. Dic mihi ergo, quis erat qui baptizabatur? uerbum an Chriſtus? caro an ſpiritus?

Negar

Negare utiq; non potes Christum fuisse. Homo ergo ille ex homine ac Deo natus, spiritu sancto in uirginem descendente, & uirtute altissimi obumbrante conceptus, ac sic hominis & Dei filius, ille utiq;, ut negare non potes, baptizatus est. Si ergo ille baptizatus est, ille nominatus: quia ille utiq; nominatus qui baptizatus est. Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Nunquid dici significantius aut expressius quicquam potest? Christus baptizatus est: Christus ascēdit de aqua: Christo baptizato cœli aperti sunt: propter Christum columba descendit super Christum: in corporalis specie spiritus sanctus adsistit: Christum pater appellauit. Hoc si de Christo dictum negare ausus es, superest ut nec baptizatum Christum fuisse, nec spiritum descendisse, nec patrem locutum esse contendas. Sed urget tamen & premit te ipsa ueritas: ut etiam si confiteri eam nolis, tamen negare non possis. Quid enim ait euangelista? Baptizatus autem confestim ascendit de aqua. Qui baptizatus est? Christus utiq;. Et ecce, inquit, aperti sunt ei cœli. Cui scilicet nisi illi qui baptizatus est? Christo utiq;. Et uidit spiritum Dei descendentem sicut columbam uenientem super se. Quis uidit? Christus scilicet. Super quem descēdit? super Christum utiq;. Et uox facta est de cœlo, dicens. De quo? de Christo scilicet. Quid enim sequitur? Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Vt omnia illa propter quem facta essent ostenderentur, uox consecuta est dicens: Hic est filius meus dilectus. Hoc est dicere: Hic est propter quem cuncta hæc facta sunt. Hic est enim filius meus: propter hunc cœli aperti sunt: propter hunc spiritus meus uenit: propter hunc uox mea facta est. Hic est enim filius meus, Dicens enim: hic est filius meus, quem designabat? illum utiq; quem columba tangebat. Quem ergo columba tetigit? Christum scilicet. Ergo Christus. Impleta est, ut reor, sponsio mea. Vides ergo profectò hæretice signum tibi de cœlo datum: & quidem non unum, sed & multa & singularia? Habes enim unum in apertione cœli, aliud spiritus descensionis, tertium in patris uoce. Quæ utiq; euidentissimè omnia Christum Deum esse declarant: quia eum & reseratio cœlorum Deum indicat, & descensio super eum spiritus sancti Deum approbat, & allocutio patris Deum esse confirmat. Neq; enim uel cœlum nisi domini sui honore patuisset: uel spiritus specie corporali nisi super Dei filium descendisset: nec pater filium nisi uerè filium declarasset: præsertim cum his diuinæ natiuitatis significationibus, quę non solum ueritatem piæ fidei confirmarent, sed etiam prauitatem impiæ opinionis excluderent. Ineffabili enim diuini dicti magnificentia cum expresse ac significanter dixisset pater: hic est filius meus dilectus: addit etiam illud quod secutum est: dilectus scilicet, in quo mihi complacui. Vtiq; sicut per prophetam Deum fortem, & Deum magnum iam prædicauerat: ita hic dicens, filius meus dilectus in quo mihi complacui, super proprij filij sui nomen etiam dilecti & complaciti sibi filij nomen adiecit: ut proprietatem diuinæ uidelicet naturæ nominum significaret adiectio: & id ad honorem filij Dei peculiariter pertineret, quod nulli omnino homini contigisset. Itaq; sicut illa propria ac peculiaria in persona domini nostri Iesu Christi fuerunt, quòd cœli aperti sunt, quòd eum Deus pater cunctis uidentibus per aduentantem atque astantem columbam quasi manu quodammodo sua tetigit: & quia digito indicante monstrauit, dicens: Hic est filius meus: ita illud quoque proprium ei ac singulare, quòd peculiariter patri complacitus nominatur: ut peculiarem utique naturę significationem peculiaria additamenta monstrarent, & proprietatem unigeniti filij etiam cognominum proprietas confirmaret, quam iam honor signorum præcedentium comprobasset. Sed iam libelli istius finis sit. Neque enim dictum hoc Dei patris augeri humanis sermonibus, aut exequari potest. Nobis de domino Iesu Christo filio suo, satis per se ipse Deus pater idoneus testis est, dicens: Hic est filius meus. Tu si contradicendum his Dei patris uocibus putas: illi à te necesse est contradici, qui eum euidētissima declaratione filium suum esse ab omni mundo fecit agnosci.

Finis libri tertij.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE DOMINI, LIBER QVARTVS.

CONſummatis libellis tribus quaſi fidelisſimis atq; opulentisſimis teſtibus, ut apertè quorum ueritas non humanis tantum ſed etiam diuinis teſtimonijs locupletata eſt, ſufficere quidem nobis ad cauſæ probationem, per diuinam authoratem abundè poterant: cum ipſa utiq; per ſe cauſæ ſuæ authoritas diuina ſufficiat. Sed tamen quia plena eſt his teſtimonijs ſacrorum uoluminum ſeries: ubi tot teſtes ſunt, quot ſententiæ: immo ubi ipſa ſcriptura ſacra, quaſi unum quodammodo diuini oris eſt teſtimonium: adcumulanda quædam adhuc putauimus, non pro necesſitate approbationis, ſed pro facultate rerum & copia: ut quicquid neceſſarium non eſſet defenſioni, totum proficeret ornatui. Ergo quia ſuperioribus libris dominum Ieſum Chriſtum non propheticis tantum atque apoſtolicis, ſed etiam euangelicis teſtimonijs, cum in carne atque in terra eſſet, Deum probauimus: nunc eum qui in carne natus eſt, etiam ante carnis ſuſceptionem Deum fuiſſe monſtremus, ut intelligas conſentientibus, & quaſi conclamantibus ſibi diuinorum uoluminum teſtimonijs, eundem te in natiuitate corporea & hominem debere credere & Deum, quem ante natiuitatem corpoream tantum Deum: & quem poſt æditionem uirginis in corpore Deum, eundem ante partum uirginis uerbum Deum. Diſce ergo primum ab Apoſtolo totius mundi magiſtro, eum qui eſt ſine exordio Deum, filium Dei, in fine mundi, id eſt in temporum plenitudine, filium hominis factum eſſe. Ait enim: At ubi uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Dic mihi ergo nunc, antequam dominus Ieſus Chriſtus ex matre Maria

Gal. 4. naſceretur, habuit Deus filium, aut non habuit? Negare non potes quin habuerit: neq; enim unquam aut ſine patre filius, aut ſine filio pater: quia ſicut ex patre filius, ita ex filio pater dicitur. Vides ergo quod dicente Apoſtolo, miſit Deus filium ſuum, ſuum utiq; ſuum, ut ipſius uerbis utar Apoſtoli, ſuum filium Deus miſit. Neq; enim aut alienum aliquem filium miſit, quia ſuum miſiſſe dicitur: omnino mittere potuit, ſi non erat qui mitteretur. Miſit ergo, inquit, filium ſuum, factum ex muliere. Ergo & quia miſit eum, miſit qui erat: & quia ſuum miſit, non alienum utiq;, ſed ſuum miſit. Vbi ergo illud eſt tuum calliditatis terrenæ argumentum: nemo anteriorem ſeparet? Nunquid enim non antiquior Maria dominus? nunquid nō antiquior deniq; homine ipſo Deus? cum utiq; nullus hominum non ex Deo. Vides ergo quòd non ſolum antiquiorem ſe Maria peperit: non ſolum inquam antiquiorem ſe, ſed authorem ſui, & procreans procreatorem ſuum. Facta eſt parentis parens: quia quàm utiq; fuit Deo natiuitatē homini tribuere, tam promptum ſibi: quàm facilè ut hominem naſci faceret, tam facilè ut ipſe ex homine naſceretur. Neq; enim circumſcripta eſt in perſona ſua poteſtas Dei, ut quod Dei in omnibus licet, non liceat in ſe: & qui utique in natura deitatis ipſius id habet, ut omnia posſit Deus, in ſua tantum perſona id non habet ut ſit Deus in homine. Sequeſtratis ergo ac repudiatis friuolis & caducis terrenarum argumentationum ſtoliditatibus, ſimplici tantummodo teſtificationi ac nudæ credendum eſt ueritati: & his tantum de Deo teſtibus fides accommodanda, quos Deus miſit, & in quibus ipſe de ſe, ut ita dixerim, prædicauit. Aequum eſt enim ut de agnitione illius ipſi credamus, cuius ſcilicet totum eſt quod de eo nouimus: quia agnoſci utiq; Deus ab homine non potuit, niſi agnitionem ſui ipſe tribuiſſet. Et ideo iuſtum eſt ut totum credamus de eo quod ſcimus, cuius eſt omne quod ſcimus: quia ſi ei non credimus à quo ſcimus, fit ut omnino nihil ſciamus, dum ei non credimus per quem ſcimus. Itaq; quia ſuperiore teſtimonio patuit, quod Deus filium ſuum miſit, & is filius hominis factus eſt, qui ſemper filius Dei fuit: uideamus an idem Apoſtolus alibi ſimile aliquid teſtimonio huic dixerit: ut lucens iam per ſe ueritas, duplicata teſtimoniorum luce plus luceat. Ait idem ergo

Rom. 8. Apoſtolus: Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati. Vides utiq; Apoſtolum non caſu aliquid aut inconſiderata uoce dixiſſe, ut id quod ſemel dixerat præteriret? quia ſcilicet nec cadere in eum caſus aut inconſiderantia poterat, in quo plenitudo diuini conſilij & ſermonis habitabat. Quid ergo ait? Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudine car

dine carnis peccati. Idem iterat, idem inculcat dicens: Misit Deus filium suum. Eximius utique & admirabilis magister, sciens in hoc totum penitus catholicæ sacramentum fidei contineri: ut natus in carne dominus, & missus esse in hunc mundum Dei filius crederetur: hoc etiam atque etiam clamitat dicens: Misit Deus filium suum. Nec mirū si ad euangelizandum Dei aduētum peculiariter missus, sic prædicauit: cum id etiam ante legem lator legis ipse clamauerit, dicens: Obsecro domine, prouide alium quem mittas. Quod in Hebræorum uoluminibus multò euidentius legitur: Obsecro domine, mitte quem missurus es. Pius utique propheta, & totius in se generis humani affectum habens, eum qui mittendus à patre ad redemptionem ac salutem omnium erat, ut quem celerrimè mitteretur, quasi totius à Deo patre humanæ carnis uocibus postulabat, dicens: Obsecro domine, mitte quem missurus es. Misit ergo, inquit, Deus filium suum in similitudine carnis peccati. Bene cum missum eum in carne diceret, peccatum ab eo carnis exclusit. Misit enim, inquit, Deus filium suum in similitudine carnis peccati: hoc est, ut in uera carnis susceptione agnosceretur, ueritas non fuisse peccati: & quantum ad corpus, ueritas intelligeretur: quantum ad peccatum, similitudo peccati. Quia cum omnis caro peccatrix sit: ille autem sine peccato carnem habuerit: similitudinem peccatricis carnis in se habuit, dum in carne esset: ueritate autem peccati carnis, quia sine peccato fuit. Misit ergo, inquit, Deus filium suum in similitudine carnis peccati. Vis scire quàm benè hoc Apostolus prædicarit, audi quemadmodum hoc in os Apostoli, quasi ex ipsius Dei ore defluxerit, dicente domino: Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Ecce ipse, ut uides, dominus missum se à Deo patre ad salutem humani generis protestatur. Quòd si euidentius declarandum putas, quem filium ad saluandos homines Deus miserit, quamuis proprius atque unigenitus Dei filius non nisi unus sit: & cum filium suum misisse dicitur, unigenitum utique suum misisse monstratur. Audi tamen Dauid prophetam, eum qui ad salutem humanam missus sit euidentissimè designantem. Misit, inquit, uerbum suum & sanauit eos. Nunquid uertere hoc ad carnem potes? ut dicas ad sanandum humanum genus hominem tantum à Deo missum? Non potes utique: reclamat enim tibi cum omnibus scripturis sacris Dauid propheta, dicens: Misit uerbum suum, & sanauit eos. Vides ergo ad sanandos homines uerbum missum esse: quia licet per Christum sanitas data sit, uerbum tamen Dei in Christo fuit, quod per Christum cuncta sanauit: ac sic unito per sacramentum incarnationis Christo & uerbo Dei, factus est Christus & uerbum Dei unus ex re utraque filius Dei. Quod utique Apostolus Ioannes declarare aperte uolens: Misit, inquit, Deus filium suum saluatorem mundi. Intelligis quomodo inseparabili connexione Deum hominemque coniunxerit? Christus enim qui ex Maria natus est, saluator absque dubio appellatur, secundum illud: Quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Hic autem ipsum quod missum est uerbum Dei, saluatorem nominat, dicens: Misit Deus filium suum saluatorem mundi. Patet itaque quòd per sacramentū uniti cum homine uerbi Dei, & uerbū quod ad saluandū missum est, saluator dicitur: & saluator in carne natus, per uerbi utique consortium dei filius nuncupatur: ac sic indiscreta utriusque nominis maiestate, quia unitus est cum homine deus, quicquid est homo & deus, totum penitus nuncupatur deus. Et ideo idē Apostolus bene subdidit dicens: Quisquis crediderit, quia Iesus est filius dei, deus in illo manet, & charitas dei in eo perfecta est. Illū uerè prędicat credere, illū plenū diuina asserit charitate, qui Iesum filium dei credit. Filium autē dei uerbū dei esse testatur: ac per hoc unū atque idē penitus uult intelligi unigenitū uerbū dei, & Iesū Christū filium dei. Vis autē plenius scire, quamuis Christus secundum carnem uerè ex homine homo natus est, tamen propter ineffabilē sacramenti unitatem, qua unitus cum deo homo est, nullam penitus inter Christum & uerbum esse distantiam? Audi dominicum euangelium, immo potius audi ipsum descendentem deum. Hęc est, inquit, uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Superius audisti uerbum ad sanandos homines missum esse: hic autem audis eum qui missus, Iesum Christum esse. Separa hoc si potes: cum uideas tantam unitatem Christi & uerbi esse, ut non solum unitum cum Christo uerbū, sed etiam propter unitatem ipsam Christus iam uerbum esse dicatur. Sed parū hoc elu-

Ioan. 3. *Psal. 106.* *Lucæ 2.* *1. Ioan. 4.* *Ioan. 17.*

cere forſitan putas: no quia parum luceat, ſed quia infidelitas tenebroſa ſemper ipſa ſibi etiam in luce tenebras facit. Audi itaq; paucis ſermonibus omne hoc unitatis dominicę
1. Cor. 8. ſacramentum Apoſtolum complectentē, Vnus, inquit, dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Ieſu bone, quanta eſt authoritas in uerbis tuis? tua enim ſunt quæ à tuis per te dicuntur. Ecce hoc Apoſtoli dictū quàm paucis quanta complectitur? Vnus inquit, dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Nunquid ad prædicandum tanti myſterij ſacramentum aliqua circumitione uerborum uſus eſt? aut id quod intelligi à nobis uoluit, longæ orationis narratione tractauit? Vnus, inquit, dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Simplici tantum & breui locutione arcanum tantæ maieſtatis edocuit: hac ſcilicet fiducia, qua ſciebat ſermonē ſuum in negotio Dei longis argumentationibus non egere, & fidem dictis ſuis diuinitatem dare. Sola enim ad dictorum confirmationem, rerum ſufficit demonſtratio, quando probatio in authoritate dicentis eſt. Vnus, ergo inquit, dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Conſidera ubi hoc de uerbo patris legeris, quod de Chriſto legis. Omnia, inquit euangelium, per ipſum facta
Ioann. 1. ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Apoſtolus dicit, per Chriſtum omnia: euangelium dicit, per uerbum omnia. Nunquid repugnant ſibi ſermones ſacri? Non utique: ſed unum atq; eundem intelligi uoluit & Apoſtolus Chriſtum per quem omnia creata dixit, & euangeliſta uerbum per quod omnia facta eſſe memorauit. Oportuerat itaque quiſquis es. * Audi inquam quid ipſe de ſe uerbum dei Deus pronunciarit. Nemo, inquit, aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo. Et iterum: Si uideritis, inquit, filium hominis aſcendentem ubi erat prius. Filium hominis è cœlo deſcendiſſe memorauit. Quid eſt? quid muſſitas? Negato hoc, ſi hoc uales. Sed rationem dicti quęris: non reddo interim: Deus hoc dixit: Deus locutus eſt: uerbum illius ſumma ratio eſt. Remoueo argumenta, remoueo diſputationes: ſola mihi ad credulitatem ſufficit perſona dicentis. Non licet mihi de fide dicti ambigere, non licet deliberare. Quid mihi quærere quomodo uerum ſit quod Deus dixit: cum dubitare non debeam, quin uerum ſit quod Deus dixerit? Nemo, inquit, aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis, qui eſt in cœlo. Verbum utiq; patris ſemper in cœlo fuit: & quomodo ille filium hominis ſemper in cœlo fuiſſe memorauit? Intellige ergo quòd cum filium hominis eſſe docuit, qui ſemper Dei filius fuit: cū utiq; eum qui filius hominis nuper extitit, in cœlo ſemper fuiſſe confirmet. Huc accedit maius aliud, quòd eundē filium hominis, id eſt uerbum Dei quod deſcendiſſe de cœlo dixit, etiam tunc cum in terra loquitur, in cœlo eſſe teſtatur. Nemo, enim inquit, aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit filius hominis, qui eſt in cœlo. Quis quæſo eſt qui hoc loquitur? Chriſtus utiq;. Vbi autem tunc erat cum loqueretur? in terra ſcilicet. Et quomodo ſe & è cœlo cum natus eſt deſcendiſſe, & cum loquitur, in cœlo eſſe teſtatur: & eundem filium hominis eſſe dicit, cum utiq; & è cœlo niſi Deus deſcendere non potuerit: & cum in terra loquitur, in cœlo utique niſi per Dei infinitatem eſſe non poſsit? Aduerte ergo tandem & percipe, quòd idem eſt filius hominis qui uerbum Dei: quia & filius eſt hominis, dum ex homine uerè naſcitur: & uerbum Dei, dum idem qui in terra loquitur, manet ſemper in cœlo. Ac ſic humanæ eſt natiuitatis, quòd filium ſe hominis uerè dicit: diuinę autem infinitatis, quòd è cœlo penitus non recedit. Et ideo bene Apoſtolus inſtar diuinorum uerbo-
Ephеſ. 4. docens: Qui enim inquit, deſcendit, ipſe eſt & qui aſcēdit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia: & ipſum deſcendiſſe dicit quem aſcendiſſe. Deſcendere autem è cœlo non potuit, niſi uerbum Dei. Quod utiq; cum in forma dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo: humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem, mortē autem crucis. Deſcendit ergo è cœlo uerbum Dei: aſcendit autem filius hominis: ipſum ait aſcendiſſe quem deſcendiſſe. Ergo uides quod idem & filius hominis qui uerbum Dei? Et ideo ſecundū diuini uerbi magiſterium intrepidè iam & incunctanter & filius hominis è cœlo deſcēdiſſe, & dominus maieſtatis crucifixus eſſe dicendus eſt: quia ſecundum ſuſcepti corporis ſacramentum, & filius Dei factus eſt filius hominis, & in filio hominis crucifixus eſt dominus maieſtatis. Et quid plura? longum eſt de ſingulis multa dicere: dies enim me deficiet, ſi omnia quæ ad hanc rem afferri poſſunt, conquirere aut explicare tentauero.

Reuoluenda

Marginal notes: * Videtur hic aliquid deeſſe. — Ioan. 3. — Ioan. 6.

Reuoluenda enim hoc uolenti scriptura omnis, ac relegenda est. Nam quę sunt quæ nõ
pertineant ad hoc: cum omnia scripta sint propter hoc? Breuiter ergo ac strictim nonnul
la dici necesse est, ut dici possint: & enumeranda quædam magis quàm explicanda, ac
damnis (ut ita dicam) damna redimenda: Cum propter hoc utiq; conueniat aliqua trans
curri, necesse sit propè cuncta reticeri. Venit ergo, inquit saluator in euangelio, uenit fi- Lucæ 19.
lius hominis saluare quod perierat. Et Apostolus: Fidelis, inquit, sermo, & omni acce- 1. Tim. 1.
ptione dignus: quomodo Iesus Christus uenit in mundum peccatores saluos facere,
quorum primus ego sum. Sed & Ioannes euangelista: In propria, inquit, uenit, &
sui eum non receperunt. Vides ergo quod scriptura alibi filium hominis, alibi Iesum Ioan. 1.
Christum, alibi uerbum dei in mundum uenisse prædicat? Intellige itaque dissimilitu-
dinem appellationum esse, non rerum: & in diuersa nominum specie unam esse uirtu-
tem. Nam licet uenisse in mudum nunc filius hominis, nunc dei nominetur, id est uer-
bum: unus tamen in utroque nomine designatur. Nam cum utique secundum euan-
gelistam is in mundum uenerit, per quem ipse factus est mundus: & filius hominis fa-
ctus sit, qui est mundi creator deus: non interest quid in singulis nominetur qui deus in o-
mnibus intelligitur. Non præiudicat enim diuinitati dignatio aut uoluntas sua: cum hoc
utiq; magis diuinitatem ipsam comprobet: quia quicquid uoluit, hoc fuit. Ergo & quia
uoluit, in mundum uenit: & quia uoluit, homo natus est: & quia uoluit, filius hominis ap-
pellatus est. Omnia enim sicut uocabula sunt, ita uirtutes dei. Non imminuit in illo dissi-
militudo nominis uim potestatis. Quicquid libet dictus fuerit, in cunctis unum est: sic
licet in specie uocabulorum aliqua diuersitas, non est in uirtute nominum nisi una maie-
stas. Verùm quia hactenus euangelicis uel maximè atq; Apostolicis quasi nouis testi-
bus usi sumus: nunc de propheticis ueteribus proferamus: admiscentes interdum anti-
quis noua: ut intelligant omnes, scripturam sacram uenturum in carne dominum, toto
quodammodo suo corpore, quasi uno ore clamasse. Ait itaque eximius ille & admira-
bilis tam munere dei diues, quàm testimonio, cui uni admodum contigit sanctificari an-
tequam nasci, Hieremias propheta: Hic est, inquiens, dominus noster: non reputabi-
tur alius præter eum: qui inuenit omnem uiam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo,
& Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & inter homines conuersatus est. Hic Hier. 3.
est, ergo inquit, deus noster. Vides à propheta deum quasi manu indice ostendi, & qua-
si digito significante monstrari? Hic est, enim inquit, deus noster. Dic mihi er-
go, quem deum his signis propheta tunc atque indicijs demonstrabat? nunquid nam
patrem? Et quid necesse erat ostendi eum quem se omnes nosse credebant? Non enim Iu-
dæi deum tunc ignorabant: quia sub dei lege uiuebant. Sed id agebatur utique, ut filium
deum noscerent. Et ideo bene propheta eum qui omnem disciplinam inuenisset, id est,
legem dedisset, uidendum in terris, id est, uenturum in carne dicebat: ut quia eum qui
legem dedisset, deum esse Iudæi non dubitarent eum qui in carne uenturus esset, co-
gnoscerent: cum eum utique quem legislatorem deum crederent, uidendum inter hoi
mines per susceptionem humanæ carnis audirent: eundem ipso quoque scriptura sa- Esa. 52.
cra per prophetam aduentum proprium pollicente: Quia ego ipse qui loquebar,
ecce adsum: Non reputabitur, inquit, alius præter eum. Pulchre his propheta
præuidens peruersa dogmata, omnem sensum hæreticæ peruersitatis exclusit, dicens:
Non reputabitur alius præter eum. Hic est enim unus ex deo in deum natus: cuius
iussione uniuersitatis opus secutum est: cuius uoluntas rerum ortus est: cuius imperium
mundi fabrica est: qui cuncta dixit, & facta sunt: cuncta mandauit & creata sunt. Hic
ergo unus est ad patriarchas loquens in prophetis manens, ex spiritu conceptus, natus
ex uirgine Maria: in mundo uisus, inter homines conuersatus, affigens ligno crucis chi-
rographum peccatorum, triumphans in semetipso, aduersarias nobis inimicasq; uirtu-
tes morte occidens, resurgendi fidem omnibus tribuens, gloria sui corporis corruptio-
nem humanæ carnis interimens. Vni ergo hæc domino Iesu Christo peculiaria sunt:
& ideo non reputabitur alius ad eum: quia unus in hac gloriæ ac beatitudinis singu-
laritate deus ex deo natus est. Id ergo prophetica doctrina tunc agebatur, ut
unitus à cunctis dei patris filius discerετur: & cum ad filium non reputari deum
alterum audirent, unum utique in patre ac filio deum esse cognoscerent. Post hæc inquit,
in terr

in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Vides quòd euidenter hic aduentus domini ac diuinitatis deſignatur? Nunquid enim pater unquam, qui non niſi filio tantum uiſibilis eſſe legitur, aut in terris uiſus eſt, aut in carne æditus, aut inter homines conuerſatus eſt? Non utiqꝫ. Intelligis ergo quòd omnia hæc de filio Dei dicta ſunt. Nã & cum uidendum in terris Deum propheta dixerit: et alius pręter filium non ſit uiſus in terris: non de alio hoc abſqꝫ dubio propheta dixit, quàm in quo dictum poſtea res probauit. Cum enim uidendum utiqꝫ Deum dixerit, non de alio hoc uerè dicere potuit, q̃
Eſaias 45. qui uerè poſtea uiſus fuit. Sed de hoc ſatis hactenus: nunc ad alia tranſeamus. Labor, inquit Eſaias propheta, labor Aegypti & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim uiri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt: poſt te ambulabunt, uincti manibus pergent, & te adorabunt, teqꝫ deprecabuntur: quoniam in te eſt Deus, & non eſt præter te Deus. Tu es enim Deus noſter, & neſciebamus, Deus Iſraël ſaluator. Quàm benè ſibi diuina ſemper ſcripta conueniunt. Superior enim propheta dixit, hic eſt Deus noſter: iſte autem, tu es Deus noſter. In illo utiqꝫ diuina doctrina, in hoc humana confeſsio eſt. Alter perſonam magiſtri docentis, alter perſonam populi confitentis explicuit. Pone enim nunc docentem quotidie in eccleſia, ſicut facit. Hieremiam prophetam, ac dicentem de domino Ieſu Chriſto, hic eſt Deus noſter: quid aliud utiqꝫ reſponderet cuncta eccleſia, ſicut facit, quàm id quod alius propheta ad dominum Ieſum dixit, tu es Deus noſter? Ita ut benè præſenti confeſsioni etiam præterita ignorantia poſsit adiungi, dicente populo: Tu es Deus noſter, & neſciebamus. Benè enim hi qui prius dęmonicis ſuperſtitionib. occupati, ignorabant Deum, conuerſi ad fidẽ dicere poſſunt: Tu es Deus noſter, & neſciebamus. Quod ſi ex Iudęorum magis perſona probari tibi idipſum cupis: conſidera poſt infœlicem ignorantiam, & impiam perſecutionem conuertentes ſe ad fidẽ, & agnoſcentes Deum paſsim populus Iudæorum: & uide an rectè dicere poſsint: Tu es Deus noſter, & neſciebamus. Sed ego addo aliud: ut tibi non ex confitentibus tantummodo Iudęis, ſed etiam ex negantibus probem. Interroga enim eos qui perdurant adhuc in ſacrilegio Iudęos, an ſciant uel credant Deum. Scire utiqꝫ ſe & credere confitebuntur. At cõtrà interroga an credant filium Dei: negabunt profecto & blaſphemabũt. Vides ergo quod de eo hoc propheta dixit, quem Iudęi & neſcierunt ſemper, & adhuc neſciunt, nõ de eo quem utique & credere ſe putant & confiteri. Et ideo benè hi qui ex Iudęis ad fidem poſt ignorantiam ueniunt, dicere poſſunt: Tu es Deus noſter & neſciebamus. Rectè enim hi qui poſt ignorantiam credunt, neſciſſe ſe dicunt, quem adhuc non credentes ſe neſcire contendunt. Palàm enim eſt, quò eum neſciſſe ſe prius dicunt, poſt ignorantiam confitentes, quem adhuc neſciunt denegantes. Labor, inquit Aegypti & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim uiri ſublimes ad te tranſibunt. In his diuerſarum nationum uocabulis aduentum creditur harum gentium ſignificari: nemini dubium eſt. Tranſiſſe autem ad Chriſtum gentes, negare non uales: utpote quæ nomine Chriſtianitatis indepto, non fide tantum ad dominum Ieſum Chriſtum, ſed etiam ipſo nomine tranſierunt. Quia cum idem quot ſunt uocentur, factũ eſt quod erat fidei opus, nominis ſacramentum. Ad te, inquit, tranſibunt, & tui erunt: poſt te ambulabunt, uincti manibus pergẽt. Sicut ſunt uincula coertionis, ita ſunt uincula charitatis: ſecundum illud quod ait domi
Oſeæ 11. nus: Attraxi eos in uinculis charitatis. Verè enim magna ſunt hęc uincula, & ineffabilis charitatis: quibus qui alligantur, gaudent catenis ſuis. Vis ſcire hoc uerũ eſſe: audi Apo
Epheſ. 4. ſtolum Paulum gaudentem & exultantem uinculis ſuis, cum ait: Obſecro uos ego uinctus in domino. Et illud obſecro, cum ſis talis ut Paulus ſenex, nunc autem & uinctus Chriſti Ieſu. Vides quantum gaudebat uinculorum ſuorum merito, quorum etiam nos Deus prouocabat exemplo. Non dubium eſt autem, in quibus eſt domini amor, unum eſſe dominicæ uinculationis affectum, ſecundũ illud: Multitudinis autem credentium erat cor & anima una. Te, inquit, adorabunt, tèque deprecabuntur: quoniam in te eſt Deus, & nec pręter te Deus. Dictum prophetæ & Apoſtolus euidenter expoſuit, dicens Quoniã Deus erat in Chriſto, mundũ reconcilians ſibi. In te ergo eſt Deus, inquit & non eſt præter te Deus. Benè propheta dicens, In te eſt Deus, non tantum eum qui præſens eſſet, ſed etiam eum qui eſſet in præſenti, monſtrauit: habitantem ſcilicet ab eo in quo habitaret, naturæ ſignificatione, non unitatis abnegatione diſtinguens. Tu,

inquit,

inquit, Deus, & nesciebamus, Deus Israël saluator. Quamuis multis iam scriptura & euidentibus signis, de quo loqueretur, ostenderet: expresit tamen manifestissime in saluatoris nomine Christi nomen: quia idem saluator utique qui Christus, dicente angelo: Quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Iesum enim Hebraicè saluatorem interpretari nemini dubium est: sicut angelus sanctæ Mariæ uirgini protestatur, dicens: Et uocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ac ne fortè eum hoc modo saluatorem diceres prædicatum, quo de alijs dictum est: Et suscitauit eis dominus saluatorem Othoniel filium Chenez, & iterum: Suscitauit eis dominus saluatorem Aod filium Gera: adiecit: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Non autem humanæ opis redimere populum à captiuitate peccati: quod illi soli utique possibile est, de quo dictum est: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Cęteri enim non suum populum, sed Dei: & non à peccatis, sed ab hostibus saluauerunt. Tu, ergo inquit, Deus noster & nesciebamus, Deus Israel saluator. Quos magis putas hoc dicere? quibus hoc magis putas conuenisse? Iudæis an gentibus? Si Iudęis: Iudæi utique Christum non cognouerunt, secundum illud: Israël autem me non cognouit, & populus meus nō intellexit. Et illud: Et mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit: in propria uenit, & sui eum non receperunt. Si autem gentibus: palàm est quod Christum gentilitas idolis occupata nesciuit: quamuis illa nec patrem scierit: sed tamen etiamsi nunc nouit. Vides ergo quòd siue ex gentibus sit credens populus, siue ex Iudæis, benè pro se uterque dicit: Tu es Deus noster, & nesciebamus, Deus Israël saluator. Quia & gentes colentes prius idola, ignorabant Deum: & Iudęi negantes dominum, ignorabant filium Dei. Ac per hoc benè de Christo tam illi quam isti dicunt: Tu es Deus noster, & nesciebamus. Quia tam illi nesciebant Deum qui non credebant, quàm illi filium qui negabant. Sic ergo Christus credendus est, ut ueritas loquitur, ut diuinitas protestatur, ut Christus denique ipse prædicat, qui utrunque est. Quid interserere te infœlix furor inter Deum & Christum niteris? quid separare corpus suum à filio Dei appetis, & ipsum à se Deum diuidere conaris? unita dissecas, & coniuncta discernis. Verbo Dei de Deo crede: nulla enim re melius confiteri diuinitatem Dei omnino poteris, quàm ea ipsa de se sicut diuinitas docuit, uoce fatearis. Scitote enim iuxta prophetam: quia dominus ipse est Deus, qui inuenit omnem uiam disciplinæ: qui utique & in terris uisus est, inter homines conuersatus est. Ipse lumen fidei in mundum intulit: ipse lucem salutis ostendit. Deus enim dominus, & illuxit nobis. Hunc ergo crede, hunc dilige, hunc confitere. Quia quando ei, ut scriptum est, omne genu flectetur, cœlestium & terrestrium & infernorum: & omnis lingua confitebitur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris: uelis nolis, negare nō poteris, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Hæc enim perfectæ confessionis perfecta uirtus est, Deum ac dominum Iesum Christum semper in Dei patris gloria confiteri. Amen.

Lucæ 2. Esa. 1. Ioan. 1. Psal. 107. Philip. 2.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE DOMINI LIBER QVINTVS.

DIximus libro primo hæresim Pelagianæ hæreseos disciplinam atque imitatricem, id omnibus modis tentasse atque pugnasse, ut Dei filius dominus Iesus Christus, natus ex uirgine, homo tantūmodo solitarius crederetur: & arrepta postmodum uirtutis uia id eum piè religioseque uiuendo obtinuisse, ut dignus per hanc uitæ sanctimoniam fieret, cui se maiestas diuina sociaret: ac sic exclusa ab eo penitus sacræ originis dignitate, sola ei tantummodo meritorum relinqueretur electio. Id adnitentes utique ac laborantes, ut eo quasi in plebem omnium misso, & uelut in turbam humani generis aggregato, id per bonorum actuum cōuersationem mereri omnes homines posse dicerent, quicquid bene uiuendo ille meruisset. Pestifera scilicet ac letalis assertio: quæ & Deo uera derogans, & hominibus falsa promittens, in utroque esset damnabilis mendacij, dum & sacrilegij iniuria deum afficit, & hominem in spem falsæ præsumptionis inducit. Peruersissima scilicet atque impijssima assertio, mortalitati donans quod non erat, Deo tollens quod erat.

Huius

Huius ergo pernitiosę ac mortiferę prauitatis hęc quę nunc orta est recens hæresis, qua si rediuiuos quodammodo suscitans cineres, in ueteribus fauillis nouum mouit incendium. Solitarium quippe hominem natum esse asserit dominum Iesum Christum. Et ideo quid necesse est ut requiramus, an in consequentibus eius peruersitatis sit quæ est in capite ipso sceleris unius? Superfluum quippe est expectare in posterioribus qualis sit, quæ expectandi omnino causas iam in principio non reliquit. Quę enim ratio est explorare, an in similitudinem superioris hæreseos eadem promittat homini, quæ (quod immanissimum scelus) eadem tollit Deo? Ita ut penè impium sit, cum uideamus quid precesserit, requirere quid sequatur: quasi uerò aliqua in consequentibus causa afferri possit, qua se probet non esse impiū qui negaret Deum. Ait ergo, ut sæpè iam diximus, noua hæresis, dominum Iesum Christum hominem tantummodo solitarium, ex uirgine natum esse: et ideo Mariam Christotocon, non theotocon esse appellandam: quia sit Christi mater, non Dei. Addit pręterea sacrilegę assertioni quàm praua argumenta, tam friuola, dicens: Nemo anteriorē se parit. Quasi uerò unigeniti Dei natiuitas à prophetis prędicta, à seculis prenunciata, humanis sit tractanda aut æstimanda rationibus. Aut uerò ipsa, quisquis es ô hæretice, cui de partu suo calumniaris, uirgo Maria proprijs hoc quod actum est egerit consummaritq; uirtutibus: ut ei in tanta re, ac tanto opere imbecillitas obijciatur humana. Si quid itaq; in hac re per hominis opus actum est humanas quęre rationes. Si autem totum quod actum est, Dei uirtus est: quid impossibilitatē expectas humanā, ubi efficientiam uides esse diuinam? Sed de hoc tamen plenius postea. Nunc quod paulò anterius dicere cœpimus exequamur: ut omnes sciant in Pelagianis cineribus ignes quęrere se, & nouis sacrilegorum flatibus fauillas ueteres excitare. Dicis ergo Christum hominem tantummodo solitarium natum esse. Hoc utiq; & illa quā in primo libro euidenter ostendimus, Pelagianę impietatis hæresis prædicauit, Christū hominem tantummodo solitarium natum esse. Addis pręterea, dominum ipsum omnium Iesum Christum theotocon imaginem appellandū, id est non Deum, sed susceptorē Dei, scilicet ut eum non propter se quia sit Deus, sed quia Deum in se suscipiat, honorādum putas. Hoc utiq; illa etiam quam ante dixi hæresis asserebat, Christū non propter se colendum, uidelicet quia Deus esset, sed quia bonis ac pijs actibus Deum in se habere meruisset. Ergo uides Pelagianum te uirus uomere, Pelagiano te spiritu sibilare. Vnde conuenit, ut de te non tam iuducandum quàm iudicatum esse uideatur: quia cū eiusdem erroris sis, necesse est eiusdem quoq; etiam damnationis esse credaris. Vt non dicā illud interim, quod imperiali statuæ comparans, in tantam sacrilegij impietatē ac blasphemiam prorupisti, ut rectè admodū etiam Pelagium, qui penè omnes impietates uicerit, hac amentia uicisse uidearis. Ais ergo Christum theotocon imaginem appellandū id est non propter se eum quia sit Deus, sed quia Deum in se susceperit honorandum. Hoc modo ergo nihil inter eum & omnes qui fuerūt sanctos homines esse asseris: quia omnes utiq; sancti homines Deum in se habuerunt. Siquidem & in patriarchis Deum fuisse, & in prophetis Deum locutū non ignoramus. Omnes deniq; non dico Apostolos, martyres, sed quoq; sanctos Dei, & seruos Dei habere in se spiritum Dei credimus, secundum illud: Vos estis templlum Dei uiui, sicut Deus dixit: Inhabitabo in eis. Et iterum: Nescitis quia templū Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Et per hoc omnes theotoci sunt: ac sic hoc modo cunctos admodum Christo similes, & Deo pares dicis. Sed absit hæc abominandi erroris impietas, ut facturæ suæ factor, ut famulis suis dominus, ut terrenæ fragilitatis Deus terrestrium & cœlestium comparetur: & hæc ei ex beneficijs suis iniuria fiat, ut qui habitatione sua dignatur hominem, idcirco idē quod homo esse dicatur. Quinimò hoc inter illum interest & sanctos omnes, quod inter habitaculum & habitatorem: quod utiq; ut habitetur non habitaculi est, sed habitatoris. in cuius scilicet arbitrio est & ædificatio habitaculi, & usus: id est uel ut uelit habitaculum ipsum facere, uel ut cum fecerit, dignetur habitare. An experimentum quęritis, inquit Apostolus, eius qui in me loquitur Christus? Et alibi: Nescitis quia Christus Iesus in uobis est? nisi fortè reprobi estis, Et iterum: Interiore inquit homine habitare Christū per fidem in cordibus uestris. Vides quid intersit inter doctrinam Apostolicam & blasphemiam tuam? Tu in Christo Deum uelut in homine habitare dicis: ille Christum ipsum in homin

2.Cor.6. 1.Cor.3. 2.Cor.13. Ibidem. Eph.3.

in hominibus habitare testat. Quod profectò, ut tu ais, caro & sanguis facere non possunt: scilicet ut ex hoc ipso quo eum Deum tu esse negas, Deus probetur. Nam cum eum qui in homine habitet Deum non neges, necesse est ut eum quem in hominibus habitare cognoscimus, euidentissime Deum esse credamus. Omnes ergo siue patriarchæ, siue prophetæ, siue Apostoli, siue martyres, siue denique sancti omnes, habuerunt quidem in se Deum, & omnes filij Dei facti sunt, & omnes theotoci fuerunt: sed diuersa utique multò dissimiliqúe ratione. Omnes enim credentes Deum, filij Dei sunt per adoptionem, unigenitus autem filius per naturam: qui non ex materia aliqua est à patre genitus: quia omnis res, & omnis rerum materia, per unigenitum Dei filium est, non ex nihilo, quia ex patre: non quasi partus, quia nihil in Deo uacuum atque mutabile: sed ineffabiliter atque inæstimabiliter Deus pater in his quæ ingenita in se erant, unigenitum suum genuit: ac sic ab ingenito summo & sempiterno patre, unigenitus summus & sempiternus est filius: idem habendus in carne, qui habetur in spiritu: idem credendus in maiestate, qui nasciturus in carne. Non diuisionem aliquam aut discissionem sui fecit, ut se ex parte aliqua non nascente pars sui aliqua nasceretur: aut aliquid in eo diuinitatis postea superueniret, quod in eo natum ex uirgine non fuisset. Omnis enim, iuxta Apostolum, omnis in Christo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Col.2.
Non quia aliquando habitauerit, & aliquando non habitauerit nec quia postea fuerit, & ante non fuerit. Alioquin ad illam Pelagianæ hæreseos impietatem deuoluimur: ut dicamus ex certo tempore habitantem in Christo Deũ: tum in eum superuenisse, quando ille uita & conuersatione id promeruerit, ut in se uirtus diuinitatis habitaret. Hominum ergo hominum sunt hæc, non Dei: ut inquantum humana imbecillitas ualet, Deo se humilient, Deo subdant, Dei se habitaculum faciant, & habere hospitem atque habitatorem Deum fide & pietate mereantur. Quia prout quis idoneus munere dei fuerit, ita eum diuina gratia muneratur. Prout si quis dignus putatur deo, ita dei fruitur aduentu, secundum illam domini promissionem: Si quis diligit me, sermonem Ioan.14.
meum seruabit: & ego & pater meum ueniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Longè autem alia de Christo res atque ratio est: in qua omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter: & qui ita diuinitatis plenitudinem in se habet, ut cunctis de sua plenitudine largiatur: qui inhabitante in se diuinitatis plenitudine, ita ipse in singulis sanctorum habitat, prout eos dignos suo putarit habitaculo: & ita omnibus de plenitudine sua tribuit, ut ipse in plenitudine sua iugiter perseueret: qui utique etiam cum in corpore suo in terra esset, animabus tamen sanctorum omnium inerat: cœlos, terras, mare, omnem denique uniuersitatem infinitate potentiæ suæ ac maiestatis implebat: & ita totus in seipso erat, ut eum tamen mundi uniuersa non caperent. Quia quamlibet magna sint & ineffabilia quæ facta sunt, nulla tamen tam capacia & immensa sunt, quæ ipsum possint capere factorem. Iste ergo est de quo propheta dicit: Quoniam in te est deus, & non est præter te deus. Tu es enim deus noster, & nesciebamus, deus Israël saluator: qui in terris utique postea uisus est, & cum hominibus conuersatus est. De quo etiam Dauid propheta ex persona ipsius dicit: De uentre ma- Psal.21.
tris meæ deus meus es tu. Ostendens utique quòd nunquam homo ille dominicus sine unitate dei fuerit: in quo ipso statim uirginis utero plenitudo diuinitatis habitaret. Sicut & alibi idem propheta: Veritas, inquit, de terra orta est, & iustitia de cœlo prospe- Psal.48.
xit. Vt intelligeremus scilicet prospiciente è cœlis filio dei, id est aduenientе ac descendente, iustitiam natam esse è carne uirginis: non phantasiam corporis, sed ueritatem. Ipse est enim ueritas, secundum illud ipsius testimonium ueritatis: Ego sum ueritas, & ui- Ioan.14.
ta. Ergo quia anterioribus libris ueritatem hanc, id est dominum Iesum Christum natũ ex uirgine deum probauimus: nunc ut libello abhinc proximo instituimus, eum qui ex uirgine nasciturus esset, semper deum prænunciatum esse doceamus. Ait itaque Esaias propheta: Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius: quia in quo reputatus est Esa.2.
ipse, uel ut atq; euidentius in Hebræo est: quia excelsus reputatus est ipse. Pulchre autem dicens, quiescite, uerbo uim prohibentis inquietudinem persecutionis expressit. Quiescite, inquit, ab homine, cuius spiritus in naribus eius: quis excelsus reputatus ipse est. Nunquid non una eademq; sententia & humani corporis susceptionem, & dei lo-

cutus est ueritatem? Quiescite, inquit, ab homine, cuius spiritus in naribus eius: quia excelsus reputatus est ipse. Nonne tibi quæso palàm alloqui persecutores domini uidet, dicens: Quiescite ab homine, quem persequimini: quia hic homo dei est? Et licet in humilitate humanæ carnis appareat, in celsitudine tamen diuinæ magnificentiæ perseuerat. Bene autem dicens prophnta: Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius: certissima humani corporis significatione hominem demonstrauit. Intrepide utiq; ac fiducialiter: utpote qui tam constanter ueritatem hominis assereret quàm dei: quia hæc fides uera est & catholica, credere dominum Iesum Christum ita substantiam ueri corporis, sicut ueritatem perfectæ diuinitatis habuisse. Nisi fortè in illo aliquid ambigendum putes, quia excelsum pro deo posuit: cũ utiq; hic mos scripturæ sacræ sit excelsum pro
Psal. 45. deo dicere, sicut illud prophetæ: Dedit uocem suam excelsus, & mota est terra. Et, Tu so
Psal. 82. lus excelsus super omnem terram. Esaias quoq; qui hæc dicit: Excelsus & sublimis ha
Esa. 51. bitans æternitatem. In quo manifeste intelligendũ est: cum illic excelsum sine ulla adiectione dei posuerit, quod etiam hic deum in excelsi nomine nuncuparit. Ergo quia euidenter per prophetam sermo diuinus dominum Iesum Christum & hominem & deum prænunciauit: uideamus an ueteribus testimonijs etiam nunc conueniant & concor
I. Ioan. I. dent noua. Quod fuit, inquit Apostolus Ioannes, à principio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ palpauerunt de uerbo uitæ, & uita manifestata est: & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Vides quemadmodum uetera recentibus roborentur, & antiquam pernunciationem nouæ prædicationis confirmatio consequatur? Esaias dixit: Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus: quia excelsus reputatus est ipse. Ipse Ioannes autem: Quod fuit, inquit, à principio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quòd perspeximus & manus nostræ palpauerunt. Ille persequendum à Iudæis hominem esse dixit: Hic palpatum hominem humanis manibus prædicauit. Ille eundem quem hominem annunciarat, deum excelsum prædixit: Hic eum quem palpatum ab hominibus esse docuit, deum in principio semper fuisse memorauit. Ergo euidentissimum est, quòd ambo dominum Iesum Christum & hominem manifestarunt & deum: quia eundem postea hominẽ quem semper deum: ac per hoc hominem & deum, quia hominem ipsum deum. Quod fuit, ergo inquit, in principio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ palpauerunt de uerbo uitæ, & uita manifestata est: & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitam ęternam, quę erat apud patrem, & apparuit nobis. Vides quot indicijs, quot modis, quàm uarijs, quàm multiplicibus dilectissimus ille ac deuinctissimus deo Apostolus, sacramentum diuinæ incarnationis insinuet? Iam primum quòd eum qui in principio semper fuerit, uisum in carne esse testatur. Deinde ne id quod auditum ac uisum dixerat, parum incredulis uideretur, palpatum quoq;, id est tactum atq; tractatum tam suis quàm cæterorum manibus confirmauit. Bene utique per manifestationem assumptæ carnis, opinionem Martionitarum, ac Manichei errorem excludens: ne quis phantasiam ab hominibus uisam crederet, cum palpatam corporis ueritatem à se apostolus prædicasset. Deinde addit, uerbum uitæ & uitam manifestatam: hoc se uidisse, hoc annunciare, hoc protestari, simul scilicet & exequens officium fidei, & ingerens terrorem incredulitati: ut cum ille utique protestatur se prædicare, sibi non imputaret periculum suum qui noluisset audire. Annunciamus uobis, inquit, uitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis: hoc quod apud patrem semper fuit, hominibus apparuisse: hoc quod in principio semper fuit, ab hominibus uisum esse: hoc quod uerbum uitæ sine exordio erat, palpatum humanis manibus docuit esse. Vides quot modis, quàm uarijs, quàm multiplicibus, quàm indiuiduis, quàm apertis ita sacramentum uitæ cum deo carnis exposuit, ut nemo alterutrum dicere omnino possit, qui non
Heb. 13. utrunq; memoraret. Quod ipse quoque Apostolus alibi euiddntissime: Iesus enim, inquit, Christus heri & hodie ipse & in secula. Hoc est illud utique quod superiore testimonio dixit: quod erat à principio, hoc manus nostræ palpauerunt. Non quia palpari spiritus per se possit: sed quia uerbum scilicet caro factum, in homine quodammodo,

cui

cui unitum fuerat, palpabatur. Et ideo idem Iesus heri & hodie: id est idem ante exordium mundi, qui in carne: idem in præterito, qui in præsenti: idem quoque etiam in secula, quia idem per omnia qui ante omnia. Et hoc totum dominus Iesus Christus. Et quomodo idem ante mundi ortum, qui nuper ortus? scilicet quia idem in homine nuper ortus, qui ante ortum omnium deus. Et ideo Christus totum nominatur quod deus: quia tanta est Christi & dei unitas, ut nemo utique iam omnino possit uel Christum dicens, non Deum in Christi nomine dicere: uel deum dicens, non Christum in Dei nomine nuncupare. Ac sic unito sibi penitus per maiestatem sacræ natiuitatis utriusque substantiæ sacramento, quicquid erat, scilicet homo & deus, factum est totum deus. Vnde Apostolus Paulus uidens reuelatis fidei oculis totum in Christo inexplicabilis maiestatis arcanum, ita locutus est, inuitans ad referendam deo gratiam agnoscentes beneficia dei populos: Gratias, inquit, agentes patri, qui dignos nos fecit portione sortis sanctorum *Col. 1.* in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum: qui est imago dei inuisibilis, primogenitus uniuersæ creaturæ: quia in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra, uisibilia & inuisilia, siue throni, siue dominationes, siue potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipsum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quę in cœlis, siue quæ in terris sunt. Nunquid & hoc aliqua interpretationis adiectione indiget cum ita copiosè & euidenter expressum sit, ut in se non solum rerum fidem, sed etiam expositionis habeat claritatem? Gratias enim agere nos patri iubet: magna utique causa agendæ gratiæ adiecta: quia dignos nos fecerit portione sanctorum, & ereptos de potestate tenebrarum transtulerit in regnum filij dilectionis suæ: in quo habeamus redemptionem & remissionem peccatorum: qui sit imago dei inuisibilis, primogenitus uniuersæ creaturæ: quia in ipso ac per ipsum creata sint omnia: quorum utique sicut factor ipse, ita etiam gubernator sit. Et quid post hæc? Ipse est, inquit, caput corporis ecclesiæ: qui est principium, primogenitus ex mortuis. Resurrectionem quasi generationem scriptura nominat: quia sicut generatio uitam creet, ita resurrectio generat ad uitã. Vnde etiam resurrectio ipsa regeneratio nuncupatur, secundum illud domini testimoniũ: Amen dico uobis, quòd uos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius ho- *Matth. 19.* minis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Ergo primogenitum ex mortuis eum dicit, quem superius inuisibilem dei filium atque imaginem prædicauit. Quis autem imago inuisibilis dei nisi unigenitus uerbum dei? Et quomodo is resurrexisse ex mortuis dicitur, qui imago ac uerbum dei inuisibilis nominatur? Et quid tamen adhuc additur? Vt sit, inquit, ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipsum reconciliare omnia ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quę in cœlis, siue quę in terra sunt. Nunquid indiget primatu uniuersorum creator omnium? aut in principatu eorum quę à se facta sunt, ipse qui fecit? Aut nunquid dici de uerbo potest, ut in eo qui sit primogenitus ex mortuis, complacuerit omnem plenitudinem habitare, qui utique unigenitus filius dei, & uerbum dei ante uniuersa rerum exordia, patrem inuisibilem in se habens, ita prius omnem plenitudinem in se habuit, ut esset ipse omnium plenitudo? Et quid postremo? Omnia, inquit, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terra siue quæ in cœlis sunt. Manifestauit utique apertissimè de quo diceret, quem primogenitum ex mortuis nominasset. Nunquid enim per uerbi aut spiritus sanguinẽ reconciliata ac pacificata sunt omnia? Non utique: Neque enim in naturà cadere impassibilẽ res ulla potuit passionis, aut fundi sanguis ualuit nisi hominis, aut mori alter quàm homo: & tamen idem qui in sequentibus mortuus dicitur, superius imago dei inuisibilis prædicatur.

Quomodo ergo & hoc scilicet quia id omni modo ab Apostolis cautum est, ne aliqua uideretur in Christo esse diuisio, & unitus in filio hominis filius dei inciperet per erraticas interpretationes duas habere personas, ac per prauas atque impias opiniones, qui esset scilicet in se unus, duplex fieret in nobis. Et ideo pulchre ac mirabiliter ab ipso

unigenitô filio dei usque ad unitũ filio dei filium hominis prædicatio apostolica descendit: ut sicut ipse rerum ordo, ita etiam doctrinæ sermo decurreret. Ita cuncta inseparabili connexione, & quasi quodam ponte continuans, ut sine ulla penitus diuisione & intervallo eum quem in principio mundi legeres, in fine temporis inuenires: neque ulla omnino distractione impiæ discessionis admissa, unum in carne atque alium in spiritu filium dei crederes: Cum ita apostolicũ magisterium, deum pariter atque hominem per sacramentum corporeæ natiuitatis uniisset, ut eundem tibi reconciliantem in cruce omnia demonstraret, quem ante exordium mundi imaginem dei inuisibilis prædicasset. Quod quidem apostoli dictum sit: tamen doctrina domini est. Idem enim hoc in Apostolo ad Christianos, qui consimile illud in Euangelio ad Iudæos per se locutus est, dicens: Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui ab eo. Neque enim ego à me uenio: sed ille me misit. Et deum utique se & hominem esse indicans. Hominem in hoc quòd hominem esse se prædicat. Deum in hoc quòd missum se esse confirmat. Apud eum enim necesse est semper fuerat à quo uenerat: & ab eo uenerat à quo se missum esse dicebat. Vnde etiam illud fuit, quod dicentibus ad se Iudęis: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Conuenientissima æternitatis ac maiestatis suæ uoce respondit, dicens: Amen amen dico uobis, priusquam Abraham fieret, ego sum Quæro ergo, cuius dictum hoc uelis esse? Christi utique absque dubio. Et quomodo qui natus recenti tempore fuerat, ante Abraham se esse dicebat? Per illum scilicet cui unitus erat penitus uerbum dei, ut intelligerent omnes quanta esset Christi ac dei unitas: cum quicquid deus in Christo diceret, totum iam sibi diuinitatis unitas uindicaret. Bene autem conscius æternitatis suæ, illa in corpore tunc Iudæis uoce respondit, qua quondam Mosi locutus fuerat in spiritu. Hic enim ait: Priusquam Abrahã fieret, ego sum. Mosi autem: Ego sum qui sum. Admirabili utique diuinæ naturæ æternitatem sermonis magnificentia prædicauit: quia nihil de Deo tam conueniens dici potest, quàm ut semper esse dicatur: quia esse nec pręterit initium, nec futuri terminum habet. Et ideo aptissimè hoc de æterni dei natura dicitur, quod æternitati optimè coaptatur. Quæ quidem ipse dominus Iesus Christus, cum de Abraham diceret, diuersitate sermonis ostendit, dicens: Priusquam Abraham fieret, ego sum. De Abraham dixit priusquam fieret: de se autem, ego sum scilicet: quia temporalitatis est fieri, esse æternitatis. Et ideo illud factum esse, humanæ tribuit breuitati: illud autem sum, naturæ suæ. Et hæc omnia Christus utique, qui per sacramentum unit hominis ac dei in illo qui semper fuerat, iam fuisse dicebat. Quod apostolus quoque cum dilucidare ac manifestare omnibus cuperet, ita locutus est: Quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundo eos qui non crediderunt perdidit. Sed & alibi: Neque tentemus, inquit, Christum, sicut quidam illorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt Eximius quoque Apostolorum Petrus: Et nunc quid tentatis deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Liberatum ab Aegypto dei populum, & per ingentes aquarum uias siccis pedibus abductum, ac per uastas eremi solitudines conseruatum, non nisi à solo absque dubio deo nouimus, secundum illud: Dominus solus ducebat eos, & non erat cum eis Deus alienus. Et quomodo Apostolus tam euidentibus testimonijs, & à Iesu liberatum ab Aegypto populum Iudæorum, & à decem millibus Iudæorum eum in deserto tentatum prædicat, dicens: Neque tentemus Christum, sicut quidam illorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt? Omnes quoque sanctos qui uixerunt sub lege ueteris testamenti, beatus apostolus Petrus per gratiam domini nostri Iesu Christi prædicat esse saluatos. Exi itaque, effuge hinc, si potes, tu quisquis ille es qui rabido ore, ac blasphemo spiritu furens, nihil interesse admodum inter Adam & Christum putas, & qui eum etiã post partum uirginis deum denegas. * Ioannes: Omnis, inquit, qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est antichristus Agnoscis'ne eum hæretice? Agnoscis de te iam palàm & designanter dixisse? Nemo enim ita soluit Iesum quàm qui non confitetur deum. Cum enim in hoc omnis ecclesiæ fides, & omnis cultus sit, Iesum deum uerum fateri: quis magis uenerationem eius & cultum soluere potuit, quàm qui totum in

[Margin notes: Ibidem. — Exodi. 3. — Iudæ 1. — 1. Cor. 10. — Act. 15. — Deut. 32. — 1. Ioan. 4. — * Desiderantur hic quędã]

eo

eo quod omnes colimus, denegauit? Caueas ergo obsecro caueas, ne quis etiam te antichristum dicere queat, Conuiciari me aut maledicere putas? Non meum est quod loquor, ecce euangelista dicit: Omnis qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est antichristus. Si non soluis Iesum, & deum non negas, antichristum te nullus dicere potest. Si autem negas, quid accusas quòd antichristum te quisquam esse dicat? Tu hoc de te, tu inquam dum negas, ipse dixisti. Vis scire hoc uerum esse? Dic mihi Iesum cum ex uirgine nasceretur, quid uelis hominem fuisse an deum? Si deum tantum, soluis utique Iesum: qui in eo hominem unitum deo fuisse deneges Si autem hominem, soluis utique nihilominus: qui solum tantummodo, ut facis, hominem natum esse blasphemes. Nisi forte existimas quòd non soluas Iesum, qui fuisse deum in eo denegas: qui solueris utique etiam si natum cum deo hominem denegares. Sed exemplis forsan hoc manifestius uelis fieri, accipe de utroque. Manicheus extra ecclesiam est, qui Iesum deum tantum fuisse asserit: Hebion, quia hominem. Vterque enim negauit ac soluit: alter solum dicendo hominem, alter tantummodo solum deum. Quia licet diuersa dixerint, par tamen est ipsius diuersitatis impietas. Nisi quòd si ulla inter malorum magnitudinem potest esse discretio, iniuriosior blasphemia tua est, quæ solum hominem asserit, quàm illa quæ solum Deum: quia licet utrunque malum sit, contumeliosius tamen est diuina domino quàm humana rapuisse. Fides ergo hæc tantum catholica, hæc tantum uera est, dominum Iesum Christum sicut deum ita hominem; & sicut hominem ita & deum credere. Omnis qui soluit Iesum, ex deo non est. Soluere autem hoc est, quod unitum est in Iesu, uelle rumpere: & quod indiuiduum, separare. Quid autem in Iesu unitum & indiuiduum? Homo utique & deus. Ergo ille Iesum soluit, qui hæc separauerit atque disruperit Alioquin si non disrumpit ac separat, ergo nec soluit. Si autem separat atque disrumpit, ille utique soluit. Et ideo omni homini in hanc blasphemiam atque insaniam prorumpenti, ipse pro se in Euangelio dominus Iesus illud quod ad phariseos locutus est, clamat, ac protestatur: Quod deus coniunxit, homo non separet. Quod licet illic ubi à Deo dictum est, ad causam aliam responsum esse uideatur: tamen profunditas dei, quę non magis de carnalibus quàm de spiritalibus loquebatur, cum de illo hoc, tum magis de hoc uoluit intelligi: quia credentibus tunc Iudæis id quod tu dicis hominem tantummodo Iesum sine deo esse, cum de societate coniugij dominus interrogaretur: non de eo tantum, sed etiam de hoc edocuit: & de minoribus consultus, etiam de altioribus maioribusque respondit, dicens Quod deus coniunxit, homo non separet. Hoc est: Nolite id separare quod in me deus iunxit: non separet humana impietas quod in me uniuit diuina maiestas. Vis autem plenius scire hoc ita esse, audi Apostolum de his ipsis de quibus tunc saluator docuit, disserentem: qui utique utpote magister à deo missus, ut capere tunc auditorum imbecillitas poterat, ea ipsa quę deus in mysterio prædicarat, exposuit. Cum enim de coniugio carnali, unde interrogatus in Euangelio saluator fuerat, disputaret, replicauit ea ipse quibus ille usus tunc fuerat legis ueteris testimonia, scilicet ut intelligeretur quòd eandem rem exponeret qui ijsdem testimonijs uteretur. Adijciens præterea, ne deesse causæ aliquid uideretur, etiam carnale coniugium mulieris quoque ac uiri nomen, quos ad mutuum adhortabatur affectum, ita posuit: Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus ecclesiam. Et iterum: Ita & uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui uxorem suam diligit, seipsum diligit. Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius. Vides quemadmodum Christi atque ecclesiæ nomina uiri ac mulieris nominibus adiungat? Omnes à carnali audientia ad spiritualem intelligentiam traxit. Cum enim omnia ista dixisset, subdidit ea quibus in Euangelio dominus usus fuerat testimonia, dicens: Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adiungetur ad uxorem suam: & erunt duo in carne una. Et quid post hæc? quasi cum magna clamoris protestatione subiecit: Sacramentum, inquit, hoc magnum est. Remouit utique de hoc omnino & amputauit carnalem intellectum, ubi sacramentum penitus dixit esse diuinum. Et quid tamen post ista subdidit? Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Cum dixisset, sacramentum hoc magnum est; non dixit, hæc est expositio sacramenti.

Math. 19. *Eph. 5.* *Ibidem.* *Math. 19.*

menti. Sed quid? Ego aũt dico in Christo & in ecclesia. Hoc est dicere: Illud quidẽ ma-
gnũ est sacramentũ: sed ego in Christo dico & in ecclesia. Hoc est: ut quia capere illud
ad præsens forsitan omnes non queunt, uel hoc capiant, quod tñ ab illo non discrepat,
nec diuersum est: quia utrunq; de Christo est. Sed quia profundiora illa nõ capiunt, hęc
saltẽ faciliora cognoscant: ut cũ promptiorẽ intellectũ cœperint capere, ad altiorẽ uale
ant peruenire: & planioris nũc rei adipiscentia, sit postea profundioris uia. Quod ergo
magnum illud est sacramentum, quod sub uiri atque uxoris nomine designatur? Apo-
stolum ipsum interrogemus: qui ad docendam eandem rem alibi uerbis rei ipsius usus
1.Tim.3. est dicens. Et manifeste magnũ est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in car
ne, iustificatum est in spiritu: apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in
mundo, assumptum est in gloria. Quod ergo magnum est illud sacramentum, quod ma
nifestatum est in carne? Deus scilicet natus è carne, deus uisus in corpore: Qui utique si-
cut palàm est manifestatus in carne, ita palàm est adsumptus in gloria. Hoc ergo ma-
gnum est sacramentum, de quo ipse ait: Propterea relinquet homo patrẽ suum & ma-
trem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Qui fuerunt ergo duo in carne
hominis, deus est atq; anima, secundum illud ipsius domini: Nemo potest à me tollere
animam meam: sed ego pono eam à me ipso. Potestatem habeo ponendi eam, & pote-
statem habeo iterum sumendi eam. Tria ergo nunc in hoc uides, deum, carnem, animã:
Psal.48 deus est qui loquitur: caro, in qua loquitur: anima, de qua loquitur. Propterea ergo ho-
mo ille, de quo propheta dicit: Frater non redemit, redimet homo? Qui, ut dictum est,
Ioan.10. ascendit ubi erat prius, & de quo legimus: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo
descendit filius hominis, qui est in cœlo. Propter hoc inquam relinquet patrem suum
& matrem: id est deum ex quo natus est, & Hierusalem illam quæ est mater omnium
nostrûm: & adhæsit humanæ carni quasi uxori suæ. Et idcirco de patre expresse dixit:
Ioan.3. Relinquet homo patrem suum: de matre autem non dixit, suam, sed tantummodo ma-
trem posuit: quia non tam ipsius erat mater, quàm uniuersorum credentium, id est om-
nium nostrum. Et adiunctus est uxori suæ: quia sicut uir & mulier unum corpus sunt,
ita maiestas diuinitatis, & caro hominis uniuntur, & facti sunt duo, id est deus atq; ani-
ma in carne una. Quia sicut caro illa habitatorem in se habuit deum, ita animam quoq;
in se cohabitantem deo. Hoc ergo magnum est illud sacramentum, quod inquirendum
nos admiratio apostoli uocat, & adhortatio diuinitatis inuitat: non alienum utiq; etiam
à Christo & ab ecclesia, ut ipse ait: Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Quia & ca-
ro ecclesiæ caro Christi est, & in carne Christi deus est atq; anima: ac sic idem in Christo
quod in ecclesia quia sacramentum quod in Christi carne creditur, etiam fide in eccle-
sia continetur. Hoc ergo sacramentum, quod & manifestatum est in carne, & apparuit
in mundo, & gentibus prædicatur, multi sanctorum ueterum sicut præuidebant in spiri
Matth.13. tu, ita uidere etiam in carne uoluerunt. Amen enim inquit dominus, dico uobis: quia
multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uos uidistis, & non uiderunt: & audire
Esa.64. quæ audistis, & non audierunt. Et ideo Esaias propheta: Vtinã, inquit, domine disrum-
Psal.143. peres cœlos, & descenderes. Sed & Dauid: Domine inclina cœlos, & descende. Moses
Exod.3. quoque: Ostende, inquit, mihi teipsum, ut manifeste uideam te. Nemo admodum pro-
pius quàm Moses legem capiens, alloquentem è nubibus deum, atq; ad ipsam admo-
dum præsentiam maiestatis accessit. Et quomodo cum nemo propiora quàm ille de
deo cerneret, adhuc manifestiora poscebat dicens: Ostende mihi, inquit, teipsum, ut ma
nifeste uideam te scilicet quia hoc ille fieri precabatur quod iisdem admodum uerbis
Apostolus factum esse dicebat: id est ut palàm dominus manifestaretur in carne, palàm
appareret in mundo, palam adsumeretur in gloria: & omnia oculis tandem carnalibus
sancti cernerent, quæ spiritalibus præuidebant. Alioquin si, ut hæreticus ait, deus futu-
rus in domino Iesu Christo erat, uelut in statua & in organo, id est ut habitaret tantum
quasi in homine, & loqueretur quasi per hominem: non ut ipse esset qui habitaret, atq;
ex se & ex suo corpore loqueretur deus: iam utiq; sic & habitaret in sanctis, & locutus
fuerat è sanctis. In his quoq; ipsis, quos supra dixi, qui aduentum ipsius precabantur, sic
erat ac loquebatur. Et quid necesse erat ut hoc omnes poscerent quod habebant, si hoc
petebant

petebāt quod iam acceperant? Aut quid uidere oculis cuperent quod corde retinebāt, præsertim cum plus sit eandem rem habere quempiam intra se, quàm uidere extra se? Aut si sic habitaturus erat in Christo Deus, sicut in sanctis omnibus: cur magis Christum uidere omnes sancti cuperent quàm seipsos? Et si eandem rem uisuri in domino Iesu erant, quam in se habebant: cur non plus multò arbitrarentur eandem rem in se habere quàm in altero uidere? Sed erras infelix furor, non intelligens, ut Apostolus ait, & quæ loquaris, & de quibus adfirmes. Omnes enim prophetæ, & omnes sancti portionem quandam diuini spiritus, prout capere poterant, à Deo acceperunt. In Christo autem omnis plenitudo diuinitatis habitauit atque habitat corporaliter. Et ideo longè de eius plenitudine sunt, ex cuius plenitudine aliquid accipiunt: quorum adimpletio Christi munus: quia uacui utiq; omnes erant, nisi ipse esset omnium plenitudo. Hoc ergo sancti omnes optabant, hoc præcabantur, hoc sic uidere oculis desiderabant, sicut animo ac mente sapiebant. Et ideo Esaias propheta: Vtinam, inquit, disrumperes cœlos, & descenderes. Sed & Habacuc idem adnuntians quod ille optans: Dum adpropiant, inquit, annis, ostenderis, in aduentum temporum demonstraberis. Deus de theman, siue illud: Deus ab Austro ueniet. Dauid quoque: Deus manifeste ueniet. Et iterum: Qui sedes super Cherubin, appare. Alij aduentum eius quem mundo præstitit, adnunciabant: alij postulabant. Nonnulli specie dispari, sed affectu pari: intelligentes utique aliquatenus quantam rem præcaretur, ut deus in deo habitans, in forma dei ac sinu permanens, semetipsum exinaniret, formam serui acciperet, & se usq; ad suscipiendas omnes passionum acerbitates contumeliasq; submitteret, subiret pœnam pro beneficijs: & quòd intolerabilissimum est & indignissimum, ab his ipsis mortem exciperet, pro quibus ipse moreretur. Intelligentes ergo hoc aliquatenus sancti omnes aliquatenus inquam intelligentes: quia quantum sit nemo intelligit: consona omnes aduentum dei uoce, & quasi conceptum mutuò postulabant. Scientes utiq; in hoc spem omnium consistere, in hoc salutem omnium contineri: quia nullus soluere uinctos possit, nisi immunis à uinculis: nullus eximere peccatores, nisi peccato carens: nemò liberare aliqua re quemquam potest, nisi ea re ipse liber sit qua re alius liberatur. Et ideo cum in omnes mors pertransisset, omnes uita indigebant: ut in Adā scilicet morientes, in Christo uiuerent. Quia quamuis multi sancti, multi electi ac familiares admodum deo fuerunt: nulli tamen potuerunt per se penitus esse salui, nisi fuissent aduentu domini & redemptione saluati.

1. Timot. 1.

Heb. 3.

Psal. 49.

Psal. 79.

Libri quinti finis.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE DOMINI, LIBER Sextus.

LEgimus in Euangelio, appositis iubente domino quinque panibus innumeram dei plebem esse saturatam. Et quomodo id tamen factum sit, nec enarrare sermo, nec colligere æstimatio, nec intelligere sensus potest. Tanta & tam incomprehensibilis diuinæ uis potestatis est: ut cum habeamus in nobis facti ipsius conscientiam, impossibile tamen nobis sit facti scire rationem. Iamprimum enim quis comprehendere queat, quomodo tam exiguus panum numerus, non dicā ad esum ac saturitatem, sed etiam ad diuisionem ipsam appositionemq; sufficeret: Cum plura multò millia hominū fuerint quàm panes ipsi: plura penè conuiuia quàm de tot panibus fragmenta esse possunt? Nata est ergo ex uerbo domini rerum copia. Creuit in actu opus. Et cum parum esset quod uidebatur, factum est inæstimabile quod dabatur. Nullus ergo hic coniecturæ, nullus humanæ æstimationi aut rationi locus. Solum est quod in tali re fideliū ac sapientiū menti scire liceat: ut quamlibet magna sint quæ à Deo fiunt atq; inæstimabilia, etiam si ea ipsa sensu non capiant, impossibilia tñ deo nulla esse cognoscant. Sed de his tñ tam ineffabilibus diuinæ uirtutis actibus, quod rectissime ineffabilibus sacri ortus miraculis coaptatur, qa ita res poscit, plenius postea Interim quia

quinque panum fecimus mentionem, non incongrue, ut reor, quinque eos libris quos iam euoluimus, comparamus: Si enim numero pares sunt, specie non dissimiles. Nam cum illi hordeacij fuerint, & hi quantum ad ingenium nostrum pertinet, hordeacij dici possunt: quamuis testimonijs sacris locupletati, despicabilibus inuolucris salutiferas opes contegant. Etiam in hoc scilicet ab illis non discrepantes: quia sicut illi cum essent pauperes specie, facti sunt diuites benedictione: ita hi quoque cum ingenio nostro uiles sint, sunt tamen sacra admixtione preciosi: & cum præferant in se ex sermone nostro hordei uilitatem, habent tamen intrinsecus ex domesticis testimonijs panis uiui saporem. Superest ut ad exemplum illorum, per diuini muneris gratiam, innumeris ex seminibus salutiferos cibos præbeant. Et sicut illi corporalem dederunt edentibus fortitudinem: ita ij spiritalem legentibus tribuant salubritatem. Potens est autem dominus, cuius etiam hoc donum est, sicut illud fuit, ut qui per cibum fecit non deficere in uia saturos, per hunc faciat non deuiare saturatos. Sed tamen quia illic ubi paruo quidem esu, sed magno munere innumera plebs dei pasta est, additi quinque illis panibus duo pisces leguntur: par est ut nos quoque qui offerri per nos omnibus sequentibus deum populis spiritalis prandij cupimus, quinque illis libris quasi quinque panibus, duos adhuc libellos quasi duos pisces adijciamus. Te orantes domine, te obsecrantes: ut uidens nisum officij, ac uoti nostri, des pio conatui opus efficax. Et cũ nos pro obsequio affectuque nostro numerum illum panum ac piscium, libellorum numero exæquare cupiamus, tu uirtutem benedictionis illius in hæc transferas: & qui scriptiunculam nostram numero euangelico muneraris, numerum quoque ipsum euangelico fructu expleas, tribuasque hæc ad sanctum & salubrem cibum cunctis ecclesiæ tuæ populis, omni ætati, & omni sexui Et si qui fortè iam letifero illo uirosi anguis spiritu adflati sunt, corruptoque animarum ac mentium statu, pestiferos uenis languentibus morbos trahunt: des cunctis sani sensus uigorem: des plenam fidei sanitatem, ut tribuens per scripta hęc nostri operis, tui muneris saluatorem, omnibus curam ad instar penitus sanctificati in Euangelio à te cibi, sicut per esum illum corroborasti esurientes, ita per hunc sanari iubeas tabescentes. Igitur quia neganti deum hæretico abunde iam, ut reor, cunctis superioribus scriptis diuinorum testimoniorum authoritate respondimus: nunc ad fidem Antiocheni symboli uirtutemque ueniamus. In quo cum ipse baptizatus sit ac renatus, suis eum professionibus argui, suis (ut ita dicam) armis conteri oportet: ut his testimonijs sacris, etiam seipso (ut ita dicam) teste superetur. Neque enim alijs iam rebus contra eum agi necesse erit, cum palàm se & euidenter ipse conuicerit. Textus ergo ac fides Antiocheni symboli hæc est. Credo in unum & solum uerum deum patrem omnipotentem, creatorem omnium uisibilium & inuisibilium creaturarum. Et in dominum nostrum Iesum Christum, filium eius unigenitum, & primogenitum totius creaturę, ex eo natum ante omnia secula, & non factum, deum uerum ex deo uero, homousion patri. (ὁμούσιον) Per quem & secula campaginata sunt, & omnia facta. Qui propter nos uenit. Et natus est ex Maria uirgine: & crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus: & tertia die resurrexit secundum scripturas: & in cœlos ascendit: & iterum ueniet iudicare uiuos & mortuos. Et reliqua. In symbolo, quod ecclesiarum omnium fidem loquitur, scire opto quid sequi malis, hominum authoritatem an dei? Quamuis ego tecum nõ censorie aut seuere agam, ut tibi eligendæ tantum alterius rei copiam tribuam: ut unum perimens, alterum negem: utrunque enim de utroque concedo. Et quid concedo? dicam, ad utrunque te etiam si nolis traho: utrunque enim in symbolo esse si uis, oportet sapias uoluntarius: si non uis, necesse est compellaris inuitus. Symbolum quippe, ut scis, ex collatione nomen accepit. Quod enim Græcè σύμβολον dicitur, Latinè collatio nominatur. Collatio autem ideo, quia in unum ab Apostolis domini, totius catholicæ legis fide quicquid per uniuersum diuinorum uoluminum corpus immensa funditur copia, totum in symboli colligitur breuitate perfecta: secundum illud Apostoli: (Rom. 9.) Verbũ, inquit, consummans & breuians in æquitate: quia uerbũ breuiatũ faciet dñs super terrã. Hoc est ergo breuiatũ uerbum quod fecit dominus, fidem scilicet duplicis testamenti sui in pauca colligens, sed sensum omniũ scripturarũ in breuia concludens, sua de suis condens, & uim totius legis cõpendiosissima breuitate pficiens. Consulens scilicet in hoc, ut pijssimus pater, uel negligentiæ

gligentiæ quorundam filiorum suorum, uel imperitiæ: ut non laboraret utique quamuis simplex & imperita mens capere, quod posit facile etiam memoria contineri. Vides ergo in symbolo authoritatē dei esse: uerbum enim breuiatum faciet dominus super terram. Sed hominum fortasse quæris: ne id quidem deest, per hominem enim id deus fecit. Sicut enim immensam illam scripturarum sacrarum copiam per patriarchas & prophetas maxime suos condidit: ita symbolum per Apostolos suos sacerdotesque constituit. Et quicquid ille per suos larga ac redundanti copia dilatauit, idem hic per suos plenissima breuitate conclusit. Nihil ergo in symbolo deest, quod ex scriptis Dei per Apostolos dei conditum, totum in se, quantum ad authoritatē pertinet, habet quicquid uel hominum est, uel dei. Quamuis etiam quod per homines factum est, dei existimandum sit: quia non tam illorum per quos factum est, quàm illius credendum esse qui fecit. Credo, ergo inquit symbolum, in unum uerum solum deum, patrem omnipotentem, creatorem omnium uisibilium & inuisibilium creaturarum: & in dominum nostrum Iesum Christum filium eius unigenitum, & primogenitum totius creaturę, ex eo natum ante omnia secula, & non factum. Deum uerum ex deo uero, homousion patri, per quem & secula compaginata sunt, & omnia facta. Qui propter nos uenit, & natus est ex Maria uirgine, & crucifixus sub Pontio Pilato & sepultus. Et tertia die resurrexit secundum scripturas, & in cœlos ascendit. Et iterum ueniet iudicare uiuos & mortuos. Et reliqua. Si Arrianæ aut Sabellianæ hæreseos adsertor esses, & non tuo ipso symbolo tecum uterer, conuincerem te: tamen testimoniorum sacrorum authoritate conuincerem, legis ipsius uoce conuincerem. Deniq; probata per uniuersum mundum symboli ueritate, dicerem te, etiamsi expers intelligentiæ ac sensus esses, oportere tamen sequi saltem consensum generis humani: nec pluris facere debere paucorum improborum peruersitatem quàm ecclesiarum omnium fidem: quæ utiq; à Christo fundata, ab apostolis tradita, non aliud existimanda esset quàm uox atq; authoritas dei, quę haberet in se utiq; & uocem & sensum dei. Et quid tandem si sic apud te agerē, quid diceres? quid responderes? nónne obsecro illud? Non ita te imbutum, non ita institutum esse: aliud tibi à parentibus, aliud à magistris atq; authoribus tuis traditū? Non hoc te in conuenticulo illo paterni dogmatis, nec in ecclesia uestræ professionis audisse: aliud postremo textum ipsum atq; sermonem traditi tibi atq; insinuati symboli continere? In eo te baptizatum, in eo te renatum esse? Hoc tenere quod accepisses: & in eo te fidere diceres, in quo regeneratum esse didicisses? Nónne quæso dicens hæc, fortissimo te etiam contra ueritatem scuto uti arbitrareris? Et uerè in negotio quam improbo, non importuna defensio, & quæ non absurde causam erroris diceret, si pertinaciam non sociaret errori. Nam cum hoc teneres quod à patrio accepisses, plus haberet in te emendatio quod de præsenti errore corrigeret, quàm seueritas quod de præterito uindicaret. Nunc autem cum in catholica urbe natus, catholica fide institutus, catholico baptismate regeneratus sis: nunquid agere tecum quasi cum Arriano aut Sabelliano possum? Qui utinam fuisses, minus dolorem in malis æditum quàm de bonis lapsum, minus fidem non habitam quàm amissam, minus ueterem hæreticum quàm nouum apostatam: minus enim intulisses cunctæ ecclesiæ uel labis uel pestilentiæ: minus denique esse uel acerbus ad dolorem, uel grauis ad exemplum: si popularis potius tentare quàm sacerdos ecclesiam posses. Ergo, ut supra dixi, si Sabellianæ aut Arrianæ, uel cuiuslibet hæreseos discipulus atque adsertor esses: tueri utiq; te parentum exemplo uelis, magistrorum institutione, plebis societate, symboli fide. Non iniquum autem hæretice, non iniquum aut graue aliquid postulo. Hoc fac in catholica fide æditus, quod feceras pro peruersitate facturus. Tene parentum institutionem: tene ecclesiæ fidem: tene symboli ueritatem: tene baptismatis salutem. Quod genus in te prodigij, quod genus monstri est? Pro te tu non facis, quod alij etiam pro errore fecerunt. Sed progressi satis in altum sumus: & pro cognatæ urbis affectu sequentes doloris impetum quasi uentum feruentem, dum cupidi cursus sumus, tenorem admodum recti itineris excessimus. Symbolum ergo hæreticę, cuius superius textū diximus, licet omniū ecclesiarū sit (quia una omniū fides) peculiariter tñ Antiochenæ urbis atq; ecclesiæ est, id est illius in qua tu æditus, in qua institutus, in q̄ renatus es. Huius te itaq; p̄duxit symboli fides ad uitę fontē, ad salutis regenerationem,

tionem, ad eucharistiæ gratiam, ad domini communionem. Et quid plura? Omnium grauis & luctuosa conquestio, ad ministerij etiam officiū, ad presbyterij culmen, ad sacerdotij dignitatem. Facile hoc infelix furor aut leue esse arbitraris? Nō uides quid egeris? in quod te barathrum præcipitaris? Perdens symboli fidem, totum quod fueras perdidisti: sacramenta enim sacerdotij ac salutis tuæ symboli ueritate constabant. Negare te tantummodo illud putas? tete inquam ipsum negasti. Sed negare te forsitan non putas. Videamus symboli textum: ut si ea dicis quæ prius, non arguaris: sin autem multo alia & contraria, non expectes iam ut à me confuteris, cum te tu ipse damnaueris. Si enim & aliud nunc adseris quàm in symbolo est, & aliud quàm prius dixisti: quid reliquum est, nisi ut nulli præterquàm tibi imputes animaduersionem tuam, cum eandem esse uideas sententiam in te omnium, quam tuam? Credo, inquit symbolum, in unum deum, patrem omnipotentem, creatorem omnium uisibilium & inuisibilium creaturarum. Et in dominum Iesum Christum filium eius unigenitum totius creaturæ, ex eo natum ante omnia secula, & non factum. Iam primum ad hæc respondere te conuenit: Confitearis hoc de Iesu Christo dei filio, aut neges? Si confiteris, sana sunt omnia. Sin minus, quomodo nunc negas quod ipse antè confessus es? Elige ergo quid malis, alterum enim è duobus fieri necesse est: ut eadem te uia ipsa confessio, si permanet, sola liberet: aut si negatur, prima condemnet. Credo enim, dixisti in symbolo, in dominum nostrum Iesum Christum filium eius unigenitum, & primogenitum totius creaturæ. Si unigenitus & primogenitus totius creaturæ dominus Iesus Christus, ergo tua ipsa confessione iudubitanter deus. Neq; enim alius unigenitus & primogenitus totius creaturæ, nisi unigenitus dei filius, sicut primogenitus creaturarum. Ita & creator omnium deus. Et quomodo solitarium hominem ex uirgine natum asseris, quem deum ante secula fuisse confessus es? Deinde ex eo, inquit symbolum, id est ex patre natum ante omnia secula, & non factum. Quod utiq; non nisi unigenito tantum dei filio competit: ut natiuitas illius factura non sit, & natus tantummodo non factus esse dicatur: quia contra rationem rei ipsius atq; honorem est, ut factor omnium factura esse credatur: & sic ipse author cœptorum omnium cœperit, sicut ab eo cuncta cœperunt. Et ideo natus, non factus dicitur: quia singularis ei est natiuitas, non factura communis. Et cum sit deus ex Deo natus, totum necesse est habeat diuinitas geniti quicquid magnitudo generantis. Sequitur autem in symbolo: Deum uerum ex deo uero, homousion patri: per quem & secula compaginata sunt, & omnia facta. Et cum hoc totum dixeris, memento de domino Iesu Christo te cuncta dixisse. Hoc enim in symbolo habes: Credere te in dominum Iesum Christum, filium dei unigenitum, & primogenitum totius creaturæ. Et post hæc atque alia: deum uerum ex deo uero, homousion patri: per quem & secula compaginata sunt. Quomodo ergo idem deus & non deus, idem deus & idem statua, idem deus & idem organum? Non concordant sibi hæc ô hæretice in aliquo nec conueniunt, ut eundem cum uolueris dicas deum, cum uolueris putes figmentum. Dixisti in symbolo, uerum deum: nunc dicis, hominem solitarium. Quomodo hæc sibi competere & coaptari queunt, ut idem summa sit uirtus, idem sit sola infirmitas: idem summa maiestas, idem sola mortalitas? Non conueniunt hęc sibi in uno eodemq; domino: ut eundem in cultum & in contumeliam diuidens, ex parte quauis facias honorem, ex parte qua mauis facias iniuriam. Dixisti in symbolo, cum sacramentum ueræ salutis acciperes: dominum Iesum Christum, deum uerum ex deo uero, homousion patri, creatorem seculorum, factorem omnium. Vbi es ô dolor? ubi es ille qui tunc fuisti? ubi illa fides? ubi illa confessio? In portenta nunc atque prodigia recidisti. Quæ te stultitiæ, quæ amentiæ perdiderunt? Deum totius potentiæ ac maiestatis ad in animam materiam, & figmenta insensibilia transtulisti profecit uidelicet fides tua tēpore, profecit ætate, profecit sacerdotio deterior senex quàm quondam paruulus: nunc peior ueteranus quàm tyrunculus, deterior episcopus quàm incipiens factus es: nec discipulus postquam magister esse cœpisti. Sed uideamus cætera quæ sequuntur. Dicens ergo symbolum: dominū Iesum Christum, deū uerū ex deo uero, homousion patri, per quē secula cōpaginata sunt, & omnia facta, hoc inseparabili statim connexione subiunxit. Qui ꝓpter nos inqt, uenit, & natus est ex Maria uirgine. Ille ergo ꝗ uerus deus, ꝗ homousius patri, qui creator

creator seculorum, qui factor omnium: ille inquam uenit in mundum, & natus ex Ma-
ria uirgine. Secundum illud scilicet Pauli apostoli: At ubi uenit plenitudo temporum, Gal.4.
misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Vides quomodo scripturis
sacris symboli sacramenta conueniunt? Apostolus filium dei missum à patre prædicat,
symbolum uenisse confirmat. Hoc enim erat consequens utiq;, ut quem missum Apo-
stolus edocuerat, fides confiteretur nostra uenisse. Deinde Apostolus ait, ex muliere fa-
ctum: symbolum autem, ex Maria procreatum. Aduertis itaque quòd ipsa in symbolo
scriptura loquitur, à qua symbolū ipsum se descendisse testatur. Bene autem apostolus,
factum inquiens ex muliere, factum pro nato posuit, diuini eloquij consuetudine, qua
factus pro nato ponitur, secundum illud: Pro patribus tuis facti sunt tibi filij. Vel illud: Psal.44.
Priusquam Abraham fieret, ego sum. In quo scililicet euidenter dixisse noscitur: prius- Ioan.8.
quam nasceretur, ego sum: facti nomine rem natiuitatis ostendens: quia efficientiam
facti habet quicquid non indiget ut fiat. Qui propter nos, ergo inquit, uenit, & natus
est ex Maria uirgine. Si homo solitarius ex Maria natus est: cur uenisse dicitur? Ne-
que enim uenit nisi qui habet idipsum in essentia, ut uenire posit. Quia autem non-
dum idipsum acceperat ut esset: quomodo id habere poterat ut ueniret? Homo autem
ante conceptum omnino non fuit: ergo in se non habuit ut uenire posit. Deum ergo
uenisse certum est: cui in utraque re præposita & esse suppetit & uenire. Qui utique &
quia erat uenit, & quia uenire semper potuit, semper fuit. Sed quid de uerbo argumen-
tamur, cum res eluceant? & in symboli textu indicia rerum quærimus, cum ipse in eo sit
sermo rerum? Repetamus confessionem symboli, & tuam: tua enim quæ illius: quia
confessionem illius tuam confitendo fecisti, ut intelligas præuaricatum te non tantum
à symbolo, sed & à te. Credo, ergo inquit symbolum, in unum solum uerum deum, pa-
trem omnipotentem, creatorem omnium uisibilium & inuisibilium creaturarum. Et in
dominum Iesum Christum filium eius unigenitum, & primogenitum totius creatu-
ræ: ex eo natum ante omnia secula, & non factum: deum uerum ex Deo uero, homou-
sion patri: per quem & secula compaginata sunt, & omnia facta. Qui propter nos ue-
nit, & natus est ex Maria uirgine. Propter nos ergo, inquit symbolum, dominus no-
ster Iesus Christus uenit, & natus est: & crucifixus est sub Pontio Pilato: & sepultus,
& resurrexit secundum scripturas. Confiteri hoc ecclesias non pudet, Apostolos præ-
dicare non pudet. Tu ipse, tu inquam ipse, cuius nunc omnis uox sacrilegium est:
qui nihil admodum non negas: hæc tamen omnia negasti, Deum utique natum,
Deum passum, deum resurrexisse. Et quid post hæc? quò deuolutus es? quid effe-
ctus? in quæ redactus? quid ais? quid euomis? quod ipse scilicet, ut quidam ait, non
sani esse hominis non sanus iuret Orestes. Quid est igitur, quia Christotocon natus
est filius Dei: utputa si dixerimus: credo in Deum uerbum filium Dei, unigenitum ex
patre natum, homousion patri: qui descendit, & sepultus est: non statim auditus ipse
accepit plagam: deus mortuus. Et iterum: ne fieri, inquis, potest, ut qui ante omnia
secula natus est, secunda uice nascatur, & hoc deus. Si fieri omnia hæc omnino non po-
tuerunt: quomodo ecclesiarum symbolum facta esse dicit? Quomodo etiam tu ipse di-
xisti? Conferamus enim cum his quæ ante à te dicta sunt, ea quæ nunc à te dicuntur.
Dixisti prius: Credo in Deum patrem, & in Iesum Christum filium eius, deum uerum
ex deo uero, homousion patri: qui propter nos uenit: & natus ex Maria uirgine: & cruci
fixus est sub Pontio Pilato, & sepultus est. Nunc autem quid ais? Si dixerimus: Credo
in deum uerbum filium dei unigenitum, ex patre natum, homousion patri: qui descen-
dit, & sepultus est: non statim auditus ipse accepit plagam. Acerbitas quidem atq; im-
pietas dicti tui cogere nos ad immoderatum ac feruidum respondendi impetum po-
test: sed restringenda paululum pij doloris sunt retinacula. Te inquam ergo te ipse con-
sulo: dic mihi quæso, si iudæorum quispiam aut paganorum catholicæ fidei symbolum
neget, num audiendum eum existimes esse? non utique. Quid si idipsum hæreticus aut
apostata? multo certe minus: quia intolerabilius est ueritatem cognitam derelinquere,
quàm incognitam negare. Duos igitur in te uidemus, catholicum & apostatā: & prius
quidem catholicum, nunc apostatam. Quod ergo nobis sequendum putes, ipse consti-
tue: alterū enim præponere in te non potes, nisi alterū in te ipse dānaueris. Dicis ergo dā
nari à te eum qui prius fueris, damnari catholicū à te symbolū, damnari omniū confes-
sionem,

sionem, damnari fidem. Et quid igitur? ô indignum facinus, ô intolerabilis dolor. Quid facis in ecclesia catholica, catholicorum præuaricator? Cur cœtum populi polluis: qui fidem populi denegasti? Insuper & consistere in altario, & conscendere tribunal, & offerre impudentissimum ac perfidissimum os tuum populo Dei ausus es: occupare cathedram, præsumere sacerdotium, profiteri magistrũ. Vt quid doces Christianos, Christum non credens? cum ipsum in cuius Dei templo sunt, Deum neges, & post hæc omnia, ô insania, ô furor. Decorem te & episcopum putas? cum eum ipsum utiq;, ô infelix cæcitas, eum ipsum inquam Deum deneges, cuius te esse adseras sacerdotem. Sed efferimur præ dolore. Quid ergo inquit symbolum? uel quid tu in symbolo ipse dixisti? Dominum utiq; Iesum Christum, Deum uerum ex Deo uero, homousion patri: per quem secula creata sunt, & omnia facta. Hunc eundem propter nos uenisse, & natum esse ex Maria uirgine. Cum ergo Deum natum ex Maria dixeris, quomodo Mariam Dei matrem negas? Cum Deum uenisse dixeris, quomodo Deum nunc negas esse qui uenit? Dixisti in symbolo: Credo in Iesum Christũ filium dei: credo in Deum uerum ex Deo uero homousion patri: qui propter nos uenit, & natus est ex Maria uirgine, & crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus est. Nunc autem dicis: Si dixerimus: Credo in Deum uerbum filium Dei unigenitum, ex patre natum, homousion patri: qui descendit, & sepultus est: non statim auditus ipse accepit plagam. Vides ergo destruere te penitus atque eradicare omnem catholici symboli, omnem catholici sacramenti fidem? ô scelus, ô portentum, ut ille ait, in ultimas terras asportandum: quia hoc rectius de te dicitur, ut in illam scilicet solitudinem transeas, ubi nullum ualeas inuenire quem perdas. Fidem ergo salutis nostræ, sacramentum spei ecclesiasticæ tu auditus tui atq; aurium plagam putas. Et quomodo quondam cum ad baptismum curreres, sanis hæc sacramenta auribus audiebas? quomodo cum te magistri ecclesiarum docerent, aures tuæ non uulneratæ sunt? sine ulla tunc certè plaga duplici oris atq; aurium fungebaris officio: cum & audita ab alijs diceres, & ipse te dicentem dictor audires. Vbi erant tunc hæc aurium tuarum uulnera? ubi hæc auditus tui plaga? Cur non contradixisti, & reclamasti? Sed uidelicet pro arbitrio ac libidine tua, cum uis, discipulus es & ecclesiæ: cum uis, hostis: cum uis, catholicus: cum uis, apostata. Dignus nimirum author, qui in quamlibet partem te cõtuleris, ecclesias post te trahas: cuius uoluntas lex uitæ nostræ sit, qui mutabilitate tua humanum genus mutes: & quia tu esse nolis quod omnes sunt, quod tu uelis. Præclara uidelicet authoritas: ut quia tu quod eras non es, esse mundus desinat quod fuit. Sed paruulum te forsitan cum renascereris fuisse dicis: & ideo nec sapere tunc, nec reclamare ualuisse. Verum est, obstitit tibi infantia ne contradiceres, qui mori uir contradicendo potuisses. Quid enim si in illa fidelissima ac deuotissima Christi ecclesia, cum sacerdos symbolum respondenti & ad clamanti populo Dei traderet, mutire tu in aliquo aut reclamare tentasses? Audiendus fortasse fueras, ac non statim ut nouum prodigij monstri genus in pestem aliquam exterminiumq; mittendus. Non quia pijssima illa ac religiosissima plebs Dei contaminari uel impijssimi cuiusquam sanguine uelit: sed quia in magnis plerunq; urbibus feruens Dei amore populus, cum exurgere contra Deum suũ quempiam uiderit, calorem fidei retinere non nouit. Sed esto, infans, si tamen ita est, contradicere ac reclamare symbolo non potueris: cur adultior iam robustiorq; tacuisti? Creuisti certè, & uir factus, & ministerio ecclesiastico insertus es. Per tot ergo ætates, per tot officij ac dignitatis gradus, nunquã intellecta à te fides est, quam tandiu ante docuisti? Diaconum certè eius te & presbyterum fuisse nosti: si displicebat tibi salutis regula, cur suscipiebas eius rei honorem, cuius non approbabas fidẽ? Sed prouidus uidelicet uir & simplex religiosus, ita temperare te inter utrunq; uoluisti: ut teneres & sacrilegij perfidiam, & catholici dignitatẽ. Plaga ergo auditus tui, & uulnus aurium tuarum est deus natus,

1.Cor.1. & deus passus. Et ubi illud tuum est Paule apostole: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis Christum Dei uirtutem & dei sapientiam? Quid est sapientia & uirtus dei? deus utiq;. Christum autem qui crucifixus est, dei uirtutem & sapientiam prædicat. Ergo si absq; dubio sapientia dei Christus, ergo absq; dubio Christus deus. Nos ergo inquit, prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.

gẽtibus autẽ stultitiã. Crux itaq; dñi, q̃ stultitia gẽtibus & Iudęis scãdalũ fuit, tibi utrũq; est. Neq; ẽm aut stultitia ulla maior est q̃ nõ credere: aut maius scandalũ, q̃ audire nolle. Vulnerabantur ergo illorũ aures ad prædicationẽ ac passionẽ Dei, sicut nunc uulnerantur tuæ. Plagã esse hoc auditus sui putabant, sicut tu putas. Et hinc erat quòd ad nomen Dei ac domini Iesu Christi, prædicante Christũ Deum Apostolo, claudebant illi capitis sui aures, sicut tu claudis animi. Par in hac parte utriusq; uestrũ uideri potest impietas: nisi quòd hoc maius est crimen tuũ, quòd illi eum negabant, in quo adhuc passio ostendebat hominẽ: tu eum denegas quẽ etiam resurrectio iam probauit Deum. Ac per hoc illi eum persequebantur in terra: tu persequeris & in cœlo. Nec solum id, sed hoc utique crudelius & scelestius, quòd illi negabant per ignorantiam, tu post fidem: illi nescientes dominum, tu confessus Deum: illi sub æmulatione legis, tu sub professione antistitis: illi eum à quo se arbitrabantur alienos, tu eum cuius sacerdos es. O facinus indignum & inauditum: eum ipsum persequeris insectatione, cuius adhuc uteris dignitate. Sed magno uidelicet perfidiæ atq; impietatis tuæ argumento ad negandum ac persequendum dominum Deum uteris, dicens: homousios parienti debet esse natiuitas. Nondum ad plenum dico, ac profero in Dei natiuitate penitus hoc non esse seruandũ: quia non parientis fuit natiuitas ipsa, sed nati: & ipse natus est ut uoluit, cuius fuit hoc ipsum ut nasceretur. Interim quia homousion parienti dicis natiuitatem esse debere: ego dominum Iesum Christum homousion dico fuisse & patri pariter & matri. Pro personarum enim diuersitate reddidit parienti unicuiq; similitudinem suam. Secundum diuinitatem enim homousios patri: secundum carnẽ autem homousios matri fuit. Non quòd alter qui homousios matri: sed quia idem dominus Iesus Christus & homo natus & deus, utriusq; in se parentis habuit proprietatem: dum & in eo quod homo est, humanæ matris reddidit similitudinem: & in eo quod Deus, Dei patris habuit ueritatẽ. Alioquin si non idem Christus ex Maria est qui ex Deo natus, duos absq; dubio Christos facis: secundum illud scilicet Pelagianæ impietatis scelus: quæ solitarium hominem ex uirgine natum adserẽs: eruditorẽ eum dixit humani generis, magis quàm redemptorem fuisse: quia non redemptionem uitæ hominibus, sed uiuendi dederit exemplum: uidelicet ut sequentes eum homines dum similia agerent, ad consimilia peruenirent. Vna ergo impietatis uestræ origo, eadem errorum radix est. Illi solitarium hominem ex Maria natum adserunt, & tu idem. Illi filium hominis à filio Dei separant, & tu idem. Illi saluatorem aiunt per baptisma Christum esse factum, tu in baptismo templum Dei factum. Illi eum Deum non negant factum post passionem, tu negas eum etiam post ascensionem. In uno ergo admodum tantum distat uestra peruersitas, quòd illi in terris blasphemare uidentur dominum, tu & in cœlo. Vicisti ac supergressus es, non negamus, quos imitaris. Illi quasi aliquando desinunt Deum negare, tu nunquam. Quanq; nec illorum habenda sit ad plenum uera confessio, qui saluatori post passionem tãtum honorem diuinitatis impertiunt: & cum eum ante Deum negent, postea confitentur: quia, ut mihi uidetur, in Deo qui partem denegauerit, totum negat: & qui non semper fuisse confessus fuerit, semper negat. Sicut & tu, etiamsi hodie in cœlo dominum Iesum Christum, qui ex Maria uirgine natus est, uerũ Deum diceres, tamen nisi semper deum diceres, non uerè confitereris. Sed uidelicet non uis mutare in aliquo, aut uariare sententiam: quem natum hominem solitarium dicis, etiam hodie Deum non esse contendis. O noua ac singularis impietas, quem cum hæreticis hominem esse asseris, Deum nec cũ hæreticis confiteris. Sed tamen ut dicere institueram, duos à te absq; dubio Christos fieri, idipsum dilucidandum est. Dic mihi quæso, tu qui Christum à filio Dei separas, quomodo in symbolo Christum ex Deo natum esse fatearis? Ais enim: Credo in Deum patrem, & in Christum Iesum filium Dei. Dicis autem ex Maria non eundem filium Dei natũ. Ergo alter ex Deo Christus, alter ex Maria. Duo ergo in sententia tua Christi sunt. Qui cum in symbolo Christum non neges, alterũ ex Maria Christum asseris quàm eum quem in symbolo confiteris. Sed dicis forsan Christum non esse ex Deo natum: & quomodo in symbolo ais: Credo in Iesum Christum filium Dei? Aut negaturus es ergo symbolum, aut confessurus filium dei Christum. Si autem confiteris in symbolo Christum filium dei, necesse est ut eundem ex Maria confitearis Christum filium dei. Aut si alium

ex Maria Christũ adseris, duos utiq; Christos esse blasphemes Sed tamen etiã si peruersitas ac perfidia tua hac symboli fide non concluditur: non'ne queso ratione ipsa ac luce ueritatis obrueris? Dic mihi queso quisquis ille es hæretice. Trinitas certè est quam credimus, quam confitemur, pater & filius & spiritus sanctus. De maiestate patris ac spiritus nulla quæstio est. Filio calumniaris, eo quòd non eundem ex Maria dicas æditum, quem ex Deo patre generatum. Dic mihi ergo: cum filium Dei unigenitum natum ex Deo non negas, hunc qui ex Maria natus est quem uelis esse? Dicis hominẽ solitarium, iuxta illud quod ipse dixit: quod natum est ex carne, caro est. Sed appellari homo non potest solitarius, qui sola non est humanæ creationis lege generatus. Quod enim in ea est, inquit angelus, de spiritu sancto est. Et hoc tamen etiam tu ipse, qui omnia admodũ sacramenta salutis negas, negare non audes Cum ergo ex spiritu sancto natus sit: & dici homo non queat solitarius, qui est Deo inspirante conceptus: si ille non est, qui iuxta Apostolum, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: & uerbum caro factũ est: & humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem: & qui propter nos egenus factus est, cum esset diues: dic mihi ergo, quis ille est qui & ex spiritu sancto æditus, & Deo obumbrante conceptus? Alterum absq; dubio esse dicis. Duo ergo sunt: id est & ille qui est ex Deo patre in cœlo genitus, & ille qui ex Maria Deo inspirante conceptus. Ac per hoc quartus est hic, quem introducis. quem intantum cum uerbis hominem solitarium dicas, re ipsa solitarium non fuisse confirmas. ut eum etiam si non ita ut debes, tamen & honorabilem & uenerandum & adorandum esse fatearis. Ergo cum & adorandus sit utiq; Dei filius, qui ex patre natus: & adorãdus qui per spiritũ sanctum ex Maria procreatus: duos ergo & honorabiles tibi & uenerabiles facis, quos intantum à se diuidis, ut peculiariter suo quenq; honore uenereris Ac per hoc intelligis, quòd negando ac separando à se filium Dei, totum quantum in te est sacramentum diuinitatis euertis Dũ enim quartam in trinitate personam conaris inserere, uides te totam trinitatem penitus denegasse Quæ cum ita sint: negans ergo unum Iesum Christum filium Dei, negasti omnia Nam & hęc ratio ecclesiastici sacramenti negat, diuini partem non ualeat confiteri Ita enim sibi connexa & concorporata sunt omnia, ut aliud sine alio stare non possit: & qui unum ex omnibus denegauerit, alia ei omnia credidisse non prosit. Itaque si negas Deum dominum Iesum Christum, necesse est ut filium Dei denegans, etiam patrem neges. Qui iuxta ipsius patris uocem: Qui non habet filium, nec patrem habet: qui autem habet filium, & patrem habet. Negans ergo genitum, etiam genitorem negas. Negans quoque filium Dei in carne natum, consequens est, ut etiam in spiritu natum neges: quia idem natus in carne, qui prius natus in spiritu: Non credens ergo in carne æditum, necesse est etiam passum esse non credas. Non credens autem illius passionem, quid reliquum est, nisi etiam resurrectionem neges? quia fides suscitati ex fide mortui est. Nec stare potest ratio resurrectionis, nisi fides mortis antè præcesserit. Negans ergo passum & mortuum, negas quoque ab inferis resurgentem. Consequens utique est, ut neges etiam ascendentem: quia ascensio sine resurrectione esse non potuit Et qui resurrexisse non creditur, necesse est nec ascendisse credatur, dicente Apostolo: Qui enim descendit, ipse est qui ascendit. Ergo quantum in te est,
Ephe. 4. dominus Iesus Christus neque ab inferis resurrexit, neque cœlum ascendit, neque ad dextram Dei patris sedet, neque ad illum qui expectatur examinationis ultimæ diem ueniet, nec uiuos ac mortuos iudicabit. Intelligis itaque ô infœlix & furiosa peruersitas, euacuasse te penitus omnem symboli fidem, omnem spei sacramentiq; uirtutem? Et in ecclesia insuper stare ausus es, & esse te sacerdotem putas: cum illa omnia denegaueris, per quę sacerdos esse cœpisti? Redi ergo ad uiam rectam, recipe sensum pristinum, resipisce tandem si aliquando sapuisti. Regredere ad temetipsum, si tamen habuisti in te quondã aliquid quo nunc regrediaris. Agnosce sacramenta salutis tuę, per quę innouatus, per quę renatus es. Non minus tibi nunc opus sunt quàm tunc fuerunt: ut te per pœnitentiam nunc regenerent, quę per fontem antè generarunt. Tene plenum symboli ordinem: tene perfectam fidei ueritatem. Crede in Deum patrem, crede in filium Deum: in unum genitorẽ & in unum genitũ, & eundẽ tamen unigenitũ & primogenitũ, dominum omnium Iesum Christum, homousion patri: natum in deitate, natum in corpore:

duplicis

duplicis quidem natiuitatis, sed unius maiestatis. Qui creator omnium creaturarum, idem fuerit natus ex patre, qui postea natus ex uirgine. Hoc enim quod ex carne atque in carne uenit, ortus eius fuit, non imminutio: & natus tantum est, non demutatus. Quia licet in forma Dei manens, formam serui assumpserit, infirmitas tamen habitus humani non infirmauit naturam Dei: sed incolumi utique atque integra diuinitatis uirtute in carne hominis totum quod actum est, profectus fuit hominis, non defectio maiestatis. Nam cum æditus in carne humana Deus est, nondum est in carne natus, ne Deus in se maneret, sed ut ut Deo in se manente homo Deus esset. Et ideo Maria cum carnalibus oculis hominem cerneret, spiritalibus tamen Deum confitebatur, dicens: Vtique domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in mundum uenisti. Ideo Petrus reuelante spiritu sancto, cum extrinsecus filium hominis aspiceret, Dei tamen filium prædicabat, dicens: Tu es Christus filius Dei uiui. Ideo Thomas cum carnē tangeret, Deum se tetigisse credebat, dicens: Dominus meus & Deus meus. Vnum enim Christum omnes confitebantur, ne duos facerent. Hunc ergo crede: & ita crede dominū omnnium Iesum Christum, unigenitum & primogenitum, eundem rerum creatorem, quem hominum conseruatorem: eundem prius conditorem totius mundi, quem postea redemptorem generis humani. Qui cum patre atque in patre permanens, homousios patri: & iuxta Apostolum, formam serui accipiens, humiliauit se usque ad mortem, mortem autem crucis: & iuxta symbolum, natus est ex Maria uirgine, crucifixus sub Pontio Pilato & sepultus. Et tertia die resurrexit secundum scripturas, & in cœlum ascendit: & iterum ueniet iudicare uiuos & mortuos. Hæc est enim fides uestra: hæc est salus uestra: Deum ac dominum Iesum Christum, eundem & ante omnia credere, & post omnia. Quoniam, ut scriptum est, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. In heri enim omne præteritum tempus ostendit, in quo ante principium natus à patre est. In hodie autem seculi istius sapientia, in quo rursus ex uirgine natus est, passus est, resurrexit. In eo uero quòd ipse in secula dicitur, omnis futura æternitas & immensitas designatur. Sed dicis forsitan: si eundem in fine temporum natum dicam ex uirgine, qui ante omnia natus fuerit ex Deo patre, carneum me etiam ante mundi initia Deum dicere: qui ipsum dicam postea hominem, quem semper Deum: ac per hoc hominem illum qui natus sit, postea semper fuisse. Nolo te hac ignorantiæ cæcitate atque hac errorum nocte confundi, ut putes me hominem qui ex Maria natus est, ante exordia rerum asserere, & Deum etiam ante principia mundi semper corporeum prædicare. Non ita inquā, non ita dico: quòd priusquam nasceretur homo, in Deo fuerit: sed quòd postea in homine natus Deus sit. Non enim caro illa quæ ex carne uirginis nata est, semper fuit: sed deus qui semper fuit, ex carne uirginis in carne hominis aduenit. Verbum enim caro factū, non carnem secum exhibuit, sed carni se hominis dignatione diuinitatis uniuit. Dic enim mihi, quando, uel ubi uerbum caro factum est: aut ubi exinaniuit semetipsum formam serui accipiens: aut ubi egens factus est, cum esset diues? nisi in illo sacro uirginis utero, ubi dum incarnatur, uerbum Dei caro dicitur factum: dum æditur, formam serui in ueritate suscepit: cū humana conditione patibulo affigitur, fit egenus, & pauper redditur passione carnali, cum esset maiestate diuina diues? Alioquin, si ut ipse ais, post hæc in eum ut in unum prophetarum atque sanctorum diuinitas uenit: ergo & in illis in quibus habitare dignatus est, uerbum caro factum est: ergo per unumquenque illorum, exinaniuit semetipsum formā serui accipiens. Ac per hoc nihil nouum nec præcipuum in Christo factum est, nihil singulare, nihil mirabile nec conceptio ipsius habuit, nec natiuitas, nec mors. Et tamen ut ad superiora redeamus, cum hæc ita sint omnia, sicut diximus: quomodo Iesus Christus, quem cum hominē tantummodo esse asseris, etiam ante quàm ex uirgine nasceretur, semper fuisse legitur, & à prophetis atque Apostolis Dei etiam ante secula prædicatur? dicente Paulo: Vnus dominus Iesus, per quem omnia. Sed & alibi: Quoniam in Christo, inquit, creata sunt omnia in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia. Symbolum quoque & humana pariter & diuina authoritate cōtextum, Credo, inquit, in Deum patrē, & in Deum Iesum Christum, filium eius unigenitum, & primogenitum totius creaturæ. Et post alia: Deum uerum ex Deo uero: per quem & secula cōpaginata sunt, & omnia facta. Et itē: Qui propter nos uenit, & natus est ex Maria uirgine, &

Ioan. 2. *Math. 16.* *Ioan. 20.* *Hebr. 13.* *1. Cor. 8.* *Col. 1.*

gine,& crucifixus,& ſepultus. Quomodo ergo cum ipſa confeſsione noſtra ante uirginis partum atq; conceptum dominicus homo omnino non fuerit, Chriſtus tamen, qui à te homo ſolitarius dicitur,deus in ſcriptis ſanctis ſine exordio prædicatur? & tanta hominis ac dei unitas legitur,ut & homo deo ſemper antè coæternus,& poſtea homini deus cõpaſſus eſſe uideatur? Cum utiq; nec ininitiabilis homo, nec paſsibilis deus credendus ſit eſſe. Illud eſt utiq; quod iam ſuperioribus ſcriptis teſtati ſumus, quòd unitas homini, id eſt ſuo corpori deus, nullam fieri patiatur inter hominem ac deum humana opinione diſtantiam. Nec admitti omnino uoluit,ut alius à quoquam filius hominis, alius filius dei crederetur. Sed ita omnibus ſcriptis ſacris dominicum hominem connectit deo atq; concorporat,ut nec in tempore admodum hominem is à deo,nec in paſsione poſsit deum ab homine diſcernere Si enim ad tempus reſpicis, inuenies ſemper filium hominis cum filio dei. Si ad paſsionem,inuenies ſemper cum filio hominis dei filium: ita ſcilicet unitũ & indiuiduum ſibi Chriſtum filium hominis, ac dei filium, ut quantũ ad uocem diuinæ ſcripturæ pertinet,nec homo ſeparari à deo tempore, nec ab homine deus omnino ualeat paſſione. Hinc enim illud eſt: Nemo aſcendit in cœlũ, niſi qui de cœlo deſcendit filius hominis, qui eſt in cœlo. Vbi cũ filius dei loqueretur in terris, filium eſſe hominis teſtabatur in cœlis: & eundem filium hominis quem aſcenſurum dicebat in cœlum, deſcendiſſe quoq; antea teſtabatur è cœlo. Vel illud: Si uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius: cum eum qui ex homine natus eſt nominet, in ſupernis tamen ſemper fuiſſe teſtatur. Sed & Apoſtolus, ſi ad tempus reſpicitur, per Chriſtum omnia prædicat: Vnus enim, inquit, dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Si autem ad paſsionem maieſtatis, dominum crucifixum eſſe deſignat. Si enim, inquit, cognouiſſent, nunquam dominum maieſtatis crucifixiſſent. Et ideo etiam ſymbolum unigenitum & primogenitum dominum Ieſum Chriſtum deum uerum ex deo uero, homouſion patri, & creatorem omnium dicens, natum ex uirgine,& crucifixum, poſtea & ſepultum eſſe teſtatur. Ita incorporans ſcilicet dei & hominis filium, & uniens hominem ac deum, ut nec in tempore fieri ulla ualeat, nec in paſsione diuiſio. Cum idem utiq; dominus Ieſus Chriſtus, & per æternitatem temporis deus, & per tolerantiam paſsionis homo eſſe doceatur: ac ſcilicet nec homo ininitiabilis, nec deus paſsibilis dici debeat. In uno tamen domino ieſu Chriſto & homo ante perpetuus, & deus mortuus prædicatur. Vides ergo quod Chriſtus omnia eſt, & nomen illius ſignificatio utriuſque naturæ: quia & homo & deus natus: ita & in ſe cuncta complectitur, ut in eius nomine nihil deeſſe noſcatur. Non ergo ante partum uirginis eadem in præterito æternitas hominis quæ dei: ſed quia in utero uirginis unitus eſt deus homini, factum eſt ut in Chriſto omnino non poſsit alterum ſine altero nominari. Quicquid ergo de domino Ieſu Chriſto dixeris, totum dicis: & in dei filio filium hominis, & in hominis filio dei filium nuncupabis: tropo ſcilicet ſynechdoches, quo & à patre totum intelligitur, & à toto portio nominatur. Docentibus id utique etiam ſcriptis ſacris: in quibus dominus ſæpe hoc tropo utens, dum de alijs ſic docet, ſic etiam de ſeipſo uoluit intelligi. Neque enim in diuinis uoluminibus aliter uel dies interdum, uel res, uel homines, uel tempora deſignantur. Sicut illud, quod quadringentis Iſraelem annis ſeruiturum Aegyptijs deus prædicat, dicens ad Abrahaam: Sciens ſcito, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua: & ſeruituti eos ſubijcient: & adfligent eos annis quadringentis. Cum ſi omne tempus ex quo deus locutus eſt, conſideretur, plus ſint quàm quadringenti: ſi autem illud tantum quo ſeruierunt, minus. Quod ſcilicet tempus niſi hoc tropo intelligatur, mentitus forſitan, quod abſit à Chriſtianis ſenſibus, dei ſermo uideatur. Sed dum utiq; à tempore diuinæ uocis & totum uitę tempus annos plus quàm quadringentos, & ſeruitutis minus multò quàm quadringentos habet: ita fit, ut uel à toto pars, uel à parte totum ualeat intelligi. Non diſsimilis quoque etiam de diebus interdum ac noctibus ſignificatio eſt: ubi cum in utroque tempore unus dies intelligatur, in parte unius temporis tempus utrunque monſtratur. Hoc ſiquidem modo etiam illud quod de tempore dominicæ paſsionis obſcurum uidetur, aperitur Cum enim ſub exemplo Ionæ prophetæ futurum filium hominis dominus in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus eſſe prædixerit: & poſt ſextam ſabbati, qua crucifixus eſt, non niſi una tantum apud inferos die, & duabus noctibus fuerit: quomodo diuini ſermonis ueritas inuenitur? Tropo ſcilicet

Marginal notes: Ioan. 3. — Ioan. 6. — 1. Cor. 8. — 1. Cor. 2. — Gen. 15.

ſcilicet ſynechdoches, id eſt ut ad diem qua crucifixus eſt, nox præterita: & ad noctem qua reſurrexit, dies futura referatur: ac ſic additis & nocte quæ præceſsit diei ſuæ, & die qui ſubiectus eſt nocti ſuæ, nihil defuiſſe integro tempori noſcitur, quod à ſui parte impletur. Scatent his rationibus exemplis ſcripturæ ſacræ: ſed longum eſt uniuerſa memorare. Sic enim dicente Pſalmo: Quid eſt homo quod memor es eius? à parte totum intelligitur, dum uno homine nuncupato, plenitudo humani generis demonſtratur. Sic etiam illud ubi Achab peccauit, peccaſſe plebs dicitur: dum uniuerſitate appellata, à toto portio deſignatur. Ioannes quoq; præceſſor domini, Poſt me, inquit, uenit uir qui ante me factus eſt: quia prior me erat. Quomodo igitur poſt ſe uenturum indicat, quem ante ſe fuiſſe deſignat? Si enim de homine hoc qui poſtea natus eſt intelligitur, quomodo ante ipſum fuit? Si de uerbo, quomodo uir poſt me uenit? niſi quod in uno domino Ieſu Chriſto & poſteritas hominis, & uerbi antiquitas demonſtratur. Ac ſic fit, ut unus idemq; dominus ante illum & poſt illum uenerit: quia & ſecundum carnem eſt Ioanne poſterior, & ſecundum diuinitatem omnibus prior. Et ideo ille uirum tantũmodo nominans, et hominem demonſtrauit, & uerbum: quia cum dominus Ieſus Chriſtus filius dei, & homine conſummatus fuerit & uerbo, unum de eo dicens omnia demonſtrauit. Et quid plura? Dies me, ut reor, deficiat, ſi omnia quæ de hoc dici poſſunt, colligere aut enarrare tentauero. Et ſatis hæc quæ nunc diximus, in hac negotij parte duntaxat, & ad ſymboli ſunt expoſitionem, & ad cauſæ officium, & ad libri modum.

Pſal. 8. *Ioan. 1.*

Finis libri ſexti.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE DOMINI, LIBER SEPTIMVS.

QVod euenire his ſolet qui cum pelagus iam euaſerint, aut prętentas portibus ſyrtes, aut uicinia littoribus ſaxa formidant: mihi hoc admodũ accidit, ut reſeruatis ad ultimum quibuſdã hæreticorum calumnijs, cum iam ad exacti laboris terminum uenerim, eum ipſum finem incipiam metuere, ad quem deſideraueram peruenire. Sed ut propheta ait: Dominus mihi adiutor eſt, non timebo quid faciat mihi homo: non timeamus prętẽtas hæreticorũ inſidiantium foueas, & obſeptas ſpinis paſsim horrentibus uias: quæ cũ aſperent magis itinera q̃ claudant, de emundatione nobis potius labor, quàm de poſsibilitate formido. Quia cũ nobis agentibus rectum iter infirmiter ſe obijciant, & horreãt ambulantibus magis quàm oblint: plus habet officium atq; opus noſtrũ in purgatione quod agat, quàm ex difficultate quod timeat. Igitur ad monſtruoſum illud letiferi ſerpẽtis caput mittentes manũ, & pertractare omnia admodũ illigata ingẽtibus ſpiris tortuoſi corporis mẽbra cupientes: te, quẽ ſemper precati ſumus, ętiã atq; etiã domine Ieſu precamur, ut des nobis uerbũ in apertione oris ad deſtruẽdas omnes munitionũ cogitationes, & omnẽ altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſum ſcientiã Dei: ut captiuemus omnẽ intellectũ in obediẽtia tua: quia uere ille liber fit, qui cœperit tibi eſſe captiuus. Adeſto ergo tu officio tuo operi, tuis pro te ſupra menſurã uirium cõnitentibus. Da hiantia noui ſerpẽtis ora, & tumẽtia letalibus uenenis colla cõterere: qui facis ſupra ſerpẽtes & ſcorpiones illęſos credentiũ pedes ingredi, ac ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulare, & conculcare leonem & draconem. Tribuaſq; per intrepidam innocentię conſtantis audaciam, ut delectetur infans ab ubere ſuper foramine aſpidis: & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittat. Da ergo & nobis in cauernas huius immaniſsimi ac ſceleſtiſsimi reguli, innocuas manus mittere. Et ſi in foraminibus quibuſdam iam, id eſt in ſenſu humanorum latebris aut cubile habuit, aut oua poſuit, aut ſquamoſi tractus ſemitam dereliquit: aufer ab uniuerſis pernicioſiſsimi anguis ſordidum & ferale cõtagium. Extrahe illatas perfidiæ immunditias: & obſeſſas redolenti cœno animas uentilabro ſacræ purgationis emunda: ut ſpeluncæ latronum domus orationum ſint. Et in quibus nunc, ut ſcriptum eſt, diuerſorijs ericij & onocentauri, & piloſi, & diuerſorum prodigiorum monſtra uerſantur, in his ſancti ſpiritus dona, id eſt fidei ac religionis decora reſpõdeant. Ac ſicut eiectis quondam idolorum cultibus, exterminatiſq; ſimulachris, feciſti

Pſal. 117. *Lucæ 10.* *Pſal. 90.* *Eſa. 11.* *Eſa. 34.*

ex phanis dęmonum templa uirtutum: inserens in cauernis serpentum & scorpionum, fulgentis luminis radios: & ex ouilibus errorum ac turpitudinum, domos ornamentorum ac pulchritudinum reddidisti: Ita omnibus quorum oculos caligo hæreticæ peruersitatis obsedit, lucem misericordiæ tuæ ac ueritatis infunde, ut incarnationis tuæ magnum ac salutiferum sacramentũ tandem ac puro lumine contuentes, ita te ex sacrosancto illo immaculato uirginis utero æditum mundo uerum hominem esse intelligant, ut uerum tamen Deum semper fuisse cognoscant. Ac priusquam de his rebus loqui incipio, quas necdum libris superioribus prælibaui, æquum arbitror adnitar exoluere quæ iam ante promisi: ut expleta penitus expositione, liberius de intactis dicere ordiar, cum de pollicitis satisfecero. Ait ergo ad destruendam sacræ natiuitatis fidem sibilans in Dei ecclesia nouus coluber: Nemo anteriorem se parit. Primum ergo te non solum quid dicas, sed etiam unde dicas nescire arbitror. Si enim scires aut intelligeres unde diceres, nequaquam unigeniti Dei natiuitatem mortalis opiniunculę ratione censeres: neque ei qui extra conceptum humanæ originis natus est, humanis definitiunculis pręiudicare tentares: aut terrenas impossibilitates diuinæ omnipotentiæ obijceres, si Deo impossibile nihil esse cognouisses. Nemo ergo, inquit, anteriorẽ se parit. Dic mihi quæso, de quibus te loqui causis, de quorum animantium æstimas definire naturis? hominibus te an feris, auibus an pecudibus legẽ ponere putas? Ista enim sunt & alia huiuscemodi, de quibus hæc dici possunt. Nemo enim ex his anteriorem se gignere ualet: quia ea quæ orta iam fuerint, redire in id rursum non queunt, ut noua creatione generentur. Et ideo nemo anteriorem se parere, quoniam nec anteriorem gignere potest. Vnde uenit causa pariendi, nisi ex possibilitate generandi? Tu ergo id in natiuitate omnipotentis Dei, quod in ortu terrenorum animalium considerandum putas? & ei naturam humanæ conditionis obijcis, qui est author ipse naturæ? Vides ergo, ut supra dixi, nescire te unde aut de quo dicas: qui facturas factori comparas: & ad æstimandam Dei omnipotentiam earũ rerum exemplo uteris, quæ ipse utique non essent, nisi idipsum ex Deo essent quod sunt. Deus ergo ut uoluit, & quando uoluit, & ex ea qua uoluit aduenit. Nec tempus ei, nec persona, nec consuetudo hominum, nec exempla rerum præiudicarunt: quia obsistere ei non potuit lex creaturarũ, qui est creator ipse cunctorum. Et posse ei quod uoluit prõptum fuit: quia potestas adfuit uoluntati. Vis scire aliquatenus quanta sit omnipotentia Dei? Ego id etiam de creaturis suis facere posse credo, quod tu eum de seipso facere potuisse non credis. Omnia enim animantia quę posteriora se pariunt, si modo id Deus iubeat, anteriora multò se parere possunt. Nã et cibi ipsi, et pocula, si ea diuinitatis uolũtas sit, in conceptus quosdã & progenies uerti possunt: Aquę denique ipsę, quibus ab exordio rerum manantibus, & quibus admodum omnia animantia utuntur, corporari, si id Deus iubeat, in uisceribus, & gigni possunt. Quis enim sacris operibus modum statuet
Esa. 45. aut diuinam prouidentiam circumscribet? aut quis, ut scriptum est, dicit ei: Quid fecisti? Si negas omnia Deum posse, nega anteriorẽ nasci ex Maria Deo nascente potuisse. Si autem impossibile Deo nihil est, cur ei impossibilitatem in suo ipso aduentu obijcis, cui impossibile nihil in omnibus esse cognoscis? Secunda autem peruersitatis tuę uel calũnia blasphematrix, uel blasphema calumniatrix est, quia ais: homousios parienti debet esse natiuitas. Non dissimilis superiori: uerbis enim quàm re & genere diuersa est. Cum enim de natiuitate dei agatur, idem dicis, potentiorẽ ex Maria non potuisse nasci, quod superius anteriorem non potuisse generari. Et ideo uel id quod supra dictum est, etiam hic responsum puta: uel id quod nunc dicendũ est, etiam de illo respõderi existima. Ais ergo: homousios parienti debet esse natiuitas. Si ad terrenas creationes respicis, uel maximè ita euenit. Sin autẽ ad ortũ Dei, quid in natiuitate eius naturæ exẽpla consideras? quia constitutiones constitutori sunt obnoxiæ, non constitutionibus constitutor. Vis autẽ plenius scire, quod non solũ impiæ, sed etiam ineptæ sint hæ calũnię tuę, & non uiden-
Num. 11. tis penitus Dei omnipotentiam? Dic mihi quęso tu, qui non nisi ex paribus paria nasci putas: unde inexplicabilis illa quondã in eremo coturnicũ innumerositas ad pastũ Israëliticæ plebis repentè nata sit? Non enim eas antè in aliquo loco genitricibus suis æditas, sed subito aduentu legimus illatas. Cibus denique ipse ille cœlestis, unde per quadragin-
Exo. 16. ta annos in Hebręorum castra defluxit? nunquid mannã manna generauit? Sed hęc de

uetustis

uetustis rerum miraculis: quid de nouis? Paucis panibus ac pisciculis innumeras populorum sequentium turbas in eremo non semel pauit. Satietatis ratio in cibis non fuit: quia esurientes causa inuisibilis & arcana saturauit, qua causa ac etiam miraculo natum in Galilea uinum de aquis legimus. Dic mihi quomodo disparem à sui qualitate substantiam dispar natura generauit? præsertim cum id quod dominicæ natiuitati maximè conuenit, nobilioris admodum rei ortus ex inferiore processerit? Dic mihi quomodo ex illa aquæ simplicitate egregius uini & admirabilis sapor natus sit? quomodo aliud sit haustum, aliud infusum? Nunquid cisterna illa uel puteus hanc naturam habuit? cum plus multo superfuerit quàm satis fuerit esuritioni? Qua ratione hoc totum est, ut cum satietatem edentes caperent, augmentis ineffabilibus cibus ipse dehisceret, ut aquas ex se sumptas in optima uina mutaret? Aut nunquid uasorum id qualitas, aut ministrorum egit industria? nihil utiq; horum. Et quomodo facti ratio cogitatione cordis non comprehenditur: cum facti tamen ueritas conscientię firmitate seruetur? Cæco super oculos in euangelio lutum positum est, & oculi abluto nati sunt. Nunquid aut aqua hanc naturam habuit, ut oculos pareret? aut lutum, ut lucem crearet? nihil utiq; horum, præsertim cum aqua cæco nihil conferat, lutum autem uidentibus etiam obesse possit. Et quomodo res nocendi uim in se habens, officium remedij ac salutis exhibuit: & quę obesse sanis solet, quasi ministra tunc sanitatis fuit? Dicis itaq; Dei hanc tribuisse uirtutem Dei prçstitisse medicinam: & omnia hçc quę diximus, omnipotentiam penitus effecisse diuinam: qui potens sit utiq; ex solitis noua condere, & ex contrarijs salubria constituere: & ea quæ in impossibilitatibus atque in efficientijs sitę, sint, in rerum possibilitates effectusq; mutare. Idem ergo de ortu ipsius domini, quod de rebus omnibus confitere. Crede Deum natum ut uoluit, quem non negas potuisse quod uoluit: nisi forte uirtutem quæ ei ad alia omnia adfuit, ad seipsum æstimas defuisse: & ipsi ad natiuitatem suam omnipotentia sua defuit, quæ ab eo procedens uniuersa penetrauit. Tu mihi in natiuitate domini obijcis: nemo anteriorem se parit: & in partu quo omnipotens Deus natus est, dicis homousios parienti debet esse natiuitas: quasi uerò cum quolibet hominũ humanis legibus agas, cui impossibilitatem suam obijcias, quę terrena infirmitate concludas. Communem omnium dicis conditionem esse nascendi, eandem legem esse generandi: non potuisse penitus in uniuersitate generis humani uni tantum homini contingere, quod uetuerit Deus omnibus prouenire. Non intelligis de quo dicas, non uides de quo loquaris: quia uetus utique omnium conditio, & cunctarum lex naturarum est, per quem est & quicquid homo potest: quia ipse utriusque rei penitus modum statuit, & usque quò accederet facultas, et quod ulterius non progrederetur infirmitas. Quam insanè ergo tu ei impossibilitatem humanam obijcis, cui possibilitas ipsa debetur. Si personam domini terrenis infirmitatibus æstimes, & omnipotentiam Dei humanis rationibus metiaris, nihil utiq; quod secundũ corporeas ipsius passiones Deo congruum uideatur inuenies. Si enim uerisimile uideri potest, ut Maria anteriorem se deũ parere non quiuerit, quomodo uerisimile erit quòd crucifixus ab hominibus deus fuerit? & tamen idẽ qui crucifixus est Deus ipse prędixit: Si adfiget homo Deum suum, quia uos adfigitis me? Si ideo natus ex uirgine dominus nõ putabitur, quia anterior parienti fuerit qui nascebatur: quomodo Deus sanguinem habuisse creditur? & tamen ad presbyteros Ephesiorum dicitur: Regite ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Postremo quomodo author uitæ priuatus uita existimabitur? Et tamen Petrus: Authorem, inquit, uitæ interfecistis. Nemo in terris situs, in cœlis esse potest: & quomodo dominus ipse dicit: Filius hominis qui est in cœlo? Si deniq; ideo natum ex uirgine Deum non putas, quia homousios parienti debet esse natiuitas: quomodo res dissimiles ex dissimilibus crediturus es substitisse naturis? Ergo apud te nec coturnices subitò uentus intulit, nec manna decidit, nec uinum ex aqua prodijt, nec multa millia hominum exiguo cibo pasta sunt, nec post lutum cæco lumen apparuit. Quod si hæc omnia incredibilia utique & contra ratioem uidentur, nisi à Deo facta credantur: cur in natiuitate eius denegas quod in operibus confiteris? Aut nunquid præstare ortui suo aduentuiq; non potuit, quod humanis remedijs atque utilitatibus non negauit? Longum est de hac re & propè fabulosum amplius dicere. Sed tamen ad confutãdam ineptiam atque insaniam tuam

Matth. 14. & 15.
Ioan. 2.
Ioan. 9.
Malach. 3.
Act. 20.
Act. 3.

am tuam, qua ais quòd homousios parienti natiuitas esse debeat: id est quòd dissimilia sibi quælibet parere non possint: etiam terrenarum rerum exempla proferam, quo ex dissimilibus nasci multa conuincam. Non quòd in tali re comparatio ulla aut fieri possit, aut esse debeat: sed ut nō dubites in sacro ortu existere id potuisse, quod etiam in terrenis his & caducis uideas prouenire: Apes sicut minima admodum, ita prudentissima ac solertissima animalia, ex diuersissimis ædi legibus atq; exire naturis. Cum enim sint miri ingenij animantia, & non solum sensu, sed etiam prudentia abundent, excerptis quibusdam herbarum floribus procreantur. Quod maius exemplum adhibendum, aut assumendum putas? ex atomis animalia nascuntur. Qui opifex illic, qui fabricator est, qui formator corporum, qui inspirator animarum? Sonum denique ipsum quo inter se quasi loquuntur, quis dedit? Concinnitatem pedum, artem orium, elegantiamq; pinnarum quis finxit, atq; cōposuit? Ingenium, iram, prouisionem, motum, placiditatem, concordiam, dissensionem, bella, pacem, ordinationem, dispositionem, officia, principatus, omnia denìq; quæ sunt illis quasi cum humano genere communia, cuius doctrina, aut cuius munere, quo imbuente, aut quo instituente sumpserunt? Nunquid hoc à paterno semine indeptæ sunt? aut in genitali utero, atq; in materna carne didicerunt? Nec uterum utiq; norunt, nec semen sciunt, depasti tantummodo flores in aluearia congeruntur: ex quibus inæstimabili opificio apes exeunt. Nihil illic genetricū uiscera prolibus conferunt: neq; apes ex apibus æduntur: operariæ sunt tantum, non procreatrices: ex herbarum flosculis animantia prodeunt: quid simile herbis & annimantibus? quis fabricator igitur rerum istarum sit credo intelligis. Nunc & ambige an potuerit natiuitati suæ dominus id tribuere, quod uides eum etiam facturis minimis præstitisse? Superfluum forte sit post hęc talia addi aliquid: sed tamen etiā non necessaria ad exēplum addantur ad cumulū. Locustis repente sub te subtexi aëra, impleri terras uidemus. Prode earum semina, prode ortus, prode generatrices. Inde enim, ut uides, exeunt unde nascuntur. Præscribe his rebus omnibus, quòd homousios parienti esse natiuitas sua debeat Et tamen inuenieris in pręscriptionibus his ridiculis, quàm nunc es in neganda domini natiuitate furiosius. Et quid post hæc? Nunquid progredi nos debere ultra uel tu ipse existimas? Adhuc addimus tamen aliquid: ex ouis uolucrum, quas in Aegypto Ibes uocant, basiliscos serpētes gigni indubitabile est. Quid cognatū & consentaneum aui atq; serpenti? Cur homousios parienti natiuitas sua non est? Et tamē hæc omnia nec gignentes agunt, nec nascentes sciunt: sed fiunt latentibus causis inexplicabili quadam atq; multiplici gignentis lege naturæ. Et tu eius natiuitati terrenarum opinionum præscriptiunculas obijcis, qui ne earum quidem natiuitatum rationem reddere potes, quæ nutu ipsius ad pręceptionē nascuntur: cuius arbitrium totum agit cuius imperium totū efficit: cui nihil contrarie, nihil obsistere potuit: & ad totum quod possibilitate agendū erat, uelle sufficit. Sed tempus tandem est ut reliquas etiam occultiores atq; insidiosiores blasphemias tuas, quia quod maluissemus, iam ignorare non possumus, saltem ne ignorantes capiant, detegamus Posuisti in quodam pestifero tractatu tuo dicens: Quoniam diuinæ naturæ imago est homo: hanc autem proiecit diabolus in corruptionem: doluit sicut pro imagine sua Deus, sicut pro statua sua imperator, & corruptam reparat imaginem, & sine semine formauit de uirgine naturam: secundum illum qui sine semine nascitur Adam, & per hominem humanam naturam suscitat: quoniam per hominē
1. Cor. 15 mors, ideo & per hominem resurrectio mortuorum. Veneficorum quorundā, ut aiunt, cōsuetudo est: ut in poculis quę conficiunt, uenenis mella permisceant: ut dulcibus nocitura celētur: & dū quis mellis dulcedine capitur, ueneni peste perimatur. Ita ergo & tu dicens: diuinæ naturę imago est homo: hanc autem proiecit diabolus in corruptionem: doluit sicut pro imagine sua Deus, sicut pro statua sua imperator: ora quodammodo poculi pestilentis dulcedine quadam, & quasi melle circumlinis: ut haurientes ingestum poculū homines, dum illecebrosa degustant, perniciosa non sentiant. Dei nomen obijcis, ut religionis nomine mentiaris: sancta permittis, ut peruersa persuadeas, & confitendo Deum id efficias, ut eum ipsum neges quem confiteris. Quis enim non uidit quò eas, quid moliaris? Dicis quippe: doluit sicut pro imagine sua Deus, sicut pro statua sua imperator, & corruptam reparat imaginem, & sine semine formauit de uirgine naturam

naturam: secundum illum qui sine semine nascitur Adam, & per hominem humanam
naturam suscitat. quoniam enim per hominem mors, ideo & per hominem resurrectio
mortuorum. Hoc ergo tanto studio, hoc tanto actu prælocutionibus blandis fallax insi
diator egisti: ut deum in præcedentibus nominans, ad hominem in consequentibus per
uenires: & eum ipsum solitarij hominis contumelia pòst afficeres, cui subdolæ humilita
tis officio honorem dei antè detulisses. Dicis ergo quòd imaginem dei, quam diabolus
proiecerit in corruptionem, pietas diuina repararit. Corruptam, enim inquis, reparat
imaginem. Iam hoc quàm subdolè quod ais, corruptam reparat imaginem: scilicet ut
persuadeas nihil plus fuisse in eo in quo imago reparatur, quàm in ea ipsa imagine fue-
rit cui reparatio præstabatur. Ac per hoc idem tantummodo uis esse dominum quod
Adam: nihil plus imaginis reparatorem, quàm ipsam imaginem corruentem. Denique
quid agas, quid moliaris, sequentibus probas, dicens: Sine semine formauit naturam se
cundum illum qui sine semine nascitur Adam: & per hominem humanam naturam su-
scitat. Similem omnibus & patrem Adæ dominum Iesum fuisse asseris: illum utiq; sine
semine, & hunc sine semine: illum hominem solum, hunc hominem solitarium. Ac per
hoc uides te diligenter cauisse ac prospexisse, ne dominus Iesus Christus aut maior in
aliquo Adamo, aut fortè melior putaretur: cũ ita eos sibi mensuris paribus comparaue-
ris, ut derogaturum te quodammodo Adæ aliquid crederes, si ei deum quippiam prætu
lisses. Quoniam enim inquis, per hominem mors, ideo & per hominem resurrectio
mortuorum. Etiam Apostolico testimonio peruersitatem ac scelus probare niteris, &
contagione impietatis tuæ uas electionis infamas: uidelicet ut quia à te author salutis
tuæ non intelligitur, idcirco etiam Apostolus deum negasse uideatur. Et tamen si Apo
stolicis testimonijs uti placebat, cur uno eius contentus cuncta siluisti? & hoc non sub-
didisti statim: Paulus Apostolus non ab hominibus neq; per hominem, sed per Iesum *Gal.1.*
Christum? Aut illud: Sapientiam loquimur inter perfectos? Et post alia: Quam nemo, *1.Cor.2.*
inquit, principum seculi huius cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum
maiestatis crucifixissent? Vel illud: Quoniam in ipso habitat omnis plenitudo diuinita- *Col.3.*
tis corporaliter. Et: Vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia? An in parte Apo- *1.Cor.8.*
stolum probans, in parte reprobans, in eo tantum eum recipis, in quo pro dispensatio-
ne hominem Christum nominat: in eo repudias, in quo deum? Paulus enim hominem
Iesum non negat: sed deum tamen eundem hominem confitetur: & ita humano generi
per hominem resurrectionem uenisse prædicat, ut in homine tamen ipso deum resurre
xisse confirmet. Vide enim an eum qui resurrexerit, deum prædicet: qui eum qui crucifi
xus est, deum maiestatis esse testatur? Sed tamen ne dominum Iesum quasi unum de ple
be crederes, dedisti ei aliquid dignitatis, tribuens ei honorem ut sancto homini, non di-
uinitatem uero homini ac uero deo. Quid enim dicis? Formauit deus dominicam incar
nationem: theotoci formam honoremus cum deo, sicut unam formam deitatis, sicut di
uinæ uoluntatis inseparabilem statuam, sicut imaginem latentis dei. Superius imagi-
nem Dei Adam esse dixisti, hic Christum imaginem dicis: illum statuam, & hunc sta-
tuam. Sed gratiæ uidelicet tibi pro honore dei agendæ sunt, quòd theotoci formam ho
norandam cum deo esse concedis: in quo non tam honor est quàm iniuria. Neq; enim
in hoc ipso tribuis domino. Iesu Christo honorem diuinitatis: sed negas subtili quidẽ
impietatis arte. Honorandũ cum deo dicis, ne deũ esse fatearis: & hoc ipso quo uideris
eum fallaciter coniunxisse, disiungas. Nam cum utique eum non ut deum colendum,
sed quasi cum deo honorandum esse blasphemes: ideo ei tribuis diuinæ uicinitatis con
iunctionem, ut deitatis auferas ueritatem. Impijssime & callidissime hostis dei, perage-
re uis scelus negantis, quasi sub nomine confitentis. Honoremus, inquis, sicut diuinæ
uoluntatis inseparabilem statuam, sicut imaginem latentis dei. Profecit uidelicet apud
nos per beneficia sua honor creatoris, ac redẽptoris nostri domini Iesu Christi. Si ideo
ab eo de æterno interitu redempti sumus, ut redemptorem nostrum statuã diceremus:
digno uidelicet obsequio, digno cultu respondere benignitati ac pietati illius nitimur,
si maiestatem quam ille propter nos humiliare non renuit, nos etiam auferre conemur.
Sed excusas uidelicet illatam domino contumeliam subditi honoris officio, dicens: tan
quam imaginẽ latentis dei. In hoc quòd imaginẽ dicis, humanæ eum cõparas conditio-

In hoc quod latentis dei, certissimæ derogas dignitati. Deus enim, inquit Dauid, mani-
Psal.49. feste ueniet, deus noster & non silebit. Et uenit utiq;, & non siluit, qui priusquam ipse
quippiam post ortum suum diceret, aduentum suum & terrenis pariter, & diuinis testi-
bus declarauit: dum stella indicat, dum magi adorant, dũ angeli adnuntiant. Quid quæ-
ris amplius? adhuc uox illius silebat in terris, & honor illius iam clamabat in cœlo. La-
tuisse ergo in cœlo, ac latere tu deum dicis? at non hoc prophetæ, non patriarchæ, non
deniq; lex uniuersa prædixit? Non dicebant enim latitaturum, qui uenturum omnibus
prædicabant. Erras infelix cœcitas, causas blasphemandi quærens, & non inueniens.
Tu eum latuisse etiam post aduentum suum dicis: ego eum nec prius quidem latuisse
approbo quàm ueniret. Nunquid enim patriarcham illum eximium, cui uocabulum
uisio dei præsentis imposuit, quæ ex supplantatoris nomine in Israëlis nomen ascendit:
nunquid sacramentum nasciturі ex uirgine dei latuit? qui cum mysterium futuræ incar-
Gen.32. nationis ex concertatione luctantis secum hominis agnouisset? Vidi, inquit, Deum fa-
cie ad faciem, & salua facta est anima mea. Quid quæso uiderat ut uidisse se deum crede
ret? nunquid inter fulgura se ei & tonitrua deus protulit? aut reserato intrinsecus cœlo
coruscans se ei facies diuinitatis ostendit? Nihil utiq; eorum, sed ediuerso magis uidit
hominem, & agnouit deum. O uerè dignus indepto nomine, & qui interioribus magis
quàm exterioribus oculis uocabuli à deo dati meruit dignitatem. Luctantem secum hu
manam speciem uidebat, & uidere se deum protestabatur. Sciebat utiq; quòd illa homi
nis species, dei ueritas erat: quia in qua tunc erat specie deus uisus, in ea erat speciei ip-
sius postea ueritate uenturus. Quanquam quid miremur, si tantus patriarcha indubi-
tanter credidit, quod ei ipse per se deus tam euidenter ostendit, dicente ipso: Quia uidi
deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea? Quid ei tantum deus præsentis diui-
nitatis ostenderat, ut demonstratam sibi faciem dei diceret? Homo enim ei ut uidebatur
tantummodo apparuerat, quem in concertatione superauerat. Sed hoc utique per præ
currentia rerum indicia Deus agebat: ut nemo esset qui deum natum ex homine non
crederet, cum in humana specie deum iam patriarcha antè uidisset. Sed quid ego in uno
exemplo tandiu cõmoror, quasi multa desint? Nunquid enim latere homines iam tum
poterat in carne uenturus deus? cum de eo quasi ad omne humanum genus palàm pro
Esa.40. pheta diceret: Ecce deus uester. Et alibi: Ecce deus noster. Et illud: Deus fortis, pater fu-
Esa.25. turi seculi, princeps pacis: & regni eius non erit finis? Sed & cum iam uenisset, nunquid
Esa.9. latebat eos quòd uenerat, qui uenisse eum palàm confitebantur? nunquid ignorabat
Math.16. dei aduentum Petrus, dicens: Tu es Christus filius dei uiui? Nunquid Maria quid loque
Ioan.11. retur, aut quem crederet nesciebat? Vtiq;, inquiens, domine, ego credidi quia tu es Chri
stus filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti? Omnes denique qui ab eo uel morbo-
rum remedia, uel membrorum restitutiones, uel mortuorum uitam petebant, ab homi-
nis id infirmitate, an à dei omnipotentia postulabant? Diabolus deniq; ipse, cum eum
omni illecebrarum ambitu, omni nequitiæ suæ arte tentaret, quid aut nesciens suspica-
batur, aut tentans scire cupiebat? aut quid tantopere eum mouerat, quòd Deum huma-
na in humilitate quærebat? Nunquid documentis prioribus id didicerat? Aut quem ue
ro in humano corpore deum uenisse cognouerat? Non utique: sed magnis signorum
indicijs, magnis rerum experimentis, & ueritatis ipsius uocibus ad suspitionem & in-
Ioan.1. quisitionem rei huius compellabatur: utpote & qui semel iam à Ioanne audierat: Ecce
Math.3. agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et iterum ab eodem: Ego à te debeo bapti-
zari, & tu uenis ad me? Descendens quoq; de cœlo, & stans supra caput domini colum
ba, euidentem se ac manifestandæ claritati Dei indicem dederat. Vox quoq; eum non
per ænigmata, nec per figuras à deo missa permouerat, dicens: Tu es filius meus dile-
ctus, in te complacui. Et ideo licet hominem extrinsecus in Iesu uideret, filium dei inue-
stigabat dicens: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Nunquid diabolo contem-
platio hominis suspitionem diuinitatis eripuit: ut per hoc quod hominem uidebat, cre-
Lucæ.4. deret Deum esse non posse? Non utiq;: sed quid ait? Si filius dei es, dic ut lapides isti pa-
nes fiant. Non ambigebat utique esse posse quod an esset perscrutabatur: de ueritate ei
erat solicitudo, non de impossibilitate securitas. At qui sciebat utique dominum Iesum
Christum ex Maria natum esse, sciebat pannis obuolutum, in præsepio positum, pau-
perem

perem eius inter humana exordia paruitatem fuisse, & egenam etiam legitimis in cunabulorum ministerijs infantiam: non dubitabat quoque eum ueram carnem habere, uerè hominem natum esse. Et cur ei hoc ad securitatem parum uisum est? cur eum quem uere hominem esse nouerat, Deum posse esse credebat? Disce ergo infelix furor, disce insania, & crudelis impietas, disce tandem uel à diabolo minoris esse perfidiæ. Ille dixit, si filius dei es: tu dicis, filius Dei non es. Quod ille interrogauit tu negas. Nemo adhuc inuentus est præter te, qui diabolicam impietatem fuerit supergressus: quod ille in domino confessus est esse posse, tu non credis esse potuisse. Sed cessauit postea forsitan ac conquieuit, & cessatis tentationibus suis deposuit suspitionem: quia non inueniebat effectum. Mansit quinimo in eo semper, & usque ad ipsam domini crucem suspitio in eum per formidines proprias cumulata peruenit: quid plura? ne tunc quidem opinari de eo filium Dei desijt, postquàm tantum in eum persecutoribus suis licere cognouit. Sed callidus utique hostis, inter ipsas quoque corporeas passiones signa diuinitatis aspiciens, etiam si esse eum malebat hominem, suspicari tamen compellabatur deum: quia licet hoc mallet credere quod uolebat, cogebatur tamen ad id certis rerũ indicijs quod timebat. Nec mirum: quamuis enim eum & consputum, & flagellatum, & contumelijs affectum, & in cruce actum uideret: cernebat tamen inter ipsas iniuriarum dignitates diuinas exabundare uirtutes: dum uelum templi scinditur, dum sol refugit, dum dies obscuratur, dum passionis uirtutem omnia sentiunt. Cuncta etiam quæ deum nesciunt, opus diuinitatis agnoscunt. Et ideo uidens hoc diabolus ac tremens, omnimodo peruenire ad dei agnitionem, etiam in ipsa hominis consummatione tentauit, dicens per eos qui crucifixerant: Si filius dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Sensit utique dominum deum nostrum passione corporis redemptionem humanæ salutis operari, simulque ea & se destrui ac subiugari, & nos redimi atque saluari. Et ideo hostis generis humani omnimodo & omni dolo cassari ea uoluit, quæ agi pro omnium redemptione cognouit. Si filius, inquit, dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: scilicet ut motus uerborum contumelia, domini desereret sacramentum, dum ulcisceretur iniuriam. Vides ergo dominum etiam in cruce positum filium dei appellari: uides eos id quod nominant suspicari. Disce itaque, ut superius dixi, uel à persecutoribus ipsis, uel à diabolo filium dei credere. Quis unquam æquauit dæmoniacam infidelitatem? quis supergressus est? Ille eum filium dei esse suspicatus est, etiam cum mortem pertulit: tu negas etiam cum resurrexit. Ille eum Deum suspicatus est, cui se occuluit: tu negas, cui probauit. Vteris ergo aduersus Deum scripturis sacris, & suos in ipsum testes agere conaris. Sed quomodo? uerè ut non solùm dei, sed etiam testimoniorum ipsorum præuaricator sis. Nec mirum utique si quia id quod uis non potes, id facis solum quod potes: quia uertere in deum testimonia sacra non uales, quod uales ipsa peruertis. Dicis enim: Ergo & Paulus mentitur de Christo dicens: Sine matre, sine genealogia. Interrogo te, de quo hoc uelis dixisse Paulum? de filio & uerbo dei, an de Christo, quem tu à filio dei separas, & hominem tantum esse blasphemas? Si de Christo utique quem hominem solitarium dicis: quomodo nasci homo sine matre & sine genealogia maternæ originis potuit? Sin autem de dei uerbo ac Dei filio: quid facimus quòd Apostolus, ut tu sacrilege æstimas, testis tuus eodem loco atque eodem testimonio eum quem tu sine matre asseris, etiam sine patre esse testatur, dicens: sine patre, sine matre, sine genealogia. Ergo superest ut apostoli testimonio utens, quia filium dei sine matre asseris, etiam sine patre esse blasphemes. Vides ergo peruersitatis ac nequitiæ tuæ studio in quod te impietatis præruptum ieceris: ut quod nemo adhuc à seculis nisi insanus fortasse dixit, dum filium dei matrem non habuisse dicis, etiam patrem ipsius deneges. Et hoc tamen nescio impietate maiori an ineptia: quia quid stultius, quid ineptius, quàm filij nomen ponere, & patris nomen uelle reticere? Sed dicis: non reticeo, non nego. Et quis ergo te furor compulit testimonium illud ponere, ubi dum matrem eum non habuisse dicis, etiam patrẽ eius negasse uidearis? Nam cum in eodẽ testimonio, sicut sine matre, ita etiam sine patre esse dicatur: necesse est ut sine matre ibi intelligi potest eodem modo quo sine matre esse ibi intelligitur, etiam sine patre esse credatur. Sed hoc prærupta illa ad negandum deum insania non intellexit: quæ cum id truncatum poneret, quod integrum scriptũ est, non ui-

Mar. 15.

Heb. 7.

dit reserata sacra uoluminis serie redargui impudens atq; apertum posse mendacium. O stulta blasphemia & amentia: quæ dum ipsa non uidet quid sequi debeat, etiam illud non sapuit quid legi posit: quasi uero quia auferebat sibi intelligentiam, auferre posset omnibus lectionem: aut ideo perdituri omnes ad legendum oculos capitis sui essent, quia ipse iam mentis oculos perdidisset. Audi ergo heretice quod furatus es: audi plena & integra, quæ debilia ac truncata posuisti. Apostolus duplicem dei natiuitatem insinuare in omnibus cupiens: ut & in deitate natum dominum & in carne monstraret, ait, sine patre, sine matre: alterum enim proprium est diuinitatis natiuitati, alterum carnis. Quia sicut in deitate est sine matre generatus, ita in corpore est sine patre: ac sic cum nec sine patre, nec sine matre sit, & sine patre tamen & sine matre credendus est. Quia si dum ex patre nascitur respicis, sine matre esse: si dum ex matre, sine patre. Ac sic in singulis natiuitatibus alterum habens, alterum in utroq; non habuit: quia nec diuinitatis natiuitas matre eguit, & ad natiuitatem corporis sibi ipse suffecit sine patre. Ergo inquit Apostolus: sine matre, sine genealogia. Quomodo sine genealogia dominum fuisse dicit: cum euangelium Matthæi Euangelistæ à genealogia cœperit saluatoris, dicens: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham? Ergo & iuxta Euangelistam habet genealogiam, & iuxta Apostolum non habet: quia iuxta Euangelium ex matre habet, iuxta apostolum ex patre non habet. Et ideo bene Apostolus dicens, sine patre, sine matre, sine genealogia: ubi eum sine matre genitum esse posuit, ibi etiam sine genealogia esse memorauit. Ac per hoc in utraq; domini natiuitate, & Euangelica sibi & apostolica simul scripta conueniunt. Quia & iuxta Euangelistam habet genealogiam, sine patre in carne natus: & iuxta Apostolum non habet, sine matre dominus in deitate generatus: Esaia dicente: Generationem autem eius quis enarrabit? Cur ergo hæretice non hoc modo quæ legeras, integra & incorrupta posuisti? Vides itaq; Apostolum hac ratione qua natum dominum sine patre posuit, hac etiam sine matre posuisse: ut & qua ratione intelligeretur esse sine patre, hac nosceretur esse sine matre. Et sicut non posit utiq; sine patre credi, ita sine matre quoq; non posit intelligi. Cur ergo hæretice non hoc modo quæ in Apostolo legeras, incolumia & inuiolata posuisti? sed partē ingeris, partem subtrahis: & ut adstruere falsitatem per scelus posis, ueritatis uerba furaris. Video à quo doctus es. Illius enim habere credendus es institutionē, cuius sequeris exemplum. Sic enim diabolus in Euangelio tentans deum: Si filius, inquit, dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Et cum hoc dixisset, cohærentia & subiecta subtraxit: id est: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Callidè utiq; superiora posuit, inferiora subtraxit. Illud enim posuit ut circumscriberet: hoc reticuit ne se ipse damnaret. Sciebat enim se aspidem & basiliscum, se leonem & draconem prophetica uoce signari. Ita ergo & tu partem obijciens, partem subtrahens, illud scilicet ponis ut circumuenias: hoc subtrahis, ne si totum utiq; posueris, circumscriptionē tuam ipse condemnes. Sed tempus tandem est ad ulteriora transire: nimis enim diu in singulis commorantes, dum affectu copiosæ responsionis ducimur, modum libri etiam longioris excedimus. Ais ergo in alia disputatione, immo in alia blasphemia tua, & spiritum de diuina natura separans: Qui humanitatem eius creauit. Ais enim: Quia quod ex Maria natum est, de spiritu sancto est. Qui & iustitia repleuit quod creatum est. Ais enim: Apparuit in carne, iustificatus est in spiritu. Item qui eum fecit & dæmonijs metuendum. Ego, enim ais, in spiritu dei eijcio dæmonia. Qui & carnem eius fecit templum. Vidi enim spiritum eius descendentem quasi columbam, & manentem super eum. Item qui ei donauit eleuationem in cœlum. Ais enim: Dans mandatum Apostolis quos elegit, per spiritum sanctum eleuatus est. Hunc denique qui tantam gloriam Christo donauit. Omnis ergo in his blasphemia tua hæc est: ut nihil Christus per se habuerit: sed nec ipse ut tu ais, solitarius homo aliquid à uerbo, id est à filio dei cœperit, sed totum in eo donum spiritus fuerit. Si ergo omne id quod tu ad spiritum refers, esse ipsius demonstrabimus: quid reliquum est, nisi ut quem tu ideo hominem uis intelligi, quia, ut ais, totum habuerit alienum: nos ideo probemus Deum, quia habuerit totum suum? Et quidem hoc non disputationibus tantū aut argumētis, sed uoce ipsius diuinitatis probauimus: quia nulla

Marginal notes: Esa. 53. — Luce 4. — Psal. 90. — Matth. 1. — Matth. 11. — Ioan. 10. — Act. 1.

nulla de Deo rectius quàm diuina testantur, Et quia nulla se melius quàm ipsa maiestas Dei nouit, nullis de Deo dignius creditur quàm his in quibus Deus ipse est testis suus. Primum ergo quod ais, quia humanitatē eius spiritus sanctus crearit: possemus id nos simpliciter intelligere, si agnosceremus te id non infideliter protulisse. Necp enim nos conceptam ex spiritu sancto domini carnem negamus: sed ita tamen conceptum corpus cooperante spiritu dicimus, ut creatum tamen sibi à filio Dei hominem suum esse dicamus: dicente ipso in scriptis sacris spiritu sancto, atcp testante: Sapientia ædificauit sibi domum. *Prouer. 9.* Vides ergo quòd id quod conceptum est à spiritu sancto, ædificatum à filio dei atcp perfectum est: non quia aliud opus filij Dei, aliud spiritus sancti sit: sed quia per unitatem diuinitatis ac maiestatis, & operatio spiritus ædificatio filij Dei sit, & ædificatio filij Dei cooperatio spiritus sancti. Et ideo non solum spiritus sanctus in uirginē superuenisse, sed etiam uirtus altissimi obumbrasse uirginem legitur: ut quia sapientia ipsa plenitudo diuinitatis est, sapientiæ sibi domum ædificanti omnem diuinitatis plenitudinem nemo ambigeret affuisse. Sed infelix blasphemandi amentia, dum separare Christum à filio Dei nititur, non uidet se ipsam à se diuinitatis penitus separare naturā. Nisi fortè credit quòd ideo ædificata ei à spiritu sancto domus sit, quia idoneus ac potens ædificare sibi domum ipse non fuerit. Sed hoc quàm insanum est, tam ridiculum: ut qui nutu omnem cœlestium ac terrestrium uniuersitatem creasse creditur, ædificare sibi corpus non potuisse credatur? Præsertim cum uirtus sancti spiritus, uirtus eius sit: & ita unita sibi atque inseparabilis diuinitas sit trinitatis atcp maiestas, ut nihil omnino in una deitatis persona posit intelligi, quod à plenitudine diuinitatis ualeat separari. Ergo hoc posito & intellecto, quod iuxta fidem scripturæ sacræ spiritu sancto superueniente, & uirtute altissimi obumbrante, sapientia sibi domum ædificauerit: reliquæ calumniarum blasphemiæ nihil sunt. Necp enim dubium est, quòd ipse per se uniuersa fecerit, in cuius nomine ac fide etiam credentium fides nulla nō potuit. Necp enim ille auxilio alterius eguisse credendus est, cum ne illi quidem eguerint, qui in uirtute ipsius crediderunt. Atcp ideo & illud quod ais, quia à spiritu iustificatus sit, & quòd metuendum eum dæmonibus spiritus fecerit, & quòd caro eius à spiritu facta sit templum: & quòd à spiritu eleuatus sit in cœlum: sacrilega & furiosa sunt omnia: non quia in his omnibus quę ipse fecit, unitas & cooperatio spiritus defuisse credenda sit: utpote cum nunquam deitas à se desit, & in operibus saluatoris semper uirtus fuerit trinitatis: sed quia tu domino Iesu Christo quasi inopi & imbecillo opitulatum uis spiritum sanctum, qui ea illi uticp tribuerit quæ præstare sibijpsi non quiuerit. Disce itacp ex sacris testimonijs Deum credere, & falsitatem ueritati non admiscere: quia res non recipit, & ratio perhorrescit, ut diuinis testimonijs dæmoniaci spiritus intelligentia misceatur. Iam primum enim hoc quod ais, quia iustitia repleuerit quod creatum est: & hoc Apostolico uis testimonio comprobare, quòd dicat: Apparuit in carne, iustificatus est in spiritu: utruncp insano sensu & furioso spiritu loqueris.

Quia & hoc quod à spiritu uis eum repletū esse iustitia, ideo ponis, ut ostendas eius uacuitatem, cui pręstitam esse asseras iustitię adimpletionē. Et hoc quod super hac re Apostolico testimonio uteris, diuini testimonij ordinē rationemcp furaris. Non enim ita ab Apostolo positum est, ut tu id truncatū uitiatumcp posuisti. Quid enim Apostolus ait? *1. Tim. 3.* Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu. Vides ergo quod mysterium pietatis, uel sacramentū iustificatū Apostolus prędicauit? Non enim tam immemor ipse dictorum suorum ac doctrinę suę erat, ut eum iustitię eguisse diceret, quē ipse semper iustitiam prędicarat, dicens: Qui factus est nobis iustitia & sanctificatio, & redemptio. *1. Cor. 1.* Alibi quocp: Sed abluti, inquit, estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. *1. Cor. 6.* Quā longe ergo ab eo est ut adimpletione iustitię indiguerit, qui iustitia uniuersa cōpleuit: & ut maiestas eius iustitiam non habuerit, cuius etiam nomen cuncta iustificat. Vides ergo uel cp inepta blasphemia tua, uel cp insana sit, quòd auferre domino nostro niteris, quod ita ab eo in omnes credentes largè semper effunditur, ut nunquam in ipsa tamen iugi largitate minuatur? Dicis quocp quòd spiritus eum fecerit dęmonibus metuendum. Ad quod quidem respuendū ac refutandum, etiam si ipsa dicti execrabilitas satisfecit, tamen ad-

hibebimus exempla. Dic mihi quæſo tu, qui hoc quod eum dæmones timuerunt, non ſuum dicis, ſed alienum: nec poteſtatis uis fuiſſe, ſed muneris. quomodo etiam nomen
Act. 3. eius poteſtatem habuit, qua ipſe ut tu ais, indigens fuit? quomodo in nomine eius dæmones eiecti, debiles curati, mortui ſuſcitati ſunt? Petrus enim Apoſtolus claudo illi qui ſedebat ad ſpecioſam portam templi: In nomine, inquit, Ieſu Chriſti ſurge, & ambula. Et iterum in ciuitate Ioppe ad eum qui ab annis octo paralyticus iacebat in lecto Ae-
Act. 9. neas: Sanet te, inquit, dominus Ieſus Chriſtus, ſurge & ſterne tibi. Paulus quoque: Præci-
Act. 16. pio, inquit, tibi, per ſpiritum pythonem, in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea: & exijt ab ea dæmonium. Sed quàm longè hæc imbecillitas à domino noſtro fuerit, hinc intellige: quòd ego ne illos quidem imbecillos fuiſſe dico, quos ille per nomen ſuum potentes fecerit. Siquidem nulli unquam Apoſtolorum poſt domini reſurrectionem uel dęmonē, uel ullam infirmitatem obſtitiſſe agnouimus. Quomodo ergo metuendum eum ſpiritus reddidit, qui alios fecit eſſe metuendos? aut in ſeipſo infirmus fuit, cuius fides etiam per alios ſuper uniuerſa regnauit? Poſtremo qui poteſtatem à Deo acceperunt, nunquam poteſtatem ipſam ad eum quo acceperant retulerunt: quia nec poteſtas ipſa uim ullam unquam habere potuit, niſi per nomen ipſius qui dedit. Ideoque & Apoſtoli, & omnes miniſtri Dei nihil in ſuo unquam, ſed in Chriſti nomine atque inuocatione fecerunt: quia poteſtas ipſa inde accipiebat uirtutem, unde habebat exordium: & dari per miniſtros nequaquam poterat, niſi ab authore ueniſſet. Tu ergo qui idem uis dominū fuiſſe quod unum ex ſeruis ſuis: quia ſicut Apoſtoli nihil utique habuerant, niſi à domino ſuo accepiſſent: ita tu nihil uis dominū ipſum habuiſſe, niſi quod à ſpiritu acceperit: Ac per hoc & ipſum quod habuit, non ut dominum uis habuiſſe, ſed ut ſeruum accepiſſe. Dic mihi ergo, quomodo ille poteſtate ipſa ut ſua, non ut accepta utebatur? quid enim de eo legimus? Surge, inquit paralytico, tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Et iterum
Matth. 9. ſupplicanti pro filio patri: Vade, inquit, filius tuus uiuit. Et illud ubi unicus matris ad ſe-
Ioan. 4. pulchrum deferabatur: Adoleſcens, inquit, tibi dico, ſurge. Nunquid ergo, ut mos eorū
Lucæ 7. qui poteſtatem à Deo accipiebant, poteſtatem quoque ille dari ſibi, ad efficiendum inuocatione diuini nominis poſtulabat? Cur non ſicut Apoſtoli, in nomine ſpiritus opera-
Matth. 7. batur? Denique quid de ipſo euangelium proteſtatur? Erat, inquit, docens eos ſicut poteſtatem habens, non ſicut ſcribæ & phariſæi. Aut ſuperbum & arrogantem forſitan uis fuiſſe: qui poteſtatem quam à Deo, ut ais, accepiſſet, ſuæ potentię deputaret? Sed quid facimus quòd poteſtas nunquam eſt obſecuta famulis, niſi per nomen authoris: nec habere efficientiam potuit, ſi aliquid ſibi ex ea faciens deputauit. Sed quid tandiu euidentibus quidem, ſed tamen minoribus argumentis contra furentem blaſphemiam agimus? Audiamus ipſum ad diſcipulos loquentem Deum: Infirmos cu-
Matth. 10. rate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dęmones eijcite. Et iterum, In nomine,
Marc. 16. inquit, meo dęmonia eijcietis. Nunquid ad poteſtatem extendendam alterius nomi-
Lucæ. 10. ne eguit, qui ipſum nomen ſuum poteſtatem eſſe fecit? Sed quid adhuc additur? Ecce inquit, dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem inimici. Ipſe certè mitem, ut uerè erat, & humilem corde ſe eſſe dicit. Et quo-
Matth. 5. modo pro ſumma utique poteſtate in nomine ſuo operari alios pręcipit, ſi ipſe in nomine operabatur alieno? Aut alijs dabat quaſi ſuum, quod ipſe, ut tu ais, non habuerat, niſi accepiſſet alienum? Dic mihi autem qui ſanctorum poteſtatem à Deo accipientes, ſic operati ſunt? Aut nunquid non inſanus Petrus creditus fuerat, aut furioſus Ioannes, aut amens Paulus, ſi quibuſcunque aut ægris dixiſſet, in nomine noſtro ſurgite: aut claudis, in nomine noſtro ambulate: aut mortuis, in nomine noſtro uiuite: aut illud ad aliquos, damus uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici? Intellige ergo ex hoc ipſo inſaniam tuam: quia ſicut hæc uerba inſana ſunt, ſi ſint humanæ pręſumptionis: ita tu inſaniſsimus, qui diuinę hęc non intelligis poteſtatis. Ex duobus enim alterū confitearis neceſſe eſt: aut poſſe hominem diuinam poteſtatem & habere & dare: aut certè ſi nullus omnino hominū id poteſt, Deum fuiſſe qui potuit. Nemo enim diuinam uirtutē poteſt tribuere in munificentia, niſi qui habuerit in natura. Sequitur autem in blaſphemia tua, quòd caro eius tēplum à ſpiritu facta ſit, ideo quia Ioannes dixerit: Vidi enim ſpiritū deſcendentē de cœ-

lo, &

lo, & manentem super eum. Quia furiosam assertionem tuam etiam diuinis testimonis confirmare conaris: quam ob causam uideamus an hoc quod tu ais, testimonium sacrum dixerit. Vidi enim, inquit, spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum. Discerne hic si potes, quis potior, quis maior sit, quis honoratior? is qui descendebat, an is ad quem descendebatur? is qui deferebat honorem, an is cui deferebatur honor? Vbi hic in testimonio sonat, quòd carnem eius templum spiritus fecerit? aut in quo honorem dei minuit, si ad demonstrandum humano generi deum deus ipse descendit? Cum utiq; non minor intelligi debeat cuius indicata sit dignitas, quàm is qui index fuerit dignitatis. Sed absit ullam credere aut fieri in diuinitate distantiam: quia eadem una deitas, & æqualis potestas opinionē penitus impiæ inæqualitatis excludit. Et ideo in hoc negotio, cum & patris persona & filij & spiritus sancti sit, & cum filius Dei sit ad quem descenditur, spiritus qui descendit, pater qui testimonium dicit: nullus plus habuit honoris, nullus quicquam accepit iniuriæ: sed æqualiter ad plenitudinem deitatis totum redundat: quia quæuis in trinitate persona honorem in se totius continet trinitatis. Et ideo dici hinc amplius non necesse est, nisi ad manifestandam tantum impietatis tuæ causam atq; originem. Quia spinę utiq; ac tribuli ex radicibus emergentes qualitate sui stirpem suam produnt, ex eo ipso quod sunt, indicant unde nascantur. Ita ergo & tu Pelagianæ hæreseos spinosam sabuli fidem ostendis in germine, quod pater tuus habuisse traditur in radice. Leporius ille enim, ut Leporius discipulus suus dixit, dominum nostrum asserebat Christum factum esse per baptismū: tu in baptismo templum dicis factum esse per spiritum. Non quidem ad plenum eadem uerba sunt, sed ad plenum una peruersitas. Addis autem etiam hoc prędictis impietatibus tuis quòd eleuationem domino in cœlum spiritus condonarit: ostendens scilicet sacrilegi sensu tuo, quòd tam imbecillum ac tam egenum dominum Iesum Christum fuisse credis, quòd nisi eum spiritus eleuasset in cœlum, adhuc hodie forsitan futurum æstimares in terram. Ad probationem autem dicti etiam testimonium sacrum adhibens, inquis, enim: Dans mandata Apostolis quos elegit, per spiritum sanctum eleuatus est. Quid te appellem? quid te existimem? qui corrumpendo diuinas literas, id agis ne testimonia sacra habeant uim testimoniorum? Nouum audaciæ genus, quod id efficere argumentis nequitię suę nititur, ut falsitatem ueritas confirmare uideatur. Non enim ita in Apostolicis actibus dictum est, ut tu ais. Quid enim scriptura dicit? Quæ cœpit Iesus facere & docere usq; in diem qua præcipiens Apostolis, per spiritum sanctum quos elegit, assumptus est. Quod utiq; hyperbaton est, & ita intelligendum: quæ cœpit Iesus facere & docere usq; in diem qua assumptus est, præcipiens Apostolis quos elegit per spiritum sanctum: ut responderi tibi forsitan amplius quàm testimonio ipso in hac parte non debeat: quia sufficere utiq; ad plenum ueritati debeat integritas testimonij, si falsitati poterat satis esse correptio. Sed tamen tu qui putas dominū nostrum Iesum Christum non potuisse cœlum ascendere, nisi eleuatus esset à spiritu: dic mihi quomodo ipse ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis, qui est in cœlo? Agnosce ergo quàm ridiculè & stultè putas non potuisse eum in cœlum ascendere, qui cum descendisset in terris, nunquam abfuisse dicatur è cœlo: & an posibile ei fuerit linquēti inferos cœlum ascendere, cui promptum fuerit etiam in terris sito, semper in cœlestibus permanere. Quid autem illud quod ipse ait: Ascendo ad patrem meum? nunquid in ascensione hac intercessuram opem indiguit alterius: qui in hoc ipso quo ascensurum se esse dixit, uirtutem proprię potestatis ostendit? Dauid quoq; de ipsa domini ascensione: Ascendit, inquit, Deus in iubilo, dominus in uoce tubæ. Euidenter maiestatem ascendentis per potestatem ascensionis explicuit. Sed uideamus tamen qua tandem præcedentes blasphemias tuas adiectione cōcludas. Qui tantam, inquis, gloriam Christo donauit. Gloriam nominas, ut contumeliam facias. Nam in eo quod donatum dominum gloria asseris, dum accepisse dicis, indiguisse blasphemas. Hoc enim ait impius sensus suus, ut largitas munerantis indigentiam accipientis ostendat. O infelicem impietatem tuam, & ubi illud est quod de ascendente in cœlum domino Iesu Christo ipsa olim diuinitas prænunciauit? Attollite, inquiens portas uestras, & introibit rex gloriæ. Cumq; ipse sibi, ut solet sermo diuinus, quasi sub inquirētis nomine respōdisset, quis est iste rex gloriæ: statim sub

tim subdidit dominus fortis & potens, dominus potens in prælio: sub prælij utique gesti nomine, uictoriam domini triumphantis ostendens. Deinde cum ad complendam rei expositionem, textum supradicti sermonis iterasset, hac maiestatem domini cœlum introëuntis conclusione monstrauit, dicens: Dominus uirtutum, ipse est rex gloriæ. Scilicet ne susceptio corporis honorem summæ imminueret diuinitatis, eundem hic dominum uirtutum, & regẽ cœlestis gloriæ esse docuit, quem superius uictorem inferni prælij prædicauit. Nunc & donatam domino gloriam esse dicito: cum & prophetia eum regem gloriæ esse dixerit, & ipse de se ita testificatus sit: Cũ uenerit filius hominis in gloria sua. Repugna si potes, & contradicito: ut cum ille se habere testetur gloriam suam, tu accepisse eum dicas alienam. Quamuis nos ita dicamus eum gloriam habere propriam ut non negemus tamen hanc ipsam gloriæ proprietatem ei cum spiritu ac patre esse cõmunem. Quia quicquid Deus possidet, deitatis est: & regnũ gloriæ ita est filio Dei proprium, quod non est tamen à totius deitatis proprietate diuisum. Sed tempus tandem est finem libro, imò uniuerso operi imponere, si paucorum tamen sanctorum uirorum atque illustrium sacerdotum dicta subdidero: ut id quod authoritate testimoniorum sacrorum iam adprobauimus, etiam fide præsentis temporis roboremur. Hilarius uir uirtutum omnium atque ornamentorum, & sicut uita, ita eloquentia insignis: qui & magister ecclesiarum & sacerdos, non per sua tantum merita, sed etiam per profectus creuit aliorum: & inter procellas persecutionum, ita immobilis perstitit, ut per inuictæ fidei fortitudinem etiam confessoris ceperit dignitatẽ: in libro fidei primo, Deum uerum ex deo uero dominum Iesum Christum, & ante secula natum, & postea hominem genitũ esse testatur. Item in secundo libro: Vnus unigenitus Deus in corpusculi humani formã sanctæ uirginis utero insertus adcrescit qui omnia continet, & intra quem cuncta sunt, humani partus lege profertur. Item in eodem libro: Angelus testis est, Deus nobiscum est, ille qui nascitur. Item in libro decimo: Nati quoque in hominem ex partu uirginis dei sacramentum docuimus. Item in eodem: Nanque cum in hominem natus Deus sit, non idcirco natus est ne Deus non maneret. Item eiusdẽ in procemio expositionis euãgelij secundum Matthæum: Erat nanque primum necessarium nobis, ut unigenitus deus nostri causa homo natus cognosceretur. Item in consequentibus: Ad id quod deus erat, homo id quod tum non erat gigneretur. Item in eodem: Tertium deinceps illud congruum fuit, ut quia Deus homo genitus in mundo, & cætera. Hæc quidem pauca sunt de satis multis. Sed tamen uides etiam ex his quæ diximus, quod palàm & euidenter natum ex Maria deum prædicat. Et ubi illud tuum: Non potuit creatura parere creatorẽ: quod natum est ex carne, caro est? Longum est de singulis personis cõuenientia dicere Enumeratio magis quàm executio dictorum agenda est: quia sibi ad executionem sui ipsa sufficiunt. Ambrosius eximius Dei sacerdos, qui à manu domini non recedens, in dei semper digito quasi gẽma rutilauit: in libro qui est ad uirgines, ita memorat: Frater meus candidus & rubicundus. Candidus, quia patris splendor est: rubeus, quia partus est uirginis. Memento tamen antiquiora in eo diuinitatis insignia, quàm corporis sacramenta. Non em̃ cœpit ex uirgine, sed qui erat uenit in uirginem. Itẽ ipsius in natali dñi: Videte miraculũ matris dominicæ: uirgo cõcepit, uirgo pepit, uirgo cũ parturit, uirgo grauida, uirgo post partũ. Sicut in Ezechiele dicit̃ Et porta erat clausa, & nõ est apta: qa dominus trãsiuit per eam. Gloriosa uirginitas, & præclara fœcunditas. Dominus mũdi nascitur, & nullus est gemitus parientis: uacuatur uterus, & uerus infans excipitur, nec tamẽ uirginitas uiolatur. Fas erat, ut Deo nascente meritum cresceret castitatis: nec per eius egressum uiolarentur integra, qui uenerat sanare corrupta. Itẽ in expositione euangelij secundum Lucam: Quod ea potissimũ lecta est ut Deum pareret, quę erat despon sata uiro, natum certe ex uirgine Deum prædicat, Mariam matrem Dei nominat. Et ubi illa est prodigiosa atque execrabilis uox tua, qua ais: quomodo mater potest esse alieni à natura sua? si autem mater ab ipsis uocatur, humanitas est quod natũ est, non Deus. Ecce eximius magister fidei, & hominem dicit eam esse quæ genuit, & Deum esse qui natus est: & tamen hoc non infidelitatis causam, sed fidei esse miraculum. Hieronymus catholicorum magister, cuius scripta per uniuersum mundum quasi diuinæ lampades rutilant, in libro ad Eustochium: Dei, inquit, filius pro nostra salute hominis factus

Matth. 25. *Hilarius.* *Ambrosius.* *Ezech. 44.* *Hieronymus.*

factus

te hominis factus est filius: decem mensibus in utero ut nascatur expectat: & ille cuius pugillo mundus includitur, præsepij continetur angustijs. Item ipsius in commentario Esaiæ: Dominus enim uirtutum, qui est rex gloriæ, ipse descendit in uterum uirginalem, & ingressus est & egressus orientalem portam, quæ semper clausa est. De quo Gabriel dicit ad uirginem: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Math 1. Propterea quod nascetur in te sanctum, uocabitur filius dei. Et in prouerbijs: Sapientia ædificauit sibi domum. Prouer. 9. Compara hoc, si placet, doctrinę tuæ, immo blasphemię qua ais: Deus enim mensium creator est, & non mensium partus. Ecce enim Hieronymus uir sicut maximæ scientiæ, ita probatissimæ puræq; doctrinæ, ijsdem propè uerbis, quibus tu Dei filium mensium partum negas, ille partum mensium esse testatur. Decem enim, inquit, mensibus in utero ut nascatur expectat. Sed parua tibi forsitan uiri huius uidetur authoritas idem omnes atq; ijsdẽ uerbis putato dicere: quia quicunq; dei filium partum esse uirginis non negat, partum esse mensium confitetur. Rufinus quoq; Rufinus. Christianæ philosophiæ uir, haud contemnenda ecclesiasticorum doctorum portio, ita in expositione symboli de domini natiuitate testatur: Filius enim, inquit, dei nascitur ex uirgine, non principaliter soli carni sociatus, sed anima inter carnem deumq; mediante generatus. Nunquid obscurè deum ex homine natũ testificatus est? Augustinus Hipponæ Regiensis oppidi magnus sacerdos: Augustinus. Vt aũt homines, inquit nascerentur ex Deo, primùm ex ipsis natus est deus. Christus enim deus, & Christus natus ex hominibus, non quæsiuit nisi matrem in terra: quia iam patrem habebat in cœlo. Natus est ex Deo, per quem efficimur: & natus ex fœmina, per quem reficeremur. Item illic: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quid ergo miraris, quia homines ex deo nascuntur? Attende ipsum Deum natũ ex hominibus. Item eiusdem in epistola ad Volusianũ: Sed & ipse Moses & cæteri prophetæ ueracissime dominum Christum prophetauerunt, & ei gloriam magnam dederunt. Hunc non tanquam parem sibi, nec in eadem miraculorum potentia superiorem, sed planè dominum deum omnium, & hominem propter homines factum uenturũ pronuntiauerunt. Qui propterea & ipse talia facere uoluit, ne esset absurdum quæ per illos fecerat, si ipse non faceret. Sed tamen & aliquid proprium facere debuit, nasci de uirgine, à mortuis resurgere, in cœlũ ascendere. Hoc Deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro. Sed fortè quia hi quos numerauimus uiri in diuersis mundi partibus fuerunt, minus probabiles tibi authoritate uideant. Ridiculum id quidem: quia loco fides non imminuitur: & quid sit quis, non ubi sit considerandum: præsertim cum religio omnes uniat: & hi qui in fide una sunt, in corpore quoque uno esse noscantur. Sed tamẽ aliquos non despicias, etiam de orientalibus proferimus Gregorius splendidissimum scientiæ ac doctrinæ iubar: qui cum olim uita functus sit, Gregori. etiam nunc tamen authoritate ac fide uiuit: & cum olim iam corpore absit ab ecclesijs, tamen uoce ac magisterio nõ recedit. Cum ergo, inquit, processisset ex uirgine deus, in ea quam assumpserat humana natura, unum è duobus sibi inuicem contrarijs existens, carne ac spiritu: aliud in deũ assumitur, aliud deitatis gratia præstat. O noua & inaudita permixtio. O mira & inexquisita cõpago. Qui erat fit, & creator creat: & qui immensus est, capitur mediante anima Deo & carne: & ille qui omnes diuites facit, pauper efficitur. Itẽ rursus de Epiphania: Sed quid fit? quid de nobis agitur uel pro nobis? noua quædam & inaudita efficitur permutatio naturarum: & Deus homo fit. Item illic Et dei filius non conuersus ex eo quod erat, inconuertibilis nanq; est, sed assumens quod non erat, misericors enim est, ut capi possit qui capi non poterat. Vides quàm præclare atque magnifice ita maiestatem deitatis prædicat, ut dignationem incarnationis insinuet? Sciens utiq; admirabilis fidei doctor, ex his omnibus quę nobis in mundum ueniens deus tribuit, beneficiorum esse cumulum, non honoris imminutionem: quia quicquid homini Deus pręstitit, augeri eius in nobis debet affectum, non minuere dignitatem. Athanasius quoque Alexandrię urbis sacerdos, eximium constantiæ & uirtutis exemplum: Atisius. quem hæreticæ persecutionis procella non contriuit, sed probauit: quisimilem semper splendenti speculo uitam habens, prius penè indeptus est martyris meritum quàm confessoris caperet dignitatem. Videamus quid de domino Iesu Christo, uel de domini matre senserit. Hæc ergo intentio & character sanctæ scripturæ

pturæ, quod sæpe diximus, duplicem esse in eodem saluatore significationem: quo
semper deus fuit, & est filius, uerbum & lumen, & sapientia patris, & quod postea
pter nos carnem sumpsit ex Maria uirgine theotoco, & homo factus est. Item post
Multi ergo sancti fuerunt & mundi à peccato, Hieremias & ab utero sanctificatus
& Ioannes cum esset in utero, exultauit in gaudio uoce Mariæ theotoci. Deum ut
dei filium, qui ut uerbis ipsius fidem uniuersorū loquar, uerbum est, & lumen, & sap
tia patris, propter nos carnem sumpsisse dicit: & ideo theotocon uirginem Maria
Chrysostomus quia sit mater, appellat. Ioannes Constantinopolitanorum antistitum decus: cuius sa
ctitas absq; ulla gentilitiæ persecutionis procella, ad martyrij merita peruenit, quid
filij dei incarnatione senserit ac prædicaret ausculta. Et illum, inquit, quem si nuda dei
te uenisset, non cœlum, non terra, non maria, non ulla creatura sustinere potuisset, illa
uirginis uiscera portauerunt. Huius ergo fidem atq; doctrinam, etiam si aliorum igno
rabas, sequi ac teneri debueras: cuius utiq; amore ac desiderio te antistitem sibi plebs re
ligiosa delegit. Quia cum de Antiochena ecclesia te sibi sumeret sacerdotem, ex quo il
lum ante prælegerat, recepturam se in te credidit quicquid in illo habere desijsset. Non-
ne quæso hi omnes quasi prophetico olim spiritu ad confundendas blasphemias tuas
cuncta dixerunt? Tu enim dominum saluatoremq; nostrum Christum esse clamitas,
non deum: illi autem Christum dominum uerum deum. Tu Mariam Christotocon, nō
theotocon esse blasphemas: illi ita christotocon non negant, ut theotocon esse cogno-
scant. Non res tantum blasphemijs tuis sunt oppositæ, sed & uerba rerum: ut apertè in-
telligamus, olim aduersus blasphemias tuas munimen à deo inexpugnabile præpara-
tum: quod uenturam quandoque uim hæreticæ impugnationis parato iam muro fran-
get ueritatis. Et tu ô impijssime atque impudentissime, præclaræ urbis contaminator,
catholicæ ac sanctæ plebis grauis & exitiosa contagio, stare in ecclesia dei ac loqui au-
des: & blasphemis ac furiosis uocibus tuis, sacerdotes semper illæsæ fidei & catholicæ
confessionis infamas, magistrorum priorum uitio, plebem Constantinopolitanæ ur-
bis errare? Tu ergo emendator priorum antistitum, tu condemnator ueterum sacerdo-
tū, tu Gregorio excellentior, tu Nectario probatior, tu Ioanne præstantior, omnibusq;
orientalium urbium sacerdotibus? qui etsi non eiusdem nominis, cuius hi quos nomi-
naui, eius tamen fidei fuerunt. Quod quidem, quantum ad hanc causam pertinet, suffi-
cit: quia cū fide agatur, omnes in eo idem sunt quod optimi, in quo consortes sunt opti
morum. Vnde ego quoq; ipse humilis atq; obscurus nomine, sicut merito, licet mihi i
ter eximios Constantinopolitanę urbis antistites locum magistri usurpare non possi
studium tamen discipuli affectumq; præsumo. Adoptatus enim à beatissimæ memori
Ioanne episcopo in ministerium sacrum, atq; oblatus deo, & si corpore absum, affe
lic sum: & illi dilectissimo mihi ac uenerandissimo dei populo & si nunc præsent
admisceor, tamen mente coniungor. Et hinc est quòd condolens et atq; compatie
uocem nunc tristitiæ communis ac doloris erupi: & quod unum potui, per opuscu
rum nostrorum flebilem querimoniam, quasi pro membrorum atq; artuum meo
Cor. 12. infirmitate clamaui. Etenim si iuxta apostolum, dolente quidem minore corporis p
te, condolet maior atque compatitur: quanto magis dolente maiore minor compat
portet? Inhumanissimum quippe est, ut in uno atq; eodem corpore maiorū infirmit
minora non sentiant: cum minorum maiora patiantur. Vnde obsecro ac deprecor o
nes uos, qui intra Constantinopolitanæ urbis ambitum siti, & per affectum patriæ
ues mei, & per unitatem fidei fratres mei estis, ut separetis uos ab illo, ut scriptum est
Cor. 5. po rapaci, qui deuorat dei populum, sicut cibum panis. Ne tetigeritis, neq; gustauer
quicquam illius: quia sunt omnia in interitum. Exite de medio eius, ac separamini
immundum ne tetigeritis. Mementote magistrorum ueterum sacerdotumq; uest
rum: Gregorij nobilis per orbem, Nectarij sanctimonia insignis, Ioannis fide ac pu
te mirabilis. Ioannis inquam Ioannis illius, qui uere ad similitudinē Ioannis euangel
& discipulus Iesu, & apostolus, quasi super pectus domini semper affectuq; discu
Illius inquam mementote: illum sequimini: illius puritatem, illius fidem, illius d
ac sanctimoniam cogitate. Illius mementote semper doctoris uestri ac nutritoris, in
ius quasi gremio quodāmodo amplexuq; creuistis. Qui communis mihi ac uobis

g

gister fuit: cuius discipuli atque institutio sumus. Illius scripta legite: illius informationem tenete: illius fidem ac meritum amplexamini. Quod etsi assequi grande est ac difficile, se qui tamen pulchrum atque sublime. Quoniã in summa rerum, non adeptio tantum, sed etiam imitatio ipsa laudanda est. Quia nunquam ferè aliquis eius rei portione ad plenum caret, ad quam scandere ac peruenire contenderit. Ille ergo uobis in sensu semper, & quasi in conspectu sit: ille in animo atque in cogitatione uersetur. Ille denique ipse uobis etiam hæc quæ à me sunt scripta commendet: quia hęc quæ ego scripsi, ille me docuit: ac per hoc non tam meam hęc quàm illius esse credite: Quia riuus ex fonte constat: & quicquid putatur esse discipuli, totum ad honorem referri conuenit magistri. Te autem præter omnia ac super omnia deus pater domini nostri Iesu Christi, ęquè uoce ac mente supplici obsecro: ut hæc quæ ex largitate tui muneris scripsimus, tu dono tui amoris insinues. Et quia, ut ipse nos dominus deus noster unigenitus tuus docuit, ita dilexisti hũc mundum, ut pro salute mundi unigenitum tuum mitteres: dones hoc plebi tuæ, quam redemisti, ut in incarnatione unigeniti filij tui, & tuum donum, & affectum illius sapiat & hoc quod pro nobis unigenitus tuus dominus deus noster & natus, & passus est, & resurrexit: ita omnes & intelligant & ament, ut dignatio suæ maiestatis profectus sit nostri amoris: nec in animis uniuersorum humilitas illius imminutionem habeat honoris sed augmentum semper pariat charitatis: ac beneficia sacræ misericordiæ ita omnes pie ac sapienter intelligamus, ut tanto plus debere nouerimus nos Deo nostro, quanto humilior propter nos factus est à se Deus.

IOANNIS CASSIANI DE INCARNATIONE CHRISTI LIBRI SEPTIMI ET VLTIMI FINIS.

BASILEAE, PER HENRICHVM PETRI, ANNO M. D. LIX. MENSE SEPTEMBRI.



S. DAMASI . I

OPERA


S.IOAN.
nasce-
nus.




colorchecker CLASSIC
calibrite
mm